t. 10. p. n.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 L
16

C. 26. C.

13-8. E. 19

Digitized b

TRACTATVS ILLVSTRIVM IN VTRAQVE TVM PONTIFICII, TVM CÆSAREI iuris facultate Iuriſconſultorum,

De Feudis.

EX MVLTIS IN HOC VOLVMEN CONGESTI, additis plurimis, etiam nunquam editis, hac * nota deſignatis; & multò, quàm antea, emendatiores redditi;

Summarijs ſingulorum Tractatuum locupletiſsimis illuſtrati.

INDICES ACCESSERE ITA LOCVPLETES, vt omnes materiæ, quæ ſparſim leguntur, facillimè diſtinctæ Lectoribus appareant.

TOMI X. Pars II.



Conuent sancte Marię de scala

VENETIIS, MDLXXXIIII.

INDEX AVTHORVM
huius Voluminis.

* De feudis, Petri de Bella Pertica. 2
* De feudis, Petri Rauennatis. 10
* Quæſtiones feudorum, Ioan. Andr. 42
* De feudis, Franciſcini Curtij Iunioris. 43
* In vſus feudorũ collectanea, Ioannis Ferrarij Montani. 93
* De feudis, Franciſci Sonsbekij. 123
* De fęminis ad feuda recipiendis, vel non, Hieronymi Garzonij. 165
* De Homagiis, Iacobi de S. Georgio. 172
* Quæſtiones laudemiales, Amædei à Ponte. 180
Quis ſit iudex in cauſa feudi eiuſdem. 195
* Lucerna laudemiorum, Franciſci Solonæ. 200

TRACTATVVM CELEBERRIMORVM, IN VTRAQVE, TVM PONTIFICII, TVM CAESAREI IVRIS FACVLTATE, IVRISCONSVLT.

Tomus X. Pars Secunda.

TRACTATVS DE FEVDIS DOMINI Petri de Bella Pertica vtriuſque Iuris Monarchæ.

TRactaturo ergo de feudis, Primo videndum eſt quid ſit feudum.
Secundo, vnde dicatur.
Tertio, de forma Iuramenti fidelitatis.
Quarto, quis poteſt dare feudum.
Quinto, quibus perſonis dari poſſunt.
Septimo, quibus modis conſtituitur feudum.
Octauo, qualiter acquiritur.
Nono, quibus modis alienatur feudum.
Decimo, quibus caſibus amittitur.
Vndecimo, de fructibus feudi poſt amiſſionem.
Duodecimo, qui ſuccedunt in feudum.
Tertiodecimo de inueſtitura qualiter fiat, & ꝑ quos teſtes probetur.
Quartodecimo, quis ſit Iudex feudi.
Quintodecimo, quo iure feudum petatur.
Sextodecimo, quibus modis vel caſibus Vaſallus a fidelitate domini liberetur.

DEFINITIO FEVDI. Titu. I.

SVMMARIVM.

1 *Feudi definitio.*
2 *Inhoneſta ſeruitia pro feudo minime præſtanda.*
3 *Turpes ſtipulationes nullius momenti.*
4 *Nemo ſuperiori in turpib. obedire tenetur.*
In atrocioribus non ideo excuſantur, quia domini mandatum faciunt, ſecus in non atrocioribus. nu. 5. 6. 7.

1 FEudum eſt conceſſio rei pro homagio facta, extra de Simon. c. ex diligente. & in hoc differt ab emphyteuſi, in qua non debetur homagium, ſecundum caſum, ext. de iu. emph. c. potuit. & C. de ſacroſanct. eccle. aut. qui res iam dictas. & C. de iu. emphy. l. 2.

Vel feudum eſt beneficium, id eſt, beneuola actio, tribuēs gaudium capienti, capienſque tribuendo, vt in vſib. feud. ru. in quib. caſib. feu. ami. in c. Hubertus de Horto.

Vel feudum eſt conceſſio rei facta alicui cum translatione vtilis dominii, ad habendum & fruendum cum exhibitione alicuius honeſti ſeruitii.

2 Bene dicitur honeſti ſeruitii, quia ſecus eſt ſi inhoneſti, puta quia cōcedit feudum vt hominem iniuſte occidat, vel offendat, vel ſacrilegium faciat, vel vt in meretricio, vel turpi ſeruitio domino ſeruiat, tunc feudi conceſſio non tenet. ar. ff. ſi remunerandi. §. ſi adoleſcens. & l. ſi mandauero tibi. §. ꝙ
3 edere. generaliter enim nouimus turpes ſtipulationes vel cōceſſiones nullius eſſe momēti, vt ff. de fideiu. l. gñlr. vnde per
4 hoc nō tenet̄ uaſallus dño in factis turpib. vel ĩhoneſtis obedire, ar. ff. de ope. li. l. hæ demū operæ, & l. eius artificii. cū palā eſt eū irrationabiliter hoc facere vel mandare. in vſib. feudo. ru. hic finit̄ lex. & c. dño guerrā. nā nec ſeruus dño, nec filius patri, nec ciuis magiſtratui, ſeu rectori tenetur in turpib. obedire. ff. de act. & ob. l. ſeruus. ff. de arb. l. ſi cū dies. §. in com
5 promiſſo. Et ſi in atrociorib. delictis obediunt, non iō excuſant̄, qa dñi mandato faciūt. nam & hi, & ipſe dñs tenet̄ ad pœnā delicti. ff. de iniur. l. non ſolū. §. ꝑcib. nec enim oportet malitiā vaſalli mandato dñi augeri, ar. ff. de ſer. corru. l. i. §. ꝑſuadere. In aliis āt, q̄ non ſunt atrociora, puta vt damnū alicui det ĩ reb. ſuis, ſi obtemperauerit dño, excuſatur ſm leges ſeculi, & nō ipſe vaſallus, ſed dñs ꝑcipiens ad emendationē dāni dati tenetur. ff. ad l. Aqui. l. liber hō. Ad ea enim, q̄ atrocitatē facinoris vel ſceleris nō hñt, ignoſcitur obtemperāti, vt ff. de re. iur. l. ad ea, q̄ ſed ſm canones nō excuſatur, ar. ext. de iniurijs. c. ſi culpa. & maxime quo ad Deū, qui peccatorē ēt de ocioſis verbis & factis minime reprobauit.

DE SACRAMENTO FIDELITATIS. Titu. II.

SVMMARIVM.

1 *Feudi etymologia.*
2 *Forma iuramenti remiſſiue.*
3 *Forma iuramenti fidelitatis communis nu. 3. 4. 6. 7.*
4 *Vaſallus dominum contra patrem iuuare non tenetur. nu. 8. & 9.*
5 *Sex uaſallus debet habere in memoria nu. 10. 11. 13. 14. 15. 16. 17.*
6 *Vaſalli & domini reciproca eſt obligatio. nu. 18. & 19.*
7 *Iuramentū fidelitatis præſtatur inueſtitura de feu. cōceſſo facta. nu. 21.*
8 *Vaſallū recuſantē iuramentū dominus inueſtire nō tenetur. nu. 22. 23.*
9 *Iuramentum fidelitatis oēs vaſalli præſtare coguntur. nu. 24.*
10 *Feudum honoris quid. nu. 25.*
11 *Mortuo domino vaſallus iterato cogitur iurare ſucceſſori. nu. 26.*
12 *Omnibus ſucceſſoribus iurandum eſt ſi plures ſint. nu. 27.*
13 *Plures heredes uaſalli iurabunt, ſi omnes ſuccedunt. nu. 28. 29. 30.*

1 DIcitur feudum fidei datio, ſiue a fidelitate, ſiue a fide. ru. de inue. § inue. q̄ feudatarii ſeu vaſalli dñis ſuis ꝑſtare & iurare debēt. ut in li. feu. ru. Qualiter vaſallus iur. deb. dño ſuo c. qualiter. & ext. de iureiu. c. ueritatis. & c. cā te. Et iō de forma iuramenti hic tractamus, hoc eſt de forma iuramenti fideli
2 tatis. Cuius iuramenti forma eſt in ꝑdicto. c. qualiter, & ext. de iureiu. c. ego Nicolaus. ubi eſt forma, qua ꝑcipue iurat clericus, uel ꝑlatus eccleſiæ rōne. Vbi ſunt aliquot capitula quę iurare nō dēt uaſallus dño ſeculari. Vt tñ plenius cognoſcatis, forma cōis iuramēti, ꝙ ꝑſtat̄ dño feudi talis eſt videlicet,
3 iuro ego P. ꝙ ab hac hora in antea ero fidelis vt vaſallus domino Ioan. in oī opere. Item iuro, ꝙ non ero in conſilio neque in facto, vt ipſe dñs vitā vel honorē perdat, aut mēbra, vel capiat̄ mala captione, vel munitiones ſuas ꝑdat, vel bona. Qd ſi ꝑdicta, vel aliquid ꝑdictorū ſciuero, ſi potero, ꝯdicā vt non fiat, alioquin denunciabo dño, q̄ citius potero ꝑ me, vel ꝑ aliū, ut ſit dño meo notum Hoc capitulū ꝓbatur, ar. ff. ad Sil. l. j. §. occiſorū, & §. potuiſſe. & ff. lo. l. itē q̄rit̄. §. exerci
5 tu. §. itē ꝙ eidē dño erit facile facere, nō faciam difficile, ꝙ & idē fuerit poſſibile, vt ſit impoſſibile nō tractabo. Itē cōſiliū
6 ꝙ mihi ꝑ ſe, aut ꝑ lr̄as, vel ꝑ nūciū manifeſtabit, ſeu manifeſtauerit, ad eius dānū nulli paudā, ſed poſtulatus ꝯſiliū tribuam bona ſide.
7 Itē iuuabo & defendā ipſum dñm, & oīa iura ſua toto poſſe meo, ſm Deum & iuſtitiam ꝯ omnes homines eius mundi, excepta perſona Imperatoris, vt in conſtitu. Fede. de feu. §. j. & domini Papæ, vt in cap. venientes. ext. de iurei. vel Regis, vel alicuius domini, cui ſubeſt. rub. hic finitur lex. deinde, & c. c. j. §. contra omnes. & argu. ff. ad municipa. l. Imperator,

8 tor.Sed nunquid iuuabit contra patres,vel filios,vel fratres
ſuos? Videtur quod ſic per prædictum.§.contra omnes, &
argumen.ff.de condi.indeb.l.frater a fratre, & ff.ſi ſerui.Vē
di.l.alien. Argumentum contra.C.de excuſat. tut. l.Huma-
nitatis.vbi tutor non tenetur iuuare pupillum ſuum ꝯ̄ præ-
dictas perſonas.Item bene dr̄ ſ. ſnt Deum & iuſtitiam,quid
enim ſi ſcio dominum irrationabiliter præliari, tunc non
tenebor ipſum iuuare ad offendendum alios. rub. Hic fini
tur lex,&c.c.de forma:Nam & ſeruus excuſatur qui dominā
9 ſuam in adulterio deprehenſam, & a marito interfectam
10 non iuuit.ff.ad Silla.l.ſi quis in graui.§. ſed in hoc. Vnde lex
addimus,quæ debet vaſallus in memoria hr̄e, & ea vitare,
bonaq; fide ſeruare:incolumne,tutum,honeſtum, poſſibi-
11 le,vtile,facileq;.Incolume, ne ſit in damno domino ſuo de
12 corpore ſeu mēbris. Tutum, ne ſit in damnum de conſilio
ſuo,vel de munitionibus,per quas dominus poteſt eſſe tut⁹.
13 Honeſtum,ſ.ne ſit ei in damnum de iuſtitia ſua, vel de aliis
14 cauſis,quæ ad domini pertinent honeſtatem.Poſſibile,ſ.ne
15 id quod poſſibile erat dn̄o reddat impoſſibile.Vtile,ſ.ne id
in damnum ſit dn̄o ſuo de ſuis rebus.Facile,ſ.ne id bonum,
16 quod dominus ſuus leuiter facere poterat,faciat ei difficile,
17 ſiue graue.Sed quia nō ſufficit abſtinere a malo, niſi fiat qđ
eſt bonum,vt in iiſdem capitulis ſcriptis:conſilium & auxi-
lium fideliter domino ſuo præſtet, ſi beneficio feudi volue-
rit eſſe dignus, & fidelitatem debitam voluerit obſeruare.
18 Dominus quoque in his omnibus vaſallo ſuo debet redde
re gratam vicem:alias malæ fidei dn̄s cēſeretur. Hæc omnia
19 ſunt per ordinem in decret.22.q.v.c.cum de forma. Vnde p̄r
feudum dupliciter accipi, ſ.a fidelitate, quam vaſallus dn̄o
ſuo, & a fide quam vice verſa dominus debet vaſallo: quā
ſi non præſtiterit,iuramentum fidelitatis eidem dn̄o nō ſer-
uetur.27.q.2.c.Agathoſa.& C.de pact. l. cum proponas.Ae-
21 quum n.eſt vt ab eo,a quo fidē vel bonū exigis,fidem & bo
num tibi mutuo præſtes, arg.ff.de petit.hæred.l.ſed & ſi lege.
§.conſuluit.ext.de teſta.c.cum in officiis.7. q.2.c.illud, 16.q.
2.c.viſis.argu.Si par.fuer.manu.l.j. Sciendum tn̄ eſt, ꝙ facta
conceſſione feudi, & inueſtitura ſecuta tunc, tunc demum
hoc iuſiurandum præſtabit vaſallus.rub.qualiter iurare dēt
vaſal.dn̄o.§.inueſtitura Primo. n.dn̄s debet ex parte ſua cō-
plere,quæ facere tenetur, & poſt debet exigere, & recipere
quod ſibi faciendum eſt a vaſallo.arg.ff.de act. emp.l.Iulia-
nus.§.offerri,& ff.de ædil. edi.l. ſciendum.Si tn̄ iuramentum
22 vaſallus facere recuſaret,tunc non debet ipſum dn̄s inueſti-
re,niſi pacto eſſet remiſſum huiuſmodi iuramentum.c.per
quos fiat inueſtitura.per totum,& c.nulla. Vnde vaſallus,q
inueſtituram petit,debet inſtanter fidelitatem domino pol
liceri,vt rubr.quib. cauſ.feud.amit c.Oberius.§.j.autē.Quid
23 autem, ſi inueſtitura taliter fiat plenius videbitis in ſua ru-
brica,de inueſtitura. Hoc autem iuſtin præſtant omnes va-
24 ſalli dominis ſuis,ſiue habeant feudum honoris, ſiue feudū
ſcutiferi,vel conditionale.In vno tn̄ differunt,quia dn̄s facta
inueſtitura, & recepto ſacramento fidelitatis vaſallum ho-
noris vel militiæ ad oſculum recipere conſueuit: ſed haben
25 tes feudum conditionale vel ſcutiferi recipere non tenetur.
Dr̄ feudum honoris,quotiēs cum re feudali, vt puta caſtro,
vel villa conceſſa in feudum, habet vaſallus iuriſdictio-
nem:quo caſu tenetur vaſallus domino gaudiū faciendi ra-
26 tione.Sed quæritur, mortuo dn̄o an vaſallus iterato iurare
debeat ſucceſſori? Et dr̄, ꝙ vtique.ext.de iureiu.c.veritati.Sed
quando vaſallus iurauit domino recipienti pro ſe & ſucceſ
27 ſoribus ſuis, & iurare non cogitur ſucceſſori. Quid ſi plures
fuerint ſucceſſores, an ſit iurandum omnibus? Videtur ꝙ
non. Nam pro vno feudo non debet quis compelli habere
plures dominos.Rub.de feu.c.Imperialem.§. Rō eſt: ne qui
cum vno domino ꝯ̄xit,diſtringatur in plures id iurare, arg
inſ.de exercit.l.Ne in plures.ff.iud.ſol.l.tn̄.§.penul.Sed argū
contra, quod omnibus ſit iurandum. ff. de vſufru l. ſi cuius
§.ſed ſi plures,& argumētum.ff.qui ſatis.cog. l. ſed ſi plures.
Hoc verius puto,qn̄ omnes ſuccedunt, ꝙ omnibus ſit iurā-
dum: quia & onus præſtandi fidem & defenſionem faciēdi
vaſallo omnibus incumbit, & ſic intererit vaſallo potius
iurare pluribus quam vni: quia & a pluribus iuuabitur &
defendetur,quod vtilius erit ei.argumētum. ff.de ope. noui
28 nunc.l.num rei publicæ. Quid ergo e conuerſo; an plures
hæredes vaſalli iurabunt? Reſpondetur, ꝙ ſi omnes ſucce-
dunt, & æqualiter, ut in rubr.de his qui feu.dare poſſ.c.1.§.
ſed cum hoc omnes iurabunt,ut rub.ſi de feu.cont.ſit inter
dom.& agu.vaſ.c.omnes filii.Cum autem vnus ſuccedit,ille
ſolus iurabit, etiamſi alias plures eſſent hæredes vaſallo in
aliis bonis ſuis. Quid enim ſi de feudo argumentum cōtra
ff.de leg.3.l i. §. fin. Vnde ſi onere venit ad alium,ſed nō ob-
ſtat. Item ſi ex diuiſione ad vnum pernit, ille ſolus fidelita-
tem facit.rub. ſi de feu. defuncti cont. ſi inter dom. & agna
c.omnes filii.

QVI POTEST DARE FEVDVM
Titu. III.

SVMMARIVM.

1 *Omnis homo qui non prohibetur,poteſt dare feudum.*
2 *Papa & Imperator feudum dare poſſunt.*
3 *Fiſcalia ſunt principis,& Eccleſiaſtica domini papæ.*
4 *Patriarchæ,Archiepiſcopi,Epiſcopi, Abbates feudum dare poſſunt.*
5 *Prælati poſſunt dare in feudum illas res quæ ſuo tempore neceſſitate ce-
ciderunt.*
6 *Quattuor caſibus eccleſia de nouo concedere poteſt.*
7 *Agnatis Prælati in feudum dare prohibentur.*
8 *Conſenſus capituli requiritur in infeudatione rerum olim feudalium.*
9 *Res minus eccleſiæ vtilis poterit concedi pro ſeruitio Eccleſiæ utiliori.*
10 *Reges,Marchiones,Duces,&c.in feudum dare poſſunt.*
11 *Marchiones,Valuaſores,Capitanei qui dicantur.*
12 *Diuites Barones in feudum dare poſſunt.*
13 *Mulieres diuites & nobiles in feudum dare poſſunt.*
14 *Iuuenibus,mulieribus infeudatio prohibita.*
15 *Emphyteutæ in feudum dare poſſunt.*
16 *Vaſallus rem ſubinfeudare poteſt.*
17 *Per ſubſtitutum quis ſeruire poteſt.*
18 *Inter artifices longa eſt differentia ingenii & naturæ.*
19 *Si ſeruitium conſiſtat in dando,per alium explicari poteſt, ſecus ſi in fa-
ciendo.*
20 *Operæ certæ per alium ſolui poſſunt,ſecus vero incertæ.*
21 *Vaſallo alium infeudare licet, ac per ſeipſum ſeruire.*
22 *Subinfeudatio eadem forma & conditione fieri debet,qua vaſallus ha-
bet.*
24 *Vaſallo alium infeudanti pretium recipere non licet.*
25 *Subuaſallus offerens ſeruitium domino, ab eo expelli non poteſt.*
26 *Conceſſio feudi vaſalli viuentis,a domino pure facta non tenet, ſecus ſi
ſub conditione.*
27 *Succeſſor perſonæ eccleſiaſticæ,de conceſſione a prædeceſſore facta non
tenetur,niſi prædeceſſori feudum apertum ſit.*

POteſt dare feudum oīs homo, q nō ꝓ
hibetur,vn̄ eſt ꝙ prohibito
riū eſt hoc edictum,vt illud de proc.vt ff.de pro
cura.l.mutus.§.j.Communiter autem cōſueue
runt dare dominus Pap.& Imperator;& eis nul
la lex prohibet,qa legib.ſunt ſoluti.vt ff.de le.& ſena. l.Prin
ceps. Vnde fiſcalia ſunt Principis, & eccleſiaſtica ſunt domi
ni Papæ tanquam propriū ipſorum patrimoniū, & ea ad li
bitum alienant.C.de quad. praſcr.l.bene a Zenone, & ff.ne
qd in loco pub.fi.l.j.§.hoc interdictū.Item dant Patriarchæ,
Archiepiſcopi,Epiſcopi,Abb.& præpoſiti, ſi tamē antiquo
tp̄e dare præpoſitus conſueuit. Et iſti prælati eccleſiarū pn̄t
dare res,q̄ non de nouo eccleſiæ obuenerunt poſt ſuam pro
motionē,cum conſenſu tamen ſui capituli,ext.de reb. eccl.
non alie.c.vt ſup.ibi,nec aliis infeudauit.ext.de his q̄ fi. a p̄l.
ſine conſ.c.in c.nouit.& c.quanto. Non tamē dabunt in feu
dum res q̄ ſunt de mēſa,hoc eſt,res quas inuenit in poſſeſſio
ne libera, licet tp̄e promotionis ſuæ de iis dubitetur,vt d.ca.
vt ſup.& in vſib.feu.epiſ.uel Abb.&c.Item in rub.q feudum
dare poſſunt,& ru.de cleri.q inue.facit.c.de cleri.Itē poſſunt
5 dare in feudū illas res feudales, q̄ ſuo tp̄e neceſſitate recide
runt.Et hoc.in trib.caſib.ſ.cum morte vaſalli reciderent,vel
alienatione illicite facta a vaſallo: vel qn̄ feudū alienatum
eſt in eā perſonā, a qua Eccleſia per ſe id facile recuperare
non pōt. Quia his tribus caſib.poterit Eccleſia alii concede
re ūictū feudū antiquum ad eccleſiā reuerſum.ext.de feud.
6 c.ex parte tua.Item in quatuor caſib. concedet de nouo, ſ.
qn̄ ſchiſmatis fuit epiſcopo collatum ſeruitium, tunc ſchiſ-
matis tēpeſtate ſedata poterit modicū terræ in feudū conce
dere,ut ext.de do.c. per tuas.nam & Papa concedit priuile-
giū ob grām præſtiti obſequii.25.q.1.c.ult.circa finem.Non
7 tn̄ quibuſcunq; perſonis dare Prælati feudū.Neq;.n. dabunt
8 agnatis.C.de ſacroſ.eccl.Auth.quibuſcunq;.Sed quæro, an
prædictis caſibus quib.licet prælatis res olim feudales de no
uo infeudare, exigitur conſenſus capituli? Vr̄ ꝙ nō. Nam
prædicta decretalis, ex parte loquitur prælato: & dicit ſi vi
deris expedire concedas, nec facit de conſenſu capituli mē
tionem: igitur hoc Epiſcopo tantum licet,argumento 24.
diſt.c.qualis,& ff.de condi.& dem.l.cum ita.Circa hoc dica
tis: ꝙ cum talis datio contineat alienationē quodāmodo:
quia tranſit vtile dominium ī vaſallum ſicut in emphyteu
tam,ut ff.ſi ag vecti.vel emphyt.pet.ꝙ melius & tutius ſit ꝯ-
ſenſū capituli reqri,ext.de his,quæ fi.a præl.ſine conſ.cap.c.
cū Apoſtolica:Non vetamus autem, ꝙ in eo caſu niſi ſine
conſēſu capituli p̄lat⁹ licite alienare pōt: qa & tunc eodem
iure in feudū cōcedere pōt.vt 12.q.2.c.terrulas.vbi nō niſi
modicum

modicū terræ licet prælato alienare, ꝑter capituli volunta-
tē.Itē ſi habeat poſſeſſiones minus vtiles,poterit ſimiliter ī-
ſeudare alicui,cuius ſeruitiū eccleſiæ multū erat vtile,ſic vt
poſſet pro aliis poſſeſſionibus vtiliorib.cōmutare ſine capi-
tuli voluntate,vt notatur.d.c.vt ſuper.§.ſui,in glo. quæ inci
pit.xxii.q.2.c.terrulas.ſuccedit.n.loco rei opera ꝑſonalis.ff.ꝑ
10 ſo.l. ſi non fuerint.§.ita con.Itē poſſunt dare in feudū reges,
Duces, Marchiones,& dicitur Marchio a Marchia,q̄a pluri
11 mū eſt iuxta mare.Item Comites,& Capitanei,dicti āt ſunt
Capitanei, q̄ de plebe,vel plebis parte beneficium ſunt a re
ge adepti,uel a Principe ſunt iueſtiti.Itē Valuaſores,q̄ a Ca
pitaneis antiquitus beneficiū ſunt adepti.Et Capitanei vocā
tur ēt Valuaſores maiores:Minores āt Valuaſores Valuaſi-
ni q̄ tenent feudū a Valuaſore magno, oēs ſic denominati
ſunt,vt legitur in tit.qualiter iurare deb.vaſ.domino. ca.q̄ a
12 Principe.Item,poſſunt dare feudū diuites Barones,quorū cē
ſus & opes multū obundant,vt dn̄s Philippus,dominus Cy
ri,dn̄s Iohannes,dn̄s Choroni,& dn̄s Theobaldus de Veſa-
no,& dn̄s Almaricus,dn̄s Aras,& in partib.Italiæ dominus
Raynaldus de Honſorte,& Gentilis de Iuliano & alii cōplu
13 res.Item,poſſunt dare nobiles & diuites mulieres, vt domi-
na Chibernadenſis,& domina Geſarienſis, & aliæ conſimil
les.Nec enim ſubuenit Lex mulieri hoc caſu nominatim.
ff.ad Vell.Sed ſi ego,in fi.Proſpiciendū tamen eſt,vt nō per
mittatur alicui non multū diuiti in feudum cōcedere bona
ſua,q̄ vnum hēt vel plures filios,ne filiorū diminuatur ſpes,
quos ex iuſtis nuptiis procreauit,q̄ vnuſquiſq; liberorū obſe
14 quio parat ſibi,arg.ff.de adop.nec ei.§.videndū. q̄d āt, ſi nō
hēat filios,ſed ipſa iuuenis ſit:tūc q̄a poſſet liberorū ꝓcrea-
tioni ſtudere,nō eſt ei facile ꝑmittēdū mutare dominiū,ar.
15 c.ti.l.ſi pr̄.§.in arrogationib. Itē poſſunt dare in feudum em-
phyteutæ ratione vtilis dominii ſibi cōpetentis, poſſunt eñi
dare,dum tamē canon,ſeu penſio domino p̄ſtet,argu.C.de
fun.pa.l.j.& C.de præd.citria.l.vl. Itē dabit in feudū vaſallus
rē feudalem.rub.de feu.c.Imperialem. §. illud quoq; dūmō
16 tali ꝑſonæ det,quæ hoc feudū ſeruire totū poſſit, eo tenore
& forma,qua primus ſeruiebat uaſallus,videlicet,vt ſi dans
erat miles,& ille,qui accipit ſit miles, ad hoc vt feudū ſimili
ter ſeruiat dn̄o,ſicuti prior.rub.quot teſtes ſunt neceſ ad no-
17 uā inueſ.c.ſi inter duos.§.ſimiliter nec vaſallus. Pōt eñi quis
per alium ſeu ꝑ ſubſtitutum ſeruire.ru. ſi de feudo cōtentio
ſit.c.ſi q̄s deceſſerit,& de feu.c.Imperialē.§.firmiter.ibi,domi
no acceptabilē,&c.Et notādū in eo,ꝙ dicit acceptabilē:Ac
ceptabilis erit,ſi æque idoneus ſit atq; ipſe prior vaſallus, ſi
vero minus idoneā ꝑſonā vaſallus ad ſeruiēdū p̄ſtet, illam
dominus acceptare non tenetur,ar.ff.de conſt.pec. l.q̄ autē.
§.Sed & ſi quis.ff.de arb.l.Labeo.§.ſimili,& l. aurea ad hoc,
C.de Præpo.agē.in reb.l.pe.lib.xii. vbi licet ſeruire per ſubſti
tutū idoneū,& tam morib.optimis p̄ditū, q̄ ſcientiam peri-
tiamq; rerum habentem,& facit ar.C.de epi.& cle.l.q̄ſquis,
& l.ad ſimilitudinem.& ext.de cle.ægr.mini. c. j.ꝑ aliū q̄s p̄t
18 ſeruire.Sed vr̄ ꝯ,ꝙ dominus,qui ſeruitiū certi hoīs elegit,nō
teneatur inuitus alium acceptare,ut rub.de frat. de nouo be
nef.inue.c.ſi duo fratres. quia inter artifices longa eſt differē
tia ingenii & naturæ.ff.de ſolu.l.inter artifices.Et vnius hoīs
operæ non poſſunt eſſe eædem,vt ff.de cond. indebi.l.ſi non
19 fortē.§ Libertus.Super his ſic diſtinguamus:An ſeruitiū tale
conſiſtat in dando aliquid puta libram piperis,vel ceræ, vel
par caponum,vel ſpallam porci ſicuti in Italia a vaſallis fie
ri conſueuit.uel eſt tale ſeruitiū, ꝙ æque bene p̄t ꝑ alium ex-
plicari,& tūc licet vaſallo aliū in feudo ſubrogare domino
vt dictū eſt,arg.C.de cad.tol.§.ne aūt.An cōſiſtat in faciēdo
puta vt cōſulet domino,uel defendat iura ſua,eſt hō ſapiens
præ cæteris in conſuetudinib.huius regni, vt dominus Step.
de Sauueg,vel domi. Iac.Vitalis: vel vt aduocationes faciat
ſm iura,vt eſt in Italia do.de Fano,vel do.Od.q̄b. ſimiles nō
habent,vel q̄a prudēs eſt vexillitus,ſ.Caſtellanus,vt do. Ge-
rard.de Pinchinin,vel vt ſit Mariſchallus exercitus,q̄ eſt pro-
uidus & ꝓbus,vt eſt do.Ioan. de Bibilio,& tūc tale factū nō
poſſet ꝑ alium æque commode explicari,tūc nō licebit va-
ſallo aliū infeudare domino recuſante,arg.ord.C.de ca.tol.l.
20 j.§.Re.& C.de proc.l.vl.ibi,iuſtiores & vehementiores.Alii,
vt do.Azo, dicunt feudatariū ſemper implere poſſe ꝑ aliū,
ꝙ ipſe dēt.Sed vr̄ contra.ff.de ſta.li.l.Stichum.§.vl.Sed ibi lo
quitur in operis incertis,eius naturæ vt ꝑ aliū non implean
tur.Aliud q̄dē in operis certis. Illæ eñi veluti peti ꝑ aliū poſ-
ſunt,ita ꝑ alium ſoluuntur,vt ff.de ope.lib.l.a duob. vbi ple
ne notatur,in diſtinctione operarū,& ut in d.l. de ſtatu libe
ris,continetur.Nec ob.ꝙ dr̄ C.de ſol.l.cum a quo. Quia nō
aliud ꝓ alio,ſed idē vr̄ ſolui.Vbi vero hoc actum eſt ſpāliter
21 ut hmōi vaſalli p̄ſtentur operæ, tunc nō poterūt ꝑ aliū p̄ſta
ri,vt ff.de ſol.l inter artifices,& dicta l.j.C.de cad.to.§.ne āt.
Sed q̄d ſi vaſallus volens infeudare cum non inueniat æque
idoneum infeudat tamen, & vult ipſe ſeruire domino, per
ſe ipſum ac ſi feudū poſſederit.Videtur hoc poſſe facere, ar.
ff.de alie.iu.mut.cau.fact.l.3.§.fui.Quod intelligetis, quādo
eandem cauſam,& conditionem ſeruitii offert,& promittit
22 ſub certa pœna domino ſe paratum p̄ſtare. In quocūq; ve-
ro caſu uaſallo alii infeudare licet,ſcire debetis,ꝙ eadem cō
ditione & forma,& pacto,quo habet uel meliori, nō tamē
peiori.ut rub.de inue.de re al.facta.§ econtrario.ibi, melio-
rē namq; conditionē,&c.unde non poſſet alii cōcedere, ut
ꝑpetuo apud accipientem,& hr̄des ſuos cōſiſtat, ſed ipſe in
uita ſua erat ſolus habiturus.vt rub.quot teſtes ſunt nece.ad
nou.inu.§.Itē eadē lege.rub.ſi de feu.cont.ſit inter dom.&c.
23 §.beneficiū.rub de lege Corra.§.profecto. Vel ſi deſperat de
prole ꝑꝑ infirmitatē,vel frigiditatē ꝑpetuā, ut q̄a caſtratus
eſt,uel ſpado,ut generare non poſſit.Nam prædictis caſibus
aut recedit feudū ī dominum mortuo uaſallo,quādo nouū
erat feudū,uel etiam ſi uetus, eo ſine filiis uel agnatis defun
cto,alienatio,ſeu conceſſio ad totum debet reuocari. ut ru.
qualiter olim pater.al.feud.§. ſi uero uel totum. Aut deue-
niet in agnatos ſi extant, quando feudum erat antiquum,
quib.inuitis iniuria per alium non eſt facienda, cum nihil
deliquerint.ff.ꝙ ui aut clam.l.ne in poteſtate.ff.de re.iu.l.nō
dēt alteri.Nec eis inuitis alienat.ru.de alie.feu.pat. in prin.Il
24 lud tamen ſciendum eſt, ꝙ cū uaſallus infeudat alii feudū
ſuum,tunc non dēt pretiū accipere a uaſallo ſequenti, alias
tanq̄ inuaſio e.l,& ad dominum reuertit̄ tale feudū,ut in ꝯ
ſtitutione Federic.§.callidis inſuper. Hoc tamen caſu ſecun
dum quoſdam primus uaſallus huiuſmodi translationis pe-
riculum poterit euitare, ſi ante litis īgreſſum recuperauerit
rem feudalem.ff.de alie.iud.mut. cauſ.facta.l.ex hoc edicto.
§.ſi quis alienauerit. Argumentum cōtra.ff.de fur.l.q̄ ea mē
te.ff.ui bo.rap.l.pen.& argumentum.ff.de procurato. l.1.§.ſi
25 rem.Item,quid ſi uaſallus cum in uita ſua erat feudum con
ceſſum alii infeudauit,& mortu⁹ ſit,& dominus repetat feu
dum a uaſallo ſuo,ille autem reſtituere non uult, ſed offert
ſe paratum ſeruire domino in uita ſua? Videtur hoc licere
uaſallo ſuo,ut Rub.qualiter olim poter. feud. alien.fere per
totum.Sed quæro,an dominus uiuente uaſallo ſuo, poterit
26 feudum eius alii concedere, ſine uoluntate eiuſdem uaſalli
ſui, ut eo primo uaſallo ſuo mortuo habeat id ſuus hæres?
Videtur quod non,ut in conſtit.Cor.reg.§.ī ſuperiorib.& ru
bri.de feud.c.Imperialem.§.preterea,in fi.& rub.quo tempo
re miles inueſt.pet.deb.c.ſi q̄s fecerit,& C. de pact. l.ulti.Sed
contra,ut rubri.ſi de feud.content.fuer.inter domi. & agna.
ual.capitu.morib & ext.de conceſſio.præbend. c.2.& ff. pro
ſocio.l. 3. Solu. Pure facta conceſſio ſine uoluntate uaſalli
non tenet.ff.de regu.iur.l.id quod noſtrum.ſed ſub conditio
ne ualet,ſcilicet,ſi deſierit eſſe res uaſalli, uel ut habeat illo
tempore, quo nullus alius fuerit impeditus. hæc conceſſio
effectum habet,ſiue ſeruus inueſtiatur,ſiue dominus,inue-
ſtitor & hæredes inueſtitoris tenentur inueſtito,& hæredi
eius veniente tempore uel conditione,ut in rubri.de inueſt.
27 de re al.facta.Veruntamen ſi Eccleſiaſtica perſona faciat ta-
lē inueſtituram,non alias ualebit, niſi ſibi concedenti non
etiam ſucceſſori feudum aperiatur,ut in prædicto cap.mori
bus.& in rub.qui feud.dare poſſ.capitu.ſi uero Archiepiſco
pus.Alii habent rubri.qui ſucceſſ.teneantur.cap.ſi uero Ar-
chiepiſco.

QVIBVS PERSONIS POTEST DARI FEVdum. Tit. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus principalis cuilibet poteſt dare in feudum ſine diſtinctione.*
2 *Nihil tam conueniens naturali æquitati,quam uoluntatem domini, rem ſuam in alium transferri volentis,ratam haberi.*
3 *Heretici & Apoſtatæ feuda tenere non debent.*
4 *Iudæis feuda concedere non licet.*
5 *Excommunicatis feuda denegantur.*
6 *Vaſallus,alium ſubinfeudans,certis perſonis dare prohibetur.*
7 *Fœminæ feudum non datur.*
8 *Nec eccleſiæ.*
9 *Item nec ſeruo vero.*
10 *Hæreticis & Iudæis feuda denegantur.*
11 *Bannito feudum non confertur.*
12 *Inimico capitali domini Vaſallus feudum conferre nequit.*
13 *Deportato feudum non datur.*
14 *Vaſallus potentiorem,quam ſit dominus principalis, ſubinfeudare prohibetur.*
15 *Item qui ſit de alio foro quam dominus.*
16 *Ciuitati ac caſtro feudum conceditur.*
17 *Filiofamilias recte feudum conceditur.*
18 *Militi feudum commodiſſime datur.*

1 Vdiuiſtis, quæ pſonæ pſſit dare ī feudū, nūc audiatis, qb.pſonis dari pōt.Et ſup hoc diſtinguatis : An dominus principalis velit dare in feudū,an alius,& ſi quidem dominus,tunc dabit cuilibet perſonæ cui volet, ſiue libero,ſiue ſeruo,ſiue clerico,ſiue laico,ſiue eccleſiæ,ſiue plato,ſiue ciuitati,ſiue caſtro,ſiuediuiti,ſiue pau peri ma ſculo vel fœminæ , non eſt dñi facienda diſtinctio in pſonis recipiendis,vt in li.feu.rūb.Per quos fiat inueſtitura.§.pſonā & ar.C.de l.ſacrilegii,& argū.C.de precib.imper.offer.l.vni
2 uerſis.Nihil enim eſt tam conueniens naturali æqtati,ǭ vo luntatē domini rē ſuā in alium trāſferre volentis,ratā habe ri.Inſt.de rer.diui.§.per traditionē vnde multi prælati,& plu res eccleſiæ,& ciuitates,& caſtra poſſident hodie res in feu
3 dum,vt in rub.de capitulis Corra.§.Itē ſi clericus.Sed an do mini poſſint dare feudū hæreticis vel apoſtaticis, vel Iudæis maxime ſeuda,vbi ſunt mācipia Chriſtiana,ſeu hoīes & an cillæ?Vr ꝙ nō.Nam hæretici & Apoſtatæ , & Iudæi ex legib. ac morib.nihil commune hēre dēnt cum cæteris Chriſtianis, imo ſunt a conuerſatione hoīum expellēdi.C.de hæ. & Ma
4 nichæis.l.Manichæos,& C.de Apo.l.vlt.Itē Iudæi nō poſſūt poſſidere ēt mancipia Chriſtiana,nedū alios hoīes, vel fœminas Chriſtianas.C.de epi.& cle.l.vl.§.fi.& ext. de Iudæis c. multorū,& c.videri,& c.cū ſit nimis.Imo ſi haberent,pcipiē dū eſt eis, ꝙ eos dimitterent oī appellatione remota.ext.de
5 ap.c.conſuluit nos ii.& facit c.mancipia,di.54.Itē qritur,an dabit excōicatis?vr ꝙ non , qa excommunicatio nō pt eſſe ſine peccato ſic vt participet criminoſo ſiue crimini. ext.de
6 ſen.excom.c.nuper.Si āt alius det in feudū ǭ dominus,puta vaſallus qui pōt aliū infeudare,vt ru.de feu.c.Imperialem.§ illud quoq;,& dixi.ſ.rub.q poſſunt dare in feudū Dabit itaq; in feudū vaſallus,& tunc nō poterit ſic largiter oīb.illud da re.Prohibeť.n.dare illi , q non eſt potens ad ſeruitiū faciendum,vt ipſe uaſallus.rub.quor teſtes ſunt neceſſarii ad nou.
7 inueſt.§.item eadē lege,ru.de lege Corra.§.profecto.Itē non dabit fœminæ,quæ ad feudū ratione ſexus non aſpirat. rub. de ſuc.feud.§.filia vero,&c.Quod āt diximus ſ.ꝙ ſit potēs vt ipſe vaſallus, ītelligimus quo ad ſeruitiū debitū faciendū,ut
8 poſſit illud p æque vt vaſallus.Itē non dabit eccleſiæ.rub.de alie.feu.Similiter nec clerico, vel conuerſo , vel monacho, ſunt enim inhabiles ad pugnādum.extra de vot.& voti red. c.ex multa,§.fin.quorū arma ſunt lachrymæ,non tela.23.q. 8.c clerici.Quia ēt ſi haberent feudū, perderent illud multo fortius non dēt eiſdē aliqđ nouū dari.ru. ſi de feu.def contē. ſit,& c.§.q clericus efficiť,& rub.An mutus,vel alias imperſ.
9 circa finē.Itē nō dabit vero ſeruo alieno , qa eius nō liberū arbitriū ſeruiendi,ar.ff.de re.iu.l.uelle non creditur. ꝙ intel ligi pōt,quando ipſum ad ſeruiēdū vellet ſubſtituere ipſe va ſallus domino loco ſui,qa ſic non eſt par eidē in ſeruitio fa
10 ciendo.Item non dabit hæreticis,Iudæis,vel excōicatis eadē rōne,qua diximus ſ.ipſum dominū principalē cōcedere nō
11 valere.§.ſed an domini.Itē,non da itur ei, q eſt in bāno do mini ſui,vel regis,vel Imperatoris, cui ſubeſt dominus prin cipalis.Eſt enim ei ciuitas interdicta,& ideo loco deportati habetur ff.de bo.lib.l.qui cum maior.§. is dominū.& ita nō
12 eſt habilis ad ſeruitiū exhibendū.Itē non dabit inimico capitali domini ſui.Si ei prohibetur copulare amicitiā cū inimico domini,arg.ff.de of.præfe urb.l.j.§.cū patronus multo magis vr prohibitū bona domini ei dari,arg.ff.de ſer.expo.
13 l.cuius.Item nō dabit deportato:nec.n.hæres inſtitui pōt.C.
14 de hæ inſt.l.j.itē prohibeť dare Comiti,Marchioni,vel Baroni tali,q ſit potēcior dño principali,q nō ſit habilis ex facilitate conueniendi,& coercendi ad ſeruitia facienda.argu.ff.q
15 ſatiſd.cog.l.2.Item non dabit illi, q prorſus eſt de alio foro, ſiue Iuriſdōne,ǭ dñs principalis.ar.ff.de ali.iu.mu.cau.fa. l.j. aut alicui,q ſit pp talē cōceſſionē dñm vexaturus.Quid.n.ſi erat caſtrum,uel alia munitio in feudo,ǭ ſi hēret alius ex ea eſſet dñm vexaturus.& iō nō licebit,arg.ff.eo.ti.l.aut alium. Rō eſt ī pdictis aliis caſib.duob.ſ.ꝙ oporteret dominū expe riri cū tali vaſallo alterius prouinciæ ī prouincia illius,quādo ſeruitiū nō pſtaret,ꝙ domino graue eſſet,ut ī pdicto c.li cet & potētiori dominus nō poſſet eſſe par,& ſic dura & dif ficilis domino conceſſio talis eſſet,eo.ti.l.3.& fieret cōtra ſacramentū ꝙ pſtat vaſallus,ſ.facile poſſibileq;.Quid āt ſi con
16 cedat ciuitati,uel caſtro,uel alicui uniuerſitati.vr poſſe cōce dere,qa & vſusfructus eis pt cōſtitui ff.qb.mo. vſuſf. ami.l.ſi vſusfructus ciuitati,& durabit ei,ſ.ad 100.annos,quib.finitis ad dominū reuerteť.ff.de vſu.l.an uſusfructus,& c.itē an filio familias cōcedet.Et vr ꝙ ſic,argū in ru.de na.ſucceſ.feudi,ī
17 prin.Nā ex oīb.ptractl filiusfamilias obligať,pterquā ex mu tuo & voto.ff.de iud.l.tā ex cōtract.& ff.de act.& ob.l.filiusfa milias.Nō.n.hoc caſu,cuius filiatio impedit cām feudi,dum mō ſit alias habilis ad ſeruiendū,ar.ff.ad Treb. l. quo ad ius
18 publicū.ſed nūquid Curiali cōcedere pt, vr ꝙ nō, argū C. lo.l.Curialis.idē vr de militib.l.milites eo.ti.Sed hoc uerum puto,ſi erāt milites tales,q numeris & ſignis deberēt iugiter inhærere,& rē publicā a qua alūtur,ab oī bellorū neceſſitate deſendere.Nā pp huius feudi cōceſ. uſus armorū omitterēt,& nō armis,ſed priuatis negotiis īcūberēt,vt pdicta.l.mi lites continet.Alias āt ſi vaſallus feudū ſeruiret ſm cōſuetu dinē feudi potius dabit militi,ǭ priuato ſeu pagano, ut rub. ſi de feu.conr.ſit inter do §.vaſallus.Nā habiliores ſunt milites ad ſeruiendū de feudo,ǭ alii hoīes,& iō eſt eis facilius & cōgruētius cōcedendū.Quid,ſi fieret cōceſſio pſonis phibitis ſine domini voluntate? Cōceſſio ſiue datio nulla erit. & ſicut quādo emphyteuta in pſonas phibitas alienat,cadit a iure emphyteutico, ſic dici poterit ī hoc caſu,vt a iure feudi cadat uaſall⁹,& dñs poterit vindicare,ar. C.de iur.emp.l.vlt.

QVAE RES POSSVNT DARI IN FEVdum. Titu. V.

SVMMARIVM.

1 *Res immobiles,& quæ inter immobilia computantur, proprie in feudū dantur.*

2 *Feudum Cameræ uel caneuæ nō debetur, niſi ſit unde ſolui poſſit.*

3 *Res,quarū alienatio prohibita eſt a lege,in feudū dari non poſſunt.*

4 *Decimæ ad tempus,non in perpetuum dantur in feudum.*

5 *Res mobiles,rebus immobilib.accedentes,in feudo conſiſtere poſſunt.*

6 *Res ſacræ in feudum dari vetantur.*

7 *Res ſacræ laicis in feudum non conceduntur,ſecus eccleſiaſticis.*

8 *Laicus cum uniuerſitate eccleſiam in feudum concedere poteſt.*

9 *Publica res in feudū non datur.*

10 *Res quæ in patrimonio noſtro futuræ ſperātur,recte in feudū dantur.*

11 *Res mobilis nec in feudum,nec emphyteuſim datur,licet in ea vſufruct. recte conſtituatur.*

1 Vidimus autem qbus pſonis datur,ſequitur uidere,ǭ res poſſunt dari in feudū.Poſſunt dari pprie res immobiles,quæ in patrimonio nr̄o conſiſtunt.Itē res , quæ inter immobilia cōputantur,ut decimę,primitiæ, uel certi annui re ditus debendi de camera,uel Caneua domini,uel uectiga.ut puta de cauena.uel fundo,ſiue ſint reditus ī pecunia,uel fru mēto,uel oleo,ſiue vino,vel alio quouis fructu,quia huiuſmodi res poſſunt dari in feudū,ſicuti dr & notatur in li.feu. ru.de feudi cogn.c.Hubertus de Horto.Sed notādū eſt ī feu
2 do Cameræ,uel Caneuæ,non dēre id dari niſi ſit in Camera uel Caneua,unde ſolui poſſit,alias ſi iſta ſit uacua , ſine culpa domini nō debetur. ſed expectandū eſt donec aliquid ſit ibi,ꝙ dare poſſit dominus.Nec dominū dare poſſe intelligiē niſi ære alieno deducto,in ru.de notis feu.in prin.Et facit ad hoc de dote pl.l.2.§.ſed et ſi dotem.ibi,namq; & ſi qs ita le gauerit.Sed cōtra,C.de fal.cau.ad.l.ſiue.Sol.Diſtinguitur an quantitas exprimatur ut corpus,ut pdicta ru.de notis feu.& pciū.§.ſed & ſi dotē,& ff.de le.i.l.plane.§.ſed hoc ita, & tūc nō debetur quātitas,nec corpus ignotū,ut ff.de le.ii.l.Lucius § qſqs ſeruū.Aut quātitas in genere certa,& tūc falſa demō ſtratio nō nocet,ſicut nec nocet in §.qcunq;.itē ad id ꝙ dicitur,expectādū donec ſit ꝙ ibi dari poſſit.facit.ff.de cōt.emp. l.ſi debitor.§.fi.ff.de uer.ob.l.inter ſtipulātē.§.ſacrā. & ff.quādo dies leg.ced.l. funeris. Et qa taxationis uices obtinēt hæc
3 uerba,ǭ mihi caneualia erunt,unde quādo totū eſt. totū debetur,& quādo minus,minus debetur.ff.de uino,oleo & tri tico l.cū certus numerus.Itē ad id ꝙ teneatur dominus pſtare oī ære alieno deducto facit.ff.de re iud.l. cū ex cā dona tionis.Verūtamē res illicitæ dari nō poſſunt,quarū phibita
4 eſt alienatio a lege,uel fundi dotalis,ut ff.de fun.do.to.ti.ſed & res,ǭ ſubiacēt reſtōni.C.cōia.de le.aut.res ǭ.Itē ꝙ diximus decimas dari,uerū eſt ad tps , non tamē in ppetuū cōcedentur,probatur hoc p multa iura ī dec.x.q.j.c.vlt.& ext.de his, ǭ fi.a pl.ſine cōſen.ca.c.cū in apła.& ext.de deci.c.phibem⁹, & c.ad hoc.x.q.i.c.j.ad tps tamē nō ut titulus,ſed ut diſpēſiū decimæ pceptū laico poſſet ɔcedi,ar.12.di.c.ſi qs iure tamē dominii,& poſſeſſiōis penes Eccleſiā remanēte, qa laici nō poſſunt decimas poſſidere,ext.de pſc.c.cām.Iō diximus non
5 poſſe cōcedi in pətuū,qa ppetuus ſeudatarius hēt utile do miniū, ſicut emphyteuta & ſuperficiarius.ff.ſi ager uect. l. ii.§.quotquot.ff.de rei uin.l.idē ſupſiciarius,& l.pter , & ſic ēt dominio priuaretur,ſi perpetuo cōcederentur,ꝙ eſſe nō pt fiet igitur de decimis ad tps conceſſio,ut dictū eſt. Itē poſſūt res mobiles cōſiſtere in feudo,nō tamē principalr per ſe, ſed cū accedunt rebus immobilib.ut ſerui & ancillæ, & aſcripti glebæ fundi feudalis,quæ ſunt pars fund.ff. de diuerſ.& tēp. præſc.l.3.qui ſine ſolo non poſſent alienari.C.de agri.& cēſ.
6 l.quemadmodum. Itē nō poſſunt dari in feudum res ſacræ, vt Eccleſiæ:qa earum phibita eſt alienatio, vt C.de ſacroſ. eccleſ.auth.multo magis.Quod aūt dr,res ſacras non poſſe
7 in feudum dari, verū eſt a laico laicis:qa nullū eſt earum re rum cōmertium.ff.de ɔh.em.l.Et liberi. Neq; legare poſſūt. ff.de leg.i.l.cætera. Sed ab Epiſcopo pōt concedi Eccleſiæ cū ſuis

ſuis bonis & cleris q̄a ea donare licet pſonis Eccleſiaſticis non ſecularib. ex. de don. c. conſultationib. Sed anne aliquo
8 caſu Laicus Eccleſiam concedere pōt in feudum? Rň. pōt cum vniuerſitate, puta ſi dňs hēt villam vel caſtrum, ī qua erat eccleſia, in qua hēbat dňs eius ius patronatus, qď ei in eccleſia ꝯpetebat. ext. de iu. pat. c. ex literis. Et ſic cum vniuerſitate tranſit eccleſia, quæ per ſe ſolā non poſſe argm̄ e. ti. c. cū ſerui, & ext. de re iu. c. cum Berthol. & argm̄. ff. de acq. rer. dom. l. quidā. & ff. de ꝯh. emp. l. in modicis. Sic erit ī Syndico, q cum vniuerſitate aliatū rerum tranſit. argm̄. ff. de fun. dot. l. i. Item non pōt dari in feudū res publica, q̄ in publico vſu hr̄, vt eſt cāpus Martius, vel forū, vel theatrū, vel baſilica. Nā eorum non eſt commerciū. ff. de ꝯh. em. l. ſed Celſus. Item licet dictum ſit s̄. res q̄ in patrimonio nr̄o conſiſtunt, dari poſſe in feudū, rň poſſunt dari ēt q̄ ad præſens non conſiſtunt, ſperantur tň dēre conſiſteret, vt eſt fundus vel caſale, qď eſt mō in hoſtium pōtate. Vň dňs quondā illius caſalis vel fundi recte illud ſibi ꝯcedet ī feudū. Quæ ꝯceſſio hēbit effectū, qň fundus iure poſtliminij in poteſtatem dňi reuertetur, habebit talis fundum. ff. de act. emp. l. vlt. & tenetur dňs cꝯ, ſi ea tň in ſuam pueneri t poteſtatem, ſicut ꝙ qň concederet ī feudū rem alienā. Nā ſi poſtea efficiatur dňi tenet illā rē ratam hr̄e. ff. de rei ven. l. ſi a Titio. ff. de exc. rei iu. l. pen. ff. de doli. exce. l. apud Celſ. §. ſi a Titio. Sed nunqd res mobilis, puta
11 equus vel ſcyphus auri vel argenti, vel veſtimenta ſerica, vel aliæ res mobiles poterunt per ſe in feudū concedi? Vr̄ quod ſic, q̄a vſusfructus quodā mō in eis pōt cōſtitui. ff. de vſufr. earū rer. q̄ vſu conſ. l. j. & ij. præſtita cautione, ꝙ finito feudo reddatur æſtimatio dictæ re argm̄ e. ti. l. ſi vini, & l. qñ pecuniæ. Sed q̄uis de rigore iuris Ciuilis hoc poſſet fieri: tň in vſu nō hr̄. ut cōſtituatur in rebus huiuſmodi mobilibus feudum. Nam nec emphyteuſis in rebus mobiliorbus eſſe pt. C. de ſacro ſi. eccleſ. iubemus. §. vlti. & auth. ſi quas ruinas, & aut. perpetuam, de iure emphy. l. j. & 2.

QVIBVS MODIS CONSITVATVR FEVdum. Titulus VI.

SVMMARIVM.

1 *Feudum inter viuos pacti & ſtipulationibus in vltima voluntate teſtamēto vel codicillis conſtituitur.*
2 *Quomodo feudum pacto conſtituatur.*
3 *Stipulatione quomodo feudum conſtituatur.*
4 *Feudum qua ratione vltima voluntate conſtituatur.*
Succeſſione quomodo feudum ad quem pertinere dicatur, ibid.
5 *Dominus ad tradendum feudum nudo pacto promiſſum, compelli poteſt.*
6 *Feudum datur amore et gratia.*
7 *Feudum ſtipulatione promiſſum certi conditio petitur.*
8 *Feudo generaliter promiſſo, ſtatus & qualitas accipientis conſiderāda, ſi feuda determinata ibi erant.*
9 *Feudo generaliter promiſſo, ſi illic feuda determinata non erant, promiſſio non valet.*
10 *Feudum etiam ſententia conſtituitur.*
11 *Seruitus per ſententiam non debet conſtitui, ſed quæ eſt, declarari.*
12 *Feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini quærendum eſt.*
13 *De ſuo non alieno iure quis lucri ſe debet.*

1 SEquitur videre. Quib modis conſtituatur feudū, & certe conſtituitur inter viuos pactionib. & ſtipulationib & ī vlti. voluntate, i. vel teſtō vel Codicillo, vel donatione cauſa mortis, vel alia qualibet voluntate. Sic
2 cōſtituit̄ vſusfructus. ff. de vſuf. l. 3. in princ. Pacto conſtituit̄, qñ dňs pacto promittit, ſe daturum feudum alicui vaſallo ſine aliqua ſolennitate verborū, gratis & amore præcipuo paciſcendo, Sic eſt pactū. ff. de pact. l. j. Sic feudum amore q̄rendū eſt, non precio conſtituto, in lib. feu. Rub. de feudato
3 iure legis cōmiſ. c. qdā obligauerat. Stiplone ꝯſtituit̄, qñ vaſallo interrogāte dňm an pmittat ſib dare tales poſſeſſiones ſeu feudos in feudū, dňs interrogatus ſtatim rňdet, pmitto. Sic concipitur ſtipulatio per interrogationem præcedentē. ff. de verb. obligatio. l. j. §. Stipulatio. lege continuus. & C. de
4 vſuſructu. lege prima. In vltima voluntate conſtituetur qñ legatur a dňo res in feudū. Item qñ quis inſtituitur hæres in bonis ſuis, vt ea teneat iure feudi vel a Rege, vel a Comite, vel a dňo, vel vt a cohærede teneat iure feudi, ſi dominus fecit plures hr̄des. Pōt. n. vnum grauare, vt partē hæreditatis teneat in feudum a cohærede, & ſic dicetur feudum ad nos per ſucceſſionem pertinere. rubrica. de feud. cogni. §. Sciendum.
5 Et eſt gradib. ſuc. in feu. capitulo pri. in princ. Item q̄ritur cū nudo pacto ꝯſtitutū eſt feudū, ſeu pmiſſum, an potetit vaſallus agere contra dominū, ut tradat ipſum ſibi? Vr̄ ꝙ non, quia ſm leges ex nudo pacto non oritur actio. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla, cum ſimilibus. Sed de iure canonico bene agitur ex nudo pacto, q̄a quātū ad dominū, nō intereſt inter ſimplex votū & ſolēne, ſeu iur̄m. 22. .i. q. c. pdicādū. & xii. q. i. c. quicūq; ſuffragio. & 12. q. 5. c. q̄a lo. Et eſt rō Canonū, q̄a dū venit q̄s cōtra ſimplex verbū, mortaliter peccat, vt 22. q. j. c. pdicandū vnde dicit decretalis, ꝙ pcedit de ore meo, nō faciā irritū. Cor. n. loquētis dēt ori cōuenire. 13. d. c. Pſalmiſta. Vnde pbabiliter dici poſſet, ꝙ ſicuti donator ex nudo pacto cōpellit̄ pficere donationē, ſimiliter compellatur dominus perficere infeudationē, licet conuenerit dare nudo pacto. C. de dona. l. ſi q̄s argentū & ſicuti datur ibi condictio ex l. ſic & detur condictio ex moribus, q̄a eadē eſt cā munificentiæ & gratiæ vtriuſq; Sicuti. n. donatio fit amore, vel gratia, nullo iure cogente ff. de don. l. donari. Sic feudū datur amore & gr̄a, vt rubr. de feu. dato iure, l. ꝯmi. c. qdā obligauerat. Et licet dominus det feudū vt ſeruitiū ſibi fiat, nō ob. Quia & donatio fit ob cām vt ſeruitiū vel aliqd donationi cōgruū pſtetur, & tamen nihilominus donatio appellatur. C. de do. q̄ ſub mo. l. j. & p totū, & C. de preſcr.
6 ver. l. Ea lege vnde cū eadē rō ſit ī vtroq; niſi idē eſt exiſtimādū, C. ad l. Fal. l. vlt. & ff. ad l. Aq. l. illud. Et q̄a moribus nouis & cōſuetudine inductū eſt feudū, cōdictione ex morib. poterit agi cōtra dominū, q nudo pacto conuenit. ſe feudū da-
7 turū. arg. ff. de cōd. ex leg. Cum aūt ſtipulatione feudū pmiſſum eſt certū, tunc certi cōdictione ex ſtipulatu aget vaſall⁹
8 cōtra dominū pmittētē ff. ſi cer. pet. l. ſi q̄s certū Quid ſi domin⁹ pmiſſit ſe daturū uaſallo vnum feudū, nec mōſtrauit ſeu expſſit quale feudū. ſ. magnum, vel paruū? Vr̄ nō ualere fundo incerto donato. ff. de iur. dot. l. cum poſt. §. gener. econtra uř ualere. l. ſi domus, in prin ff. de le j. Sup hoc diſtingue. Aut dominus, puta Rex vel Comes habebat feuda certa, & determinata in regno vel terra ſua, aut nō. primo caſu valet pmiſſio. Sed ad ꝙ feudum tenebitur, magnū vel paruū? Vr̄ ꝙ ad minimū ſeu exiguū teneatur. ff. de le. 3 l. minus. vel ad mediocre feudum obligat̄, arg. ff. de au. & arg. leg. l. q lancem. vel ad maius feudū, ut cōtra dominū fiat interptatio, q potuit apertius exprimere ꝙ pmiſit, argō. ff. de pac. l. veterib. & ff. de cōtr. emp. & uen. in l. & l. Labeo. Poſſet dici, cōſiderādā qualitatē, & ſtatū accipientis, ut ſi alicui viro clariſſimo, uel non eſt veriſimile dominum, q honorē habitū voluit ei, cui feudū pmiſit, modicū feudū præſtare voluiſſe, arg ff. de iu. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſed ſi proponas. Dignitas. n. uaſalli facit ad augēdū feudū. ar. ff. de le. j. ſi ſeruus plurū. §. fin. Si uero uaſallus erat mediocris ſtat⁹, feudū ſibi mediocre detur. vbi
9 uero determinata feuda nō erant, & dominus dixit ſe unum feudū daturū non ualet, q̄a minimū feudū dādo ſe liberare poſſet, ut ī eo et nec palma, uel ēt digitū pp breuitatē ipſius extendere poſſet, & ſic deriſoriū eſſet feudū. Quia feudū, ſicut fundus, arbitrio patriſfamilias cōſtituitur. ff. de leg. inſ. l. Qď virorū. §. ſi q̄s poſt. & ff. de uerb. ſig. l. recte, in fi. & l. locus. uel poſſumus dicere, ut inſpiciatur quale ſit ſeruitiū, ꝙ dňs expſſit ſibi pſtari rpe promiſſionis, ut cōſiderato ſeruitio, puta unius linitis uel duorū, uel plurū expſſorū in cōmemoratione de feudis, feudū cōueniēs detur inſpecta ꝯſuetudine patris, ſeu domini regionis, ar. ff. de le. l. ſi ſeruus plurū § numerus, ibi, deinde regionis, & argm̄. ff. de re. iu. l. ſemp. cōſiderabitur ēt facultas bonorū domini & charitas & neceſſitudo in eū, cui promiſſum eſt feudū, ar. eiuſdē. §. & ff. de alimē
10 tis leg. l. Cum alimenta. ſed q̄ritur, an ſententia conſtituatur feudum. Veluti cū eſſet qō inter uaſallū ptendētem ſe habere rem in feudum, & dominū negantem eſſe feudum, Iudex iudicauit feudum fore. Reſp. Bene conſtituitur feudum p ſententiam quo ad partes litigantes: Quia rebus iudicatis eſt ſtādum. C. de re iu. l. 1. Et res iudicata quantum ad partes pro veritate accipitur, etiam ſi contra ius litigatoris ſit lata. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcind. l. 1. §. 1. & ext. de re iud. ca. cum inter uaſ. Nam cum poſſit conſtitui feudum ultima uoluntate ſeu teſtamento, ergo & authoritate prætoria conſtituetur. ff. de
11 pigno. act. l. non eſt mirū. Nec ob. ff. ſi ſer. uen. l. ſicuti. §. diſtat. ibi, per ſententiam non debet ſeruitus conſtitui. ſed quæ eſt declarari. Quia uerum eſt ꝙ ſnīa nō dr̄ conſtituere, cum ille q pretendebat ius ſeruitutis allegaret alias ſibi debitū, & iō ſnīa nō dicitur cōſtituere, ſed cōſtitutā eſſe declarat, & ita declaratio facit ius cōpetere uictori ī ſeruitute, ut ex ſnīa ſe defendat, q̄uis nō appareat alias ſibi debitā ſeruitutē. Et ſic in feudo idē probabiliter dici pt. Nā & uſuſfructus tuitiōe præ
12 toris dr̄ cōſtitutus. ff. q̄b. mo. uſu. ami. l. i. ſed q̄ritur, an poterit ſic cōſtitui, puta obligo tibi rē pro c. & ſi nō ſoluero tibi ad terminū, habeas rē in feudū. ru. de feu. dato in uicē legis cōc. dr̄, ꝙ debitor qñcunq: pecuniā ſoluēdo, pacto non obſtāte, pignus recuperare poſſit. Et rō eſt, q̄a feudū nō ſub ptextu pecuniæ, ſed amore & honore dňi acquirendū eſt. Itē q̄rit. Po-
13 ne ita vt dictū eſt, eſſe cōſtitutum feudum, vaſallus vendicat a tertio, ille tertius poſſeſſor excipit nō valere conſtitutionē talis feudi, vt pote in fraudem legis commiſſoriæ celebratā,

an pp hoc excludet ipſum a vendicatione feudi, cum princi
palis dñs de talibus oppoſuerit vaſallo. Reſp. nõ obiicet hic
poſſeſſor vt in Lombardica de pignore. l. ſi qs fideiuſſor. De
ſuo. n. iure, non de alieno glibet ſe tueri dẽt, & hoc eſt ꝙ no
tatur ĩ ſimili caſu. ff. ſi ager vect. l. 3. in gl. Idẽ & ſi non ſoluãt
quo ad extraneos. nemo. n. poteſt ius extranei allegare. ff. ſi
vſusfructus petatur. l. vti frui. ff. ſi ſer. ven. l. loci. Idẽ iuris, ſi vẽ
didero tibi domum pro centum data certa parte precii non
ſoluti, vt eo. c. recitatur. vt eadẽ ſit rõ de parte, quo ad partẽ,
quæ eſt de toto, quo ad totũ. ff. de rei vend. l. quæ de tota.

QVALITER ACQVIRATVR FEVDVM. Titu. VII.

SVMMARIVM.

1 *Feudum in vltima voluntate conſtitutum acquiritur adita hæreditate.*
2 *Feudum conſtitutum contractu inter viuos habito, acquiritur inueſtitura, vel eo quod inueſtituræ loco ſit.*
3 *Poſſeſſionis traditio corporalis facienda.*
4 *Inueſtitura quomodo fiat.*
5 *Inueſtituram quis facere poſſit.*
6 *Qualiter fiat inueſtitura remiſſiue.*
7 *Patientia transfertur poſſeſſio.*
8 *Dominus per ſe ipſum inueſtituram facere debet.*
9 *Inueſtitura poſſeſſio transfertur, ſi feudum ſit in conſpectu, uel ſimilis actus fiat.*
10 *Præſcriptione 30. annorum feudum acquiritur.*
11 *Poſſidens longo tempore vt feudum, ſe contra dominum tueri poteſt.*
12 *Sacramento poſſeſſoris quando ſtetur remiſſiue.*
13 *Nouo poſſeſſori feudi iuramentum non defertur.*

1 SEquitur videre. qualiter acqratur
feudũ. Ad hæc ſciẽ
dũ, ꝙ acquiritur, ſi in teſtõ, ſeu in vltima volun-
tate ſit conſtitutum, adita hẽditate. ff. de le. j. l. ſi ti
bi homo. §. cum ſeruus. & ff. de fur. l. a Titio. Et ſic ſucceſſio-
ne acquiri dr̃, ſ. poſt aditam hæreditatẽ defuncti legãtis, & iu
re hẽditario relinquẽtis. ſic intelligit̃ in li. feu. de feu. cognit.
§. ſciẽdũ, ĩ fi & de gradib. ſucceſſionũ in feudo c i. in prin. Et
hoc, ſi ille cui relictũ eſt feudũ voluerit ad ſe pertinere, alias
ſibi non acqritur, vt eodem. §. & ff. ſi cer. pet. l. proinde, & ff. de
2 leg. j. l. legatarius. Si autem feudum cõſtitutum eſt in contra
ctu habito inter viuos, ad hoc vt pfecte acqratur, oportet ꝙ
inueſtitura fiat de feudo, alias non acqritur ſine inueſtitura
vel alio ꝙ ſit loco inueſtituræ, vt in li. ſeu quot teſtes ſunt ne
ceſſarii ad nouã inueſtiturã. alias de cõſuetudine recti feudi
3 in prin. Item ꝙ fiat poſſeſſionis traditio corporalis, & tunc
vere dominiũ ſaltẽ vtile cõpetit. vt C. de pac. l. traditionibus.
4 Inueſtitura ãt fit, cum dñs q feudũ concedit tenẽs aliqd ĩ ma
nu, puta baculũ, annulũ, vel biretũ, tradit illud in manu va
5 ſalli, dicẽs: Inueſtio te de re tali ſeu tali. Quã inueſtiturã pt fa
cere, q hẽt adminiſtrationẽ ſuorũ bonorũ, quãdo eſt nouũ
feudũ, ſi ãt eſt vetus, poterit facere & pupillus. ru. quid ſit in-
6 ueſtitura. §. inueſtitũ. Qualiter ãr fiat inueſtitura, videbitis in
rub. de inue. & de hoc hr̃ extra de his, q̃ fiunt a præl ſine con
ſen. ſ. c. ca. ex eorum. extra de re iu c. cũ olim. Itẽ ſufficit ꝙ in-
7 ueſtitura ſit, puta ſi patiente domino vaſallus poſſeſſionẽ
feudi accepit, nam patientia transfertur poſſeſſio. ff. de do. l.
8 q ſaxũ. rub. de feu. co. c. vl. Itẽ ſcire debetis, ꝙ alius põt de ſeu
do per uaſallũ domino ĩueſtiri. extra de pra b. c. accedẽs. Sed
an dominus per procuratorẽ eius poterit inueſtire: Vr̃ ꝙ nõ,
9 ſed p ſe ipſum facere dẽt, ar. C. de iu. emph. l. ul. Itẽ vr̃ ꝙ inue-
ſtitura poſſeſſio trãſfert̃, ſi cõceſſum feudũ eſt in cõſpectu,
& demõſtrat̃ uaſallo, ut eã de cætero ſibi hẽat. ff. de acq. poſ.
l. Quod in eo. §. ſi uenditorẽ. Vel ſi dominus ſe p uaſallo cõ-
ſtitueret poſſidere. ff. eo. ti. l. ꝙ in eo. Vel ſi claues caſtri uel uil
læ, uel domus conceſſæ in feudũ tradit dominus ff. de peri. &
com. rei uen. l. Clauibus, uel ſi dominus inſtrumẽta, ſeu car-
tas pdiorũ tradidit. ut C. quæ res pig. obli. poſ. l. 2. & C. de do.
l. ſi qs argentum. §. ſin autem. uel ſi dominus conducat certa
pẽſione rẽ feudalẽ a uaſallo. ff. de rei uend. l. Cũ qnidã, uel ſi
uaſallus tenebat rẽ feudalẽ, & dominus poſt conceſſionem
feudi patiatur ipſũ uaſallum rẽ tenere, ut ff. de acq. rer. do. l.
10 qua rõne. §. interdũ. Inſt. de rer. diui. §. interdũ. Itẽ acquiritur
feudũ pſcriptione 30. annorum, ſi uaſallus ipſum ut feudũ
poſſedit, licet non fuerit de ipſo a domino inueſtitus. rubr. ſi
de feu. def. content. ſit inter do. & ag §. ſi quis p 30. annos, &
11 rub. de feu. c. Imperialem. §. Si quis per 30. ann. Sed an longo
tpe poſſidens ut feudũ, poſſit ſe ↄ dominũ tueri? Vr̃ ꝙ cum
probet ſe tanto tpe poſſidere domino ſciente, & ſe ſeruiiſſe
domino, & ut uaſallum ſe a domino receptum, ꝙ detur de-
fenſio, ut iurando domino ſe uaſallum eſſe, & feudo a domi
no inueſtitũ, ſtetur eius aſſertioni, præſtito taliter ſacramen-
12 to. Rub. de conſue. recti feudi, in prin. qñ autem ſtetur ſacra-
mento poſſeſſoris vel non, dicemus inf. de inueſtitura. Vñ
13 tamen ſciendum eſt, quòd quando eſt noua poſſeſſio vaſal
li, non dabitur ei ſacramentum: licet velit iurare ſe ha-
bere in feudum, & a domino inueſtitum. Rubri. de con-
ſuet. recti feudi. §. item ſi inter dominum: ſed petenti & iurã
ti domino, ſe non dediſſe in feudum, poſſeſſio reſtituetur.
eodem. §. in ſi. Secus autem dicendo quod poſſidet ſe habe-
re in feudum. arg. ff. de iureiu. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iura
uerit. & §. Marcellus etiam. & C. de pig. act. l. nec creditores.

QVALITER RETINEATVR FEVDVM, & alienetur. Titulus VIII.

SVMMARIVM.

1 *Multi caſus iugiter incidunt, per quos homines ſua retinere non poſſunt.*
2 *Vaſallus tantum alienare poteſt, quantum dominus ei conceſſit.*
3 *Feudo conceſſo vaſallo & ſuis hæredib. licita eſt alienatio.*
4 *Venditione vaſallo conceſſa, prius domino denunciatio facienda.*
5 *Venditio feudi pro paruo debito de facili non eſt permittenda.*
6 *Venditio feudi debet fieri agnatis.*
7 *Item æquali venditio fieri debet.*
8 *Pars feudi licite alienari poteſt.*
9 *Libellarius contractus quid ſit.*
10 *Libellarius contractus valet, ſi ſine fraude fiat.*
11 *Libellario mortuo ſine hærede, ad dominum feudum reuertitur.*
12 *Libellario, ſi domino ſeruire velit feudum auferri nequit.*
13 *Feudum in dotem dari poteſt fauore matrimonii.*
14 *Emphyteuta in emphyteuſim dare poteſt eodem iure, quo & feudum dari poteſt.*
15 *Vaſallus ſine domini voluntate dare poteſt.*
16.17 *Eleemoſyna de feudo conſtitui non poteſt, ſed de reditibus donec durauerit feudum.*
8 *Eccleſia deterioris conditionis eſt, quam alia res.*
19 *Vaſallus eccleſiæ in feudum dare poteſt domini voluntate accedente.*
20 *Templariis in feudum concedi poteſt.*
21 *Eccleſiæ feudum concedi non eſt nouum, neque inſolitum.*
22 *Feudum potentiori alienari non debet, quam ſit dominus principalis.*
23 *Vaſallus an poſſit rem feudalem obligare.*
24 *Locatio vaſallo permiſſa eſt.*
25 *Feudi noui alienatio vaſallo permiſſa domini voluntate accedente, ſecus antiqui.*
26 *Legatum feudi non valet.*
27 *Vaſallo viuente dominus alium infeudare poteſt ſub conditione.*
28 *Dominus alii donare, vendere, atque legare poteſt ius ſuum directum.*
29 *Alienato feudo vaſallus alteri iurare tenetur citra diſtinctionem.*
30 *Vaſallus fidelitatem recuſans, feudo priuatur.*
31 *Alienatio feudi ſiue pro parte, ſiue pro toto facta, vaſallo decedente reuocatur.*
32 *In generali bonorum venditione feudum non comprehenditur.*

1 VIdimus ſupra qualiter Acqui-
rat̃. Sed
qa multæ & ĩnumerabiles cauſæ rebus incidunt
mortalibus, per quas iugiter homines quod ha-
bent retinere non poſſunt, C. de vſuf. l. corruptionẽ: Ideo vi
2 dere conuenit qualiter alienetur feudum acquiſitum. Et ſu-
per hoc videndum eſt, ſi in conceſſione feudi, dominus va-
ſallo conceſſit alienare, tunc tantum poterit licite facere,
ſicut permiſſum eſt in contractu. C. de iu. Emphyt. l. j. Item
3 ſi conceſſum eſt feudũ, vt ipſe vaſallus & ſui hæredes, & in
illo caſu alienare poterit vaſallus, vt in Rub. de feudo non
hab. propriam naturam feu. ſtatim in princip. Et, an prædi-
ctis caſibus alienabit rem etiam ſine domini voluntate? Et
videtur quòd ſic, ſi vaſallus eſt debitis obligatus: quod ne-
quit ſoluere aliunde, ſecundum conſuetudinem regni Hie-
ruſalem. Vẽdet feudum, & de precio ſuum debitum ſoluet:
& ſic neceſſitate ſuadente alienatio permittitur: quod non
permitteretur alias. Rubr. qualiter olim poter. feud. alien §.
neceſſitate namque ſuadente: vbi permittit partem aliena-
re alia parte retenta. Quidam dicunt ibi recitari, ꝙ antiquo
tpe fieri poterat alienatio in parte, non autem hodie hoc
licebit. Rub. de vaſall. qui cont. conſt. Loth. in princ. & Rub.
de feudis. cap. Imperialem. Vel prædictæ Conſtitutiones Lo
tharii & Federici locum habent in feudis Italicis. Sciendũ
eſt, ꝙ in caſu quo dictum eſt licere vaſallo vendere rẽ feu-
dalem, puto congruè obſeruandum, vt vaſallus prius denũ
ciet domino ſe velle vendere, vt ſi dominus velit emere
poſſit prius, eo autem emere recuſante vel negligente, inf.
duorum menſium ſpacium poſt denunciationem factam
domino per vaſallum, ex tunc vendere licebit vaſallo, &
in pſonas nõ prohibitas ius ſuũ transferre. C. de iu. emph. l.
vlt. ſm conſuetudinem huius regni faciet vaſallus notifica-
ri palam per tres proximas ciuitates, qualiter vult feudum
ven-

vendere pro debito per ſoluendo, & plus offerenti dabitur
5 ſine fraude, & dominus contradicere non poteſt. Item ſcien
dum eſt, ꝙ pro paruo debito non pmittetur de facili vẽdere
feudũ: ſed potius obliget creditori, ꝙ ex fructib ſibi debitis
ſoluat: ꝙ ſi creditor nolit recipere, tunc conſiderata debiti
quantitate, mediocrem rem alienabit, inſpecta ipſa qualita-
te & quantitate & honore. Nõ ergo ꝑ modico debito rem
vendet magni precij, arg. ff de reb. eo. qui ſub tute. vel cu. ſ ma
gis. §. in prin. & C. de ſacroſ. eccl. auth hoc ius porrectum &
6 x. q. ii. c. hoc ius. Itẽ alienabit & vendet vaſallus agnatis. rub.
de alie. pater. feu. & ar. C. de fideicom. l. voluntas. qui in emẽ-
do domino pręferuntur, arg. d. c. alienatio. rub. qualitẽr olim
7 poterat feud. alien. §. præſer. autem. Item alienabit vaſallo, ſ.
dando in feudum æquali vel meliori vaſallo rub. qui teſtes
8 ſunt neceſſarii. alias de lege Corradi §. ſimiliter. Item poterit
alienare licite partem feudi, licet non totum, ſecũdum quoſ
dam. rub. de alie. feudi, in prin. Item rub. quæ fuit prima cau.
ben. amit. § illud enim eſt, & rub. la prima, quib. mo. lis. feud.
amit. c. quia ſupra, §. item ſi fratrem ſed ibi loquitur, qũ libel
9 larius nemine mediante concedit. Eſt ãt conceſſio per libel
lum, quando concedit rem pro certo precio vſque ad certũ
tempus, puta 28. annos ſubiecta annua penſione: & ſolet ẽt
adiici in eodem contractu, vt finito libello ſub eadem penſio
ne & conditione, dẽat renouari. rub. de lib. c. ſtellat non tamẽ
concedet vaſallus eccleſię per libellum prædicto m de alien.
10 feu in princ. Sciendum eſt tñ, ꝙ prædicto caſu quando per li
bellum concedit vaſallus, ſi ſine fraude fiat, valet. ru. de feud.
11 c. imperialẽ. §. callidis inſuper. Item mortuo vaſallo ſine hæ-
rede, ad dominum reuertitur feudum. conceſſione huiõi fa
cta, non obſtante vt prædicto ti. de alie. feu. Idem eſt, ſi vaſal
lus viuens refutauerit ipſum feudũ. qa ille qui accepit nullo
modo poterit aduerſus dñm ſe tueri, ti. Apud quẽ vel quos
12 controu. feu. deſi. Quid ſi ille qui libellario iure accepit. vult
mortuo vaſallo domino ſeruire an dominus ſibi auferre po
terit rem conceſſam; & videtur ꝙ non ttu. qualiter olim po
13 terat feud. alie. §. ſi vero vel totum, in fine. §. Item quæritur,
an poterit mulier habens feudum illud dare in dotem, vel
pr̃ ꝑ filia, vel maritus dare in donationem pp nuptias vxo-
ri, maxime eo caſu quando alias non eſt ei ſufficiẽs patrimo
nium ad dotem dandã, vel donationẽ p. p nuptias faciendã?
Vr̃ ꝙ poſſit: nam vbi alias prohibita eſt alienatio in caſib p̃
dictis, nihilominus tñ conceditur. C. com. de leg. auth. res q̃
fauor enim publicus dotis hoc fieri perſuadet, arg. ff. ſolut. mat.
14 l. j. Et quia vſumfructum habens, põt dare in dotem & vale
bit ſe viuente, ſic & feudũ, in Aut. de nup. §. ſi vero. Item ma
15 xime eo caſu, quando pater vellet dare feudum in dotem ꝑ
filia, videtur non licere, qa filia a feudi ſucceſſione & benefi
cio eſt excluſa rub. de feu ſucceſ c. i. §. filia. Poſſet dici, in fauo
rem matrimonii, & ſobolis procreandæ dare licere in dotẽ
& donatione. n propter nuptias non obſtante d. §. Item quæ
ritur, an vaſallus poſſit dare rem in emphyteuſim? Videtur
ꝙ non, quia dare in emphyteuſim, alienatio dicitur, in Aut.
de alie. emph. in rub & tex. Sed dicas poſſe dare, eo iure quo
& feudum dari poteſt. Nam & ibi alienat, ſ. quia trãſfert vti-
le dominium in vaſallum, ita & hic trãſfertur in emphyteu
tam. Et poterit eodem iure, qa de ſimilibus idem eſt iudiciũ.
16 C. ad l. Fal. l. vl. & C. de conſt. pe. l. vlt. Item quæritur, an pote
rit donare ſine domini voluntate? Videtur ꝙ ſic, differt enĩ
hoc poſſe donare ab emphyteuſi, vt C. de iur. emphy. l. vl. &
ext. locati. c. potuit. vbi notatur per l. j. C. de fund. pat. & C. de
præd. decur. l. vl. vbi q hẽt feudũ in emphyteuſim a fiſco, põt
donare, dummodo pẽſio ſuis temporib. fiſco detur. Itẽ quæ
ritur, an poterit dare in eleemoſynam pauperibus? Videtur
ꝙ non, rub de feu. ca. Imperialem. Nam & ſi allodium ſuum
feudale quiſquam contulerit eccleſiæ, vel alio cõtractu alie-
nauit, niſi per gratiã, tanq̃ eccleſia de nouo recipiat feudũ,
retinere nõ p̃t. rub. de allodiis in prin. dẽt enim quiſquã ado
rare dñm de ſua ſubſtantia, ſicut dicit ſcriptura, nõ de ſubſtã
tia aliena, puto tñ de fructib. qui pertinent vaſallo valere ob
17 lationẽ factã eccleſiæ, vel pauperib. donec durauerit ius feu-
dale, dum tñ domino ſeruiatur, ar. C. de fun. pat. l. j. Nec ob. ꝙ
dictum eſt, ſ. poſſe donari alicui priuato ſeculari, ſecundum
18 quoſdam, & ſine domini volũtate. Quia Eccleſia deterioris
conditionis eſt, q̃ alia res. ff. de manu. l. fin. § cum ex plurib. &
ff. de lr. ſi quis a filio. Semp enim rem haberet, ꝙ graue eſſet,
vt dñs re ſua omni tempore priuaretũ rub. de alie. feu. in prin
ci. & ff. de vſuf. l. 3. Alia ratio eſt, quia hoĩes eccleſię inhabiles
ſunt ad ſeruiendũ dño ſeculari, puta cũ armis ad aliquem
offendendum. extra de voto & voti red. c. ex multa. § ti. quo
rũ officium neminem offendere, oĩb. aũt prodeſſe dẽt. ar ex.
de poſtu. c cum ſacerdoti. & 14 q. 5. c. deniq; cum ſuis cõcor
19 dantiis Item quæritur. an vaſallus feudũ ſuũ poterit eccleſiæ
dare in feudum? Si domini voluntas accedit, planum eſt, ꝙ
non diſtinguitur perſona accipientis. rub. quid ſit inueſtitu-
ra. cap i. alias videtur non licere, quia vaſallus non p̃t domi-
no ſeruire per eccleſiam ſubſtitutam, quia inhabilis eſt ad
ſeruiendum, vt diximus, quia arma clericorum, lachrymæ
20 ſunt. 23. q. 8. c. clerici. Quid autem ſi alias ſunt eccleſiæ hoĩes,
ſunt habiles ad ſeruiendũ domino cum armis, ſicut ſunt Tẽ
plarii, Hoſpitalarii vel Teutonici, qui præ aliis ſecularibus
poſſunt iuuare dominum contra hoſtes, maxime in regno
Hieruſalẽ, vbi ſunt ad offendẽdum hoſtes, & ad defenſionẽ
terræ Chriſtianorum principaliter conſtituti Vr̃ prædicta rõ
prohibitionis ceſſare, ſed inhabilis non ceſſat infirmitas il-
la quia inhabiles ſunt qui non poſſunt decedere ſine hære-
de, vt dictum eſt ſupra. Sed ad hãc poſſet probabiliter reſpõ
deri ſic, vt quando cõſtituitur vſuſfructus ciuitati tenet, quã
uis ciuitas ſemper duret vſque in centum annos, qb. finitis
21 ad dominum reuertẽ. ff. de vſuf. l. an vſuſfructus. ſic ẽt hic.
Præterea non eſt nouum neq; inſolitum cõcedi feuda eccle
ſiis. rub. de capi. Corra. §. Item ſi clericus. Vnde ſi vaſallus in-
feudauit eccleſiis vel prælatis, nõ poterit eũ dominus redar-
guere Hoc forſan poſſet proinde tolerari in regno Hieruſa-
lem pp fauorem defenſionis faciendæ ab eis cõtra peſſimos
Sarracenos, inuadentes aſſidue iura regni. Si ãt negligeret ec
cleſia ſeruire, caderet a iure feudi ipſo iure. rub quæ fuit i. cau
ſa ben. ami. §. ſed non eſt alia iuſtior. Nam & hoc eſt alias. C.
de ſacroſ. eccl. l. iubemus nullum, ꝙ negligendo vel omittẽ
do poteſt prælatos facere deteriorem conditionem eccleſiæ,
de præ. c. j. 16 q. 1. c. placuit, vt quicunq; & definit ext. ca. fir-
mitate. Nec eſt contra rõnem communem, Multa nanque
pro vtilitate publica cõtra rõnem iuris cõis introducta ſunt
22 ff. ad l. Aqui. ita vulneratus. §. vl. Sin autẽ feudum eſſet alicuiꝰ
domini ſecularis graue eſſet domino, ſi vaſallꝰ alienaret ali
cui de prædictis, quib dominus principalis par eſſe non poſ-
ſet, & iõ eius cauſa durior eſſet. ar. ff. de alie. iud. mut. cauſa fa
cta. l. 3. Itẽ quæritur, an vaſallus poterit rem feudalem obli-
23 gare Vr̃ ꝙ ſic, arg ff. de pig l. res hypothecę, ſed contra eſt ru
bri de feud. c Imperialem. Item an poterit locare? Reſp. ꝙ ſic
quia prohibetur alienare, vt rub. de feu. c. Imperialem. Sed lo
care nõ eſt alienare, qa proprietatẽ & poſſeſſionẽ rei locatę
retinemus. ff. lo. l. non ſolum. & ff. de vi & vi ar. l. fin. Sic & cõ
24 modare & deponere p̃t mobilia, q̃ ſunt in feudo, eadem rõ
ne ſ. commo. l. rei cõmmodarę, & ru. qualiter olim poterat
25 al. § donare. niſi locatio eſſet fraudulẽta alienatio. Itẽ q̃ritur,
an quolibet caſu poterit vaſallꝰ alienaret feudum domini vo
luntate? Reſp. Si feudum eſt nouum, puta cõceſſum ipſi va-
ſallo, tunc põt alienare: ſi ſit antiquum nõ, ẽt domini volun
tate. niſi agnatis facto cõſentiẽtib. ad quos eſſet beneficium
26 reuerſurum. rub. de alie. pater. feudi. in princ. Item quæritur,
an legare illis, vel hęredes inſtituere illos poſſit, qui alias nõ
eſſent ſucceſſuri. Videtur ꝙ ſic. Nam licet prohibeatur ali-
cui rem alienare, intelligitur inter viuos prohibitum, nõ in
vltima voluntate. ff. de alie. iu. mu. cau. facta. l. ex hoc edicto.
§ ſi hæredem, & transfertur dominium, cum transfert in vl
tima uoluntate. Sed ꝙ non ualeat relinqui ẽt in vltima uo-
luntate patet, qa eius alienatio ꝓhibita eſt a l. prædicta, Impe
27 rialẽ. rub. de uaſallo qui cont. conſt. Lot. c. j. Sed quęritur, an
dominus uiuente uaſallo poterit alium infeudare ſine ua-
ſalli uoluntate? Vr̃ ꝙ non. rub. de feu. c. imperialem. §. præte-
rea, in fi. Sed contra rub. ſi de feu. def. content. ſit inter do. &
ag. uaſ. ca. moribus. ſol. Poteſt infeudare ſub conditione, ſ. ſi
ad ipſum dominum reuertetur ſecundo uaſallo. rit. de inue.
28 de re al facta. & de feu. dato in uicem legis com. §. ſi quis in
ueſtierit. Itẽ quæritur, an dominus poterit uendere, donare,
uel legare ius ſuum ſ. directum dominium? Vr̃ ꝙ ſic. C. de do
na. l. ſpem. Nam proprietarius legat rem, in qua alius habet
uſumfructum, & uni legat proprietatem & alii uſumfructũ
ff. de uſuf. leg. l. ſi alii. Sed uidetur non licere domino ſine ua
ſalli uoluntate rub de lege Corradi. §. ex eadem lege. ꝙ Me-
diolani non obtinet, ibi enim dominus ſine curia etiam to
tum beneficium alienare poteſt, dum tamen aut æquali do-
29 mino, aut maiori detur, non ſine uaſalli uoluntate. Item
quando totum ſuum ius alienat, an nouo domino iurabit
fidelitatem? Certe cum licita eſt alienatio, & alienat æquali
domino uel meliori, uaſallus tenebitur nouo domino obe-
dire Nec obſtat, ſi ipſe uaſallus eſſet nobilior domino prælI
bato. Eo. n. iure, quo uaſallus eſt, minor quolibet domino re
putatur. ar. ff. de iur. om. iu. l. eſt receptum. Aſſumpſit nãq; p-
ſonã uaſalli, cum feudum recepit. Non ergo pudeat ſemp eã
dẽ donec feudum durat, hr̃e pſonã, ar. C. de poſtu. l. q ſqs. § ul
ti. hoc. n. euenire poſſe ꝓſpicere debuit. ff. loc. l. ſi qs domũ. §.
j. ff. de dam. infe. l. q. bona. §. Cũ inter, & ff. ad Tre. l. Lucius. §.
30 pe. Quid aũt ſi uaſallus recuſat facere fidelitatẽ. Tunc feudo
priuatur. rub. p quos fiat inueſtitura. § nulla aũt, & c. rub. quę
ſunt i. cau. ben. §. ſed non eſt alia. & poterit deiici de eo. arg.
ff. lo. l. qro. § iter. & C. lo. l. eiuſdẽ & C. de iu. em. l. 2. C. de ſacr.
ecc. auth. qui rẽ huiõi. Et ita eſt unus iſte, quo poteſt uaſallus
expel-

expelli a feudo. Alios caſus nota inf. quibus modis feu. ami.
§. item qui a domino. In ſumma nota, ꝙ ſi aliquis de Capi-
31 taneis vel maioribus vel minoribus vel valuaſoribus ſuum
feudum totum, vel feudi partem alienauit, & ipſe vel hæres
eius ſine hærede deceſſit, totũ quod fecit reuocari debet: qa
beneficium ſenioribus aperitur. Rub. apud quem vel quos
controuerſia feudi definiatur: alias de feud. dan. min. valuaſ.
32 Sed pone, ſit capitaneus quidam, qui in quadam charta ſua
ſcripſit ſe omnia bona tali vel tali vendidiſſe: nunquid &
feudum vendidiſſe cenſebitur? Et beneficia ſeu feuda in
venditione non contineri, conſtat: niſi expreſſe actum ſit
vendantur. Rub. qui dẽant ſuccedere in feudo. capi. quidam
capitaneus. In generali enim alienatione feudum non con
tinetur: niſi dictum fuerit nominatim. Rub. ſi de feu. def. cõ
tentio ſit. cap. in generali alienatione. de pig. l. obligatione
generali. & ff. de priuile. cred. l. penult. & C. quæ res pig. obli.
poſſ. vel non. l. j.

QVIBVS CASIBVS ET MODIS FEVDVM amittatur Titulus IX.

SVMMARIVM.

1 *Sine certa ratione & conuicta culpa nemo feudo priuandus eſt.*
2 *Plurib. mod. feu. amit.*
3 *Morte quomodo feudum amit.*
4 *Capitis deminutione maxima quomodo.*
5 *Capitis deminutione media quomodo.*
6 *Ingratitudine amittitur caſib. qui conſiſtunt aut in faciendo, aut non fa faciendo.*
7 *Vaſallus dominum ſcienter aſſiliens, feudo priuatur.*
8 *Vaſallus aſſilens caſtrum, in quo dominus eſt, itidem priuatur.*
9 *Vaſallus impias manus in dominum mittens feudo priuatur.*
10 *Idem eſt ſi manus ſaltem leuarit.*
11 *Non ſic ſtricte agitur cum uaſallo ut cum liberto.*
12 *Vaſallus dominum diffamans feudum perdit.*
13 *Vaſallus dominum ad ſui tutelam diffamans excuſatur.*
14 *Vaſallus domino graue diſpendium ſua delatione inferens feudo priuatur.*
15 *Vaſallus ſponte teſtimonium dicens in caput domini, feudo priuatur.*
16 *Vaſallus dominum de crimine capitali accuſans priuatur.*
17 *Excuſatur ſi accuſauerit non criminaliter.*
18 *Excuſatur item ſuam suorumque iniuriam proſequendo.*
19 *Vaſallus crimen, quod domino intendit, probans, excuſatur.*
20 *Vaſallus excuſatur retorquendo crimen obiectum.*
21 *Vaſallus ante ſententiam diſiſtens ab accuſatione ueniam meretur.*
22 *Vaſallus ſponte contra dominum aduocans feudo priuatur, ſecus ſi coactus a iudice.*
23 *Vaſallus iudex contra dominum iuſte pronuncians, excuſatur: ſecus ſi dolo.*
24 *Vaſallus errore dominum in ſeruitutem reuocans excuſatur.*
25 *Pœna aucta a iudice in accuſatione uaſalli contra dominum inſtituta uaſallus non tenetur.*
26 *Vaſallo etiam in modica criminali cauſa dominum accuſare non licet.*
27 *Vaſallus uxori uel liberis domini iniuriam faciens feu. amit.*
28 *Vaſallus feloniam committens, ob quam in curia domini ſtare nequat, feudo priuatur.*
29 *Vaſallus tradendo munitiones domini feudo indignis redditur.*
30 *Vaſallus copulans parentelam cum inimicis domini, feudum amittit.*
31 *Vaſallus ni ſubuaſallum qui dominum offendit, ad ſatisfaciẽdum domino deducat, feudum amittit.*

VIdiſtis ſupra, Qualiter feudum acquira
tur & alienetur. Sed quia
ius, quo vtimur, conſiſtit non tantum in acquirẽ
do & conſeruando, ſed etiam in amittendo, vt
ff. de leg. & Senatus. l. fi. conſequenter videatis quibus modis
1 & caſib amittatur feudum. Nam ſine certa ratione & cõui-
cta culpa non eſt quis feudo, vel beneficio priuandus. Rub.
de feudo ſine culpa non amittendo. cap. ſancimus. Sciendũ
2 ergo eſt, quod feudum amittitur pluribus modis: morte, ca-
pitis diminutione maxima & media, ingratitudine, negligẽ
tia, clericatione, inuaſione, refutatione, bonorum ceſſione,
alienatione illicita, præſcriptione facta ab altero de re feu-
dali, euictione rei, re extincta, & negatione, ſiue mendacio
ſcienter facto de re feudali. Amittitur ergo morte, ſcilicet
3 quando vaſallus moritur, cui erat ad vitam conceſſum: vel
ſi in heredes & ipſe ſine hæredib. moritur, tunc feudũ finitũ,
& ad dominũ reuertitur: ſicut amittitũ, & perit vſusfructus
4 morte vſufructuarij. l. quibus mod. vſusfru. amitt. l. ſicuti in
annos §. morte. Capitis diminutione maxima amittitur, ve
luti cum de libero factus eſt ſeruus: vel dãnatus in perpetua
vincula, vel ad opus metalli: quo caſu perdit liberam ciuitã
5 tem & familiam. ff. de capit. diminut. l. vlt. Item media capi-
tis diminutione amittitur, quando amittitur ciuitas, & fa-
milia, tamen & libertas retinetur: vt cum aliquis eſt forban
nitus, ſicut fieri conſueuit in ciuitatibus contra malefacto-
res, qui habẽtur loco deportatorum. ff. de bonis libert. l. qui
6 cum maior. §. hi demum. Ingratitudine amittitur multis ca-
ſibus, qui conſiſtunt, aut in faciendo, aut non faciendo, id
7 eſt, in negligendo facere, ꝙ facere debet: In faciendo com
mittitur ingratitudo per quam perditur feudum, ſcilicet ſi
vaſallus aſſilierit dominum ſcienter: cognoſcẽs dominum
ſuum eſſe, Rub. quib. mo. feud. amit. §. ſimiliter. Rub. quę fuit
prim. cauſ. benef. amitt. §. porro ſi dominum. Similiter ſi ca-
ſtrum domini, vel ciuitatem aſſilierit, ſciens dominum, vel
8 dominam ibi eſſe. d. §. Similiter, & d. §. porro ſi dominum.
9 Item ſi impias manus in dominum miſerit, argumen. in Au
then. vt cum de app. cog. §. illud quoque, & dicto. §. porro.
Idem forte ſi curauit, vt dominus percuteretur in corpore
10 ſuo. ff. de iniur. l. non ſolum. Quid ſi manus aduerſus domi
num leuauit, non tamen percuſſit? Quia iniuria eſt, licet vis
abſit, tamen noxius eſſe videtur. ff. de iniur. l. item apud. §. ſi
11 quis pulſatus. Quid ſi quadam contumacia vel iactãtia cer
uices aduerſus dominum erexit, aut leuis offenſæ contraxit
culpam? Videtur feudo priuari: ſicut libertus hoc faciẽs con-
tra patronum, priuatus eſt dicta libertate. C. de liber. & eorũ
lib. l. ſi manumiſſus. Sed forſan non ſic ſtricte agitur contra
vaſallum, iſto caſu, ſicut contra libertum, qui cum eſſet ſer-
uus & non homo, factus eſt homo, bonum eſt, vt honoret,
& reuereatur patronum, qui manumiſit eũ, vt cum aduer-
ſarium non haberet. Grauiori ſi quidem pœna afficiendus
eſt libertus, cum maius beneficium eſt collatum, argumen.
12 C. de Epiſcop. & Cler. l. presbyteri, in fine. Item ſi diffamatio
nem, & inhoneſtam iniuriã domino intulerit: vel vitæ eius
inſidiatus fuerit veneno, vel gladio, vel aliter, vt prætallega-
13 to titu quæ fuit prima cauſa benef. amit. § porro. Excuſatur
hoc caſu, quando iniuriatur domino ad tutelam ſui vaſal-
lus: tunc enim non dicitur iniuriari, ſed iure facere ff. de iu-
ſti. & iure. l. vt vim. & ff. ad l. Aquil. l. ſcientiam. §. qui cum ali-
14 ter. Item ſi delator domini ſui extiterit, & propter ſuam de-
lationem graue diſpendium fecit eum ſuſtinere, eodem tit.
§. item ſi delator. Sic hæres filius priuatur hæreditate patris,
& patronus bonorum poſſeſſione liberti, qui delator eius
extiterit, vt in Auth. vt cum de appel. cog. §. cauſas. Idem eſt
ſi delatorem ſubmiſit, vel pro eo in cauſa delationis fideiuſ
ſit, vel ſuo teſtimonio eum iuuit. ff. de bon. libert. l. qui cum
maior §. 1. & ff. de his quib. vt indig. l. legatum. §. qui accuſa-
15 uit. Quod autem dicitur, ſi teſtimonium dixit in caput do-
mini, vel patroni feudo priuari, intelligatis quando ſponte
dixit, ſecus ſi coactus fuerit a Iudice perhibere teſtimoniũ
veritati, vt ff. de his quibus, vt indig. l poſt legatum. §. is quo-
16 que. & ff. ſi quis cont. l. 2. §. 1. Item ſi accuſauerit dominum
de crimine famoſo, vel capitali: niſi fecerit hoc pro Princi-
pe vel Republica tunc excuſatur, vt in Auth. vt cum de ap-
17 pel. cog. §. cauſas autem. Item excuſatur, licet accuſauerit,
18 non tamen criminaliter. ff. de bon. lib. l. qui cũ maior. Item
excuſatur, ſi accuſando ſuam, ſuorumque iniuriam proſe-
quatur vaſallus, eadem l. qui cum maior. §. ſi patris mortẽ.
19 Item ſi crimen, quod intendit, probauit vaſallus, iure excu-
ſatur ſecundum quoſdam. ff. de iniuriis. l. eum, qui neceſſita-
te. Hoc tamen intelligo, quando intererat liberti, propter
neceſſitatem dominum accuſare, vel ratione officii, quod
gerebat. ff. de in ius voc. l. quęſitum. Alias quãuis patronus
deliquerit, non debet ipſum denunciare vel deferre: Si fece-
rit, beneficio indignus eſt, vt ſupra dictum eſt. §. item ſi dela-
20 tor. Item excuſatur, ſi accuſatus retorſit in eum crimina.
Ignoſcendum enim eſt ei vaſallo, qui prouocatus, voluit ſe
21 vlciſci. ff. de bonis libert. l. qui cum maior. §. idem puto. Item
ſi ante ſententiam deſtiterit ab accuſatione, vel ſi appella-
tione interpoſita deſiit. eadem l. qui cum maior. §. accuſaſſe.
Quod poteſt intelligi, quando nondum probauit crimen
obiectum: & ſic iniuria non habuit effectum. ff. quod quiſ-
22 que iur. l. j. §. fi. Quid ſi fuit aduocatus contra dominum? Vi
detur excuſari, quia aduocatus non accuſ. ff. de bon. libert. l.
qui cum maior. §. ſi patroni. Argumen. contra. ff. de inoffi.
teſtam. l. vlt. & expreſſe ext. de poſtul. c. vlt. vbi dicitur: Cleri-
cus qui contra Eccleſiam, a qua beneficiũ obtinet pro ex-
traneis aduocatus, vel procurator eſſe pręſumit, tanquam
ingratus poteſt (maxime ſi clericus ſit eiuſdem Eccleſiæ)
beneficio huiuſmodi ſpoliari, & etiam argument. 1. q. 7. c. 1.
16. diſt. c. ſi Imperator. 3. q. 1. c. nulli, & ſic vaſallus tenetur do
mino. 22. q. 5. de forma. & in vſibus feu. quomodo feu. amit.
Quidam diſtinguunt, an coactus a prætore aduocationem
facit, & tunc propter iuſſum Iudicis excuſaretur, argum. ff.
de aq. plu. arcen. l. quanquam, ff. de iuriſdic. omn. iud. l. ſi quis

id quod

id quod.doli,id eſt, ab ipſo prætore iuſſus: poteſt enim præ-
tor compellere aduocare.ff.de poſtul.l.j.§.ait.prætor.& C.e.
l.prouidendum.& ſic intelligo dictum.§. ſi patroni. Quod
ignoſcendum eſt ei,qui ſponte accuſauit,vel aduocauit,ea.
l.qui cum §.ſi pater.An ſine compulſione ſponte pro,extra
neis contra dominum aduocauit, & tunc beneficio eſt in-
23 dignus,vt §.clericus autem,cum ſuis concordantiis. Item ſi
vaſallus eſt Iudex,& in cauſa domini contra ipſum pronũ-
ciat,videtur ſi iuſte iudicat excuſari, quia Iuris executio nõ
habet iniuriam.ff.de iniurjis.l.iniuriarum.§.i. Si autem ma-
le & dolo,tunc domino tenetur ad omne intereſſe, vt ff.de
iudi.l.filius.§.index,& Inſti.de oblig.quæ ex qua. del. naſc.in
princip.vel ſi placet domino,priuare poterit cum feudo:qa
iurauit vel promiſit iura domini defenſare. Quid ſi petat
24 dominum in ſeruitutem ſuam vt ſeruum redigi, & non ob
tinuerit, mox veritate comperta paſſus eſt ſpſum in liberta
te morari? dicendum eſt vaſallo non obeſſe, maxime ſi ha
buit iuſtam cauſam errandi,ff. de bon.lib.l.in ſeruitutem.§.
25 ſi petierit.Item, qd ſi vaſallus dominum accuſauit eo crimi
ne,cuius pœna non eſt capitalis,veruntamen iudicanti pla
cuit augere pœnam? Videtur hoc non nocere vaſallo:qa
imperitia ſeu ſeueritas iudicantis hoc fecit. ff. eodem.l. qui
26 cum. §. demum. Similiter econuerſo accuſauit de crimine
capitali,Iudex tamen benignius puniuit, vt non obſit inſti-
ſtituta accuſatio,eo.tit.l. idem eſt.Sed videtur non licere va-
ſallo dominum accuſare etiam in modica criminali cau-
ſa,vel teſtimonium contra ipſum dicere,alias priuatur.Ru.
de conſuet.recti feudi.§. ſimiliter vaſallus.Item committiẽ
ingratitudo in faciendo, videlicet ſi vxori vel filiis domini
iniuriam fecerit:quia per eos dominus iniuriam patitur.ff.
27 de iniuriis.prætor.§.non ſolum. Inſtitu.eodem.titu.§.patiẽ,
& facit optime.ff.de off.præfecti.vrb.l.j.§.cum patronus.Itẽ
ſi fratrem ſuum occiderit, vel nepotem vel filium, ad hoc
28 vt totum feudum habeat, vel aliam feloniam commiſerit.
verbi gratia, hominem tradendo, vt amplius in curia ſtare
non poſſit, quod intelligo hominem qui domino ſerui e-
bat,tunc bene priuabitur.Rubr. quib. mod. quę fuit prima
cauſa benefi.amit.§. ſi vero. Item ſi munitiones domini, in
29 quibus dominus confidebat,tradederit inimicis, quia facit
contra ſacramentum fidelitatis in illo articulo. Tutum ſu-
30 ſupra de forma iuramenti. §. tutum. Quid ſi cum ini-
micis domini parentelam copulauerit? Videtur,ſi in con-
trarium domini ſui fecit, beneficio ſpoliari. argumen.ff.de
off.præfe.vrb.l.j.§.cum patronum, & C.de inoffic. teſtamẽ.
31 l.liberti,in fine. Illud quoque faciendum eſt, ꝙ ſi vaſallus
de feudo ſuo alium vaſallum habuit, & vaſallus vaſalli do
minum domini ſui offenderit, niſi pro ſeruitio alterius do-
mini ſui fecerit,feudo ſuo priuabitur, & ad dominum ſuũ,
a quo ipſe tenebat,reuertetur:niſi requiſitus ab eo,paratus
fuerit ſatisfacere maiori domino,quem offendit,& niſi va-
ſallus eum,qui maiorem dominum offendit, requiſierit vt
ſatisfaciat domino,feudum amittit. Rub.de feu.c.Imperia.
§.illud quoque.

QVALITER FEVDVM NEGLIGENTIA deperdatur.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus niſi intra annum & diem domino mortuo, hęredem inueſtituro requirat,feudo priuatur.*
2 *Vaſallus de fidelitate domino præſtanda trib.vicib.requiſitus, eam facere negligens,feudo ſpoliatur.*
3 *Hoc ita:ſi maior ſit.14.annis,ſecus ſi minor.*
4 *Vaſallus grandem iacturam,quam domino imminere norat,celãs, feudo priuatur.*
5 *Vaſallus iacturæ domini non reſiſtens, tenetur de negligentia.*
6 *Non debet,qui ſcit,vlterius certiorari.*
7 *Vaſallus dominum in acie periclitantem dimittens, feudum amittit.*
8 *Vaſallo ad defenſionem domini inutili nihil imputatur.*
9 *Vaſallus dominum mortifere vulneratum dimittens,excuſatur.*
10 *Vaſallus qualiter dominum iuuare teneatur.*
11 *Vaſallus vitam domini ſuæ præponere non tenetur.*
12 *Vaſallus an ſemper dominum iuuare teneatur,ſiue iuſte ſiue iniuſte prælietur.*
13 *Dominus antiquior cęteris eſt præferendus: vt & Papa. & Imperator.*
14 *Hæres propter ingratitudinem a prædeſſore ſuo remiſſam, vaſallum priuare nequit.*
15 *Vaſallus dominum e captiuitate pecuniam liberare non tenetur: niſi id commode facere poſſit.*
16 *Vaſallus domini periurium ſua pecunia auertere non compellitur.*
17 *Vaſallus ad alimenta domino præſtanda tenetur.*
18 *Vaſallus ad domini incluſi liberationem tenetur: alias feudum perdit.*
19 *Vaſallus domino iuſtitiam negans,feudo expoliatur.*
20 *Vaſallus quantocunque tempore domino ſeruitium non obtulerit,nõ propterea feudo expoliabitur.*
21 *Vaſallus ad expeditionem domini vocatus. ni æque acceptabilem domino mittat,uel ipſe veniat,feudo priuabitur.*
22 *Spatium competens veniendi,quod ſit.*
23 *Vaſallus ſi in re feudali male verſetur,vel ea dominus ad egeſtatem redactus opus habeat,feudo expelli poteſt.*
24 *Vaſallus ſi committat feloniam, ob quã incuria domini ſtare nequeat, feudo priuatur.*

1 NEgligentia,quæ committi-
tur in non faciendo, amittitur feudum; ſcilicet,
ſi vaſallus per annum & diem domino ſuo mor
tuo ſteterit, quod hæredem domini ſui inueſtituram peten-
do,& fidelitatem pollicendo non adierit: cõtra ſi domino
ſuperſtite, & filius eius per dictum tempus prædicta facere
neglexit,beneficio carebit. Item ſi dominus principalis in-
2 ueſtituram pollicẽdo vaſalli fidelitatem petierit, & illo nõ
præſtante dominus tribus vicibus, conuenienti tempore in
terpoſito, forte ſeptem dierum ſpatio ad curiam ſuam ſu-
per hoc proclamauerit, & vaſallus tribus vicibus a ſuis pari
bus citatus,iurare noluerit.Si tamen beneficium tale ſit, vt
pro eo iuſiurandum fieri debeat:Sunt enim quædam feuda
ita data,ut pro his fidelitas non ſit præſtanda.Rub. quæ fuit
3 prima cauſa benefic.amit.§.eſt & alia.Hoc ita ſi vaſallus ta
lis maior 14. ann.ſit, namque tranſacto anno & die, feudũ
amittitur,& ad dominum redibit.rub. de feu.capi.imperia.
§.ſi quis.minor autem 14.annis fidelitatem facere non co-
getur vſque dum fuerit doli capax,& ideo feudum interim
non amittitur.rub. ſi de feu.cont.ſi inter dominum & agna
tum vaſal.§.ſi minori, & §. ſi quis deceſſerit. Qualis autem
ſit forma iuramenti,diximus ſupra vnde dicatur feudum &
4 de forma iuramenti.Item ſi vaſallus præſcierit aliquem cõ
tra dominum ſuum aſſaltum,vel mortem,vel captionem,
aut patrimonii grandem iacturam facere molientem: de-
bet dominum ſuper hoc quamcitius poteſt certiorare,vel ꝑ
ſe vel per alium,vt proinde dominus ſciens prudenſque pe-
riculum valeat declinare.Quod ſi non fecerit, doloque vel
negligentia ſua vel fraude celauerit, beneficio ſe cariturum
agnoſcat.rub.quæ fuit prima cauſa benefic.amitten. § præ-
terea ſi vaſallus.Item ſi reſiſtere potuerit,& non fecit,tene-
5 bitur: ſed ſi reſiſtere vel denunciare potuit, non tenetur.ff.
locati.l.item quæritur.§.exercitu veniente. Quid ſi domino
6 innotuit? Videtur non teneri vaſallus ſi non denunciauit:
quia non debuit,q ſciuit certiori.ff.de adm.tu.l.ſi pater.§.Ex
quo innotuit,& ff.de act.empt.l.j.in fine,& extra de elect.c.
cum inter vniuerſas.Item ſi dominum ſuum, cum quo ad
prælium iuit, in acie periclitantem dimiſit.rub.quæ fuit pri.
cauſa benefic. amitten. §. Item qui dominum.Et intelliga-
7 tis ſi dimiſerit non mortuum, nec mortifere vulneratum,
cum ad hoc ipſe poſſet ei adiutorium ferre.Rub. quib.mo.
feu.amit.l.i.& de feudo ſine culpa non amitten §.ſi quis mi
les,vel cum eo non laborauerit,ſi potuerit,vt ff.ad Sil. l.i.§.
occiſorum vnde dicitur cum poſſet opem ferre,vt iuuamẽ,
8 & non contulit. Quid enim ſi vaſallus erat graui infirmita-
te detentus, ita quod dominum non potuit iuuare: aut qd
ſi manibus abſciſſis mortifere vulneratus vaſallus fugit: vt
pote ad defenſionem domini inutilis conſtitutus: tunc non
imputabitur ei, argumen.ff. eodem titu. l. ſi in graui. Nam
nec libertus valetudine impeditus peccare videtur, ſi operas
non præſtitit. Nec enim poteſt per eum ſtare videri,quo mi
9 nus operas præſtet.ff.de oper.lib.l. libertus qui.Item bene di
citur non mortuum,non mortifere vulneratũ: quia ſi mor
tuum,vel mortifere vulneratum dimiſit,quia æque peritu-
rus erat dominus, etiamſi ſecum ſtetiſſet vaſallus,tunc non
imputabitur fugienti.argum.ff.quod vi, aut clam.l. ſi alius.
§. eſt & alia. & argum.C.de iure emphy.l.j.in fine.Sed qua
10 liter debuit opem ferre ſeu dominum iuuare? Reſp. corpore
ſuo cum armis opponendo ſe contra aduerſarium, & voce
clamando vt uicini eum audirent,& ſuccurrerent, cum ipſe
ſolus reſiſtere non valeret.ff.ad Silleianum l.j.§.occiſorum,
in Rub.de alienatione paterni feudi.§.a morte.Sed quæritur,
an debeat vaſallus vitam domini præponere ſuæ, ut mortẽ
non recuſet pro domino liberando: ſicut debet facere ſer-
uus pro domino.ff.ad Selleianum.l.prima.§.hoc autem Se.
&.§.hoc reſcriptum,& l.cum dominus.Sed non puto vaſal
lum ſic aſtrictum domino ſicut ſeruum debet ergo iuuare,
ſi poteſt,ſine ſua morte,ſicut libertus patronum, vt ff.de o-
per.libert.l.Hæc demum.ibi, ſine periculo vitæ. & l.artificii,
& vltro ad eum ſe conferre ſcilicet quamuis nõ ſit a domi-

no

no periculum vel mortem imminere, vel ipſum obſeſſum, & tunc ſi non iuuit, feudo priuabitur rub. hic finitur lex, deinde conſuet.reg.incib.§. ad hoc quantumcunqe.Itē
12 Rub. si de feudo contentio ſit inter dom. & agn.vaſal.c. licet vaſallus. Sed nunquid debet iuuare dominum ſemper, iuſte ſiue iniuſte prælietur.Rubr.ſecundum ſententiā Oberti excuſatur vaſallus,ſi ad offendendum alios dominum nō iuuit, cum palam eſt ipſum irrationabiliter prçliari:ſicut & ſeruus excuſatur qui dominum ſuum in adulterio deprehēſum,& a marito interfectum non iuuit.ff.ad Sillan.l.ſi quis.§.1.Sed in hoc capitulo ſunt,qui diuerſum ſententiāt, quorum ſententia non placet. Nam ad inhoneſta vel illicita fidelitatis debitum non extenditur.ff.de operis libert.l.Hęc demum.Cum autem dominus iuſte prçliatur, vel iuſtā cauſam habet defenſionis,aut dubitatur an habeat iuſtam cauſam vel iniuſtam, tunc vaſallus debet dominum iuuare tā ad offendendum, quam ad defenſionē faciendam: Si autē palam eſt quod dominus irrationabiliter guerram facit, adiuuet eum ad eius defenſionem,ad offendendum vero alium dominum iuuare nō tenetur, & ſi nō adiuuit benficium non amittit: ſed cum voluerit iuuare poterit, ſi volet Hęc omnia ſunt in Rub.hic finitur lex, deinde conſuetud.regni incip.ſtatim in princip. Et etiam debet dominum
13 iuuare contra omnes,& contra filium ,& patrem,& fratrē, non tamen contra alium dominum antiquiorem: hic enim eſt ceteris prçferendus, eo.c.circa finem.§.Contra omnes. & argumen.ff.de condict.indeb.l.frater. Argumentum contra.C. de excuſat.tut.l. humanitatis. Sed non iuuabit contra dominum Papam,vel Imperatorem,vel regem:quorum perſonę ſunt exceptę a iuramento fidelitatis. Rub. de
14 feud.c. Imperialem.§. preterea & extra de iureiur.c. venientes.Quid autem ſi vaſallus dominum offendit, dominus tamen veniēs ad mortē,nihil dixit de offenſa in vltima voluntate,neque abſtulerat ei feudum,an hęres domini poterit, propter illam ingratitudinem antea commiſſam, feudo eū priuare? Videtur quod non, ar.C.de inoff. teſtam.l.Omnimodo.ff.de probat.l.periculo.ff.ad Sillan.l.1.§.ſi.& C.de reuoc donat.l.vlt.Niſi in ipſo tranſitu mortis fuerit ingratus, vel in faciendo,puta occidendo,vel mortis cauſam dando quod idem poterat.ff.l. Aquil.l. qui occidit.§.fin. vel negligendo facere, quod dēbat, vt habes quanqo dominum per clitantem non iuuit, vel alia quę dicta ſunt de negligendo in ipſo tranſitu vitę,tunc hęres talem ingratitudinem indicare poterit & debebit.ff.de his, quid.vt inpig.l. vlt.§. item
15 quęritur, an ſicut tenetur dominum ſi poteſt morte liberare vt dictum eſt,teneatur ſimiliter dominum in captiuitate poſitum liberare, ſi poteſt redimere? Videtur quod ſic:alias priuatur feudo,ſicuti filius hęreditate, vt.C.de Epiſc.& cler. auth.ſi captiui. Comparatur enim captiuitas morti fictione l. Cornelię, quę fingit captiuum a die captiuitatis mortuum eſſe.C. de capt.& poſtlim.reuerſ.l. 1. Super his videtur mihi,quod ſi ei eſt copia pecuniæ vel per borum,vt redemptionis commodum facere poſſit,quod debet facere ratione beneficij ſibi dati. Idem puto, ſi erat in alio graui perſonæ
16 periculo conſtitutus.Non autem ſi dominus iurauitſe debitum certo domino ac tempore ſoluturum: quod quia non poterat ſoluere in periurium incidebat, & vaſallus eum liberare poſſet ſuam pecuniam dando,& non facit,beneficium perdit,ſed retinet ſibi vaſallus.Quoniam ad hoc faciēdum non eſt domino obligatus. Rub.ſi de feud.de.cont.ſit inter dom.& agn.§.licet vaſallus domino.Sed quęro, quid
17 ſi dominus ad ſummā egeſtatem peruenit, ita q̄ fame moriatur: an vaſallus tenetur ei in alimentis neceſſariis ſubuenire? Reſp.ſic alias feudum reuocabitur,argum.ff.de lib.ag. l.e.alimenta. & in authen.vt liberti de cætero aureo annulo non fung.§.illud.& ff.de iure patrona.l.diuus.§.j. & l.ingratus tenetur enim dominum a morte liberare, & hæc indiſtincte dicit.§.ſi a morte. Quia non refert ex æquipollentib. qui contingat:ſiue gladio, ſiue dominus moriatur,debet ipſum dominum adiuuare.Item ſi cognouit dominum inclu
18 ſum,cùm potuerit non liberauit, feudum perdet.rub.quæ fuit prima cauſa benefi.amitt.§.Item ſi delator vel ſi cogno
19 uerit.Itē qui domino ſuo iuſtitiā facere noluerit, feudo expolliandus erit,idem eſt, ſi ſeruitium debitum pro feudo facere recuſarit:hoc itelligatis ſi facere poterat:alias valetudine impeditur quo minus poſſit ſeruire, non tenetur. Quia non videtur tunc per eum ſtare.l.aurea.ff.de oper.lib.l.liber
20 tusquid autem ſi non obtulit vaſallus domino ſeruitium quantocunque tempore ſteterit, an ne propterea feudum perdet.Reſp quod non, dummodo petenti domino ſeruire paratus eſt: id quod ſi non fecerit, amittit beneficium.ff.de oper.liber.l.cum patronus tamen ſi ſciat ſeruitium domino expedire, vel ei magnum periculum imminere, etiam irrequiſitus iudicium & ſeruitium domino præbere dēt. Rub.

ſi de feu.def.contr. ſit inter dominum agnatum. vaſ.§.licet vaſallus. & rub.hic finitur lex, & conſued.reg. incipit.§.ad hoc quantocunque. Sic eiicitur conductor & emphyteuta ſi non ſoluit locatori debitam penſionem pro domo.C.de iure emphyteut.l. 2. & ſi pactum fecit locator de nō expellendo conductorem.Ineſt enim pacto tacita conditio,ſcilicet,ſi penſiones ſoluerit.Sic erit in feudo,ſi ſeruitium præſti
21 terit.ff.locato.l.quæro.§.inter.In ſumma notandum eſt, q̄ quicunque indicta publica expeditione a domino vocatus ad eandem expeditionem ſpatio competenti venire neglexit, feudum amittit niſi alium domino pro ſe acceptabilē miſerit, vel dimidium redditus vnius anni domino det.rub.
22 de feu. cap.Imperialem.Sed quod erit ſpacium competens? Reſpon. ſecundum locorum diſtantiam computabuntur vaſallo venienti. xx. milliaria pro quolibet die.ff.ſi quis.l 1.
23 Itē quęritur, an poſſit dominus expellere vaſallum de feudo, ſi male in re feudali verſetur: vel ſi domino ad egeſtatē deducto bonis ſuis perditis expediat neceſſario rem feudalem habere? Videtur q̄ ſic. Nam hoc locatori licet facere
24 contra conductorem.C. locati.l. æde.Illud etiam ſciendum eſt,ſi vaſallus talem cōmiſit feloniam,q̄ in curia in qua boni & graues, ſine verecundia ſtare non poſſunt, priuandus eſt feudo rubr. de clerico, qui inueſt.fecit. capitu.clericus.§. Inuitus.

QVALITER FEVDVM PERDITVR PER Clericationem.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus clericus vel monachus factus,feudum amittit.*
2 *Compromiſſum ſacerdotio obueniente,ſoluitur.*
3 *Monachi & ſacerdotes quare feudum perdant.*
4 *Ingreſſor vſumfructum in rebus alienis poſt ingreſſum retinet viuente domino.*

1 ITem perditur feudum Clericatione,ſcilicet ſi vaſallus eſt factus ſacerdos vel monachus: vel canonicus regularis, vel ſit in ſacris ordinibus.rub.ſi de feudo contentio ſit inter dominum, & ag.vaſ.§.qui clericus effici-
2 tur.Sic ſoluitur compromiſſum ſacerdotio obueniente, licet de nouo poſſit in ſacerdotem compromitti.ſic ergo poterit clerico de nouo beneficium indulgeri.ff.de arb. l.non diſtinguemus.§.ſacerdotio.Monachi vero, qui ſunt inhabiles ad ſeruiendum feudum, id certe perdunt,quia pro mortuis reputantur.C.de epiſ.& cler.l.Deo nobis,in Authen.de
3 nuptiis.§.diſtrahuntur.Ratio eſt,quare prædicti perdunt feudum:quia quando facti ſunt lites Chriſti deſinunt eſſe milites ſeculares.rub.de feudo fœminæ.§. ex hoc illud.& rub.de vaſallo milite,qui arma bellica depoſuit. Quid autem ſi ingreſſor ante ingreſſum habebat precarium,uel libellum, vt vſumfructum in rebus alienis, an duret etiam poſt ingreſſum viuente illo domino? Reſp.q̄ ſic,argu.C.de epiſ.& cler. l.ſi quis presbyter. & ff.de donat. inter vir. & vx.l.ſi mors.1. reſpon.Reſp.eſt, quia in talib.non exigitur ſeruitium perſonale, ſed reale, quod a monaſterio æque poterit ſolui. Sed videtur q̄ et ſi debeat monachus ingreſſor, vel ſacerdos factus ſeruitium perſonale,quod illud poſſit pręſtare per aliū ſubſtitutum ſimilem ſibi, argumen. C.de agentib. in reb.l. vlt.& C.de epiſcop.& cleri.l.quiſquis.Et ſi velis hāc opinionem ſequi in ſubſtituto, vide illa, quæ notauimus ſupra in rub.qui po.da.feu.§. item dabit in feudum.

QVALITER PERDATVR FEVDVM INuaſione.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſua authoritate rem feudalem a domino adhuc poſſeſſam inuadens,ea priuatur.*
2 *Vaſallus rem feudalem etiam ab alio poſſeſſam,inuadere nequit.*

1 ITem perditur feudum Inuaſione, quæ duob. modis committitur. Primò ſi domino rem feudalem adhuc tenēte, vaſallus ſua authoritate ſine domini, vel Iudicis licentia rem inuadit, C.vnde vi.l.inuaſor licet ei dominus rem conceſſerit in feudum, tamen vaſallus propria authoritate improbè capit illam. C.de acqui. poſſeſ.l. Nec ex uera.ff.eo. ti. ſi ex ſtipulatu nam tunc ius quod in rē habet,propter ſuam furoris audaciam perdit.

Quid autem ſi vaſallo poſſidente, alius ingreſſus eſt poſſeſſionem rei feudalis, & uaſallus ſtatim cum ſciuit regreſſus

ſus eſt in poſſeſſionem Reſpon. non tenetur inuadere. ff. de
ui & ui arm. l. i. §. ui poſſidere.

QVALITER PERDITVR FEVDVM reſutatione.

SVMMARIVM.

1 *Reſutatione quomodo feudum amittatur.*
2 *Feudum à vaſallo reſutatum ad agnatos tranſit, qui eſſent ſucceſſuri.*

1 ITem perditur reſutatione, cum uaſallus renuntiat feu-
do. Rub. de uaſal. qui con. conteſt. Loth. & c. ca. i.
in fine. Nemo enim inuitus cogitur habere be-
2 neficium. ff. de reg. iu. l. inuito beneficium. Item ſciendũ eſt,
quod ſi uaſallus feudum reliquit, illud tranſit ad agnatos, q
eſſent ſucceſſuri in feudo, & filius uaſalli ad illud nullo mo
do aſpirabit Rub. quando uaſall. feu. priuatur. &c.

QVALITER FEVDVM PERDITVR CESſione.

ITem perditur ceſsionem bonorum: &
ideo ab omni opere quod ratione feudi & bonorum
ſibi incumbebat, liberatus eſt ceſſione bonorum &
feudi. C. qui bonis cedere poſſunt. l. in omni, &c.

QVALITER FEVDVM PERDITVR alienatione.

SVMMARIVM.

1 *Feudum alienationem non permiſſo in caſu facta, perditur.*
2 *Quibus caſibus licite feudum alienetur remiſſiue.*

1 PErditur feudum alienatio
ne facta in caſu non permiſſo. rubr. de vaſallo,
2 qui contra conſt. Loth. & tunc ad dominum re-
uertetur, vt ibi, & Rubrica de feu. cap. Imperialem. Quibus
autem caſibus vaſallus alienet licite, dictum vt ſupra. quib.
mod. feudum alienatur. Si autem alias alienat, quàm per-
miſſum eſt, perdit illud.

QVALITER PERDITVR FEVDVM PRAEſcriptione.

SVMMARIVM.

1 *Feudum trinennali præſcriptione amittitur.*
2 *Contra pupillum in pupillari ætate exiſtentem præſcriptio non currit.*
3 *Eccleſiæ res feudalis quadraginta ann. præſcribitur.*
4 *Dominus rem feudalem. 30. ann. præſcribit.*
5 *Vaſallo vendente rem feudalem nullo tempore præſcribitur: ſecus ſi alio bonæ fidei venditore.*

ITem perditur feudũ præ-
1 ſcriptione, ſcilicet tricennali, quando feudum
eſt ſeculare, & alius quam vaſallus tanto tem-
pore poſſedit. Et hoc intelligatis, quando vaſal
lus eſt maior. 25. annis, tunc longiſſima præſcriptio currit. Si
autem erat pupillus, non currit contra eum in pupillari æ-
2 tate: ſed extunc poſt pupillarem ætatẽ bene currit omnis a-
ctio perſonalis contra extraneum poſſeſſorem competens
toto tempore tricennali. C. de præſcript. 30. ann. l. ſicut in rẽ.
3 Si autem erat res Eccleſiæ feudalis, tunc 40. annis præſcribi-
tur. C. de ſacroſanct. eccle. authen. quas actiones & extra de
4 præſcrip. cap. ad aures. Item ſi dominus tenuit rem feudalẽ.
30. annis, quam vaſallus non petiit ab eodem, ſimiliter præ
ſcriptione huiuſmodi perdit feudum, per d. l. ſicut in rem.
5 Quid ſi extraneus poſſeſſor emit bona fide, à vendente bo-
na fide, an. x. annis poſſit præſcribere? Videtur quod ſic. C.
de præſcrip. 30. ann. Hæc vera ſunt, ſi emit ab alio bonæ fidei
venditore, non a vaſallo. Nam vaſallo vendente, nullius tẽ-
poris præſcriptione currente, res poterit vendicare. rubrica
de feud. capitu. Imperialem. §. nullus temporis.

QVALITER FEVDVM PERDITVR PETItione, ſeu vendicatione.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo feudum vendicatione perdatur.*
2 *Dominus re feudali euicta, vaſallo ad æquale beneficium præſtandum tenetur, ſi denunciatum ſit, vt defenderet.*

1 ITem perditur feudum. Si vaſallo
petente ſeu
vendicante rem feudalem, vel ipſo poſſidente alius vẽ-
dicaret, & fuerit iudicatum rem eſſe aduerſarii. ff. de iu-
dicis. l. ex diuerſo. & ff. de procurat. l. Pomponius §. fina. Sed
2 an illo caſu tenebitur dominus vaſallo de euictione? Rub.
ſi de feudo vaſallus ab aliquo interpell. fuer. & do. cum deſ.
vol. innuit quod ſi euictus denunciauit domino vt defende
ret, ipſe teneatur vaſallo ad æquale beneficium præſtandũ,
ſi tamen ignorans vaſallus de re aliena fuerit inueſtitus.
Rub. de Inueſtitura de re alie. facta extra de iure patrona. c.
paſt. & de præbẽ. c. cum ſecundum, & argum. ff. de euict. l. a-
ctore. Si autem non denunciauit domino vt defenderet, nõ
aget. C. e. l. emptor. & ff. eo. l. ſi ideo.

QVALITER PERDITVR FEVDVM CAptiuitate.

SVMMARIVM.

1 *Res feudalis in hoſtium poteſtatem redacta, feudum eſſe deſinit iure tamen poſtliminii reſtituitur.*
2 *Re extincta, perit feudum.*
3 *Mutatione rei feudum non extinguitur.*
4 *Publicatione feudum ſoluitur ſicuti & ſocietas.*
5 *Negatione feudum amittitur, ſi ea ſcienter fiat.*
6 *Negatione nulla iura amittuntur.*

1 ITem perditur feudum capti-
uitate. id eſt, captiuitate perditur feudum, ſi res feu-
dalis in hoſtium poteſtatem deuenerit, tunc quia res
efficitur hoſtilis, vt ff. de acquiren. rer. dom. l. adeo quidam:
in princi. deſinit eſſe feudum, ſicut deſinit vſusfructus. ff. qb.
mod. vſusfruct. amit. l. ſi ager. iure tamen poſtliminii reſtituę-
tur in priſtinam cauſam vaſallo, argumen. dictæ l. ſi ager. feu-
dum enim habet poſtliminium. ff. de capt. & poſtlim. reu. l.
poſtliminium Re itaque extincta perit feudum, puta ſi ca-
2 ſu perit tota res feudalis vel aliquo modo, ita quod res eſſe
deſinat, vt puta ſi caſtrum, vel ciuitas deſtructa, vel etiam in
ea ducatur aratrum, tunc extinguitur feudum, ſicut vſusfru
ctus. ff. quib. mo. vſusfruct. amit. l. ſi vſusfructus ciuitati, vel ſi
res feudalis flumine vel mari inundata ſit: nam ipſa etiam
proprietas eo caſu amittitur. ff. eodem titulo l. ſi ager. &
hoc verum eſt, quando tota res feudalis perit. Sane ſi
in parte ſit extincta, remanet in reliquo feudum, argumẽ.
C. de iure emphyt. l. j. in fi. Eo tamen caſu, quo per inunda-
tionem, vel deſtructionem caſtri periit feudum, reſtituta re
in locũ priſtinum, reſtituitur ius feudale. eodem titu. l. cum
vſusfruct. & ff. de ſerui. ruſti. prædio. & Atilicinus ait. Sed an
rei mutatione perit, puta domo exuſta, vel exciſa ſylua, vel
3 vineis extirpatis? Videtur quod ſic, nam vſusfructus ſic ex
tinguitur. ff. quibus modis vſusf. amitt. l. repeti. §. rei mutatio-
ne. Sed puto contra: quia plus iuris habet feudatarius, qui
eſt dominus ſaltẽ vtiliter, ſicut emphyteuta. ff. ſi ager vectig.
l. 2 § ſi. quam vſufructuarius, qui in proprietate nihil habet.
ff. de vſufru. l. i. vnde quamuis domus tua exuſta ſit, non ta-
men periit dominium in area. ff. de contrahe. emp. l. domũ.
4 Item amittitur feudum publicatione facta de omnibus bo
nis vaſalli: ſic enim etiam ſocietas ſoluitur. Quia cum fiſ-
cus in omnibus bonis eius ſuccedit, pro mortuo habetur.
ff. pro ſoc. l. actione. §. publicatione. Vltimo ſciendum eſt, quod
5 vaſallus negatione perdit feudum, ſi ſcienter negauerit eſſe
feudum, & dominus probauerit eſſe feudum. Rubr. de lege
6 Corradi. §. ſi fuerit inter dominum. Si alias per negationem
perdit quis ius ſibi competens. C. de non numer. pec. Auth.
contra qui propriam. C. qui pot. in pig. hab. authen. nemo
poſſeſſor. ff. de rei vendica. l. fina. cum ſuis ſimilibus. Debet
ergo ſapiens vaſallus dicere potius & reſpondere, dubito
vel neſcio, & tunc non perdet. Rub. ſi de feu. def. cont. ſit in
dominum & agnat. vaſ. cap. vaſalli ſi feudum. &c.

QVALITER FEVDO FINITO FRVCTVS pertineant domino.

Titulus XI.

SVMMARIVM.

1 *Maritus vel eius hæres ſoluto matrimonio fructus percipit pro rata temporis quo matrimonium permanerit.*
2 *Fructuarij hæres percipit fructus totius anni.*

3 Vſu

3 *Vſufructuarius maturis fructib. nondum perceptis decedens, eos hæredi minime relinquet.*
4 *Si uſusfructus delicto perditur, fructus iſtius anni ad proprietarium per tinent: ſecus ſi alia da cauſa.*
5 *Feudi ad dominum reuertentis fructus ad quem pertineant.*
6 *Dominus meliorati feudi precium reddere, aut ædificii ablationem permittere cogitur.*

1 FEudo finito poſt amſsionē.
Qualiter fructus feudi pertineant domino, ad quē,
& qualiter, & quot non pertineant ſucceſſoribus
vaſalli, qui non ſuccedunt, conſtat, ideo ſciendum quid in
ſimilibus caſibus dicatur, vbi fructus a morte diuiduntur,
maritus enim vel eius hæres ſoluto matrimonio percipit
fructus pro rata tēporis, quo matrimonium perſeuerauit.
ff. ſoluto matrimo. l. fructus. §. Papiann. Fructuarij hæres per
2 cipit & retinet totos fructus illius anni, quo mortuus eſt
fructuarius ff. de vſufru. l. defuncta. & argumen. ff. de ann. le-
3 gat. l. a nobis. Si tamen vſufructuarius maturis fructibus nō-
dum perceptis deceſſit, hæredi ſuo eos fructus non relin-
ff. eodem. & l. ſi in ſingulos annos. & ff quibus mod. vſusfru.
amitt. l. ſi vſufructarius. & ff. ſolu. matrimo. l. vſufructu ī do-
tem. Sed ei, quod primo dictum eſt, contrarium eſſe in l. ſi
operas. ff. de vſufru. vbi dicitur, ſi imperfecto tempore loca-
tionis vſusfructus interierit, pro eo tempore quod ſupereſt,
fructus pertinere ad proprietarium, & pro tempore quo du
rauit vſusfructus pertinere vſufructuario ſeu hæredi ſuo, &
ſic pro rata temporis pertinent. Solutio. Refert, an vſusfru-
4 ctus ſit amiſſus delicto fructuarii, an alia de cauſa, vt in pri-
mo caſu obtineat quod dicitur in d. l. ſi operas. In ſecundo
caſu eius anni, in quo amittitur, retineat omnia percepta vł
a ſolo ſeparata, & nihil ad proprietarium redeat, argum. ff.
5 de an. legat. l. a nobis. & Kal. Martii vſque ad d. l. defuncta. Se
cundum autem conſtitutiones feudi ſic definitur. Si vaſal-
lus decedit ſine hærede maſculo, & contigerit feudum ad
dominum reuerti, ſic diſtinguitur: ꝙ ſi ante Martium deceſ-
ſit, omnēs fructus illius anni ex feudo prouenientes ad do-
minum pertinebunt: ſi vero poſt Auguſtum, omnes fructus
anni percipiet dominus. rub. hic finitur lex, deinde conſuetu
dines regni incipiunt. Veruntamen diſtinctio nobilior vide
6 tur eſſe in Summa. Sciendum eſt, ſi vaſallus in feudo aliquo
ædificium fecerit, vel ipſum ſuis ſimilibus meliorauerit, &
finiatur feudum, ita vt ad dominum reuertatur, tunc domi-
nus aut patiatur ædificium auferri, aut precium meliorario
nis reddat. rub. hic fin. lex, deinde, &c. §. ſi vaſallus. Argumē-
tum contra. C. de ſacroſan. eccl. auth qui rem. Sed ibi non re
rum dominus de eo ꝙ meliora eſt res.

QVI SVCCEDVNT IN FEVDO.
Titulus XII.

SVMMARIVM.

1 *Aſcendentes in feudo non ſuccedunt.*
2 *Prima cauſa ſucceſſionis in feudis eſt liberorum quib. vel nepotib. extātib. agnati remouentur.*
3 *Filii in feudo æqualiter ſuccedunt: licet in cæteris bonis æqualiter ſint inſtituti.*

1 SEquitur videre, Qui ſuccedunt in feudo:
& in primis ſciēdum eſt,
ꝙ natura ſucceſſionis feudi talis eſt, ꝙ aſcendentes nō
ſuccedunt: verbi gratia, pater filio. rub. de natura ſucceſ
ſio. feudi. §. j. Quod eſt contra legē: quia turbato ordine mor
2 talitis non minus parentibus quam liberis pie relinqui. dēt.
ff. de inoffic. teſtam. l. nam & ſi parentib. Mortuo ergo vaſal
lo, qui beneficium tenebat, prima cauſa eſt liberorum. Ac
filiis extantibus maſculis vel ex filiis nepotib. vel deinceps
per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri remouen-
3 tur agnati. Qui ſuccedent æqualiter in feudo, etiam ſi in a-
liis bonis patris eſſent ex diſparibus inſtituti ſecūdum quoſ
dam. argumen. ff. de oper. l. vt numerus. Ad filias vero ſeu ne
potes & neptes, pronepotes vel proneptes ex filia, ſucceſſio
feudi non pertinet. Rub. de ſucceſſione frat. vel grad. ſucced.
in feudo, in princip.

QVALITER, QVI SVCCEDVNT IN feudo, neceſſe habent petere inueſtituram.
Titulus XIII.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus non tantum a principali domino, ſed ab eius mortui hærede inueſtituram petere cogitur.*
2 *Sicuti feudum ſucceſſione, ſic etiam inueſtitura acquiritur.*
3 *Inueſtitura quid ſit.*
4 *Inueſtitura a domino facta, & iuramento præſtito, vaſallus in poſſeſſionem mittendus.*
5 *Dominus prætermiſſa condemnatione de intereſſe, ad traditionem poſſeſſionis de qua inueſtituram fecit præciſe tenetur, niſi dolo deſiit poſſidere.*
6 *Inueſtituræ deſcriptio.*
7 *Quaſi inueſtitura quid ſit.*
8 *Per annum & diem rem domino ſciente, & ſeruitia eius recipiēte tenēs inueſtitus præſumitur.*
9 *Omnis modus per quem poſſeſſio transfertur, pro inueſtitura habetur.*
10 *Dominus vaſallo, vel procuratori ſuo inueſtituram facere poteſt, ſed inueſtituram tamen per ipſum explicare tenetur, ſi poteſt.*
11 *Perſona recipientis inueſtituram non diſtinguitur.*
12 *Inueſtitura veteris feudi etiam a minore fieri poteſt, ſecus fundi noui.*
13 *Inueſtituræ nouæ probatio quomodo facienda ſi dominus ſit laicus.*
14 *Si dominus ſit clericus ad inueſtituræ probationem etiam extranei admittitur.*
15 *Laicus ſi faciat inueſtituram de feudo nouo pares curiæ ſi abſunt, expectandi erunt.*
16 *Inueſtitura facta ab eo, qui pares non habet, quilibet idonei teſtes admittuntur.*
17 *Ad probationem inueſtituræ feudi veteris, omnes boni viri admittuntur.*
18 *Vaſallus ſi per annum domino ſciente poſſidet feudum de quo ipſum dominus inueſtitum negat, iuramento probare poteſt, vel ſe vel patrem inueſtitum de eo fuiſſe.*
19 *Si dominus poſſidet vaſallo in probatione deficiente, dominus nullo præſtito iuramento abſoluitur, niſi aliqua præſumptio ſit pro vaſallo.*
20 *Feudi antiqui inueſtituræ probatio poterit fieri uel per pares curiæ, vel alios idoneos.*
21 *Sufficit pares curiæ fuiſſe pares tempore inueſtituræ.*
22 *Qui de pignore ſe inueſtitum dicit, in triginta annos ſe poſſediſſe citra cōteſtationem domini iuret cum duodecim ſacramentalib. filius defuncti domini eum inueſtire non tenetur.*

VIdimus de ſucceſsione feudi, ſed quia qui
ſuccedunt in feudum, neceſſe habent petere inueſti-
turam a domino infra annum & diem, alioquin ſi
ſi infra diem & annum petere neglexerint, beneficio feudi
carebunt. vt in rub. Quo tempore miles inueſt. pet. deb. Et li-
cet ipſemet prīcipalis vaſallus habet petere illud a domino,
idem tamen erit faciendum ab hærede, domino iam defun
cto, vt e. § Et quia hǣdes magis ignorant, quam anteceſſores
quæ fuerunt facienda, vt magis inſtruantur hæredes, qui iu-
1 ſtam cauſam ignorantiæ habent. ff. de regu. iu. ideo poſt tra-
ctatum de ſucceſſione, ſubijcimus Rubricam de inueſtitura.
2 Vel ſic. Quia ſicuti feudum acquiritur ſucceſſione, ita acqui-
ritur etiam inueſtitura. Rub. de feu cog. §. ſciendum. & rubr.
de grad. ſucceſſionum. Ideo poſt tractatū de ſucceſſione, vi-
deamus de inueſtitura. Ideo videndum quid ſit inueſtitura
eſt ceſſio fictæ poſſeſſionis, factę per indiciū alicuius rei cor-
poralis, puta baculi vel annuli porrecti vaſallo aut alii eo
animo aſſumenti. Ordo igitur talis ſeruatur, vt domino cō-
3 cedente feudum fiat inueſtitura, qua facta vaſallus præſtat
fidelitatem ſacramento, vel verbo promittit, quando eo ip
ſo acquiſitum eſt feudum, vt non iuretur, deinde dominus
4 mittat vaſallum in vacuam poſſeſſionem rei feudalis, quod
ſi diſſerat dominus, vtilitatē ei præſtabit, vt rub. de nō ſer. fo.
5 fide. §. fi. & rub. per quos fiat inueſtitura. §. nulla autem, ī fi.
Sed an dominus liberetur a facieda traditione poſſeſſionis
volendo præſtare intereſſe? ſic videtur, argum. ff. de actio.
emp. l. j. & C. eodem titu. l. ſi traditio. Econtra videtur, domi
num teneti præciſe ad tradendum, Inſtitu. de donat. §. perfi
ciuntur ibi, neceſſitatem traditionis, & argumen. C. de con
trahen. empt. l. vltima. Et facit illud, Aliud pro alio inuito
creditori ſolui non poteſt. ff. ſi certū peta. l. 2. §. 2. nemo enim
retinere poteſt, quod vendidit, vel conceſſit. j. q. j. c. qui ſtudet.
Dicatis ad hoc, prętermiſſa condemnatione de intereſſe do
minum poſſeſſionem de qua inueſtituram fecit, tradere cō-
pellendum. Rub. ſi de feud. cont. ſit inter domi. & ag. vaſ. §. ſi
facta de feudo inueſtitura tunc. Tunc demum præſtando ī-
tereſſe liberatur, qñ ſine dolo amiſi poſſeſſionem, arg. ff. de
act. emp. l. ſi quis ſeruum. & arg. de no. for. fid. §. fi. Inueſtitura
6 ergo fit, vt ſup. tetigimus, qñ dñs tenens in manu ſua bacu-
lum vel annulum, vel biretum, vel quid aliud corporale, il-
lud tradit in manus vaſalli, dicens Inueſtio te tali feudo tibi
cōceſſo a me vel anteceſſoribus meis. de huiuſmodi forma
īueſtituræ hr̄ ext. de his q̄ fi. a prǽl. ſine cōſ. cap. c. ex ore. ext. de
cōceſ. p̄b. vel eccl. non vac. c. propoſuit, & de iu. cum olim.
7 Eſt quaſi inueſtitura, qñ dñs dixit vaſallo coram paribus
Curiæ, Vade & intra in poſſeſſionem talis fe. & habeas res
in

habeas res in feudum, perinde habetur, ac ſi inueſtitura fieret,
8 ſi poſſeſſionem accepit ſiue intrauit. Rubri.de feu.cog.c.fin.
Idem eſt ſi aliquis rem nomine feudi, per annum & diem te-
nuit domino ſciente & ſeruitium eius quaſi a vaſallo recipien-
te. Nam præſumitur inueſtitutus, de acquir. poſſ. l. Minus inſtru
ctus. Et licèt non probet inueſtituram factam eſſe, obtinebit ta
men præſtito ſacramento quod fuit inueſtitus: niſi inducatur
aliud contrarium. Rubri.de conſue.recti feudi, in princi. Item
poteſt haberi pro inueſtitura omnis ille modus, per quem dixi-
mus poſſeſſionem transferri, vt notauimus ſupra, quibus mo-
9 dis feud.conſtit. Et de hac materia vide Rubr. quid ſit inueſtitu
ra, cum titulis ſeq. vſque ad Rubr. Qualiter olim poter.feudum
10 alien. Inueſtituram fecit dominus vaſſallo vel procuratori ſuo
ext.de præb.c.accedens. Rubric. per quos fiat inueſtitura. §. per-
ſonam. Sed an dominus poteſt facere inueſtituram per alium?
Videtur quòd non, ſed per ſe ipſum facere debet, argum. C.de
iure emphyt.l.vlti. Vel ſi non poterit, faciat per depoſitionem
coram Curia vel coram paribus Curiæ, id eſt, qualemcunq; ſcri
pturam, qua oſtendit vaſallum inueſtitutum eſſe, & feudum
ſuſcipere, vel per atteſtationem, id eſt, ſcripturam coram teſti-
bus confectam, vt argumen. eiuſdem legis. Econtra, quòd poſ-
ſit der procuratorem inueſtire. argumen. ff. de don.l.abſenti. &
dicitur in præallegato titul. per quos fiat inueſtitura. §. perſona
11 verò. verſi. Sed vtrum. Item poteſt fieri cuilibet, cui dominus
vult facere inueſtituram: Non enim diſtinguitur perſona acci-
pientis. Ru. per quos fiat inueſti. §. perſonam verò. Excipiatis ta
men hæreticum, apoſtatam, & alias perſonas, de quib. notaui
12 ſup. quib. perſonis poteſt dari. §. ſed an domini. Deinde in do-
mino faciente inueſtituram diſtinguitur, an ſit feudum vetus
an nouum. Si eſt vetus, poteſt fieri inueſtitura a domino maio-
re & etiam minore: ſi ſit nouum, non poteſt fieri a minore.
Quia non habet rerum ſuarum adminiſtrationem. Nam qui
prohibetur alienare, vt ff.de reb.eorum, qui ſub tut.l.1. feudum
dare non poteſt, nec inueſtituram facere. Rub. per quos fiat in-
13 ueſt. §. noui verò. Sequitur videre qualiter probetur inueſtitu-
ra, & circa hunc articulum taliter diſtinguatis. Aut igitur de no
ua inueſtitura, aut de veteri. Si de noua, aut dominus habet pa-
res vaſallos, aut non. Item aut per breue teſtatũ poteſt proba-
re vaſallus, aut non. Item aut poſſidet vaſallus, aut dominus.
Item aut eſt clericus dominus, aut laicus. Item aut compellit
dominus pares Curiæ dicere veritatem, aut non. Item aut va-
ſallus habet aliud feudum a domino, aut non. Ad prius: noua
inueſtitura debet probari per confeſſionem domini, vel per te-
ſtes, ſcilicet pares Curiæ, ſi eos habet per breue teſtatum ab ip-
ſis paribus Curiæ, ſcilicet duobus vel tribus confirmatum ad
hoc, quando dominus poſſidet rem feudalem, & uaſallus pe-
tendo feudum, ſe aſſerit inueſtitum. Sed ſecundum Medio-
lanenſes etiã ſi breue ſit ab alijs teſtibus confirmatum, ſufficit
ad probationem: dummodo ſit publicum. Et hoc intelligatis
14 & ſeruetis ſi dominus eſt laicus. Si autem ſit clericus, tunc in-
diſtinctè etiam extranei admittuntur ad probandum inueſti-
turam: quoniam ipſi clerici plerunque talia faciunt in occul-
15 to. Prælibata autem, quæ dicta ſunt, quando dominus eſt lai-
cus ſeruetis, ſcilicet quando dominus habet pares vaſallos, qui
licet non ſint præſentes, tamen expectandi ſunt donec adſint
quando debet fieri noua inueſtitura: aliàs nõ poſſet per alios
teſtes probari, niſi in caſu, ſcilicet quando dominus pares non
compellit iurare, & dicere ueritatem. Nam tunc etiam per ex-
16 traneos teſtes probatur inueſtitura. Si autem inueſtitura dica-
tur facta ab eo, qui non habet alios uaſallos, tunc per quoſlibet
idoneos teſtes aut per publicum inſtrumentum probari po-
teſt, uel inopia probationum emergente, per iuſiurandum po
17 terit res decidi. Si uerò de ueteri feudo quæratur, tunc omnes
boni uiri admittuntur ad teſtificandum. Hæc diſtinctio colli-
gitur, Rubri. quid ſit inueſtitura. §. ſi autem inueſtitura, & Ru-
bri. ſi de feud.def.cont.ſit inter dom. & ag.uaſal. in princip. &
18 Rubric. qui teſtes ſunt neceſſ. toto titu. Vbi autem uaſallus poſ-
ſidet feudum, de quo negat dominus eum inueſtitum, ſi ua-
ſallus poſsedit feudum per unum annum domino ſciente &
non contradicente, tunc ſine ulla teſtium probatione poteſt
iurare uaſallus, ſe uel patrem ſuum, uel alium pro ſe inueſtitum
fuiſſe a dicto domino, & eius ſtabitur iuramento. Alioquin
parui temporis negligentia, uel iuſta ignorantia domino non
nocebit, ſi iurauerit inueſtitum non fuiſſe, quando noua eſt, &
domino iuranti credetur vaſſallo aliquid non probante, hæc
omnia habetis in Rubri. vtraque, de cont. inter domi. & vaſſal-
lum. de inueſtitura feu. & Rubr. qui teſtes ſunt neceſſ. ad prob.
19 non inueſt. Si verò poſſidet dominus vaſſallo in probatione
deficiente, dominus qui conuenitur, nullo etiam ſacramento
præſtito abſoluetur eodem titu. de content. inter dom. & fide-
lem. de inueſt. feudi, & C. de edend. l. qui accuſare. Niſi aliqua
præſumptio ſit pro vaſſallo, ut quia probat per vnum teſtem,
vel quia habebat ab eodem domino alias res in feudum, tunc
iudex habita conſideratione, pro perſonarum qualitate, &
cauſæ quantitate defert cui voluerit ſacramentum. eodem ca-
20 pit. & argumen. ff. de iureiur. l. admonendi. Item ſciendum, vbi
feudum antiquum eſſe proponitur, puta a patre domini vel
auo vel proauo datum, & inueſtituram factam ab illis, tunc vaſ
ſallus, qui petit feudum, poterit probare inueſtituram per
duos pares de domo domini, vel per alios idoneos teſtes. Quo
non probante, dominus poſſidens vel iurabit cum duodecim
ſacramentalibus non fuiſſe factam inueſtituram, & ſic abſol-
uetur. Vel eo nolente, iurabit vaſſallus cum duodecim ſacra-
mentalibus, ſe vel patrem ſuum inueſtitum fuiſſe ab anteceſ-
ſoribus domini poſſeſſoris, & tunc ei dominus condemne-
tur. cap. ſi de inueſtitura inter dominum & vaſſallis oriatur.
§. ſi quis ſe vel patrem ſuum. Et ſic eſt differentia in probatio-
21 ne feudi antiqui & noui, ut ex ſuperioribus eſt notatum. Item
notandum, ꝙ vbicunque requiritur per pares Curiæ, quid
eſſe probandum, ſufficit illos fuiſſe pares tempore inueſtitu-
ræ: licet poſtea tempore ferendi teſtimonij deſierint eſſe pa-
res. Rubr. de frat. de nou. benef. inueſt. cap. ſi inter dominum.
22 In ſumma ſciendum, quod ſi quis tenuit longo tempore rem
ſibi a defuncto obligatam, quam prætendit & dicit eam in
feudum conceſſam, domino poſtea hoc negante ſcilicet fo-
re feudum, debet poſſeſſor cum duodecim ſacramentalibus
iurare ita eſſe, uel per triginta annos tenuiſſe, nulla conteſta-
tione pignoris a parte domini ſibi facta. Aliàs eo iurare no-
lente, filius defuncti domini iurabit cum duodecim ſacramẽ-
talibus, defunctum militem inde per feudum inueſtitum nõ
fuiſſe. Rubr. de feu. dato in vicem legis commiſſoriæ. c. qui iã
obligauerat.

Quo iure petitur feudum.

TITVLVS XIIII.

1 *Dominus contra uaſſallum uel extraneum poſſeſſorem experturus rei uin-
dicatione aget.*
2 *Qualiter dominium acquiratur remiſſiuè.*
3 *Vaſſallus contra extraneum poſſeſſorem agit utili actione in rem.*
4 *Vaſſalli domino abſente, tranſactionem ſine fraude factam dominus irri-
tare non poteſt.*
5 *Vaſſalli utilis, domini directæ præfertur, utriuſque concurrentibus.*
6 *Traditione dominium acquiritur.*
7 *Vaſſallus ſiue ſit uniuerſalis, ſiue ſingularis ſucceſſor, ſucceſſione acqui-
rit feudum.*
8 *Vaſſallus ſine traditione, ſola inueſtitura fit dominus.*
9 *Vaſſallus contra dominum nulla inueſtitura uel traditione poſſeſſionis fa-
cta, qualiter agat:*
10 *Feudo finito uel amiſſo dominus id uendicare poteſt, uel rei uendicatione,
uel publiciana in rem.*
11 *Conceſsio feudi facta domino ad probationem dominij non ſufficit.*
12 *Dominus expellendo uaſſallum non præſtantem ſeruitia, non tenetur ad
pœnam quam promiſit, ſi expelleret.*

SEquitur videre quo iure petitur feu-
dum. Et ſuper hoc diſtinguẽ-
dum eſt: Aut dominus petit rem feudalem ab
extraneo poſſeſſore, aut petit a vaſſallo. Aut
vaſſallus petit uel a domino uel extraneo poſ-
ſeſſore, aut ſimul uterque concurrit ad peten-
dum: ita ut vaſſallus petat a domino ſibi feudum reſtitui, cu-
ius nactus eſt poſſeſſionem, aut non tradita poſſeſſio, aut
etiam dominus forſitan finito feudo, uel amiſſo petit ſibi rem
1 reſtitui a vaſſallo. Cùm autem dominus contra vaſſallum uel
extraneum poſſeſſorem agit, rei vendicatione experietur, ſi
erat directo dominus. ff. de rei vendi. l. prima. & l. ſi in rem.
alioquin agetur publiciana. ff. de public. l. prima. nec poterit
poſſeſſor replicare domino, quòd alij conceſſerit rem in feu-
dum olim: quia nihilominus dominus erat adhuc ut diximus,
non ſecus ac ſi dominus conceſſerit emphyteutæ. ff. ſi ager ve-
ctigal. l. prima. §. vlti. Et ideo vendicabit feudum, vel etiam eo
2 finito C. de iure emphyt. l. vlti. Qualiter verò acquiratur domi
nium & probetur, quia longum eſſet ſcribere, omittetur, id
quæratis in ſumma domini M. vbi plenè notatum eſt, de rei
3 vend. per totum. Vbi verò vaſallus agit contra extraneum
poſſeſſorem, agit vtili actione in rem. Quia per conceſſio
nem in feudum & inueſtituram, & traditionem poſſeſſionis
eſſi-

efficitur vtiliter dominus, & ideo vtili actione vendicabit in
lib.feud.de vaſall.qui contra conſtit Loth.benefi.al.aliàs de
controuerſia inter vaſallum & alium de beneficio, &c.in
princip Sic eſt de emphyteuta.ff.ſi ager vectigal.l.2.Idem eſt
in ſuperficiario.ff.de rei vendica l.ſuperficiario. & ff.de ſuper-
fic l.prima.§ quod ait prætor. Et ideo dicitur tanquam domi
nus uaſsallus. Rubri de inueſtitura de re al.facta.§.rei autem.
4 Ipſo etiam domino abſente defendit, & authoritate propria
ipſe tranſigit,& quod nomine tranſactionis accipit, ſuum fa-
cit: nec poteſt dominus irritare iudicium vel tranſactionem
per vaſſallum factam: dum tamen facta ſit ſine fraude. Rubr.
ſi de feu.def content.ſit inter dom.& ag. vaſſalli.§.ſi vaſſallus,
5 & de controuerſ.inter vaſſal & al.de benef. in princip. Si autē
ſimul concurrerent dominus & vaſſallus vendicando ab ex-
traneo poſſeſſore,dominus directa, vaſſallus vtili actione ex-
perietur: ac vtilis actio vaſſalli directè domini præfertur. Nā
etiam aduerſus ipſum dominum agens, vtili vincit eum.ff.ſi
ager vectigal.vel emphyt.l.1.§.vlt.& quod dicitur in l.2. idem
de vaſſallo ſi ſeruitium facit. Et hoc ſeructis, ſi agat vaſſallus
contra dominum vendicando ab ipſo feudum vtili actione.
Si autem ageret, & vendicaret ab extraneo poſſeſſore, tunc
ſiue vtiliter ſeruitium fecerit domino,vel non fecerit,ſecus eſt.
Quantum enim ad poſſidentem vaſſallum attinet,potior ipſo
erit: nec poteſt poſſidens ius tertij allegare, argumen.ff.ſi ſer.
vend.l.loci.§.competit.de ſuo enim iure non de alieno quen-
quam agere,& excipere oportet ff.ſi vſuſf pet.l.vti frui.Et hanc
actionem vtilem efficaciter inteniat vaſſallus, ſiue contra ex-
traneos,ſiue contra dominum, quando traditione poſſeſſio-
6 nis factus eſt dominus. Sic enim traditione acquiritur domi-
nium.C.de pact.l.traditionib.C de act.empti.l.ſeruum,vel quā
do ſucceſſione quæſiuit, puta quia ſucceſſit vaſſallo, cui poſ-
ſeſſio tradita erat antè. Succeſſor ergo etiam antequam acci-
7 piat poſſeſſionem corporalem rei, dominus efficitur, vt ff de
rei vendi. l.ſi ager. Siue ſit ſucceſſor vniuerſalis, vt habes.ff.de
acquiren.poſſeſ.l.cùm hæredes, ſiue legatarius, in quem recta
via tranſit dominium.ff.de furt.l.a Titio. Subaud.poſt aditam
hæreditatem ab hærede.ff.de leg.1.l ſi tibi homo.§.2.Illud eſt,
quod dicitur acquiri ſucceſſione, Rubri.de feu.cog c.ſciendū.
8 Hinc iam quæritur, an feudum quæratur non ſucceſſione tan
tùm,ſed & ſucceſſione inter viuos? dicunt quidam ſine tradi-
tione poſſeſſionis per ſolam inueſtituram vaſſallum fieri etiā
dominum poſſe feudi,ac ab omni perſona poſſe vendicari.Et
9 pro eis facit Rubri.de inueſtit.de re.al.facta.§ rei autem.Vbi au
tem vaſſallus agit contra dominum nulla inueſtitura vel poſ-
ſeſſione ſecuta,ſed petendo dominum, ut ſcilicet det vel tra-
dat ſibi feudum promiſſum: tunc dicatis, quo iure & qualiter
agendum ſit,vt plenè notaui ſuprà,quib mod.cōſtituatur feu-
10 dum § item quæritur cum nudo,& cæ Cùm autem feudum fi
nitum eſt vel amiſſum eo caſu. quo ad dominum redit, po-
teſt dominus vendicare a vaſſallo, ſicut a quolibet alio, etiāſi
non probaret directè ſe dominum vel de iure Ciuili per rei vē
dicationem,vel de iure prætorio per publicianam. Licet in ea
11 dominus ſuccumbet,ſecundum Ioh.& Azonem. Nec enim
ſufficit domino ad probationem dominij conceſſio feudi fa-
cta ſi poſtea de dominio contendit.C.de liberali cauſ.l.ad pro-
12 bationem. Tutiùs itaque & conſultiùs faciet dominus ſi ſua au
thoritate expellat vaſſallum de feudo, ſi non ſeruit ei, vt con
uenit.C.de iure emphyt.l.2. nec tenebitur ad pœnam, quam
promiſit ſi expelleret. Ineſt enim conditio, ſi ſeruatur,vel præ
ſtetur ſeruitium.ff.locati.l.quæro §.inter.vel ſi fuerit actum in
conceſſione feudi, vt eo finito reddatur domino, ſicut plerū-
que fieri conſueuit ag.ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio interceſſit, vel
ex pacto veſtito cohærentia contractus feudi, quando incon-
tinenti fuit pactum factum.C.de pact l.petens. Vel præſcriptis
verbis,quando res certa lege ſeu portione, vt reddatur. data
fuit.C de rer.permut.l.rebus.& l.ea lege,vel vtili condictione
ex lege, argumento C.locati.l.ſed ſi quis locationis, ſecun-
dum quoſdam, vel actione in factum, C.de ſacroſan. Eccleſ.
ſancimus.

Quis ſit iudex in cauſa feudi.

TITVLVS XV.

1 *Parum eſt eſſe ius in ciuitate, niſi ſint qui iura reddere poſſiut.*
2 *Si duo inſolidum ſe dominos eſſe dicant, Ordinarius poſſeſſionis cauſam cognoſcit.*
3 *Duobus vaſſallis contendentibus, ac ſe ab eodem domino habere contendentib. feudi dominus eſt Iudex vtriuſque.*
3 *Vaſſallis dicentibus ſibi a diuerſis dominis datum eſſe feudum, Iudex ordinarius cognoſcet.*
5 *Fallit, ſi ſit quæſtio de poſſeſſione recuperanda. Nam tunc illa, vel coram domino, vel coram Iudice loci, vbi poſſeſſio eſt conſtituta, determinari poteſt.*
6 *Cùm inter vaſſallum & dominum feudi quæſtio eſt, ea per pares Curiæ determinatur.*
7 *Dominus pares prius eligit, poſtea vaſſallus.*
8 *Si dominus non habet pares: Ordinarius cognoſcit.*
9 *Si contentio ſit inter dominum, dicentem eſſe nouum feudum, & agnatos vaſſalli dicentes eſſe allodium, Ordinarius cognoſcit.*
10 *Si dominus vaſſallum de quadam re inueſtitum, vaſſallum eſſe negat alterius rei, cognitio eſt parium Curiæ, ſi de nulla re verò is inueſtitus ſit prius cognoſcitur de iure feudi.*
11 *Quando dominus vaſſallum prorſus eſſe negat, Iudex Ordinarius cognoſcit.*
12 *Vaſſallus poſſeſſorio agens contra dominum, vel coram Ordinario, vel coram paribus Curiæ experiri poteſt.*
13 *Iuramentum calumniæ vaſſallus cum domino litigans exigere nequit.*
14 *Lite inter extraneum non vaſſallum, & vaſſallum orta, tunc ſiue extraneus poſſideat, ſiue agat, Iudex erit Ordinarius poſſeſſoris.*
15 *Dominus aduerſarij ut ſuſpectus recuſari poteſt.*
16 *In regno Hieruſalem non eſt alius Iudex niſi Rex, vel eius officiarij.*
17 *Poſſeſſores coram ſuo Ordinario reſpondebunt.*
18 *Si iudex ſecularis negligens ſit in exhibenda iuſtitia, tunc in defectum ſuccedit Iudex Eccleſiæ.*
19 *Eccleſiæ fauore introductum eſt, ut malefactores ſub quo malit iudice conuenire queat.*
20 *Licet Iudici Eccleſiaſtico conſtet rem eſſe Eccleſiæ agentis petitorio iudicio, non tamen propterea Laicus ei reſpondere compellitur.*
21 *Iudices quantumuis Eccleſiæ ſint debitores, non tamen iniuſtitiam alteri facere debent.*
22 *Boni iudices nunquam ſuæ voluntati obtemperant, vel vtilitati obſequuntur.*
23 *Qui quærit vſurpare quod ſuum non eſt, perdere debet quod ſibi competere videbatur.*
24 *Iudices Eccleſiæ malè pronuntiantes contra laicos, teneatur ad intereſſe.*
25 *Si controuerſia ſit inter Capitaneos, illa coram Principe terminetur: ſi inter valuaſores coram paribus curiæ.*
26 *Controuerſia ſuper beneficio Regali, coram Rege deciditur: Si autem inter duos controuerſia ſit, quorum vterque ſuum proprium feudum eſſe dicit, coram arbitro finitur.*
27 *Vaſſallo ignoranti ſibi feudum alienum concedi, dominus æquiualens feudum tradere obligatur.*
28 *Sententia per pares iniuſtè lata, miles per ſex hebdomadas in poſſeſſione remanet, & cauſam ad curiam Imperatoris vel Regis defert.*
29 *Forma contractus feudalis.*

1 VIdimus, quo iure
petitur feudum,ſed quia parum eſt,
eſſe ius in ciuitate, niſi ſint qui iu-
ra reddere poſſint, vt ff.de orig.iur.
l.prima.§.poſt originem. Ideo ſe-
quitur Rubr. qui ſint Iudices in cau
ſa feudali, & vbi cauſa agatur. Vn-
de ad pleniorem notitiam diſtin-
guatis: Aut agitur inter duos cau-
ſa, quorum quilibet aſſerit ſe habere feudum inſolidum ab
eodem domino, aut a diuerſis: Aut agitur cauſa inter domi-
2 num & vaſſallum. Vbi agitur cauſa inter duos, quorum qui-
libet inſolidum ſe eſſe dominum dicit, tunc Iudex ordina-
rius poſſeſſionis cauſam cognoſcet. Quia actor ſequitur fo-
rum rei C.vbi in rem actio deb.l.auctor. & C.de iuriſdict.om-
3 nium iudicum.l.iuris ordinem.Si autem agitur inter duos vaſ-
ſallos, dicentes ſe ab eodem domino inſolidum habere, ac ſe
ſore alio potiorem. tunc dominus feudi Iudex eſt vtriuſque,
vt in lib.feud.cap.Imperialem.§.præterea ſi inter duos.& hoc
caſu loquitur decretalis extr. de iudicijs.cap.nouit. Et domi-
no, vel curia domini vocante ipſos ad iudicium, nemini ip-
ſorum licebit declinare eius examen. Rubr. de ſrat. de no.be-
nef inueſt.§.illud. Et volentem reſpondere dominus conſtrin
get, & puniet illegitimè recuſantem.extra de foro competen.
cap extraneus. &c. Si verò a diuerſis dominis dicit quilibet ſi-
bi datum, tunc non dominus poſſeſſionis, ſed Iudex ordina-
rius cognoſcet, ſecundum regulam, Actor ſemper forum rei
ſequitur. extra de foro competen.cap.cùm ſit generale. Prædi
cto tamen caſu, quando vterque ſe ab eodem domino hr̄e fa
teť,ſi eſt qō de poſſeſſione recuperāda,p̄t actor ꝯuenire inuadē
tē vel corā dn̄o,vel corā Iudice loci,vbi poſſeſſio ē ꝯſtituta.C.
vbi

vbi de poſſeſſio. agi oportet. leg.prim. Cum vero agitur in-
ter dominum & vaſallum, tunc per pares curię a domino
ſub fidelitatis iuramento coniuratos feudi quæſtio termine-
tur. Rubric.de feud.capitulo. Imperialem, paragraph.præte-
7 rea ſi inter. Qui pares curiæ communi concordia eligan-
tur, & ſi diſcordauerint, dominus prius eliget quos volet,
& poſtea vaſallus, ſi tamen a domino ſunt comprobati.
Non tamen eſt eligendus pro pari, qui fidelitatem domino
non iurauit. Rubric.de controuerſi.feud.apud pares termin.
8 paragraph.& ſi quidem. Quod ſi non ſunt pares in curia,
quia dominus non habet alios vaſallos, vel ſi longo tempo
re vel loco ſunt abſentes, tūc Iudex ordinarius loci cogno-
ſcet, non dominus. Quia in ſua propria cauſa quis non po-
teſt eſſe iudex. Codice, ne quis in ſua cauſa. Iudex ſit lege pri
ma, & Digeſtis de iud.leg.ſi longius Idem eſt, ſi contentio ſit
9 inter dominum, dicentem nouum eſſe feudum. & agnatos
vaſalli, dicentes eſſe allodium, ſeu antiquum feudum, & in
eo ſe ſuccedere, tunc ordinarius erit iudex, non dominus,
neque pares Curiæ: Nam eo ipſo, q̄ dn̄s negat eos ſucce-
dere, per conſequens negat eos hr̄e pares, & in iſto caſu inte
rim in poſſeſſionem reducentur filii per agnatos vaſalli, &
deficientibus hinc inde probationibus ſtatim iuramento fi-
liorum ſeu agnatorum res dirimetur. Rubric.ſi de feudo de-
functi cōtētio ſit in principio. Sed ſi vaſallus poſſidet feudū
10 & dominus negat ipſum habere feudum, refert, an domi-
nus confiteatur eum vaſallum, ſed de alia re, an neget in-
diſtincte eum vaſallum. Si de alia re, tunc cognitio eſt pa-
rium curiæ, cuius cauſa habita præſumptione pro ipſo,
quod alias eſt domini vaſallus prius inueſtietur, quam ad
alia procedatur. Rubric.de controuerſi. inter Epiſcopum, &
vaſallum paragrapho final. Si autem non habet aliam rem
prius cognoſcitur de iure feudi, quam inueſtiatur. Rubric.de
alienatio.feudi paterni.paragraph.ſi inter dominum, & va-
11 ſallum. Cœterum, quando prorſus negat eum eſſe vaſallū,
12 tūc iudex ordinarius loci erit Iudex. Quod ſi vaſallus agit
poſſeſſorio, ſe a domino feudo ſpoliatum eſſe diciens, tunc
poterit vaſallus coram quo velit Iudice litigare, vel coram
ordinario, vel coram paribus curiæ. Itaque ſi dominus face-
re iuſtitiā nolit coram Iudice ordinario, vel coram curia po
terit vaſallus ſecundum iura feudalia extunc dominum de-
prædari. Rub.de milite vaſall.qui contumax eſt. paragraph.
13 fina. Illud autem ſciendum eſt, quod vaſallus litigando cum
domino, non exiget ab eo calumniæ iuramentum, ſi agat,
quod etiam a parte domini eſt intelligendum, vt quod in al-
terius perſona voluit, hoc & in ſe ipſo fieri patiatur. Rubric.
de conſuetudi.recti feudi.paragraph.in quibus etiam. &c.ſi-
cut filius non exigit a patre iuramentum calumniæ, nec li-
bertus a patrono. Digeſtis de iureiuran.l. iuſiurandum.para
14 graph.qui iuſiurandum. & l.patronus. Cum autem inter ex-
traneum non vaſallum, & vaſallum lis oritur de feudo, tūc
ſiue extraneus poſſideat, ſiue agat, erit Iudex ordinarius poſ
ſeſſoris, vt ſecunda quęſtione prima, capitulo experientiæ, et
extra de foro competen.capitul.cum ſit non dominus, quia
eſſe Iudex non poteſt in re ſua, litigatore extraneo recuſan-
te. Codice ne quis in ſua cau.iudex ſit, leg.prim. Sic extra de
iudi.capitu.nouit. Et ideo puto, errare aduocatos, qui ad de-
clinandum forum Eccleſiæ, allegant milites poſſeſſores eſſe
feudatarios, & rem habere in feudum a rege, coram quo pa
ratos ſe offerunt reſpondere, ſi quidem propter hoc non te-
netur actor agere coram domino feudi, ratione prædicta.
Quia in illa ſua cauſa non debet eſſe Iudex veriſimile enim
eſt, quod dominus feudi iudicaret potius eſſe rem ſuam, quā
actoris iure proprii domini vindicantis, vt dict.leg. Codice,
ne quis in ſua cauſa Iudex ſit leg.prim.in fine. & Digeſtis, de
15 iuriſd.omn.iud.l.qui Iuriſdictioni. Item merito vt ſuſpectus
poterit recuſari, quia eſt dominus aduerſarii. extr.de offic.de
leg.c.cauſam, quę, & capitu.inſinuante. Item per hanc exce-
ptionem non declinatur iudicium Eccleſiæ, ſed potius ſe ſu
biiciunt, ideſt aſtringunt iuriſdictioni Eccleſiæ aptiſſima ra-
16 tione, videlicet quod in regno Hieruſalem non eſt alius iu-
dex ſecularis, niſi rex, vel eius officiarii, qui tamen non poſ-
ſunt eſſe iudices vt in perſona ſua tamen vt dictum eſt, defi-
ciente iudice ſeculari neceſſario Eccleſia iudex erit. ita fuit
hactenus iuſte contra milites iudicatum propter imperitiā
aduocati, quod ſcilicet non debeant coram iudice Eccleſia-
ſti. reſpondere ad quod facit ex.de foro competenti.capitul.
licet ibi, hoc pręſertim tempore, quo vacāte imperio ad iu-
dicem ſecularem recurrere nequeunt, & c.ex tenore ibi, dū-
17 mō per iudicē ſecularē ſuā poſſit iuſtitiā obtinere, &c. Cō-
ſultius ergo facient poſſeſſores, ſi conuenti ſimpliciter aſſe-
rant ſe poſſidere, offerantque ſe paratos coram ordinario,
ſuo reſpondere. Quo caſu actor quicunque, ſiue cleric. ſit, ſi
ue laicus, debebit reum coram ſuo iudice conuenire, ſerua-

ta regula, Actor ſequitur forum rei. Codice vbi in rem act.
exerceri deb.l.ſecunda, Digeſtis de iudiciis.l.hęres abſens. &
in princip.& paragraph.fina.& in Authen.vt cler.apud pro
18 pri.Epiſco. con.in rubric. Si vero iudex ſecularis eſſet in ex-
hibenda iuſtitia negligens vel remiſſus, tunc vt diximus, in
defectum Iudicis ſecularis ſuccedet Iudex Eccleſiæ in iuſtitia
exhibenda, vt d.c.ex tenore, de foro competen. poſſet tamē
iudex ſecularis compelli per cenſuram Eccleſiaſticam iuſti-
19 tiam exhibere. 23.q.5.capitu.adminiſtratores. Item quando
Eccleſia dicit ſe ſpoliatam eius fauore, introductum eſt, vt
malefactores ſuos venerabilium locorum rectores poſſint,
ſub quo maluerint iudice conuenire. ext.de foro compe.ca
20 pitu.cum ſit generale. Nec opinio illorum, qui dicunt, ſi cō-
ſtet ſummarie Iudici Eccleſiaſt. rem Eccleſię agentis petito-
rio iudicio, puta inſtrumento producto vel aliqua ſemiple-
na probatione, quod per hoc laicus compellatur in iudicio
Eccleſiæ reſpondere, quia non eſt iſte caſus, in quo ſumma-
rie ſit quęrendum, nec vnquam inuenietis inter caſus ſum-
marios cōputatum, nec etiam in tractatu noſtro, quem ſu-
per ſummaria cognitione duximus deſtinandum, vnde vl-
tra legem, vel contra legem non oportet quæri vel accuſari
argumento. Digeſtis de lo.publi.fru.l. j.paragraph fin. Et prę
21 toris factum iuri derogare non debet ff. de fer.l.j. Et quantū
cunque, iudices Eccleſię in iuſtitia ſint debitores, non tamē
iniuſtitiam alij facere debēt extr.de foro competen. cap. ex
tenore. Peccant ergo tales iudices, qui debent omnia ſecun-
dum leges & ius agere, in Authen.de defenſ.ciuitatum. para
graph.interim C.de Epiſcop.aud.auth.pręſides. Et quamuis
iudicibus Eccleſię placeat ſic iudicare forſan pro vtilitate, &
22 fauore clericorum, vt ita dilatent officium ſuum, tamen bo
ni iudices nunquam voluntati ſuæ obtemperant, vel vti-
litati obſequuntur, ſed quod legum eſt, tenere & ſeruare
debent. 3.q.7 capitu.videlicet illo.paragraph. fina. Item per
hoc turbatur officium, & debitum iudicibus ſecularibus, ip
ſi ſubtrahunt, quod eſt opprobrium clericis talia facientib.
23 Codice de Epiſcop. & cleric. l.repetita. Et ideo qui quærit
vſurpare quod ſuum non eſt, perdere debet quod ſibi com-
petere videbatur, vt 93.diſt.cap.fina.& 25.q.2. cap. ſic decet,
& ext.de cenſibus capitu.ea quæ. Vnuſquiſque ſuis terminis
contentus ſit, nec ſupra menſurā Iuriſdictionis ſuę expetat,
augeri. v.q.1.c.ſi quis epiſcopus. Nec excuſari poſſunt, quin
teneantur ad omne damnum, & intereſſe, quod litigator
laicus ſuſtinebit per diuturniorem cauſę ſtatum, quia ma-
gis grauabitur in expenſis litis, qui maiores fiunt in curia
24 Eccleſię, quam ſeculari. Et quia oportebit in cauſis appel-
lationum ſequi curiam Eccleſię ratione quod erit grauiſſi-
mum litigantibus, & propter ſumptus, & propter viarum di
ſcrimina, & loci diſtantiam, quę omnia cauſam conſtituūt
duriorem, & ideo ad intereſſe læſo tenetur, vt ſupra. Digeſtis
de aliena.iud.mut.cauſa facta.l.prim. Et profecto Iudex, qui
occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. ff.ad l.Aq
liā.l.qui occidit.& ext.de iniur.c.ſi egreſſus, & capitu.fi. in fi.
25 In ſumma ſciendū eſt, quod ſi controuerſia ſit inter capita-
neos, illa coram Principe vel rege finiatur, ſi inter valuaſo-
res, coram paribus curię terminetur. Rubric. Apud quem
26 vel quos controuerſi.feudi definiatur. Sed etiam talis diſtin
ctio obſeruatur. Quod ſi inter duos ſit cōtrouerſia ſuper be
neficio regali, quorum quilibet dicit ſe a rege inueſtitum, &
alteri potiorem, tunc coram rege decidatur. Rubric.de lege
Corradi in princip. Si autem inter pares duos de aliquo be-
neficio controuerſia ſit, quorum uterque ſuum feudum ꝓ
prium eſſe dicat, ſiue aſſerant eundem inueſtitorem ſiue di-
uerſos, coram Iudice uel arbitro finiatur. Sed cum unum ꝓ
ducunt inueſtitorem, ſi poſſidēti dominus guarentizare uo
luerit, ſine fraude ipſe obtinebit, niſi aduerſarius contra ali-
quid induxerit, dicto ti.de lege Corradi. Vel dicas, illum fore
potiorē, cui dominus primo reddit poſſeſſionem. C.de rei
27 uind.l.quotiens. Sed an alius poſterior beneficio carebit? Re
ſpō. carebit illo, ſed dominus aliud ęquiualens tradere obli-
gatur uaſallo ignoranti ſibi feudum non alienum concedi,
ſecus ſi ſciret, tunc ad nihilum ei dominus eſſet obligatus,
niſi ſtipulatione ſibi proſpexiſſet. Rubrica de inueſtitu. de re
alie.fact.& extra de iure patrona.capitu. paſtoralis. & Dige-
28 ſtis de act.empti.l. ſeruus.§. ſi ſciens. Item ſciendum, ſi miles
uaſallus dicit pares curiæ hodie iniuſte iudicaſſe, miles in
poſſeſſione remaneat per ſex hebdomadas, & ad præſentiā
principis uel regis uadat cum illis princeps uel rex definiet,
quid ſit iuris. Rubr. quo tempore miles inueſt.per.deb.§. fin.
29 Item quia interdum contenditur inter dominum, & uaſal-
lum, qualiter ſit forma contractus feudalis facienda, & ſuꝑ
hoc eſt adeūdus iudex, vt huiuſmodi cōtentio arbitrio iudi-
cis decernatur. argumento. Digeſtis de iureiurando l. iuſiurā
dum, paragraph.ſi de qualitate.& Digeſtis de tutel. & ratio.

diſt.l.ſi tutelę. Ideo poſt tractatum, quis ſit Iudex feudi, & quale ſit eius officium, ſubijciamus de forma contractus feudi; cuius ordinatio & conuentio ad eius pertinet officiũ, vt dictum eſt. Fiat igitur ita: Nos H. dei gratia Rex Hieruſalem, vel Cypri, vel Comes Ioppenſis, concedimus & damus per nos, & ſucceſſores noſtros, tibi P. de Auten, pro te & tuis filiis maſculis vel fœminis, & nepotibus in feudum tale caſtrum, & tales villas vel poſſeſſiones, ſitas in tali loco, infra tales fines, de quo feudo præſentibus paribus Curiæ noſtræ (ſi dominus pares habeat, ſi vero non habet dicat præſentibus aliis teſtibus & notario publico, vel ſub ſigillo domini) te per annulum noſtrum, vel brietum, vel aliquid aliud inueſtimus, & de ipſis rebus tibi poſſeſſionem tradimus corporalem, quam accipiendi facultatem liberam tibi damus, & quia iuraſti nobis debitam fidelitatem ſeruare, & tale ſeruitium præſtare, nos tibi vt vaſallo noſtro ſeruamus grata viciſſitudine fidem noſtram: de ipſo etiam feudo tibi & liberis tuis ꝯ oẽs defenſionem legitimam facientes. In cuius rei teſtimonium pręſens ſcriptum fecimus noſtri ſigilli munime roborari, vel per manum talis in ſcriptis notarii publicari, quod eſt etiam a paribus approbatum. Datum tertia die Kal. Auguſti. Anno Domini. M.CCC.VI.

QVALITER VASALLVS A FIdelitate, & obedientia domini liberetur.

SVMMARIVM.

1 *Libertas res eſt ineſtimabilis.*
2 *Vaſallus domino excommunicato a fidelitate liberatur.*
3 *Si domini heretici bona ſunt confiſcata, vaſallus a fidelitate liberatur.*
4 *Vaſallus a domini leſa maieſtat. vel iuramento liberatur.*
5 *Si dominus fęloniam commiſerit, ob quam vaſallus feudo priuaretur, et ipſe proprietate priuatur.*
6 *Vaſallus domino quid inhoneſtum præcipienti obedire non tenetur.*
7 *Immoderato pręcepto domini, vaſallus iure non obtemperat.*
8 *Impoſſibilium vel difficilium nulla nec obligatio, nec obedientia.*
9 *Frangenti fidem, fides frangatur eidem. &c.*

TITVLVS XVI.

1 QVia libertas, res eſt inæſtimabilis, argument. Digeſtis ſi quadrupes paupe. feciſ. dic. l. fin. Et eſt facultas naturalis eius, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi, aut iure prohibetur. ff. de ſtatu. homi. l. libertas, Et ad hanc aſpirat quilibet homo, argumen. Digeſtis de ſtatu. homi. l. 3. vt iugi. hoc munus gaudii memorię commendetur, in fine tractatus noſtri ponimus, quanquam vaſallus a fidelitate & obedientia domini liberetur, quia quę nouiſſima ſunt, melius retinentur, argument. Digeſtis de probatio.
2 l. ſi arbiter. In primis ergo liberatur a ſacramento fidelitatis, ſi dominus eſt excommunicatus, vel ſi ſit in banno Regis vel imperatoris, vt in vſibus feudorum in Rubric. Hic finitur lex, deinde conſuetud. reg. incipien. & 15. q. 6. capitulo nos ſanctorum, & hoc quamdiu ab excommunicatione, &
3 a banno abſolutus fuerit eodem titulo. Item ſi eſt hęreticus, Gazarus, paternus, quod intelligo poſt confiſcationem bonorum, quia non ipſo iure ſunt confiſcata, ſed confiſcanda, cum dicat lex, confiſcetur. Codice de hęretic. auth. Gaza-
4 ros. extra eodem capitulo vergentis. Item ſi commiſit crimẽ læſæ maieſtatis, quia tunc ipſo iure bona eius fiſco ſunt tradita. Codice, ad legem Iuliã Maieſt. l. quiſquis, & Digeſtis eo-
5 dem lege prima, & ſecunda. Item ſi dominus commiſit fœloniam contra vaſallum talem, qualem ſi vaſallus commiſiſſet, perdere feudum, tunc dominus proprietatem rei amittet, facit tex. in Rubri. ſi de feud. defunct. contentio. ſit inter dominum & agnatum vaſallum. paragrapho domino committente. & Rubric. qualiter dom. propr. feud. priuetur,
6 in princip. Item liberatur ab obedientia domini, vt ei non teneatur obedire, puta ſi iubeat dominus vaſallo aliquid inhoneſtum, vt Digeſtis de operis libertorũ. hæ demum vel turpe vel illicitum. Digeſtis de arbitr. l. ſi cum dies, paragrap. compromiſſo, & Digeſtis. mandati. l. ſi vero, paragraph. rei turpis, vbi plene notaui. Sed nec ex iuramento fidelitatis niſi ad licita obligatur, vt notaui ſupra de forma iurament. & argumen. ff. de regul. iur. l. ſemper, & extr. de iureiuran. capit.
7 quemadmodum. Item, ſi eſt immoderatum præceptum. extra eodem titulo, capitulo venientes. nam nec libertus tenetur patrono in talibus obedire, Digeſtis de oper. liberto. l. ſi libertus. Idem eſt ſi pręcipitur difficile vel impoſſibile. Digeſtis quę ſent. ſine appellatio. reſ. l. fina. & facit extra de Iureiuran. c. querelam, & capi. breui, & argumen. Digeſtis quarum rerum act. non detur, lege prima. paragraph. quæ onerãdæ. Item, ſi dominus non obſeruat quæ promiſit vaſallo, extra de iure iuran. capitu. peruenit, & argumento. ff. Locati. l. quæro. paragraph. item, & Codice de pact. l. cum proponas, fidem enim rumpenti ſeruari fidem, graue eſt, & iniquum. 27. quęſtio. 2. ca. A athoſa.

Finis tractatus de Feudis Petri de Bella Pertica, famoſiſſimi Vtriuſque Iuris Monarchæ, &c.

PETRI RAVENNATIS, I. V. DOCTORIS CLARISS. ET AEQVITIS AVRATI,

IN CONSVETVDINES FEVDORVM, *Compendium vtiliſſimum.*

PRAELVDIA QVAEDAM IN CONSVETVDINES, ſeu vſus Feudorum.

DVbitatur primo, an liber feudorum ſit auctorizabilis, ita, ꝙ in cauſis & iudiciis, & ĩ ſcholis poſſimus allegare ea, q̃ continentur in ipſo, ſicut ea q̃ continentur in cæteris libris legalibus? Et circa hoc Doct. effundunt multa verba. Tu br̃ cõcludas ꝙ ſic, quia ita eſt cõis opin. in oĩbus ſtudiis Vltramontanis & Citramontanis, & oẽs Doct. ita tenent, quia nos videmus multas leges Imperatorũ ĩ hoc volum. inſertas, & ẽt aliæ deciſiones ſunt ſeruandæ: quia ſemper ita eſt obſeruatũ, & a tanto tp̃e citra, cuius initij non extat memoria in ꝯriũ. Fuit ẽt lectus liber iſte pro authentico in ſtudijs gñalib. & ſuper eo maximi Doct. ſcripſerunt, & multæ decretales ſequuntur deciſiones iſtius libri. c. cæterũ. c. nouit. de iudi. & in infinitis loc. & iſtæ inſtitutiones inter imperiales ꝗſtiões inſertæ ſunt, & in Curia Principis obſeruantur.

Secundo dubitatur, an conſuetudines huius libri ligent omnes gentes, ſicut aliæ leges cões? Et conclude ꝙ ſic, pp̃ conſenſum Principis, qui in iſtis conſtitutionib. confirmandis interuenit expreſſe, vel ſaltem tacite, quia eas patitur in ſuo vigore durare, & ſic vñr eſſe generales conſuetudines.

Tertio dubitatur, quid ſit feudũ, & vñ dicatur? Et dicas ꝙ feudũ eſt beneficiũ, ꝙ ex beneuolentia alicui ita dat̃, vt proprietas quidẽ rei immobilis beneficiariæ penes dantẽ remaneat, vſusfructus aũt illius rei ita ad accipientẽ tranſeat, vt ad eũ hæredesq; ſuos maſculos & fœminas (ſi de his dictũ ſit) in perpetuũ pertineat, ad hoc, vt ille & ſui hæredes fideliter dño ſeruiãt, ſiue id ſeruitiũ nominatim, quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue indeterminate promiſſũ. Iſta definitio hr̃ in §. fi. ĩ quib. cau. feu. ami. Et dr̃ feudũ a fidelitate vel a fide, vt ĩ. p quos fiat ĩueſt. ĩ fi. Eſt aũt fidelitas ipsũ iuſm, ꝙ p̃ſtatur a vaſallis dño. Et eſt notandũ, ꝙ licet In oĩbus ꝯctib. graue ſit fidẽ fallere. l. j. ff. de conſtituta pecu tñ p excellentiã debet conſiſtere in feudis, in quib. dñs quodãmodo ſe cõmittit vaſallo & ꝯ: & Ideo pp̃ illã excellẽtiam feudũ denominat̃ a fide ſeu fidelitate. Et no. ꝙ ſunt multę ſpecies & diuiſiones feudorũ. Prima eſt qñ feudorũ aliud eſt regale, ſicut eſt feudũ March. Duc. & Com. vel alterius regalis dignitatis, ꝙ ab Imperato. vel Rege recognoſcitur. c. i. de feudo Marchi. Aliud eſt nõ regale, q recognoſcitur ab inferiorib. a Principe, vel ſi a Principe non conſiſtit in Iſtis dignitatib. Aliud eſt feudũ nobile, ꝙ ſuũ nobilitat poſſeſſorem. Aliud eſt burgenſe, ꝙ non nobilitat, inf. quis dicatur Dux. §. cæteri. & dicas circa hoc ex intentione Ioan. And ſuper rubr. de præſc. in addi. Spe. ꝙ feudũ aliud eſt nobile, aliud minus nobile: aliud aliqualiter vel mediocriter nobile, nã conceſſum ab Imperatore Regi, Duci vel March. dr̃ nobile. Sed minus nobile, qñ cõceditur a p̃dictis. Sed aliqualiter nobile, qñ feudũ eſt conceſſum a vaſallis ſupraſcriptorũ proximorũ. Sed ignobile eſt, ꝙ eſt conceſſum a minimis valuaſorib. a quib. nullã dignitatẽ vel nobilitatẽ conſequi dñr. Dicit ẽt Ioann. And. ꝙ eſt dare feudũ honorificũ francũ & liberũ, & ſic nobile: & ideo ſic appellat̃, quia ex eo nihil p̃ſtatur. Intellige tñ talẽ libertatẽ, francaſiã & nobilitatẽ nõ eximere eum a capitulis cõprehenſis in materia fidelitatis, de quibus in tit. de forma fideli. alias contineret repugnantiã, videlicet ꝙ ſit feudũ, & liberũ prorſus ab oĩ fidelitate, nã eſſet potius q̃dã libera donatio, ſi penitus eſſet liberum, ſm Ioann. Andr. Aliud eſt feudũ, ꝙ habet p̃priã naturã feudi, qñ eſt ſimplex & rectũ & tranſitorũ ad hr̃des, & ad eũ, cui inueſtitus alteri coæquali infeudauerit, & de quo quis nõ debet priuari ſine culpa conuicta, vt iſta hñr in tit. de nat. feudi. & in tit. de feu. non hñte propriã naturã feudi. Aliud eſt feudũ, ꝙ non hẽt propriã naturã feudi, vt qñ datur accipiẽti, vt ipſe & ſui hæredes & cui dederint, habeãt, vt in d. c. j. Item qñ ſine inueſtitura eſt acquiſitũ, de quo in tit. ĩ. quib. mod. feudũ conſtitui põt. Item feudũ Guardiæ & Caſtaldiæ, in tit. de feudo Guardiæ. Itẽ Cauieræ & Cauenę. c. ii. de feudi cognitione. Itẽ feudũ Soldatæ, infra, quis dicatur Dux in fine. Item, qñ non eſt tranſitoriũ ad hæredes, vt dictũ eſt. Aliqñ habet propriã naturã, vt qui a dignitas cũ feudo trãſit ad hæredes inueſtiti, vt videmus in Ducibus & Marchionib. & ſimilibus aliqñ tale feudũ haberi impropriã naturã feudi, vt qñ neq; dignitas, neque feudũ tranſit ad hæredes, ſed ſolũ ad vitam vaſalli, vt in Marchionatu Anchonitano Ducatu Spoletano, & ſĩibus: quo caſu potius põt appellari adminiſtratio. licet ſit collata per modũ feudi mediante inueſtitura, de quo per Alu ĩ. de alienat. feudi. in ſi. Aliud eſt feudũ eccleſiaſticum, ꝙ datur ab Eccleſia: aliud eſt, ꝙ datur a clerico non tanq̃ ab eccleſia. Aliud eſt feudũ antiquũ ſiue paternũ, aliud nouũ Paternũ large accipitur, qñ iam feudũ fuit acquiſitum ab aliquo ex anteceſſoribus, qui fuit agnationis cõis: & hoc modo poteſt appellari ẽt antiquũ, eo quia eſt acquiſitũ ab anteceſſorib. gl. j. de ſucceſſione feudi. Paternũ ſtricte accipit̃ illud feudũ, ꝙ fuit acquiſitũ a patre meo, vel ab aliquo alio meo aſcendente vſq; ad quartũ gradũ. Sed a quarto gradu ſupra appellatur proprie antiquũ, ĩ. de ſucceſſ. feud. §. j. Nouũ aũt feudũ eſt illud, ꝙ de nouo acquiritur, & in hoc eſt dr̃ia, quia in feudo nouo nõ ſuccedũt niſi deſcẽdẽtes, ſed in feudo antiquo ſeu p̃tno ſuccedũt nõ ſolũ deſcẽdentes, ſed ẽt collaterales, qui tñ deſcendũt a primo acqrente. Aliud eſt feudũ maternũ, ꝙ primo fuit acquiſitũ per fœminã c. j. de benefi fœmi. & maternũ dr̃, ꝙ a quacunq; fœmina ex ſuperioribus fuit acquiſitũ, quæ fuit agnationis cõis, ſicut dicitur de paterno. Aliud eſt feudũ maſculinũ, ꝙ regl̃r tranſit ad maſculos tñ & nõ ad fœminas, ĩ. de ſucceſſ. feu § filia aliud eſt fęmineũ, ꝙ per pactũ tranſit ad fœminas d. §. filias. quo caſu tunc demũ ſuccedit fœmina, ſi non extat maſculus. c. i. ĩ. de eo, qui ſibi hæredibuſq; ſuis. Fallit ẽt vbi tranſit ad filiam, eo quia redemit, ĩ. quemadmodũ feudũ ad filiã pertineat. Aliud eſt feudũ non diuiſibile, de quo in d. §. præterea. inf. de prohibi. aliena. feu. per Fede. vt in feudo Marchiæ & Ducatus, vt ibi. Regl̃r aũt oẽ feudũ eſt diuiſibile. Aliud eſt feudũ reale, ſiue perpetuũ ꝙ tranſit in hæredem, qñ vnuſquiſq; ſibi hæredibuſq; ſuis proſpexit. Perſonale feudũ eſt, ꝙ ad vitã alicuius conceditur, ĩ. quibus modis feudum cõſtitui poteſt. c. j. ſicut. eſt feudũ habitationis, ꝙ morte finitur accipiẽtis, niſi aliud ſpecialiter actũ ſit. Feudũ p̃ſonaliſſimũ eſt, ꝙ ſoldata appellatur, & illud ex neutra parte trãſit ad hæredẽ inf. quis dica. Dux. in fine. Aliud feudũ ſit cum iur̃o, & ſic cũ fidelitate, & hoc rr̃: aliud abſq; iur̃o, videlicet ſi per pactũ remittat̃. ĩ. de c. Corr. in prin. Aliud eſt feudũ rectũ: & purũ: aliud eſt nõ rectũ, ſed conditionatũ, non ꝙ ſit ſub conditione, ſed ſub quadam qualificatione, vt quia datur ad certum ſeruitium, de quo per glo. in c. fina. de Capitaneo qui curiam vendidit. Item poteſt dici rectum feudum, & non rectum alio reſpectu: quia dicitur feudum rectum, quando quis adipiſcitur poſſeſſionem feudi, præcedente licentia domini pręſente Curia, quia tale feudum perinde eſt ac ſi eſſet facta inueſtitura, & eſt tranſmiſſibile. c. i. in prin de conſuetudine recti feudi. Sed ſi dicta licentia eſſet data abſque Curia, tunc tale feudum non cenſeretur rectum, ſed abuſiuum, & non eſſet tranſmiſſibile inf. c. j quibus modis feudum conſtitui poteſt.

Item aliud eſt feudum ligium, aliud non ligium. Feudum ligium eſt, vbi iuratur fidelitas contra omnem hominem, quod proprie non conceditur, nec recipitur niſi ab eo, qui non recognoſcit ſuperiorem. Sed feudum non ligium eſt, quando in conceſſione & fidelitate excipitur prior dominus, cui iam eſt ligatus. vt infra, hic finitur lex. in nn. vt ſi facio tibi homagium excepta fidelitate, qua tali domino meo teneor, de quo per glo in Clem. paſtoralis. de re iudica. per Specula. in titulo. de feu. §. quoniam. verſ. & nota & gloſ. in dicta Cle dicit, quod quis nõ poteſt eſſe homo ligi⁹ duorum, ſed bene poteſt eſſe ligius vnius, & vaſallus alteri⁹ In fidelitate tamen ſemper intelligitur excepta perſona Imperatoris infra. de prohi. aliena. feu. per Federi in fin.

Et nota quod aliud eſt feudum. aliud allodium: quia feudum, recognoſcitur a domino: allodium vero a nemine recognoſcitur. Et dr̃ allodiũ res hæreditaria, quæ propria eſt & libera. c. ij. ĩ. ſi de feu. fuerit controuer. de pa. iu. ſir. in fin.

Et ſi velles ſcire, quare appellatur vaſallus, & quis ſit, & vnde dicatur, reſpondetur quod vaſallus idem eſt ꝙ obligatus, & deriuatur a vas vadis, quod interpretatur obſes Inde vadimonium: eſt enim obligatus vaſallus ad plura domino ſuo. c. j infra de fideli. vnde vaſallus idẽ eſt quod fidelis, id eſt ille, qui eſt obligatus ex fidelitate: & ideo appellatur etiã fidelis. Et nota, quod vaſallus non eſt de iure Romano ante iſta iura feudalia, de quo per Alnaro. infra de contentione inter dominum & vaſallum de inueſtitura, in princ. Interdum appellatur feudatarius, id eſt obligatus ad fidelitatẽ per iuramentum inueſtiturę infra, per quos fiat inueſtitura, in fine: interdum appellatur valuaſor, quaſi dignus ſtare ad valuat. domini. Interdum vaſalli appellantur Pares.

PETRI RAVENNATIS, I.V. DOCTORIS CLARISS. ET AEQVITIS AVRATI,

IN CONSVETVDINES FVDORVM, Compendium vtiliſſimum.

QVI FEVDVM DARE POSSVNT, & qui non, & qualiter acquiratur & retineatur.

TITVLVS I.

Quia de feudis tractaturi ſumus.

ALlegatur textus iſte, quod Clerici poſſunt infeudare, ſi in ſua Eccleſia ſit conſuetudo infeudare, & tunc bona ſolita ſolum infeudari infeudabunt non autem alia, vt ibi, & ca. i. Epiſcopum vel Abba. Et nota quod licet olim ſolum ſæcularis dignitatem habentes infeudarent, vt in dicto. c. 1. tamen hodie etiam ruſtici poſſunt infeudare, dummodo habeant legitimam adminiſtrationem ſuorum bonorum. ca. 1. de natura feu. & hoc notant Doctor. Et nota, quod licet Abbatiſſa non poſſit adminiſtrare ſpiritualia. cap. noua. de pœn. & remiſſio. tamen temporalia ſic, vt in d. c. j. Et dum dicit de clericis quod poſſint infeudare bona ſolita infeudari, hoc verum, niſi talia bona eſſent incorporata menſæ ipſius eccleſię: quia tūc nō poſſunt infeudari ſine auctoritate ſummi Pontificis, per ea quæ habentur in c. ex parte de feudis. et in c. vt ſupra de rebus eccleſi. non alienan. Et poſtquam feudum eſt reuerſum ad eccleſiam, & Prælatus ſtetit per annū, quod ipſum non infeudauit, quod amplius nō poteſt infeudari, quia intelligitur conſolidatum; ſi tamen Pręlatus percipit fructus, talium, bonorū, ſicut percepit de aliis bonis mēſalibus, niſi tamen ex aliqua iuſta cauſa diſtulerit, de quo in prędictis locis per Docto. & vide gl. Cle. i. de exceſ. pręla. Et ſi quæratur, quanto tempore inducatur cōſuetudo, quod Prælatus poſſit dare in feudum, conclude ſecundum Doctor. tres caſus. Primus eſt, quando infeudatio eſt manifeſte damnoſa eccleſię, & tunc requiritur tempus, cuius in cōtrarium memoria non extat. Secundus caſus, quando eſt manifeſte vtilis, & tunc pręſcribitur ſpacio triginta annorum. Tertius eſt qñ eſt dubium, tunc 40. anni requirūtur. Et duo actus ſufficiunt infra prędictum tempus, & ſufficit tacitus conſenſus capituli, nec requiritur expreſſus, poſtquam iuuatur longiſſima pręſcriptione. Et nota, ꝙ conſuetudines feudorum habent locum in rebus eccleſiaſticis, quia ſunt approbatę. c. cæterum. de iu. vbi gl. & Doct. Nec poteſt hodie induci noua ꝯſuetudo, quod decimæ dentur in feudum. c. quamuis. c. fi. c. ꝓhibemus de dec. licet poſſet induci de aliis reb. eccleſiaſticis. Et nota vnam pulchram limitationem ad titu. de alien. iud. mutan. cauſa fa. quia ſi feudum eccleſiæ eſt poſſeſſum per potentem, a quo eccleſia non poteſt habere ſeruitium, poterit infeudare compotentiori, quia hoc fit bona fide, & vt res poſſit recuperari per eccleſiam. Eſt ergo ſpeciale fauore eccleſię, de quo per Anton. de Butri. in capitu. ex parte. de feud. & per Doctor. hic poteſt etiam Pręlatus de conſenſu capituli dare in feudum ſubſiſtēte aliqua cauſa, etiam ſi nulla ſit conſuetudo eccleſię, c. ad noſtra. de rebus eccl. nō alie. quod tamen non procedit, quando res eſſet data eccleſię cum conditione ne alienetur, per textum. in §. ſacratiſſimas. in Auth. de alie. & emph. Intellige illud quod dicitur de conſuetudine, niſi ſit inducta per violentiam, quia tunc nō poſſit pręſcribi ſecundum Bal. & alios. Et Pręlatus, qui ſolitus eſt maſculos infeudare, poteſt alterare naturā ex cauſa, & infeudare fœminas propter aliquod meritum recipientis ſecundum Doc. Et adde Bar. in authen. qui rem. C. de ſacroſ. eccl. Et Rex poteſt infeudare, qñ infeudatio non eſt ī magna diminutione regalis iuriſdictionis, de quo per Bal. in præludijs huius libri in c. intellecto de iureiuran. Bar. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clā. nec ſucceſſor poteſt reuocare. c. nouit. de iu. nec legatus de latere poteſt infeudare niſi ſit ſibi conçeſſum ſecundum Bar. in d. §. plane.

§. Et quia vidimus. Allegatur textus iſte quod filii ſuccedunt ęqualiter ī feudo, etiam ſi ſint inęqualiter inſtituti, & quod in feudo nouo non ſuccedunt niſi deſcendētes, non autem tranſuerſales, etiam ſi ſint fratres, niſi ſpecialiter exprimantur. Et nota ſecundum gl. & Doct. quod feudum regulariter eſt perpetuum & trāſitoriū ad hæredes. fallit in feudo Guardię, Gaſtaldię & ſimilib. quia elapſo anno pñt auferre pro libito dantis, quia talia feuda dantur ratione officii officia autem regulariter durant anno l. Publius. ff. de conditi. & demonſtrat. Et no. ibi gl. quod hodie vſurpatum eſt per contrariam conſuetudinem, quod etiam in feudis regalibus habet locum ſucceſſio. Et nota etiam ibi gl. quod in feudo paterno ſuccedit frater fratri. etiam ſi frater inſtituiſſet alium extraneum hęredem, quia feuda non percipiuntur iure hęreditario, ſed ex prouidentia principis, ſeu conſuetudinis feudorum quę ita ſtatuit. Et conclude ſuper gl. ſecundum Doct. ꝙ ſi vaſallus delinquat in dominum, tunc dominus præfertur in feudo delinquentis omnibus etiam deſcendentibus, & agnatis ipſius delinquentis, ſiue feudum ſit nouum, ſiue antiquum, ſi vero delinquat in alium, quā dominum, ſi feudū eſt nouum, reuertitur ad dominum, ſi vero antiquum, ad agnatos excluſis omnibus deſcendentibus. ſi vero vaſallus cōmittit culpam in alienando, ſi eſt nouum ad dominum, ſi antiquum, ad agnatos. & de iſtis in tit. ſi vaſal. feudo priue. ꝑ Doct. in §. fi. in ti. quę fuit pri. can. benſ. amitten. Nota etiam gl. quod vaſallus delinquēs poteſt ſatisfacere domino de culpa, & dñs poteſt ſibi culpam remittere, de quo per Scribentes in c. i. §. inſuper. de prohi. alie. feudi. per Federic. Et nota ſecundum Doct. ſuper gl. hic quod valet conſuetudo, quod fęminę ſuccedant in feudo. limita tamen quod dicitur in textu, quod frater non ſuccedit fratri in feudo nouo, niſi ſit dictum, ꝙ non procedit, quando fuiſſet feudum emptum de communi pecunia fratrum domino ſciente & ſtantibus fratribus in communione, ſecundum gl. & Doc. Et licet regulariter feudum ſpectet æqualiter ad filios, vt in hoc textu, tamen fallit in multis caſibus hic enumeratis per Scribentes, quos videbimus in locis ſuis. Et filius exhęredatus non ſuccedit in feudo, ſi exhæredatio habuit vires, ut quia ex teſtamento fuit adita hęreditas. Et no. pulchrū tex. in ti. quę fuit pri. cau. benef. amit. §. prędictis modis, quod quęlibet cā, quę eſt ſufficiens ad exhæredationem, eſt ſufficiens ad feudi priuationē. Et de materia quæ habetur in c. i. de benef. fra. in c. i. de frat. de nouo. bene. inueſt. Et tangunt hic Scribentes, an in feudis habeat locum ius accreſcendi. & nota ſingulariter vltra eos, quod in feudis conceſſis a principe habet locum ius accreſcendi. Bal. in l. i. §. in primo, C. de cadu. tollen. Alex. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. oblig. Iſtud ergo quod dicitur hic, habet locum in inferiore a principe.

§. Hoc autem notandum eſt. Allegatur textus iſte, ꝙ fœminæ regulariter remouentur a ſucceſſione feudorū ſiue extent maſculi, ſiue non. Hoc tñ fallit niſi feudum eſſet eius naturæ & qualitatis, vt ſuccedere poſſint, & tunc ſuccedunt, ſi non extant maſculi. Fallit etiam in caſib. vt ſi fęmina redemit vel ex amore fuit inueſtita: vel ſit conſuetudo. Et ſic nota caſum, in quo fœmina eſt deterioris conditionis, quam maſculus, ꝙ id eſt in caſu iſto, quia dñm ſuum iuuare non poſſunt per pugnam, quod fœminæ facere non poſſunt ꝑꝑ ſuam fragilitatē. & de aliis vide ꝙ hr̄ in l. in multis. ff. de ſtatu homin. Et non ſolum fœminæ ſunt excluſæ, ſed etiam maſculi deſcēdentes ex eis, vt in tex. licet nō ceſſet rō in illis, quę eſt in fœmina, ꝙ pugnam facere non pt̄. Sed rō eſt, quia ſucceſſor non dēt eſſe melioris conditionis, q̄ auctor ſuus. Item quia ſucceſſiones nō fiunt per ſaltum, vñ neceſſariū eſt, ꝙ gradus ante ſe ſit ſucceſſibilis, cū tñ deſtructo ordine deſtruit ordinabile ſm̄ Bal. & licet ceſſet rō, de qua ī textu, non ceſſant alię regulæ cōes. Et no. ꝙ licet mulier armaret ſe, & iret ad pugnam, non propter hoc efficeretur capax ad ſuccedendum in feudo, quia vbicūque ſunt plures rationes idem inducentes, licet vna ceſſet, & aliæ remanent non ceſſat diſpoſitio, & pro hoc vltra Aluar. allegatur tex. in §. affinitatis. Inſti. de nup. quia vaſallus debet eſſe conſtās capitul. prim. de noua forma fidelitatis, quę conſtantia non cadit in mulierem. Inſt. quibus alie. licet vel non, in princi. Et tu allega gloſ. in l. i. C. de confirman. tuto. quæ dicit, quod fragile & mutabile eſt ſemper conſilium mulieris. Et quia vaſallus debet pręſtare conſilium domino, quod cōſilium mulieres non habent, vt in prędicta glo. & adde ad iſtum textum ea quę habentur in c. i. §. quinetiam. infra Epiſcop. vel Abb. in c. filia. inf. de ſucceſſ. feud.

§. Hoc quoque ſciendum eſt. Allegatur textus iſte, quod vbi tractatur de ſucceſſione collateralium,

lateralium, non deſcendentium à primo acquirentente, regula eſt, quod iſti tales tranſuerſales inter ſe nõ ſuccedãt, niſi in inueſtitura expreſſe dictum ſit, & caſu quo dictum ſit, vt inter ſe ſuccedant, non extenditur talis ſucceſſio, niſi vſque ad ſeptimum gradum, ſed ſeudum præſtictum reuertetur ad dominum. Si vero tractatur de ſucceſſione collateralium, qui deſcendunt a primo acquirẽte tales collaterales ĩter ſe ſuccedunt in infinitum. Et idem dicendum de ſucceſſione deſcendentium per lineam directam a primo acquirente. Nota glo. in dicto. paragrapho. quòd in ſucceſſione tranſuerſalium nõ admittitur ſucceſſio intra ſeptimum gradum, niſi probauerit per duodecim ſacramentales, deponentes illum petententem eſſe intra ſeptimum gradum & propinquiorem defuncto, quando controuerſia eſt inter volentem ſuccedere, & curiam regiam ſeu fiſcum. Ex gloſ notabis hoc, quòd fortior probatio exigitur contra fiſcum, quàm contra priuatum in cauſa feudali. Nota etiam ex gl. de teſtibus ſacramentalibus. Ideo autem dicuntur teſtes ſacramentales, quia ſunt teſtes expurgatores iurantes & deponentes per ſacramentum credulitatis & conſcientiæ ſuæ ita eſſe, ſicut principalis eos producẽs dixit. Et de iſtis habẽt in titu. de conſuetu. rec. feu. paragrapho. ſacramentum. & in multis aliis locis in hoc libro. de quo etiam in cap. de teſtibus. de purga. cano. Et nota quòd filius emancipatus admittitur ad ſucceſſionem feudi: quia hodie ſublata eſt talis differentia, vt communiter concluditur per Dd.

§. Notandum eſt autem. Allegatur textus iſte, quòd propria natura feudi eſt, vt vaſallus non poſſit diueſtiri ſine cauſa. capitu. primo. de feudo ſine culpa non amittẽ. Probat etiam textus iſte, quòd feuda poſſunt per pecuniam acquiri, de quo per glo. & Doctor. in capitu. primo. de beneficio fratris. Nota glo. hic, quę probat, quòd Imperator non poteſt diueſtire vaſallum ſuum. dicit Aluort. quòd licet Imperator hoc poſſit facere de plenitudine poteſtatis, tamen nõ poteſt facere de iure, vt eſt caſus infra de natu. feudi, in prin. & eſt ratio, quia tenetur ſeruare ſuas leges & cõſuetudines, cum ſit ligatus & ſubiectus legibus. l. digna vox. Codi. de legibus. facit textus in regu. decet. de regu. iuris, in ſexto. Item quia Imperator non poteſt de iure auferre ius meum, & dare alteri l. reſcripta. l. quotiens. Codi. de prec. Imperato. offeren. hæc ſunt dicta Aluaro. quæ non puto bene dicta, & primo nego, quòd Imperator ſit ſubiectus & ligatus legibus: quia hoc eſt contra textum in l. ex imperfecto. Codice de teſtamen. vbi dicitur, quòd eſt ſolutus, ſed fateor quod de honeſtate debet viuere legibus, vt in dicta l. digna vxor. & in regu. decet. & teneo quod de iure poſſit ex cauſa auferre dominium directum ex cauſa. lege Lucius. Digeſtis. de euictio. Litem ſi verberatum. paragrapho. primo. Digeſtis. de rei vendicatio. ergo fortius, vtile tantum: & ſi Aluar. intellexit hoc modo, quando dixit de plenitudine poteſtatis, ſecus de iure, tunc bene locutus eſt. Et de hac materia adde notata plene per Doctor. in capitu. quæ in eccleſiarum. de conſtitu.

DE FEVDO GVARDIAE & Caſtaldiæ.

TITVLVS II

Item illud quod datur. Allegatur textus iſte, quòd hoc feudum eſt reuocabile abſque culpa vaſalli elapſo anno, nec tenetur reuocans ad reſtitutionem precii, quod recepiſſet pro conceſſione talium feudorum: quia contractus reſoluitur ſui natura, vt iſta habentur in cap. primo. in princ. hic Et ſic illud eſt feudum irregulare Guardiæ ſcilicet & Caſtaldiæ, quod datur pro mercede alicuius rei in feudum. Et dicitur irregulare, quia non habet propriam naturam feudi. Et, vt breuiter intelligas, feudum Caſtaldiæ eſt, quod concedit dominus alicui propter Caſtaldiam, quam exercet qui eſt Caſtaldus domini. Guardia vero, vbi qs deputatur ad Guardiam alicuius caſtri, & propter hoc feudum ſibi cõſtituitur, vel habet talis Guardia annexum feudum. Feudum autem, quod pro mercede datur, dicitur illud feudum, quod eſt cõceſſum alicui in mercedem propter laborem ſuum, quę feuda intelliguntur conceſſa ad annum. niſi expreſſe caueatur ad longius tempus, vt in hoc textu. Et potes ponere exẽpla pro mercede alicuius rei, vt ſunt feuda deputata pro aduocatoria, procuratoria, cãcellaria, & de ſimilibus, quibus erant annexa feuda, vt probatur tit. de pace tenen. § quicũque. Et pro introitu talium officiorum ſoluebatur domino certum precium taxatum, ſecundum qualitatem officiorũ, & finito officio, finiebatur feudum tanquam acceſſorium officium, & eligebatur alter officialis ad illud officium, nec reuocabatur propter hoc precium ſolutum pro ĩtroitu officii: quia iam illud officium, pro quo dabatur precium, habuerat ſuam executionem. Sed quærit Bald. quid ſi dominus auferat officium intra annum, an in conſequentiã videatur etiam abſtuliſſe beneficium? Et reſpondet quòd ſic, ſi iuſte & cum cauſa: alias ſecus, quia tunc retinebit feudum vſque ad tempus debitum, ſed poſt annum non requiritur cauſa

§. Si verò. Iſte text⁹ allegatur, quòd ſi vaſallus ignoranter accipit in feudum Guardiæ & Caſtaldiæ illud feudum, quod erat ſuum proprium, rectum & ſimplex, niſi probet de iure ſuo, non poterit ſibi defendere poſſeſſionem, ſed cogetur reſtituere, & ideo dicitur ignoranter ſecundum gl. quia ſi ſcienter accepiſſet in feudum Guardiæ, videretur renunciaſſe iuri ſuo primæuo. Et iſta glo. poteſt allegari ad tria. Primò, quòd ſi per impreſſionem vel errorem ſit facta recognitio feudi, aliter quam ſit ſolutum, quod talis recognitio non nocet cauſa cognita. facit quod habetur in l cum falſa. Codi. de iuris & facti ignorantia. Secundo vbi aliquis habet litẽ in aliqua re, & ſcienter contrahit ſuper ipſa re, ſibi præiudicat, de quo per glo. & Docto. in lege ſi rem aliquam. Digeſtis. de acquiren. poſſeſſio. facit. le qui rem. Codi. loca. Tertio, quòd in factis antiquis potius præſumitur error & ignorantia, quam in recentibus, quod patet, quia iſta glo. præſupponit, quod iſte vaſalus ignorabat qualitatem ſui fedi, quod nõ eſſet veriſimile, ſi factum eſſet recens, quod eſt ſingulare ſecundum Doctor. ſed tu adde Barto. in le. ſi quis delegauerit. Digeſtis. de noua. in l. qui fundum. paragrapho. ſeruus meus. Digeſtis. pro emptore. vbi dicit hoc procedere, quando tractatur de damno vitando, ſecus de lucro, quia imputaretur ſibi, quare non rememorauit. Addo etiam Barto. in lege non fatetur. Digeſtis. de confeſſis. quod tamen limitatur, niſi eſſet factum graue & notabile. capitu. cum illorum. de ſenten. excommunicatio. Fallit etiam, vt ſingulariter per Bald. in lege vnica, in decima quarta. colum. Codi. de confeſſis. niſi factum eſſet obligatorium, quod eſt notabile. Et nota, quod in iſto textu non ſufficit probatio per iuramentum, quia vaſallus eſt, vel fuit Caſtaldio, & ideo propter ſuſpicionem officii non ſufficit iuramẽtum, & ideo probat ipſe & non dominus: quia hoc conſtabat, quod ipſe vaſallus erat vel fuerat Caſtaldus, & ſic non obſtant duo contraria. paragrapho. item ſi vaſallus. infra titu. quarto. in capitu. ſecundo. in fi. ſi de inueſtitu. inter dominum. & vaſallum lis oriatur. Et adducta per Aluaro. hic, an tutores & alii poſſint emere de rebus conceſſis ſuæ adminiſtrationi, adde notata per Bal. in lege cum ipſe. Cod. de contrahen. emptio. per Imo. in lege prima. paragrapho: fuit quæſitum. Digeſtis. ad Trebell. & dum remittit ad Bald. in l. cum oportet. Codi. de bonis quæ liber. vtrum officialis pręſumatur acquiſiuiſſe occaſione adminiſtrationi; adde tu Bal. in Authen. licentiam. Cod. de epiſcopis & clericis. dum allegat gl. ſingularem in l. facultas. Cod. de iure fiſci. x. Et ius Caſtaldiæ non poteſt pręſcribi, poſtquam conſtat quòd ſp habet cauſam a domino, per ea quæ habentur in l. male agitur. C. de præſc. xxx. anno.

QVI SVCCESSORES FEVdum dare teneantur.

TITVLVS III.

Suppleas iſtam rubricam, quia non eſt perfecta, Qui ſucceſſores, ſcilicet clerici vel laici teneantur implere inueſtituram factam a prę prædeceſſoribus.

SI vero Archiepiſcopus. Allegatur textus iſte, quòd ſucceſſor prælati adimplere inueſtituram non compellitur, quam ſuus præceſſor fecerat de feudo, quod ab alio vaſallo tenetur, niſi ipſe inueſtitus iam fuit miſſus in poſſeſſionem dicti feudi conſentiente dicto vaſallo primo: vel niſi ipſe primus vaſallus iam mortuus ſit viuente Prælato inueſtiente. Laici vero & eorum hæredes tenentur omnimodo huiuſmodi inueſtituram adimplere. Et ratio doctrinæ eſt, quia prælatus prælato non eſt hæres. & ſic præceſſor & ſucceſſor in Prælatura non reputantur eadem perſona, & ex hoc non poteſt prædeceſſor ſupplantare ſucceſſorem præueniendo ante tempus: ſed in hærede domini veri aliud eſt, quia gerit vicem domini. Et intellige iſtum textum, quod loquitur de inueſtitura facta in diem, vel ſub conditione, vbi fit doctrina inter clericum & laicum inueſtientem, de quo hic per gl. Nam inueſtitura pure facta, nõ valet

niſi fiat de conſenſu poſſidentis. Et nota ſecundum Doc. ꝙ ꝓlatus vel laicus inueſtiens de feudo nondũ aperto, non poteſt reuocare dictam conceſsionem, antequã aperiatur, ꝗa talis conceſsio eſt permiſsa de conſuetudine feudorũ, ſecus ſi per importunitatẽ impetrantis fuiſset facta talis cõceſsio: quia tunc poſsit reuocari, & hoc quando conſtaret de importunitate inducentis prælatum non ſpontaneum, non autem eſſet ſimpliciter credendum ipſi Prælato per ea, quæ notat Ioan. Andre in capit. ex parte. de verborum ſignifica. facit. l. omnibus. C. de teſti. Nota etiam ſecundum Doctor. quod in caſu iſtius tex. requiritur, quòd vaſal. tenẽs feudum conſentiat expreſſe, quia tractatur de præiudicio tertii, ſcil. ſucceſſoris Prælati.

SI DE INVESTITVRA FEVDI controuerſia fuerit.

TITVLVS IIII.

Et nota, quod in iſto titulo tractatur, quis debeat probare inueſtituram: & vltra adducta per Alua. in hac rubrica, quæ doctrina ſit inter controuerſiam & quæſtionem, adde tu Bar. notab. in l. amplius non peti. ff. rem ratam habe.

SI autem controuerſia. Allegatur textus iſte, quòd ſi vaſallus per probationes legitimas probet de inueſtitura, cogitur dominus eum in poſſeſſionem feudi mittere: vaſallo vero non probante, ſed in poſſeſſione exiſtente, defertur ſacramentum: ubi vero vaſallus neque probat, neque eſt in poſſeſſione, tunc dicta controuerſia dirimitur per ſacramentum domini. Et ex his quæ habentur in hoc principio conclude, quòd vbi agitur de noua inueſtitura, & dubitatur an ſit facta, vel non, debet fieri probatio per Pares Curię. quod intelligas verum, quando dominus habet Pares: ſecus autẽ quando non haberet: quia tunc etiam poſſet fieri probatio per teſtes extraneos, vt notant gloſ. & Doctor. hic. Poteſt etiam fieri talis probatio per publicum inſtrũm, ĩquo ſint deſcripti duo vel tres pares. Et ꝯſuetudo, quæ eſſet, ꝙ ĩ inſtrumẽto ſufficerent extranei, eſſet ſolum ſeruanda in loco ſuo, & non trahenda ad alia loca. Concludе etiam, quod per inueſtituram verbalem, & abuſiuam non adipiſcitur vaſallus poſſeſſionem: feudum tamen eſt bene acquiſitum vaſallo, & ideo dominus tenetur præciſe ad traditionem poſſeſſionis: quod intellige, quando habet poteſtatem rei tradendæ, alias tenetur ad intereſſe, ſecundum Dd. & ſi dominus eſt moroſus in tradendo dictam poſſeſſionem, tenebitur reſarcire ipſi vaſallo omnem vtilitatem, quã habuiſſet, ſi incontinenti fuiſſet tradita poſſeſſio. Concludе etiam, quod poſſeſſio corporalis inducit præſumptionem pro vaſallo poſſidente, vt propter ipſam poſſeſſionem in dubio deferatur ſacramentum vaſallo ad tollendam controuerſiam. quod tamen intellige, ſecundum gl. & Dd. concurrentibus duobus. Primo, quod ipſe vaſallus ſteterit, & perſeuerauerit in poſſeſſione feudi ad minus per annum domino ſciente, & patiente. Secundo, quod bona fide, & iuſte poſſederit, & non doloſe. Tu habes regulam, quod actore non probãte reus debet abſolui, etiam abſque iuramento, tamen in materia feudali, vbi vaſallus nihil probat de iure ſuo, poterit iudex ſi ſibi videbitur nihilominus deferre iuramẽtum domino, vt in hoc textu, quod tamen intellige, ſecundum Bal. quod vbi dominus vult abſolui, quia nihil eſt contra eum probatum, tunc non oportet, quod iuret. capi. 2. de probatio. ſed ſi vult abſolui, quia vaſallus non eſt vaſallus, tunc debet iurare, vt hic. Nota tamen, ſecundum glo. & Dd. quod ſi contro. feudi vertatur inter dominum, & vaſallum, & neuter eorum poſſideat feudum, & in dicta cauſa ſit locus delationi iuramenti, quod erit arbitrarium, cui deferatur, attentus circunſtantiis debitis, de quo in cap. 1. §. ſacramentum, de con ſue. recti feu. Et nota vnum pulchrum dictum Bal. infra eodem §. item ſi vaſallus. quod adducit Aluaro. quod quando ex forma ſubſtantiali ipſius actus, vel probationis, eſſet neceſſarius certus numerus teſtium, tunc talis actus non poſſit ſuppleri per iuramentum, vel per alias coniecturas: quia immo debet probari per ipſos teſtes ſubſtantiales. Quærunt Doctores, an dominus poſſit cõpellere vaſallum, vt oſtendat ſibi ſuam inueſtituram? & concludе ſic, quod pares interrogabunt, an ſit vaſallus: & ſi dicat, quod ſic, mandabunt ꝙ oſtendat titulum, ſi autem negat, & conuincitur de mendacio, tunc perdit feudum, iuxta ea, quæ habentur in cap. vaſallus feudum. ſi de feu. fue. controuer. ſic dominus non poteſt hoc facere per ſe: & ideo dicit Bartol. in l. 1. C. de conducto. & procu. lib. 11. quod ſi Rex facit citari ſuum Baronem, vt oſtendat iura, quæ habet in caſtris, quæ poſſidet, alias auferret ſibi ea, talis citatio eſt ipſo iurę nulla, cum nemo titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere cogatur. l. cogi. C. de peti. hæredi. quod eſt notabile, ſecundum eum.

§. Si vero. Iſte textus allegatur, quod cum dictum ſit in principio, quando vaſallus non eſt in poſſeſſione, neque probare poteſt de inueſtitura feudi, de quo eſt controuerſia, debet ſtari ſacramẽto domini pro dirimenda dicta controuerſia, quod intelligitur, ſi non habet aliud feudum a domino indubitatum, de quo non eſt controuerſia ad tollendam dictam controuerſiam, ſtaretur ſimplici aſſertioni domini abſque ſacramento, vt in hoc textu. Ratio autem eſt, quare remittitur ſacramentũ domino hoc caſu, propter reuerentiam ipſius domini, quem conſtat eſſe dominum.

§. Cum autem. Allegatur textus iſte, quod ſi vaſallus legitime probauerit ſe ſoucre ius in parte feudi per ipſum poſſeſſi, obtinere debet etiam in alia parte, de qua verſatur quæſtio inter ipſum, & dominum: & intellige, quod vaſallus ſtetit in poſſeſſione ſuæ patris poſſeſſæ ſaltem per annum, prout dictum eſt ſupra: & ex hoc textu concludе, quod minus poteſt accipere a vaſallo ſuũ vtile dominium, & dare ſibi per cambiũ in alia re dominiũ directum, & vtile, quod intelligas de voluntate ipſius vaſalli, alias ſecus. c. j. de feu. ſine culpa nõ amittend. Oportet tamen quod tale cambiũ ſeu permutatio probetur per Pares Curiæ, vel breue teſtatum, ad ſimilitudinem nouæ inueſtituræ, ſecundum gloſ. & Dd. Et nota gloſ. quod vaſallus, qui ratione partis poſſeſſę obtinet in parte nõ poſſeſſa, prout hoc diſponitur, habet neceſſe iurare dictam partẽ non poſſeſſam eſſe de ſuo feudo. Et nota, quod ſi vaſallus non probat plene, ſed ſolum ſemiplene de iure ſuo, tunc debet iurare cum duodecim ſacramẽtalibus, ſi obtinere vult, vt hic in textu, & per glo.

§. Item ſi vaſallus. Allegatur text. iſte, quod vaſallus poſſidẽs feudum, tanquam rectum, tenetur illud reſtituere domino, probanti ſe per Guardiam conceſſiſſe, niſi vaſallus probauerit ſe poſt dictam Guardiam ſuſcepiſſe illud in feudum rectum: vbi vero dominus nihil probat, definitur controuerſia per ſacramentum vaſalli poſſidentis. Nota, quod ex iſto textu colligitur limitatio ad regulam quæ eſt, quod poſt dicta teſtificata non poſſunt teſtes produci, ut in cap. fraternitatis. de teſti. ꝗa illud intelligitur ſuper eiſdem capitulis, ſed in caſu noſtro ꝓducebantur noui articuli ſeparati totaliter ab his, ſuper quibus erant examinati teſtes, quia poſt probationes domini, ꝓbantis feudum eſſe Guardiæ, admittitur vaſallus reus ad probandum, per poſterius tale feudum fuiſſe conceſſum in feudum rectum. & vide de materia in d. capitu. fraternitatis. in auth. at qui ſemel. C. de probatio. in clemen. teſtibus, de teſtib. in l. officium. ff. de rei uendic. Et nota, ꝗa iſte textus vult, quod mendacium & veritas poſſunt ſimul ſtare conſiderata diuerſitate temporis, nam dicebat uaſallus eſſe feudum rectum, quod licet fuiſſet feudum Guardiæ, & hoc negaſſet, tamen conſiderata veritate præſenti admittitur ad probandũ, quia iſta poſſunt ſtare ſimul, quod fuerit feudum Guardiæ, & nunc ſit rectum, vnde negatio non fuit falſa. & hoc ꝓſtat argumentum ſecundum Doc. de eo, qui negauit ſe occidiſſe quod conuictus poſſit probare ꝙ ad ſuã defenſionem fecit, quoniam negando ſe occidiſſe, intelligitur negare eo modo quo proponitur, ſ. vt puniatur, & ſic non eſt ſibi contrarius.

§. Similiter. Allegatur textus iſte, quod poſſidẽs rem tanquam feudalem, tenetur illã reſtituere domino probanti ſe illam loco pignoris dediſſe, niſi ipſe poſſidens probauerit ſe poſt dictam pignorationẽ recepiſſe dictam rem nomine feudi: vbi vero dominus nihil probat, ſtabitur ſacramento dicti vaſalli poſſidentis. Et intellige hunc textum ſecundum Doctores, quando vaſallus negat ſe aliquo tempore pro pignore accepiſſe, quo caſu dominus probat. Quærit Bald. hic, & refert Aluarot. nunquid iudex ſecularis cognoſcens de pignore, potuerit, & cõſequenter cognoſcere de fructibus prouenientibus, & vſuris ex dicto pignore? Et dicit Bal. ſecundum eum, quod iudex ſecularis poteſt cognoſcere, quando quæſtio vſuraria incidit pignoratitiæ actioni, ſecus ſi principaliter de per ſe moueatur quæſtio, quia tunc ſpectat cognitio ad iudicem eccleſiaſticum. clemen. diſpendioſam. clemen de iudic. Sed aduerte, quia non puto quod iſta non fuerit intentio Baldi, ſed vult facere doctrinam, an ſit quæſtio iuris, an facti, quia ſi eſt quęſtio iuris, ſiue veniat incidenter, ſiue principaliter, nõ poteſt ſe intromittere iudex ſecularis. Ponamus quod incidenter coram iudice ſeculari dubitatur, an aliquis contractus ſit vſurarius, vel non: certa cognitio ſpectat ad eccleſiam, iſtud eſt, qđ voluit Bal. & pro hoc all. Bar. in l. omni innouatione

C. de

C.de ſacroſ.eccl.in l.Titiæ.ff.ſol.ma.in l.ii.ff.de iuriſdi. omni. iudicum.

§. Si quis manſo vno. Allegatur textus iſte, quod ſi contentio ſit inter dominum & vaſallum de incremẽto feudi, & dominus in loco feudi ſibi reſeruauit aliquid, tunc vaſallus debet probare ſe inueſtitum de tali incremento. Idem dicendum, ſi dominus nihil ſibi reſeruauit, ſed tamẽ vaſallus non eſt in poſſeſſione incrementi, ſi vero eſſet in poſſeſſione, tũc ſtabitur eius ſacramento abſque alia probatione. Et nota, quod eſt altercatio inter Scribentes circa intellectum iſtius textus, an intelligatur de omni incremento, latente ſcilicet. & apparente, nam aliqui volunt, quod textus iſte intelligatur ſecundũ diſtinctionem textus in l. item ſi fundi. §. huic vicinus. ff. de vſufruct. ubi latens incrementum ſpectat ad vſufructuariũ, patens ad proprietarium, ſed tu tene opinionem Bald. quantum ad caſum iſtius. §. videlicet, vt propter talem reſeruationem omne incrementum ſiue latens ſiue apparens ſit, intelligatur eſſe ipſius domini niſi cõtrarium probetur per vaſallum: quia hic eſt textus ſatis clarus, qui loquitur de omni incremento in principio, & qui omne dicit, nihil excludit. l. procuratorem, C. mandari. Nec videtur eſſe ratio reſtringendi iſtum textum, nec procedit ratio de vſufructuario, quia in incertis non certis locus eſt coniecturæ. illa eſt lex noua non diſtinguens, ſed generaliter loquens. Nota vnam limitationem ad textum ſingularem, in l. ſi quis ſepulchrum. ff. de religio. vbi cogitur vicinus dare viam eundi ad ſepulchrũ mediãte precio, quod ideo ibi datur precium, quia ille volens viam eundi, nullum ius habeat in loco: ſecus vbi haberet ius, quia tunc non tenetur dare precium, vt quia ad incrementum, quod eſt domini, non poteſt ire dominus, niſi per loca feudi, tunc vaſallus tenetur dare viam domino ſine precio, qa dominus habet directum dominium in feudo, in quo petit viam, ſecundum Dd. quod eſt notabile. Et nota, quod Bald. tenet hic, quod propter incrementum, quod applicatur vaſallo, ſit obligatus ad maius ſeruitium, quam ſit ſolitum, nec pro tali incremento requiritur noua inueſtitura, ſecundum Dd.

§. Rurſus. Allegatur textus iſte, ſecundum vnam lecturam, quæ eſt vera, quod recipiens inueſtituram feudi a domino cum omni incremento, ſibi acquirit omne incrementũ: ſi vero iſte vaſallus inueſtiat aliũ de eodem feudo, & cum eadem conditione, ſi incrementũ accedat poſt mortem primi vaſalli, ſpectabit ad dominum, vel ad eos, ad quos tale feudum reuerſurum eſt. Et probat textus iſte, iuncta glo. quod reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris. concordat textus in l. lex vectigalis. ff. de pign. Hoc tamen limitat Bal. in eo iure, quod habet dependentiã ſucceſſiuam a iure dantis, non autem in eo iure, quod primo inſtanti fuit perfectum, & non dependet amplius a iure dantis. l. poſt contractum. ff. de donatio. l. donationes. C. de donatio. inter virum, & vxorem. l. ſi ſuperatus. ff. de pignor. Et in materia feudali limita, ſecundum Dd. niſi iſte vaſallus ſecundus vellet recognoſcere dictum feudum a domino primo, & ſibi ſeruire, & iuramentum præſtare, quo caſu non reſoluitur ius ſecundi acceptoris, dum tamen iſta ſecunda infeudatio non ſit facta in fraudem, quia tunc omnino reſolueretur. Limitatur, & ſecundo, niſi primus vaſallus inueſtiuiſſet proximum agnatum, qui ſibi erat ſucceſſurus, quod tamen intellige, niſi primus vaſallus eſſet priuandus per culpam commiſſam in dominum, quia tunc feudum applicaretur domino. Et ſic ex dictis apparet, quod vaſallus poteſt alteri feudum ſuum infeudare, quod intellige etiam ſine permiſſu domini, dummodo bona fide, & ſincere infeudet æquali, & ſub eiſdem modis & conditionibus, quibus ipſe habet, de quo per gloſſ. & Dd. in §. præterea, in titu. de capit. Cor. Et nota, ſecundum Bald. & Aluarot. quod prior dominus poterit compellere, ſecundum vaſallum per ſubtractionem feudi ad ſibi ſeruiendum: quia poteſt deuenire ad ipſum ſecundum vaſallum in ſubſidium, tanquam debitorem debitoris. Et an vaſallus vaſalli mei ſit meus vaſallus, Dd. remittunt ad notata in l. de acceſſionibus. ff. de diuer. & tempora. præſcrip. Et dicitur reſolui ius primi vaſalli datoris propter reliquias remanentes, & iura ſeruitiorum, quia ius vtile, quod habebat, tranſtulit in alium, iuxta ea, quæ habentur in l. ex aſſe, ff. ad Trebell. ſecundum Bal. Quærit Bal. dominus conceſſit quoddam ſuum territorium in feudum duobus pro diuiſo, vnus per iuſtum errorem præſcripſit fines alterius, præſcribẽte mortuo ſine hærede, an debeat portio præſcripta reuerti ad dominum, vel ad conuaſallum. Et reſpondet, quod ad dominum.

QVIBVS MODIS FEVDVM amittatur.

TITVLVS V.

QVia ſupra dictum eſt. Allegatur hoc principium, quod vaſallus amittit feudum, ſi dominum ſuum in prælio pugnantem nõ mortuum, nec ad mortem vulneratum dereliquerit. Et intellige, quod amittit per ſententiam, non ipſo iure. Aluaro. hic adducit Andre. de Iſern. quod ſi quis occiderit vulneratum ad mortem, debet puniri auctoritate ſacræ ſcripturæ. Sed tu allega textum ſingularem in l. item Mela. §. Celſus. ff. ad l. Aquil. quem textum allegat Roma. in ſingularibus ſuis. Et vaſallus tenetur iuuare dominum, & defendendo, & offendendo, quando eſt certum, quod habet iuſtam guerram: ſi autem certum eſt, quod habet iniuſtam, tenetur iuuare ad defendẽdum, non ad offendendum: ſi autem eſt dubium, tenetur ad vtrumque, de quo in c. j. in prin. in titu. hic finitur lex. Nota gloſſa. quæ quærit, quod ſi vaſallus, qui non tenebatur iuuare dominum iniuſte prælian tem, cœpit eum iuuare, & poſtea dereliquit, an priuabitur feudo: & concludit quod non, & idem Doctor. Si tamen vaſallus, qui incœpit iuuare, perſide agendo finiſſet cauſa, quod alius non iuuaret, qui erat paratus, ſi vaſallus non iuuiſſet, tunc teneretur domino, ſecundum Docto. Nota etiam glo. quod ſi vaſallus non poteſt iuuare dominum, quia abſciſſis brachiis eſt inhabilis & aufugit, non priuabitur feudo. Dicit tamen Bald. quod ſi poteſt clamoribus iuuare dominum, debet hoc facere l. cum domino. ff. ad Syllanian. Nota etiam gloſſ. notabilem hic, quæ vult, quod ſi vaſallus debet defendere dominum, oportet quod moriatur, ſi nõ defendit, oportet dominum mori, ſi hoc certum eſt, debet potius præeligere vitam propriam, nec perdit feudum, licet ſecus ſit in ſeruo reſpectu domini. l. prima, ff. ad Syllania. Quia poteſtatem maiorem habet dominus in ſeruo, quam in vaſallo, & ideo non eſt bona comparatio. Et licet fuga vaſalli non noceat domino, tamen debet puniri, ſecundum Docto. propter malum exemplum, quod dedit aliis. Et nota hic vnum dictum notabile Bald. quod ſi medici ſint uarii in opinionibus, an quoddam vulnus eſſet mortale vel non debet iudicari contra percuſſorem. Et procedit textus iſte, ſecundum Bal. quod ſi dominus fuit ita vulneratus, quod non poterat euadere, tamen poſt fugam vaſalli fuit iterum vulneratus & citius mortuus eſt, uaſallus amittit feudum. Nota etiam, ſecundũ Bald & Aluarot. quod vaſallus tenetur ſequi dominum ſuũ ad bellum, & ſibi ſeruire etiam extra territorium, quia vbicunque eſt dominus cum exercitu, ibi intelligitur eſſe territorium ſuum, intellige tamẽ quando bellum eſt iuſtum, prout ſupra dictum eſt. Et ſi dominus habet guerram extra territorium, vt de nouo acquirat aliquam terram, non pro defenſione patriæ ſuæ, non tenentur vaſalli ire, ſi longe vult dominus eos traducere extra patriam, ſecus ſi parum extra patriam, ſed ſi dominus acquiſiuiſſet de nouo terram extra patriam etiam longe diſtantem, pro ipſa defendenda ſeu recuperanda tenetur ire, ſecundũ Doc. Et ſi duo fratres ſimul fuerunt inueſtiti ab eodem domino, & vnus deliquit in dominum, & alius ſua probitate ipſum defendit, excuſatur vnus propter alterum, ſecundum Bald. ex coniunctione perſonarum & feudi. Dicit etiam notabiliter Bald. quod ſi vaſallus reliquit dominum reuera mortifere vulneratum, ſcilicet credens dominum non ita vulneratum dimiſit, ſic non priuabitur feudis, quia licet error aliquando excuſet, tamen non auget delictum.

§. Item ſi fidelis Allegatur textus iſte, quod vaſallus adulterans, vel ſolicitãs vel ſolicitans adulterare, vel turpiter tangens vxorem domini, amittit feudum. Idem dicẽdum, ſi concubuerit cum filia domini, aut filia filii, aut nuru, ſimiliter ſi cum ſorore domini adhuc manente in domo ipſius domini. Et intellige textum, ſiue cum vxore volente, ſiue inuita, & etiã marito mortuo, ſed ipſa perſeuerante in viduitae, licet in hoc Bal. teneat contrarium ſecundum Aluarot. ſed hoc nõ inueni in meo. Bald. puto tamen hoc dictum eſſe verum per ea quæ habentur in l. fina. C. de bonis maternis. Et quia ſi vidua durante viduitate committat ſtuprum, amittit dotem. l. ſi mulier. C. de adulteriis. vbi notabiliter probatur, quod ille qui offenditur ex adulterio cõſtante matrimonio, offenditur ex ſtupro viduitate durante. Nota glo. in hoc §. quod ſi vaſallus contraxit amicitiam cum inimicis domini, quod ex hoc amittit feudum, quam tamen gloſſ. intellige, ſecundum Doct. quando iſta copulatio amicitiæ ſit in perniciem & damnum domini, alias ſecus, quia ſola amicitia correcta non priuat. Nota etiam gloſſa. quod vbicunque poteſt præſumi vaſallum eſſe inimicum domini, quod amittit feudum. Sed intelli-

relligas gloſſ. ſecundum Dd. quod vaſallus taliter verſatus ſit, vt potius credatur inimicus, quam amicus, & fidelis ipſius domini: vaſallus enim nunquam priuatur feudo ſine cognita, & conuicta culpa, vnde poſſet præſumptionē contra ſe inductam elidere per aliam præſumptionem contrariam, ſecundum Bald. Et ideo vbi eſſet dubium de cauſa amiſſionis feudi, relinquitur hoc diſcretioni iudicis. §. ſed quia. titu. quæ ſit prima cau. bene. amit. Nota etiam gl. quod ſi dominus non ſuit conqueſtus in vita de culpis commiſſis contra eum per vaſallum, quod hæres domini non poterit. Sed Dd. dicunt, quod gloſſ. procedit, quando dominus fuit ſciens, & potuit querelari, & noluit: ſed ſi fuit ignorans, & etiam ſciens, & non potuit placitare, morte præuentus, vel ex alia iuſta cauſa, tunc hæres domini poterit placitare de dictis culpis. Et vltra adducta Aluaro. adde tu iura, in quibus habetur de hærede mariti, an poſſit opponere de adulterio vxori repetenti dotem ſoluto matrimonio, ſi maritus non oppoſuit, per Dd. in l. rei iudicatæ. ff. ſoluto matrimonio. in l. j. §. taceat. C. de rei vxo. actio. Ioann. Andr. in titu. de feudo. §. finali. Et licet dominus non placitauerit, ſi tamen conqueſtus eſt, poterit hæres eius placitare. Iacob. de Beluiſ. in §. quia vero, in Authen. vt liceat ma. & auiæ. Pro quo eſt optimus text. in l. 1. in fine. ff. ad Sylla. in ver. conqueſtus eſt. Imo. in l. cum mulier, in octaua column. ff. ſoluto matrim. Nota etiam gloſſ. quod poſtquā vaſallus ſe exercuit, vt concumberet cum vxore domini, & ipſum pœniteat, non priuabitur feudo. Et intellige gloſſ. ſecundum Dd. quando laborauit, ſed non deuenit ad aliquem actum: ſed ſi deuenit ad aliquem actum, tunc punitur, nec per pœnitentiam liberatur. Not. etiam glo. quod per has culpas commiſſas non perditur feudum ipſo iure, ſed requiritur ſentētia, quia non eſt priuandus abſque cognita culpa, & ita volunt Dd. & ex hoc conclude, quod circa amiſſionem feudi procedentem ex delicto requiritur proceſſus, & iudicium, & ſententia priuatur ſeu. quia nō tam turpe eſt colloquium, ſicut tactus: & maxime, quia ſumus in pœnalibus benigniores. l. interpretatione. ff. de pœn. tenebitur autem domino actione iniuriarum ex hac turpi locutione, & priuatur etiam feudo, ſi tulit opem alteri concumbenti cum vxore, ſecundum Bald. l. & ſi amici. ff. de adulte. Nota etiam, ſecundum Dd. quod textus non procedit, ſi vaſallus ignoranter adulterauit vxorem domini: quod intellige, niſi ſua ignorantia eſſet craſſa, & ſupina. Nota etiam, ſecundum Dd. quod eſt idem in concubina domini, quod in vxore, quando vterque eſt ſolutus; & idem dicunt de ſponſa domini: ſed videtur hoc intelligendum, non in ſponſa de futuro, ſed in ſponſa de pręſenti, niſi communis vſus loquendi aliter diſponeret, per ea, quæ notat Abb. in capitulo ſi inter. de ſponſal. Dicunt etiam Docto. quod textus non procedit, ſi vaſallus cognoſceret pediſſequam domini, licet ex tali inhoneſtate incidat vaſallus in periurium, non tamen perdit feudum: nec ex omni cauſa, ex qua vaſallus incidit in periurium, venit priuandus feudo, vt in loco ſuo videbitur. Et ſi vaſallus committat inceſtum, amittit feudum ipſo iure, ſecundum Bald. in l. j. ff. de rerum diuiſio. quæſtio. 51. quem refert Aluaro. hic. & licet Papa diſpenſet, quoad matrimonium, non tamen recuperat feudum, capitu. quamuis. de reſcrip. in 6. Et quia dictum eſt ſupra, quod ſi vaſallus turpiter loquatur cum vxore domini, non tamen tangat perſonam, non priuatur feudo, ſed teneatur domino actione iniuriarum, poteſt dici, qđ etiam hoc caſu priuabitur feudo: quia ſi agitur criminaliter in actione iniuriarum, pœna eſt arbitraria. l. fin. ff. de iniur. §. in ſumma. Inſtitu. eo. ergo iudices poterunt priuare vaſallum ex ſola turpi locutione.

§. Similiter. Allegatur textus iſte, ſi vaſallus inſultum faciat in perſonam domini, vel locum in quo eſt, amittit feudum. Idem dicendum, ſi vaſallus interficiat fratrem proprium ipſius vaſalli, vel etiam nepotem ex fratre. Et probat textus iſte, quod filius fratris dicitur nepos: & ſi tu vis videre multa vltra Alua. in hoc vide in meo Alphabeto, in littera. N. Et nota gloſſ. hic, & quod ſuper ea dicunt Docto. quod iſte textus procedit, ſiue vaſallus ſciuerit, ſiue ignorauerit dominum fuiſſe in caſtro, item ſiue dominus fuerit in caſtro, ſiue non, quia ſufficit, quod inſultauit caſtrum domini, ſeu locum in eius perniciem. Nota etiam, quod poteſt intelligi textus de fratre domini, & tunc non amittit feudum, niſi proditorie occiderit, quia tunc propter tale prodimentū, non poteſt amplius ſtare in Curia domini. & illud idem eſſet in quocunque extraneo interfecto proditorie. Et etiam intellige de fratre proprie ipſius vaſalli, & tunc debet amittere feudum, etiam ſi non proditorie, ſed tunc tale feudum tranſit ad agnatos, non ad dominum, quia tale delictum non reſpicit perſonam domini, de quo hic per gloſſ. & Docto. Et dum Aluaro. quærit, quid ſit offenſa, & quæ dicatur offenſa in perſonam. & adducit Bartol. in l. locatio. §. quid illicite. ff. de publicat. & adde tu Bartol. in l. cum te. C. de inoſſicioſo teſtamento. Bartol. Bald. & Imo. in l. quidam cum filiumfamilias. ff. de hæredi. inſtituen. Bartol. in l. ſed & quæſtionis. ff. de iniuriis. per Imol. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de libe. & poſthu. vbi refert Innocen. in capitul. nuper. de ſententia excommunicatio. an capiens frœnum equi clerici, & non permittens ire, ſit excommunicatus. Et tu allega gl. in c. ſi clericos, in verbo, iniuria, de ſent. excomm. in 6.

§. Aut ſi libellario. Allegatur textus iſte, ꝙ vaſallus olim vſq; ad medietatem poterat alienare, & obligare feudum, vltra vero medietatem non, & ſi contrarium faciebat, amittebat feudum, & reuertebatur ad dominum, ſed ſcias, quod hodie nullam partem poteſt, vt in titulo de alienat. feudi per Lotha. & in capitulo primo, in principio, de prohibita aliena. feudi, per Federic. vbi etiam in nulla parte poteſt pignori dari ſine permiſſu domini, quod ſi faciat, priuabitur vaſallus. quod tamen intellige, ſecundum Bald. quando per talem pignorationem transfertur poſſeſſio corporalis rei feudalis in creditores, ſecus ſi eſſet pignoratio, vel hypotheca verbalis. Et ideo, ſecundum Bald. ſi per teſtamentum, vel ſtatutum prohibetur alienatio ſub pœna, nunquam per verbalem pignorationem, vel ſimplicem hypothecam committitur pœna. quod eſt pulchrum. Et nota breuiter aliquos caſus, ſecundum Doctor. hic. Primus eſt, ſi vaſallus delinquat in dominum, feudum reuertitur in dominum, excluſis omnibus agnatis, & deſcendentibus, ſiue feudum ſit nouum, ſiue antiquum, gloſſ. in §. fina. infra de pace iura fir. quod limitat Bald. hic, niſi dominus ſtudioſe hoc egiſſet, vt priuaret agnatos. Secundus caſus eſt, quando vaſallus delinquit extra perſonam domini, & tunc ſi feudum eſt nouum, reuertitur ad dominum excluſis omnibus, capitul. primo; vbi gloſſ. infra ſi vaſal. feu. priue. Tertius caſus eſt, ſi feu. eſt antiquum, tranſit ad agnatos, excluſis domino & deſcendentibus. Quartus caſus eſt, quando vaſallus alienat ſine voluntate, tunc ſi feudum eſt nouum, reuertitur ad dominum gloſſ. in §. hoc quoque. de ſucceſſi. feu. Quintus caſus eſt, ſi feudum eſt antiquum, tranſit ad agnatos, ſi habet, ſi non habet, ad dominum gloſſ. in d. § hoc quoque, ad filios nunquam tranſit, ſi habent aliquid de hæreditate patris, alias autem bene tranſiret ad filios, excluſo domino, & agnato glo. in d. §. hoc quoque. Poteſt tamen vaſallus vendere commoditatem vſusfructus ad tempus, per notata, in l j. C. ſi pignus pigno. datum ſit. & per Bal. hic.

§. Rurſus. Allegatur textus iſte, quod feudum tranſlatum in alium per vaſallum, ſi poſtea aperiatur domino per mortem, aut refutationem vaſalli, poterit per ipſum dominum reuocari ab acceptore, nulla obſtante exceptione. Et probat iſte textus, quod vaſallus poteſt refutare feudum in præiudicium iuris iam alteri quęſiti, quia iſta facultas inerat a principio ex natura ipſius feudi, vnde debuit hoc ſcire, qui cum vaſallo contraxit, & ideo ſibi imputet, ſecundum Bald. textus eſt nota. in l. qui cum alio. ff. de regulis iuris. Nota gloſſ. & quod ibi per Dd. quæ quærit, ſi mortuo primo vaſallo datore relictis hæredibus, in ſuis bonis patrimonialib. & feudum ſit reuerſum ad dominum, an poterit agere contra hæredes de euictione? Et diſtinguit inter ſcientem, & ignorantem, niſi ſibi cauiſſet de euictione. Quam gloſſ. intellige in caſu iſtius textus, ſed ſi loquimur in primo vaſallo infeudante alteri, quod poteſt poſſet tunc vaſallus agere de euictione contra hæredes, etiā ſciens, quod intelligunt Dd. quando feudum fuiſſet reuerſum ad dominum per culpam vaſalli primi, ſecus autem, ſi naturaliter, & ſine culpa, quia tunc fieret diſtinctio, de qua ſupra. Et nota, quod Bal. vult, quod iſte ſecundus acceptor poteſt ſibi conſulere retinendo dictam rem feudalem, & ſeruire priori domino tanquam vaſallus, non obſtante refutatione facta per ſuum datorem, per textum, in capit. pri. §. ſi vero. quali. olim feud. pote. alien. Aluar. inſurgit contra eum, quod ille text. loquitur in Infeudatione, quę eſt etiam hodie licita, ſecus quando vaſallus transfert in alium per contractum illicitum, l. quod non ratione, ff. de legibus. Sed eſt aduertendum, quod Bald. dicit, hoc poſſe fieri per æquitatem illius textus, & æquitas poſſet eſſe, ſi acceptor fuiſſet ignorans, ſecus ſi ſciens. Et not. ſecundum Dd. quod vaſallus ſine pœna priuationis poteſt alienare ius ſuum feudi agnato, qui eſt ſucceſſurus.

§. Præterea. Allegatur tex. iſte, ꝙ ſi ille, ad quē ſpectat feudum de iure, conſentiat aliū inueſtiri, ſibi præiudicat. Et no. ſecundum gl. ꝙ hoc intelligit tam de tacito conſenſu, quam expreſſo, dum tamen ſecundum Bal. iſte tacitus conſenſus probetur ex aliquo actu, pu-

ta per appoſitionem ſigilli, vel per ſubſcriptionem, præſentia autem cum taciturnitate non videtur ſufficere. Et intellige, quando non ſubſcribebat tanquam teſtis, per ea quæ habentur in l. Caius. ff. de pign. actio. Item, quando ſciebat contenta in ſcriptura, alias ſecus, & pro hoc tu habes bo. tex. iuncta gl. in l. 2. C. de reb. alie. non alie. & in hac materia taciturnitatis, vltra adducta per Alua. vide quæ ego dixi in meo Alphabeto, in litera, T.

§. Item ſi fuerint. Allegatur tex. iſte, ꝙ in feudo nouiter acquiſito per fratres etiam cum pacto ſuccedendi viciſſim, non admittitur alter frater in portione alienata per alium, ſed ipſe dominus. Et ſic collige, ꝙ pactum factum, ꝙ frater ſuccedat alteri in feudo intelligitur, quando feudum vacat per mortem, ſecus ſi vacauerit per culpam. Probat etiam tex. iſte, ꝙ feudũ poteſt diuidi inter vaſallos, quod intellige regulariter. Fallit in feudis dignitatum. c. j. §. præterea Ducatus de prohib. alie. feu. per Fed. Fallit etiam ſi ex ſtatuto, cõſuetudine, vel ex forma inueſtituræ eſſet cautum contrarium.

§. Item ſi quis. Allegatur tex. iſte, ꝙ vaſallus nõ poteſt ſine conſenſu domini alienare aliquam partem ſui feudi, quod habet in curte domini vel extra curtem in loco, in quo dominus habet diſtrictũ, iuriſdictionem, vel honorem: & ſi contra fiet, amittit illud, & feudum reuertitur ad dominum. Et vt intelligas, breuiter ſcias, ꝙ vaſallus intelligitur habere feudum in curte domini, ſi ex camera domini habet aliquem annuum redditum nomine feudi, ita ꝙ plus remaneat in camera, quam ſit illa portio annua. Potes etiam exemplificare in quadam gabella, vt quia dominus conceſſit, vt percipiam quandam portionem. Habes aliud exemplum, quando dominus habet integrum dominium vnius caſtri vel villæ, infeudauit certã partem dicti caſtri vel villæ, quæ portio ſit minor, quam illa pars, quæ remanſit domino infeudanti. & iſtis exemplis intelligor ego vaſallus habere feudum in curte domini. Interdum intelligitur dominus habere feudum extra curtem, retinendo ſibi honorem, iuriſdictionem, vel diſtrictum. Exempli gratia, omnes poſſeſſiones vnius villæ ſunt ruſticorum vel aliorum conſortum ipſius villæ, excepta vna poſſeſſione, quæ eſt domini, ſed tamen dominus in ipſa villa habet iuriſdictionem, honorẽ, ſeu diſtrictum, quia tota villa eſt ſub iuriſdictione vel diſtrictu ſuo, modo ſi dominus infeudat mihi illam poſſeſſionem, retenta ſibi iuriſdictione ſeu diſtrictu & honore, intelligitur recognoſcere feudum a domino extra curtem ſuam, in loco tamen in quo ipſe hẽt iuriſdõnẽ & honorem. Interdum etiam dominus habet vaſallos extra curtem, & extra iuriſdictionem & diſtrictum ſuum & honorem, vt ſi in villa habet vnam poſſeſſionem, nec habet dominus in dicta villa iuriſdictionem vel honorem ſeu diſtrictum, de quo in c. j. de cap. qui curiã. ven. Et ideo appellatur in curte domini, quia cum dominus haberet dominium totius illius loci villę, tenebat ibi curtem ſeu curiam ſuam, & habebat ibi domum dominicalem, in qua recolligebantur omnes introitus. Probat etiam tex. iſte, ꝙ dominus concedẽdo & infeudando ſimpliciter rem contentam in ſua iuriſdictione, non videtur per hoc cõceſſiſſe iuriſdictionem: ſecus ſi concederet vniuerſitatem villæ vel caſtri, in quo etiam iuriſdictio inerat: quia tunc videretur etiam conceſſiſſe iuriſdictionem, ſecundum Bal. de quo etiam per eum in l. j. §. cum vrbem. ff. de offi. præf. vrb. Et eſt ſingularis textus iſte ſecundũ Bal. ꝙ aliud eſt habere iuriſdictionem & diſtrictum in loco, aliud eſt habere dominium terrarum poſitarum in dicto loco. ſed Alua. adducit alium textum infra de pace iuram. fir. §. ad hæc qui allodium. Et no. ꝙ licet vaſallus poſſit alium infeudare, vt dictum eſt ſupra. §. ſi vero. qualiter olim feu. pote. alie. tamen ſecus eſt, quãdo vaſallus habet feudum in curte domini, vel etiam extra curtem, ſed in eo loco, vbi dominus habet iuriſdictionem vel diſtrictum, vt videtur tenere glo. hic poſita. & cum ea Dd.

EPISCOPVM, VEL ABBATEM, VEL Abbatiſſam, vel Dominum plebis feudum dare non poſſe.

TITVLVS VI.

In hoc titulo continuatur eadem materia, ſubiiciendo alios caſus & modos, quibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur.

ITẽ ſi epiſcopus vel abbas. Allegatur tex. iſte, ꝙ res ſubiectæ in libera poſſeſſione & dominio eccleſiarum nõ poſſunt de nouo infeudari, licet infeudationes factæ ante decretũ Vrbani Papæ non infirmẽtur, ſed firmæ remaneãt: perſonæ autem eccleſiaſticæ, quæ nunquam fuerunt ſolitæ infeudare, prohibentur ſimiliter infeudare de nouo. Et quia Alua. tangit hic quædam de poteſtate Papæ, adde tu plura, quæ ego dixi in libello de poteſtate Papæ & Imperatoris.

§. Quinetiam. Allegatur tex. iſte, cum gl. ꝙ vbi copulatiue feudum acquiritur p vaſallum ſuis deſcendentibus maſculis & fœminis, non admittuntur fœminæ ſimul cum dicto maſculo, nec eo deficiente. Intelligitur ergo hæc inueſtitura, vt ſi non extaret maſculus, tunc ipſa fœmina admittatur, alias ſecus. Et intellige tex. ſecundum Dd. procedere in feudo recto & ſimplici, qđ non datur ad certum ſeruitium, ſecus autem in feudo conditionato, quod datur ad certum ſeruitium, de quo in c. fin. de capita. qui curiam vendi. quod quidem ſeruitium poſſit perfici per ipſam mulierem per ſe vel alium nomine ſuo, quia tunc ipſa fœmina ſimul admitteretur cum maſculo. Probat etiam tex. iſte, & ad hoc allegatur, ꝙ fęmina ſemel excluſa a maſculo, eſt in perpetuum excluſa, ita ꝙ mors maſculi deinde non patrocinatur fœminę, quod eſt pulchrũ. Et no. ꝙ ſi in caſu iſto vaſallus inueſtitus moriatur relicto filio & filia, & filius ſubito moriatur, tunc admittitur fœmina: q̃a non videtur extitiſſe, poſtquam ſubito defecit, ſecundum gl. & Dd. Et dicitur illico decedere, ſecũdum Bal. ille, qui moritur antequam ſit ſibi impoſitũ nomen in baptiſmate, quod eſt tempus octo dierum. Innocen. in capitu. nam & ego. de verborum ſignific.

§. Mutus. Allegatur tex. iſte, ꝙ mutus feudum retinere non poteſt, ſed ad dominum reuertitur, debet tamen ipſi muto tãtum relinqui ex dicto feudo, vnde ſe ſuſtentare poſſit, ſi aliunde non habeat, & feudum ſit magnum. Et ſic nota, ꝙ propter morbum ſuperuenientẽ quis amittit feudum ſuum, cum ſeruire non poſſit: quia ſeruitium conſiſtit etiam in loquutione, vt in tit. de forma fidelitatis. quod intellige in feudo nouo: ſecus in feudo paterno, vt in c. 1. in prin. inſ. an mutus. ſecundum vnam lecturam. Et ratio differentiæ eſt, quia tunc tale feudum habuit originem fundamenti nedum in perſonam ſui, ſed etiam perſonam patris vel aliorum aſcendentium. Vnde fortius eſt, ꝙ duabus rationibus fundatur. quod tamen intellige ſecundum Dd. niſi tale vitium accidiſſet ſibi ſua culpa, quia tunc priuaretur: ſi autem eſt morb. naturalis perpetuæ mutitatis, proueniẽs a natura, nocet taliter nato, vt non ſuccedat ſeu retineat feudum paternum, vt in d. c. j. in 2. par. In caſibus tamen, in quibus hoc vitium priuat mutum, debet ſuſtentari de feudo, ſi aliunde non habet, vnde poſſit ſe ſuſtentare, vt in iſto tex habita conſideratione qualitatis feudi, & conditionis perſonarum. Et dicit Alua. ꝙ hoc eſt regulare in omnibus aliis perſonis, quas tenemur alere, vt ita demum alere teneamur, ſi aliunde non habent. l. ſi quis a liberis. §. ſed ſi liberis. ff. de lib. agnoſ. quod intellige, ſecundum Bar. ibi, quando honeſte poteſt exercere artem, alias autem licet ex operibus poſſit quęrere victum, tamen debet alimentari. & loquitur ibi tex & Bar. de filio. Non amittit tamen feudum nouum mutus propter ſuperuenientem morbum, quando feudum fuit datum ad certum ſeruitium, cui non nocet mutitas. Idem dicas, qñ ex nulla ingratitudine poteſt auferri, vt quia dominum liberauit a morte. Et ſi cõſuetudo eſt, ꝙ primogenitus ſuccedat in regno, & primogenitus ſit ita natus, ꝙ vitium ſit naturale & perpetuum, tunc ſecundogenitus ſuccedit, quia conſuetudo debet intelligi de eo qui naſcitur habilis, ſecundũ Dd. Poteſt tamẽ mutus a principio acquirere feudum de nouo: quia dominus poteſt facere gratiam inhabili, vt ſeruiat per ſubſtitutum. Et reuocabitur feudum per dominum per condictionem ob cauſam, quia cauſa propter quam datum eſt, ſequi non poteſt. Et vltra adducta per Alua. adde, quæ dixi in Alphabeto, in litera, E, de clauſula, quæ ineſt rebus manentibus in eodem ſtatu, vbi pulchra inuenies.

DE NATVRA FEVDI.

TITVLVS VII.

In hac rubrica oſtenditur, an ſecundum naturam feudorum vaſalli poſſint feuda retinere contra voluntatem dominorum volentium ab eis dicta feuda auferre ſine cauſa.

NAtura feudi hæc eſt. Allegatur tex. iſte, ꝙ nullus dominus, ſiue ſit de maioribus, ſiue de minoribus, poteſt diſueſtire vaſallum ſuum ſine cõuicta & cognita culpa, licet olim aliud eſſet. Et no. ꝙ Marchio dicitur ille, qui eſt inueſtitus a Principe de Marchia, Comes de Comitatu, & iſti appellantur capitanei regni, ſeu

Regis:

Regis:illi vero qui ab iſtis feuda recognoſcũt, dicuntur proprie maiores valuaſores regni, qui tamen hodie capitanei vocantur: illi vero, qui ab iſtis maioribus accipiunt, appellantur minores valuaſores, ſeu valuaſini: illi vero, qui accipiunt ab iſtis, dicuntur minimi valuaſores, vt habetur in titu. quis dicatur Dux, Marchio, &c. Probat ergo textus iſte, quod poſtquam dominus inueſtiuit, non poteſt diſueſtire, etiam ſi ſit Imperator, qui inueſtiuit, vt hic, vel eius ſucceſſor. capitulo nouit, de iudic. niſi ſubſit culpa vaſalli cognita, & conuicta per ſententiam capitul. 1. de feudo ſine culpa non amittendo.

DE SVCCESSIONE Feudi.

TITVLVS VIII.

Ponitur iſta rubrica poſt precedentem, quia inter naturalia feudorum eſt ordo, & materia ſucceſſionis.

Sequitur de ſucceſſione feudi videre.

ALlegatur iſtud principiũ, Quod vaſallus non poteſt mutare ordinem ſucceſſorium, de quo in textu, quia in feudis vltima voluntas nihil valet: dicitur enim quod maſculus, & non fęmina ſuccedit, & plures maſculi filii æqualiter, & nepotes mortuo filio in ſtirpes, hoc eſt in locum patris ſui. Et ideo ſecundum Dd. non poſſit diſponere teſtator, quod vnus filiorum haberet duas partes in feudo, alter tertiam: per legem autem, vel ſtatutum bene hoc poteſt fieri, ſecundum Bald. Et quia tangitur hic illa quæſtio, quod nepotes, ſiue veniant cum patruis, ſiue non, ſemper ſuccedunt in ſtirpes, vltra adducta per Aluaro. adde Bartol. in Authen. ceſſante. C. de legitim. hæredi. qui tenet opinionem Accurſii contra Azonem. Et pro iſta parte conſuluit Bald. conſilio 71. 2. libro, & conſilio 398. & ibi tangit de bonis feudalibus, per Bartol. in l. 1. §. fi. ff. ſi pars hære. petatur. & pro iſta parte conſuluit Bartol. & conſilium incipit, Super hæreditate domini Nicol. Et nota, ſecundum Bald. & Aluar. quod vaſallus in teſtamento poteſt grauare filium hęredem, quod omni anno det de vino, vel frumento ipſius feudi Titio, quia teſtatur de fructibus ſeparatis, qui non ſunt amplius de feudo, ſed proprii ipſius hæredis

§. Hoc quoque. Allegatur text. iſte, quod vbi vaſallus alienat feudum antiquum ſine licentia domini, quod feudũ reuertitur ad agnatos, & non ad dominum, & hoc firmat glo. hic, & communiter Dd. Allegatur etiam quod ſi vaſallus alienet feudum illegitime, ad illud reuocandum admittitur primo filius ſi extat, alias venient agnati excluſo domino, quæ reuocatio fit ſolum poſt mortem alienatoris. cap. Titius. in fi. ſi de feudo fuerit controuerſia. Allegatur etiam, ꝙ de expreſſo etiam conſenſu vaſalli non poteſt dominus facere gratiam fœminæ, etiam ſi ſit filia vaſalli in præiudicium agnatorum, ꝙ intellige in feudo antiquo, ſecus ſi eſſet feudum nouum, & eſſet recaſurum in dominum, ſortietur tamen gratia effectũ in vita vaſalli, ſi fecerat inueſtiri filiam de feudo antiquo, quia donec vixerit, non poterunt agnati reuocare, ſed eo mortuo ſic: quia reſoluto iure datoris &c. Allegatur etiam textus iſte notabiliter, quia ponit differentiam inter feudum paternum & antiquum: nam paternum eſt, vſque ad quartum gradum, vbi continentur quinque perſonæ, quæ habẽt proprium nomen progenitoris, ſcilicet pater, auus, proauus, abauus, atauus: abinde vero ſupra proprie loquendo non vocatur paternum, ſed antiquum: & ideo ſi conceditur hoc modo, Concedo tibi feudum paternum, & c. extenditur iſta talis inueſtitura vſq; ad quartum gradum, & ideo in inueſtituris communiter ponuntur ad cautelam hæc verba, Tanquam in feudum paternum & antiquum, vt omnis ceſſet dubitatio, quod eſt notabile; ſecundum Baldum. Nota glo. hic poſitam, ex qua collige tria breuiter in vna ſui parte. Primo in feudo antiquo illicite alienato vocantur agnati, & non dominus. Secundo, quod vbi vaſallus alienat feudum iure & conſuetudine permittente, tunc filius præfertur omnibus agnatis & domino. Tertio, vbi vaſallus amittit feudũ propter delictum ſuum, ueniunt agnati, & non dominus, quod intelligas verum, quando delictum non eſt contra perſonam domini, quia tunc uocaretur dominus. Nota etiam glo. quod vaſallus per recuperationem feudi etiam incontinenti factam non euitat amiſſionem feudi. Nota etiam hic glo. quod agnatus conſentiens vaſallo alienanti, non præiudicat deſcendentibus. Et tu adde notata per Bart. in l. ſui ſuperſtitis. ff. de acqui. hæredi. in illa quæſtione, Si filia renunciat cum iuramento hæreditati paternę, an hoc præiudicet filijs ex ea natis. & per Bald. in l. pactum. C. de collatio. Et nota quod in feudo nouo factum patris nocet filio, & alienando in caſu non permiſſo nocet filio, ſi aliquid habiturus eſt de hæreditate patris: delinquendo autem pater nocet filiis. Et adde vltra Aluaro. ea, quæ dixi in alphabeto, in littera E. Et nota, ſecundum Docto. quod feudum illicite alienatum poteſt reuocari viuente alienatore, ſecus ſi eſſet alienatum permittente domino. Not. etiam, ſecundum Docto. quod conſenſus agnati proximioris non præiudicat aliis agnatis etiam naſcituris, & dabitur talibus agnatis ſuo tempore vendicantibus vtilis rei vẽdicatio, nec contra eos poterit opponi de præſcriptione, poſtquam alienatio eſt facta per perſonam prohibitam alienare, ſecus ſi perſona extranea alienaſſet, quia tunc haberet locum præſcriptio. Et remittit ſe Aluar. ad notata in c. 1. ff. ſi quis per triginta. ſi de feudo. ſue contro.

§. Filia vero. Allegatur textus iſte, quod filia nõ ſuccedit in feudo, niſi in inueſtitura expreſſe dictum ſit, ꝙ filii, & filiæ ſuccedant: quo caſu tunc ſuccedet, ſi tempore mortis patris non reperitur filius maſculus extare, vel niſi de gratia dominus illam de nouo inueſtiuerit, poſtquam feudum eſt libere reuerſum ad dominum. Et nota gloſſ. hic, quod ſi filius maſculus decedat ſubito, filia admittitur. Et, ſecundum Bal. ſi quis recepit inueſtituram pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis ex ſuo corpore deſcenſuris, venit etiam filius filiæ. l. 1. C. de condi. inſer.

§. In alio. Allegatur textus iſte, quod in feudo nouo, quod habet initium a fratribus, non ſuccedit vnus alii, niſi ſpecialiter in inueſtitura caueatur: oportet tamen, ſecundum gloſſ. & Dd. quod frater decedat ſine hærede legitimo, In feudo tamen fœmineo, quod habet initium a matre, ſuccedit filia abſque ſpeciali pacto, ſecundum gloſ. & Dd. Nota etiam, ſecundum Aluaro. quod iſte textus non habet locum in emphytheuſi conceſſa duobus fratribus, quod vnus ſuccedat alteri, etiamſi non ſit dictum, nec reuertitur ad dominum. & adducit Martinum de Fano, in tractatu de iure emphytheutico. Et nota, ſecundum Bald. & Aluaro. quod ſi verba inueſtituræ ſic dicant, Concedo tibi Titio, & Seio fratribus, & cuilibet veſtrum tale caſtrum in feudum rectum, & nobile, videtur actum per hæc verba, quod vno decedente, alter admittatur, quaſi quilibet videatur habuiſſe inſolidum.

QVI SVCCESSORES teneantur.

TITVLVS IX.

In hac rubrica tractatur de ſucceſſoribus dominorum, qui inueſtituram fecerunt, ſiue ſint clerici, ſiue ſint laici: vtrum videlicet teneantur habere ratam dictam inueſtituram factam per praeceſſores ſuos.

SI quis Inueſtitus fuerit. Allegatur textus iſte, quod in laico inueſtiente non refert, quando cedat dies inueſtituræ: quoniam etiam eo mortuo, tenet̃ hæres eius ad corporalem poſſeſſionem præſtandam, quando eſt aperta via inueſtito, vel hæredibus eius. Item de feudo non aperto poteſt fieri inueſtitura hoc modo, ſcillcet cum aperietur: ſed ſi fieret pure, non valeret. Et intellige prædicta, niſi ille qui poſſideret, conſentiret, ꝙ aliquis pure inueſtiretur, & quod ſibi tradatur poſſeſſio. Probat etiam textus, quod inueſtitura verbalis clericorum non eſt rata, nec arctat ſucceſſores ſuos, niſi eis clericis inueſtientibus adhuc viuentibus, & exiſtẽtibus in beneficio aperiatur collatio feudi ipſi inueſtito. Nota, quia gloſſ. vult, ꝙ ſi verbaliter inueſtitus a laico moriatur feudo ſibi nondum aperto, & poſt mortem eius aperiatur, quod ſuus hæres nõ debet obtinere. Iſta gloſſ. communiter non tenetur, quia ius conditionale, quod contingit ex contractu inter viuos, eſt tranſitorium ad hæredes etiam ante conditionis exiſtentiam. §. ex conditionali. Inſtitu. de verborum obligar. Quærit Aluar. nec alium refert, Laicus inueſtiuit aliquem de feudo vacaturo ſecundum formam hic traditam, poſtea laicus inueſtiens condemnatur, ita quod bona ſua confiſcantur, an fiſcus poſtea aperto feudo teneatur ipſi inueſtito ad præſtationem dicti feudi? Et concludit, quod non, quia fiſcus iſto caſu non reputatur hæres, ſed æquiparatur potius prælato, allegat ſua iura, ſed pro ipſo volo allegare caſum ſingularem, in l. ſi fundus, quem mihi locaueras. ff. locati. vbi confiſcatis bonis alicuius vniuerſaliter tranſeunt in fiſcum bona, in quibus alius habet ius ad rem, puta ſi vendidi domũ,

&non

& non tradidi, nec tranſit cum onere, & hunc textum dicit ſingularem Roma. in Singularibus ſuis.

DE CONTENTIONE INTER DOMINVM, & fidelem de inueſtitura feudi.

TITVLVS X.

SI contentio fuerit. Allegatur text. iſte, quando contenditur inter dominum poſſidentem feudum, & vaſallum dicentem ſe inueſtitum de dicto feudo, & petentem ſibi poſſeſſionem dari, dominus vero negat ſe inueſtiuiſſe, ſi vaſallus probare poteſt per teſtes Pares, vincet, non per alios teſtes, ſed ſi vaſallus poſſidet, & non poteſt probare inueſtituram per Pares, ſtabitur ſuo iuramento cum duodecim ſacramentalibus, propter inopiam probationum, & quando dominus poſſidet, iurabit cum duodecim ſacramentalibus, ſolus tamen dñs iurat, quã vaſallus, & caſtaldio, vel Actor dñi, niſi tamen vaſallus vellet probare per Pares idoneos. Et ſic collige ex textu, quod propter inopiam probationum recurritur ad ſubſidium iuramenti, de quo hic per glo. Et nota, vt intelligas, Pares ſint teſtes, vt hic, & Pares ſunt iudices, quomodo poteſt eſſe hoc? & ideo accipias iſtos caſus ex intẽtione Doctorum. Primus caſus eſt, quod ſi Pares tot ſint, quod ſufficiant ad vtrunque officium, tunc aliqui erunt teſtes, aliqui iudices. Secundus caſus eſt, quod ſi pauci ſunt, ita quod non ſufficiunt vtrique officio, tunc Pares erunt teſtes, ſi certum eſt, quod per eos poſſit probari, & alter erit iudex. Tertius caſus eſt, quod ſi certum, quod probatio poteſt fieri per alios, & tunc Pares erunt iudices. Quartus caſus eſt, quando ſumus in dubio, & tunc Pares erunt teſtes, & alter erit iudex. Et ratio eſt, quia facilius inueniuntur iudices, quam teſtes. Et inueſtitura non probatur per Pares, antiqua etiam per extraneos. cap. 1. qui teſt. ſint neceſſa.

DE PIGNORI DATO FEVDO, quid iuris ſit.

TITVLVS XI.

SImiliter ſi quis voluerit. Allegatur textus iſte, quod creditore tenente, & poſſidente rem debitoris, dicebat debitor ſe dediſſe dictam rem pro pignore, & volebat ſoluere debitum, pro quo ſe dicebat obligaſſe dictam rem, & petebat ſibi rem reſtitui, ipſe autem poſſidẽs dicebat, quod quanquam a principio ipſe debitor impignoraſſet, nihilominus poſtea ſibi infeudauerat, & ſic de præſenti tenebat, & poſſidebat iure feudi, vnde nolebat reſtituere, non ſtatur dicto ſuo etiam cum iuramento, niſi probet per Pares Curiæ dictam rem fuiſſe ſibi infeudatam. Et ratio eſt, quare non ſtatur ſacramẽto poſſeſſoris, etiamſi poſſediſſet per annum, quia principium poſſeſſionis hoc nõ importat, ex eo, quia incœpit poſſidere loco pignoris.

§. Inſuper. Allegatur tex. iſte, quod feudum Guardiæ, & Caſtaldiæ poteſt reuocari a domino, quandocunque poſt annum. Et probat textus iſte, quod feudum datum limitate ad certum tempus, poteſt immediate auferri elapſo dicto tempore, etiam nullo alio termino dato, qui datur iudicatis, ſecundum Dd. per iſtum tex. qui dicit, quacunque hora. & c. & elapſo dicto termino, non requiritur aliqua ſententia, ſeu iudicium, quia eo ipſo poteſt dictum feudum auferri, ſed hoc intellige, quando nullum eſſet dubium de iuribus domini, ſecus ſi vertatur ĩ dubium per vaſallum. poſſunt tamen, ſecundum glo. notabilem, iſta feuda limitari vltra tempus anni, & illud tempus debebit obſeruari, nec ante poterunt auferri, quia pacta in inueſtituris appoſita ſunt obſeruanda, quantumcunque extranea, & contra communem naturam feudorum, infra quid ſit inueſtitura. §. penult. & fina.

DE CONTENTIONE INTER ME, & dominum de portione feudi fratris mei defuncti.

TITVLVS XII.

In hoc titulo tractatur de contentione inter dominum, & vaſallum, occaſione ſucceſſionis in parte feudi poſſeſſi per vaſallum defunctum.

SI contentio fuerit. Allegatur tex. iſte, quod ſi ego, & frater meus feudũ paternum diuiſimus, & frater meus deceſſit ſine hærede, & cõtentio eſt inter me, & dominum de portione feudi fratris mei, quia dominus dicit nouum, ego paternum, ſi poſſideo partem meam, vel illam alteri licite alienaui, mihi deferetur iuſiurãdum, & obtinere debeo, ſed ſi nullam partem habeam de illo feudo, debet deferri domino iuſiurandum, eius tamen iuramentum mihi non nocebit in alio feudo, quod habeo, poſſideo, & ſine controuerſia. Collige ergo duo ex iſto textu, quod ratione partis poſſeſſæ inſurgit præſumptio pro toto integrali. Secundo, quod poſſeſſio multum operatur, vt ſacramentum deferatur poſſeſſori, & intellige iſtum tex. ſecundum glo. de quacunq; parte, ſiue media, ſiue maiori, ſiue minori.

DE ALIENATIONE feudi.

TITVLVS XIII.

SI clientulus voluerit. Allegatur text. iſte, quod hodie per legem Lotharii eſt prohibita omnis feudi alienatio, ſiue in parte, ſiue in toto, limita tamen quantũ ad alienationem, quæ ſit per viam infeudationis, quia illa hodie non eſt ſublata. c. 1. in princip. qualiter olim feudum poterat alienari. Et nota contra glo. quod hodie, neque in toto, neque in parte poteſt fieri pignoratio feudi ſine voluntate domini. c. 1. de prohi. aliena. feud. per Feder. vbi textus loquitur generaliter & indiſtincte. & ita communiter tenent Doctores.

§. Inde poteſt præſumi. Allegatur tex. iſte, quia olim erat licitum vaſallo alienare per libellum, vſque ad medietatem, tamen erat licitum transferre in eccleſiam, quia illa nunquam moritur. Et quia concludit Bal. & Aluar. quod eccleſia non ſoluendo canonem debito tempore, poteſt cadere a iure ſibi conceſſo, adde tu glo. in c. conſtitutus. in ver. inueteratam de religioſis dom. ſed vide ibi per Dd. Et nota, quod in huiuſmodi contractib. excipiuntur clerici, & idem dicas de ciuitate, ſecundum Dd.

§. Et ſi clientulus. Allegatur textus iſte, quod in materia feudali verbũ, ſine hærede, interpretatur, id eſt, ſine filio maſculo, intelligas tamen de quocunq; maſculo, non tamen intelligas in hac materia de deſcendente ex linea fœminina, & quod excludit dominum in feudum ſi ſupereſt. Allegatur etiam, quod inter agnatos aliquid cõceditur, quod inter extraneos prohibitum eſt, quod patet, quia inter agnatos eſt permiſſa feudi alienatio ſine volũtate domini, quia non intelligitur alienatio, ſed potius quaſi quædam refutatio. de alienatione feudi paterni. in principio. & intellige de proximiori agnato, qui ſucceſſurus eſt. Et an poſſit fieri alienatio in quoſcunque agnatos remotiores, Bal. in hoc multa dicit, & concludit, quod in perpetuum non poſſit alienari, niſi proximiori agnato.

§. Item in feudo. Allegatur text. iſte, quod in feudis dignitatum non eſt ſucceſſio de iuris rigore, licet vſurpatione contrarium obſeruetur, quia ſecundum regulas iuris tales dignitates non acquiruntur ſucceſſione, ſed per electionem, ſeu conceſſionem Principis, & capias vſurpatum in bonam partem, quia conſuetudo eſt bona, ſecundum Docto. cum hoc toleretur per Principem, vt probatur in c. 1. §. præterea, de prohibiti. alie. feu. per Federi.

DE FEVDO MARCHIAE, vel Ducatus, vel Comitatus.

TITVLVS XIIII.

DE Marchia, vel Ducatu. Allegatur tex. iſte, quod in feudis regalibus dignitatem habentibus non ſuccedit hæres, niſi de nouo per inueſtituram acquirat. Et probat textus, quod collationes regalium dignitatum ſpectant ad Imperatorem, licet Papa ſecundum Bal. quantum poteſt ſibi vſurpet. Sed quid ſi Regi naſcuntur duo filii eodem partu, & neſcitur, quis fuerit prior, qualiter ſuccedetur, ſtãte conſuetudine, quod primogenitus ſuccedat? Aluaro. allegat Bald. in l. in quibus C. de ſecũnd. nupt. & dicit, quod lex poteſt eligere, quis eo-

rum

rum ſuccedat. Adducit etiam Ioannem Andream.in additio.Specula.in rubrica, de feudis. Et tu adde Alexand.in l. qui filiabus. §. primo. ff. de legatis primo. qui concludit, quod ambo admittantur.Et ſi ante regalem dignitatem habuerit filium,& poſtquam eſt effectus Rex habuerit alium filium, ſuccedit ille qui natus eſt poſt regalem dignitatem. Bal.l.in l.imperialis.§.de his. C. de nuptiis. quia conſuetudo non loquitur de primogenito ſimpliciter, ſed de primogenito Regis.

§. Si capitanei. Allegatur textus iſte,quod in feudis non regalibus ſuccedunt deſcendẽtes. Et ſi poſtea aliquis ex dictis deſcendentibus moriatur ſine hæredibus, tunc ſuccederet vnus tranſuerſaliter, dummodo deſcenderet a primo acquirente.Et no,quod dicit, tranſuerſales non proprie intelliguntur capere per ius accreſcendi, ſed potius ex iure inueſtituræ primi acquirentis.Probat etiam iſte textus, ſecundum Baldum,quod nomen fratris,ſimpliciter prolatum ſine aliquo adiuncto, nõ comprehendit conſobrinos,& inducit in argumentum ad ſtatutum,quod frater excludat ſororem,non intelligitur de fratre conſobrino,vt excludat ſororem conſobrinam.Et tu vltra Aluaro.allega Barto.in l.Lucius.§.quæſitum.ff.de legatis tertio.gloſſa in l fratris. C. de inofficioſo teſtamento.in l. prima.ff.eodem titulo.Et nota gloſsã, quod collaterales admittuntur in infinitum.Sed intellige glo:ſecundum Doctores, quando de acquirente feudum primordialiter fit tranſitus ad deſcendentes, quia tunc etiam progreditur in infinitũ ad tranſuerſales deſcendentes ex deſcendentibus, non autem ad tranſuerſales acquirentium, ſed ſi de acquirente ſit tranſitus primordialiter ad collaterales ex pacto vel in aliis caſibus, in quibus poteſt, vt in capitulo primo. de fratri.de nouo benefi.inueſti.& tunc non progrederetur ſucceſſio vltra ſeptimum gradum,de quo per Aluaro.in §. hoc quoq;. ſupra de his qui feudum dare poſſunt.in primo notabili. Et iſta ſunt notanda, ſecundum Baldum. quia quotidie poteſt accidere de facto in ſucceſſionibus Comitum, qui habuerunt feuda ab Imperatore. Iam ſunt quingenti anni, quod mortuo vltimo Comite ſiue Rege ſine hærede, ſuccedunt quicunq; agnati,etiam ſi centeſimo gradu ſint, quia feudũ eſt paternum.

§. Si duo fratres. Addatur textus iſte, quod frater non ſuccedit fratri in feudo nouo,niſi per pactum aliud ſtatuatur.Similiter dicendũ eſt de filiabus.Et nota hic textum iuncta glo.ꝙ in feudis poteſt procedi de ſimilibus ad ſimilia.

AN MARITVS SVCCEDAT vxori in beneficio.

TITVLVS XV.

SI fœmina habens. Allegatur textus iſte,quod maritus non ſuccedit vxori in feudo, ſed filius bene ſuccedit matri de æquitate, licet feudum ſit fœmineum. Et ſimiliter ſuccedit in feudo patris capitanei, vel maioris valuaſoris. Et ſic in bonis feudalibus maritus non ſuccedit vxori,propinquis non exiſtentibus. Et ſic titulus vnde vir & vxor,non habet locum in feudis,quod intellige etiam ſecundum Doctores.ſi ambo eſſent inueſtiti,niſi aliter ſit dictum, & ſic etiã ĩ feudo fœmineo ſuccedunt filii maſculi. Et nota etiam ,ſecundum Docto.quod ſi maritus fuiſſet inueſtitus tanquam de feudo dotali ſoluto matrimonio,illa inueſtitura caret nomine & effectu. Et nota ſecundum Doct.quod filii naturales non ſuccedunt matri in feudo fœmineo,& ſic non habet locum.l.ſi qua illuſtris. C. ad ſenatuſconſultum Orficianum. capitulo naturales. infra ſi de feudo defuncti controuerſ.ſit.Et ſi vxor habet vaſallum, & indigeat ſeruitio etiam maritus,nec poſſit ſeruire vtriq;, excuſabitur vaſallus,ſi prælegerit maritum ſecundum Docto.Et an mulier vaſalla poſſit ſeruire per ſubſtitutum, Speculi.de feu.§.quoniam.ver.xxi.

DE FEVDIS DATIS MINIMIS valuaſoribus quid iuris ſit.

TITVLVS XVI.

SI minores valuaſores. Allegatur text. iſte,quod minores valuaſores poſſint minimis valuaſoribus,qui ſui uaſalli ſunt, quandocunq;

uolunt auferre feudum precio tamen reſtituto, ſi quod præcium pro inueſtitura receperunt.Iſte titulus ſecundum glo. & Doctores eſt hodie correctum : quia etiam talia feuda non poſsunt auferri ſine cauſa cognita, & conuicta culpa.

QVIBVS MODIS FEVDVM amittatur.

TITVLVS XVII.

SI capitanei. Allegatur textus iſte,ꝙ vaſallus dimittẽs dominum ſuum in bello,vel manifeſtãs ſecretũ domini in damnũ ipſius,vel adulterans vxorem, vel ipſum dominum ſcienter aſſaliẽs vel ſimilem cauſam ꝯ dominum committens,priuatur feudo. Et nota,ꝙ ita demum vaſallus priuatur propter culpã,ſi ſcienter illam commiſit,ſecus ſi ignoranter,niſi eſſet ignorãtia craſſa & ſupina vt notatur ĩ.quo tempore miles.c.j. Et nota etiam, quod ſi miles culpæ ſimilem exigant pœnã, & cenſebitur ſimilis ſecundum arbitrium iudicantis,argum.l.non poſſunt.ff.de legibus.Et an & quando fiat extenſio de ſimilibus ad ſimilia, vltra adducta per Aluarot. vide quæ late ſcripſi in libello Extenſionis.Et nota ſecundum gloſſ.& Doct. quod ad hoc, vt manifeſtatio credentiæ ſit ſufficiens ad priuandum vaſallum feudo,tria requiruntur,ipſa manifeſtatio,quod fiat animo damnificandi, & quod damnum ſit ſecutum. intellige tamen niſi vaſallus fuerit in ignorantia craſſa & ſupine.Nota etiam gloſſ quod ad hoc,vt vaſallus contrahendo amicitiam cum inimicis domini priuetur feudo,requiruntur duo ſcilicet ipſa amicitia contracta, & quod tendat in dominũ. Et tene iſtam opinionem tanquam æquiorem,& adde glo. in §.porro.infra quę fuerit prima cauſa benefici. amitten.& ibi per Bald.Nota etiam glo.quod ſi vaſallus cognouit ignoranter vxorem domini,non priuatur feud. vt probatur in l. penulti.ff.ad leg.Iulia.de adulter.niſi ignorãtia ſua fuiſſet craſſa & ſupina,quia tunc non eſſet excuſabilis,& in dubio ſtabitur iuramento vaſalli.gloſſ.in capitu.in lectum.trigeſima quarta,quæſtio.prima.monialem,ignorans ipſam eſſe monialem,non punitur tanquam de ſtupro monialis. Et tu allega textum in capitulo ſi quis cum duabus. in capitulo ſi quis cum matre. trigeſima quarta.quæſtio. prima. Et nota ſecundum Doctor.quod vaſallus debet probare, quod non reuelauit ſecretum domini animo ipſum damnificandi,qa fecit rem illicitam, facit quod habetur in l.prima C. ad leg. Corne.de ſica.ſecus quando copulat amicitiam cum inimicis domini,quia tunc dominus debet probare, quod in ſui damnum copulauit,quia contrahendo amicitiam nõ facit rem illicitam.

APVD QVEM VEL QVOS controuerſia feudi definiatur.

TITVLVS XVIII.

SI contentio fuerit. Allegatur textus iſte, quod vbi de feudo eſt controuerſia inter Capitaneos, ſolus Imperator eſt iudex, ſi vero eſt contentio inter inferiores vaſallos, tunc Pares Curiæ vel iudex ordinarius cognoſcit.Et magiſtratus illius loci cenſetur iudex ordinarius ſecundum Bald.Et intellige,quod quilibet litigantium dicebat ſe inueſtitum de feudo, nec erant vaſalli de alio feudo. vel poteſt intelligi textus de ipſo domino,q eſt iudex inter ſuos vaſallos. Et nota breuiter aliquos caſus ad cognoſcendum,quis ſit iudex in cauſa feudali.Primus caſus eſt, quando eſt contentio inter Imperatorem & vaſallos,qui ſunt de ſocietate Longobardis, & tunc coram paribus,qui ſunt eiuſdem ciuitatis vel Comitatus, in quo cõtrouerſia eſt,debet cauſa terminari,ſecundum conſuetudinem illius ciuitatis,niſi Imperator eſſet in Longobardia, qa tũc, ſi voluerit,poterit ipſe cognoſcere,§.ſi qua controuerſia. in titulo de pace conſtantię.Secundus caſus eſt, quando eſt cõtentio inter Capitaneos Imperatoris, tunc ſolus Imperator eſt iudex,vt hic. Tertius caſus eſt, quando contentio eſt inter alios vaſallos inferiores,ſi conſtat vtrunque litigantium eſſe vaſallum eiuſdem domini de aliis feudis,de quibus non eſt quæſtio,vel ſolum eſt contentio de aliqua parte feudi,nõ de tota,ita quod conſtet,quod vterque eſt vaſallus domini,

tunc

tunc dominus feudi debet eſſe iudex. Et in hac materia eſt ſpeciale, quod laicus habet iuriſdictionem in clericum. capitul. verum, de foro competent.

Quartus caſus eſt, quando conſtat vnum tantum eſſe vaſallum de feudo aliquo, de quo non eſt quæſtio, & quęſtio eſt de alio feudo, tunc Pares erunt iudices, vt in hoc textu.

Quintus caſus eſt, quando dubium eſt inter litigantes quis eorum ſit vaſallus, vt quia ambo prætendunt inueſtituram nouam alicuius feudi ſiue ab eodem domino, ſiue à diuerſis, & tunc iudex ordinarius vel arbiter cognoſcit. capitul. ſi inter. de lege Conradi. Et idem dicendum, ſi vnus dicat nouum, alter antiquum, qui habet cauſam a domino, qui poteſt prętendere intereſſe.

Sextus caſus eſt, quando quæſtio vertitur inter litigantes, quorum vterque dicit eſſe feudum antiquum, & ad ſe ſpectare, tunc dominus cum Curia cognoſcit. cap. 1. de inueſtitura in mari. fact.

Septimus caſus, quando eſt contentio inter eos, quorum vnus dicit antiquum, & alter nouum & proprium, & tunc Pares Curiæ ſoli ſine domino cognoſcere debent. infra an apud iudic. capit. 1.

Octauus caſus eſt, quando eſt contentio inter plures producentes diuerſas inueſtituras, & tunc iudex ordinarius cognoſcet, paragraph. ſi duo, de pace tenenda.

Nouus caſus eſt, quando eſt contentio inter vaſallum & alium, quem conſtat non eſſe vaſallum, tunc iudex ordinarius rei cognoſcet. c. 1. de contro. inter vaſ. & alium.

Decimus caſus eſt, quando eſt contentio inter dominum & alium, qui non eſt vaſallus, & idem gloſ. in §. penul. de prohi. feu. alic. per Fed.

Vndecimus caſus eſt, quando eſt cōtētio int. do. & vaſ. & tunc Pares Curię cognoſcunt, vt in d. §. pe. ſiue dicta cōtrouerſia ſit ſuper inueſtitura, vel ſuper amiſſione feudi, vel ſuper violētia facta vaſallo per dñū in dicto feu. Bal. in d. §. pe. Et idem dicēdum eſt, ſi dñs feudi non recognoſcit ſuperiorem, & vertatur cā feudalis inter ipſum & vaſallū ſed ſi pares non auderent cognoſcere, vel nollent, vel eſſent domino nimium fauorabiles, tunc cognoſceret papa ratione peccati. c. nouit. de iu. Idē dicendum propter defectum iuſtitiæ. c. tranſmiſſa. c. ex tenore. de fo. com. Et vult Bal. in d. §. pe. & Alu. hic, quod ſi dominus extorqueat ſeruitia indebite a vaſallo vltra modum, ꝙ vaſallus pōt implorare officium Præſidis, vt prouideat. l. illicitas. in prin. ff. de offi. Pręſi.

Duodecimus caſus eſt, qñ contentio vertit̃ inter dñm & alium qui dicit ſe eſſe vaſallum, & dñs negat, & tunc rōne huius dubitationis Pares cognoſcunt, Bald. in dicto §. penult.

Tertiuſdecimus caſus eſt, qñ iuriſdō eſt limitata inter litigantes ex forma priuilegii, cōſuetudinis vel ſtatuti, & tunc illa dēt attendi, Bal. in d. §. pe. & ſi inter vaſallos vertatur qō in ſolo poſſeſſorio per gl. & Doc. in c. cæterum, de iud. & Bal. in capi. 2. de lege Conradi, dicit, quod ſi inter vaſallos eſt quæſtio, & ex tali cognitione inſurgat alia pœna quam priuationis, & alia lege quam lege feudorum, tunc iſta cognitio ſpectat ad ordinarium loci. Et ideo ſiue criminaliter agatur ad vindictam, ſiue ciuiliter occaſione iniuriarum vel legis Aquiliæ, vel de aliquo interdicto, ſemper erit cognitio iudicis ordinarii, & idem quando proceditur criminaliter inter vaſallos. Sed quis erit iudex competens in cauſis appellationum? Et dicas, quod ſi dominus habet alium ſuperiorem dominum, ad illum appellabitur, ſed ſi non extat ſuperior dominus, debet appellari ad Imperatorem. Et de iſta materia late per Doct. in capitu. cœterum. de iudi. Et an ratione iuramenti iudex eccleſiaſticus ſit competens iudex in cauſa feudali, per Bald. in l. liberti. C. de operi. liberto. per Aluarot. in paragraph. final. de inueſtitu. in mari. fac. Et ſi vaſallus conqueritur de domino, & dominus de vaſallo, cauſa vaſalli debet prius diſcuti per Pares, ſecūdum Doctores.

§. Si aliquis de capitaneis. Allegatur textus iſte, quod alienatio feudi legitime facta per vaſallum reuocatur, ſi ipſe vel eius hæres moriatur ſine hæredibus. Et loquitur textus iſte ſecundum iura antiquiſſima, ſecundum quæ in quibuſdam Curiis poterat fieri alienatio feudi, & erat dominus feudi qui reuocabat, & ſi vellemus intelligere iſtum textum ſecundum iura hodierna, ſecundum quæ nulla pars poteſt alienari ſine conſenſu domini, tunc non poſſet textus iſte procedere, quia pars alienata reuertetur incontinenti ad dominum, non expectata morte vaſalli alienantis, nec bona fides emptoris excuſat ipſum aduerſus dominum. Et intellige textum quod nulli erant agnati, ſi feudum erat paternum.

CONSTITVTIONES FEVDALES Lotharii Imperatoris, quas ante ianuam Beati Petri in ciuitate Roma condidit obſeruandas.

TITVLVS XIX.

Et hac ſuperſcriptione nota ſecūdum Bal. quod Imperator exiſtens Romę, pōt facere legē generalē Vrbi & orbi, ſpecialē autem Vrbi facere non poteſt, quoniam vrbs Romana eſt Papæ, gl. in l. 1. §. cum Vrbē. ff. de offi. præfec. Vrbis. Et nota, quod iſta conſtitutiones durant vſque ad titulum inf. quemadmodum feudum ad filiam pertineat, & fuerunt diuiſæ per titulos cauſa commodioris intelligentiæ.

Si quis ex militum ordine. Allegatur textus iſte, Imperator Lotharius pręcipit conſtitutiones editas per ipſum de conſilio Prudentum ſuper beneficiis militum tam circa ſucceſſiones, quam circa culpas ab oībus obſeruari. Et textus iſte probat quod plurium conſilio & auctoritate fit, maiori nititur auctoritate. l. dubium C. de repudiis. & ideo dicit Aluarot. quod concilia dicuntur eſſe maioris auctoritatis, quam decretales epiſtolæ. Et adducit Archid. in capitu. 1. de conſtitu. in 6. quod reſcripta impetrata contra concilia, non valent, niſi ſingularem faciant de illo concilio mentionem, ſed impetrata contra decretalem epiſtolam, valent ex generali clauſula, non obſtante aliqua decretali quod eſt notabile ſecundum ipſum, ſed tu allega tria iura hoc probantia in capitu. penul. de capellis monacho. in capitu. nonnulli de reſcriptis in capitu. cani te. de ætate & qualitate & vide notabi. Bal. in l. humanum. C. de legib. licet Alu. allegat in l. non dubium.

IMPERATOR LOTHARIVS Eugenio Papæ & vniuerſo populo.

Si quis miles. Allegatur textus iſte, quod moriente vaſallo ſuccedit filius, & ſi non eſt nepos ex illo, excluſo fratre, etiam in feudo antiquo, ſed ſi non extat filius, vel nepos, bene ſuccedit frater. Et ſic probat textus, iſte quod in ſucceſſione feudi antiqui ſeu paterni primo vocantur deſcendentes, quibus non extantibus, tranſuerſales ex virtute primi acquirentis. Et nota gl. hic, quæ vult, quod ſi duo fratres inter ſe diuidant bona communia, & ex dicta diuiſione perueniat ad vnū ex eis feudū, ꝙ ſi iſte qui poſſidet feudū morit̃ ſine hæredib. reuertit̃ feudū ad ſuperuiuētē, qñ ſimpliciter fecit finem, remiſſionem, quietationem, & refutationem de dicta arte bonorum tempore diuiſionis, ſecus dicit gl. ſi frater ſuperueniens refutaret omnino feudum tempore diuiſionis, vel etiam refutaret cū hoc, quod dominus deberet inueſtire alium fratrem tanquam de feudo nouo, quia tunc reuertetur ad dominum ex qua gl. collige, quod agnatus poteſt renuntiare iuri ſuccedenti in feudo in futurum.

DE BENEFICIO FRATRIS, & qualiter frater in beneficium fratris ſuccedat.

TITVLVS XX.

SI quis acquiſierit beneficium. Allegatur textus iſte, quod in feudo nouo frater non ſuccedit fratri, niſi in quatuor caſibus, ſi fuit dictum in inueſtitura, & quando totum feudum fuiſſet acquiſitum de communibus bonis domino ſciente, & quando ipſi fratres ſtarent ſimul & dictum feudum fuiſſet acquiſitum per alterum ipſorum de propriis pecuniis, nomine tamen vtriuſque domino ſcientem, item & quarto, quando dicti fratres acquiſiuiſſent feudum, exiſtentes in exercitu cum domino & ſibi ſeruiendo cum æquis & armis communibus ipſo domino ſciente. Et nota, quod videtur eſſe communis concluſio, quod feudum indiſtincte poſſit acquiri pecunia vt probat textus iſte, dum ſimpliciter loquitur. & & hoc tenet gl. in capitu. 1. de feudo dato in vicem legis commiſſo. Et nota rationem iſtius textus; quod emptum nomine proprio de communibus bonis, ſit cōmune: quia hoc videtur contra textum in l. Titium & Mæuium. paragraph. altero. ff. de admin. & peric. tutor. quia in materia feudali hoc operatur ſcientia domini, vt præſumatur voluiſſe dare ambobus, poſtquam iſti fratres ſtabant & viuebant ſimul, & quod feudum emebatur de communibus bonis: vnde ex prædictis videbatur inducta ſocietas & negocium geri nomine vtriuſque, ſecundum Baldum alias ſecus, & per hoc infert, quod ſi ſcriptura emptionis ita diceret, Titius emit tale caſtrum a Sempronio pro mille, quæ dictus Sempronius fuit confeſſus ſe recepiſſe & habuiſſe a dicto Titio, ſoluente de pecunia ipſius & fratris eius Mæuii, quod per iſta verba intelligetur inducta ſocietas, & videbitur negocium geſtum nomine vtriuſque, quod eſt notabile, ſi tamen frater acquirens in iſtis tribus vltimis caſibus proteſtaretur domino, quod non intenderet acquirere fratri, tunc tale feudum non eſſet commune, ſecundum Bal.

DE FEVDO SINE CVLPA non amittendo.

TITVLVS XXI.

SAncimus vt, nemo. Allegatur textus iſte, quod miles vaſallus feudum non amittit, niſi cauſa rationabili cognita & conuicta. Aluaro. Allegat ſimile de priuile. quod non poſſunt auferri ſine cauſa. l. fin. C. de diuerſis prædiis vrba. lib. xi. Hoc eſt ꝯ gl. notabilē, quæ eſt fina. in regula, decet de regu. iuris, in vi. nec tex. allega. probat hoc. Et nota, ſecundum gloſſ. & Doctores, quod in materia feudali ea, quæ ſtatuuntur in milite, habent locum in non milite, & intelliguntur etiam pro quolibet ſimplici vaſallo: quod intellige, niſi expr eſſe reperiatur ſtatutum contrarium, infra titulo primo. capitul. prim. Et nota, ſecundum Doctor. quod requiritur ſententia, quia venit priuādus ſecus ſi diceretur, quod eſſet priuatus ipſo iure, quia tunc non eſſet neceſſaria ſententia ad eſſe pœnæ, ſed ſolum ad executionem ipſius pœnæ. Ioan. And. in capitu. prim. de homicid. in ſexto. in nouella. & vltra adducta per Aluarot. adde tu Doctor. in capitulo cum ſecundum. de hæreticis. in ſexto. Bald. in authentic. qui ſemel. in penultima columna, C. quomodo & quando iudex. in Authentic. hoc amplius, in prim. colum. C. de fideicommiſ. in l. de quibus, ff. de legibus in capitul. prim. hic finitur lex. in l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſan. eccle. Abb. in ca. cum non ab homine. in 12. colu. de iudi. vbi dixit, quod ſi factum eſt notorium, non requiritur alia denuntiatio. Abb. in cap. peruenit. 1. de appella. in cap. verum. in vlti. colum. de foro competen. Et quando quis dicatur condemnatus ipſo iure, vel requiratur ſententia, vltra deducta per Aluarot. vide quæ dixi late in meo Alphabeto, in litera, V. Et nota, ſecundum Doctor. quod ſi poſt culpam dominus ſtetit cum vaſallo cum amore, non venit priuandus, & tu potes addere glo. ſingularem. in §. fin. In ſtit. de iniur. Et ad conuincendum vaſallum de culpa, requiruntur quinque teſtes, de quo in titu. quot teſtes ſunt neceſſarij.

Cap. Si quis miles, Allegatur textus iſte, quod vaſallus priuatur feudo illud alienando, vel vxorem domini adulterando, vel dominum in pugna dimittendo, cum ipſum adiuuare poſſet vaſallus, ergo priuatur feudo illud alienando, nec requiritur, ſecundum Doctor. alia ſententia priuatiua reſpectu ipſius alienantis, quod intellige, quando alienatio eſſet notoria, ſecus autem ſi eſſet dubia, quia tunc requiritur ſententia. Et nota textum, quod impotentia excuſat vaſallum, a pœna priuationis, & ſi non poteſt, corpore, debet tamen clamoribus iuuare dominum. l. cum dominus. ff. ad Syl. niſi hæc impotentia contigiſſet culpa ſui, quia tunc non excuſaretur, ſecundum Doc. Item non eſt intelligendum de omni leui impedimento, quia tunc non intelligeretur non poſſe, ſecundum Bal.

QVO TEMPORE MILES INueſtituram petere debeat.

TITVLVS XXII.

In hoc titulo prouidet Imperator circa inueſtituras feudorum renouandas, & petendas ab ipſis dominis per ipſos vaſallos.

SAncimus, vt nemo. Allegatur textus iſte, quod miles vaſallus habet terminum vnius anni, & vnius menſis, ad petendam renouationem inueſtituræ ab hærede domini defuncti. Idem dicendum de ſucceſſore ipſius vaſalli, qui intra dictum tempus renouationem petere debet a domino, & prædicta procednnt, niſi ex iuſta cauſa impediretur, alias feudo priuabitur. Et ſic vaſallus excuſatur ꝑꝑ iuſtam cām, ſi non petiit inueſtituram & quæ ſint iuſtæ cauſæ, numerantur hic. Intelligas tamē idem, ſi vltra iſtas cauſas reperiretur alia iuſta cauſa impedimenti. Et no. gl. hic quod iſtud tēpus currit a tēpore, ſcietiæ, & ignorans non priuaretur, niſi eius ignorantia fuiſſet craſſa & ſupina. Et in hac materia, ultra adducta ꝑ Alu. uide quæ dixi in Alphabeto, in lit. I. & in lit. S. Et no. ꝙ eſt ſpeciale in milite, ſecundum Doct. ſuper gl. ꝙ requiratur annus & menſis in aliis autem uaſallis, qui non ſunt milites, requiritur dies & annus. c. i. §. præterea. de prohi. alie. feu. per Fed. Et ex hoc ſequitur ꝙ licet dicat̄, ꝙ in materia feudali miles accipitur pro quocunque uaſallo, per hoc non intelligitur tolli priuilegium, ꝙ ſpecialiter reperitur indultum militib. Not. ēt gl. quod ſi elapſo tpe ſtatuto ad petendum renouationem inueſtituræ, dominus recepit ipſum ad obedientiam & ſeruitium conſuetum, quod uidetur remiſiſſe ingratitudinem, & culpā, niſi fuiſſet proteſtatus, quod recipiebat ſaluo iure ſuo, cum qua gloſſ. tranſeunt communiter Doct. Intellige tamen quod dictum eſt, niſi dominus per iuſtam ignorantiam feciſſet. l. nec in gnorans. C. de donation. Et quia gloſſ. quærit, quid ſi uaſallus moriatur intra dictum tempus inueſtituræ petendæ, an ne eius ſucceſſor debeat habere integrum tempus, ſcilicet anni & menſis, ad dictam inueſtituram petendam, an uero ſolum illud tempus quod ſupe-

ſupererat defuncto? Et pro concluſione dicas, ſecundum Doctor. ſuper illa gloſſa, quod ſi feudum eſt antiquum, debet habere integrum tempus ſucceſſor: quia ipſe ſucceſſor habet feudum a principio magis beneficio alterius, quam ſucceſſoris, & quaſi ex ſucceſſorio edicto, & ſucceſſor agit de ſua inueſtitura, non de inueſtitura præceſſoris: ſed ſi feudum eſt nouum, non habet filius ſucceſſor, niſi illud tempus, quod ſupererat patri. Et eſt ratio, quia a patre defuncto proceſſit illud feudũ. Nota gloſſ. hic, quod propter infamiam domini ſubtrahitur ſibi iuramentũ fidelitatis, & excommunicatus maior eſt infamis, & ꝙ mors alicuius, qui dicitur mortuus in remotis partibus, probatur per famam. de quo per gl. & Doct. in l. ſi quidem. ff. ſol. matrimon. Et quod tempus datum ad petendum inueſtituram, eſt vtile, quantum ad initium, ſed quantum ad progreſſum, eſt continuum. Et nota, quod in dubio tempus intelligitur eſſe continuum, gloſſ. in lege prima, Digeſtis de diuerſ. & tempora. præſcrip. Et ad prædicta adde tu, vltra alios, glo. notabil. in capitul. nos ſanctorum, decimaquinta quæſtione ſexta, quæ voluit, quod excommunicato non eſt ſeruandum iuramentum fidelitatis. Nota etiam gloſſ. quod ſi vaſallus eſt abſens ex iuſta cauſa, puta cauſa Reipublic. excuſatur, ſi non petiit inueſtituram tempore debito, etiamſi potuiſſet relinquere Procuratorẽ. Et idem dicas de alia iuſta cauſa, ſecus ſi abſentia eſſet voluntaria. Et potes allegare iſtam gloſſam, quod vaſallus poteſt per Procuratorem inueſtituram petere, & præſtare iuramentum fidelitatis, de quo in paragrap. ſed vtrum, infra per quos fiat inueſtitura. Et nota, quod vaſallus non poteſt purgare moram elapſo tempore ſeruiendo, & petendo inueſtituram, de quo per Aluarot. infra quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. in principio. Et nota textum, quod non ſufficeret comparere coram domino, & narrare patrem mortuum, & aliud non dicere: quia oportet quod inueſtituram petat, & ſi promitteret ſimpliciter fidelitatem non ſufficeret, quia inueſtitura nõ comprehenditur ſub fidelitate, & vide gloſſ. in capitulo fin. per quos fiat inueſtitura, qualiter ſe debeat habere vaſallus in inueſtitura petenda. Et ſi duo contendunt de hæreditate domini, poterit expectare vaſallus, donec ſit certum, quis ſit hæres, ſecundum Doctor. Et ſi vaſallus petiit inueſtituram tempore debito, & non vult inueſtire, dominus priuabitur per ſententiam proprietate: quia in iſtis priuationibus a pari procedunt dominus & vaſallus, gloſſ. in capitul. finali, per quos fiat inueſtitura. nec hoc tempus poteſt minui per dominum, niſi conſentiente vaſallo. Et ſi iſta renunciatio vaſalli, vel obligatio, ſi non venerit intra dictum tempus, quod perdat feudum, fieret apud acta auctoritate iudicis competentis, tunc non eſſet opus, niſi quod fieret executio obligationis: ſecus ſi extra iudicium feciſſet talem obligationem, quia tunc ageretur via ordinaria, niſi dediſſet licentiam, quod caperet feudum propria auctoritate ſecundum Doctores. Sed dum dicit textus de infante, quod excuſetur, intellige etiamſi habet tutorem, ſecundum Doctor. & intellige etiam, donec eſt pupillus: & vide in capitulo ſi de minori, infra ſi de feudo fuerit controuerſia. Et quia excuſatur vaſallus propter inimicitias capitales, prout in textu, dicas quod iſta excuſatio durabit per totum tempus conceſſum a lege ad petendum inueſtituram, quo tempore tranſacto, habebit adhuc tantundem temporis, quo tempore elapſo, non excuſabitur amplius, quia aut tenebitur ire, aut mittere Procuratorem, ſecundum Doctor. alias ſequeretur abſurdum, quod ſi inimicitiæ eſſent perpetuæ, nunquam teneretur petere inueſtituram, & ante iſtud tempus excuſatur, ſi non miſit procuratorem. Et no. etiam, quod ceſſante impedimento, incipit currere tempus.

Cap. Si quis fecerit inueſtiturã.

Allegatur textus ille, quod dominus non poteſt feudum vaſalli ſui conferre alii ſine conſenſu dicti vaſalli, quod ſi fecerit, habetur pro non facto. Vult ergo textus ille, quod nemo poteſt facere ſe inueſtiri de feudo, quod ab alio legitimè poſſidetur: quod intellige, niſi conſentiat. Intellige etiam purè, ſecus ſi ſub conditione capitul. pri. ſup. qui ſucceſſo. teneantur. & ad iſtum textum concordat l. non dubium. Codice de legibus, quod quæ fiunt contra iuris diſpoſitionem: & hoc præſtat actum, quod de contractu reprobato non debet ſolui gabella, quia habetur pro non facto. & vltra adducta per Aluarotum, allega tu ſingularem textum, & ibi Bald. in lege ſecunda, Codice de eunuchis. & Bartol. in lege finali. paragrapho ſin autem. Codice commu. de lega. & multa ad hoc propoſitum allegaui in Alphabeto, in litera, G. & in litera, F. Et nota, ſecundum Doctor. ſuper glo. quod dominus non poteſt alienare ius ſuum in alterum inuito vaſallo, ita quod vaſallus teneatur recognoſcere alium dominum, capitul. primo, paragrapho præterea, de prohib. alienatio. feudi per Federic. & tu allega gloſſ. in terminis, in lege inuitus. Digeſtis de fideicommiſſa. libertat. & poteſt dominus pignorare ius ipſius domini, ſcilicet proprietatem ſine conſenſu vaſalli: & Aluarotus remittit ad dicta per eum, infra de prohibita alienatione feud. per Federicum in glo. quæ formauit hanc quæſtionem. Et dum dictum eſt, quod dominus non poteſt alienare ius ſuum inuito vaſallo, adde quod ſecus eſt in emphyteuta, quia dominus poteſt vendere ſuum directum dominium, non requiſito emphyteuta. ita voluit Imo. in capitulo potuit, in quinta columna, de locato. quod dicit ipſe, hoc non reperitur iure cautum. Quærit Bal. an ſi dominus alienet feudum ſine voluntate eius, priuetur proprietate? & concludit quod non, per iſtum textum, qui dicit, quod pro nõ facto habetur. & ſic non priuabitur, ſed contractus erit ipſo iure nullus: ſecus eſt in vaſallo alienante ſine conſenſu domini. Aluarot. inſurgit contra Bald. inducens aliqua contra ipſum, & reſpondet ad dictum textum, quoniam eodem modo non tenet venditio facta per vaſallum de iuribus ſuis ſine conſenſu domini, & tamen vaſallus priuatur iure ſuo. Sed ad hoc poteſt dici, quod in caſu vaſalli alienantis lex vltra procedit, apponendo pœnam priuationis: ſecus quando dominus alienat. Dicit tamen Aluarotus, quod opinio Baldi eſt æquior & mitior. Et nota, ſecundum Doctor. quod ſi facta eſt purè inueſtitura per dominum ſine conſenſu vaſalli, quod vaſallo mortuo ſine ſucceſſore, poterit capere vires inueſtitura, ſi inueſtitus eſſet in poſſeſſione, quia poſſet ſe tueri per exceptionem, ſed ſi non eſt in poſſeſſione, & inueſtitura ſit vallata per ſtipulationem, tunc poterit agere.

Cap. Sancimus.

Allegatur text. iſte, quod vaſallus non poteſt priuari poſſeſſione ſui feudi, niſi conuictus fuerit de culpa, & per ſententiam condemnatus, a qua ſententia vaſallus, ſi ſenſerit ſe grauatum, poterit appellare, & habebit terminum ſex hebdomadarum ad arripiendum iter pro appellatione proſequenda, ipſo vaſallo interim in poſſeſſione perſeuerante. Tu debes ſcire, non eſt neceſſe, ꝙ iudex, qui tulit ſententiam, compareat coram iudice appellationis, ſed ſatis eſt mittere apoſtolos, lege prima, Digeſtis de libel. dimiſſo. eſt tamen ſpecialis caſus hic, quod iudices, qui tulerunt ſententiam principalem, debent intereſſe coram Imperatore in ventilatione dictæ cauſæ: & hoc eſt ſpeciale in magnis feudis. Et nota glo. hic, quæ ponit quoſdam caſus, in quibus fallit regula poſita in textu, quod pendente appellatione, nihil debet innouari. & adde Speculatorem, enumerantem plures caſus in titulo de appellatione, paragrapho nouiſſimè. in principio, per Innocentium in capitulo bonæ, in fine, de appellat. & vltra alios allegat gloſſ. in paragrapho appellatione, ſecunda quæſtione ſexta. Nota etiam glo. hic, quod etiam in materia feudali non poteſt deuolui appellatio ad Imperatorem omiſſo medio, & ſic lege Imperatores, Digeſtis de appellation. habet locum in materia feudali. Et nota, ſecundum gloſſam & Doctores, quod iſtud tempus ſex hebdomadarum datur ſolum ad ſarcinulas præparandas pro itinere capiendo. Et intellige iſtum textum, dum dicit, quod debet adiri præſentia Imperatoris, de minoribus vaſallis: quia iſti litigantes, & eorum Curia, ſeu eorum dominus, erant ſub Imperatore, ad quem immediatè deuoluebatur appel-

appellatio, & ideo cum grauentur a ſuo iudice principali, appellant ad Imperatorem tanquam ad iudicem ſuę appellationis. Et ſi vaſallus notorie delinquat cōtra dominum, vt quia dominum iuſte pugnantem dimiſit publice in bello, in conſpectu populi, vel aliter notorie deliquit in dominum non requiritur ſententia ad ipſum priuandum, ſed dñs poteſt eo ipſo capere feudum, & inuadere, ſecundum Docto. & iſtud tempus, de quo in textu, poteſt cauſa cognita per iudicem augeri, non autem poſſet minui, ſecundum Doct.

DE CONTENTIONE INTER dominum & vaſallum de inueſtitura feudi.

TITVLVS XXIII.

SI quis miles. Allegatur textus iſte, quod ſi dominus agit contra vaſallum poſſidentem feudum, petendo ſibi illud reſtitui, dicens, quod non legitime tenet, & quia nunquam ab eo fuit inueſtitus, ſed vaſallus affirmat ſe inueſtitum, quo caſu ſtatur ſacramento vaſalli poſſeſſoris, ſed ſi vaſallus petat dominum poſſidentem compelli ad tradendum ſibi poſſeſſionem, dicens ſe ab eo inueſtitum, ſed dominus negat ſe inueſtiuiſſe, quo caſu ſi vaſallus non probat inueſtituram per Pares Curiæ, ſtabitur ſacramento domini poſſeſſoris. Nota tamen, ſecundum Docto. quod vt ſtetur ſacramento vaſalli poſſeſſoris, oportet quod ſteterit in poſſeſſione per annum, quo caſu intellige iſtum textum, quando dominus petit feudum ſuum, eo quia nunquam fuit ab eo inueſtitus. Sed ſi dominus ſimpliciter vendicat feudum tanquam rem ſuam, quod poteſt, iſto caſu oportet ꝙ vaſallus poſſederit per annos 30. ut infra, ſi de feudo fuer. controuer. paragraph. ſi quis per triginta. Et ideo conſulunt Doctor. quod petas in libello, ipſum feudum tanquam rem tuam propriam tibi, non autem tanquam feudum.

QVEMADMODVM FEVDVM ad filiam pertineat.

TITVLVS XXIIII.

Quia interdum dominus, mortuo vaſallo, inueſtit filiam vaſalli mortui, & ſuper hac contentione ſæpe oriuntur contentiones, iccirco, vt hoc declaret, ſubiicit iſtam rubricam.

SI quis ſine filio maſculo. Allegatur textus iſte, quod filia non ſuccedit in feudum patris morientis ſine legitimis hæredibus, niſi illud a domino per precium de nouo acquiſierit, vel niſi dominus illud ſibi dederit ob amorem & ſeruitia vaſalli defuncti. Et ſic filia fœmina non ſuccedit in feudo, etiam: ſed dominus poteſt ipſam inueſtire de feudo nouo, quod eſt ſibi apertū: quia tunc dominus poteſt de re ſua ad libitum diſponere. l. in re mandata, Codice mandati. Et ſic textus iſte, ſecundum communem intellectum, intelligitur in feudo nouo: Poteſt etiam intelligi, ſecundum aliquos in feudo antiquo, quando erat reuerſum ad dominum, in quo neque agnati domini, neque vaſalli mortui poterant ſuccedere, ſed inuidebant & impedire volebant inueſtituram filiæ, & ei præferri.

QVIBVS MODIS FEVDVM CONſtitui poteſt.

TITVLVS XXV.

Iſte titulus eſt factus, vt declaret quod in præcedenti titulo dictum eſt, an neceſſaria ſit inueſtitura ad hoc, vt filia vel alius vaſallus nouus poſſit ſibi feudum datum, & conſuetum de nouo a domino retinere.

SCiendum eſt feudum. Allegatur tex. iſte, ꝙ feudum non cōſtituitur ſine inueſtitura, etiamſi quis poſſideret rem nomine feudi de voluntate domini, quo caſu non tranſit ad hæredem. Et ſic habes quod feudum ſine inueſtitura non poteſt conſtitui ad hoc, vt habeat proprie naturam feudi: ſufficit etiam actus, qui pro inueſtitura habetur, vt ſi dominus dixerit alicui coram Curia, Vade in poſſeſſionem illius feudi, & teneas illud pro feudo: & iſto caſu habetur, perinde ac ſi inueſtitura interceſſiſſet. capit. primo, in princip. de conſuetudi. recti feudi. & habebit propriam naturam feudi, & in eo ſuccedetur: ſecus ſi dominus protuliſſet illa verba non in præſentia Curię: quod tamen intellige, niſi dominus paſſus fuiſſet vaſallum per annum poſſidere pacifice, & ab eo tanquam vaſallo recipiendo ſeruitia, iſto caſu diceretur etiam feudum conſtitutum ex actu, qui reputatur pro inueſtitura, vt probatur in dicto capitul. prim. ſecundum Doctores. Corporalis ergo apprehenſio ex voluntate domini non inducit rectum feudum. Et nota. gloſſ. hic, quod feudum ſimpliciter receptum, intelligitur receptum pro ſe & ſuis filiis maſculis, licet in inueſtitura de nullo hærede fiat mentio. Et idem dicendum, ſecundum Docto. in emphyteuſi. Et ſi dominus non haberet Pares, & proferret illa verba, de quibus dictum eſt ſupra coram aliis honeſtis viris, non haberetur pro inueſtitura ſecundum Bald. Sed Aluaro. inſurgit contra Bald. per plures textus, quos adducit. Et ratio Baldi eſt, quod in feudis iſtud eſt ſpeciale ſtatutum, vt niſi interueniat ſolennitas prędicta, non ſit rectum feudum, nec tranſmittatur ad hęredes etiam filios. Et iura allegata per Aluarot. non videntur de directo probare contra Bal. ſi recte ponderentur. Si tamen Imperator vel Rex proferret illa verba, non eſt quęrendum de pręſentia Parium, ſecundum Doctor. argumen. l. omnium, C. de teſtamen. Et ſi nuncius vel procurator dñi conſtituat vaſallum in poſſeſſione feudi, nulla pręcedente inueſtitura, non videtur tamen vaſallus habere feudum, vt in eo ſuccedatur, ſecundum Bald. niſi ipſe nuntius fuiſſet creatus ſolenniter coram Curia.

§. Si dominus. Allegatur textus iſte, quod ſi clericus infeudans feudum poſſeſſum per alium moriatur, antequam inueſtitus nanciſcatur poſſeſſionem, annihilatur talis poſſeſſio, & ſic ſucceſſor clerici inueſtientis non tenetur habere ratam inueſtituram factam per pręceſſorem, niſi ſit conſecuta & ſortita effectum. Et intellige iſtum textum de rebus eccleſi. non de rebus propriis ipſius clerici, quia in hoc æquiparatur laico. capitul. prim. infra de cleric. qui inueſtitu. Et intellige iſtum textum, quando fuit facta inueſtitura in diem, vel ſub conditione, quia valet ſine voluntate poſſidentis, & ſi inueſtiens moriatur ante diem vel conditionem, tunc ſucceſſor non tenetur habere ratum.

SI DE INVESTIVRA INTER dominum & vaſallum lis oriatur.

TITVLVS XXVI.

SI inter dominū & vaſallū. Alleg. tex. iſte ad multa, ꝙ ſi vaſallus poſſidens non poteſt probare inueſtituram, ſtatur ſuo ſacramento. Et idem ſi dominus ageret contra ſucceſſorem vaſalli, vel ſucceſſor domini contra vaſallum, ſed ſi vaſallus habet teſtes, ſtabitur dicto eorum cum ſacramento, & tales teſtes, debent eſſe conuaſalli. Et ſi dominus tempore, inueſtituræ non habebat Pares, ſufficiunt teſtes extranei. Et ſi vaſallus habet teſtes, ſed nolūt dicere veritatē, tūc iudex ordinarius cōpellit eos, et ſi iudex ordiari⁹ nollet eos ꝯpellere, vaſal. habebit recurſū ad Imperatorē cū ſuo aduerſario, vel eius nūtio.

tio. Et ſi vaſallus promittat ſe iturum, vel miſſurum intra annum ad Imperatorem, tunc poſſideat quiete, vſq; ad annum: & ſi non iuerit, vel miſerit vſque ad annum, tunc ſuper determinatione cauſæ ſtabitur ſacramento domini. Et ſi teſtes deponunt, ſe interfuiſſe inueſtituræ, ſtabitur ſacramento domini. Et iſta procedunt etiam, quoad clericos infeudantes, præterquam ad teſtes adhibendos in inueſtituris feudorum, in quibus poſſunt adhiberi, & Pares teſtes, & extranei. Regula eſt ergo in hoc textu, quod deficientibus aliis probationibus, ſtatur ſacramento poſſeſſoris, quod intellige, quando poſſeſſio eſt roborata alia præſumptione, vt quia iſte vaſallus ſtetiſſet in poſſeſſione pacifica per annum. Iſta tamen regula habet ſallentias, de quibus in §. ſacramentum, in tit. de conſuetud. recti feudi. Collige etiam ex textu, quod iuramentum tranſit etiam ad ſucceſſorem, quod intellige, ſi ſucceſſor eſt informatus de veritate, alias ſecus. l. videamus, in princ. ff. de in litem iuran. Et ſi poſſeſſor iurauit, & pendente lite moriatur, hoc tranſit ad hæredem, ſecundum Bald. Probat etiam textus iſte, quod teſtis debet citari, an autem, ſi non ſit citatus, probet? vltra adducta per Aluaro. Adde Bartol. plene, in l. poſt legatum. § is vero. de his, quibus vt indig. Et nota bonum textum hic, qui dicantur Pares, videlicet qui tenent feudum ab eodem domino, de quo per Doctor. in capitulo cæterum. de iudic. Probat etiam textus iſte, quod in cauſa feudali poteſt eſſe vaſallus teſtis pro domino, & facit, quod habetur in l. 1. ff. de teſtib. quia vaſallus non reperitur prohibitus. Probat etiam textus, quod in defectum teſtium ordinariorum admittuntur alii extranei. Et facit, quod notatur in capitulo cum dilecti. de electio. & quod habetur in l. conſenſu. C. de repudiis. Et nota iſtum textum ad ea, quæ videmus quotidie. Aliqui teſtes quærunt celare veritatem, quia nolunt deponere, tamen compulſi deponũt, & creditur eis, ex quo infertur, quod non incidit in falſum, licet veritatem celauerit, quod intellige, ſi nõdum iurauerat, quia ſi poſt iuramentum vel celaret, vel aliter diceret, vitiaretur dictum eius. Et adde Bartol. in l. presbyter. C. de epiſcopis, & clericis, quod falſitas committitur in tacendo verum, & quod habetur in capitulo primo, de crimi. fal. Et notabiliter probat textus iſte, quod licet teſtis acceperit pecuniam, vt reticeat veritatem, nihilominus ſi illam perhibet, probat. & de teſte, qui recipit pecuniam, vt dicat veritatem, per gloſſ. & Bartol. in l. p. in prin. ff. de l. Cor. de fal. Et dum hic dicit Aluar. quod qñcunque aliquis reclamat de grauamine illato per negligentiam ſimplicem, quod tunc non appellatur a ſimplici negligentia, ſed aditur ſuperior abſque interpoſitione appellationis. Et vltra adducta per ipſum adducas tu Barto. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori ff. de noui oper. nuncia. quem textum ponderat Bald. in l. finali. § illud. C. de tempo. appella. Bald. in l. ſed ſi per prætorem, §. ait prætor. ff. ex quibus cauſis maio. in l. 2. C. vt lite penden. in l. finali. C. de ſenten. Angel. in l. de qua re. ff. de iudi. Et videtur concludi, ꝙ ſuperior adeatur per viam querelæ, vt cogat iudicem. Et nota iſtum textum, quia ſolet allegari in argumentum ad hoc, quod teſtes producti coram arbitris poſſunt, & debent compelli per iudicem ordinarium ad iurandum, & deponendum. Nota etiam hic textum, quod in cauſa feudali, & ante litem conteſtatam poteſt procedi etiam ad ſententiam definitiuam, ſicut in cauſa appellationis. l. fina. § illud. C. de tempo. appel. Probat etiam textus iſte, quod vbi contenditur de inueſtitura noua inter dominum, & vaſallum, ſimplex poſſeſſio vaſalli non iuuat ipſum, ſi alias legitimè non probetur, immo non obſtante poſſeſſione vaſalli, ſtabitur ſacramento domini, de quo in capitul. 1. §. ſacramentum, de conſue. recti feu. Et nota, quod hic eſt vna gloſſ. reputata ſingularis, quod hodie populus Romanus poſſit deponere Imperatorem, ſed vt dicit Bal. iſta gloſſ. dicit totum oppoſitum, dum dicit, quod Imperator plus poteſt, quam populus, licet arguat in medio in contrarium. Et eſt communis concluſio fundata fortioribus rationibus, quod populus non poſſit, quia hoc ſpectat ad Papam, qui illũ confirmat, capitu. ad apoſtolicæ. de re iudica. in 6. Et no. etiam hic glo. quod quælibet ciuitas hodie habet eam iuriſdictionem, quam olim habebat præſes prouinciæ. Et adde gloſ. reputatam ſingularem in l. fina. C. de præſcrip. long. tempo. Et nota etiam ex gloſſ. hic, & quod ſuper ea per Dd. quod clerici poſſunt de iure non ſolum de conſuetudine, vt dicebat glo. infeudare agnatis, & conſanguineis bona ſolita infeudari, maxime ſi agnati ſint idonei pauperes, benemeriti, & vtiles eccleſiæ, & ſit modicum, & non immenſum, quod datur, de quo etiam per Bald. in Authen. quibuſcunque. C. de ſacroſanct. eccleſ. ex quo eccleſia non læditur, quia ille conſanguineus recipit eiſdem pactis, & conditionibus, quibus extraneus, ſecus ſi alia ratio prohibet, vt quia prælatus daret conſanguineo potentiori. Et idem dicendum eſt in emphytheuſi. Nota etiam glo. quod ſi clericus vellet pro ſe retinere feudum, vel rem eccleſię ſuæ, quod non poteſt ſibi acquirere, dum eſt in adminiſtratione, ꝙ eſt notandum. Et adde ad prædicta Abba. notab. in c. vt ſupr. de reb. eccleſ. non alien. vbi tenet contra legiſtas.

§. Si quis ſe. Allegatur textus iſte, quod vbi vaſallus agit contra dominũ poſſidentem feudum, dicens ſe vel patrem ſuum fuiſſe inueſtitum, debet ſaltem probare per duos teſtes legitimos, ſed eo in probatione deficiẽte, iurabit dominus cum duodecim ſacramentalibus: domino recuſante iurare defertur iuramentum vaſallo actori, qui iurabit cum duodecim ſacramentalibus, ſe vel patrem ſuum fuiſſe inueſtitum, vtroque autem recuſante ſacramentum, ipſe dominus poſſeſſor debet abſolui. Sed ſi vaſallus eſt in poſſeſſione feudi, & in ea ſtetit per annum domino ſciente, & patiente, tunc ſi dominus agat, petendo illud, debet ſtari ſacramento ſimplici ipſius vaſalli poſſidentis, & iurãtis ſe, vel patrem ſuum fuiſſe inueſtitum de dicto feudo. Et ex hoc textu collige, quod duo teſtes ſufficiunt ad inueſtituram probandam, & intellige quando deponũt de veritate, ne obſtet text. iſte, qui dicit poſtea de duodecim quia illi deponunt de credulitate, & conſcientia ſua, quaſi ad purgationem famæ producentis. Et nota hic caſum ſingularem in fine, ſecundum Bal. in materia feudorum, quod tunc poſſeſſio inducit præſumptionem pro vaſallo, ſcilicet quando ſtetit in poſſeſſione per annum pacifice, tanquam inueſtitus domino ſciente, & non contradicente. Et adde text. in c. ſi Titius, in fi. infra ſi de feu. fue. contro. & eſt hic caſus ſpecialis, quod ex ſola annali patientia cum prçſumptione inueſtituræ præſumitur titulus.

DE FEVDO DATO IN VICEM legis commiſſoriæ.

TITVLVS XXVII.

Quia poterat dubitari circa prædicta, an feudum poſſit conſtitui per pactum legis commiſſoriæ, adiectum ſuper re pignorata, vt inquantum debitor non lueret a creditore infra certum tempus rem pignoratam, quod tunc ipſa res pignorata deberet remanere apud creditorem loco feudi, ideo facta eſt iſta rubrica, vt hoc declaretur.

SI quis obligauerit. Allegat̃ tex. iſte, ꝙ feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ, & ideo non obſtante tali pacto, poteſt debitor, ſoluto debito, reuocare quandocunque rem ſuam pignoratam. Et ſic pactum legis commiſſorię eſt reprobatum in feudo, ſicut in pignore. l. prima. per totum. C. de pac. pigno. Et ſicut eſt prohibitum, vt non acquirat directum dominiũ, vt ibi, ita nec etiam vtile, quod eſt ſufficiens ad parandum actionem, quemadmodum directum etiam contra dominum. l. 1. in fi. cum l. ſequenti. ff. ſi ager vectiga. Et nota gl. hic, & quod ſuper ea dicunt Dd. ꝙ feudũ de iure, & de conſuetudine poteſt acquiri pecunia vt probatur in c. 1. quemadmodum. feudum ad filiam perti. in c. 1. de benefi. fra. vbi per Docto. & ſolum fallit in caſu iſto, vbi principalis contractus eſt reprobatus. Not. etiam gl. dum format quæſtionem, quod ſi vendo tibi rem pro centum, & appono pactum, quod ſi ipſa non ſolueris integraliter vſque ad certum tẽpus, quod tunc debeas retinere rem vẽditam in feudum, vtrum valeat tale pactum, adeo, quod ſi ſit ſolutum pro parte, ſit ſeruandum pactum. Et conclude, ſecundum Dd. quod tale pactum valeat, nec obſtat iſte textus quia loquitur in obligatione pignoris, in qua bene eſt reprobatum tale pactum, non in venditione: quia non reperitur hoc reprobatum glo. in rubri. ff. de le. commiſſo. Poteſt tamen ſaluari glo. quod non valeret pactum, quod ſoluta parte precij, deberet ſibi tota res remanere infeudata, quia hoc eſſet iniquum. Quçrit etiam accepi centum a te mutuo, pignoraui fundum, & vltra hoc dedi fideiuſſorem, & fecit mecum pactum fideiuſſor, quod ſi ipſe teneretur ſoluere, quod tũc dictus fundus poſſit teneri in loco feudi. Et conclude, quod tale pactum non valet per iſtum tex. Nota etiam glo. pro intellectu textus, dum dicit, Quandocunq;, an ipſe creditor poſſit repellere ipſum debitorẽ exceptione 30. ann. & Aluaro. hic ſuper iſta glo. concludit quod iuri offerendi non præſcribitur ſpacio triginta annorum, ſm communem opinion. quia ius offerendi competit debitori per modum facultatis, & facultati non pręſcribitur, ꝙ intelligas verum, niſi debitor conſtituatur in mora luen

di, quo caſu bene tolleretur ius offerendi, etiam non expectato tanto tempore.l.ſi conuenerit.ff.de pignor.actio. Tangit etiam de pignoratitia actione,an tollatur ſpacio 30. annorum,& cõcludit q̃ ſic.Et ratio eſt, quia eſt perſonalis:incipit tamen currere præſcriptio,quando actio pignoratitia eſt nata.& quando dicatur nata eſt textus & gloſſ. in l.ſi rem. §. omnis.ff.de pignoratitia actione. Dicit etiam quod rei vendicationi non præſcribitur ſpacio triginta annorum, & ſi diceretur, quod prodeſt quod præſcribatur pignoratitiæ actioni, ſi adhuc remanet rei vendicatio, reſpondet quod eſt longa differentia propter difficultatem probandi dominium in rei vendicatione, quod non eſt in pignoratitia actione glo.in l. j.in fi. C. de anna. exceptio. & circa iſta allegat notata in l.pignori.ff.de vſucapio.in l.cum notiſſimi.§. eodem iure.C.de præſcrip.30.annorum.in l.ſi rem.§.omnis. ff.de pignorati.action.tu in hac materia adde primo textum & Barto.in l.fina.in prin.ff.de pignora.actio.vbi eſt caſus, in quo agitur pignoratitia antequam ſit ſoluta pecunia:& an præſcriptio currat iuri offerendi Bald.in conſilio ccxcij. Sed aduerte,quia Bald hic ponderat iſtum textum pro ſingulari, quòd vbi in pignoribus eſt reprobatum pactum legis commiſſoriæ, tunc odio creditoris nullo tempore præſcribitur iuri offerendi: ergo videretur quòd in aliis ſecus, niſi dicamus, quòd vbicunque iuri offerendi præſcriberetur, nunquam præſcribetur iſto caſu.Nota tamen,quòd hoc nõ procedit quando pactum,de quo in textu, fieret ex interuallo per ea,quæ habentur in l.2.C.de pactis pigno. in l.quamuis. ff.de ſolutionibus & liberationibus. Quærit Alua.ſi pignoraui creditori caſtrum,an poterit ibi vti iuriſdictione, & remittit ad notata in c.cum Bertoldus de re iudicata.& eſt tex. ſingularis in l. eleganter. §. fina. ff. de pignora.actio.Quæritur etiam, mutuaſti mihi decem nullo pignore conſtituto, ſed hoc pacto, q̃ ſi non ſoluero infra annum, talis domus mea ſit tua pro illis decem,an tale pactum valeat? & Bal. q̃ ſic, quòd non eſt pactum pignoris. l. fina. ff. de contrahen. emptio.Et ſi obligaui fundum,pacto appoſito, quòd ſi non ſoluero infra annum,habeas fundum emptum iuſto pretio, pactum valet.textus eſt notabi.in l.ſi fundus.§.fin.ff.de pign. Et nota,quòd Alua.hic videtur intelligere textum in l.fin.in prin.ff.de contrahen.emptio.quòd ibi fideiuſſor conuenerit de iuſto precio,quod non videtur verum, quia ibi Barto.ſic ſummat illum textum, pactum quaſi legis commiſſoriæ eſt reprobatum inter creditorem & debitorem, non inter tertium & debitorem.

Cap.Si quis. Allegatur textus iſte,quòd dominus non poteſt inueſtire aliquem de feudo poſſeſſo per alium ſuum vaſſallum,niſi ipſe poſſidens cõſentiret, & hoc ſecundum opinionem Placentinorum, ſed ſecundum Mediolanenſes & Cremonenſes tenet talis inueſtitura,facta abſque conſenſu, & ſcientia ipſius poſſidentis, dummodo ex tali inueſtitura non fiat aliquod præiudicium ipſi poſſidenti,donec viuit:neque poſt mortem ipſius ſi relinquat ſucceſſores. Et ſic habes ex hoc textu, q̃ de feudo per alium poſſeſſo quis poteſt inueſtiri ſub conditione, vel in diem:quo caſu inueſtitura non habebit ante effectum, niſi poſtquam feudum erit apertum domino: & ſic interim nullum præiudicium fiet poſſidenti,nec hæredibus ſuis, & hoc ſecundum opinionem Mediolanenſium & Cremonenſiũ, quæ ſic debet intelligi,nec obſtabit ratio l.fina. C.de pactis. quia de iure conſuetudinario valent huiuſmodi conuentiones,inf.tit.cap. j. & eſt ratio,quia feudum multis aliis modis poteſt amitti, quàm per mortem, vt in titulo quibus modis feudum amitta.Aſſignantur & aliæ rationes per Docto. hic. Et aduerte, quia Bald. aſſignat rationem, quam impugnat Alu.Dicit enim Bal.quod iſta inueſtitura, de qua in iſto cap. non importat pactum de futura ſucceſſione, ſed potius de caducitate ceſſionis,& eſt collatum in defectum iuris tertij: quod quidem pactum habet iuris ordinem,& eſt de iure validum.Dicit Alua.q̃ ex hac ratione Bal. non euitaremus dictas inconuenientias,prædicta l.fina. C.de pactis. ſed vellem ſcire ab eo,dum reſidet in illa ratione, q̃ de iure conſuetudinario valent huiuſmodi conuentiones, vtrum ceſſent tunc dictæ inconuenientiæ: nec poteſt negari, quòd non ſit id quod vult Bald. quòd iſta inueſtitura non importat pactum de futura ſucceſſione.

Cap.Quidam obligault. Allegat̃ text. iſte,quòd poſſidens pignus tanquam in feudum pacificè & quietè per annos 30.illud,in futurum pro feudo tenebit,ſi iurauerit cum duodecim ſacramentalibus eſſe feudum,& poſſeſſum continue toto dicto tempore iure feudi: ſi verò iurare noluerit, tunc ſtari debet ſacramento domini iurantis cum duodecim ſacramentalibus in contrarium:neutro autem volente iurare,tunc debet ipſe poſſidens inueſtiri per dominum. Et nota pro intelligentia iſtius textus,quia ſi res ſemper fuit poſſeſſa tanquam feudalis per 30. annos, & de ea ſint præſtita ſeruitia tanquam de re feudali,nec conſtat q̃ vnquam alter titulus præceſſit,niſi iure feudi, tunc ipſe vaſallus illam obtinebit abſque alio ſacramento,vt in titu.ſi de feudo fue.contro. §.ſi quis per triginta:ſi vero conſtat,quod alter titulus a principio præceſſerit,ſcilicet titulus pignoris,tunc, ſi vaſallus poſtea recognoſcit a domino tanquam feudalem,& eam iure feudi poſſideat per 30.annos,ſibi poterit eam defendere, dũmodo iuret cum duodecim ſacramentalibus ſecundum formam huius cap.Et ſic ex hoc textu & prædictis habes,quod per receptionem ſolam ſeruitiorum non inducitur conſtitutio feudorum, niſi ſit præſcripta longiſſimo tempore: quæ præſcriptio debet eſſe continuata,& non interrupta,vt probatur in hoc textu.Colligitur etiam,q̃ in re præſcripta iure feudi habet locum ſucceſſio, quia præſcriptio æquiparatur veritati,vt notatur in l.j.C.de ſeruitu.& aqua.Et intellige textum, quod hic fuit poſſeſſio interuerſa, quia incepit poſſidere loco feudi, quod primo poſſidebat loco pignoris, quia aliter non poſſet procedere textus. l. ne creditores. C. de pignora. actio.l.male agitur.C.de præſcri.30.annorum. l.non ſolum. §.quod vulgo.ff.de vſucap.Nota,quod dicit Bal. quidam acquiſiuit emphyteuſim eccleſiæ per præſcriptionem xl.annorum,iuxta ea quæ habentur in c.de quarta.de præſcriptio.an illud ius extendatur in tertiam generationem, an in infinitum? & reſpondet vſque ad tertiam generationem dũtaxat, quia eſt informis: ſecus ſi a principio fuiſſet conceſſa ſimpliciter.Et nota,quod ſi dominus liberat vaſallum ab omni ſeruitio,quod feudum propter hoc non eſt extinctum,quia vaſallus videtur promeruiſſe,& non demeruiſſe.Bal.in l.j. ff.de rerum diui.q.16.Alua.hic.

LIBER SECVNDVS.

DE FEVDI COGNITIONE.

TITVLVS I.

In iſta rubrica declaratur tota iſta materia, quomodo & qualiter, & quo iure vel conſuetudine cauſæ feudales debeant cognoſci & determinari, ſi dicta iura leges & conſuetudines reperiãtur variæ et diuerſæ.

OBertus de Orto. Allegat̃ tex. iſte, q̃ omnis cauſa in generali regulariter determinatur aut iure Romano, aut Longobardo,aut conſuetudine loci. Sed cauſa feudalis in ſpem determinatur ſecundum cõſuetudinem loci, ſi ſub illa conſuetudine cauſa ipſa comprehendatur, alias determinabitur ſecundum legem ſcriptam, quæ ibi viget & ſeruatur. Et ſic nota, quod conſuetudines feudorum approbatæ ſunt generales, & debent vbique ſeruari. Et quia Alua.tangit hic poſt gloſ. multa de conſuetudine, vide tu quę late dixi in allegationibus conſuetudinis in fine Alphabeti. Et conclude in hac materia,quod in materia feudali attendenda eſt primo conſuetudo, ſi extat. Secundo proceditur de ſimilibus ad ſimilia in materia conſuetudinis. c.ſecundo. de feudo March. cap.primo. an mutus vel alias imperfectus. Tertio recurritur ad legem ſcriptam,ſi extat,vt hic. Quarto, ſi non extat, tunc recurrendum eſt ad argumenta legum,quæ valida ſunt iure Romano.l.non omnes. §. a barbaris. ff. de re milita. Et nota, ſecundum gloſ. & Dd. quod poteſt argui per ſimile conſuetudinis in materia conſuetudinis. In alia materia ſecus, quia illa ſunt ſimilia,quorum qualitas eſt vna. Et ſubdit Bald. quod conſuetudo eſt ciuium tacita conuentio, & ideo ſicut pactum non extenditur ad aliam rem vel perſonam, quam de quibus loquitur.l.ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pac.ita nec conſuetudo. Et ſic eſt ſtricti iuris, quod patet etiam, quia filia, quam parit ſcilicet actio, eſt ſtricti iuris.§. actionum. Inſtitut. de action. Et nota dictum Baldi hic, quod quando dicitur de conſuetudine, intelligitur de præſcripta: nam antequam ſit præſcripta, non dicitur conſuetudo, ſed voluntas inducendi conſuetudinem, vt eſt textus ſingularis in capitu. Cumana, de election.licet Bald. non alleget.

§.Sciendum

§. Sciendum. Allegatur textus iſte, quod ſeudũ non conſiſtit, niſi in rebus immobilibus, aut ſolo cohærentibus, aut in his, quæ inter immobilia computantur: nec acquiritur, niſi per inueſtituram, aut ſucceſſionem. Ratio autem, quare ſeudum non poteſt conſiſtere in reb. mobilibus eſt, quia mobilia conſumuntur per vſum, vnde proprietas rei feudalis, quæ debet ſemper remanere apud dominum, conſumeretur per vſum: & ſic cum proprietas deduceretur ad nihilum, non poteſt cadere feudum, ſecundum regulas, & conſuetudines feudorum. Et ſi diceretur vaſallus, rem ipſam conſeruabit, tenẽdo illam in arca, tunc hoc eſſet contra aliam regulam, quia eſſet feudũ inutile vaſallo, qui debet habere vſumfructũ, & commoditatem aliquam, quod eſſet contra naturam feudi. § ſi. j. in quibus cau. feu. amitta. De emphytheuſi vide per glo. in §. adeo. Inſti loca. in c. potuit. de loca. Et nota hic, quod feudum poteſt conſtitui in certo redditu Cameræ, vel Canipæ: nõ fit tamen talis ſolutio vaſallo, niſi ibi ſit vnde ſolui poſſit: quia ſi euacuata eſt ſine culpa promiſſoris domini, debet expectari quouſque ſolui poſſit. Soluere autem poſſe intelligitur de ducto ære alieno. j. de notis feudor. in prin. Et iſtud feudum finitur morte dantis, & recipientis. j. quis dicatur Dux. cap. j. Debet tamen hæres vaſalli habere fructus feudi totius anni, quem ipſe vaſallus mortuus iam ingreſſus erat: de fructibus aliorum feudorum habetur infr. hic finitur lex. §. ſi vaſallus. Et dum dicitur in textu, quod altero de duobus modis acquiritur feudum, vt dictum eſt, dicas etiam, quod ſunt alii modi, vt per præſcriptionem, vel per culpam alterius vaſalli agnati poſſidentis, de quibus per Aluaro. ſupra quibus modis feu. conſti. poteſt. c. j. Super gloſ. tangitur, an nomina debitorum computentur inter mobilia? Et vltra adducta per Alua. adde tu quæ dixi in meo Alphabeto, in litera, N. & concludit ipſe, quod in nominibus debitorum, quæ ſunt immobilia, poteſt conſtitui feudum, ſi mihi debeantur perpetuo. Et ponit exemplum: Teſtator grauauit hæredem, vt omni anno daret mihi decem, potero ex iſtis decem conſtituere feudum Titio ſibi dando omni anno quinque argu. huius text. ſecus ſi non darentur mihi perpetuo, quia tunc feudum non poterit de iure conſtitui, quia ſunt peruentura ad conſumptionem, tanquam bona mobilia. Sed aduerte tu, legatum annuum non durat vltra centum annos. Bart. in l. annua. §. Attia. ff. de annu. lega. Alex. in l. 2. ff. ſoluto matrimon. ergo videtur, quod feudum conſtitui non poteſt, quia eſt peruenturum ad conſumptionem, cogita tu ſi eſt verum. Et nota etiam, ſecundum gloſſ. & Doct. quod feudũ Cameræ, vel Canipæ poteſt conſiſtere in rebus ſoli, vel ſolo cohærentib. Exempli gratia: ſi Camera, vel Canipa haberet domum, vel fundum, ex quibus colligebat introitus, poterit fundus, vel domus dari in feudum, vt omni anno in vita ſua debeat percipere fructum de tali fundo, vel domo, & tale feudum dicetur feudum Cameræ, vel Canipæ, licet non fiat ſolutio per Cameram, vel Canipam. Et dum dicitur in textu, quod feudum acquiritur per inueſtituram, dicas ſecundum gl. & Dd. idem per eum actum, qui pro inueſtitura reputatur. cap. j. in princ. de conſuetu. recti feudi. Et non teneas gloſſ. dum dicit, quod in tali inueſtitura ſimilitudinaria non ſuccedit hæres, quia imo ſuccedit, ſecundum Dd. Sed potes dicere gloſ. procedere, quando actus repræſentans inueſtituram fuiſſet factus abſente Curia. Et ſi diceretur, nũquam feudum acquiritur per ſucceſſionem, ſed ſemper per inueſtiturã, quia moriente vaſallo, oportet, quod hæres petat inueſtituram infra tempus debitum, reſpondetur, quod inueſtitura, quę fit de veteri feudo, in quo ſucceditur, eſt potius confirmatio rei iam acquiſitæ. Quod patet, quia per illam nulla traditur poſſeſſio ſuccedenti, cum iam teneat & poſſideat. Sed quando de nouo quis inueſtitur, bene tunc dicitur acquiri feudum per inueſtituram, & illa mediante acquiritur poſſeſſio feudi. Et ſi datus eſt fundus in feudum cum animalibus ſuper eo exiſtentibus, finito feudo, aliquo caſu debet reddi æſtimatio animalium, quæ non extant, ſecundum Dd. Ex quo ſequitur, quod licet feudum nõ poſſit dari in rebus mobilibus, tamen poteſt dari cum rebus mobilibus. Et nota hic vnum dictum Bal. quod ille, qui emit pedagium a communi, videtur emiſſe pœnas transgreſſorum. l. creditor, in prin. ff. de actio. empt. & ibi per Cyn. in addi. Et nota glo. fin. dum dicit, quod filius ſuccedendo in feudo patri non acquirit feudum, ſed iam acquiſitum capit. Et dixit Bal. commẽda memoriæ pulchrum & ſapidum modum loquendi.

QVID SIT INVESTITVRA.

TITVLVS II.

INueſtitura quidem propriè. Allegatur textus iſte, quod propriè inueſtitura eſt apprehenſio corporalis poſſeſſionis feudi, ſed verbalis inueſtitura facta, etiam cum re corporea cenſetur abuſiua, quæ inueſtitura debet fieri, coram paribus ſaltem duobus, nõ aliis. Inueſtitura ergo propria eſt per acquiſitionem poſſeſſionis, abuſiua autem eſt illa, quæ non conſiſtit in ſubſtantia poſſeſſionis, ſed in quoddam præambulo verborum, cum aliquo corporeo, porrecto a domino ipſi vaſallo, vt quia dicat. Ego inueſtio te cum iſto anulo. Et licet tunc non ſit tranſlata poſſeſſio rei feudalis, videtur tamen data licentia vaſallo intrandi poſſeſſionem propria auctoritate. De quo per Innocentium. in capitu. ex literis. de conſuet. Vult etiam textus iſte, quod cum ſolennitate actus fieri debeat, quod debeant ſeruari ſeruanda, & quod inueſtitura ſit facta coram Paribus ſaltem duob. & quod iuretur fidelitas, & ſubſequenter, quod fiat inductio in poſſeſſionem, & cum requirantur teſtes Pares, ſi deficiunt, inueſtitura eſt ipſo iure nulla, vt hic, adeo, quod ex tali inueſtitura nulla naſcitur obligatio, ſecundum Bal. quia poteſt lex præfigere modum & qualitatem in probando. Et ſicut de iure communi ſufficiunt duo teſtes. l. vbi numerus. ff. de teſtib. ita etiam de iure conſuetudinario, vt hic. Et nota glo. magiſtram hic, quæ ponit, an & quando valeat inueſtitura, etiam ſi ſit facta coram teſtibus extraneis, quia hæc eſt regula, quod debeant eſſe Pares. Et nota limitationem ad ſingularem, l. quiſquis. C. de dona. quia licet dominus retinendo ſibi vſumfructum transferat poſſeſſionem rei donatæ, tamen dominus non transfert retinendo in ſe dominium directum, vt hic, quia proprietas retenta eſt dignior, quam vſuſfruct. ſecũdum Dd. Si tamen inueſtitura fieret in præſentia rei feudalis, transfertur poſſeſſio, quia hoc operatur viſus & conſpectus. l. quod meo. §. ſi venditorem. ff. de acquiren. poſſeſ. Et ſi velles ſcire, quæ eſt ratio differentiæ, quod traditis clauibus transfertur poſſeſſio. l. clauibus. ff. de contrahen. emptio. non ſic per traditionem anuli: & dicas, quia ſub cuſtodia clauium continentur illæ res conditæ ſub clauibus, & ideo traditis clauibus, traditur ipſa res: ſed anulus & ſimilia, cum quibus fit inueſtitura, nihil habent cum rebus, quæ continentur in feudo. Quærit Al. vaſallus fuit inſtitutus abuſiue de feudo amplo, continente aubſiue bona, an ingrediendo poſſeſſionem vnius rei tantum, videatur acquiſiuiſſe poſſeſſionem omnium aliarum rerum, & recitatis opinionibus ſe non firmat. Sed tu allega gloſ. in l. 1. in princ. ff. de acqui. poſſ. quæ voluit, quod ſi aliquis ingrediatur in vnum fundum eo animo, vt acquirat poſſeſſionem pro eo, & pro aliis, non ſufficit, quod facit contra nuncios, quibus eſt data licentia, vt inducant in poſſeſſionem pluriũ fundorum, qui inducunt in vnum, eo animo, de quo per Ange. in l. licet. C. de acqui. poſſ. & velle facere differentiam, ſecundum aliquos inter ſingularia & vniuerſalia, hoc non valet: quia ſicut in ſingularibus rebus non transfertur dominium ſine traditione, ita nec etiam in vlterioribus. gl. eſt no. & ibi per Bar. in l. 1. ff. pro dote. pro quo habes textũ in l. qui tibi hæreditatem. C. de hære. vel actione vendi. & ſicut non fit in hoc, quare volumus facere in alio? Nec obſtat textus in l. tertia. ff. pro ſocio. quia ibi ponitur caſus ſpecialis, ſecundum Bar. in dicta. l. 1. Et nota, quod ſi dicatur, Concedo tibi pro annua quantitate, non eſt feudum, ſed emphytheuſis, nec tenetur præſtare iuramentum fidelitatis, nec cenſetur in re feudatarii, de quo per Bal. in l. liberti. C. de ope. libe. Quæritur etiam ſi Pares ſunt abſentes, qui ſunt neceſſarii teſtes ad nouam inueſtituram, an ſint citandi, & Aluaror. adducit Bal. quod debent citari, & ſi non citentur, non valet inueſtitura, hoc tamen intelligit Aluaro. niſi eſſent ita abſentes, & remoti, quod non poſſent adeſſe ſine maxima difficultate. & adducit iura, ſed pro ipſo etiam facit glo. in c. fin. de maio. & obe. tex. in c. 1. ne ſe. vacan. in 6. & quod voluit Abb. in c. dilecti, de appella. ſed ego teneo indiſtincte, quod dicit Bald. quia licet ſint ita abſentes, debent expectari, ſi de proximo ſaltem ſint reuerſuri, quia iſta inueſtitura non indiget celeritate, ſicut in caſu iuriũ, quæ allegaui, celeritas enim ibi actus faciendi, facit quod non requiratur abſentes. Et dum ſubdit Aluaro. poſt Bal. quod ſi citari nollent venire, valeret actus, ſine ipſis, pro hoc allega tu notata per Bar. ĩ l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſoluto matri. in illa quæſtione ſtatuti, quod mulieres non poſſint contrahere ſine conſenſu propinquorum, & nolunt conſentire, per Bald. in l. 1. C. qui admitti ad bo. poſſeſ. poſ. in l. 1. C. vnde vir & vxor. per Ab. in l. nullus. de iure patro. in c. quod Dei. de ſtatu monac. in c. tuæ. de cle. non reſi. Et ſi dñs non hẽt niſi vnũ Parem, deberet interesse ad minus cum alio, ſecundum Dd. Et nota quod Bal. allegat text. quem dicit notabilem, quod per verbum, Aſſigno, cedũtur actiones. l. arbiter. ff. de diſtractione pignorum. Dicit etiam Bal. ꝙ ſi Papa dicit, Aſſignamus tibi tale caſtrũ cum plenitudine iuris, vel ponat alia verba æquipollen-

tia, non eſt neceſſaria poſſeſſio facti: quia apud Papam eſt plenitudo ſupremæ poteſtatis. Dicit etiam Bal. quod ſi in inueſtitura dicatur, Inueſtimus Titium de tali proprietate pro ſe & deſcendentibus proprie & nõ ficte, & ex ſuo corpore, intelligitur de deſcendentibus in infinitum, dum tamen per legitimam conſequentiam. l. ſi. C. de natu. liber.

§. Si enim domino. Allegatur text. iſte, ſi vaſallus agat ex inueſtitura abuſiua contra dominum poſſidẽtem feudum, & petat propriam inueſtituram, ſcilicet poſſeſſionem eiuſdẽ feudi, ſibi decerni, & dominus neget inueſtituram feciſſe, debet fieri probatio modo & forma, quæ in iſto paragrapho traditur. Et ſcias, quod iſte textus declarat illud, quod ſæpe reperitur in hoc libro, quod fiat probatio per breue teſtatum, intelligitur enim per publicum inſtrumentum, vt hic. Et Bald. hic ponderat textum pro ſingu. ſecundum Aluaro. quod quanquam teſtis extra iudicium dicat ſe non interfuiſſe, tamen in iudicio poteſt cogi ad veritatẽ deponendum per iuramentum, & ſtabitur depoſitioni ſuæ. Bar. in l. eos. in fi. ff. ad l. Cor. de falſa. tenuit contrarium, de quo per Bal. in l. geſta. C. de re iudica. in l. nullum. C. de teſti. per Salicetum, in l. ſi quis decurio. C. ad l. Cor. de falſis. & tene quod dicitur hic; & adde, quod notat Bart. in l. ſi quis in graui. §. moriens ff. ad Silla. de teſte, qui in articulo mortis dicit ſe dixiſſe falſum: in tali caſu non præiudicat alii, & p Bal. in authen. ſi dicatur. C. de teſti. in l. generaliter. C. de non numera. pecu. & Aluaro. hic dicit, ſe allegare alium textum, & ſic textus allegatus à Bal. non eſt ſingularis, ſed ego allego alium in c. j. §. notandum. de notis feu. Non trades obliuioni etiam iſtum textum, & Bal. hic in verſi. reminiſci, quod qui non recordatur modo, poteſt recordari cras: & ideo poteſt excuſari teſtis, qui in vna cauſa dicit ſe non recordari, & poſtea ſuper facto examinatus depoſuit, quod eſt notandum. Accipe vnam ſingularem limitationem, ſi vera eſt ad. capit. fraternitatis. de teſ. & Cle. teſtibus. de teſt quia illud intelligitur, quando teſtis aliquid depoſuit ſuper facto principali affirmando vel negando: ſecus ſi dixerit ſe ignorare negociũ principale. textus eſt hic multum notabilis, & hoc tenent Doctor. excepto Bal. qui non tenet hoc de iure Canonico, ſecundum Aluarot. Sed mihi videtur, quod Bal. finaliter teneat eandem opinionem. Probat etiam textus iſte, ſecundũ Bald. quod in cauſa feudali teſtes debent in iuramento ſuo expreſſam facere mẽtionem, qualiter iurant ad ſancta Dei Euangelia, corporaliter tactis ſacroſanctis ſcripturis: ſed tu dicas, quod in hoc attendenda eſt conſuetudo, & vide glo. ſingularem in Clem. prima. de hære. in ver. tacta. & vide qđ ibi dixi in compendio. Tu ſcis diſpoſitionem l. nimis graue. C. de teſt hoc non procedit, quando teſtes prædicti producũtur ab alio contra ipſum dominum, quo caſu cogitur dominus habens iuriſdictionem facere eos iurare contra ſe, & ſic ſi dominus habet iuriſdictionẽ in teſtes, cogit eos deponere veritatem, vt ponit hic glo. Et intellige illum textum, ſecundum glo. & Doct. ꝙ hic vaſallus non recognoſcebat aliud feudum a domino, & ideo hic deciditur cauſa iuramẽto domini: ſecus ſi recognoſceret aliud feudum a domino. Et ſi vaſallus non habet, niſi Pares ad probandum inueſtituram nouam, qui nolunt deponere, & dominus non vult eos cõpellere, tunc ad inſtantiam vaſalli poterunt compelli per iudices ſuperiores, & etiam ſi haberet extraneos. Et nota glo. hic, quæ vult, ꝙ dñs dẽt priuari proprietate feudi, ſi denegat vaſallo facere iuſtitiam nolendo compellere Pares ad iurandum. Bal. tenet contra gl. Alu. relinquit hoc arbitrio iudicantis. §. ſed quia. in tit. quę fuit pri. cau. benefi. amit.

§. Si vero vaſallus. Allegatur tex. iſte, ꝙ vbi vaſallus eſt in vera poſſeſſione feudi, vel quaſi poſſeſſione iuris feudalis, & vertitur controuerſia de inueſtitura, ſtatur ſacramento ipſius vaſalli poſſidentis, vt iuret vel referat. Et nota textum, dum dicit de poſſeſſione feudali iurium incorporalium probata per duos vel tres actus in percipiendo, & in ſolutione iure feudi conſidẽtes: quia inducit præſumptionem, vt ſtetur ſacramento ipſius poſſidentis, quod eſt ſingulare. facit. l. j. quæ eſt ſingularis. C. de fideicommi. Et ſic nota breuiter, ꝙ ſacramentum cũ præſumptione poſſeſſionis, vel quaſi ſupplet defectum ſolennitatis & tituli inueſtituræ præcedentis, quæ plene non apparet: & loquitur etiam textus iſte, ꝙ poſſeſſio feudalis proprie & vere continuata per annum, domino ſciente & patiente, & ſeruitia recipiente tanquam vaſallo, inducit præſumptionem, ut ſtetur ſacramento ipſius poſſidentis. Et nota, ſecundum Bal. ꝙ iſtud quod dr̃ hic, non eſſet verum, ſi vnus ruſticus daret omnianno vnum par caponum vni nobilii, non per hoc præſumitur obligatus in poſterum: quia inſpicẽdus eſt mos ruſticorum, quia hoc faciunt cauſa cuiuſdam ſimplicis muneris, non cauſa perpetuę obligationis, & dicit ꝙ l. cum de in rem verſo. de vſur. non habet locum in mulierib. & ruſticis.

§. Si autem inueſtitura. Alleg. tex. iſte, ꝙ vbi ſuper inueſtitura noua vertitur dubietas inter vaſallũ & dñm, q non hẽt Pares in Curia, fit probõ per teſtes extraneos, vel per inſtrm roboratum a teſtib. extraneis, vel per inſm, vbi probõ non eſſet plena: & ſic in iſto textu neceſſitas facit licitum, quod alias nõ eſſet, vt ſunt iura vulgata: & facit tex in l. vbi abſũt. ff. de tuto. & curato. datis ab his. Sufficiet ergo præſentia aliorum, quando Pares non ſunt in inueſtitura noua.

§. Præterea Alleg. tex. iſte, ꝙ allegãti pactum inſolitum interueniſſe in inueſtitura, incũbit probatio; alias eo ĩ probatione deficiente cauſa decidit̃ p ſacr̃m aduerſarii. Et nota hunc textũ, ꝙ ĩp p̃ſumendũ eſt, feudum eſſe ſ̃m ꝓpriã nãm & cõem ↄſuetudinẽ feudorum, niſi ſpãliter probet̃ eius alteratio, facit, qđ hr̃ in l. ꝑ in ſtipulationib. ff. de reg. iur. in l. ꝙ ſi nolit. §. qa aſſidua. ff. de Aedi. edic. Ex quo ſeqt̃, ꝙ Princeps in concedendo priuilegiũ, non vr̃ in dubio ſubuertere ſolitum ordinẽ, facit quod habetur in l. ſi quando. in princ. C. de inofficio. teſtamen. Si tamen in feudis adiiciantur pacta inſolita ſunt ſeruanda, vt hic. Nota glo quæ ſic intelligi debet, quod contra præſumptionem iuris & de iure non debet admitti probatio in contrarium. Et adde vltra Aluaro. notata in cap. is qui fidem. de ſponſa. Nota etiam ſingulariter ex hac glo. ſecundum Bald. quod contra præſumptionem conſuetudinis non recipitur iuramentũ tum ſupplementum ſemiplenæ probationis. Quęrit Aluarot. an in conceſſione ſimpliciter facta veniant ſolita? Et concludit quod ſic, cui adde multa, quæ ego ſcripſi in Alphabeto, in litera, O. Tangit etiam Alu. an pactum appoſitum, ut vaſallus pulſet citharam domino, ſit turpe? Et reſpondet quod non, quando hoc fit ob aliquam cauſam. Tangit etiam, quid ſi vaſallo, qui ſe obligauit per pactum aſſociare dominam ad eccleſiam, obueniat aliqua dignitas, propter quam non eſſet ſibi honeſtum illam aſſociare, an excuſetur? Et reſpondet quod ſic, & allegat iura ad hoc. Dicit enim, quod dignitas, infirmitas, & ſenectus excuſant. Sed debet ſeruire per ſubſtitutum. Et tu potes addere Bal. in l. quiſquis. C. de epiſco. & cleric. vbi ſi ſcriptor alicuius eſt effectus. Rector medicorum, non tenetur amplius ſcribere: & quod voluit Bald. in l. liberti. C. de ope. liberto. de Notario adepto dignitatem, & gl. in c. vt officium. in ver. ad præmiſſa. de hære ti. in 6. & textum ſingularem in l. in metallum. ff. de pœnis. vbi propter ſenectutem, vel infirmitatem remittitur pœna.

PER QVOS FIAT INVESTITVRA, & per quos recipiatur.

TITVLVS III.

In iſta rubrica tractatur qui poſſint facere inueſtituram, & qui poſſint recipere.

INueſtitur autem. Allegatur tex. iſte, quod inueſtitura veteris feudi poteſt fieri a quocunq.: & ſi fiat ſimpliciter, intelligitur facta de iuſto feudo, niſi aliud ſit dictum, ſed inueſtitura noui feudi non poteſt fieri ab alio, quam ab eo, qui habet legitimam adminiſtrationem bonorum Et ſic habes, quod vetus inueſtitura poteſt fieri a minore, quia non alienat nec inſeudat, ſed iam datum a maioribus ſuis confirmat, nec iſta talis cenſetur proprie inueſtitura, quia in ea nulla transfertur poſſeſſio, ſed eſt confirmatio antiquæ poſſeſſionis: quæ poſſeſſio, ſi eſt iuſta, intelligitur confirmata, alias non; quia iſta confirmatio nullum ius tribuit, ſed conſeruat acquiſitum. Et nota, quod in inſtrumẽtis inueſtiturarũ apponitur illa clauſula per iſtum textum, Saluo iure omnium perſonarũ, &c. Et dicit Bald. hic, quod in confirmatione priuilegiorum non veniunt niſi iuſta, & adde multa quæ adduxi in Alphabeto, in litera, G. Et illi, qui eſt prohibitus alienare, nõ poteſt de nouo inſeudare, & ſibi vaſallos acquirere, vt probatur hic. Et ponunt Dd. quod vaſallus, qui percipit fructus, teneatur ſoluere collectas, & non dominus. & idem in emphyteuta & vſufructuario, & ego dixi in Alphabeto, in litera, V. Et nota gloſ. hic, quod iſta regula, quæ ponitur in textu, procedit etiam de iure cõi. p multa, q̃ allegat. Nota ẽt glo. ꝙ prohibitus alienare, nõ poterit dare in feudũ. Et dũ Alu. allegat Bal. in l. fi. C. de reb. alie. non alienan. q allega l. q hẽbat. ff. de le. 3. Sed vide quæ dixi in Alphabeto, in litera, P. Nota etiam gl. ꝙ alienatio proprie dicitur, ſi aliqs alienat vtile dominium, de quo in dicta lege ſina. Non extendas tamen prædicta ad vaſallum infeudantem, quia licet ſi prohibitur alienare, poteſt

poteſt tamen infeudare, vt iam dictum eſt. Quæritur, ſi pupillus vel adultus inueſtiant in feudo antiquo, debeat interuenire auctoritas tutoris vel curatoris? Et Aluarot. ex intentione aliorum dicit quod ſic, ſi habent alias ipſi ſoli poterunt: ſed ſi ſunt læſi, poterunt teſtitui: ſed aduerte, quia forte in pupillo non habente tutorem iudex debet ſupplere defectũ tutoris, per ea quæ hñt in l. bonorũ. C. qui admitti. in l. ſi infanti. in fi. C. de iu. deli. per Bar. in l. ſi curatorẽ. C. de in integ. reſt. mi. infeudare aũt de nouo non poſſunt ẽt cum auctoritate tutoris vel curatoris, cum talis infeudatio æquiparet donationi. Infans autem & furioſus non poſſunt ẽt de antiquo inueſtire, ſed eorũ tutores & curatores, ſm Dd. Et an minor poſſit liberare ſuos vaſallos a fidelitate? Et rñdet quod idẽ, quod in ſeruis. l. ſi minor. ff. de ſeruis expor. per Bal. in l. j. ff. de rer. diui. q. 19. Notat Bal. hic per iſtum textũ, quod ubi conſuetudo ꝯfirmat ꝯtractũ minoris, non requirĩ decretũ iudicis: & format qõnẽ de infante nobili pñtato Papæ, q ſciebat & cognoſcebat illum eſſe infantẽ, ꝯtulit bñficiũ, in literis nulla fiebat mentio. de hoc concludit, quod non valent literæ: nam quotiens ꝯ ius cõe aliqua forma datur, oportet quod fiat expreſſa mentio, & iſta deciſio facit contra Paulum de Caſtr. & Abb. vt retuli in Alphabeto, in litera P.

§. Sed etiam res.

Alleg. tex. iſte, qa ponit rñam, quod res, quæ eſt phibita alienari, non pt dari in feudũ: ſed a dicta rña excipiunt duo caſus, ut in text. Primus eſt, qñ vaſallus habens feudũ pñnũ vult vẽdere illud pximiori agnato, qui poſt eum ſucceſſurus. Secũdus, qñ vaſallus vult alium infeudare bona, & nõ in fraudẽ. Et nota, quod vbi vaſallus de lñtia dñi vult vendere feudũ, dẽt agnatus vaſalli pferri extraneo in emendo, offerendo tñ preciũ, qđ extraneus, ut hic: & agnatus nõ vult offerre, tunc fiat venditio extraneo, q tñ venditio non pñudicabit agnatis, niſi donec vixerit vaſallus alienus: ſed eo mortuo, reuocabit p agnatũ pximiorẽ, ei precio non reſtituto. c. ſi Titius. inſ. ſi de feu. fued. contr. niſi agnatus ꝯſenſiſſet alienationi: qa tunc non admitteret ad reuocandũ. c. j. in prin. de ali. feu. pater. Sed quid ſi agnatus vult dare iuſtũ precium, extraneus vero vltra iuſtum? tunc dẽt præferri extraneus, quia iuſtũ precium intelligitur, ſm quod poteſt hñri. Bal. in l. ii. ad ſi. C. de reſc. vẽd. quem adducit Alu. dũmodo fiat ſine fraude & colluſione, & pro hoc tex. iſte, vbi dr, quod præfertur agnatus pro eo precio, quod poteſt hñri ab extraneo. Et pro hoc facit illud, quod ſolet dici, quod res tñ valet, quantum vendi poteſt, hoĩ tñ ſcienti cõdõnẽ eius. glo. in l. mortis cã. in fi. ff. de do. cau. mor. q allegat Ange. in l. videamus. ff. de vſur. de quo per Bart. in l. non intelligitur. §. Diui. ff. de iure fiſ. in l. ſi ſeruus. ff. de cond. furti. in l. filiusf. §. ſi quid alicui. ff. de leg. i. per Bal. in l. ſi. in fi. C. de iu. dom. impe. Et no. glo. hic mouentem vnam qõnẽ, & non decidentẽ, quod ſi duo ſunt hæredes in eodẽ feudo, & vnus vendat alteri partẽ ſuã, an ille, q emit, p iſta parte teneatur inueſtituram petere, & fidelitatem facere, an poſſit retinere ſimul cum alia pte? & concludas ſecundum Dd. quod ſic: ſecus tñ eſt, qñ ille, q alienauit, nondum agnouerat partem ſuam, vel illam perdidit, qa non petiit inueſtiturã: qa tũc hẽt iure accreſcendi, non eſt neceſſe quod petat inueſtituram, de eo quod accreſcit. Et no. ſm glo. & Dd. quod ſi agnatus volens reuocare feudum alienatum, ſuccedit alienanti in bonis allodialib. non ſolum feudalib. & tunc tenereĩ dare precium, vt hic. Et nota, ſm Doct. quod infeudatio non præiudicat agnatis, licet poſſet fieri ipſis inuitis, etiam ſi non fiat in fraudem niſi in vita vaſalli infeudantis & filiorum ſuorum. Et nota hic glo. ſecundum Bal. quod conſuetudo in perpetuum viget, ſi non reperiat eẽ mutata.

§. Perſonam verò.

Alleg. tex. iſte, quod quælibet perſona poteſt rñr recipere inueſtituram, ſiue ſit liber, ſiue ſeruus dummodo interuenerit dat ignorantia infeudantis. Et nota pro intelligẽtia, quod ſi dñs ſcienter inueſtiat ſeruum ſuum de feudo, tunc lex immediate facit ipſum liberum. l. ſuper ſeruis. C. qui militare non poſſu. ca. q. qa alias ſequeretur, quod dñs daret ſibiipſi, quod eſt impoſſibile de iure, qa dẽt eſſe dña & recipiẽtem: ſed ſi inueſtiuit ſeruum alienũ contemplatione ſerui, ſciẽte & patiente dño, & tunc idẽ: ſed ſi dñs ignorauit vel ſciuit, vel fuit inueſtitus contemplatione dñi, & tunc feudum acquiritur dño ſerui, neq; ſeruus efficitur liber, qa feuda poſſunt acquiri per alium. Et ſi dñs dedit feudum ſeruo alieno cũ hoc, vt ſibi & nõ dño requiratur, & hoc expreſſe dr, neutri acquiritur, ſm Dd. Et ſi dñs dubitabat, an eſſet ſeruus, reputatur p ſciente, & tenebit inueſtitura, ſm Bal. Quærunt Dd. an infans poſſit recipere inueſtituram, & ſibi acquirere ſine tutore? Et conclude quod non, de quo per Dd. in l. quamuis §. fi. ff. de acq. poſſ. per Bal. in l. ob donatarum. C. eo. & ſi eſſet talis infans, qui non poſſet fari, ẽt cum auctoritate tutoris non poſſet acquirere: qa non poteſt ſtipulari. ſed oporteret quod tutor hoc ſolus ageret. Dicit Bald. hic, quod ſi in priuilegio contineatur, Conceſſimus tali procuratori Titii, non eſt neceſſe producere inſtrumentum, quia præſumitur illud vidiſſe, prout elegãter notat Bar. ſecundum Bal. in c. nonnulli. de reſcrip. in glo. magna. Et tu potes addere, quod notat glo. in cap. ſi Romanorum. 19. d.

§. Sed vtrum ipſe.

Alleg. tex. iſte, quod inueſtitura poteſt dari & accipi etiã p interpoſitam pſonã, & ſic per pcuratorem. Ad idem quod hr de notis feudo. §. item ſciendum. & quod notat gl. ĩ. de pa. iura. fir. quod eſt verum, ſecundum Doct. ſiue loquamur de propria, ſiue de abuſiua inueſtitura.

§. Fœmina quoque.

Alleg. tex. iſte, quod fœmina poteſt inueſtiturã facere: hoc limitatur non pcedere in muliere, quæ luxurioſe viueret, vel diſiparet bona ſua, cui per hoc adminiſtratio bonorum interdr, quia tunc non poſſet infeudare, ſm Doc. Limita etiam in muliere Longobarda, quia non poteſt. & ſic fœmina põt hre vaſallos & fideles, ſicut maſculus. Et ſic cõſuetudo feudorum põt dare iuriſdictionem fœminæ.

§. Nulla autem.

Alleg. tex. iſte, quod dñs non teneĩ inueſtire vaſallum, qui recuſat iurare fidelitatem, niſi eſſet feudum, in quo non debet iurari fidelitas. Et ſic feudum datur rñr pp̃ter fidelitatem: poteſt tamen per pactum alterari natura feudi, & ꝯtus feudalis, vt hic. Et in hac materia habet hr aliquos caſus ex intentione. Seribentium Primus caſus eſt, dñs promĩt vaſallo facere nouam inueſtituram de feudo nouo, vaſallus recuſat expreſſè præſtare fidelitatem, tunc dominus nõ tenetur inueſtire, nec incidit in pœnam, nec tenetur ad aliquod intereſſe, ut hic. Secundus caſus, quando dominus iam inueſtiuit abuſiue vaſallum de dicto feudo, & vaſallus recuſat expreſſe pſtare fidelitatem, tunc dominus non tenetur ad inueſtituram propriam, ſ. ad realem traditionem poſſeſſionis: & ita etiam poteſt intelligi textus iſte. Tertius caſus eſt, quando facta inueſtitura abuſiua vaſallus non recuſat expreſſe, ſed tacite, diſferendo: & tunc ſi poſt interpellationem factam per dominum non ceſſauerit, tunc priuabitur vaſallus iure ſuo, nec tenetur ampliusdominus ad inueſtituram realem. Quartus caſus eſt, ſi tractatur de inueſtitura feudi antiqui renouanda, & vaſallus expreſſe deneget præſtare fidelitatem, dominus non tenetur ad inueſtituram. Ita etiam poteſt intelligi textus iſte. Quintus caſus eſt, qñ non recuſat expreſſe, ſed eſt lapſum ipſ ad petendum inueſtituram per lapſum anni & menſis, ſi eſt miles; ſi non eſt miles, anni & diei: & tunc vaſallus priuatur feudo, nec tenetur dñs amplius facere inueſtiturã. ĩ. quæ fuit j. cau. beneſi. amit. in prin. c. j. ſup. quo temp. mil. Sextus caſus eſt, quando non apparet de recuſatione expreſſa uel tacita, tunc dominus dẽt inueſtire: qa inueſtitura dẽt præcedere fidelitatem, ut in ti. ſeq. q ita dẽt intelligi. Et prædicta intellige, niſi eſſet tale feudum, in quo vaſallus non tenetur præſtare fidelitatem, vt in textu, non tenetur, etiam, ſi ſemel fidelitas fuit pſtita domino, & ſucceſſoribus ſuis, vt in cap. veritatis. de iureiuran. Non iuratur etiam fidelitas, quando feudum eſt modicum, & pendente controueſia feudi, non iurabitur interim fidelitas. Et nota hic glo. notabilem, quæ ſemper allegatur, qualiter ſit petenda inueſtitura per vaſallum a domino. Et dicet ſic vaſallus: Reuerende domine mi, peto cum omni debita reuerentia, qua poſſum inueſtituram talis feudi mei, quod a te teneo & poſſideo. Et hoc ſi eſt inueſtitura feudi antiqui. Si aute noui dicat, Talis feudi quod a te poſſidere debeo, & fidelitatem tibi facere ſum paratus, & polliceor contra omnem hominem excepto Imperatore, & exceptis anterioribus dominis meis. Dicit tamen gloſ. quòd ſi fidelitas non exprimatur, tamen tacite intelligitur. Et ſic debet vaſallus honorifice & cũ curialitate adire dominum & humiliter petere inueſtituram. Et intellige, ſecundum Dd. quod talis pompa debet obſeruari, vbi eſt conſuetudo loci. Oportet tamen ſemper primo, quod conſtet, quod ſit ille ad quem ſpectat feudum, de quo per Aluarot. in cap. primo. ſup. quo tempo. miles. Et ideo dicit textus notabili. in l. non ignorat. Codi. qui accuſare non poſſunt, quod non debet quis admitti vt talis, niſi prius probet ſe eſſe talem. Nota etiã glo. quæ quærit, an petita inueſtitura teneatur dominus incontinenti illum inueſtire, & ipſum recipere ad fidelitatem, an poterit differre? Et conclude, quod ſi vaſallus iam habuit inueſtituram abuſiuam & propriam, ut quia iam eſt in poſſeſſionem feudi, & petit ſibi renouari inueſtituram, ſecundum formam iuris, & debito modo & tempore, ut quia forte ſuc ceſſit vaſallo mortuo, vel petit renouationem inueſtituræ a ſucceſſore domini, & hoc caſu dominus differat facere talem inueſtituram, priuabitur proprietate, ſi labitur tempus limitatum vaſallo ad inueſtituram petendam, ut notabiliter vult iſta gl. dummodo non ſubſit aliqua iuſta cauſa, qua motus ſit dominus ad differendum: qa ſicut vaſall' ex

cauſa excuſaretur, vt dictũ eſt in c.i. quo tempore miles, ita quoque & ipſe dñs, cum ad paria iudicentur, infra de forma fidelitatis ĩ fi. Nota etiam glo. quod vaſallus eſt abſolutus ab iſta fidelitate, ſi dñs ſuus perdat famã, ut quia ſit excõicatus, vel infamis, vel bannitus: & ſi reſtituitur ad famam intelligitur etiam reſtitutus ad fidelitatem, quia quod cõtumacia abſtulit, obedientia reſtituit. textus eſt notabilis in capi. ex literis. de conſtitu. Nota tamen caſum notabilem, in quo quis retinet feudum, licet recuſet facere fidelitatem, in c ſi minori. ĩ. ſi de fe. fue con. ſed ibi eſt caſus ſpecialis in impubere vaſallo fauore ętatis. & quia per Bal. hic, & Aluar. tangitur de diſueſtura, & concludit, ꝙ diſueſtura fieri debet per habentem ius, quñ fit interdum per dominum propria auctoritate, qñ vaſallus alienauit feudum in alium transferendo. c. t. de prohi. alie. feu. per Loth. vel per ſñiam, qñ vaſallus cõmiſit aliquam culpam vel ingratitudinem. c. j. de feu. ſine cul. non amitten.

QVID PRAECEDERE DEBEAT, AN INueſtitura, vel fidelitas. Titu. IIII.

Vtrum autem. Allega. text. iſte, ꝙ inueſtitura abuſiua debet præcedere fidelitatem, quæ quidem fidelitas, eſt ipſum iurm, quod prꝺſtatur dño a vaſallo ſuo. Et collige ordinem concipiendi inſtrã ĩueſtiturarum. Primo. n. fit ĩueſtitura verbalis anulo, vel alio ſigno. Secundo præſtatur fidelitas dño per vaſallũ. Tertio fit inueſtitura realis, ſ. traditio poſſeſſionis. & rõ eſt, ſm Bal. qa dñs eſt caput feudi, & eſt perſona actiua, ideo prius debet pcedere ad actum, & ideo dẽt primo præcedere inueſtitura verbalis. & fidelitas iſtã, quæ eſt ipſum iurm, continet plura, de quib. in trib. titulis ſequentibus. Nec, ſm Doc. præpoſterõ iſtius ordinis vitiaret inueſtituram, cum ſufficiat, ꝙ ſit ſeruata forma intellectualis. §. ante heredis. Inſti. de leg. ſecus aũt eſſet in caſib. in quib. forma ordinis eſſet de ſubſtantia. l. prolatam. C. de ſen. Nota, ꝙ Bal. vult, ꝙ in ꝯctu feudi hincinde eſt directa & ꝯria, non habet locum niſi in caſib. expreſſis in iure allegat nota. in l. omnino. ff. de impẽſis: & dicit quod hæc doctrina non ponitur alibi.

QVALITER IVRARE DEBEAT, VASALlus domino fidelitatem. Titu. V.

Qualiter autem debeat. Alleg. tex. iſte, ꝙ vaſallus occaſione feudi dẽt iurare dño, ꝙ erit ſibi fidelis, ſicut dẽt eſſe vaſallus, & ꝙ non manifeſtabit ſecretũ ſibi cõmiſſum per dñm: ille aũt q̃ nõ eſt vaſallus rõne feudi, ſed eſt domeſtic⁹ ſeu familiaris, vel ſub iuriſdõne dñi, debet iurare dño, & in ſuo iurõ ſpãliter exprimere vitam, membrũ, mortẽ, & honorẽ ipſius dñi. Et ponc exẽplum de domeſtico & familiari, vt qa ellꝯſiliarius dñi camerarius, pincerna, vel dapifer: põt ẽt exemplificari aliis modis, de qb. hic p Dd. & nota, ꝙ forma iurĩ erit, ut hic exprimitur, & in duob. titulis ſequentib. qd. n. hic deeſt, ibi ſupplet. iurabit ẽt ſm qđ hr̃ in ca. tibi dño. lxiii. di. ſi. n. Imperator iurat Papæ illa, q̃ ponunt in d.c. & tñ nõ tenet a Papa feudũ, multo fortius dẽt iurare vaſallus dño ſuo, ſm Dd. & nota, ꝙ ẽt tex. iſte intelligit de iurõ aſſecurationis, quod pſtant ſubditi dño, licet ab ipſo nihil teneant. ſed rõne bonorũ, q̃ tenent in territorio ſuo, vel rõne habitationis, q̃ habent in loco ſibi ſuppoſito, tenetur ad tale iurm rõne iuriſdõnis. Et nota, ꝙ ꝯſuetudo ſolita in iuris fidelitatis eſt ſeruãda, adeo ꝙ non dẽt induci nouitas ĩ exactione homagii & fidelitatis: & iõ dicit Bal. ꝙ noua iura extorta ꝯ antiq̃ ꝯſuetudinem, intelligunt per impreſſionẽ præſtita, & ita in facto conſultus rñdit. Et nota, ꝙ iſte tex. pbat, ꝙ oẽs familiares debent iurare dñis ſuis, ſi petatur: qa nulla efficacior peſtis ad nocẽdum eſt, q̃ familiaris inimicus. verũ eſt, ꝙ Bal. intelligit de illis, qui ſunt de familia perpetua: ſed ego intelligerem ẽt de familiari temporali, vt vr̃ ẽt ſentire Al. qa vr̃ eſſe eadem rõ. Quærit, qd ſi ſint duo fratres dñi eius dẽ ciuitatis vel caſtri, an debeant viciſſim iurare? & Bald. ꝙ ſic: nec obſt. ꝙ vnus nõ ſit de iuriſdõne alterius, quia quoad fidelitatẽ faciendã & ſuſpicionẽ tollendã vnus fingitur eſſe ſub alio, alter ſub altero pſũptione. iuris. & iõ dicit Luca.

Omniſque poteſtas.

Impatiens conſortis erit. & Ouidius.

Non bene cum ſociis regna Venuſque manent.

Quærit Bal. in tit. ſeq. an dñi terrarum poſſint expellere mercatores, & alios forenſes de ciuitatib. ſuis? Et concludit ꝙ nõ ſine cã, qa mundus eſt omnib. cõis patria poſtquam venerunt, ſed antequam venerunt, poteſt bene interdici. & allegat textum, quem dicit ſingularem, in authen. de quæſto. in princ. Et ſi vaſallus eſt etiam familiaris, vel ſub iuriſdictione domini, præſtabit vtrumque iuramentum ſecundum Doct. vno tamen iuramento poterit utrumque explicare. Et nota, quod Bal. hic in fi. allegat gl. in c. deliberatione. in glo. mag. in fi. de offi. leg. in vi. ꝙ in omnibus iuriſdictionib. maioritas attenditur, quo ad adminiſtrationem.

DE FORMA FIDELITATIS. Titulus. VI.

In iſto titulo traditur ſpecialis forma iuramenti, declarando perticulariter, quæ ſint ipſa capitula fidelitatis.

In epiſtola Philiberti. Alleg. textus iſte, ꝙ vaſallus iurans fidelitatem domino ſuo, debet ſemper in memoria habere ſex capitula, quæ hic ſpecificantur: & ab ipſis non debet tantũ abſtinere, verum etiam ſuper illis auxilium & cõſilium domino exhibere. Similiter econtra vice mutua eſt obligatus dominus vaſallo ſuo uirtute dictæ fidelitatis: & ſic in iuramento fidelitatis intelliguntur iſta de quibus in textu. Et nota textum hic, ꝙ vaſallus debet uti honeſtate in domo domini, & eſt tex. notabilis, ꝙ non ſufficit abſtinere a malo, niſi fiat quod bonum eſt. Et licet vaſallus non poſſit eſſe in iudicio pro aliis contra dominum, vt in hoc textu: tamen pro ſe & ſuis honoribus poteſt & petere & defendere. argumẽ. c. petitio. de iureiurã. Et nota vnum, quod eſt multum notabile, quod ſicut vaſallus priuatur feudo propter delictum commiſſum in dominum, ita dominus priuabitur proprietate propter delictum commiſſum in vaſallum, de quo hic per glo. & Docto. de quo etiam per glo. in c. de forma. xxv. q. v. Et cum debeat applicari iſtud ius proprietatis, vide per Al. in §. fin. quæ ſit prima cauſa benefi. amit. Et ſcias, ſecundum communiter Dd. quod dominus non tenetur iurare vaſallo fidelitatem, ſed in effectu tenetur ſibi intantum abſque ſacramento, inquantum tenetur vaſallus domino cum ſacramento, & ſic intelligitur textus iſte. Et ſic ĩ iuramento nõ eſt parilitas inter dominum & vaſallum. Et quia dicitur hic, ꝙ vaſallus non debet pandere ſecreta domini, quid ſi dominus dixit vaſallo, quod volebat occidere Titium: tunc vaſallus debet perſuadere domino, ne faciat, & dicere Titio ĩ genere, ut ſe cuſtodiat. glo. in c. nerui. xiii. diſt. de quo. in c. ſi ſacerdos. de offi. ordina. Notat Bal. ex iſto texto, quod nõ licet obliuiſci de eo, quod quis tenetur alii facere, præſertim ſub vinculo iuramenti, pro hoc textus in l. magnam. C. de contrahen. & committen. ſtipula. Notat etiam, ꝙ periurus non poteſt eſſe ſaluus de ſuo feudo, & Papa non poteſt diſpenſare. lo. An. in c. 2. de renuncia. in 6. in nouella. Et dicit Bald. ꝙ domini notent bene iſtũ textũ, quia eſt eis terribilis, & allegat Bal. hic textum, quem dicit ſingularem in Auth. de quæſto. in princ. quod nomine popularium veniunt aduenæ habentes incolatum.

DE NOVA FORMA FIDELITATIS. Titulus VII.

In hoc titulo ponitur noua forma iuramenti fidelitatis, quæ de nouo inuenta fuit propter homines ſimplices & ignaros circa interpretationẽ & ſignificationem vocabulorum, qui cupiunt ſcire ſpecialiter & aperte quid habeant iurare, & ad quę ſpecialiter obligentur, licet ſupradicta forma ſufficeret.

Eſt & alia de nouo. Allegatur textus iſte, ꝙ licet iuramentum fidelitatis generaliter præſtitum per vaſallum ſit ſufficiens de iure, ac in ſe contineat integram & perfectam fidelitatem ſine alia adiectione: attamen propter ſimplices & ignaros ſpecificantur hodie, & nominatim exprimuntur in fidelitate ea omnia capitula, ad quæ vaſallus eſt obligat⁹ domino ex debito fidelitatis, modo & forma hic deſcriptis. Et pbat tex. iſte, ꝙ illud, quod de ſui natura eſt tacite ſubintellectum, ſi ſpecificetur, nominatim intelligitur nouam formã inducere: quod intellige ſecundum Bal. ſecũdum formam apparẽtem, ſed non quantum ad intrinſecum ſenſum & virtutem eſſentialem: & ſic forma ſubſtantialis poteſt declinari per formam accidentalem: & fuit inductum quod dr̃ in textu, vt ſubueniretur ſimplicitati, quæ ignorat ſignificationem vocabulorum: & ideo dicit glo. notabi. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de verborum obli. ꝙ tenet dictum teſtis ſimplicis, qui depoſuit talem poſſidere: quãquam interrogatus, quid ſit poſſeſſio, neſcit definire. & poteſt etiam adduci glo. non allegata hic in l. quoniens. C. famil. erciſcũ. quæ dicit, ꝙ non omnis ſcit dicere, Hæredem inſtituo. Et nota vnum per illum textum, ꝙ vaſallus non incidit in pœnam amiſſionis feudi, ſi non prꝺſtat auxilium domino, niſi fuerit requiſitus

quod

quod intellige verum, niſi vaſallus ſciret maximum periculum imminere ipſi domino, quia tunc non debet expectare interpellationem, de quo in c. licet. inf. ſi de feudo fuerit controuerſia: alias autem non priuetur feudo vaſallus, ſi ſponte ſe non offerat ad ſeruiendum, & in iuramento ſubintelligitur poſſibilitas iurantis. facit quod hr in c. breui. de iureiu. Et vaſallus licet teneatur defendere dominum contra alios, ut hic, non tñ ꝯ ſe, pro hoc quod hr in c. petitio. de iurei. Et adde, quæ dixi in Alphabeto, in litera, C. ꝙ primo charitas incipit a ſeipſo. Et quia in iuramento excipitur perſona Imperatoris, vt hic, non tamen excipitur pr, frater, & filius vaſalli, niſi ſecundum Bal. læderetur pr, filius, vel frater vaſalli, circa ea quæ ſunt immutabilia de iure. §. ſed naturalia. Inſti. de iure natura. Excipitur ēt perſona priori domini: item perſona Papæ. c. venientes. de iureiu. item patria propria ſm Doc. Et ita demum vaſallus tenetur iuuare dominum volentem alium offendere, quando hoc facit iuſte: ſecus ſi iniuſte, & hoc cōſtat, de quo in c. j. in prin. hic finitur lex. in dubio aūt tenetur iuuare, & tu pro hoc allega bonam gl. in c. ad aures. de tempo. ordin. nec tex. iſte procedit, ſi dominus eſſet in furore, & vaſallus dedit conſilium, vt caperetur, adhuc, vt curaretur, vel vt corrigatur a propinquis, per ea quæ habētur in l. j. C. de emenda. propinquo. ſecundum Dd. & pro hoc ſi aliquis caperet clericū non doloſe, puta vt prohibere aliqđ malum, non per hoc incideret in Canonem, per tex. in c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. quia animus diſtinguit maleficia. l. j. §. Diuus. ff. ad l. Cor. de ſica. Ponamus etiam, ꝙ ipſum dominū caperet vaſallus in furore conſtitutum, ut in vinculis poneretur. l. Diuus. ff. de oſ. preſi. Querit Alu. an vaſallus teneatur ſeruire domino expenſis propriis? ex cuius dictis facias iſtas concluſiones. Prima eſt, ꝙ ſi apparet ex forma inueſtituræ, quid agendum ſit, illud obſeruetur. Secunda eſt concluſio, ſi hoc non apparet, tunc ſi habet ſufficiens feudum, dēt ſeruire ſuis expenſis, niſi vagetur extra terram propriam. Tertia eſt concluſio, ſi non hēt ſufficiens feudum, tunc ſeruiet expenſis dñi. Quarta eſt concluſio, ſi vult dñs exire patriam propriam, dēt ducere vaſallos proprios expenſis ipſius dñi, & vltra adducta ꝑ eum adde Bar. in l. Mæuia. §. vxorē. ff. de annu. leg. in l. Bal. in l. qui manumittitur. C. de ope. lib. Et no. ſm Dd. ꝙ forma iuri, de qua hic, & in tit. præcedenti, debet obſeruari, niſi ſit alia ſpecialis conſuetudo loci, quia illa debet obſeruari.

§. Inueſtitura. Allegatur tex. iſte, ꝙ poſtquā dñs inueſtiuit vaſallum, & ab eo fidelitatis iuſm recepit, debet ſibi tradere poſſeſſionem feudi, alias ſi nō tradit, tenebitur vaſallo reſtituere omne ſuum dãnum. Nota ergo, ꝙ poſtquam dominus fecit inueſtiturā verbalem ſibi ſit præſtita fidelitas cogitur pręciſe tradere poſſeſſionem veram feudi, nec liberatur pręſtãdo intereſſe: ex quo ſeqr, ꝙ per inueſtituram verbalem cum anulo factã nō adipiſcitur vaſallus poſſeſſionem, de quo ī c. ex ore. de his, quæ fiunt a ma. pa. in c. per tuas. de do. Et quia dr in tex. ꝙ moroſus dñs tenetur vaſallo ad omnem vtilitatem: conclude ſm glo. & Dd. ꝙ tenetur dñs pro damno, quod habuit vaſallus, & ſic ad intereſſe intrinſecum: ſed ſi nos loquimur de interē eſſe extrinſeco, vt quia potuiſſet lucrari ex redditib. feudi, & tunc ſi eſt talis vaſallus, qui non conſueuit mercari, & tunc non debet haberi, ratio talis lucri ſecus ſi erat ſolitus mercari ex alia ſua pecunia, lucrabitur. de quo per Bart. in l. j. C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt. Et notat glo. ꝙ iuſm fidelitatis non eſt obligatorium, ſi ipſi iuranti non ſeruatur fides, & alleg. gl. multa iura. Quærunt Dd. quid ſi dñs non fecit inueſtituram abuſiuam vaſallo, ſed ſolū promiſit ſibi velle dare feudum, an tunc teneatur ipſum inueſtire & tradere poſſeſſionem? Et rñdēt ꝙ ōn, ſed tenetur ad ītereſſe: ſecus ſi fuiſſet ſimplex & nuda promiſſio: ſed ego teneo, ꝙ ēt ſi fuiſſet facta promiſſio per pactum nudū, dato qđ non poſſit agi ad id, quod eſt in pacto deductum, poterit tñ agi ad intereſſe actione de dolo, ſi ex illa promiſſione ſimplici paſſus eſt vaſallus aliquod damnum, per tex. ſingularem, vbi per Bart. in l. & eleganter. §. ſecuns pactionis. ff. de doli.

DE INVESTITVRA DE RE ALIENA FACTA. TITVLVS VIII.

Quia viſum eſt, ꝙ dominus tenetur tradere poſſeſſionem feudi vaſallo, ſed ſi reperitur res illa feudalis, cuius eſt tradita corporalis poſſeſſio, eſſe aliena vel alteri obligata, ex quo poterat dubitari, an cadat aliqua obligatio, & qualis inter ipſum dominum & vaſallum, ſi dictum feudum euincitur a vaſallo, & ideo, vt tollatur prædicta dubitatio, poſitus fuit hic preſens titulus.

CVm de re aliena. Allegatur textus iſte, ꝙ vaſallus inueſtitus ignorantur de re aliena ſeu alteri obligata agit de euictione, ſecus ſi ſcienter, niſi ſpecialiter, ſibi proſpexiſſet. Dominus autem talē inueſtituram faciens indiſtincte tenetur. quod tamen intellige, niſi vaſallus fuiſſet ſciens, quia tunc non tenetur, quia ſcienti & volenti non fit iniuria neque dolus. l. cum donationis. C. de tranſac. Et nota, ꝙ vaſallus ignorans agens de euictione, non agit ad duplum, ſed ad tantundem eiuſdem bonitatis, & qualitatis, & ſic eſt caſus, in quo peti poteſt præſtari ſpecies per ſpeciem: ex quo infertur, quod procedit talis libellus, Peto cambium feudi euicti. Et tu adde glo. in c. præſentium. 7. q. 1. quæ dicit, ſi Epiſcopus contulit alicui beneficiū, & illo priuetur, tenetur de alio ſibi prouidere. Et quia dicit hic, ꝙ non debet attendi ſcientia vel ignorantia domini, qa debuit hoc ſcire, vt in gl. quia non intereſt vaſalli, an decipiatur ſcientia, vel ignorantia, vel calliditate domini, prout probant iura deducta in glo. Tu habes, ꝙ pro re donata euicta nō agitur de euictione. l. ad reſ. ff. de ædil. edi. Limita hoc nō procedere in re data in feudū, quia ibi non eſt donatio ſimplex, ſed ob cauſam, vt vaſallus ſeruiat, vt hic. No. ēt aliam limitationem: tu habes, ꝙ emptor rei feudalis ſcienter nō pōt ſibi prouidere ēt per ſpeciale pactum, vnde agere poſſit, vt in §. callidis. de prohi. alie. feu. per Fed quia illud eſt verū, qñ emit aliquis lege prohibente. vnde cum facit contra legem, non poteſt gaudere beneficio ſuæ prouiſionis. l. non dubiū. C. de legib. Sed in caſu iſto vaſallus non faciebat contra legē prohibentem. l. rem alienam. ff. de cōtrah. emp. vnde poteſt ſibi prouidere, & pendente cauſa euictionis, tenet interim vaſallus ad ſeruitia, qa recipit cōmodum feudi, ſecundū Bal.

§. Rei autem. Allegatur tex. iſte, ꝙ vaſallus pro cã feudali pōt in iudicio cōparere tam agendo quam defendendo. Et probat tex. iſte notabiliter, ꝙ eſt dare proprietarem, & quaſi proprietatē, dominiū & quaſi dominium, pro quo gl. ſingularis, ſecundum Bal. in l. 2. §. quædam. ff. de interdic. & gl. in l. recte. ff. de ver. ſig. Et ſic no. ꝙ vaſallo eſt conceſſa vtilis rei vendicatio tanquam domino, vt in tex. de quo hic per gl. Et communiter concluditur, ꝙ vaſallus habeat vtile dominium. Et no. ſecundū Doc. ꝙ vaſallus poteſt vendicare feudum a domino, ſi illud iniuſte poſſidet. l. j. in fi. ff. ſi ager vectiga. Et ſi vterque, ſcilicet vaſallus & dominus concurrat ad vindicandum feudum a poſſeſſore, præfertur vaſallus, vt in d. l. j. in fi. Et ſi vaſallus nolit agere, & dominus agat, non poteſt excipi de dominio vtili, quod eſt apud vaſallum, ſecundum Dd.

§. Quid ergo. Allegaē tex. iſte, ꝙ ſeruitus impoſita feudo per vaſallum nō ꝑiudicat domino, etiam ſi præſcriptio longa interceſſerit. Et ſic vaſallus non poteſt imponere, nec pati, ꝙ imponatur ſeruitus ſuo feudo in præiudicium domini, nec etiam præſcriptio nocet dño, vt in tex. in præiudicium tamen ſui vaſallus pōt pati ſeruitutem, poſt iſtam tñ impoſitionem ſeruitutis non priuaē feudo, ſicut ſi alienaſſet, ſm Doc. Et no. ſm Doc. ꝙ ſi vaſallus contraxit debita, & feudum aperiatur dño, non tñ teneē dñs creditorib. & ſi ex cã iudicati fiat executio in bonis feudalib. qa nihil aliud hēt vaſallus: fit præiudicium dño in vita vaſalli, non poſtquam feudum eſt apertū domino, ſecundum Doctor.

§. Econtrario. Alleg. tex. iſte, ꝙ augmentū factū ad feudū ꝑ vaſallū, nō cenſeē cã pars feudi ſi ꝑ ſe ſubſiſtat, alias ſecus. Et no. ex hoc tex. ꝙ ſi vaſallus emit aliquā rem ꝯiunctā feudo, nō cenſetur eſſe feudalis, & qa pōt ſtare ꝑ ſe, & qa ſua cōpenſa & induſtria hoc accidit: ſecus ſi per alluuione dicta portio accreuiſſet, de quo ī §. ſi quis de manſo. ſup. ſi de inueſt. feu. cont. ſue. Seruitus etiā acquiſita per vaſallum cenſeē feudalis, quæ non pōt eſſe ſine prædio, & iſto caſu, ſi feudum aperiatur dño vel agnatio, tenentur ſoluere æſtimationē ſeruitutis hæredib. vaſalli, vt probaē in §. ſi vaſallus. in tit. hic finitur lex. Et no. ex iſto tex. vnā bonā regulā, ꝙ vaſallus nō pōt facere deteriorē cōdōnē feudi in præiudiciū dñi & agnatorū, ſed meliorē ſic, vt hic & ī. de alie. feu. paterni. in prin. Et ſi aliquis habebat in feudū caſtrū ſine iuriſdictione, & poſtea acquiſiuit iuriſdictionē, iſta iuriſdictio eſt diuiſibilis & ſeparabilis, quia mœnia caſtri poſſūt eſſe vnius, & iuriſdictio alterius, ſecundum Bal.

§. Quamuis. Alleg. tex. iſte, ꝙ utile dominium eſt vaſalli directum eſt apud dominum & ideo vxor, quę debet habere certam portionem de bonis mariti, non habebit bona feudalia: nec etiam vaſallus pōt pignorare creditori feudum, cum non habeat plenum dominium. & iſtud, quod dicitur in tex. de vxore, intellige etiā ſi ambo eſſent inueſtiti, niſi aliud eſſet dictum in inueſtitura, ſecundum Dd. Intellige etiam quod dr de pignore ſine licentia dñi, ꝙ ſi faciat, priuabitur feudo. c. j. in prin. de prohi. alie. feu. per Fede. Et ratio tex. eſt, quia cum vaſallus non hēat integrum dominium rei ī feudalis, nō poteſt fieri diſtractio præiudicium domini, qui habet directum.

QVALITER FEVDVM OLIM POTErat alienari. Titulus IX.

Quia ſuper hac mataeia alienationis erant olim diuerſæ conſuetudines, et variæ dabantur ſententię, vt prædicta cognoſcantur, et vt hodie omnis dubitatio tollatur, poſita eſt iſta rubrica.

ESt autem optima. Allegatur textus iſte, ꝙ ex cõſtitutione Lotharii prohibita eſt hodie omnis alienatio, licet olim ex neceſſitate potuiſſet vendi vſq; ad medietatem etiam domino inuito. Et ſic hodie ĩ iſto textu prohibetur alienatione feudi etiam ex neceſſitate ſine voluntate domini: & hoc ideo, quia vaſallus non habet plenũ dominium. Nec obſtat. l. 2. C. de patri. qui filios diſtraxer. q̃a ille textus loquitur in illo, qui non habet ſuperiorem: ſed vaſallus habet ſuperiorem dominũ, & iſtud ius vaſalli eſt ſuppoſitum obſequio domini, & ideo nõ poteſt alienare, licet ſe non intromittat de iure proprietatis ſpectantis ad dominum, ſecundum Bal.

§. Si verò. Allegatur tex. iſte, ꝙ olim vaſallus de ſuo feudo poterat alium ſine fraude inueſtire, quæ inueſtitura irritabatur, ſi primo domino feudum ꝑ dictum aperiebatur, niſi ſecundus vaſallus ab ipſo primo domino recognoſcere voluiſſet. Et ſic nota, ꝙ licet infeudatio facta efficiatur caduca in perſonam vaſalli infeudantis, non tamen fit præiudicium ſecũdo vaſallo, ſi vult a primo domino recognoſcere: & ſic reſoluto iure datoris, non eſt reſolutum ius acceptoris, quod tamen intellige, niſi ius primi vaſalli eſſet reſolutum propter delictum commiſſum in perſonam domini: quia tunc reſolueretur ius ſecũdi, & applicaretur domino ſecundum Docto. Nõ tenebitur etiam dicta infeudatio in præiudicium agnatorum vaſalli, ſed ſolũ donec vixerit infeudans. Et nota etiam hic caſum, in quo dominus compellitur habere alium vaſallum, quàm vellet. & ratio eſt, quia vaſallus infeudat alteri ſibi ſimili cum eiſdem modis, ita ꝙ domini non intereſt habere plus vnum q̃ alium. Et ex iſto textu ſumit Bal. argumentum, ꝙ ſi Baro aliquis mereatur amittere feudum, non debet Imperator vel Rex ſibi illud appropriare, ſed alteri Baroni committere, qui eadem ſeruitia debet exhibere.

§ Donare. Allegatur tex. iſte, ꝙ olim ex nulla conſuetudine alicuius Curiæ poterat vaſallus alteri aliquo modo donare feudum: item nõ poterat relinquere ad pias cauſas pro aĩa ſua: item non pterat locare in fraudem, ita ꝙ dicta locatio hr̃et inſtar alienationis: ſi autem ſine fraude locabat ad tẽpus, hoc bene licebat. & iſtud quod dr̃ hic de donatione, ẽt hodie procedit c. j. de prohibi. aliena. feudi per Fede. quia donatio. hoc limita non procedere, ſi donaret filio vel agnato, qui eſſet ſucceſſurus: quia iſta non dr̃ alienatio, ſed refutatio quædam, vt inf. de alien. feudi paterni. in princ. Et ẽt hodie non poteſt vaſallus relinquere pro anima, vt inf. de prohibita alie. feu. per Fed. in ver. pro anima iudicare: quia ratio feudalis prohibet, ꝙ vaſall⁹ in teſtõ vel in vltima voluntate poſſit diſponere de ſuo feudo, ſup. de ſucceſſio. feu. in prin. Hodie eſt permiſſa locatio, vt in iſto textu, dummodo non fiat in fraudem. Et nota, ꝙ vr̃ eſſe verior & communior opinio, ꝙ pr̃ non poſſit dare ĩ dotem filiæ feudũ ſine conſenſu dñi: & iſta eſt opinio glo. hic, cũ qua multi Dd. & facit rõ: ſi non põt alienare ẽt pro neceſſitate famis, multo minus dẽt, poſſe alienari ex cauſa dotis, & hoc ẽt probatur ĩ hoc tex. Verior eſt ẽt illa opinio, ꝙ mulier feudataria poſſit dare in dotè feudum ſuum marito ſine conſenſu dñi, dummõ non det æſtimatum, neq; aliquod pactum de lucrando apponat: conſilium tñ bonum eſt, vt mulier ſe nõ inuoluat inter opiniones, q̃ multæ ſunt ꝯ ipſum, ꝙ requirat conſenſum dñi: non aũt fiet præiudicium agnatis, q ſucceſſuri ſunt. Nec dicatur, hoc eſt ꝯ libertatem eccleſiaſticam, ꝙ non poſſit relinqui eccleſiis pro aĩa: quia iſtud non eſt, vt fiat ꝯ libertatem eccleſiaſticã, ſed hoc operat̃ nã rei feudalis inalienabilis, quæ non poteſt alienari pl⁹, q̃ lex permittat. põt tñ legatum feudi roborari cõſenſu dñi, ẽt poſt mortẽ vaſalli: nam q p̄t pręſtare conſenſum in ꝯctu, põt ẽt in vlti. voluntate, text. eſt ſingularis in l. ſicut. §. venditionis. ff. quib. mo. pig. vel hypo. ſolui. Hoc ẽt probat tex. ĩ. de ꝓhi. alie. feu. per Fed. §. j. & nõ dẽtur ẽt æſtimatio feudi legati ꝓ aĩa licet non teneat in ipſa re, ſm̃ Dd. Et quẽadmodũ vaſalla mulier põt conſtituere dotẽ in feudo, ita ẽt põt conſtitui donatio ꝑꝑ nuptias, cum ęq parent̃, ſm̃ Bal. auth. dos data C. de do. ante nuptias. tñ; vt dictum eſt ſ. eſt bonũ conſiliũ, ꝙ mulier requirat ꝯſenſum dñi, ita etiam in iſto caſu. Et an meliorationes feudi poſſint dari in dotẽ, Bal. tenet ſimpliciter ꝙ non. Alua. dicit, ꝙ debemus diſtinguere qualitates & genera agnatorum, vt fuit dictum ſup. proximo. §. ꝯ̃rio.

§. Porro. Allegatur textus iſte, ꝙ ſi olim antiquo iure vaſallus alienabat feudum, vł partem ipſius ſine conſenſu domini, poterat dñs redimere ab emptore pro æquali precio, niſi dominus ſciens renunciaſſet iuri ſuo expreſſe vł tacite per lapſum anni: ſed pręſcriptione. 30. annorum repellebatur ſciẽs & ignorans, agnati autem ꝓximiores vaſallo præferebantur dño in prohibẽdo & redimẽdo. Et nota, ꝙ illa appellatur optima conſuetudo, quæ prohibet alienationẽ feudi, vt probatur in priu. huius tit. & in iſto tex. ponitur regula, ꝙ quilibet poteſt renunciare iuri ſuo, & vltra adducta per Alua. vide ĩ meo Alphabeto, in litera, R. Et nota textum, ꝙ annale ſilentium ſcientia mediante hẽt vim refutationis, & ſic talis annus nõ currit ignoranti: tp̃s tñ xxx. annorum præiudicat etiam ignoranti, & tollitur totum ius negligentis: quia tale tempus eſt inductum odio negligentis. glo. ſingularis in l. fi. in fi. C. de edic. diui Adria. toll. & quod dicitur in textu iſto, ꝙ agnati pręferuntur domino, hoc procedit ſecundum iura antiqua: quid autem ſit hodie, vide quę ſcribit Al. in §. fi. inf. quę ſit pri. cauſa benefi. amitt. in ſuis concluſionibus. Et nota ſingulariter gl. hic, cum qua tranſeunt Dd. ꝙ ſi per ſtatutum vel cõſuetudinem liceat creditoribus accipere tenutam in feudo debitoris, & illud vendere, ꝙ tunc habebit locum hodie iſte textus, ut dominus poſſit redimere pro eodem precio, ac etiam a principio prohibere venditionem, excluſis emptoribus: agnati tamen ꝓferuntur domino per iſtum textum, & teneas glo. hic, dum dicit de ſtatuto Vicentiæ, ꝙ teneat tale ſtatutum. Et nota ſecundum Dd. ꝙ ſi eſt ſtatutum, quod agnatus poſſit reuocare rem venditam per agnatum, dato eodem precio intra certum tempus, ſi emphyteuta vendit ius ſuum, quia poteſt dominus reuocare. l. fina. Cod. de iure emphyte. quod dominus debet præferri agnatis. quia ſtatutum debet intelligi ſine præiudicio ipſius domini. Et ſi eſt factum pactum, quod propter delictum non perdatur feudum, valet ſi felonia eſt in omittendo, ſecus in committendo. Bal. in l. j. ff. de rerum diuiſione. q. 3.

§. De illa verò. Allegatur textus iſte, quòd ſi quæratur, an dominus poſſit alienare feudum, recurratur ad legem, quæ hodie poſita eſt infra de le. Corradi. §. ex eadem. Et ex textu iſto habes, ꝙ vnum ſtatutum poteſt ſe remittere ad aliud, & ſuppleri per aliud. & dum Alua. quærit, vtrum ſtatutum faciẽs mentionem de alio probet, ſi non apparet de illo, ad quod fit relatio, vltra adducta per eum vide multa, quæ ſcripſi in Alphabeto, in litera, S.

QVIS DICATVR DVX, MARCHIO, COmes, Capitaneus, vel Valuaſor. TITVLVS X.

Quia poterat dubitari de nominibus ipſorum valuaſorum, ideo ponitur iſta rubrica.

Qui a Principe. Allegatur text⁹ iſte, quod Dux dicitur, qui a Principe de Ducatu eſt inueſtitus: Marchio, qui de Marchia: Comes, qui de Comitatu. Qui vero eſt a Principe vel ab alio inferiore inueſtitus de aliqua plebe, vel parte plebis, appellatur Capitane⁹: ſed olim appellabatur Valuaſor magnus. Qui autem à Capitaneis eſt inueſtitus, appellatur magnus Valuaſor. Illi vero, qui ab iſtis maioribus Valuaſoribus inueſtiuntur, appellant̃ minores Valuaſores ſeu Valuaſini. Et hoc tale feudum olim non habebat propriè naturam feudi: ſed hodie exequata eſt omnis natura feudorum, quantum ad ipſorum retentionem. Tu habes in hoc textu dignitates & nobilitates gradatim eſſe diſtinctas. Marchio & Comes propriè dicuntur regni vel Regis capitanei: illi vero, q ab iſtis feuda recipiũt, dicuntur propriè maiores valuaſores regni, qui tamẽ hodie nũcupantur capitanei, vt in glo. hic. Illi autem q ab iſtis maiorib. accipiunt feuda, appellantur minores valuaſores, hoc eſt, valuaſini, vt in iſto textu. Illi vero, qui ab iſtis minoribus accipiunt feuda, dicuntur minimi valuaſores, vt in glo. hic poſita. Sunt adhuc alii inferiores vaſalli, qui accipiunt feuda ab iſtis minimis valuaſoribus: nam hodie quilibet, quantũcunque inferior & minimus, etiam ruſticus, poteſt infeudare, dummodo habeat legitimam adminiſtrationẽ bonorũ, ut dictũ eſt qui feu. da. poſſ. in prin. Et nota, ꝙ ille proprie dr̃ Comes, qui eſt inueſtitus de Comitatu. ex quo infert Bald. ꝙ abuſiue ſine Comitatu dr̃ Comes, ut ſunt iſti Comites, qui habent priuilegium a Principe, vt poſſint legitimare, creare Notarios, & ſic de aliis.

§. Cæteri vero. Allegatur text. ille, quòd illi, hodie accipiunt feuda a valuaſorib. maiorib. q hodie appellant̃ capitanei, non nobilitant̃ ꝑ tale feudũ, ſed remanẽt plebei, ſicut illi q ſoldatã accipiũt. Quid autem ſit ſoldata, declaratur in hoc textu. Collige ergo

go ſic,quod omnes illi,q ab Imperatore vel rege, vel etiam ab his,qui proprie dicuntur Regni Capitanei magni, feudũ habent,cenſentur nobiles,etiam ſi de nouo capiunt,vt ſup. eod.verſicu.qui vero a Principe.Alĳ autem inferiores, qui minores & minimi Valuaſores ſunt, cenſent plebei, vt hic, niſi ab antiquo feudum habeant,ut ſupra,in verſi. qui vero capitaneis.Ex quo infert Bal. quod nobilitas attribuitur antiquitati, ita quod omne antiquum feudum poteſt dici nobile. Et ſi tu vis ſcire, quid ſit ſoldata, dicas, quod eſt quędam præſtatio annua & gratuita, quæ a neutra parte tranſit in hæredẽ,vt quia forte datur alicui nobili ad paupertatẽ redacto,vt multotiens fit in Curiis Principum & talis datio ſoldatæ non cẽſetur feudum. Et per hoc dicit Alu. ꝙ differt a feudo,quod percipitur de Camera vel Canipa, de quo fit mentio ſup.de feu.cog.c.ij.quia illud datur propter aliquod ſeruitiuꝫ factum domino,& cenſetur feudum, & tamẽ ibi Aluarot.allegans iſtum tex.dicit,quod expirat morte dantis & recipientis,ergo videtur ꝙ ſit parua differentia. Poteſt tñ per pactum,ſeu per priuilegium iſta ſoldata tranſire ad hæredes.Sed ego non credo,ꝙ ſi vnus Princeps gratis promittat dare alicui nobili ad paupertatem redacto, omni anno certum quid de redditibus ſuis, & promittat etiam pro hæredibus ſuis,quod iſta ꝓmiſſio obliget ſucceſſorem, per ea quæ notantur in l.digna vox.C.de legib.Et Aluaro.dicit hic multa de nobilitate.Sed tu vide,quæ dixi in alphabeto,in litera,N.ſolum dicam hoc, q a ſolet dubitari vſque ad quem gradum extendatur nobilitas,& conclude ſecundum Bar.in l.j.C.de digni.lib.xii.ꝙ quandocunq; illud, ex quo ſequitur nobilitas,tranſit ad poſteros,ſicut eſt Regnum, Ducatus, & Comitatus,& ſimilia.& tunc vſq; ad infinitũ erit nobilis ille,ad quem tranſit,ſed non ex perſona parentum,ſed q a habet id,ex quo eſt nobilis. Quandoque illud non tranſit, & tunc de iure communi ex perſona parentum non tranſit vltra pronepotem.l.Diuo.C.de quæſtio.Sed regulariter de cõſuetudine omnes deſcendentes admittuntur, vt habeantur pro nobilibus,donec peruenerint ad paupertatem,vel ad viles artes,& tunc incipiunt eſſe ignobiles.Et Bald. hic quærit, quæ differentia ſit inter dignitatem & nobilitatem, & dicit, ꝙ dignitas ſicut ſtola induitur & exuitur, vt patet in Præſide prouinciæ,q deponit dignitatem,& ea induit ſucceſſorẽ. Sed nobilitas eſt quid ꝑpetuo annexum.dicit etiam Bal. per iſtum textum,ꝙ omnes dignitates fluunt a Principe tanquã a fonte,& in eo ſunt oẽs theſauri dignitatũ reconditi. Nam ꝙ plus eſt,vtique tanti eſt.

DE SVCCESSIONE FRATRVM,VEL GRADIBUS ſuccedentium in feudo. Titu. XI.

Poſtquam viſum eſt de acquiſitione,feudorum per inueſtituram, modo ponitur de acquiſitione, quę fit per ſucceſſionem.

Per ſucceſſionem

ALlegatur textus iſte. ꝙ in ſucceſſiõe feudi prima cauſa eſt maſculorum deſcendentium per ſexum maſculinum,excluſis fœminis & quibuſcunque deſcendentibus ex illis, niſi natura feudi aliud diſponeret. Et in hoc eſt differẽtia inter feuda & alias hæreditates.l.maximum vitium.C.de li.præt.Eſt & alia differentia,quia in hæreditatib.de iure communi ſuccedunt parentes,Auth.defuncto.C.ad Tert.ſecus in feudo,inf.de natu.ſucceſ.feu.c.j. Item in materia feudali non ſuccedunt cognati,vt dictum eſt per Docto.ſup.qui feu.dare poſſ. §.penu. ſecus de iure communi,quia ſublata eſt differentia agnationis & cognationis,auth.poſt fratres.C.de legiti. hæredi. emphyteuſis tamen tranſit ad fęminam.§.emphyteuſim.in Authen.de non alienan.licet non feudum,vt hic.Et nota ſecundum Doct. ꝙ in materia feudali dẽt fieri cõputatio graduũ ſecundum ius ciuile,de quo per Doct.in §.penul.ſup.de his, qui feu.dare poſ.

§.His vero. Allegatur textus iſte,quod in ſucceſſione feudi paterni non exiſtentibus deſcẽdentibus,vocantur primo fratres cum filiis fratrum præmortuorum,deinde proximiores agnati gradatim, dummodo deſcendant ab eo parente.qui fuit auctor agnationis cõmunis,& cuius fuit dictum feudum. Et dum dicitur agnationis communis,intellige ſic,ſi ille, qui intendit ſuccedere in feudo,traxit originem ab eodem vaſallo, qui feudum acquiſiuit cum eo,cui ſuccedere vult,alias ſecus.Et nota,quod id ꝙ dicitur hic,habet locum in feudo paterno,quia in feudo nouo non ſuccedunt agnati,niſi dictum ſit in inueſtitura.§.fin. ſup.de ſucce.feu.c.j.de benef.frat. Et iſte tex.eſt melior de iure,ſm Doct.ad cognoſcendum feudum paternum, quoniã illud dicitur eſſe paternum,ꝙ fuit illius parentis, qui fuit genitor agnationis communis. ad idem tamen eſt textus in c. j.de natu.ſuc.feu.Et ideo dixit Bal.ꝙ in feudis ſucceſſio ſemper aſpicit ſuum ſtipitem,& non alium, q nõ eſt ſtipes agnationis communis.Quærit Bal qd ſi Rex concedit mihi caſtrũ in feudum nomine & iure antiqui feudi poſſidendum, dato quod ſit nouum, an aſſumat ſibi vires feudi antiq & qualitatem?& reſpondet ꝙ ſic.c.j.in princ.inf.de aliena.feudi pat. Et nota,ſecundum Doct.ꝙ in feudis fratres vtrinque cõiuncti non excludunt fratrem a patre tantum, licet ſit ſecus de iure communi per iſtum textum,& ratio eſt, q a iſti tales veniunt ſolum ex vinculo agnationis, nõ autem virtute alicuius ſanguinis.

§.Si vero. Allegatur textus iſte,quod ꝑſumptio trãſfert onus probandi in aduerſarium, & iudex cauſa cognita in defectum probationis conſiderare dẽt cui potius ſit iuramentum deferendũ. Et pondera bene iſtũ textum,quod non eſt procedendum ex abrupto,& præcipitanter ad delationem iuramẽti in defectum probationum, ſed cauſa cognita, & in tali delatione iudex dẽt habere æq̃tatem prę oculis,quia iſta delatio magis innititur ęquitati,q̃ rigori,vt notab.vult glo.hic.& ideo Bal.ſup.de contro. inue. in prin.dicebat, ꝙ iuramentum non poteſt vnquam deferri in defectum probationis, niſi viſo & cognito qualis ſit iſte defectus,& diligenter examinato, & tu potes adducere textum in l.in bonæ fidei.C.de iureiu.Et pro intelligentia ex gl. facias iſtas concluſiones.Prima eſt, incumbit probatio illi, qui dicit feudum eſſe nouum,quia erat præſumptio, ꝙ erat antiquum.Secunda eſt,ꝙ textus iſte debet intelligi, qñ neuter litigantium poſſidebat,quo caſu incumbit potius probatio alleganti eſſe nouum,quam alleganti illud eſſe antiquũ Tertia eſt concluſio,ꝙ ſi eſt præſumptio ꝓ actore, ꝙ ſit nouum,reus allegans illud eſſe antiquum debet probare,ꝑſumptio enim hoc operatur vtroque caſu, vt onus probãdi trãſferatur in eum,contra quem militat præſumptio.vnde non ſemper eſt deferendum iuramentum poſſidenti, ſi aliæ præſumptiones ſint contra eum.Quarta eſt concluſio,iudex debet eſſe medius inter vtranque partem,vt in l.vbi falſi. C.ad l.Corne.de fal.non autem debet ſe ex abrupto & inconſiderate regulare tanquam dominus & princeps litis. & ſit debet diligenter conſiderare,cui potius ſit deferẽdum iuramẽtum.

DE FRATRIBVS DE NOVO BENEFICIO inueſtitis. Tit. XII.

Hic declaratur quod iuris in feudo nouo,an ipſi fratres ſibi viciſſim ſuccedant.

Si duo fratres.

ALlegatur textus iſte. quod frater non ſuccedit fratri in feudo nouo, niſi in inueſtitura hoc eſſet actum.& ſic conclude ex hoc textu,quod ĩ feudo nouo non habet locum ius accreſcendi etiam inter fratres.ad idem tex.ſup.de his,qui feudum dare poſſunt. §.j. Secũdo collige, quod contractui per pactum poteſt dari noua forma.l.i.§.ſi conuenerit. ff. depoſi. Sed quæritur, quid ſi portio huius feudi non poſſet ſeparari, eo quia ipſa res feudalis eſt indiuiſibilis,an tunc accreſcat ipſi vaſallo ſuperſtiti dicta portio defecta?Glo.non decidit,ſed conclude,ſecundũ magis communiter Docto.quod ſic,quod accreſcit vaſallo & non domino,& ſic totum feudum in effectu pertinebit ad fratrem ſuperuenientem,quia dominus veniret cõtra factum ſuum,ſi auferret feudum.l.poſt mortem.ff.de adoptionib.Dicunt tamen Docto.quod iſte frater vaſallus ſuperſtes tenetur dare æſtimationem illius partis ſibi auctæ domino ſuo Hanc autem concluſionem limitat Aluar.duobus modis.Primo,niſi dominus conceſſiſſet feudum contemplatione fratris mortui,qui fuerat ſtrenus miles, ſed dominus dabit æſtimationem partis fratri ſuperſtiti. Secundo limitatur niſi portio defecta eſſet maior,quam portio fratris ſuperuiuentis,quia tũc maior pars,in qua vocatur dominus,traheret ad ſe minorem,& dabitur æſtimatio per dominum,arg. l.ſancimus.§.ne autem.C.de dona.ſecundum Iaco.de Bel.Et ſi tu vis ſcire exempla feudi indiuiſibilis,ponit gl.exemplum in ſeruitute & in ſtatua.Et intelligas, quod iſta ſtatua erat affixa & immobilis in certo loco,& quod ex hac ſtatua perciperetur aliqua vtilitas,forte quia qui volebat illam videre,dabat vnum ſolidum,prout notat glo.in l.ſtatuæ.ff.de vſufruc. Potes etiam exemplificare in omnib. iurib.incorporalibus, excepto vſufructu,& in oĩbus quæ commode diuidi nõ poſſunt, vt quia forte eſt infeudatum ius piſcandi, ius eundi, & ſic de ſimilibus.Et conclude,quod frater,qui traxit ad ſe aliã partem fratris mortui in feudo indiuiſibili,quod non habet niſi ſuam in feudum,quia aliam partem emit dãdo æſtimationem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tionem. & ſic non habet iure feudi, & fiet æſtimatio huius portionis defectæ hoc modo. quia debet fieri licitatio, & ſecundum maius precium oblatum fiet æſtimatio, ſecundum Doctores. & per hanc viam poterit dominus conſequi totam rem offerendo magnum precium, quod uaſallus nolit vel non poterit exburſare, & ſic dominus poterit conſeq per viam indirectam, quod non poterat per directam. Et ſi q̄ratur, vtrum qs poſſet inueſtiri eo pacto, ut ſibi ſuccedat extraneus, non frater? Et conclude quod non, ſecundum Doct. niſi aliquis reciperet inueſtituram pro ipſo extraneo, quia ſpeciale eſt in fratribus, vt hic patet. ergo in aliis ſecus. l. cum Prætor. ff. de iud.

§. Si duo fratres, Allegatur textus iſte, ꝙ feudū acquiſitum per vnum ex fratribus ſimul habitantibus non efficitur commune, etiam ſi eſſet acquiſitum ex re communi, niſi ſolum quoad fructus durante communione, expenſa tamen facta in acquirendo ex re communi debet reſtitui pro rata competenti. Et nota, quod tria requiruntur ad hoc, vt feudum acquiſitum ꝑ vnū ex fratribus ſit commune, videlicet quod ſimul cohabitent. Item quod ſit acqſitum ex bonis communibus. Item ꝙ dominus, qui infeudauit, ſciat hoc, gl. ſup. qui feudum dare poſſunt. §. & quia. Nota hunc textum, quod qui viuunt ad vnū panem & vnum vinum, debent ſimul communicare redditus & prouentus proprios, quod dicit Bald. eſſe verum duntaxat vſque ad neceſſitatem victus, quoniam ſi aliquid ſupereſſet vltra neceſſitatē, eſſet domini. Et adducit ſimile de fructibus prouenientibus ex rebus paraphernalibus vxoris, in quibus ſi aliquid ſupereſt, quod non ſit conſumptum, debet pertinere ad ipſam vxorem, per ea quæ notantur in l. vbi. C. de iure dotium. in l. fin. C. de pactis conuentis. & ita dicit Barto. conſuluiſſe. Et adde Bald. & modernos, l. fina. C. de colla. quod ſi vnus ex fratribus conſumpſit fructus ſuos aduenticios in communi menſa, & poſtea velit repetere, nō poteſt. Probat etiam textus iſte, quod nemo compellitur inuitus vaſallum acquirere. Tu habes glo. hic, quæ ſolet allegari, an feudum ſit caſtrenſe peculium. Et ideo pro intelligentia ſacias tres concluſiones. Prima eſt, quando dominus dedit feudum militi, qui fuit in bello, quia fuit ſtrenuus, tūc eſt caſtrēſe, arg. l. ſi caſtrenſe. l. ſi forte. ff. de caſtren. pec. Secunda eſt cōcluſio, ſi dominus dedit tali, & non eo reſpectu, & habet dominus diſtrictum vel iuriſdictionem, tunc erit quaſi caſtrenſe, quia ex publico acquiſiuit uaſallus. argu. l. fin. C. de inoff. teſtamen. & l. fori. C. de aduoca. diuer. iudicio. Tertia eſt concluſio, ſi vaſallus acquiſiuit feudum ab alia perſona, nō habente iuriſdictionem ſeu diſtrictum, tunc feudum erit aduentitium, non caſtrenſe vel quaſi. ita in hoc paſſu concludunt Docto. Et intellige iſtum textum, quando dominus ignorabat feudum acquiri de communi pecunia, ſecus ſi ſciuiſſet, de quo in capitul. primo de beneficio fratris. & in caſu quo feudum eſt aduentitium, an pater habeat vſumfructū, ſunt opiniones & rationes. Tu potes facere duas ꝯcluſiones. Prima eſt, pater tanquam priuilegiatus in bonis aduentitiis filii non poteſt habere vſumfructum in bonis feudalibus, ſicut in cæteris aduenticiis; quia feudum datur filio, vt fructus percipiat, & inde ſeruiat. §. fina. infra in quibus cauſis feudum amit. Secunda eſt concluſio, quando pater habitat ſimul cum filio in communi menſa, tunc fructus ſunt communes, per iſtum textum, qui licet loquatur in fratre, fortius debet eſſe in patre. de qua quæſtione vide per Bald. in l. cum oportet. §. 1. C. de bonis, quæ liber. Quæritur, quid ſi frater clericus præbendatus habitat ſimul cum alio fratre an clericus teneatur conferre ſuum peculium? & cōclude, quod ſi habitant ſimul, & habent menſam communem, tunc conferre debet vſque ad neceſſitatem, per ea quæ dicta ſunt ſupra ſecundum Aluarot. & vide per Bal. in l. ſacroſanctæ. C. de epiſcopis, & clericis. Nota, quod Bald. hic quęrit, nunquid capanna dicatur domus? Et reſpondet, quod excepto communi vſu loquendi, non dicitur domus proprie. Nota etiam quæſtionem, quam ponit Bald. de Comite Sabaudiæ, qui conceſſit cuidam poſſeſſiones, quas habet vltra montes, & alii quas habet citra mōtes, quod loca huius mediæ regionis non veniunt in conceſſione: quia dictio, Vltra & Citra, denotant ſeparationem. & quia qui in montibus habitant, non dicuntur proprie vltramōtani, nec citramontani. Dicit etiam Bal. quod filiusfamilias poteſt teſtari de equis & armis a patre conceſſis, non autem de rebus immobilibus. l. ſi filius. C. famil. erciſcun. Galli tamen & Britones poſſunt teſtari de aduenticiis, quia ſecūdum legem eorum non ſunt in ea poteſtate patris, quæ inuenta eſt de iure Romano. gloſſ. ſingul. Inſti. de pat poteſt. in princi. quod eſt notabil. ſecundum Bal. quia in Italia, quę eſt eorum ſepultura, ſæpe moriuntur. Dicit etiam Bal. quod ſi ſunt duo fratres, qui habent caſtrum commune, primogenitus debet habere claues portarum, & ſigillum, ſi in eo nulla imminet ſuſpicio, & quia hoc in facto conſiſtit, ideo non dicitur plus iuriſdictionis habere. Et pro hoc dicto, tu potes allegare tex. in l. ſi. ff. de fide inſtru. vbi ſi ſunt duo hæredes, teſtamentum debet deponi apud ſeniorem.

DE INVESTITVRA, QVAM TITIVS accepit a Sempronio.

TITVLVS XIII.

Iſta rubrica ſuppletur per nigrum, & in ea declaratur, an maritus ſuccedat in feudo vxori.

TItius a Sempronio. Allegāt tex. iſte, ꝙ maritus in feudo non ſuccedit vxori morienti ſine liberis. Et probat tex. iſte, quod mulier poteſt dare in dotem feudum, ꝙ intellige, dummodo non det æſtimatum, & non apponat aliquod pactum de lucrando. Et vide quæ dicta ſunt in §. donare. in titu, qualiter olim feudū poterat alie. Et quod in feudali materia non habet locum titulus. Vnde vir, & vxor. & vide quæ dicta ſunt in titu. an mari. ſucce. vxo. in c. j. nec iſte tit. eſt ſuperfluus per illū, quia ex variatione caſus colligitur variatio inter iſtum titulum, & illum. & quia ibi latius declaratur materia. & dicas idem ſecundum Doctor. quod vxor non ſuccedit marito in feudo, & quando vxor dotat maritum feudo, maritus debet ſeruire pro vxore, ſecundum Dd.

DE VASALLO DECREPITAE AETATIS, qui feudum refutauit, vt filii inueſtirentur.

TITVLVS XIIII.

Quia poterat dubitari, an feudum refutatum per vaſallum in manibus domini remaneat nouum, vel paternum inter filios refutantis, & per conſequens, vtrum ipſi filii refutantis, qui ſunt inter ſe fratres, poſſint viciſſim in dicto feudo ſuccedere, ideo factus eſt iſte titulus, vt hoc declaretur.

QVidam vaſallus. Allegāt tex. iſte, ꝙ feudum refutatum per patrem cum conditione, vt filii ſui inueſtiantur, remanet feudum paternū, & ideo dicti filii ſibi viciſſim ſuccedunt, & ſic non alteratur natura feudi, nec præiudicatur ipſis filiis. & intellige iſtum textum, ſecundum glo. & Dd. quando refutatio fuit facta ea conditione, vt filii inueſtiantur. Quæritur: vaſallus committit feloniam, propter quam venit, priuandus feudo, & domino eſt applicandum, & dominus remittit dictam culpam, an feudum remaneat antiquum, an efficiatur nouum? glo. in l. quod dicitur. ff. de impen. quod remaneat antiquum, ita quod vaſallo moriente ſuccedant agnati. Sed diſtingue ex intentione Dd. quod ſi dominus traxit feudum ad ſe, poſtea reſtituendo videtur nouū concedere, ſed ſi non traxit, bene ſuccederent agnati tanquam in antiquo feudo, vel ſi vaſallus eſſet ipſo iure priuatus, tunc efficitur nouum, ſecus ſi veniret priuandus, ita quod feudum non eſſet annihilatum, de quo per Dd. in d. l. quod dicitur per glo. in l. peculium. §. ſi hæredem. ff. de peculio. Et valet pactum, quando datur feudum nouum, vt habeat naturam antiqui, & cenſetur feudum antiquum, ſecundum Dd. hoc tamen non procedit in Prælato eccleſiæ, de quo per Bal. in prælud. feud.

DE INVESTITVRA in maritum facta.

TITVLVS XV.

Hic declaratur alius caſus ad agnoſcendum, vtrum feudum ſit nouum vel paternum, quando quæſtio vertitur inter agnatos vaſalli, & habentem cauſam a domino. Sed quia dubitatur, qui iudex debeat hoc cognoſcere, ideo poſitus eſt iſte titulus, vt prędicta declarentur.

VAſallus. Allegatur textus iſte, quod ſi contentio vertatur inter maritum filiæ olim vaſalli, & agnatam ipſius vaſalli de feudo, an ſit paternum, vel nouum, debet cauſa dirimi, & terminari coram ordinario iudice, vel arbitro, non autem coram domino, vel eius Curia. Probat ergo text. textus iſte, quod dominus non poteſt eſſe iudex inter vaſallos ſuos de feudo aliquo contendentes, quādo in cōſequentiam cauſa poſſit ſpectare ad dominum, ut ī caſu iſto, quod

autem ſit iudex regulariter, ex textus in §.penul inf.de prohibi.aliena.ſeu.per Fe.Et nota rationem, quare in caſu iſto Pares non cognoſcunt.quia dominus retinuit ſibi partem feudi. Si autem non retinuiſſet, fuiſſent iudices, per titulum ſeq. vult etiam textus iſte, quod de cauſa feudali poteſt fieri compromiſſum, de quo in c.ii.inf.de lege Corradi. Potes etiam dicere, quod ideo hic dominus nõ eſt iudex, quia vnus dicebat feudum eſſe nouum, alius antiquum, ſed vbicũque vter que dicit ſe vaſallum de feudo antiquo, cum dominus non habeat aliquod intereſſe, tunc erit iudex.§.fi. inf.eo.ti.

§. Item placet. Allegatur textus iſte, quod probatio incumbit inueſtito alleganti feudum eſſe nouum, quò non approbante, transfertur electio in agnatum allegantem feudum eſſe paternum, vt vel iuret vel referat. Et nota textum, dum dicit, Cauſa cognita, quia ad delationem iuramenti proceditur per iudicem cum cauſæ cognitione, non autem præcipitanter, de quo in §.fi. ſup.de gradibus. Vult etiam textus iſte, quod ille, cui primo defertur iuramentum, tenetur aut iurare vel referre.l.manifeſtæ ff.de iureiurand.ille autem, cui refertur, tenetur aut iurare aut ſuccumbere, vt hic & in l.generaliter.§.primo, C.de iureiuran.

§. Illud tamen Allegatur textus iſte, quod vbi ambo litigantes contédunt, feudum eſſe antiquum, cógnitio eſt domini ſimul cum Curia. Et, vt bene intelligas, ideo in caſu iſto ſolus dominus nõ eſt iudex, quia erat incertum, an alter ex litigantibus eſſet vaſallus, & de hoc erat quæſtio, ſecus, ſi conſtaret litigantes alias eſſe vaſallos, quia tunc dominus ſolus cognoſceret, ſecũdũ glo.& Doct. Et quia in textu dicitur, ꝙ non eſt licitum declinare forum illorum iudicum, quæritur per gl.& Doct. vtrũ ex cauſa ſuſpicionis poſſit declinari? gloſſ. tenet quod ſic, & textus intelligitur hic, quod nõ ſit decens & honeſtum, ſed iſta glo. damnatur communiter per Docto. & contrarium tenuit gloſſ.in §.penulti.inf.de prohibi. alienatione feud.per Federi. Et aſſignatur ratio, ꝙ ſunt iudices ordinarii, ideo nõ recuſantur.l.apertiſſimi. C. de iudiciis.& ſecundum Aluaro. Bald.variauit.& concludit pro opinione, quod non poſſit declinari, & vaſallus habebit remedium contra ſuſpicionẽ, de quo in Authen.ſi vero contigerit.C.de iud. Et ſic ratione adiuncti purgatur ſuſpicio. Et glo.iſta ſaluari poteſt, quando vaſallus declinaret iuriſdictionem domini, ratione iuriſdictionis incompetentis. Exemplum eſt in principio huius ca. vbi dominus non cognoſcit de cauſa feudali. Poteſt etiam dici ratione excommunicationis.cap. ad probandam. de re iudicata.& iſtud videtur eſſe de mente Bald.in l.liberti. ad fi. C.de ope.lib.& per Inn.in c.cæterum.de iudiciis. Et pro iſta opinione videtur eſſe textus hic, cui non poteſt reſponderi ſine violentia. Et non omittas hic vnam glo.ſingularem, nã ſi alter ex iſtis litigantibus ſit citatus corã domino ſolo, vel Curia ſola, & non comparuerit, non punitur, licet non comparuerit ad allegandum priuilegium, quare non ſit de iuriſdictione illius, iuxta l.ſi qs ex aliena.ff.de in.quia illa lex loquitur in iudice ordinario generali inter quoſcunque litigãtes, hic vero loquitur in iudice ordinario ſingulari, cuius iuriſdictio eſt limitata inter certas perſonas, corã quo citatus non tenetur comparere, niſi manifeſte appareat, quod ſit de iuriſdictione citantis. Et dum dicitur in principio, ꝙ eligunẽ arbitri, dicas, quod eorum ſententia tenet, quia eliguntur ex diſpoſitione & forma conſuetudinis, ſecundum Bald. Nota etiam, ꝙ dicit Bald.de duobus dominis litigantibus de quibuſdam caſtris, qui poſuerunt ſe in manibus Regis Francorum, quod talis commiſſio expirat morte Regis Francorũ, dato quod fuerit facta ſub nomine appellatiuo, per deducta per ipſum.

DE CONROVERSIA FEVDI apud Pares terminanda.

TITVLVS XVI.

In iſto titulo declaratur, quando controuerſia vertitur inter dominum & vaſallum, coram quo iudice debeat talis cauſa ventilari.

SI inter dominum. Allegatur text' iſte, quod Pares cognoſcunt de cauſa feudali vertente inter dñm & vaſallum, qui Pares eliguntur communi conſenſu litigantium, & ſi in eligendo diſſentiant, dominus pręferri debet in eligendo, dummodo non eligatur, niſi ſolum qui fidelitatem iurauit. Et ſic electio iudicum partibus committitur, de quo in l.obſeruandum.ff.de iudi. Et qui fidelitatem domino non iurat, non eſt reputandus pro Pari, domino vel vaſallo litigantibus diſſentiente, vt hic, ergo a contrario ſenſu ipſis volentibus.poſſet ipſe vaſallus, qui non iurauit eligi. Et licet iſte textus excipiat ſolum vnum caſum, in quo quis non poteſt eligi pro Pari, videlicet quando non iurauit fidelitatem, cæteri admittentur, & poſſent eligi, dummodo alias ſint idonei, vt quia non ſint infames & excommunicati, ſecundum glo.& Doct. Et nota gl. notabilem hic quod Pares Curiæ poſſunt cognoſcere per viam reconuentionis de cauſis non feudalibus. Intellige tamen hoc, & limita ſecundum regulas traditas per Docto in hac materia, de quo in l.cum Papinianus. & in authen. & conſequenter. C. de ſenten.per Canoniſtas in cap.j.& 2.de mutuis petition Et iſtud etiam procedit ſecundum Doct. ſi clericus vaſallus cõueniat laicum occaſione feudi coram Paribus, quod laicus poterit recõuenire clericum ciuiliter coram illis, dato quod ſint laici ex natura conuentionis & reconuentionis. Et an vnus ex iſtis iudicibus poſſit cõmittere citationẽ ſine alio? Et videtur quod ſic, de quo per glo.& Docto in l. Pomponius, ff.de re iudica. Et quod notat Bald.in l.i. ff.de offi.conſ. & vide etiam ibi per Bar.& ſi ſint diſcordes, vſ, quod ſufficiat maior pars glo.in l.aliud.§.refertur.ff.de regu.iur.& vide p Bal.in l fina.C.de ancllo.præſtanda. & quomodo capiatur maior pars vltra adducta per Alua.adde notata per Barto. in l.3.§.Cato.in vlti.colum.ff.de verborum obliga.in d.l.Põponius.ff.de re iudi.per glo.& Doct.in c.eccleſia veſtra.vl.de electio.in c.dudum.2.eo.ti.per gl.in c.in canonicis. xix.d.per Bar.in l.iii ff.de teſti.per Abb.in c.prudentiam in prin. de of. deleg per moder.in l.maiorem ff.de pa. Et notat Bal. ex iſto textu, quod ille debet prius votum ſuum deponere, qui dignior eſt. Et colligit argumentum ex hoc textu, quod ſcholaris, qui non vult iurare Rectori, nõ debet haberi pro ſcholari. & inter alia allegat.l.eos.C.de offi.magiſ. mili.& ibi eſt glo.quæ allegatur, ꝙ qui non eſt in matricula, non poteſt cõficere inſtrumentum, quam allegat Bal.in l.ex co.ff. de teſta. milita.in l.petitionem.C.de aduoca.diuer. iudic.& eſt textus notabi.quem ibi ponderat Bald.in l.ſi duas.in fi.ff. dẽ excuſ. tut. Et not. ſecundum Bald. quod reconuẽtio habet locum ſolum in his, quæ requirunt diſceptationem iudicii, ſed vbi, proprie non eſt iudicium, vt cum petitur teſtamentum aperiri vel inſinuari, vel ſimilia, non habet locum recõuentio.

DE EO, QVI SIBI VEL HAEREdibus ſuis maſculis & fœmininis inueſtituram accepit.

TITVLVS XVII.

In hoc titulo declaratur quidam caſus dubitabilis, in quo erant variæ opiniones circa materiam ſucceſſionis feudorum, attenta natura & forma inueſtiturarum.

QVi ſibi. Allegatur textus iſte, quod ſi vaſall' pro ſe & hæredibus ſuis maſculis, & his deficientibus, pro fœminis inueſtituram accipit, non ſuccedit fœmina in feudo, donec ſupeſt maſculus, quinimo, nec debet vaſallus feudũ ſuum recognoſcere a fœmina extante aliquo maſculo ex domino, qui primam inueſtituram fecit. Tu habes vnũ pulchrum ex hoc textu, quod vbicunque vaſallus inueſtitur de feudo pro ſe & hæredibus ſuis maſculis, cum pacto, vt deficientibus maſculis, fœminæ admittantur, quod in ſucceſſione talis feudi, donec extat maſculus deſcendens a primo inueſtito, ſiue deſcẽdat per lineam maſculinam ſiue fœmininã, non vocatur fęmina. Et ratio eſt, quia illud feudum a principio eſt feudum paternum, licet ſit alteratum per pactum Omnes enim illi poſteri dicũtur deſcendere ex corpore primi acquirentis. Habes etiã ex hoc textu, quod iuriſdictio feudalis, quæ eſt apud dominum infeudantem, non tranſit ad fœminas etiam deſcendentes a dicto domino inueſtiente, donec extat maſculus deſcendens ab eodem, & cum fœminæ & earum deſcendentes non ſint habiles ad ſucceſſiones feudorum, tamẽ ex ſpeciali pacto admittuntur, vt hic & ſup.de ſucc.feud.§.filia. Et ratio textus eſt, quia cum feudum iam habuerit effectũ in perſonam fœminæ, ergo ſemper fœminæ deberent admitti ad ſucceſſionem hic, dicitur contrarium, quia operantur verba adiecta in inueſtitura, videlicet, vt tunc admittantur fœminæ, deficientibus maſculis, & ideo fœmina primi acquirentis fuit admiſſa, quia non habuit aliquod obſtaculũ, qa maſculus non extitit. Nunc autem neptes deſcendentes ex filio maſculo, reperiunt obſtaculum nepotis nati ex alio filio maſculo, qui eas excludit, attenta forma verborum inueſtituræ.& ſecundum gloſ. etiam iſte maſculus excluderet amitã ſuperuiuentem, vt ſi filia primi acquirentis mortuo eſt, relicta filia & nepote ex altero filio præmortuo. Sed qd ſi fuerunt duæ filiæ, quæ ambæ ſucceſſerunt, quia non erat obſtaculum maſculi, ſed poſtea vna moritur, relicto vno filio maſ

culo

bat ſe vaſallum, dominus vero conuentus negabat ipſum vaſallum, vnde ſecundum aſſertionem actoris reputatur in hoc pro vaſallo, vt cauſa prædicta debeat coram paribus terminari. Et notat Bald. hic, quod actor replicando nō poteſt eſſe ſuo libello contrarius, quod dicit memoriæ commendādum. Dicit etiam Bald. quod ratio huius textus fundatur in hoc, cum ipſe actor dicat ſe feudatarium, & Curia habet pares, ſequitur de neceſſitate, quod fratres ſint iudices. Dicit ēt vnum, quod dicit memoriæ commēdandum, quod reus negans intentionem, poteſt ex ea intentione ſe iuuare, quantū ad ius fori.

DE VASALLO MILITE, QVI arma bellica depoſuit.

TITVLVS XXI.

Hic tractatur, quando dominus negat quem eſſe vaſallum ex cauſa & defectu ipſius vaſalli, vt quia mutauit ſtatum, & ſic amplius non poteſt feudo ſeruire,

MIles qui beneficium. Allegatur text⁹ iſte, quod miles ſeculi, qui eſt factus miles Dei, ex eo quod venerabilem domum intrau it, & ſeculo renūtiauit, feudum amittit. Et ratio textus eſt, quia cum amplius non poſſit exercere officium in adiuuando dominum non debet habere beneficium, quia miles Dei non debet ſe implicare negociis ſecularibus, ſed debet ſeruire diuinis, vt ī rub. ne cleri. vel mona. Et idem dicas, ſecundum gl. & Doct. ſi vaſallus efficiatur clericus ſecularis. & eſt textus in ca. qui clericus ſi de feud. fuerit controu. Et ſi conuerſus relinquat habitum religionis, ſecundum gloſſ. non poterit recuperare feudum, ſed intellige glo. quando iam fecerat profeſſionem quia exeundo efficeretur apoſtata, ſecus ſi exiret intra annū probationis. facit, quod habetur in c. beneficium de regu. in. in 6. Et in caſu iſto, in feudo nouo præfertur dominus agnatis, in feudo antiquo præferuntur agnati. Et ſi opponatur, monaſterium debet præferri domino & agnatis, cum habeatur loco filii, authen. niſi. C. ad Trebe. auth. ſi qua mulier. C. C. de ſacroſanct. eccle. quia reſpondetur, quod habetur loco filii ciuilis, non naturalis glo in dicta authen niſi. Sed in feudo nō admittitur filius ciuilis c. ſi adoptiuus. in ſi de feu. fuerit controuer. Si tamen monaſterium poterit præſtare ſeruitium, ſicut vaſallus, habebit interim, donec viuet vaſallus, cōmoditatem feudi, ut per Inno. in cap. in præſentia. de proba. Si autem ſeruitium ſit tale, quod non poſſit adaptari ad ipſum monaſterium, tunc incontinenti redibit feudum uel ad dominum, uel agnatos, vt in iſto textu. & ita concluditur ꝑ Docto. & adde notata per Bald. in authen. ingreſſi. C. de ſac. ſanct. eccl. in auth niſi. C. ad Treb. Et ſi viuo patre vaſallo filius erat clericus, vel conuerſus, & poſtea tempore mortis patris eſt redactus ad vitam laicalem, poterit tenere feudum ſecundum aliquos, quod tamen limita, niſi remaneret apoſtata, vel ſi fuerit exauctoratus propter delictum, quia ex tali exceſſu & infamia non poſſet ſtare in curia domini, ergo feudum retinere non poteſt, ut inf. an ille qui interfecit. fra. domini. c. 1 Non tamen procedit textus iſte, ſecundum Doc. ſi vaſallus efficeretur miles Hieroſolymitanus, qui appellatur miles ſancti Ioan. vel ſimilis ordinis, quia non perdit feudū, vnde poterit honeſte ſeruire. cauſa enim iuris non eſt mutata, licet honor ſit auctus. l. falſa. §. i. ff. de condition. & demō. Et ſi homo meus intrat religionem, bona ſua ſpectāt ad me non ad monaſterium, ſecundum Docto. hic, ſi non habet filios l. ſi quis presbyter. C. de epiſcop. & cleri. Poteſt tamen de nouo clericus inueſtiri, ſi dominus ſcit illum eſſe clericum, argu. ſup. per quos fiet inueſtitura. §. perſonam. Vtrum autem tunc poterit ſeruire per ſubſtitutum, uide quæ habentur in cap qui clericus. ſi de feu. ſue. controuer. Et ſi Rex efficiatur monachus, ius Regni tranſit ad ſucceſſores ſanguinis. glo. in cap. ſcripſit xxvij. q. ii. reputatur tamen ſecundum Bald. clericus de vniuerſitate ciuium. d. l. falſa. §. i. ff. de conditi. & dem. c. dilecti. de fo. comp. Et dicit. Bal. hic vnum, ꝙ dicit eſſe notabile, quod beneficium vacans per c. de multa de præb. vacat per priuationem, non per renunciationem, cum inuitus deponat beneficium, ſicut hic feudum. Et nota glo. quam hic Bald. dicit ſingularem in l nemo poteſt. ff. de legat. primo ꝙ ratione clericatus quis mutat locum, ſcilicet originis & domicilii etiam naturalis & fori. Et nota, quod Bald. hic in fine vult, quod profeſſio non ſit ſacramentum Eccleſiæ, allegat Ioan. And. in capitu. fin. de conditio. appoſi. & ideo dicit quod papa poſſit ipſam remittere.

DE MILITE VASALLO, qui contumax eſt.

TITVLVS XXII.

Quia quando eſt controuerſia inter dominum & vaſallum, quandoque vaſallus citatus eſt contumax, & dominus citatus ad inſtantiā vaſalli, ideo quid tunc faciendum eſt, factus eſt iſte titulus.

DOminus vocat militem. Allegatur textus iſte. quod ad inſtantiam domini conquerentis de vaſallo, debet citari ipſe vaſallus ad ſe excuſandum coram curia, qui ſi poſt trinam citationem factam per ſpatium ſeptem vel decem dierum in vna quaque non venerit, debet dominus mitti in poſſeſſionem feudi, verum ſi vaſallus poſtea venerit intra annum, recuperabit dictam ſuam poſſeſſionem, alias perdit poſſeſſionem & feudum. Et ſic per trinam citationem conuincitur pertinacia & contumacia vaſalli, vt hic, & inf. quę ſit prima cauſa benef. a mit. §. 1. per quam contumaciam priuatur poſſeſſione rei feudalis, quam recuperat intra annum, elapſo anno, priuatur ſuo dominio vtili. Et probat iſte textus, quod in citatione debet adiici cauſa ad hoc, vt citatus ſciat, an velit cedere vel contendere, vt notatur in l. j. ff. de eden. Et forma citationis erit talis, quia abſens citabitur ad domum per literas, & illæ literæ citatoriæ dimittentur ad domum citandi, nec eſt neceſſe, quod ꝑquiratur per totam ciuitatem. glo. eſt ſingularis in § ſi vero in Authen. de exhibe. reis. Poterit etiam per edicta, vt per ſchedulam affixam in albo prætoris vel in foribus palatii, vel eccleſiæ cathedralis, ſi iudex eſt eccleſiaſticus, de quibus habetur in clem. cauſam. de electio Et nota glo. hic, quod conſuetudo cuiuſcūque prouinciæ, quārum ad citationes & lites ordinandas, debet obſeruari. l. 3. in fi. ff. de teſti. Si autem non eſt conſuetudo, iudex obſeruet diſpoſitum a iure, ſecundum Doct. Nota etiam gl. hic, quod iudex non poſſet proponere vnum edictum citatorium pro omnibus tribus in materia feudali, licet ſit ſecus de iure cōmuni in cæteris rebus, vt in l. nonnunquam. ff. de iudic. Et rō eſt, quia numerus ſtatuitur pro forma, & ideo dicunt Doct. quod ſi ſtatutum diceret, quod quis ponatur in banno ꝑcedentibus duabus citationibus tot dierum pro qualibet citatione, non habet poteſtatem iudex dandi vnam pro omnibus. & ego allego glo. ſingularem in cle j. de vita & hon. cle. in ver. 3. quæ dicit notabiliter, quod vbicunque ad pœnam incurrendam iura exigunt trinam citationem, non ſufficit vnicum peremptorium, quam gloſsā in multis locis allegat Abba. in c. quoniam. §. portio. vt lite non conte. l. in ca. ii. ne clerici. vel monach. in c. fin. de vita & honeſt. cleri. in c. ex tuæ de cler. non reſid. & ibi illam dicit ſingularem in cap. contingit. de ſenten. excommunica. Quærunt Docto. hic. an iſta ſolennitas, de qua hic, debeat obſeruari in vero contumace, ꝙ citatus dixit expreſſe. Nolo venire, & Aluarot. allegat multa, & tandem concludit, quod non, quia iſte textus loquitur de ficto contumace. Sed non allegat Bart. qui videtur aliter loqui in l. ex conſenſu. § cum qui. ff. de appellati qui videtur velle, quod hoc procedit, quando fuit citatus peremptorie, & ibi allegat glo. in c. venerabilibus. de ſentent. excommun. in 6. de quo etiā per Bar. in l. Diuus. ff. de in integ. reſti. nec in caſu noſtro requiratur alia citatio contra contumaciam ad audiendam ſententiam priuationis, quia contumacia præcedens reſpicit totum proceſſum, vigore cuius eſt ferenda ſecundum Docto. Et poteſt creditor, qui non eſt dominus, propter contumaciam debitoris petere ſe immitti in poſſeſſionem ex primo decreto, non autem ex ſecūdo, quia eſſet alienatio, ſecundum Bald. in auth. ei qui. C. de bonis aucto. iu. poſſiden. niſi eſſet tale feudum, quod ex pacto poſſet alienari. Et nota, quod pares poterunt denegare audientiam vaſallo in alia cauſa feudali, donec perſeuerauerit cōtumaciæ. Aluarot. allegat glo. ſingularem in l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed & ſi dum decreto. ff. ex quibus cau. maio. Sed hoc non videtur procedere in caſu iſto, qa datur forma paribus, qualiter debeāt procedere. Et die feriata poteſt interponi ex cā primum decretum glo. in l. ij. ff. de feriis. ſecundum Aluaro. Et poterit etiam reuocari die feriata. gloſſ. eſt ſingularis in l. ſi minor. ff. de euictio. Sed vt puto, Aluar. errauit, quia ſi ex cauſa poteſt interponi primum decretum die feriata. glo. in d. l. ij. non fit hoc de facto, ſed de iure, ergo non poteſt reuocari die feriata, quia illa glo. in d. l. ſi minor, allegatur, ꝙ de facto fit, de facto reuocari debet.

§. Si vero vaſallus. Allegatur textus iſte ad plura, quod uaſallus poteſt cōqueri de domino ſuo, qui ipſum ſpoliauit feudo, & ꝙ ꝑpter

poten-

potentiam aduerſarii poteſt adiri iudex ſuperior etiam ſine appellatione. Et ſi iudex iſerior non eſt ſufficiens ad exequẽdum ſententiam, ꝙ poteſt implorari brachium ſuperioris, & ꝙ vaſallus debet reuerenter adire dominum, & ſecum loq cũ reuerentia. Et nota glo. hic, quod vaſallus agens contra dominum non tenetur petere ventam, & ſequuntur Docto. quia vaſallus non eſt de perſonis enumeratis in edicto Prætoris: ex quo infert idem Bal. quod ſimiliter ſubditus agens ꝯtra patriam, vel fiſcum, non tenetur petere veniam. gloſ. tamen videtur tenere contrarium in l. fina. C. de quadrien. præſcrip. quòd agendo contra Principem ſuum vel fiſcum, debeat peti venia. & ibi per Bald. Specu. tamen in titu. de feud. verſi. xvii tenet ꝙ vaſallus teneatur petere veniam. Nota, ſecundum glo. & Docto. limitationem ad l. de qua re. ff. de iud. nam hic vaſallus relinquit iudicium inchoatum coram Curia contra illam legem, quia hoc eſt inductum fauore vaſalli, vt poſſit declinare iudicium curiæ propter potentiam aduerſarii. Vel poteſt intelligi textus, ꝙ illi pares iam pronũciauerant, ſed non erant ſufficientes ad exequendum propter terrorem & potentiam domini, merito executio fieri poterit per ſuperiorem. Et quia iſte text. vult, ꝙ vaſallus poteſt ꝓpria auctoritate deprædari dominum, qui ſpoliauerat ipſum ſuo feudo, poteſt intelligi text. ſecundum gloſ. & aliquos Doct. ꝙ iſte dominus erat bannitur propter ſui contumaciam, alias priuaretur iure ſuo vaſallus. l. extat. ff. quod met. cau. Et intelligit Bald. textum & glo. ꝙ ſi bannitus a lege, vt poſſit deprædari, vt hic. & ex hoc colligit, ꝙ ſtatutum poteſt dare licentiã deprædandi. Alua. autem intelligit textum, ꝙ vaſallus potuerit dominum deprædari, hoc eſt, prædio feudali priuare manu militari, & violenter ex præcepto iudicis poſtquam ipſe dominus voluntarie recuſauit adimplere, & fuit contumax. Et nota gloſ. hic, ꝙ dominus propter talem inobedientiam & contumaciam priuatur iure proprietatis dicti feudi: & ratio eſt, quia ſpoliauit vaſallum feudo contra debitum iuris. Et nota, ꝙ vaſallus ſpoliatus a domino non intentat interdictum, ſicut actionem famoſam. l. j. §. interdictum. ff. de vi, & vi arma. ſed exponet querelam curialibus verbis, dicendo ſe ſpoliatum: nec habet locum iſte tex. ſi dominus ſpoliauit vaſallum alia re, quam feudali, ſecundum Inn. in c. cęterum. de iudi. & Alua. hic. Et nota, dum dicitur in textu, ꝙ vaſallus nõ reſpondet, ꝙ qui non loquitur & obmuteſcit, iuſtitiam denegare videtur. Et ideo dicit Bald. ꝙ non ſolum repræſaliæ poſſunt concedi propter iuſtitiam expreſſe denegatam, ſed etiã propter moram non exhibitæ iuſtitiæ, de qua mora debet legitime conſtare. Et nota, ꝙ Bal. hic adducit Io. An. in ca. non nimis. de immu. eccle. ꝙ vbicunque debet citari tyrannus vel alius terribilis ꝙ ſufficit vna citatio. Et nota, ſecundum Bal. ꝙ de iure ciuili poteſt appellari ab ĩterlocutoria, quæ trãſeat in factum afflictionis & tædii, & ideo appellatur a primo decreto, quia non poteſt reparari. l. in bello. §. facit. ff. de capti. ſecus in interlocutoria ſtante in finibus verbi. Nota etiam ꝙ Bal. hic allegat glo. quam dicit ordinariam in c. quia Præſulatus. j. quæſt. iiij. ꝙ ſufficiat dicere, Cõqueror de domino meo, qui me ſpoliauit: quia talis querela habetur pro libello. Adducit etiam Bal. glo. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verborũ ſignifi. licet corrupte illam alleget, ꝙ ex cauſa poteſt alicui ĩterdicit dicit etiam glo. in l. qui neque. ff. de verb. ſig. ꝙ citat' a iudice, incongruo loco & tempore, non tenetur comparere. Nota etiam, ſecundum Bal. ꝙ Peruſinus, qui promiſit ſoluere Mediolani certo tempore, poterit citari Mediolani, ſi ibi hẽt aliquid, quod poſſit capit in tenutam. Adducit etiam gloſ. in l. finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto ꝙ quando aliquis citatur per præconem, debet citari in vico citandi. Dicit etiã, ꝙ non poſſit citari tanquam contumax, quando citatur ſub hac forma, Si tua putaueris intereſſe. & adducit glo. in l. ea quidem. C. ſi manci. ita fuerit aliena. adducit etiam glo. quam dicit mirabilem in l. penulti. C. ad Treb. ꝙ ſufficit, ꝙ cõtumacia appareat ex actis licet nihil ſuper ea ſit interlocutum. Dicit etiam, Bal. ꝙ vniuerſitas propter contumaciam poteſt priuari priuilegiis. allegat Ioan. Andre. in c. grauem. de ſenten. excomm. adducit etiam glo. quam dicit ſolennem & ſingularẽ in l. Fulcinus. §. quid autem ſit latitare. in ver. animus. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur, ꝙ in omnibus illis caſibus ſolenniter citatus & non comparens, præſumitur latitare, vt ſi dixit aliquib. ſi ab aduerſario fuit præmonitus, ſi dedit fideiuſſorẽ de iudicio ſiſti, ſi fuit litem conteſtatus. Dicit etiam Bald. quod quando alicui eſt ſtatutus certus terminus ad ſe corrigendũ, & eſt certum, ꝙ non vult pœnitere, non debet terminus expectari allegat Ioan. An. in cap. irrefragabili. de offic. ordin. Dicit etiam, quod ſi promiſimus compromittere, videtur actum ab ipſo principio, quod compromittatur in tres. allegat notata ĩ l. i. ff. de optio. leg. adducit ẽt gl. in l. j. ff. de publ. ꝙ tributũ pſtatᷣ rõne ſoli ꝓprii poſſidẽtis, ſed vectigal ratione ſoli publici, in quo portantur vel venduntur ea, quæ vehuntur.

IN QVIBVS CASIBVS FEVDVM AMITtatur.

TITVLVS XXIII.

In iſto titulo & ſequenti ponuntur multi caſus, in quib. vaſalli amittunt feudum: & ideo, vt hoc declaretur, poſitus eſt iſte titulus, & quia addit aliquos caſus, & etiam titulus ſequens vltra caſus poſitos ſup. quibus modis feudum amittatur, ideo non eſt ſuperfluus iſte titulus, licet repetat aliquos iam poſitos.

OBERTVS DE ORTO ANSELMO filio ſuo S.

COgis me. Allegatur tex. iſte, ꝙ pater ſcribens filio, ſe excuſat & dicit, ꝙ cauſæ, quibus feudũ amittitur nõ poſſunt definiri ſub certa regula: & ſubiungit, qualiter vaſallus erga dominum ſuum ſe debeat habere, ꝙ poſt hoc definitur beneficium dupliciter. Ex hoc textu colligas has concluſiones, quarum prima eſt, non poteſt dari regula de cauſis, quibus feudum amittitur: & ideo iſta cõmittuntur iudicibus a iure ſicut in ſimili dicitur in l. 3. ĩ vertu magis ſcire potes. ff. de teſti. Secunda eſt, ꝙ delicta poſsũt intitulari verbis ſolennibus, vt patet hic, dum cauſam ingratitudinis appellat egregiam, & facit illud Virgilianum.

Egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis.

Et quod habetur Iacobi j. Diues glorietur in ſua humilitate. & eſt quædam ironica locutio. Tertia eſt concluſio, non poteſt tradi certa regula, neque definiri, qualiter vaſallus ſe habere debeat erga dominum ſuum, cum hoc potius conſiſtat ex variis curiarum conſuetudinibus, & ideo hoc relinquitur arbitrio iudicis. Quarta eſt concluſio, quod feudum non amittitur ex qualibet cauſa ingratitudinis, ſed ex magna ingratitudine, de quo in tit. ſeq. §. illud. Quinta, quod bona conſuetudo dicitur naturalis, quia prouenit ex inſtinctu naturę rationalis, quæ ineſt homini, infra ti. proximo. §. ſed & qui delator. Sexta eſt concluſio, quod ad hoc, vt iſtud beneficium ſcilicet feudum ſit perfectum, requiruntur ſex, videlicet, quod dominus det ſponte, non coacte: ſecundum, quod dominium directum remaneat ad ipſum dantem dominum: tertium, quod conſtat in rebus Immobilibus, vel quę immobilium nomine continentur: quartum, quod dominium vtile transferatur in vaſallum: quintum, quod tranſeat in perpetuum in maſculos deſcendentes hæredes: ſextũ, vt per vaſallum fiat fidelitas, & fideliter ſeruiatur: ſeptima eſt concluſio, quod iſtud beneficium in ſpecie, quod eſt feudum, poteſt dari determinate ad certum ſeruitium pręter naturam feudi, & indeterminate, non ſpecificato aliquo ſeruitio, videlicet ſecundum communem naturam feudi. & vide quod habetur in cap. fin. de capitaneo, qui curiam vendidit. Quærit glo. & non ſoluit, quid ſi vaſallus confiteatur in iudicio, vel extra, coram teſtibus ſuum feudum eſſe conditionatum, an ſibi præiudicet? & reſpondet diſtinguen. aliquos caſus. Primus eſt, ſi confitetur in iudicio, ſibi præiudicat, l. j. C. de confeſſis. Secundus caſus, ſi confeſſio fuit facta extra iudicium pręſente domino ũc cauſa, & ſibi præiudicat. l. cum de indebito. in fi. ff. de probatio. Tertius caſus eſt, quod ſi eſt facta ſine cauſa, & etiam ſi ſit facta, abſente domino non p̄iudicat. l. cæterum. §. ſi quis abſentem. ff. de confeſſis. & vide ibi dicta per Bar. Et ſi datum eſt feudum cum pacto, vt nullum ſeruitium inde fiat, cenſebitur tamen iure feudi, ſecundum Doct. ad omnia præterquam ad ſeruitii pręſtationem: nam eiſdem cauſis & culpis amittetur, ſicut in aliis feudis, præterquam ſi non ſeruierit, quia non tenetur ex pacto. Et ſi dicatur ſic, Concedo tibi talem rem in feudum ad vtẽdũ & fruendum, extinguitur morte. Bal. in prælud. feudorum. & Aluarot. hic. Et nota ꝙ Bald. hic allegat glo. in l. Lucius. ff. de adminiſtrat. tut. ꝙ ille, qui facit Procuratorem, videtur multum de eo confidere,

QVAE FVIT PRIMA CAVSA BENEFICII amittendi.

TITVLVS XXIIII.

In hoc titulo ponuntur aliquæ cauſæ egregiæ ingratitudinis.

PRima autem cauſa. Allega. tex. iſte, ꝙ ſi vaſallus a ſucceſſore domini, vel ſucceſſor vaſalli ab ipſo domino non petiit inueſtituram intra annum & diem, amittit feudum. Et nota, ſecundum Docto. quod in feudo nouo ad petendum inueſtiturã

nouam realem non eſt ſtatutum certum tempus. Et ratio huius textus eſt, quia petere inueſtituram, eſt quidam quaſi cenſus deuotionis & recognitionis, & reuerentię, quæ debet præſtari domino: & ſi non fit, res incidit in commiſſum. Et adde quod habetur in c.fi per quos fiet inueſtitu.in c.fina.de prohibi.aliena.feud.per Loth. Limita tamen hoc procedere in maiore quatuordecim annis, de quo per glo. & Doct. in c.ſi minori.infra ſi de feu.fuerit controuerſia Limita etiã, niſi ſubeſſet iuſta cauſa, de quo in c.j.ſupra quo tempore miles. Iſta tamen cõſuetudo limitata ad tempus anni & diei, non ligat Mediolanenſes, vt hic, & in c.j.in princip.ſ.de cap. Cor. Limita tamen iſtum textum, vt nõ procedat in milite, quia miles vaſallus habet annum & menſem.cap. primo.ſupra quo tempore miles. Et nota, ſecũdum veriorem opinionem, quod ſufficit petere inueſtituram, etiam ſi non polliceatur fidelitatem, de quo in c.fi.ſupra per quos fiet inueſtitu. Et ſi vaſallus non inuenit dominum, & labitur tempus, non amittit feudum: debet tamen proteſtari coram teſtibus, ꝙ per ſe non ſtat.l.ſecunda.C.de his, qui per metum.iudic.non appella. Et ſi vaſallus non reperiat dominum in loco ſuę habitationis ſolitæ, debet ire ad illum, ſi non eſt nimium in remotis, & iudex arbitrabitur, an de facili potuerit ipſum adire, ſecundum Docto. Et dato, quod vaſallus iurauerit pro ſe, & ſucceſſoribus, tamen inueſtitura petenda eſt, vt hic, ſecundum Doct.§.præterea.de prohibi.alie feu.per Federi quia ſufficit, quod ſemel iurauit.c.veritatis.de iureiuran.& ibi habetur, ꝙ vaſallus non poteſt iurare pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis. Et nota, ſecundum Docto. quod vaſallus elapſo tempore non poteſt purgare moram, quia ita ſtatutum eſt, nec debemus eſſe clementiores lęge, de quo per Bal.ſupra quo tempore miles. Nota etiam, ſecundum Docto. quod ſi vaſallus, qui debebat petere inueſtituram, deceſſit intra tempus, quod filius etiam debet habere integrum annum & diem, de quo vide in cap. primo.ſupra quo tempore miles.per Alua. & ſi dominus intra dictum tempus noluit inueſtire vaſallum petentem, priuabitur proprietate, de quo per glo ſupra per quos fiet inueſti.in fi. Nota etiam, quod vt habeat locum iſte textus, requiritur, quod vaſallus poſsideat: ſecus ſi alter tertius poſsideret, nõ eſt priuatus iure ſuo, ſi non petijt inueſtituram, & iuramentum non præſtitit, ſecundũ Guil.de Cu. in l.ſolennibus.C.de rei vendica.quem ſequuntur alij Doct. per multa, & maxime, quia requiritur, quod ſit in dolo vaſallus, ſi debet perdere feudum.c.fi.in fi.infra de prohi.alie.feu. per Lot. Nota etiam, quod filio vaſalli non currit tempus iſtud, ante quam ſe immiſceat hæreditati, de quo per Bal. infra de capi. Corra. in prin. qui ergo dicit filium priuandum per lapſum tẽporis, debet probare immixtionẽ, vel ꝙ diſtulit malitioſe. Item debet probare ſcientiam feudi, quia in facto alieno pſumitur ignorantia: & etiam debet probari ſcientia mortis patris. Et cum iſtud tempus ſit in fauorem vaſalli, nõ poteſt dominus compellere vaſallum ad renouandam inueſtituram, & fidelitatem præſtandam intra annum & diem, & intra illud tempus cogitur vaſallus pręſtare ſeruitium, & ſi intra iſtum tempus offenderet dominum, amitteret feudum ſecundum Doct.

§. Eſt & alia. Allegatur textus iſte, quod vaſallus verbaliter inueſtitus de feudo, & interpellatus legitime, vt præſtet fidelitatem domino ſuo, offerenti realem inueſtituram, ſi contumax extiterit, tanquam ingratus, feudum amittit, dummodo illud feudum ſit eius naturę, vt fidelitas præſtari debeat. Iſte textus probat quatuor, quod pares ſint iudices competentes inter dominum, vaſallum, etiam ſi quæſtio ſit de feudo nouo, & ſuper inueſtitura reali: ſecundo, quod vaſallus poteſt priuari iure ſuo propter contumaciam, etiam ante traditam ſibi poſſeſſionem feudi: tertio, quod feudum regulariter datur propter fidelitatem, & ideo ſi denegatur fidelitas, denegatur ſibi feudum: quarto, quod feudum poteſt ſine fidelitate per pactum conſtitui, de quo in c. fi.ſupra per quos fiat inueſt. Et nota, quicquid dicat gloſſ. quod ſi dominus fecit inueſtituram realem abſque fidelitate, quod non habet neceſſe expectare annum & diem ad fidelitatem ſibi pręſtandam, immo erit arbitrarium, ſecundum formam huius §.ſecundum Bal. Et quia dicitur in textu, quod feudum poteſt conſtitui ſine fidelitate, quod videtur non poſſe procedere, cum feudum dicatur a fidelitate: & ideo dicas, ſecundum Docto. quod quædam ſunt eſſentialia feudi, vt ſeruitium, & ſine illo feudum eſſe nõ poteſt, nec remitti per pactum: alia ſunt naturalia feudi, vt iuramenti præſtatio, & licet ipſa fidelitas ſit eſſentialis in feudo, iuramentum tamen eſt naturale, & non eſſentiale, ideo remitti poteſt, ſicut dicimus in venditione, in qua precium eſt eſſentiale.§.precium.Inſti.de emptio.& vendi. & ſine ea eſſe non poteſt, ſed quædam ſunt naturalia, vt euictio, & illa remitti poteſt, l.ex empto.in princ.§.fina. ff. de actio.emp. Et ſi dominus fecit vaſallo inueſtituram verbalem, poteſt compelli ad faciendum realem, nec liberatur præſtan do intereſſe, ſecundum Doctores.

§. Item qui dominum ſum. Allegat̃ tex. iſte, quod vaſallus amittit feudum, ſi dominũ in prælio nõ adiuuit cum potuit, ſed eum periclitantem dimiſit: Et ſic nota, ꝙ vaſallus deſerens dominum in acie pugnantem, feudo priuatur, & intellige per ſententiam, nota tamen, quod quãdo non erat poſsibile, quod vaſallus dominum iuuaret, non punitur, ſecundum Docto.& idem ſi deſeruit, quia timebat crudelitatem tyranni.

§. Præterea. Allegatur tex.iſte, quod vaſallus ſciens periculum imminere domino, ſiue circa ipſius perſonam, ſiue circa grauem iacturam bonorum ſuorum, debet quam primum poteſt, ipſum certiorare, alias priuatur feudo. Et ſic vult textus iſte, quod ex ſola negligentia poteſt vaſallus priuari feudo, & quod vaſallus teneatur manifeſtare domino omnia, quæ ſciat eſſe machinata aduerſus ipſum, vel etiam bona. Et adde, quod habetur in cap. primo. de noua forma fide. Et intellige textum iſtum, ſecundum gloſſa & Doctores de iactura grandi vel leui, & hoc erit arbitrarium. Et nota ex glo. quod ſi vaſallus potuit denunciare, & non poteſt reſiſtere, tũc punitur, vt hic, ſecus ſi non potuit denunciare, neque reſiſtere.

§. Rurſus. Allegatur textus iſte, quod ſi vaſallus concubuerit cum filia aut nuru domini, vel ẽt cum ſorore nondum nupta, adhuc in domo ſtante, priuatur feudo, ſcilicet per ſententiam. Et textus iſte probat, quod iuuenculę nondum maritatę debent ſtare in capillo, & ita ſeruatur in multis locis. Et nota vnum notabile, quod licet vaſallus non priuetur feudo interficiens fratrem domini, c. j.an ille qui interfe.fra.domini.& tamen ex concubitu ſororis perdit. & ratio eſt, quia plus videtur peccare propter ignominiam, pro quo tu allega textum ſingularem in l. codicillis.§.mater.ff.de lega.ſecundo. vbi maior iniuria ſit marito, adulterare vxorem, quam interficere filium proprium. Et nota, ſecundum Docto.quod iſte tex.procedit, ſi ſoror eſſet nupta, & ſtaret in domo fratris cum marito, de quo per glo. ſupra quibus modis feudum amittatur.§ ij.& ſequuntur Docto.quia maior iniuria fit in domo domini, quam alibi, & ſecundum Docto.textus iſte procedit, etiam ſi mulieres conſenſerint, facit quod habetur in l.j.C.de rap.virg.

§. Porro. Allegatur textus iſte, quod vaſallus committens aliquam ex cauſis hic expreſsis, amittit feudum. Et nota hic, quia circa cauſas ingratitudinis æquiparantur vaſallus, filius, & donatarius §.cauſas. in Authen. vt cum de appe.cognoſci.l.fi.C.de reuocandis donatio. & dum iſte textus vult, quod ſi vaſallus ſit inſidiatus morti domini, priuatur feudo, hoc limitatur, niſi faceret animo ſe defendẽdi.l.vt vim.ff.de iuſti.& iure.ſecundum glo. & Docto.& nota, quod iſte textus loquitur de conatu cum actu aliquo, delicto nondum completo. Nota tamen ſingulariter, quod iſte textus non habet locum, ſi vaſallus leuaret manum cauſa percutiendi dominum, & non percuteret, & ſic textus in l.item apud Labeonem.§.ſi quis.ff. de iniuriis, non habet locum, vt vaſallus priuetur, ſecundum Aluaro. & ſecundum Docto.licet vaſallus iurauerit occidere dominum, non priuabitur feudo, ſi ad alium actum non peruenit. Et not.gloſ. hic, quærit, quid ſi dominus non vindicauit, & mortuus eſt, an hæres poterit? & concluditur per Docto.quod ſic, ſi celeritate mortis impeditus non potuit, vel quia ignorabat, vt quia concubuit cum vxore, quia nocte vagatur adulter, & ea quæ de nocte fiunt, probabiliter ignorantur. & Bald.hic allegat glo.in l.item ſi cum exceptione.§.hęc autem.ff.quod metus cauſa.& ideo Oldra.per illam gloſ. excuſauit quendã accuſatum, qui dicebatur maleficium commiſiſſe de nocte & teſtes depoſuerunt ſe vidiſſe per lunam, quia illa nocte non fuerat lumen lunæ, & ideo non potuerunt decernere, & fuerunt reprobati naturali ratione.

§. Item qui dominum. Allegatur textus iſte, quod quãdo vaſallus requiſitus ad inſtãtiã domini, vt compareat in iudicio occaſione feudi, & ipſe vaſallus expreſſe & aperte dixit, quod non vult venire, vel quod non vult permittere iuſtitiã fieri domino de dicto feudo, ſtatim perdit feudum, requiritur tamen ſententia. Et ſic vaſallus recuſans facere iuſtitiam domino de re feudali, illam perdit, ſecus ſi denegat iuſtitiam facere ſuper alia re, quia tunc ſibi non præiudicat in feudo, ſecundum glo.& Docto.quod ſi dominus denegat facere iuſtitiam vaſallo ſuper feudo, priuatur proprietate, quæ applicatur vaſallo, de quo in cap.j.qualiter dominus proprietate priuetur. Et nota, quod iſte textus poteſt etiam intelligi, qñ dominus eſſet offenſus ab aliquo domeſtico vaſalli, & vaſallus

lus fuit requiſitus a domino, vt deduceret offendentem ad ſatisfaciendum ipſi domino ſi non facit priuatur feudo.

§. Sed non eſt alia. Allegatur textus, quod ſi vaſallus recuſat ſpōte domino exhibere ſeruitium, pro quo feudum fuit ſibi datum, amittit ipſum feudum. ſecus ſi per impotētiam illud exhibere non valet. Duo probat textus iſte, quod qui non ſeruat fidem conuentionis, priuari debet eius emolumento. facit quod habetur in ſimili, in titu. C. de dona. quæ ſub mo. Secūdo, quod impotentia excuſat. c. fina. ſup. de feu. ſine culpa nō amitten. facit, quod habetur in c. breui. de iureiuran. Et nota, ſecundum gl. & Doctores: quòd etiam textus iſte procedit, licet in inueſtitura non ſit dictum, quòd vaſallus amittere debeat feudum, ſi non præſtiterit ſeruitium, quia hoc tacite ſubintelligitur. Et ſi velles ſcire, quam actionem intentabit dominus contra vaſallum ad repetendum feudum, quia nō facit ſeruitium conuentum. & dicas, ſecundum Doctores, quòd habet directam rei vendicationem, cum ſemper apud ipſum remanſit directum dominium feudi: poteſt etiam agere conditione ob cauſam tanquam cauſa non ſecuta, vel etiam condictione ex moribus feudorum. Et ſi ex feudo debet ſolui cenſus, & vaſallus non ſoluit, non priuabitur feudo, vt tenet Cardinalis in c. potuit. de locato & Aluaro. hic. & reſpondet ad iſtum textum, quòd loquitur, quando tantum ex illa cauſa datur. ſecus ſi fidelitas promittatur, & vltra hoc penſio: quia tunc non dicitur datum propter penſionē, ſed quaſi cauſa impulſiua Et ſi quæratū, an ſit neceſſe, quod vaſallus interpelletur ad præſtationem ſeruitii ad hoc, vt ipſe poſſit priuari feudo? & cōclude ꝙ ſic, vt infra ſi de feudo fuerit controuerſia. c. licet. quod tamē limita duobus modis: Primo, niſi vaſallus ſciret dominum periclitantem, quia tunc debet præbere ſeruitium, non expectata interpellatione, gl. infra hic finitur lex. Secundo limitatur, niſi ſeruitium debeatur certo die, quia tūc dies interpellat pro homine. l. magnā. C. de contrah. & cōmitt. ſtip. limita etiam, ſecundum Doct. id quod dicitur in text. niſi vaſallus fuiſſet in culpa, vt non poſſet ſeruire.

§. Item ſi delator. Allegatur text. iſte, quod vaſallus deferēs dominū, amittit feudum, ſi ex delatione graue damnum ſubſtineat: idem, ſi ſciens dominum incluſum non liberauit, cum potuit. Probat ergo textus iſte, quod vaſallus accuſans vel deferens dominum, priuatur feudo, ſi non probauit, quia textus intelligitur de calumniante. Et dum dicitur hic in textu delatore, accipitur pro illo, qui defert bona in fiſcum. Secūdo, quod ſi vaſallus ſcit dominum detentum, debet vltro ſe offerre ad liberandum dominum, ſi poteſt, alias priuatur feudo: &, an intelligatur ſiue iuſte, ſiue iniuſte detentus ſit, vide ſup. quibus modis feudum amittatur. paragrapho. j. & infra hic finitur lex. in princ. per Aluaro. Et nota, ſecundū glo. hic, & Docto. quod iſta verba (Indignationem domini non euitabit) important priuationem feudi. & idem dicit Bald. de illis verbis, quæ apponuntur in literis apoſtolicis, Indignationem Petri & Pauli ſe nouerit īcurſurum: quia talia verba comminantur priuationem beneficiorum eccleſiaſticorum, quod eſt notandum, ſecundum eum. Batto. tamen in tractatu, Qui ſint rebelles, in glo. ſuper verbo, Idignatio- dicit quod dicta verba important; quod Imperator de cœtero non exhibebit ſe gratioſum in illum: ſed tu potes dicere, quod aliud eſt dicere, Indignationem Dei & Apoſtolorum, &, Indignationem noſtram Et nota, ſecundum glo. & Doctores, quod iſte textus procedit, etiam ſi vaſallus fideiuſſit pro eo, qui accuſabat, & etiam ſi perhibuit teſtimonium: ꝙ tamen intellige, quando ſponte fecit: ſecus ſi fuiſſet coactus per iudicem, quia tunc excuſaretur, de quo per glo. Nota ēt glo. quæ vult, quod textus iſte non procedat, ſi vaſallus accuſat dominum ex delicto commiſſo in Principem, vel Rempublicam: non procedit etiam, ſi accuſat proſequendo ſuā vel ſuorum iniuriam. Nota etiam glo. quod ſi vaſallus fuit aduocatus contra dominum, priuatur feudo, ſi fuit ſpontaneus: ſecus ſi coactus, quia poteſt aduocatus compelli. l. prouidendum. Cod. de poſtulan. Nota etiam glo. quæ quærit, quid ſi accuſauit dominum, & poſtea pœnitet ipſum & ꝯclude, an habeat iuſtam cauſam deferendi, & tunc poteſt pœnitere, alias non. Nota etiam glo. quæ quærit, quid ſi vaſallus in cauſa domini ſui iudicauit contra ipſum, & hæc talis ſententia ex eiſdem actis tanquam male lata reſciſſa eſt ī cauſa appellationis, an ex hoc ſit feudo priuandus? & intellige hanc quæſtionem in cauſa criminali, & conſidera hos caſus. Primus eſt, quando detegitur, quod vaſallus habuit malum animum, & eſt graue diſpendium, & tunc punitur. Secundus caſus eſt, quando per imperitiam iudicauit, & non conſuluit peritiores. & idem, vt puniatur. Tertius caſus eſt, quando conſuluit peritiores, & tunc non punitur, quia non eſt quod ſibi imputetū. Et ſi velimus intelligere hoc in cauſa ciuili, oportet intelligere, ꝙ hoc contingat pp delictum ipſius vaſalli male iudicātis. Inſt. de ob. q̄ ex quaſi del. naſc. in prin. Nota ēt gl. hic, quæ quærit, quid ſi vaſallus per lenocinium conatus fuit tradere vxorem domini ſui alteri adulterandam, an priuetur feudo? & tene quod ſic, intellige tamen, quando vltra colloquium propter lenocinium deuentum eſt ad aliquem actum inhoneſtum, quia turpiter luſit, vel oſculatus eſt, eſt ergo neceſſe, vt fiat aliqd in perſonam mulieris, vt priuetur feudo, & iſto modo intellige textum in c. j. de forma fideli. dum dicit de honeſto. Nota tamen, ſecundum Doct. quod iſte textus non procedit, quādo vaſallus accuſans eſſet minor, quia non debet priuari feudo.

§. Prædictis modis. Allegatur textus iſte, ꝙ ratio tam naturalis quā ciuilis ſuadet, vt ex cauſis ſupra ennmeratis, feudum amittatur, ad ſimilitudinem cauſarum, ex quibus filii exhæredantū, matrimonia diſſoluuntur, & donationes reuocantur. & ſi vltra dictas cauſas enumeratas reperiatur alia ſimilis, aut maior debebit eodem modo feudum amitti. Et ſic nota, ꝙ ex eiſdem cauſis, ex quibus ſit exhæredatio, & donationis reuocatio, & matrimonii diſſolutio, fit etiam feudi priuatio. Et ratio eſt, quia eadem æquitas, quæ cadit in illis, inſurgit ēt in hac feudi priuatione, merito vniformiter iudicari debēt. §. fin. de pace iuramē. fir. Probat etiam textus iſte, quod omnes caſus non poſſunt comprehendi legibus, & ideo proceditur de ſimilibus ad ſimilia. l. non poſſunt. ff. de legibus. Et nota, quod Aluarot. hic adducit Guil. in authent. non licet. C. de lib. præte. per iſtum textum, quod ſi inueniretur aliqua cauſa, quæ eſſet maior, quam illæ, quæ ſunt enumeratæ ī §. cauſas. in Authen. vt cum de appel. cognoſ. quod poſſet fieri exhæredatio. Sed eſt aduertendum, quod allegata per ipſum non loquuntur in materia correctoria. & ſi bene recordor, Præceptor meus tenet contrarium in d. auth. non licet.

§. Illud. Allegatur textus iſte, quod vaſallus nō amittit feudum ex omni cauſa, ex qua eius opinio grauatur, quia interdum deierat partem feudi alienando, & tamen retinet beneficium. Et ſic nota, quod non omnis cauſa ingratitudinis eſt ſufficiens ad feudi priuationem & licet periurus non habeatur inter infames, vt notatur in l. Lucius. ff. de his qui notantur infa. tamen re ipſa & opinione hominum non effugit infamię notam, vt in iſto textu. Nota etiam iſtum textum, quod vaſallus alienans feudum ſine licentia domini, facit contra fidelitatem, & punitur in eo, in quo deliquit, quia ſi alienat totum feudum, debet totum ꝑdere, ſi vero partem, illam ſolam partem. Et intellige iſtum textum de periurio commiſſo in contractu, ſecus autem ſi ex delicto, de quo per gl. ſup. quibus modis feudum amittatū. §. ſi militer.

§. Denique. Allegatur textus iſte, ꝙ vaſallus delinquendo in dominum, amittit feudū, quo caſu ad ipſum dominum, & non ad agnatos reuertitur ſed vbi vaſallus delinquit in alium, tunc ex ipſo delicto bn̄ amittit feudum, ſed iſto caſu tranſit ad agnatos, vbi autem vaſallus contemnit dominum feudum alienādo, tunc ſimiliter amittit feudum, ſed ad dominum reuertitur. Dubitatur per Doct. an vaſallus eccleſiaſticus poſſit vēdere feudum eccleſiaſticum? & breuiter dantur duo conſilia, quando vaſallus eccleſiæ vult vendere. Primum eſt, quod vendat cum ꝯſenſu prælati, & tutius eſt etiam capitulo, & vendat eadem lege, qua ipſe habet, & æquali perſonæ, hoc acto, quod in cōtractu & poſt contractum, quod emptor recognoſcat feudum ab eccleſia, & quod debeat ſibi ſeruire pro eo, & venditor refutet, tenebitur de euictione, & eccleſia non erit læſa. Secundum conſilium, & hoc in vſu magis frequentatur quod vaſallus, qui vult vendere, non vendat, ſed refutet feudum Prælato, vt ipſe inueſtiat eum, qui empturus eſt prælato conſentiente, & tunc poſt refutationem vaſalli Prælatus ipſe inueſtiat eum, qui empturus eſt, & ipſe recognoſcere debet feudum ab eccleſia, & fidelitatem facere. Et ſi timet inueſtitus caſum euictionis, ſtipulari poteſt a vaſallo, qui vēdidit, de indemnitate, prout erunt concordes. Et iſta conſilia poſſunt etiam trahi ad vaſallos laicorum & ſecularium perſonarum. Et an ſolus Prælatus poſſit remittere feloniā ſibi commiſſam? & conclude, quod ſi collatio ſpectat ad ipſum ſolum, & felonia ipſum ſolum reſpicit, poteſt remittere, ſecus ſi collatio feudi eſſet communis, de quo per Bald. ſup. qui feudum dare poſſ. in prin. Et quia ſolet dubitari, qn̄ vaſallus cadit a feudo, vel propter delictum, vel propter alienationem, ad quem debeat deuolui feudum, vtrum ad dominum, an ad filios vel ad agnatos? Et in hoc glo. & Docto. variant, ideo Aluarot. hic ponit quaſdam concluſiones in hac materia, & ego illas ſub breui compendio ſcribam, qa

materia

materia eſt quotidiana Prima eſt, ſi vaſallus committat delictum in perſonam domini, & ſecundum omnes Docto. vt probatur in prima parte huius.§.in principio. Secunda eſt, ſi vaſallus committit delictum in perſonam domini, cadit a feudo & feudum ſit paternum, dubitatur ad quem reuertatur. Et in hac concluſione ſunt tres opiniones. Prima eſt, quod reuertatur ad dominum, excluſis omnibus deſcendẽtibus & agnatis vaſalli. Alia eſt opinio, quod excludantur ſolum deſcendẽtes, ſed agnati admittantur excluſo domino. Tertia eſt opinio, in qua eligitur media via, quod reuertitur ad dominum, donec extant deſcendentes aliqui maſculi ex ipſo delinquente. Tertia eſt concluſio, filius priuatur feudo etiam antiquo propter delictum patris commiſſum in perſonam domini. Bartol. in l. eum qui. ff. de interdictis & relegatis Quarta eſt concluſio, nepos ſuccedit in feudo auito, non obſtante patris delicto commiſſo, viuente adhuc dicto auo, ſecus ſi mortuo auo dictum delictum fuiſſet commiſſum. Bartol. in dicta. l. eum qui. Quod tamen limita non procedere, quando ipſe nepos nondum fuiſſet conceptus tempore dicti aui, quia tũc nepos non veniret ad ſucceſſionem feudi. Quinta eſt concluſio, ſi vaſallus ſtudioſe domino aſſentiente committat delictum in perſonam domini, vt priuet agnatos feudo, non debet ad dominum reuerti, de quo per Bald. ſupra quibus mod. feud. amittatur.§. aut ſi libellario. Sexta eſt concluſio, vbi culpa domini vaſallus incidit in caſum amiſſionis feudi, non debet feudum ad dominum reuerti, ſed ad agnatos. Septima eſt concluſio, ſi in inueſtitura dicatur, Concedo de vno in alium, vel concedo omnibus principaliter, vel, Concedo attentis meritis ſingulorum, tunc non priuantur deſcendentes, vel agnati, etiam propter delictum commiſſum ĩ perſonam domini, ſecundum Bald. Octaua eſt concluſio, ſi datum eſt feudum patri & filio nominatim, vt habeat partem filius in feudo etiam viuo patre, ſi pater delinquat in dominum, nõ fit præiudicium filio in parte ſua. Bartol. in dicta l. eum qui. ff. de interdictis. & relegatis. Nona eſt concluſio, in omnibus cauſis, vbi non ſunt culpæ, vt puta ſi deceſſit vaſallus ſine liberis, vel feudum vel hæreditatem repudiet filius, aperitur feudum agnatis. Bald. in capitulo primo ſi vaſallus feudo priuetur. Decima eſt concluſio, ſi vaſallus grauiter & enormiter delinquit in alium, quam in dominum, & priuetur feudo, ſi eſt nouum, reuertitur ad dominum, vt in iſto textu, in ſecunda parte, & communiter tenent Doctores. Vndecima eſt concluſio, ſi vaſallus grauiter & enormiter delinquens in alium, quam dominum, priuatur feudo, quod ſi eſt paternum, tranſit ad agnatos proximiores excluſo domino ac omnibus deſcendentibus maſculis. hoc probatur in hoc textu, & magis communiter tenetur per Doctores. Duodecima eſt concluſio, vbi agnati vocantur propter delictum vaſalli, non habẽt neceſſe expectare mortem delinquentis, ſed incontinenti veniunt tanquam mortuo. Bald. in capitulo primo, infra ſi vaſ. feudo priue. Tertiadecima eſt concluſio, ſi communitas tenet feudum a domino pars communitatis delinquat in dominum, non tamen priuabitur communitas feudo. Bald. in capitulo primo, ſupra quibus modis feud. amitta. in princip. Quartadecima eſt concluſio, ſi vaſallus ſeipſum interficit, non reuertitur feudum ex tali delicto ad dominum, cum non ſuperſit perſona delinquens, quæ pati poſſit ſententiam Bald. in titulo an ille qui interfe. fratrem domini. Quintadecima eſt concluſio, in omnibus culpis ex delicto prouenientibus, propter quas perdit pater feudum, ſiue ad dominum redeat, ſiue non, ſemper filius priuatur. Bald. in §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud Decimaſexta eſt concluſio, vaſallus per alienationem feudi factam ſine conſenſu domini, cadit a iure ſuo, & ſi feudum eſt nouum, reuertitur ad dominum, ſecundum communiter Doctores. Decimaſeptima eſt concluſio, vbi vaſallus alienat feudum paternum ſine conſenſu domini, & nõ habet agnatos, vel ſi habet, non ſunt de linea primi acquirentis, dictum feudum reuertitur ad dominum, ſecus ſi haberet agnatos. Et licet iſta concluſio ſit dubitabilis, tamen tene eam. verum eſt quod Bald dat vnum conſilium, vt tollatur omnis dubitatio, quod filii & agnati alienantis pro eorum intereſſe opponant ſe, ne poſſeſſio tradatur, & ſuper hoc requirant dominum feudi, vt prohibeat emptorem, ne ingrediatur poſſeſſionem, & ſic impedita traditione poſſeſſionis, non perderetur feudum. Et ſi dominus non faceret, eſſet in dolo, & de dolo ſuo non deberet lucrari. Decimaoctaua eſt concluſio, ſi vaſallus alienat feudum antiquum cum conſenſu domini, non præiudicat filio. gloſſ. & Bald. in §. hoc quoque. de ſucceſſione feudi. Decimanona eſt concluſio, ſi vaſallus alienat feudum domino aperitur, agnatis excluſis, ſecundum Doctores. Vigeſima eſt concluſio, ſi vaſallus amittit feudum propter inueſtituram non petitam infra tempus debitum, ſi feudum eſt nouum, reuertitur ad dominum etiam filiis excluſis, ſi antiquũ, tunc ad filios, ſi extent, alias ad agnatos, quibus non extantibus, reuertitur ad dominum, de quo per Doctor. in capitulo primo ſupra quo tempore miles. Vigeſimaprima eſt concluſio, vbi vaſallus alienat feudum nouum illicite, reuertitur ad dominum, etiam excluſis filiis. § ſi fuerint. ſupra quibus mod. feudum amittatur. Vigeſimaſecunda concluſio eſt, alienatio feudi paterni non valet etiam domini voluntate, niſi conſentientibus agnatis, ad quos feudum eſt reuerſurum, infra de alienatione feudi paterni. in principio vbi per Bal. Vigeſimatertia eſt concluſio, ſi vaſallus priuatur feudo paterno propter imperfectionem, vt quia mutus, vel ſurdus, tunc feudum non reuertitur ad dominum, ſed ad filios & agnatos, ſecus ſi eſt nouum, quia reuertitur ad dominum excluſis omnibus, de quo per Docto. in titu. an mutus vel aliter imperfectus. Vigeſimaquarta concluſio, licet prohibeatur feudi alienatio ſine cõſenſu domini, tamen inter agnatos, ad quos eſt reuerſurum, tenet. infra de alienatione feudi paterni. in principio. Vigeſimaquinta concluſio, vbi vaſallus alienat feudum antiquum iure & conſuetudine permittente, tunc filius præfertur omnibus agnatis, & domino in reuocando, ſecus ſi alienatio eſſet facta iure & conſuetudine refragante, quia tunc agnati præferuntur excluſo filio, de quo in §. hoc quoque. de ſucceſſione, feudi. vbi per Bald. Vigeſimaſexta concluſio eſt, alienatio feudi antiqui facta per vaſallum ſine licentia domini tunc demum nocet filio vaſalli, ſi eſt habiturus aliquid de hæreditate patris, alias ſecus, quia tũc reuocaret feudum alienatum, Bal. in dicto.§ hoc quoque. in titulo infra an agnatus. Vigeſimaſeptima concluſio, alienatio feudi antiqui facta legitime cum licentia domini, ſine conſenſu agnatorũ, reuocatur per agnatos demum mortuo alienante, & non in vita, ſed per filios reuocatur incontinenti refuſo precio, ſi vero alienatio non ſit facta legitime, tunc reuocatur etiam in vita. infra de capitu. Corradi. in fi. Vigeſimaoctaua concluſio, tunc demum vaſallus per alienationem feudi amittit illud, ſi ſciebat eſſe feudũ, quia ſecus ſi ignoraret, vt probatur in capitul. primo infra de controuerſia inter dominum & empto. feud. Vigeſimanona concluſio. ſi agnati proximiores ex quo ſciuerũt alienationem factam per vaſallum agnato remotiori tacuerũt per annum, perinde eſt, ac ſi conſentiſſent alienationi. capitulo ſi Titius. de feud. controuer. vbi gloſſ. & Bal. Trigeſima concluſio, agnatus conſentiens vaſallo alienanti nõ præiudicat filiis. gl. & Bal. in §. hoc quoque. de ſucceſ. feu. Trigeſimaprima cõcluſio, etiam ſi duo fratres de nouo beneficio inueſtiti ſint cum pacto, ut inuicem ſuccedant, ſi tamen vnus illorũ illicite alienauit, nihilominus ad dominum reuertitur altero excluſo ſupra quibus modis feudis amitta.§. item si fuerint. Trigesimaſecunda conclusio, per alienationem factam sine domini uolũtate fit præiudicium ſolum in parte alienata infra de uaſal. q contra conſti. Loth. c. i. Trigesimatertia conclusio, vaſallus ẽt neceſſitate vrgente non p̃t alienare feudũ sine cõſenſu dñi. s. qualiter feu. alic. pot. poſt princi. Trigeſimaquarta cõclusio, licet alienatio voluntaria nõ admittat̃ sine cõſenſu dñi, tamẽ ſecus eſt in neceſſaria, q̃ ſit per ſententiam latam contra vaſallum conuentum, quæ p̃iudicabit etiam domino ignoranti, si velit venire ad aduocandum ex perſona vaſalli, & ille, in quẽ perueniet, tenebit quouſque veniet vaſallus, de quo in tit. si de feudo fuerit controuer. c. si vaſallus de feud. Trigesimaquinta conclusio, vbi bona uaſalli ueniunt publicanda, non reuertitur feudum ad dñm, ſed ad agnatos. Et de iſta q̃one vide pẽa Bar. & mod. in l. si finita.§. si de vecti. ff. de dam. inf. Trigesimaſexta conclusio, vaſallus p̃t impune vendere commoditatẽ feudi ad tempus, ſm Doct. per notata in l. j C. si pignus pignori da. sit. Trigesimaſeptima conclusio, si uaſallus refutauerit feudũ paternum domino, nõ sit præiudicium agnatis, nisi donec vixit refutans & ſui deſcendentes.§. hoc quoque. de ſuc. feudi. & ibi per Bald. Trigesimaoctaua conclusio, licet redimat feudũ iam alienatum, non iuuatur a pœna priuationis. Bald. in d.§. hoc quoque. Trigesimanona conclusio, vbi vaſallus alienat feudum, & recuperat, nihilominus feudum reuertitur ad dominum, si eſt nouum, vel ad agnatos, si eſt antiquum, ut in d. §. hoc quoque. Quadragesima conclusio, licet uaſallus non poſſit feudũ alienare sine cõſenſu dñi, poteſt tamẽ illud in feudũ alteri sibi æquali dare sincere, & sine fraude, & eadẽ lege c. ii.§. similiter. de lege Corrad. Quadragesimaprima conclusio, ẽt per pignorationẽ feudi cadit uaſallus a feudo, dummodo sit ſecuta traditio, ſm Doc. in ti. de proh. alie. ſeu. p Fed. Quadragesimaſecunda conclusio, ſciẽtia dñi sine p̃dictione in alienatione feudi facta p vaſallũ, operat̃ conſenſum. ſm Doct. gloſ. s. de feudo dato in uicẽ legis cõmiſſoriæ, in fi. Quadrageſima tertia cõclusio, ad hoc vt uaſallus p alienationẽ priuet̃ feudo eſt neceſſe, q̃ ſequat̃ traditio.§. Callidis. de proh. aliena. feu. per Fede. Quadrageſimaquarta conclusio, in feudo, quod amisit vaſallus per clericatum ſuperuenientem, prout diſponitur in c. cle-

c. clericus. ſi de feudo fuerit controuerſia, vocatur dominus, & non agnati, ſi feudum erat nouum, niſi eſſent filii, quia tunc filii vocarentur excluſo domino, ſecus autem ſi feudum eſſet antiquum, quia tunc vocantur agnati excluſo domino, de quo in capitulo primo de milite vaſallo, qui arma bellica depoſuit, per Aluarot. Quadrageſimaquinta cõcluſio, vbi vaſallus citatus non aſſociauit dominum pro ſuſcipienda corona Imperii, vel aliter non ſatisfecit, priuatur feudo, quod feudum reuertitur ad dominum, ſiue ſit nouum, ſiue antiquum, ſiue extent agnati, ſiue non, ſecundum Doctores. in §. finali de pace iura. fir. Quadrageſimaſexta concluſio, licet vaſallus poſſit feudum ſuum alteri infeudare ſine voluntate domini, iſta tamen infeudatio non præiudicabit agnatis, niſi eo viuente, de quo per Aluarot. ſupra per quos fiat inueſtitura § primo. Quadrageſimaſeptima concluſio, alienatio feudi noui facta legitime non reuocatur, neque per filios, neque per agnatos alienantis, de quo per Aluarot. in capitulo primo in principio infra de alienatione feudi paterni. Et nota, quod Bald. hic vult de conſuetudine feudorum, quod ſi Marchio committat contra dominum ſuum, puta contra Regem, quod Marchia reuertitur ad Regem libere, excluſis filiis & agnatis. dicit etiam Bald. quod ſi vaſallus facit capi fratrem, & in carcerem detrudi modo tyrannico, poteſt priuari feudo. Et probat iſte textus, quod iſte, qui alienat non requiſito domino, deſpicit dominum, & ideo ratione contemptus perdit feudum: ſed an ipſo iure, an per ſententiam. dicit Bald. primo quod ipſo iure, & poſtea ponderat textum in contrarium, dum dicit cariturum, quod futuram pœnam ſignificat. Sed eſt aduertendum, quod glo. ſingularis in l. prouidendum. C. de poſtul. vult, quod verbum, Careat, ſit latæ ſententiæ. Et nota hic dictum notabile Bal. quod ſi vaſallus vendat caſtrum, & apponat iſta verba, Saluo iure domini, & filiorũ, & agnatorum, quod iſto caſu non perdit feudum, licet procedat ad traditionem.

SI DE FEVDO VASALLVS AB aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

TITVLVS XXV.

Hic tractatur, qualiter ſuccurratur vaſallo, quando feudum amittitur culpa domini, ex eo, quod inueſtiuit vaſallum de re aliena, nec ipſum defendit.

NEgotium tale eſt. Allegatur textus iſte, quod dominus recuſans defendere vaſallum conuentum in iudicio de re feudali, tenetur ad aliud feudum eiuſdem æſtimationis, cuius fuerat feudum euictum tempore ſententiæ, vel addandum tot nummos in feudum conuertendo, quod ſimiliter faciendum erit, etiam domino comparente in iudicio ante ſententiam, dummodo vaſallus plene probet intentionem ſuam, ſecus autem ſi non probaret, quia tunc ſtaretur ſacramento domini. Et ex iſto textu collige iſtas concluſiones. Prima eſt, quod vt vaſallus ſuccumbens in cauſa feudali ſibi mota poſſit agere de euictione contra dominum, eſt neceſſe, quod vocet ipſum ad eum defendendum. Secunda eſt concluſio, quod vaſallus agens de euictione, non agit ad duplum, ſed tantundem eiuſdem bonitatis & quantitatis, vel ad precium conuertendum in tantundem. Et vide pulchram gloſſam hic pro declaratione materiæ, an & quando vaſallus poſſit agere de euictione. Et nota dum dicitur, quod abſens, contra quem lata eſt ſententia, non poteſt agere de euictione. Limita hoc, niſi eſſet abſens ex iuſta & probabili cauſa, item niſi ſententia fuiſſet iuſtiſſima attenta veritate, ſuper qua motus eſt iudex, & non fundauit ſe ſuper abſentia, quia tunc ipſe abſens poſſet agere de euictione, ſecũdum Bal. qui allegat gloſſ. ſingularem in l. ſecunda. C. de contrario iudicio tutelæ. Animus autem iudicis cognoſcitur ex verbis ſuis inſertis in ſententia. gloſſ. in l. ſi Prætor, in principio ff. de iudi. Tertia eſt concluſio, proteſtatio domini non tollit proteſtationem vaſalli, quia dominus non habet ius proteſtãdi. Quarta eſt concluſio, procedit libellus, Peto cambium feudi euicti, & eſt ſpeciale, cum regula ſit in contrarium, quod vna res pro alia non poteſt ſolui. l. ſecunda, §. mutui. ff. ſi certum petatur. Quinta concluſio eſt, ſi aliquis ſimplex dominus dedit pecuniam in feudum vaſallo, & iſte credens eſſe feudũ, iurauit fidelitatem tanquam vaſallus, non dicitur, nec iuramentum teneri tanquam interpoſitum ſuper re impoſſibili, quia in pecunia non poteſt feudum conſtitui, quia proprietas feudi debet remanere apud dominum, & dominium vtile tranſire in vaſallum, ſed hoc non poteſt eſſe in pecunia, quæ conſumitur, ſecundum Doctores hic poſt gloſſ. Sexta eſt concluſio, dominus poteſt repetere talem pecuniam, cum credebat feudum conſiſtere in pecunia, ſecus ſi ſcienter dediſſet, quia videretur donare. l. cuius per errorem ff. de regu. iur. Et ſi vterque ſciret, adhuc eſſet potior conditio poſſidentis. Septima eſt concluſio, pecunia non repetitur, ſi recipiens vult eſſe vaſallus, & ſeruare fidelitatem, quia licet non ſit feudũ, tamen ipſe recipiens ratione conuentionis poteſt retinere talem pecuniam, nec repetitur, ſecundum Doctores. Octaua eſt concluſio, ſi emptor denuntiauit venditori, vt defenderet eũ in cauſa euictionis & venditor dixit, Valde & defende te, quia bene tibi vendidi, quod poſtea re euicta non admittitur volẽs probare ſe non vendidiſſe, ſecus ſi nihil dixit, quia debebit ſe ſaltem purgare per ſacramẽtum, vt probatur in hoc textu, iũcta glo. quod eſt notab.

SI DE FEVDO DEFVNCTI contentio ſit inter dominum & agnatos vaſalli.

TITVLVS XXVI.

Poſt titulos præcedentes ſpeciales ſubiicitur hic iſta rubrica generalis.

SI de feudo defuncti. Allegatur textus iſte, quod ſi contentio eſt inter dominum & agnatos vaſalli defuncti, debent agnati interim ante litem finitam conſtitui in poſſeſſione. Vtroque autem in cauſa principali non approbante, debet iuramentum deferri ipſis agnatis. Ex hoc textu habes, quod vbi non conſtat de origine feudi propter antiquitatem temporis, an ſit antiquum vel nouum reſpectu agnatorum ſuccedere volentium, debemus in dubio potius præſumere antiquum quam nouum, ratione antiquitatis, cum ab antiquo vaſallus poſſederit, licet reſpectu agnatorum poſſet eſſe nouum, ſed propter antiquitatem non præſumitur nouum, quod eſt notabile. Probat etiam textus iſte, quod magis fauetur agnatis quam domino, quia vbi vaſallus defunctus reperitur fuiſſe in poſſeſſione feudi tẽpore mortis, debent ſimiliter agnati ad feudum venientes cõſeruari in poſſeſſione ipſius feudi, donec cognoſcatur, an ſit feudum antiquum, vel nouum, quia dominus non negabat feudum, ſed qualitatem feudi. Probat etiam textus iſte, quod poſſeſſio feudalis inducit præſumptionem, vt in dubio debeat cauſa expediri per ſacramentum poſſidentis, vt hic, in fine. Et nota, quod ſi dominus vult incontinenti probare eſſe feudũ nouum, nec iſta cognitio requirat altiorem indaginem, non traderetur interim poſſeſſio agnatis, ſecundum Doctores per ea quæ habentur in l. finali. C. quorum bonorum. Et ſi dicatur, quomodo poſſint agnati iurare, eſſe antiquum, cum veriſimiliter poſſint ignorare, & ſic videtur ex hoc, quod aliquis anceps ſubeat periurium, quia reſpondetur, quod non ſit anceps periurium, ex quo lex non præſupponit hoc.

§ Inter filiam. Allegatur textus iſte, quod ſi contentio eſt inter filiam defuncti, aſſerentem prædium eſſe hæreditarium, & agnatos aſſerentes illud prædium eſſe feudale, debet interim poſſeſſio manere apud filiam, verum ſi vterque in probatione deficiat, deciditur cauſa principalis per iuramentum agnatorum. Probat ergo textus iſte, quod hæres defuncti debet conſeruari in poſſeſſione rei hæreditariæ, quam defunctus poſſidebat tempore mortis, donec diſcutiatur de iuribus aduerſarii. Et ratio probatur in l. ſiue poſſidetis, cum ibi notatis. C. de probation. Et licet filia non poſſit ſuccedere in feudo, tamen ſuccedit in iure emphyteotico, vt hic, etiã ſi ab eccleſia defunctus recognouiſſet ſecundum Doctor. §. emphyteoſim. in Authen. de non al. euã. Et intellige textum ſecundum gloſſam. & Doctores quod pro agnatis erant aliquæ præſumptiones, & ideo tunc debet eis deferri ſacramentum, & ſi eſſet præſumptio pro filia, tunc daretur filio ſacramentum, vt in §. proxim. Et nota, quod ſi iſta filia litigans primo dixit illud prædium eſſe allodium, & ſuccubuit, poteſt poſtea dicere, quod eſt emphyteoticum, vel feudũ fœmineum, in quo ipſa poteſt ſuccedere, vt eſt gloſ. ſingularis ſecundum Bald. in l. penul. C. de inge. & manu. ſed Aluar. allegat aliam in l. at ſi quis. §. ſed interdum. ff. de religioſ. & intellige textum, dum dicit de ſacramento cum duodecim ſacramẽtalibus.

§ Defuncto milite. Allegatur text. iſte, quod ſi cõtentio eſt inter dominum & filiam defuncti de beneficio, filia interim

debet

debet manere in poſſeſſione, nemine autem in proprietate probante, terminabitur cauſa per iuramentum filiæ. Et intellige vt dictum eſt in §. præcedenti. quia hic præſumptio erat pro ipſa filia, ideo defertur ei iuramentum, & intellige cum duodecim ſacramentalibus.

§. Moribus eſt receptum. Allegatũ tex. iſte, quod de feudo per vaſallũ poſſeſſo põt dominus laicus aliũ inueſtire, ẽt abſque conſenſu vaſalli, dummodo conferatur in tempus, quo feudum erit apertum domino vel hæredi ſuo, ſi vero dominus eſſet clericus, tunc demum talis inueſtitura haberet effectum, ſi dictum feudum aperiatur in vita ipſius clerici inueſtituris. Et ex hoc textu collige quatuor. Primo, quod quando laicus verbaliter inueſtit, non refert, quando cedat dies ipſius inueſtitura, quoniam etiam eo inueſtiente mortuo, tenetur etiam ſucceſſor, ſi tunc cedat dies, ad præſtãdum corporalem poſſeſſionem. Secundo, quod laicus poteſt inueſtire de feudo nondum ſibi aperto, hoc modo, videlicet poſt mortem poſſidentis, vel cum aperietur, quia tunc inueſtitura habebit effectum, ſecus ſecundum Doctores. ſi inueſtitura fieret pure, qui tunc nulla eſſet, niſi interueniret conſenſus vaſalli poſſidentis ſed in primo caſu nõ requiritur conſenſus. Tertio, quod ſucceſſor clerici non tenetur habere ratum factum prædeceſſoris. Et ratio eſt, quia non ſuccedit tanquam hæres. & hoc verum niſi illud factum iam ſit conſummatum de iure, quia tunc gratia eſſet ſortita effectum, & ideo non expirat per obitum concedentis. capitu. ſi ſuper gratia. de officio delegati in ſexto. Quarto, quod vbi aliquis diſponit de iure ſuo libero, vel in tempus, quo liberum erit, non requiritur conſenſus extranei, ſecus ſi eſſet in alterius præiudicium. l. per fundum. Digeſtis de ſeruitu ti ruſticorum prædiorum, & ideo in iſta inueſtitura non requiritur conſenſus vaſalli, quia iuri ſuo non prædicatur. Et nota, quod ſi dominus inueſtierit Titium de feudo Sempronii, putans ipſum Sempronium eſſe mortuum, qui viuebat, non habebit effectum, ſi poſtea moriatur, niſi in inueſtitura dixiſſet tanquam de feudo deuoluto vel deuoluendo.

Et idem ſi inueſtiuiſſet tanquam de feudo vacaturo, vel quod vacauit per mortem, quia ſi reperitur alio modo vacaſſe, & non per mortem, non debetur ſecundum Doctores, quia ex vna cauſa donauit, quæ non reperitur vera.

§. Vaſallus. Allegatur textus iſte, quod vaſallus ſciẽter inficians feudum, vel conditionem ipſius, illud perdit, ſi conuincatur de mendacio, ſecus autem ſi non patefaciat mendacium alterius vaſalli negantis, vel celauerit rem domini, quia ex his feudum non amittit. Vult ergo textus iſte, quod ſcienter negans feudum, amittit illud. Et intellige ſecundum gloſſam. & Doctores. quod ſi negauit totum, amittit totum, ſi vero partem, & conuincatur de mendacio, ſolum perdit partem, ſed ſi vaſallus negat qualitatem feudi, perdit totum feudum, quia iſta negatio reſpicit totam rem, nec recipit diuiſionem, vt hic. Sed ſi vaſallus non negat per mendacium, ſed tacet, & non manifeſtat rem negatam mendacioſe per alium, non perdit feudum, quia fortior eſt vera contumacia in expreſſe de negando, quam ficta in tacendo. Probat etiam textus iſte, quod vaſallus, qui facit iniuſtitiam domino de alia re quam feudali, non perdit feudum. Nota tamen ſingulariter ſecundum gloſſam. & Doctores, dum dicitur in textu, quod vaſallus celans rem domini, non amittit feudum, quando celat ſimpliciter, & per ignorantiam, ſecus ſi ſcienter & doloſe, per ea quæ habentur in capitulo primo de forma fidelitat. niſi tamen eſſet ex ignorantia craſſa & ſupina, quia tunc æquiparatur dolo, nec eſſet excuſabilis. Et nota ſecundum Bald. bene glo. iſtam, quia limitantur omnia iura de pœna negantis, quia intelliguntur, quando negat per dolum & latam culpam, quod eſt notabile. & ex his habes limitationem ad l. finali. Digeſtis de rei vendicatione vbi per negationem priuatur quis poſſeſſione. Sed hic vaſallus priuatur feudo, quia ibi negabat ſe poſſidere, hic autem negabat eſſe feudũ, nec a domino tenere, quia magis offenditur dominus in iſta negatione, cum in totum excludatũ a iure ſuo, & maius onus probandi incumbit ſibi, quam ſi ſimpliciter negaſſet ſe poſſidere. Et poſtquam vaſallus negauit, poteſt pœnitere, & poſtea confiteri ad hoc, vt euitet pœnam vſque ad litem conteſtatam, poſtea non. Si tamen dominus eſſet paſſus aliquas expenſas & damna, eo inuito non admitteretur confeſſio etiam ante litem conteſtatam ad pœnam euitandam, niſi vaſallus velit reficere dictas expenſas & damna ſecundum Baldum. Et nota, quod ſi vaſallus negans conuincatur de mendacio per iuramentum domini, non patitur iſtam pœnam vt amittat feudum ſecundum Doctores, argument. l. cum qui. Digeſtis de iureiurand. Intelligitur ergo textus, quando probat feudum per teſtes. Et potes pro hoc adducere in ſimili quod voluit Bald. in authentica generaliter. Codice de epiſcopis, & clericis vbi dicit, quod ſi pars probauit ſemiplene, & in defectum iurauit, ſuccumbens non condemnatur in expenſis. & allegat dicta l. cum qui. Et nota circa illud, quod dictum eſt ſupra quod ſi habet iuſtam cauſam denegandi, vel ſaltem ceſſat dolus, uel lata culpa, indubitanter poteſt pœnitere ſecundum Bal.

§. Si quis per triginta. Allegatur textus iſte, quod res poſſeſſa tanquam feudalis per annos triginta, & ex ea tanquam feudali ſint præſtita ſeruitia, cenſetur feudalis, dato quod non appareat alia inueſtitura. Et pro intelligentia dicas, quod vt procedat textus iſte, requiritur, quod quis poſſederit rem tanquam feudalem ſpacio triginta annorum, qui anni debent eſſe continui, & non interrupti. Requiritur etiam quod ſint præſtita ſeruitia ex dicta re tanquam feudali. Et ſufficeret etiam vnum ſeruitium, poſt quod ſeruitium fluxi ſint triginta anni, quia dominus non habuit neceſſe habere ſeruitium, & vaſallus fuit paratus ſemper obedire tanquam vaſallus. Requiritur etiam, quod iſta poſſeſſio fuerit habita ſemper tãquam feudalis, prout alibi dicitur in l. fina. ff. quemadmodũ. ſeruitus amittatur. Et ſic per receptionem ſolam ſeruitiorum non inducitur conſtitutio feudorum, niſi ſit præſcripta longiſſimo tempore, ſcilicet ſpacio triginta annorum. Et intellige, quod in hoc caſu non requiritur aliquod iuramentum vaſalli. gloſſa. infra de conſuetudin. recti feudi capitulo primo in principio, poſtquam nullus titulus præceſſit, ſed ſemper fuit poſſeſſa tanquam feudalis. Et an iſte textus procedat, ſi vaſallus erat in mala fide, & hic videtur concludi per Doctor. & gloſſ. quod ſic in foro Cæſaris, ſed ego non recederem a textu, in capitulo finali de præſcriptione. Et intellige iſtum textum ſecundum gloſſam. & Doctores vt procedat, etiam ſi vaſallus nullum habeat titulum, & defendet ſe contra omnes, etiam contra dominum. Si tamen vaſallus caderet a poſſeſſione, poteſt rem vendicare, ſi erat in bona fide contra quemlibet, præterquam contra dominum, ſecundum communiorem opinionem, ſecus ſi erat in mala fide, quia non habet actionem, niſi contra illum, qui abſtulit, de quo in l. ſi quis emptionis. §. penultimo, C. de præſcriptione triginta annorum. Et ſi prior dominus & iſte præſcribens concurrant in vendicando, præfertur præſcribens, ſi fuit in bona fide, de quo hic per gloſſ. & Doctores. Et ſicut vaſallus præſcribit ſibi rem in feudum, ita econtra dominus præſcribit ſibi ius petendi ſeruitium, ſecundum Baldum. quia iſta ſunt correlatiua, quia dato vno ſequitur aliud de neceſſitate.

Et ſi dominus poſſideat ſpacio triginta annorum rem feudalem tanquam ſuam ſine contradictione vaſalli, præſcribit conſolidationem & amotionem vtilis dominii, ſecundum Bald. & iſte textus procedit in foro conſciẽtiæ ſecundum Doctores ergo videtur, quod requiratur bona fides. & ſecundum Doctores poteſt per ſtatutum abbreuiari iſtud tempus præſcriptionis. Et feudum acquiſitum per præſcriptionem tranſit ad hæredes, ſcilicet ad illos, qui veniebant ex natura feudi conceſſi ſimpliciter, de quo per Bald. in l. Liberti. C. de operis. libert. Et nota, quod Bald. hic vult, quo ſi aliquis dicat ita, Conſentio vt præſcribas, quod non eſt mera præſcriptio, ſed vnita cum pacto, & eſt fauorabilis, & ex ea etiam ſi eſt longiſſima. acquiretur directum dominium, quod eſt notabile, ſecundum eundem. Dicit etiam Bald. quod iſta continua poſſeſſio triginta annorum poterit probari per teſtes, ſi dicant ſe ſemper vidiſſe poſſidere, quia hoc dictum partim refertur ad viſum corporalem, partim ad intellectum: & probatis extremitatibus, præſumitur continuatio temporis, ſecundum Bal. Quærit etiam Bal. teſtis dicit, Vidi per triginta annos Petrum non poſſidere, ſed Martinum, vtrum iſte teſtis ſit falſus? & allegat gloſſ. quod non, in l. prima §. primo ff. de itine. actuque priua. Et in hoc caſu dicit gloſſa. eſſe verum, ſed ſi ſimpliciter teſtis aſſerit negatiuam, & de affirmatiua contraria nil loquitur, tunc talis teſtis non probat negatiuam, ſed eſt ſuſpectus de falſitate. capitulo cum eccleſia. de cauſa poſſeſſione. & proprietate. & Bald. hic allegat gloſſ. quam dicit ſingularem, quod præſcriptiones non ſunt inductæ in pœnam, ſed propter libertatem ſubditorum, ne de iure ſuo ſemper dubitent. in Auth. de tempo. non ſolu. pecu. §. j.

§. Qui clericus. Allegatur textus iſte, quod ſi vaſallus efficiatur clericus ſecularis vel regularis, amittit feudum. Et nota, quod in hoc caſu amittit feudum ipſo iure, nec requiritur aliqua ſentẽtia priuatiua, quia dicitur in textu. Hoc ipſo. Et ratio textus eſt, quia militãs Deo non debet ſe implicare negociis ſecularibus. capitu. j. ne cler. vel mona. Et an clericus poſſit retinere feudum, & ſerui

re. per ſubſtitutum, vide dicta in titulo de militari vaſall. qui argen. bell. depoſuit. Et ſi vaſallus non intrauit religionem, ſed vouit intrare, & in perpetua religione perſeuerare, ex hoc voto ſine ingreſſu amittit feudum, ſecundum Doctores. Et probatur ratione, quia non poſſet ſtare in Curia Domini ſine dedecore, cum ſit in peccato mortali, non implendo votum. Et licet aliqui velint, quod hoc probet textus iſte, tamen non videtur loqui in caſu iſto, ſed quando intrauit religionem approbatam animo ibi permanendi. Sed an iſte textus procedit in clerico, qui ſuſcepit ordines minores, vt amittat feudum, nec illud poſſit amplius recuperare, ſi deſinat eſſe clericus? & gloſſ. infra eodem capitulo naturales. tenet, quod perdit, nec recuperet. & idem Bald. hic, ſi cum clericatu habuit beneficium eccleſiaſticum, alias ſecus. Et Bald. hic aſſignat rationem, & ſit in poteſtate agnatorum circumuenire adultum, habentem feudum, & ideo dimittendo clericatum poteſt recuperare & reintegrari ad feudum ope reſtitutionis. & Aluarot. tenet hanc opinionem in caſu huius ſuſpicionis, de quo etiam per Bald. in capitulo primo de beneficiis fœmin. Et nota, ſecundum Doctor. quod per clericatum vel monachatum ſuperuenientem non amittit quis vſumfructum, vel libellum, quem habebat in aliqua re, quia retinebit ſaltem donec viuit, quia in talibus non exigitur ſeruitium perſonale, ſed reale, quod a clerico vel monaſterio poterit æque perſolui. & vide notata per Bald. in l. ſi quis presbyter. Codice de epiſcopis. & clericis. Et in caſu iſto, ſi feudum erat nouum, feudum reuertitur ad dominum, ſi paternum, ad agnatos, ſecundum Baldum. Et ſi dicatur iſte textus retrahit a Dei ſeruitio, quia videns, quod amittit feudnm, retrahitur ab ingreſſu in religionem. Sed rei qualitas ſoluit contrarium, ſecundum Baldum.

§. Et ſi vaſallus. Allegatur textus iſte, quod vaſallus non priuatur feudo, licet omni anno ſe domino non præſentet. Et ratio iſtius textus eſt, quia hoc non reperitur ſtatutum in vaſallo, neque in iuramento eius hoc continetur, igitur nec nos dicere debemus. l. ſi ſeruum. §. non dixit. Digeſtis de acquirenda hæreditate. Licet ſit ſecus in Epiſcopo. capitulo ego. de iureiurando. Sufficit ergo, quod vaſallus ſit paratus ſeruire domino petenti, licet ſe non præſentet.

§. Omnes filij. Allegatur textus iſte, quod omnes filii ſuperſtites ex vaſallo mortuo, retinentes feudum pro indiuiſo, debent iurare fidelitatem domino, ſi vero dictum feudum ex diuiſione ad vnum peruenit, ille ſolus iurabit. Habes ergo ex hoc textu, quod feudum poteſt pro indiuiſo ſimul teneri & poſſideri per filios vaſalli, quo caſu omnes debent iurare fidelitatem, quia cum ſuccedant in locum vnius vaſalli, reputantur pro vna ſingulari perſona. Habes etiam, quod per diuiſionem bonorum factam inter filios vaſalli defuncti poteſt feudum ad vnum ſolum peruenire, & ille ſolus iurabit, quia ille ſolus cenſendus eſt vaſallus, ſecundum gloſſam. & Doctores hic. Bene tamen, ſecundum Doctores poteſt fieri diuiſio vnius feudi inter plures filios, vt quilibet habeat partem ſuam, & quilibet inſolidum iurabit pro parte ſua, hoc tamen non procedit in feudo, de quo infra de prohibita alienatione feudi per Federicum. §. præterea. Et formatur hic quæſtio per gloſſ. & Doctores, in qua effunduntur multa verba, ſi dominus deceſſit relictis multis hæredibus, vtrum per vaſallum omnibus hæredibus eſt facienda fidelitas, an vni tantum ſufficiat iurare & fidelitatem facere? Sed breuiter ſic concludas, quod ſi feudum deuenit ad vnum tantum ex hæredibus domini, tunc vni ſoli iurabitur. ſed ſi feudum deuenit ad omnes filios, ſiue æqualiter, ſiue non, tunc omnibus eſt iurandum, poſſunt tamen eligere hæredes domini vnum, cui iuretur pro omnibus. & de iſta materia per Bartol. in l. de pupillo. §. ſi plurium. ff. de operis nou. nuntiatione & non obſtat textus in dicto. §. præterea. infra de prohibita alienatione feudi per Federicum, vbi dicitur, quod vaſallus non compellitur iurare, niſi vni, ne habeat pro vno feudo plures dominos, quia nos loquimur in caſu, quando fit diuiſio ex neceſſitate ſucceſſionis, & quia omnes hæredes loco vnius ſunt. Sed in paragrapho præterea. nulla ſubeſt neceſſitas, ſed ex voluntate mera domini alienantis partem feudi, merito nõ poteſt ex hoc induci, vt vaſalllus habeat plures dominos. Et nota gloſſ. hic, quod ius patronatus eſt indiuiduum, cui adde gloſſ. in l. ſub conditione. ff. de aſſignan. libertis. Et ex dictis habes, vtrum vaſallus volẽs alienare feudum, teneatur petere licentiam ab omnibus heredibus domini, an ſufficiat ab vno tantum. Sed quid ſi ex feudo vaſalli mortui debebatur certum ſeruitium, vt quia feudum erat conditionatum, ſecundum quod traditur in capitulo finali de Capitaneo qui Curiam vendidit? & dicas, quod ſi ſeruitium eſt in dando, quilibet præſtabit pro parte ſua, ſi vero ſeruitium eſt indiuiduum, puta ire ad prælium cum domino, tunc dabunt vnum æque idoneum de ſe, ſicut erat pater eorum, & ille ſeruiet pro omnibus, ſecundum Doctores, quia ſufficit domino habere vnum æque idoneum, qui ſibi ſeruiat, ſicut erat prior vaſallus. & ſecundum veriorem opinionem ipſi habent eligere vnum ex ſe ipſis, nõ autem dominus poterit eos grauare in plus, quam fuerit conditio patris ipſorum, & illi filii poſſunt conſtituere Procuratorem ad iurandum fidelitatem. capit. primo. §. ſed vtrum. ſupra per quos fiat inueſtitura. Sed quæritur, qualiter vaſallus præſtabit ſeruitium pluribus hæredibus domini, qui dictum feudum pro parte tenent? Et dicas, quod ſi ſeruitium eſt indiuiduum, vt ire ad prælium cum domino, & quilibet filiorum habet prædium in diuerſis locis, ita quod non eſt poſſibile, quod adiuuet omnes, tunc poteſt eligere vaſallus ipſe, quem ex dominis velit adiuuare, argument. l. ſi quis in graui. paragrapho ſi cum omnes. Digeſtis ad Sillanianum. Dicit tamen Bald. in l. prima Digeſtis de rerum diuiſione, in vigeſimatertia. quæſt. quod bene faciet, ſi gratificabitur digniori & ſeniori, ſi autem ſeruitium eſt in dando, tunc dabit vnicuique partem ſuam. Et ſubdit Bald. in dicto loco, quod ſi iſti filii domini mortui committunt inter ſe bellum, quod vaſallus non tenetur aliquem iuuare vel gratificari: quia inuicem ſibi obſtant, & vaſalli poſſunt diuidi numero inter dominos, cum ſint in bonis. Bald. in l. liberti. in vltim. column. C. de ope. liberto.

§. Adoptiuus. Allegatur textus iſte, quod filius effectus per adoptionem non ſuccedit in feudo. Et ſic non per omnia adoptiuus æquiparatur naturali. Et ratio huius textus eſt, quod feudum datur amore vaſalli, & propter fidelitatem eius, ſed eadem fidelitas & amor reputatur eſſe in filiis eiuſdem ſanguinis. l. quiſquis. Codice ad legem Iuliam maieſtatis. non ita in extraneis. & ideo dominus non compellitur habere vaſallum alterius ſanguinis, quam voluerit a principio. Et nota, ſecundum gloſ. & Doctores. quod iſte textus procedit etiam in filio arrogato, quia eſt eadem ratio, poſſet tamen concedi feudum lege appoſita, quod ſuccedant etiam filii adoptiui, quia pacta ſeruanda ſunt, licet ſint contra communem naturam feudorum vt infra de feudo non habente propriam naturam feudi. capitulo primo poteſt tamen huic textui derogari per reſcriptum Principis, per ſtatutum vel per contrariam conſuetudinem, ſecundum Baldum, & alios. Nec habet locum textus iſte, ſi pater emancipat filium, & poſtea illum adoptat, ſecundum Doctores. quia poterat ſuccedere etiam abſque adoptione, vt ſupra de his, qui feudum dare poſſunt. §. penultum. per Aluarot.

§. Mulier. Allegatur textus iſte, quod ex ſpeciali conſuetudine locali poteſt induci, vt in eo loco filii ſecundi matrimonii non ſuccedant matri cum filiis primi matrimonii, tam in feudo, quam in cæteris bonis. Et ſic habes, quod ſuper iure ſuccedendi poteſt prouideri per ſtatutum, vel conſuetudinem in loco, & licet videatur dura, tamen ſeruatur in loco, vbi viget, & de iure communi eſt ſecus, quia pariter debent admitti, ſecundum gloſſam.

§. Naturales. Allegatur textus iſte, quod filius naturalis tantum, licet poſtea legitimus fiat, non ſuccedit in feudum, nec ſolus, nec cum aliis. Et ratio eſt, quia ſolum agnati admittuntur ad feudum, iſti autem taliter nati non ſunt agnati, ſed cognati. l. hac parte, Digeſtis vnde cognati. Et licet per legitimationem ſubſecutam videantur agnoſci, tamen Princeps ſimpliciter legitimando non videtur facere cum præiudicio alterius, licet poſſet facere de plenitudine poteſtatis, ſecundum gloſſam hic communiter approbatam. & de clauſula. Non obſtante. quæ debet opponi in reſcripto Principis, vltra adducta per Aluarot. vide quæ dixi in Alphabeto, in litera, C. in verbo, Clauſula. & Bartol. in l. fina. C. ſi contra ius, vel vtili. public. voluit, quod ſufficiat dicere. Non obſtante aliqua lege, quæ in contrarium loqueretur. tamen ad cautelam eſſet bonum exprimere legem ipſam ſpecificando, & in materia feudali conſulunt Doctores quod cum iſta non ſit gratia communis, ſed exuperans, & ideo exuperans ſolennitas requiritur, vt dicatur. Non obſtante capitulo naturales. titulo. ſi de feudo fuerit controuerſia. Quæritur, pater non habens niſi filium naturalem, fecit legitimari ad feudum, poſtea ſuſcepit filios legitimos ex vxore, an legitimatus ſuccedat in feudo, cum cæteris filiis. Et conclude quod ſic, de quo per Bartol. in l. ex facto. Digeſtis. de vulgari & pupillari ſubſtitu. per Ioannem Andream. in regula ſine culpa. in Mercurialibus. Nec textus iſte procedit in legitimato non debet per ſubſequens matrimo

nium

nium, per ea quæ habentur in c. tanta. qui filii ſint legitimi. Nec eſt neceſſe, quod quoad ſuccedẽdum interueniat ſolennitas iuris ciuilis, ſcilicet inſtrumentum matrimonii, atque dotis, licet aliqui velint contrarium. & vide Alexand. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebellian. Sed quid ſi inueſtitura diceret, Pro ſe, & hæredibus ſuis ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, an tunc legitimatus per ſubſequens matrimonium admittatur in feudum? In hoc eſt altercatio. Sed conclude, quod aut tempore matrimonii filius erat iam natus, & tunc non admittetur, aut tempore matrimonii erat conceptus, ſed non natus, & tunc admittetur. Et cum iſte textus loquatur indiſtincte, habet etiam locum in feudo materno, ſecundum Doctor. & licet ſit factus legitimus, non ſuccedet, niſi eo modo, quo ſuccederet in paterno. Quæritur, an natus ex clerico in minoribus conſtituto legitimetur per ſubſequens matrimonium? Et conclude, quod ſic, de quo per Ioann. Andre. in regu. ſine culpa. in Mercurialib. per Bartol. in l. in concubinatu. ff. de concubi. Et eſt mirandum, quod Aluaro. argumentans pro contraria parte, quod tempore natiuitatis non tenuiſſet matrimonium, allegat textum in capitul. cauſ. vigeſimaoctaua quæſtio. prima, qui nihil facit. Item quia capitul. tanta. qui filii ſint legitimi, non fingit ſuper impoſſibili. Impoſſibile autem fuiſſet, quod ille clericus, dum eſt in ordinibus, quod potuiſſet contrahere. Et ſic concludit, quod pars iſta ſit verior, ſed neſcio videre, quod ſit prohibitus clericus in minoribus contrahere matrimonium, vt eſt rubri. de cleri. coniuga. ergo tempore natiuitatis potuiſſet contrahere matrimonium, ergo procedit diſpoſitio. capit. tanta. Et nota, quod ſi ſtat ſtatutum, quod primogenitus in feudo ſuccedat, & quis ſuſcepit filium ex concubina, & contrahit cum alia, & ſuſcepit prolem legitimam, & illa mortua, contrahit cum prima concubina, ſuccedet natus ex vxore. Ioan. And. in reg. ſine culpa. & per Dd. in d. capi. tanta. Et ſi in articulo mortis contrahit aliquis matrimonium cum concubina, ex qua habet filium, legitimatur ad ſucceſſionem feudi, ſecundum Docto. de quo per Ioan. An. in dicta regu. ſine culpa. per Docto. in d. capit. tanta. per Bald. hic. & in l. eam quam. C. de fideicomm. Et ſi Papa diſpenſat in matrimonio, quod non tenebat, filii iam nati non erunt legitimi, niſi de ipſis fiat mentio, per Cynum, & Baldum. in l. Paulus. ff. de ſtatu hominum. Et ſi dominus conceſſit feudũ vaſallo pro ſe, & filiis natis, & naſcituris, & dominus ſciebat, quod vaſallus habebat ſolum filium naturalem, ſuccedit in feudo, quia quilibet poteſt inueſtiri, qui placet domino, ſcientia ergo domini facit hoc, ſecundum Dd. Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiſſ. Nec Imperator poteſt legitimare, quantum ad feudum eccleſiaſticum, nec Papa quantum ad feudum temporale, per Bald. in d. l. eam quam. C. de fideicommiſ. per Bartol. in l. qua in prouincia. §. Diuus. ff. de ritu nuptia. in Authent. ex complexu. C. de inceſt. nupti. Pet. de Anch. conſil. 321. Bal. in conſilio 311. 4. lib. & in iſtis locis habetur, an Imperator poſſit legitimare in terris Eccleſię, & an Papa in terris Imperii, de quo etiam per Dd. in capitu. per venerabilem, qui filii ſint legitimi. Et nota, quod Bal. hic vult, quod ſpurius ſit turpis perſona, & infami æquiparetur, pro quo allega tu dictum notab. Azo. in ſumma. C. ex quib. cauſ. infa. irroga. & notata per Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt indig. Dicit etiam Bal. quod iſta exceptio, Tu es ſpurius, ideo non potes ſuccedere, non debet ante litem conteſtatam cognoſci, quia reſpicit merita cauſæ principalis. Et quæ ſint exceptiones impedientes litis ingreſſum, vide in meo Alphabeto, in litera, E, quia allegaui multa, & Bal. hic allegat gloſſ. in l. 1. ff. de bon. poſſ. contra tabul. quod naturales tantum non poſſunt ex cauſa præteritionis teſtamentum paternum rumpere. Adde tu, quæ dixi in Alphabeto, in litera, Q. Tangit etiam Bald. hic de baſtardis, vide quæ late ſcripſi in Alphabeto, in litera, B. Et nota, quia Bald. hic allegat gloſſ. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio, propter quam feci ſemel quendam dubitare. Dixi enim, poteſt quilibet interficere ſpurios, quia Reipub. non expedit habere ſpurios, per Bartol. in l. eum qui. ff. de iniur. tacuit ille, & ego allegaui iſtam gloſ. quod imo intereſt Reipub. etiam habere ſpurios, & ideo ſi ſpurius occiditur, Reſpubl. offenditur, gloſſ. allegat textum in l. generaliter. §. ſpurios. ff. de. Decurio. & Bal. allegat glo. quam dicit ſingularem, in l. nemo. ff. pro legat. quod ſpurii non poſſunt præſcribere. Nota etiam, quod Bal. hic, in fi. adducit Ioann. Mona. in capitu. 1. de fil. presby. in 6. quod ſtatutum de ſpuriis non promouendis, licet confirmatum ſit per ſedem Apoſtolicam, tamen eodem modo tollitur quo ius commune, quia non eſt nouum ſtatutum, ſed iuris communis executiuum, quod eſt notabile, ſecundum Bal.

§. Si minori. Allegatur textus iſte, quod impubes, cui datum eſt feudum, non tenetur iurare fidelitatem, donec non eſt pubes factus, tamen interim retinet feudum. Et ſic ſi talis impubes inueſtitus non iuraret infra annum, & diem, non priuabitur feudo, & ſic textus in capit. 1. quo tempore miles, non habet locum in impubere. Et nota, ſecundum Dd. quod textus iſte procedit, tam in feudo nouo, iam acquiſitiuo, vt probatur in textu, in verſicu. datum, quam in antiquo ſi non petit renouationem inueſtituræ. & ſic habes caſum ſpecialem, in quo quis retinet feudũ, licet iuramentum fidelitatis non præſtet, & fidelitatem facere recuſet. & hoc eſt inductum fauore ætatis. Et an textus ille procedat in pupillo doli capace? & Aluar. recitat aliquos tenere, quod non, & ipſe tenet contrarium, pro quo videtur textus iſte, dum dicit, donec ad maiorem ætatem peruenerit, & ſic textus iſte figit pedes, quod tantum maior præſtet fidelitatem, ſed contra hoc facit, quod voluit Bartol. in Authen. ſacramenta. C. ſi aduer. venditio. vbi dixit, quod illa Authentica procedat in pupillo doli capace, & tamen loquitur de pubere, vide quæ dixi, quantum ad hoc, in Alphabeto, in litera, P. in verbo, Pupillus. Volens tamen pupillus iurare admitteretur, vt probat textus iſte, in verbo, Non cogitur. & hoc tenet Aluaro, qui dicit, ſecus in infante, quia iuramentum requirit verba, & infans non poteſt proferre. Sed iſta ratio nõ videtur ſufficiens, quia ſequeretur, quod mutus non poſſet iurare, & tamen poteſt, de quo dixi in Alphabeto, in litera, M. Sed ratio eſt, quia infantilis ætas neſcit, quid agat. l. 1. in fi. C. de fal. mone. & tutor etiam poterit iurare pro pupillo, licet non cogatur, ſecundum Dd.

§. Si quis deceſſerit. Allegatur textus iſte, ꝙ ſi vaſallus, in quem peruenerit feudum per ſucceſſionẽ, ſit impubes, non tenetur fidelitatem facere, neque ſeruitium perſonale pręſtare: ſi tamen quiſquam pro eo dictum ſeruitium facere voluerit, admittetur. Et iſte textus loquitur proprie de feudo paterno, & antiquo, text. præcedens in feudo nouo. Et ſic nota caſum, in quo quis non cogitur iurare neque per ſe, neque per aliũ. Nota tamen, ſecundum gl. & Dd. quod hodie ex conſuetudine feudorum non ſcripta impubes cogitur ſeruire. & per ſubſtitutum: quod intellige quantum ad compulſionem, non autem quantum ad punitionem amiſſionis feudi, ſi non faciat. Et nota, ſm Dd. ꝙ vaſallus poteſt ſeruire per ſubſtitutum, ſi ſubſtituit acceptabilẽ dño. Et dr̃ acceptabilis dño, ſi æque bonũ ſubſtituat, prout ipſe eſt. hoc tñ limita, niſi dominus in inueſtitura exp̃ſſe dixiſſet, ꝙ deberet ꝑ ſe ſeruire, non per aliũ: quia tunc nullo modo poſſet ſeruire per ſubſtitutum inuito domino. pro quo gl. in c. ex eo. de electio. in 6. in ver. perſonaliter. textus in c. ſuper quæſtionum § intentionis, de offi. delega. & faciunt multa iura, quæ allegaui in alphabeto, in litera, I. Hoc tamen etiam limita, niſi quando vaſallus non eſſet habilis ad ſeruiendum per ſeipſum, quia tunc poſſet per ſubſtitutũ. l. quiſquis. C. de epiſc. & cleri. & idẽ ſi dignitas eſſet aucta vaſallo, ita quod non eſſet decens, quod ſeruiret in propria perſona. l. interdum. ff. de ope. liber. & idem, ſi eſſet alia neceſſaria cauſa impediens vaſallum. l. filius. in fi. cum l. ſequenti. ff. de procurat. Et nota quod Bald. hic vult, quod officia ſolennia, ſicut eſt officium poteſtariæ, vel capitaneatus, per alium non poſſunt explicari, niſi in caſu neceſſitatis. l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius, cui manda. eſt iuriſdictio. & de iure ciuili mors & membri mutilatio nõ poteſt committi vicariis: ſecus de iure Canonico. c. in Archiepiſcopatu. de raptor. & tu allega gloſſ. ſingu. in l. ſecunda. C. de officio eius, qui vices alterius gerit.

§. Titius. Allegatur text. iſte, licet intelligatur variis modis, quod feudum antiquum licite alienatum per vaſallum, poteſt eo mortuo, ſi non reliquit filios, recuperari per eius proximiorem agnatum, etiam nullo precio reſtituto: ſi vero reliquit filios, tunc per prædictos filios, non conſentientes alienationi, poterit reuocari, dummodo precium reſtituãt aquirenti: nec eſt opus iſto caſu expectare mortem alienantis. Et intellige textum de alienante, & quod dicta alienatio fuit facta licite, id eſt cum conſenſu domini, & mediante precio, quæ alienatio tamen non habet præiudicare filiis & cæteris agnatis, ad quos feudum erat reuerſurum, quia poterunt reuocare, quoniam feudum erat antiquum, prout dicitur in textu. Et nota caſum notabilem hic, ſecundum glo. & Dd. quod vbi vaſallus alienator habet filios, quod etiam eo viuente reuocabitur alienatio: ſed ſi non habet filios reuocabitur demum eo mortuo. Et ratio diuerſitatis eſt, quia filiis debebatur feudum antiquum ex pacto, & prouidentia priorum, & ipſe filius viuente patre eſt, quaſi dñs, & ideo filius admittiť incõtinenti, & eo viuo ad reuocãdũ, & qa emptor grauať in hoc, vt incõtinenti reſtituat in alio releuať, vt reſtituať ſibi ꝑciũ, ſed hoc nõ eſt ĩ agnatis, qa ipſi non intelliguntur dñi viuẽte ipſo alienante, ſed reuocabitur

cabitur ſolum poſt mortem: ſe quia grauantur in hoc in expectãdo mortẽ alienantis, alienãtur ĩ alio, q̃a reuocãt abſq; precii reſtitutione, & donec viuit alienator, emptor interim lucratur fructus. & dicit Bald. quod ſi facta alienatione non viueret vaſallus, niſi per vnum diem, nihilominus agnatus ꝓximior reuocabit abſque precio, quia ſic potuiſſet viuere per longa tempora in damnum ipſius agnati. Probat etiam textus iſte, ſecundum gloſſam. & Doctores quod qui conſentit vaſallo alienantis, perdit ius ſuum, ſiue iſte conſenſus ſit tacitus ſiue expreſſus, & per præſcriptionem annalem inducitur tacitus conſenſus, vt hic, oportet ergo agnatos eſſe multum ſagaces, ſecundum Bald. ne patiantur labi tempus anni, & intellige quando fit reuocatio ab alio agnato remotiore, ſecus ſi fieret ab extraneo, vt hic eſt gloſſa notabil. quæ voluit, quod quando alienatio eſſet facta in extraneum, qui non eſt agnatus, non excluderetur anno, ſed exigerentur anni triginta. quod eſt notandum pro limitatione iſtius textus, & intel lige prædicta ſiue ſit filius, ſiue agnatus, qui velit reuocare.

§. Si facta. Allegatur textus iſte, quod dominus non poteſt retractare inueſtituram feudi factã per eum, nec liberatur volendo præſtare intereſſe, ſed præciſe compellitur ad tradendum poſſeſſionem ipſius feudi. Et nota, quod textus iſte intelligitur in feudo nouo, quia in veteri nulla traditur poſſeſſio, cum vaſallus illam iam habeat, & ſic habes ex hoc textu, quod per inueſtituram verbalem etiam cum anulo factam, non transfertur poſſeſſio, ſed dominus cogitur præciſe ad illam tradendam. Et ex hoc gloſſa. hic collige tres concluſiones. Prima eſt, quod poſſeſſio, quæ habet tradi per dominum vaſallo, non debet eſſe occupata per alium, ſed vacua ab omni impedimento. Secunda eſt, quod facta inueſtitura & præſtito iuramento, poſſunt partes a dicta obligatione de communi conſenſu recedere. Tertia concluſio, quod ſi facta inueſtitura dominus tenebitur vaſallo ad omnium vtilitatem, quam habuiſſet ſi ab initio ſibi fuiſſet tradita poſſeſſio. Nota etiam gloſſa. hic quod dominus inueſtiendo plures diuerſo tempore, ille præferri debet, qui prior poſſeſſionem adeptus eſt. l. quotiens. C. de rei vendicatione. & hic vnum, quod communiter non tenetur, quod venditor non teneatur præciſe ad tradendum rem venditam, quia imo tenetur, ſi habet facultatem rei tradendæ, de quo in le. prima, ff. de action. emptio. & ſi venditor nollet tradere, debet ſibi manu militari auferri, & ſi dolo ipſius non poſſit haberi res, iurabitur contra ipſum in litem. l. qui reſtituere. ff. de rei vendicatione. Et ſi dominus tradidit poſſeſſionem, & vaſallus cecidit a poſſeſſione, quæ peruenit ad dominum, tenetur ad illam tradere vaſallo, ſecundum Doctor. quod tamen limita, niſi dominus haberet aliquam exceptionem contra ipſum, quæ poſſet excludere ius ipſius. ſecundum Aluarot. Et nota, ſecundum Bald. pro declaratione eius, quod dictum eſt, quando dominus diuerſo tempore plures inueſtit, quod ille præfertur, cui prius poſſeſſio tradita eſt, quod ſi vterque probauit de traditione, & non conſtat de tẽpore, præſumitur res tradita prius priori emptori tanquam iuſtiori. quod verum eſt, quando vterque probat de numeratione precii, ſed ſi vnus probaret de numeratione, alter non, tūc præſumitur prius tradita ei, qui precium numerauit, & ita dicit ſe concluſiſſe.

§. Filij. Allegatur textus iſte, quod ex cõſuetudine locali poteſt induci, vt valeat pactum oppoſitum in contractu matrimonij, quod filii nati ex eo matrimonio nõ ſuccedant, quo pacto oppoſito prædicti filii excluſi non ſuccedent etiam in feudo, & ſic, licet pactum de non ſuccedendo improbetur de iure. l. pactum. C. de collation. tamen de conſuetudine ſpeciali, admittitur in loco, in quo loco viget talis conſuetudo. Et nota, quod per gloſſa. & Doctor. intelligitur textus iſte, quando pactum fuit appoſitum ad excludẽdos filios ſecundi matrimonii, ſed quæritur, quid ſi pactum eſt appoſitum ad excludẽdum filios ex primo matrimonio, vel ſimpliciter, an talis conſuetudo trahatur ad iſtum caſum. & Bal. videtur ſentire quod ſic, & ponit exemplum, Si Marchio, qui tenet feudum, ab Imperatore accipit in vxorem quandam filiam Regis, quæ ei non nuberet, niſi hoc pacto, quod filii ſui ſuccedent in Marchionatu & non alii de alio matrimonio, item dicit Bald. vidiſſe de hoc magnas inconuenientias. pone, Accepi in vxorem quandam nobilem, quæ dedit mihi decem millia florenorum in dotem, quæ ſperabat filios mihi ſucceſſuros, & aliter mihi non fuiſſet nuptura, ſuſcepi ex eo vnum filium, & ex quadam meretrice habui plures ſpurios, quos feci legitimari ab Imperatore, ita quod ſuccederent pro virili cum legitimo. non eſt hæc magna iniquitas & circumuentio nubentium. Non poteſt negari, quin Imperator hoc poſſit; tamen Imperator, qui hoc facit, videtur vnum pecus, nec habet præ oculis iuſtitiam publicæ honeſtatis, nec cõſiderat, ꝙ per ſolas nuptias conſeruatur elegãs genus humanum in Auth. de nup. in prin.

§. Licet. Allegatur textus iſte, quòd licet vaſallus nũquam domino ſeruiat, neque ſeruitium offerat, non amittit feudum: ſi tamen ſit ſemper paratus ſeruire domino petenti, niſi ſciens magnum periculum imminere domino, ipſum ſponte non adiuerit. Vbi vero domino im̃ potenie non ſoluat debitum, ad quod dominus tenebatur ſub pœna periurii, non amittit feudum. Et ſic vult text. iſte, quod quãdo quis non vult aliquid conſequi, ſed intendit ius ſuum iam quæſitum conſeruare, non neceſſitatur ad offerẽdum: quod intellige, ſecundum Bal. niſi eſſet appoſita dies, quia tunc teneretur offerre, ne incideret in pœnam: ſi autem vult aliquis aliquid conſequi, ad quod conſequendum oblatio eſt neceſſaria, tunc debet offerri, & non ſolum verbo, ſed etiam realiter. l. ſi reſiduum. C. de diſtractione pign. l. acceptã. C. de vſuris. & vide, quæ dixi in Alphabeto, in litera, O. Habes etiam ex textu, quod vaſallus non tenetur ſe offerre, niſi q̃n̄ immineret periculum, quia tunc non debet expectare nuntium, alias priuatur feudo: exigitur tamen ſcientia vaſalli, vel quod ſcire debuerit. l. quod te ff. ſi certum peta. Probat etiam textus iſte, quod qui non poteſt adimplere promiſſa iurata propter paupertatem, incidit in periurium, quod eſt verum, ſi ei poteſt imputari culpa, alias ſecus, vt quia caſu fortuito deuenit ad inopiam. & ſi a principio ſciebat ſe non eſſe ſoluendo, eſſet in culpa, ſecũdũ Bal. Et licet vaſallus per xxx. annos non ſeruiuit domino, quia nõ fuit neceſſe, non propter hoc perdit feudum, ſed ſolum quando recuſauit, ſecundum Docto. Quæritur, an vaſallus teneatur alimẽtare dominum, ſi deueniat ad inopiam? & conclude quod non, ſecundum Docto. quod tamen limita, niſi dominus pro facto vaſalli ꝯſumpſiſſet ſua bona. Secundo limita, niſi infeudaſſet vniuerſa bona, vel maximum eſſet feudum. Eſt tamen conſilium bonum, quod dominus in inueſtitura apponat pactum vt alimentur, ſi deueniat ad inopiam: & ſi dominus eſt ĩ carcere pro debito, an vaſallus teneatur illum redimere? & eſt altercatio inter Scribentes, ſed iſte textus facit quod non: ſed poteſt diſtingui, prout dictum eſt ſup. de alimentis. Et ſi dominus interpellauit vaſallum, & recuſauit præſtare ſeruitium, & poſtea dominus ſuſcipiat ſeruitium præſtitum a vaſallo, an amittat feudum? & concluditur quod non per Doct. niſi dominus ſuſcipiendo proteſtetur ius ſuum ſaluum eſſe, de quo vide dicta in cap. i. ſupra quo tempore miles. Et nota textum, in fi. quod vaſallus non amittit feudum ex omni cauſa, per quã accepit beneficii videatur ingratus. §. illud. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. ſecundum Bal.

§. Si vaſallus. Allegatur textus iſte variis modis, ſed ſecundum Alu. ſic: feudum quo vaſallus priuatur ex ſua culpa per ipſum commiſſa in perſonam alterius quam domini aperitur agnatis excluſo domino, ac deſcendentibus ipſius vaſalli. Et concordant omnes quod iſte textus loquitur in feudo antiquo, & delicto commiſſo in alium quàm dominum. Sed quidam alii voluerunt intelligere iſtum textum, quod in tali feudo non admittantur agnati, niſi exiſtentes in quarto gradu, vel abinde ſupra non autem infra quartum, & mouentur per iſtum textum: item & ratione, quod quemadmodum deſcendentes ex dicto ſanguine excluduntur, ita & pari ratione debeant excludi collaterales, vſque ad quartum gradum propter ſuſpicionẽ: quia ſæpe ſolet eſſe ſimilitudo & audacia, argumen. l. quiſquis. C. ad l. Iuliam maieſtatis. ſed Aluaro. intelligit textum, quod nedum in quarto gradu admittuntur, ſed etiam ſi ſint infra quartum gradum, primo, ſecundo, & tertio, & etiã vltra in infinitum: & intellige iſtum textum de culpa proueniente ex delicto, non autem ex contractu: tu autem tene opinionem Iacobi del Beluiſio. & Bald. & per iſtum textum & per rationem eorum, quę non eſt ſublata. nec gl. iſta uidetur hoc probare, & eſt ſpeciale in hoc caſu per rationem aſſignatam.

§. In generali. Allegatur textus iſte, quod vaſallus alienando omnia bona ſua non intelligitur alienaſſe feudum, niſi de eo ſpecialem mentionem faciat. Et ſic in dubio nõ debemus pręſumere, quod voluerit vendere, feudum, ex illa venditione incideret in pęnam perdendo feudum. Et nota, ſm̃ Doct. ꝙ ſi dominus dat mihi in feudum totum caſtrum vel villam, intelligitur ẽt dediſſe ius patronatus eccleſiæ. quæ erat in dicto caſtro vel villa: ſecus ſi daret in feudum vnum feudum. Innocen. in capitu. cum ſeculum. de iure patronatus. Nec feudum venit in generali reſtitutione fideicommiſſi de quo vide Bald. in lege cum virum. Codice. de fideicommiſſ. Quærit Bald. hic, quidam

det

detinet debitorem meum, & per hoc non poteſt mihi ſatisfacere ex operis, an poſſum ab eo repetere illum debitorem, & Bald. quod non allegat Inno. in capi. dilectus. de appellatio. q̃a habeo in eo ius reale, ſicut habeo in uaſallo & aſcriptitio, & in omnibus qui tenentur ad munera. Poſſum tñ agere actione iniuriarũ, vel de dolo, ſi ſecus detinet meum debitorem, dicit etiam Bal ꝙ poſſum agere interdicto de Libero hoïe exhibendo, & præferor aliis propter ſingulare intereſſe.

§. Si vaſallus. Allegatur textus iſte, quod feudũ venditum ignoranter a vaſallo tanquam proprium, eſt ſibi reſtituendum, ſed tenetur emptori ad intereſſe. Et ſi tu vis habere exemplum, quomodo vaſallus poteſt ignorans alienare feudum, dicas quod forte ſucceſſit illi, qui multo tempore non ſeruiuit, quia non fuerat requiſitus a domino, non excuſatur tamen vaſallus ignorans ab intereſſe ipſius emptoris, vt hic, & intellige quãdo emptor fuit ignorans, ſecus ſi ſciens, quia ſcienti & volenti non fit iniuria, neq; dolus. l. cum donationis. C. de tranſactio. Et per iſtum tex. habes limitationem ad textum qui ſolet reputari ſingularis in l. final. §. fina ff. de lega. ſecundo ubi ignorantia firmat alienationem, quæ alias non valeret, quia ille textus loquitur de re, quæ ſui natura erat alienabilis, hic non. Et emptor ſecundum Bald. poterit retinere ſeudum, donec ſibi reſtituatur precium vaſallo agente, ſecus ſi dominus ageret in contumaciã vaſalli. Et creditur vaſallo alleganti ignorantiam, quando ſucceſſit in ius alterius, ſecus ſi haberet aliquas præſumptiones contra, quia tunc ignorantia non eſſet tolerabilis, vt quia ipſe alias fuiſſet inueſtitus. Et nota, ſecundum Bald. quod ſi hæres emphyteutę ignoranter vendidit fundum emphyteuticũ, quod non cadit a iure ſuo, vnde dominus reuocare volẽs, habet probare ſcientiam, quod eſt notatu dignum, ſecundum Bald.

§. Vaſallus. Allegatur textus iſte, quod ſi vaſallus ſcienter negat feudum, amittit illud, vbi vero dubitatur, an ſit feudum, debet dubitanter reſpondere.

Et intellige textum, quando dominus dicebat illum eſſe vaſallum, & tenere feudum ab eo, & ipſe negauit & conuincitur de mendacio, de quo in capitu. final. de lege Corradi. Et intellige, ſecundum Docto. quod totum feudum perdit, ſi totum negauit, & partem, ſi partem negauit. Ignorantia tamen excuſat vaſallum a pœna mendacii, vt hic. quod intellige, niſi eſſet craſſa & ſupina. Habes etiam hic, quod dubius poteſt dubitanter reſpondere, dabitur tamen ſibi terminus ad ſe informandum, & ſi non reſpondeat, poterit lis conteſtari contra ipſum, ſecundum Docto. Et nota, quia Bald. hic allegat vnam legem, quam dicit notabilem in Latio iure. C. de in litẽ iuran. quod licet hæredibus vſurariorum credatur, qui dicunt ſe non habere codices rationum, hoc verum niſi eſſet lis conteſtata cum defuncto.

§. Beneficium. Allegatur textus iſte, quod vaſallus poteſt feudum ſuum alteri infeudare ſibi æquali, dummodo ſine fraude faciat. Et ſic habes, quod vaſallus, qui non poteſt alienare feudum ſine domini volũtate, poteſt tamẽ infeudare, dummodo infeudet æquali ſub eadem lege, & ſine fraude, ne ſub colore inueſtituræ illud vendat. & ideo debet infeudare abſque aliquo precio, & accepto precio præſumitur factum in fraudem, ſecũdum Docto. quia hoc non eſt damnum domino. qui habebit in vaſallum illum, cui dabitur, qui erit æqualis primo.

§. Si vaſallus. Allegatur textu. iſte, quod illud, quod fit per vaſallum, de ſuo feudo ſiue p iudicium, ſiue per tranſactionem, debet haberi ratum per dominum. & id, quod datur ſub nomine tranſactionis, non cenſetur feudum. Et probat textus iſte, quod vaſallus habet legitimam perſonam comparendi in iudicio pro re feudali & in agendo, & defendendo. & tale iudicium erit validum, & proderit, & nocebit domino ſiue ignoranti, ſiue ſcienti, dummodo non fiat fraudulenter. & ſi vaſallus potuit denuntiare domino, & non denuntiauit, tunc eo ipſo eſt commiſſa fraus ſecundum Bald. quod eſt notabi. Aliqui tamen tenent, quod ad hoc, vt præiudicet domino ignoranti, requiritur, quod veniat ex perſona vaſalli, ſecus ſi veniret ex perſona propria. Habes etiam ex tex. quod illud, quod nomine tranſactionis percipitur, non ſuccedit loco rei. quod intellige, quando percipitur aliquod extrinſecum, ſecus ſi aliquod intrinſecum, puta partem ipſius feudi, quia tũc qđ retinet, nõ intelligitur acquiri nouo titulo, ſecundum Bal. Et quia contra iſtum textum facit, quod ſententia lata in perſonam vaſalli, non debeat nocere domino, per regulam, res inter alios acta. & ideo pro intelligentia facias iſtas concluſiones ſecundum Doctores. Prima eſt, ſecundum Bald quod vaſallus hic denuntiauit domino, vel ſaltem fecit quod potuit, ut dominus ſciret, ita, quod dominus ſciuit vel ſcire potuit: Secunda eſt concluſio, quod ſi vaſallus agit contra alium vaſallum poſſidentem feudum, & vterque dicit ad ſe ſpectare iure feudi, & ab eodem domino, cum eã iſta veniletur coram domino feudi. cum non poſſit prætendere ignorantiam dominus in futurum volens agere ex perſona victi repelleretur exceptione rei iudicatæ. Tertia eſt concluſio, ſi vaſallus agit ad rem, quam dicit feudalem contra alium poſſidentem, qui dicit illam rem eſſe propriam, & tunc vaſallus agens habet probare duo. Primo, ꝙ ille, qui ſibi ĩfeudauit, eſt dominus: item quod dedit ſibi in feudũ: quæ ſi non probat, abſoluetur poſſeſſor, & ſi iſto caſu vellet venire dñs ex perſona victi, dicens ꝙ erat vaſallus, & ꝙ deceſſit ſine hærede, vel quod commiſit delictum, ex quo feudum eſt ſibi deuolutum, repelletur exceptione rei iudicatæ, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit de primo proceſſu & iudicio, vt in iſto textu. Quarta eſt cõcluſio, ſi dominus vellet vendicare iure ꝓprio vt quia vellet vendicare rem illam tanquam ꝓpriam, ſibi nõ præiudicaret: quia nunc agit de iure ſuo, quia non poſſit prohibere vaſallum victum, ꝙ non deduceret ius ſuum: ergo nõ debet ſibi nocere, etiã ſi fuiſſe ſciens. l. ſæpe. ff. de re iud. Quinta eſt concluſio, ſi vaſallus poſſidet, & ab alio conueniatur in iudicio, qui dicit dictam rem ſpectare ad ſe iure proprio, & tunc ſi agens obtineat, fiet præiudicium domino ſcienti: ſec' ignoranti & eſt ratio, quia iſta cauſa erat principaliter vaſalli: debebat enim dominus defendere cauſam, ſiue dominus veniat ex perſona ꝓpria, ſiue ex perſona vaſalli & ſic ex prædictis teneas, quod ille textus habet locum, quãdo dominus ex perſona victi vellet venire, quia ſciuerit, ſiue ignorauerit, iudicium agitatum ſemper erit firmum, etiam in præiudiciũ ipſius domini quia vaſallus de ſuo iure agere potuit, nec potuit per dominum impediri. Et ex illo textu habes limitationem ad iura, quæ dicunt ꝙ feudum non poteſt alienari inuito domino: quia illud procedit in alienatione voluntaria: nõ autem in neceſſaria, quę ſit per ſententiam, cum iudicium redditur in inuitum. l. inter ſtipulantem. §. Stichum. ff. de verbo. obliga. Et dum textus loquitur de tranſactione, intelligitur ꝙ nõ præiudicium domino, quando vaſallus denuntiauit domino, vel per ipſum non ſtetit, vel ꝙ præiudicat domino, qñ vellet venire ex perſona vaſalli: ſecus ſi iure proprio. Et ſi tu vis ſcire, an talis ſententia præiudicet cæteris agnatis, ſicut ꝓiudicat domino: & dicas ꝙ ſi in ipſo iudicio fuit diſceptatũ de iure omnium agnatorum, & ſcientibus ipſis agnatis, præiudicabit: alias, non per d. l. ſæpe. & eſt differentia inter agnatos & dominum: quia ius, quod erat apud vaſallum victum, erat futurum apud alios agnatos ſequentes, & non diuerſũ. merito ſemper ſi veniunt, eſt neceſſe ꝙ veniant ex perſona propria, & non ex perſona victi: quod ſecus eſt in perſona domini ſed in caſu, quo agnati poſſunt venire, ad reuocandum, an ſint excluſi viuente ipſo uaſallo, ita ꝙ ſit neceſſe expectare mortem ipſius vaſalli: & conclude ꝙ ſic, per ea quæ notantur in §. hoc quoque. ſup. de ſucceſſ. feu. & ibi per gl. trãſactio tamen non pręiudicat alii agnatis etiam ſcientib. ſecundum Doct.

§. Domino. Allegatur text' iſte, ꝙ dominus ex culpa per eum commiſſa in perſonam vaſalli vel alterius, priuatur proprietate feudi, quæ applicari debet ipſi vaſallo dummodo ex eadem culpa vaſallus amiſſurus fuiſſet feudum, ſi eam commiſiſſet. & ſic habes, ꝙ dominus eadem fide obligatus eſt vaſallo ſuo, qua vaſallus obligatus eſt ipſi domino glo. in c. de forma. xxii. q. v. nam ſicut per delictum vaſalli in dominum commiſſum, conſolidatur vtile dominium vaſalli cum proprietate domini. §. fin. quæ fuit pri. cau. benef. amitten. ita per delictum domini commiſſum in vaſallum conſolidabitur directum dominium ipſius domini cum vtili dominio ipſius vaſalli, vt hic. & potes intelligere iſtum textum, vt ſeruetur æqualitas in feudo nouo, qđ ex delicto domini in alium commiſſo quam in vaſallum ſemper reuertatur proprietas feudi in vaſallũ excluſis omnib. agnatis & deſcẽdentibus domini. ſimiliter in feudo antiquo, quoniam ſicut ex delicto commiſſo per vaſallum in alium quam dominum, feudum non debet tranſire in dominum. ſed debet remanere apud proximos agnatos vaſalli, excluſis filiis: ita ex delicto commiſſo per dominum alium quam in vaſallum, debet feudum, ſi eſt antiquum, remanere apud agnatos ipſius domini excluſis filiis, & non apud vaſallum: & ita erit ęqualitas. & iſte text. dum dicit, in alium, poteſt intelligi in alium, quod illud delictum commiſſum rangat in conſequentiam ipſum vaſallum, vt quia verberauit famulum vaſalli in opprobrium domini. Et ſi bona vaſalli debent confiſcari, non confiſcabitur feudum, ſed tranſibit aut ad dominũ, aut ad agnatos, de quo per Bar. & modern. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de dam. infe.

§. Feudũ. Allegatur, text. iſte, ꝙ feudum conceſſũ eo pacto, ut inueſtitus & hęredes ſui tam maſculi q̃ fœminæ, & cui dederint, habeãt, retinet naturam feudi, donec eſt apud eos, & amittitur ex eiſdem culpis, qui-

bus & alia feuda, cum vero fuerit alienatum, deſinit eſſe feudum. Et nota hoc verbum, Dederint. & ſic quoquo titulo p̄t res transferri non ſolum iure feudi, ſed etiam iure donationis & venditionis, & cuiuslibet alterius alienationis ſine voluntate domini. & poſtquam talis proprietas eſt alienata, nunquam culpa ipſius vaſalli nocebit emptori. & eſt ratio, quia emptor non tàm habet cauſam a vaſallo, quam a domino, qui dedit ei hanc poteſtatem, quod potuit. l. in re mandata. C. manda. & ſic per pactum receditur a propria natura, tamen quouſque eſt tale feudum apud vaſallum, ſi committit culpā, amittit illud, licet non habeat propriam naturam feudi, quia donec eſt apud eum, eſt ligatus vinculo fidelitatis, nec dominus poteſt reuocare talem inueſtituram per pœnitentiam, ſecundum Doctor. l. ſicut. C. de action. & obligationib. Et nota, quod iſta clauſula, de qua in textu, eſt poſita cauſa ampliandi, & ideo debet aliquid operari, & ideo iſta verba important pſonam extraneam.

§. Titius. Allegatur textus iſte, quod pactum pſonale appoſitum de non petendo feudum a certis perſonis non extenditur ad perſonas non expreſſas. Nota ergo, quod pactum factum de non petendo feudum a fratre fratri recipienti pro ſe & hæredibus ſuis, intelligitur de liberis hæredibus, nam in feudo appellatione hæredis non continentur extranei, etiam ſi de hæredibus fiat mentio in modum liberationis, & ſic liberatio reſtringatur, quod eſt notabile, ſecundum Bal. & idem putat in renuntiatione, nam renuntiatio habet vim pacti perſonalis, quando fit contemplatione perſonę l. iubemus. C. ad Velleia.

DE PACE TENENDA ET eius violatoribus.

TITVLVS XXVII.

Quia ſupra tractatum eſt da contentione & controuerſia orta occaſione feudi, nunc vero ponit de compoſitione, ſcilicet de pace tenenda & componenda.

FEdericus. Allegatur textus iſte, quod pax tanquam neceſſaria ab omnib. eſt deſideranda, ſeruanda atque cuſtodienda. Quærit Bald. hic, nunquid videatur rumpere pacem ille, qui propter nouam diſcordiam alterum offendit? & dicit, quod Docto. communiter tenent quod non. & tu allega Bal. in l. aut facta. § cauſa. ff. de pœnis. Et nota pulchra verba Imperatoris ibi, Dignum eſt, vt cuius p̄cellimus munere, ita omnino pareamus in opere. Et nota tex in verbo, declarabitur, ꝙ procemium per tex. declaratur.

§. Si quis hominem. Allegatur textus iſte, ꝙ ſi quis alium occiderit infra pacem, debet decapitari, ſecus ſi ex neceſſitate cauſa ſe defendendi, & hoc per duellum probauerit. Et ſic habes hic, quod voluntarius homicida intra pacem debet decapitari. & ratio eſt, quia eſt perturbator pacis. l. fina. ff. de re militari. Probat etiam textus iſte, quod ſuper manifeſto iudex non debet admittere friuolas probationes, nec immorari in ambagibus, & ideo dici ſolet, Quod patet expreſſe, non poteſt negari prodeſſe. l. ea quidem. C. de accuſatio. Probat etiam textus iſte, quod quis ſe defendendo poteſt alium occidere, de quo in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. in l. j. C. vnde vi. Et nota, ſecundum gl. & Docto. quod illa, quæ ſtatuuntur hic in violatore pacis, habent etiam locum in violatore treugæ. Et nota glo. hic, quæ enumerat caſus, in quibus fit duellum, ſed hodie iſta ſunt prohibita de iure Communi, Canonico & Ciuili, de quo in cap. j. de cleri. pugnan. in duello. in titu. de purga. vulga. & in tit. C. de gladiato. lib. vndecimo. Nota etiam, ſecundum gloſ. quod iſte textus procedit, ſi aliquis occidiſſet propter tutelam filiorum vel coniunctorum vel bonorum ſuorum, quia aliter nō poterat cōſeruare, quod excuſatur a pœna huius legis, de quo in d. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. in l. furem. ff. ad l. Cornel. de ſic. Nota etiam, ſecundum Docto. quod iſte textus non habet locum, ſi aliquis commiſit homicidium extra fines imperii, & poſito, dum eſſet in terris imperii accuſatur, quia debet puniri pœna, quæ erat ſtatuta in loco delicti, de quo per Bartol. in l. cunctos populos. C. de ſum. Tri. Et nota ſecundum Bald. hic, in verbo, voluntarie, ꝙ hoc in dubio præſumitur.

§. Si vero violator pacis. Allegatur textus iſte, quod ſi committens homicidium intra pacem, & fugiat, bona eius mobilia publicantur, immobilia vero hæredibus relinquuntur, præſtito ab eis iuramento, quod nullum inde præſtabunt emolumentum homicidæ, quod ſi contra fecerint, priuantur dictis bonis, & fiſco applicantur, quibus confiſcatis, Princeps dabit, cui voluerit. Nota hic textum ſingularem, ſecundum Bald. ꝙ bona mobilia cenſentur eſſe de eius territorio, vbi reperiūtur quia illi populo vel fiſco illius loci confiſcantur. Eſt etiam textus hic nota. quod propter contumaciam delinquentis bona immobilia hodie non applicantur fiſco, ſed reſeruantur proximis. Probat etiam textus iſte, quod filius non poteſt alimentare patrem bannitum vel hoſtem, quod ſi fecerit, punitur in amiſſione bonorum, quæ ſibi erant cōceſſa, ne patrem aleret, & ſic quis priuatur debito iure naturæ propter bannū. Sed vt dixi in repetitione. capituli inter alia. de immunitate eccleſiarum. non videtur mihi, quod textus iſte probet hoc. & Aluarot. hic allegat Bartol. in l. ſi quis a liberis. §. vtrum. ff. de libetis agnoſcendis. ſed Barto. ibi non dicit aliquid de patre bannito. Et quia hic fit differentia inter bona mobilia & immobilia, quæritur quid de fructibus. & dicas, ſecundum Doctor. quod ſi ſunt ſeparati, iudicātur inter mobilia, ſecus ſi ſunt pendentes. ff. de rei vendicatione. Quæritur etiam, quid de penſionibus, & dicas, quod iudicantur inter mobilia, ſi iam ceſſit dies penſionis, alias ſecus. & annuæ præſtationes ad longum tempus computantur inter immobilia. Et ſi iudex habeat generale arbitrium, non poteſt omnia bona publicare. Et quia Aluarot. hic tangit, an in confiſcatione veniant iura cōditionalia, vide quæ dixi in alphabeto in verbo, Bannitus. Nota etiam iſtum textum, ſecundum Bald. in verbo, Tali conditione, ꝙ in ſententia poteſt apponi modus, & quod ille dēt ſeruari, ſicut conditio. l. cum eorum. l. cum iudex. C. de ſenten. & int. omn. iud.

§. Si quis alium. Allegatur textus iſte, quod vulnerans aliquem voluntarie ītra tempus pacis, amittit manum, ſecus ſi probauerit per duellū hoc feciſſe neceſſario ad ſui defenſionem. Vbi vero talis vulnerans aufugit, tunc contra ipſum procedetur ſecundum formam. §. præcedentis. Non poteſt ergo aliquis alium impune vulnerare, niſi faciat neceſſario animo ſe defendendi, & pro vulnere illato tempore pacis, imponitur pœna manus. Et nota pro declaratione textus in l. prima. §. Diuus. ff. ad legem Cornel. de ſicar. quod ſi aliquis habet animum occidendi, ſed tantum vulnerauerit, & tunc punitur tanquam homicida, vt ibi, ſi autem quis habet tantum propoſitum vulnerandi, & non occidendi, & tunc tantum punitur de vulnere, vt hic. Et vide quæ poſui in Alphabeto, in verbo, Homicidium quia legibus punientibus conatum eſt derogatum hodie per generalem conſuetudinem, per ibi deducta. Et nota, quod illa manus debet amputari, ſecundum Docto. cum qua delictum perpetrauit, ſi autem dubitatur, cum qua vulnerauit, tunc recurre ad ea, quæ habentur per Doctores & glo in authen. ſed nouo iure. C. de ſerui. fugir. Et nota, ſecundum Doct. quod ſi violator pacis homicida decapitetur, & vulneranti manus amputetur, non confiſcantur bona. Nota etiam, ſecundum Doct. quod pœna, quæ imponitur hic, & in §. præcedenti, habet locum contra turbatores pacis ſingularium perſonarum, vt q̄ſi duo inimici fecerunt pacem, & dederunt ſibi fidem faciendo ſaluum conductum.

§. Si quis aliquem. Allegatur textus iſte, quod ſi quis percutiat alium intra pacem ſine ſanguinis effuſione, ſiue cum fuſtibus, ſiue barbā vel crines pilando, vel aliter manu percutiendo, punitur pecuniariter pœna hic deſcripta, quam pœnam ſi non ſoluat, vel pignus pro dicta pœna traditum non luat, procedetur contra eum modo & forma hic deſcriptis. Et probat textus iſte, quod eſt maior iniuria, quando quis barba aut crinibus expilatur, quam quando pugnis ſeu manu percutitur, quia imponitur maior pœna, vt hic, & ideo pecuniariæ creſcunt & decreſcunt ſecundum qualitatem delictorum. in l. fina. C. de modo mulcta. Et ſolet dubitari, an illæ condemnationes, quę ſunt taxatæ a lege vel ſtatuto in forma librarum, vt hic, debeant ſolui ſecundum tempus legis conditæ, an ſecundum tempus hodiernum. & videtur concludi per Docto. quod ſecundum tempus hodiernum, de quo per Bald. in l. illud. C. de ſacroſanctis, eccleſiis. Probat et textus iſte, q̄d ex eodem delicto condemnatur quis parti læſæ & Reipublicæ. tu allega. optimum textum in l. locatio. §. quod illicite. ff. de publicatio. Probat etiam textus iſte, quod condemnationes pecuniariæ, quæ fiunt in terra alicuius Comitis vel Baronis, ſpectant ad eum, non ad Principem, ſecus ſi confiſcantur bona, quia illa ſpectāt ad fiſcum Principis, non autem ad ipſum Comitem vel Baronem vt in iſto textu. Limita tamen hoc tribus modis. Primo, vt non procedat in bonis feudalibus delinquentis, quæ erant de menſa Comitis vel Baronis: quia tunc talia bona redeunt ad ipſum Comitem, non ad Principem. §. illud. j̄. de prohibita aliena. feudi per Federi. Secundo limita hoc, niſi vaſallus delinquens haberet agnatos, tunc ſi eſſet antiquum, rediret ad agnatos, vt dictum eſt ſup. in §. denique. quæ ſit pri. cauſa benefi. amitten. Tertio limita, quod dictum eſt ſup. niſi ex cōſuetudine approbata per Principem bona confiſcata ſpectarent

rent

rēt ad Comitem, quia tūc filius Principis ſe non impediret, inf.de pace Conſtan.in prin. Et vide quæ dixi ī meo Alphabeto, in in literb, M, in verbo, Mulcta. Bal.hic adducit multa circa materiam Auth.bona damnatorum. C.de bonis proſcri. & inter alia dicit: Pone, quod iudex expreſſe dicit in ſentētia, quod confiſcantur bona, a qua ſententia filii vel parētes nō appellauerunt, nunquid talis ſententia tranſeat in rem iudicatam? & tenet ꝙ non, per textum in d.Auth.quia iudici eſt abrepta a lege iuriſdictio in hoc, Item allegat Bal.glo.quam dicit ordinariam, in c.ſi iudex laicus. de ſenten.excomm.in 6.ꝙ ille, qui detinetur in carcere, ita vt detineri non poſſit, non debet banniri. Et nota, ſecundum Bal. ꝙ bannire eſt ext. protectionem ciuitatis ponere. Nota etiam, quod Bald.hic tractat de duello, & dicit, ꝙ ille, qui prouocat alium ad duellum impingens ei crimina, tenetur probare per indicia & ꝯiecturas: quia pugna æquiparatur torturæ, quæ non debet fieri nullis indiciis præcedentibus: quæ autem indicia ſufficiant, committitur arbitrio eius, qui habet publicam auctoritatē ſuper hoc, alioquin quilibet deſperatus alium ad pugnam prouocaret ſine cauſa, quod eſt abſurdum, ſecundum Bal. Et nota hoc, quia in Italia ſæpe contingit, ꝙ duo contendunt armis, maxime lenones propter aliquam meretricem, quā quilibet eorum dicit eſſe ſuam, & datur quandoque eis campus. Quærit etiam Bal.nūquid ille, qui moritur in pugna, moriatur ſeruus pœnæ? & concludit ꝙ non, quia eſt ſimilis illi, qui moritur in tormentis, qui adhuc non eſt damnatus: ex quo ſequitur, ꝙ ſuum teſtamentum non rumpetur. Quærit etiam Bal.nunquid, poſtquam ſunt in campo poſiti, de communi conſenſu poſſint pœnitere & reſpōdet ꝙ non, niſi abolitio concedatur a ſuperiore. Quærit etiam, ſi die aſſignata duelli vnus alium ſuperare non potuit, tam diu ſit bellandū, donec vnus victor: alter victus appareat? & reſpondet ꝙ is, q ſe probaturum iactauit, niſi die aſſignata probet, non eſt vlterius audiendus.

§. Si clericus. Allegatur textus iſte, ꝙ clericus in iudicio conuictus de pace violata, vel ꝙ violatorem receptauit, punitur pecuniariter in decem libris perſoluendis præſidenti laico, Epiſcopo vero ſecundum ſua ſtatuta: ſi vero contumax & inobediens extiterit, tunc acrius puniri debet. Et violator pacis, & receptor violatoris pacis pari pœna puniuntur, & hic & in l.j.ff.de receptat. Et intellige de ſcienter receptante. Et dicitur receptare vel cohabitationem, vel per contubernium, & ſodalitium: punitur tamē mitius, quando fuiſſet receptatus coniunctus ſanguine, ut in l.2.ff.eod.titu Sed hodie iſta deciſio nihil valet, quia Imperator non habet poteſtatem ſtatuendi de clericis, ſecūdum Docto.per ea, quę habentur in c.at ſi clerici.in c.cum non ab homine.de iudi.c.j.de cleri.coniuga.in 6. Sed hoc non placet Aluaro. quia videtur ſibi abſonum dicere, ꝙ Imperator voluit ſtatuere contra prædicta iura ſine aliquo colore, cum in principio huius legis dicat, ꝙ vult leges tam diuinas quàm humanas manere in ſuo vigore. Et ſciebat, ꝙ etiam de iure ciuili laici non poſſunt ſtatuere contra clericos. Auth. ſtatuimus. C.de epiſc.& cle. Et ideo dicit ipſe, ꝙ poteſt dici, ꝙ hic Imperator nō ſtatuit aliqd de nouo, ſed recitat ſacras regulas & canonica ſtatuta, quæ hoc dictabant. Sed vellem ſcire ego, vbi ſunt iſtæ ſacræ regulæ: vel dicit ipſe. hoc facit Imperator pro ſalute vniuerſali de licentia Papæ: ſed mirum eſt, ꝙ non fiat mentio Papæ. Et tamen Imperatores fecerūt etiam multa iura de eccleſiis & clericis, quæ non tenent hodie. vt in titu.de ſacroſan.eccle.& de epiſcop. & cle. Et dicit Bald.hic, ꝙ Imperatori diſplicebant priuilegiata maleficia. & nota vnā glo.notabilem, quàm allegat Bald.hic, ꝙ ipſo iure eſt nullū, ſi legitima citatio facta nō fuerit, quicquid ſecutum eſt ex ea in l ſi accuſatoribus. C.de accuſa.in vltima glo. Et ſi de crimine clerici fuit lata ſententia per ſuum Prælatum, ex quo crimine veniret feudo priuandus dominus feudi, qui eſt laicus, poſſet ſibi feudum auferre, & ſi fuiſſet abſolutus de dicto crimine, non poterit amplius ex dicto crimine ſibi auferre, de quo per Card.in capitu.verum.de foro compet. in v.q. & per Aluaro.hic.

§. Si iudex. Allegatur textus iſte, quod dominus caſtri, in quod violator pacis aufugit, dēt illum, ſi ibi non habet manſionem, ad inſtantiam iudicis ducere pro facienda iuſtitia: ſecus ſi ibi manſionem habeat, qa tunc ipſum adducere non compellitur, ſed ſolum omnia bona mobilia ipſius præſentare, de cœtero tamen ipſum in domo ſua non recipiat. Et ſic domini terris ſuis non debent ꝓtegere malefactores, facit quod habetur in l.congruit.ff. de of. Præſi. Probat etiam tex.iſte, quod eſt magis priuilegiatus habens habitationem in loco, quam non habens. Et ratio eſt, quia iſte, qui habet habitationem, non poteſt dici profugus, ſed eſt reuerſus ad domum ſuā, quæ debet eſſe ſibi tutiſſimū refugium. l.pleri que.ff.de in ius vocan. Et intellige iſtum textum, quando malefactor eſt deprehenſus in flagranti crimine, & tunc quocunque vadat, eſt inſequendus, vt hic: ſed tamen dominus loci, in quo habet habitationem malefactor, non tenetur tradere petenti, debet tamen illum expellere a ſe de terra ſua, nec dare ſibi receptaculum d.l.congruit. Et ſi diceretur, iſte delinquens poterit puniri in loco ſui domicilii.in l.i.C.vbi de cri.ag.opor.reſponderetur, ꝙ hic hoc non petebaṫ ſed petebaṫ ꝙ remitteretṫ ad locū delicti. Et dēt remitti iſte fugitiuus ad iudicē expenſis illius, q pro ſuo intereſſe petit illum remitti.gl.eſt ſingularis in l.fi. C. de erog.mili.anno. lib.12.ſi autem iudex ex officio petit, tunc expenſis publicis illius loci, ad quem remittitur, ſecundum Bal.

§. Si duo. Allegatur textus iſte, ꝙ vbi inter plures vendicantes feudum oritur contentio, quis eorum debeat pręferri, ſi vnus legitime probauerit ſe legitime inueſtitum ſine aliqua violentia, debet obtinere: ſi vero eſſet cōuictus de violentia, debet ſuccumbere: ſed ſi de nouo poſtea inueſtituram acquirat, poterit de nouo ad dictum feudum agere. Nota ergo iſtum textum, ꝙ vbi ſunt plures competitores inuicem ſe impedire volentes, ille prīo debet admitti ad probādū, qui maiores habet pro ſe præſumptiones. quæ præſumptiones & informationes poſſunt ſumi etiam a teſte non iurato, vt voluit hic gl.quę eſt ſingularis ſecundum Bal. Probat etiam textus iſte, ꝙ vnus ex competitoribus poteſt īfringere competitorem ſuum ex delicto in ſe commiſſo: qui delinquens punietur, ex quo delicto ſuccumbere etiam debet in cauſa: & per inuaſionem amittit ius quod habebat in feudo, vt hic.& l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. Et ſcias, ꝙ verus intellectus iſtius text. eſt, ꝙ iſti duo contendentes de eodem beneficio agebant contra tertium poſſidentem feudum, ita ꝙ quilibet pro iure ſuo volebat vendicare dictum feudum, & confundebant ſe viciſſim, aſſerentes quilibet eorum dictū feudum ad ſe ſpectare: ex qua cauſa eſt quæſtio inter eos agētes, quis eorum debeat pręferri in illo iudicio ad vendicandū dictum feudum. Intelligas etiam textum, ne obſtet. l. ſi qs in tantam. C. vnde vi.ꝙ tempore, quo inuaſit & violentiam cōmiſſit, nondum habebat ius & dominium in feudo: quia nūquam fuerat inueſtitus: vnde ſi agendo ſuccumbat, & ſoluat duplum propter illam inuaſionem & poſtea de nouo acquirat ius in dicto feudo, quia ſit inueſtitus a vero domino, poterit de nouo agere & illud vendicare iuſtitia mediante, nec obſtabit ſibi exceptio rei iudicatæ: quia ex noua cauſa habet dominium. l.mater. § eandem. ff.de excep.rei iudicatæ. Et nota, ꝙ licet iſte produxerit inueſtitorem, & ſi videatur, ꝙ probauerit ſe inueſtitum, & ꝙ non haberet vlterius probare ſe acquiſiuiſſe illud abſque rapina: quia probando ſe inueſtitum, vṙ ſufficere. tamen quia dictum inueſtitoris non fuit deductū ad probationem principalem. ſed ſolum informationem Comitis, ut tolleretur diſcordia inter ipſos competitores, videlicet quis eorum deberet prius admitti ad probandum: pręterea iſte dominus inueſtitor non poteſt eſſe ſufficiens teſtis de per ſe, tum quia inueſtitura debet probari per pares curię, ſi eſt feudum nouum, tum quia eſſet antiquum adhuc, quia teneretur de euictione, non videretur eſſe ſufficiens. l.omnib.C.de teſtib. & ideo neceſſe habet probare ſe acquiſiuiſſe illud abſque rapina.

§. Si tres. Alleg. tex. iſte, ꝙ qn̄ plures allegant diuerſos inueſtitores, oritur contentio ſuper eodē feudo, qs eorū poſſideat, ille debet obtinere & poſſidere, qui fuerit probatus pacificus poſſeſſor ſine violentia per duos teſtes eiuſdem ꝓuincię, reſeruato iure aduerſæ parti in petitorio. Collige ex hoc text. ꝙ in ꝓbanda poſſeſſione ſufficiunt duo teſtes, nec reqriṫ, ꝙ iſti duo teſtes ſint de parib. Curiæ.cum indiſtincte loquaṫ, & iſtud eſt regulare. l.vbi.ff.de teſti. & ꝙ probatio poſſeſſionis fit melius per eos, qui ſunt de regione, q̄ per ꝓ alios, qa melius præſumuntur ſcire q̄ remoti, facit qd̄ hṙ in l.ſi vicinis.C.de nup. Et in iſto caſu iudex ordinarius eſt cōpetens iudex: qa non ꝯſtabat aperte de dn̄o, qa dicti vaſalli ꝓducebant diuerſos inueſtitores: ſecus ubi litigantes producerēt eundem inueſtitorem, & ſic conſtaret aperte de dn̄o. Et iſti teſtes duo non reperiunṫ in eadē prouincia, ſed in alia poterunt recipi & examinari extra prouinciam, ſecundū formā. l.iudices.cum Auth.ibi poſita.C.de fide inſtr. Et intelligas textum, ꝙ iſti teſtes producantur a parte, & in forma iudicii debent examinari poſt lit.conteſta.prout eſt regulare, ut in titu. vt li.non conteſta.peſtotum licet aliqui velint, ꝙ iudex ex officio ſuo poſſit hoc facere, pro inquirenda veritate.

§. Si ruſticus. Allegatur tex. iſte, ſecundum vnam lecturam, quę magis congruit literę, quod ſi ruſticus accuſat militem de pace violata, iurando, ꝙ non facit animo calumniandi, debet dictus miles ſe purgare per ſuum iuramentum, & per ſacramentum aliorum, quatuor teſtium hoc idem aſſirmantium. Habes ergo ex textu,

quod

quod ruſticus non accuſet militē, niſi iuret. ꝙ non facit per calumniam, & de purgatione, de qua in textu per gloſſa. & Docto in capit. inter. de purga. ca. Et intelligas iſtum textū, quando accuſabatur de pace violata, ſiue ſanguinis effuſione, quod caſu eſt pœna pecuniaria, & fit purgatio per teſtes: ſecus ſi pax violatur per ſanguinis effuſionem, quia tunc eſt pœna corporalis, & fit purgatio per pugnam. ſ. eo. §. 1. & §. ſi quis alium. Et ſi ruſticus accuſaret militem de pace violata cum ſanguinis effuſione, tunc poſſet indicere pugnam mili. & non obſtabit text. ſ. eo. § ſi miles. vbi ignobilis non poteſt indicere bellum militi, quia intelligitur tex. vt ipſe miles teneatur pugnare perſonaliter, ſed dabit campionem pro ſe æquè idoneum ad pugnandum cum ruſtico, vt hic, fiet ergo pugna ex parte militis per campionem.

§. Si miles. Allegatur textus iſte, quod ſi ruſticus eſt accuſatus per militem de pace violata, ſe purgare tenetur, aut diuino, aut humano iudicio, vel ſeptem teſtibus legitimis eligendum per iudicem. Et quia in textu fit mentio de purgatione, quæ fit humano iudicio, aut diuino, habes exemplum de diuino, quia diffamatus de crimine portabat ferrum ignitum in manu de loco ad locum, & ſi remanebat adultio, puniebatur, ſi non remanebat, abſoluebatur, tanquam diuinitus eſſet probatum. De humano iudicio habe exemplum de pugna, & duello, quoniam putabāt antiqui, quod pugnans vinceret, ſi diceret verū, alias ſuccumberet. iſta omnia ſunt reprobata hodie, vt in titu. de purgat. vul. in titu. de cleri. pugnan. in duel. De purgatione autem canonica habetur in titu. de purgat. cano. per totum. & probat textus iſte, quod magis creditur militi, quam ruſtico conuicto. §. præcedenti. quia ruſticus in expurgando ſe debet habere ſeptem teſtes, ſed in milite exiguntur ſolum quatuor.

§. Si miles aduerſus militem. Allegatur textus iſte, quod miles nō poteſt interpellare alium militem ad pugnam, niſi primo doceat ſe cum parentibus ſuis ex genere militari deſcendiſſe. Vult ergo textus iſte, quod ignobilis non poteſt prouocare nobilem ad pugnam, quia pugna debet eſſe inter æquales. & quod ex antiquitate generis, quis iudicandus eſt nobilis, & quod qui nobilitatem allegat illam debet probare pro hoc facit, quod notat glo. ſingularis, in l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſda. cogantur. Et intellige textum dicit, Aliqua capitali, ſubaudiendo, ex qua pugna poſſit offerri, quoniam non ex qualibet cauſa offertur pugna, de quo per glo. hic. Et quia dictum eſt, quod ſi miles eſt interpellatus ab ignobili, non tenetur purgare, ſed poteſt dare campionem æqualem, quæritur, quid ſi miles vult renunciare priuilegio, & perſonaliter pugnare, an admittatur? Et concludo, quod ſic, per regulam generalem, l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis.

§. Poſt natalem. Allegatur text. iſte, quod poſt feſtum natiuitatis S. Mariæ debet fieri prouiſio in qualibet terra ſuper valore victualium, & qui contra dictam prouiſionem fecerit, debet puniri, tanquam violator pacis, ſecundum formam hic deſcriptam. Probat ergo textus iſte, quod quolibet anno debent taxari victualia, vt debito precio vendantur pro tuitione populorum & publici ſtatus. l. j. § cura carnis. ff. de offi. præfec. vrbis. & ſic propter fauorem publicum poteſt de publico poni precium rebus alienis, quia in rebus neceſſariis ad quotidianū victum poteſt taxari precium, de quo in l. 1. C. de epiſc. audi. Probat etiam textus iſte, quod gubernator pacis debet ſagaciter prouidere circa vtilitatem ciuitatis cum conſilio ciuiū, qui ſciūt conditiones locorum. Et nota, quod ille, qui non facit contra regulam in precio taxato, ſed fraudat mēſuram, quod debet puniri, tanquam turbator pacis, per iſtum tex. ſecundum Dd. Et nota, ſecundum Bald. quod non ſeruantes bona, & æqua ſtatuta, puniri debent.

§. Si quis ruſticus. Allegatur textus, quod ruſticus deferens arma, punitur ad arbitrium iudicis, aut in amiſſione armorum, aut in viginti ſolidis pro delatione. Et ſic nota, ꝙ ruſtico eſt interdicta delatio armorum, tamen extendas etiam ad alios hodie. l. 1. C. vt armor. vſus, lib. 11. ſed ideo fecit mentionem de ruſticis, quia ipſi erant magis ſoliti portare. Et nota, vt habetur in §. ſeq. quod eſt ſtatutum, quod itinerantibus liceat portare arma debito modo ad ſe defendendum a latronibus, non autem ad nocendum. & vide per Bart. in l. pen. ff. ad l. Iuliam, de vi publica. Et quærit Aluar. an forenſis teneatur pœna ſtatuti ſuper delatione armorum? & vltra adducta per ipſum adde Bart. in l. interdum. §. licet. ff. de publica. qui tenet, quod forenſis non excuſetur. Et quid veniat hic appellatione armorum, erit in arbitrio iudicis, in conſiderando, an cum illis poſſit violari pax. Et nota, ſecundum glo. & Bald. quod ille qui portat arma, præſumitur habere malum animum, niſi portet ea ligata, quæ tamen glo. eſt in §. ſequenti. intellige tamen iſtam glo. quando deferens non haberet cauſam, vel licentiam deferendi, alias ſecus.

§. Mercator. Allegatur textus iſte, quod mercatores itinerantes cauſa mercandi, portare poſſunt enſem, dummodo non cinctum, ſed alligatum ſellæ, ſi eſt equeſter, vel vehiculo, ſi eſt in curru. Et nota, ꝙ licet text loquatur de mercatore, tamen idem dicas in viatore, quia eſt eadem ratio. l. illud, ff. ad l. Aquil.

§. Nemo retia. Allegatur textus iſte, ſecundum vnum intellectum, & clarum, quod nemo venetur in agro alieno, niſi apros, vrſos, lupos. Et ex identitate rationis intelligas etiam de aliis animalibus periculoſis, ſecundum diuerſitatem regionum: & ſic nemo poteſt venari in agris alienis inuitis dominis, niſi prout dicitur hic. l. Diuus. ff. de ſerui. ruſtico. prædio.

§. Ad palatium. Allegatur textus iſte, quod milites ſeu vaſalli accedētes Curiam domini, non debent portare arma, niſi cum licentia domini Dicas tamen, quod nec etiam alibi, vt viſum eſt ſupra, ſed voluit facere mentionem de palatio domini, tanquam de loco magis priuilegiato Et ratio, quare in palatiis Principum, vel etiam communitatum non licet portare arma, eſt, vt tollatur omnis occaſio, nec vbi iuſtitia & quies Reipubli. gubernatur, poſſit mediantibus armis diſturbari. & Bal. facit mentionem de palatio Florentinorum, quod eſt pulchrum in Italia.

§. Publici latrones. Allegatur text. iſte, quod publici latrones furca ſuſpendantur, ſecundum formam legis antiquę. Et nota, quod ſufficit malefactorem eſſe conuictum, licet non cōfiteatur, de quo etiam in l. qui ſententiam. C. de pœnis. & ſic vnum ſufficit. verum eſt, quod propter appellationem tollendam requiritur vtrunq;, de quo in l. 2. C. quor. appel. non recipian.

§. Quicunque. Allegatur textus iſte, quod male tractans officium ſuum ſi monitus ſe non emendauerit, priuari debet dicto officio, & beneficio, & ſi poſt dictam priuationem propria auctoritate ſe in eo intromittat, puniri debet, tanquam violator pacis. Et uariis modis intelligitur textus iſte, tu potes intelligere, quod erat aduocatus fiſci, & huic aduocationi erat annexum feudum. Et idem dicas de ſimilibus. & ſic ſi vaſallus legitime nō exequitur id, pro quo datum eſt feudum priuatur eo feudo, & dignitate feudali. Et probat notabiliter textus iſte, ſecūdū lecturam Bal. quod ille, qui male vtitur feudo, deteriorando rem feudalem, perdere debet illam. facit. l. ædem. C. de loca. Ex qua lectura infert, quod habens caſtrum in feudum, & male tractet homines dicti caſtri ſubditos ſuos, quod dominus poteſt illū admonere, vt eos debito modo tractet, alias Curia domini poſſet ſibi auferre Caſtrum, quod eſt notabil. Probat etiam text. quod dominus non poteſt priuare vaſallum feudo de abſoluta potentia, ſed requiritur ordo iudiciarius, & ſententia, glo in §. callidis inf. de prohibi. alie. feu. per Federi. & dicit Bal. hoc eſſe memoriæ commendandum.

§. Si quis quinque. Allegatur text. iſte, quod pro furto valoris quinque ſolidorum, vel vltra, quis ſuſpenditur, pro furto vero, infra dictam ſummam verberatur, & tondetur. Et intellige text. ſiue ſit furatus quinque ſolidos in pecunia, ſiue rem valentem quinque ſolidos, ſecundum Aluarot. licet aliqui tenuerint contrarium, & forte non male per textum in l. interpretatione. ff. de pœnis. Et nota hic textum pro conſuetudine, quæ eſt in Alemania, quod fiat fuſtigatio cum ſcopis, quia hic textus facit mentionem de ſcopis. Et ſic nota, quod pro modico exceſſu aliquis grauiter punitur. Et Imperator hic conſiderauit potius qualitatē & cauſam delicti, quam quantitatem exceſſus, vt quoquo modo conſeruetur pax per eā promulgata per iſtam legem. & ſic eſt caſus ſpecialis. Sed dic, quod textus iſte eſt abrogatus per contrariam conſuetudinē, & etiam ſecundum aliquos, quod Imperator Federicus correxit iſtum textum. c. 1. §. iniuria. de pace iura. firman. Et ideo de hoc textu non eſt curandum hodie, ſecundum Dd. de quo per Bar. in Authen. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugit. in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. & per iſtum textum dicit Bal. quod ſi duo fecerunt pacem adinuicem, & vnus faciat furtū alteri, quod videtur frangere pacem, ſed contrarium tenet Bart. in l. verum. ff. de furtis. quem nec Bal. nec Aluaro. allegant.

§. Si miniſteriales. Allegatur textus iſte, quod familiares dominorum inter ſe rixantes ſunt per iudicem ſedandi, & corrigendi, ſecundum formam iuris. Et probat textus iſte, quod familiares Principum & dominorum ſunt ſubiecti iuriſdictioni ordinarii illius loci, vbi delictum commiſerunt, vt hic, & authen. t. qui in prouin-

cia.C. vbi de crimi. agi opor. Item quod ad officium iudicis ſpectat ſedare diſcordias ſubditorum, & compellere eos ad pacem, ne deueniant ad arma. Et ſic ante factum, de quo in l. æquiſſimum.ff. de vſufru. & poſt factum debet punire, & vide quæ dixi in Alphabeto, in litera, R.

§. Quicunque. Allegatur textus iſte, quod quicunque tranſitum facit cũ equo per terram aliquam, poteſt equum ſuũ pabulo reficere iuxta viam, & poteſt etiam vti herba, & viridi ſylua ſine vaſtatione, & damno alicuius. Et intellige iſtum textum, quod equitans paſcebat equum ſuum in agro iuxta viam, quod licet. Et ratio eſt, tum quia ſibi prodeſt & alii nõ nocet, item quia hoc facit ex neceſſitate, item quia iuſte credebat dominum permiſſurum, ſi hoc ſciret, vnde non videtur delinquere. Et etiam ſi iſte pabulans eſſet diues, qui fecit non ex paupertate, ſed ex neceſſitate, quæ facit rem eſſe cõmunem, non tenetur ſoluere precium, ſecundum Aluar. qui allegat Bald, in ſimili. l. 2. C. de oper. libe. Sed hoc dictum mihi non placet per ea, quæ notant Dd. in c. ſi quis propter. de furtis. vbi concluditur, quod ſi aliquis tempore neceſſitatis etiam maximæ furatus eſt, tenetur reſtituere, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam. Et multo magis dicendum eſt in illo, qui pabulauit equum propter neceſſitatem, & non propter paupertatem.

HIC FINITVR LEX, deinde conſuetudines regni incipiunt.

TITVLVS XXVIII.

Quia lex Imperatoris Federici, de qua in titu. proximo, durauit hucuſq; & nunc finita eſt, ideo dicitur, hic finitur lex, cum non ſit amplius. Sed incipiunt modo quædam conſtitutiones, quæ conſuetudines regni appellantur, & pro conſuetudinibus obſeruantur. Ideo ſubiungitur in rubrica. Deinde incipiunt &c. Et ſi opponitur contra rubricam in eo, quod dicit, quod hic incipiunt conſuetudines, quia imo non incipiunt hic, cum a principio libri hucuſque tractauerit de conſuetudinibus, ideo dicas, quod proprie non incipiunt, ſed reaſſumantur, quia dicta lex præcedens fuit quædam interpoſitio.

DOmino guerram faciente. Allegatur textus iſte, quod quando dominus facit guerram iuſtam, tenet vaſallus eum iuuare in offendendo, & defendendo, idem dicendum eſt, ſi dubitatur, an facit guerram iuſtam, vel non. Quando vero facit guerram iniuſtam, tunc tenetur eum adiuuare in defendendo, non autem in offendendo. Nec propter hoc perdit feudum, ſi ipſe non adiuuat, quemadmodum dicimus, ſi dominus eſſet excommunicatus, vel bannitus, quo caſu durante excommunicatione, vel banno, eſt interim vaſallus liberatus a ſacramento fidelitatis. Et ſic ex hoc textu habes tres caſus, in quibus neceſſitatur vaſallus ad adiuuandum dominum ſuum in guerra. Primus eſt, quando ius eſt pro domino. Secundus, quando dubitatur, quia determinatio illius dubii non pertinet ad vaſallum. Tertius eſt, vt indiſtincte ad eius defenſionem teneatur, ſiue iuſte, ſiue iniuſte ſe defendat. Habes etiã ex hoc textu, quod hodie domini prouinciarum poſſunt ex iuſta cauſa indicere bellum, licet olim ſecus, quia erat vna monarchia. Sed vide, quantum ad hoc, notata per Bart. in l. hoſtes. ff. de capti. Habes etiam ex hoc textu, quod propter excommunicationem domini liberatur vaſallus a debito fidelitatis, de quo 15. q. 6. c. nos ſanctorum. Et idem dicas de banno domini, vt hic. Et quia Aluar. allegat glo. quam dicit ſingularem, in § relegati. Inſtitu. quibus mod. ius pat. pot. ſol. dicas, quod illa gloſſ. eſt communiter reprobata, de quo multa allegaui in Alphabeto, in litera, B. Et probat etiam textus iſte, quod dominus bannitus, vel excommunicatus, ſi reſtituatur, quod omnia bona ſua, & iura vaſallorum videntur ſibi reſtituta. Et nota gl. hic, quod in rebus banniti quilibet poteſt dare damnum impune. Eſt & alia gloſſ. ſupra de milite vaſallo, qui contumax eſt, in fi. Intellige tamen iſtam gl. in banno Imperiali, ſeu legali, ita diſponente, alias autem glo. eſſet falſa, ſecundum Dd. Nota etiam gloſſ. quod bannum ſiue excommunicatio nõ tollit obligationem, qua vaſallus eſt domino obligatus, ſed tollit tantum obligationis effectum, durante ipſo banno, vel excommunicatione. Hoc tamen intellige, ſecundum Dd. niſi bona eſſent annotata per titu. de requir. reis. Quia tunc dominus amitteret dominiũ. Nota etiam glo. quod vaſallus pendente banno domini, vel excommunicatione, non poteſt vendere ius feudi. Et eſt ratio, quia non eſt extincta fidelitas, ſed ſuſpenſa, donec dominus reſtituatur, & ſi venderet, incideret in pœnam. Et nota, ſecundum glo. & Doct. quod iſte textus procedit non ſolum in bannito a Rege, ſed in bannito a Rectore, alicuius ciuitatis, qui habet merum imperium. Et quia dicit Bald. ꝙ ex quo eſt affecta perſona, ſunt etiam affecta bona, quæ ſunt ſub iuriſdictione illius ciuitatis, intellige, quando dictum bannum proceſſit ex aliquo crimine, ex quo perduntur bona, alias bannitus eſſet loco relegati, glo. in § relegati. Inſti. quib. mo. ius pa. po. ſol. Et nota, ſecundum Dd. per iſtum textum, quod vaſallus poteſt, ſi vult, iuuare dominum iniuſte alium offendentem, licet non neceſſitetur ex vi promiſſionis. Dicit tamen Bald. quod non debet facere, nec excuſabitur vaſallus a parte aduerſa, cui infert nocumentum. Inno. in c. ſi quod metus cauſa. Et quia textus iſte vult, quod licet vaſallo iuuare dominum iniuſte ſe defendentem, & Doctor. adducunt multa contra hoc, & ideo conclude, quod iſte textus procedit de conſuetudine feudorum, quia difficile eſt ipſi vaſallo cognoſcere de tali iuſtitia, vel iniuſtitia, vnde in defendendo debet obedire domino ſuo, ſed de iure diuino hoc non eſt licitum, cum Apoſtolus dicat, dignos morte eos, qui peccãtibus conſentiunt. Multa enim ſecundum leges humanas impunita relinquuntur, quæ ſecundum diuinum iudicium ſunt peccata. Et idem dicendum eſt de iure canonic. quod non ſit licitum. Quærit Bal. Rex cõdemnauit quendam ad mortem, & dum duceretur ad ſupplicium, fecit ſibi gratiam, an recuperet feudum? Et reſpondet, quod ſi feudum erat apertum Regi, recuperat, ſecus ſi alii. Et ad cognoſcẽdum, an aliquod bellum ſit iuſtum tria requiruntur, auctoritas Principis, cauſa iuſta, & recta intentio bellantium. de quo per Bart. in l. hoſtes. ff. de capti. Et vide gl. 23. q. 2. in ſumma. Et ſi quæratur, quando dicatur dubium, an bellum ſit licitum, vel non, vt tũc vaſallus teneatur obedire domino, ne ſit in poteſtate domini per negationem facere dubiam: reſpondetur, quod quando in tali dubio dominus habuit conſilium a ſuis conſiliariis de bello ſuſcipiendo, quia non debet inniti ſuæ prudentiæ. c. ne innitaris, de conſti. Alii dicunt, quod etiam ſi ſolus Princeps hoc diceret, debet ei credi, quia iura dederũt ei auctoritatem belli indicẽdi, quia præſumitur, quod cauſa exigente illud indicat. Sed hoc intelligerem in ſupremo Principe. Et quia textus facit mentionem hic de banno, quæritur, de quo banno loquatur textus iſte, & dicas, quod capitur hic bannum pro exilio, vnde exules dicuntur banniti, vt notatur in l. ad cognitionem. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. Et ſunt proprie banniti illi, quibus ius proprium ciuitatis non patrocinatur, & ſunt extra protectionem cõis, qui tales bãniti non poſſunt impune offendi, ſm Bal. niſi etiam eſſent diffidati, quia tũc cenſentur tanquam hoſtes, & vt ciuitas illi bellum indixiſſe. Et de materia bannitorum multa dixi in Alphabeto, in litera B. Nota, ſecundum Bal. quod excommunicatio probatur per famam ad hũc effectum, vt repellatur, niſi ſe purget, vel famam contrariam probet, vel indicia, vt quia in ſuo Epiſcopo non vtatur, allegat Ioannem Andr. in capitu. prudentiam. de officio delega. & quod ſententia ab excommunicato lata ratificari non poteſt. allegat Ioan. An. in c. aduerſus. de immu. eccle. & quod bannitum & excommunicatum debet iudex repellere, nemine excipiente. Et Bald. hic allegat legem, quam dicit notabilem in l. mulier. ff. de capti. quod ſi cepi bannitum, & expendi de meo, quod fiſcus tenetur reſtituere expenſas. Item Bal. allegat glo. in l. amiſſione. § qui deficiunt. ff. de cap. mi. quod ipſo facto poteſt aliquem bannire vel ad mortem damnare. Quærit etiam Bal. quomodo poteſt fieri defenſio ſine offenſione? & reſpondet, quod ius non conſiderat, quod fit conſecutiue, ſed quod fit principaliter. Allegat textum notabil. in l. fin. ff. quod quiſque iu. Nota etiam, quod hic dicit textus ad textum ſingularem, quod vaſalli bona non confiſcantur propter delictum domini, imo feuda conceſſa firma remanent, & ipſe efficitur Francus. Dicit etiam Bald. hic, ꝙ ſi legitimatus reſtituitur ad bona, quod agnati, qui medio tempore bona poſſiderunt, non tenentur ad fructuum perceptorum reſtitutionem. allegat textum notabilem in Authen. idem Neſtorianis. C. de hæreticis. Probat etiam text. iſte, ſecundum Bal. quod abſolutio ab excommunicatione dicitur in integrum reſtitutio.

§. Ad hoc. Allegatur text. iſte, quod licet vaſallus multo tempore non ſeruierit domino ſuo, nõ propterea perdit feudum. Sed iſta regula fallit in quatuor caſibus. Primus eſt, quando vaſallus expreſſe recuſauit velle ſeruire. Secundus eſt, quando requiſitus a domino ceſſauit ſeruire. Tertius, & quartus eſt, quãdo ſciuit dominum obſideri, vel ei periculum mortis imminere, & cũ potuerit, non iuuit ipſum. Et iſta omnia relinquũtur arbitrio iudicis, qui varie ex cauſis, & perſonis iudicabit. Probat ergo textus iſte, quod in feudo recto tempus ſuo naturali curſu non interpellat vaſallum ad præſtationem ſeruitiorum, ſed requiritur interpellatio hominis, vt hic. Quod limita non procedere

dere

dere in feudo conditionato: quia præſtabat certum ſeruitiũ, & habet diem certam limitatam, tunc tempus diei certæ interpellat abſque alia monitione hominis.l.magnam.Co. de contrahend.& commit.ſtip.Sed ſi non eſt expreſſum certum tempus,ſed incertum,verbi gratia,ſi ſit actum, ꝙ debeat dominum iuuare mota guerra, tũc detur congruum tempus arbitrio iudicis. Et poſtquam vaſallus eſt interpellatus ab homine, vel lege, adhuc habet tempus congruum arbitrio iudicis declarandum.l.quod decimus.ff.de ſolu.Et hic.Et facit, ſecundum Bal.ad contractus,qui quotidie fiunt inter ciuitates confœderantes,quæ ſibi viciſſim promittunt auxilium,de q̃bus confœderationibus per Bart.in l.fi.ff.de colle.illi.Probat etiam textus iſte, ꝙ interpellatio legis non arctat vaſallum, niſi a tempore ſcientiæ.quod tamen intellige,niſi ſua ignorãtia eſſet craſſa & ſupina: quia tunc nihilominus puniretur, cum tunc habeatur pro ſciente, de quo in l.fi.ff.de decre. ab ordi.faci.nec impoſſibilitas arctat vaſallum, vt hic. Habes ẽt ex hoc textu regulam, quod in dubiis iudex debet eſſe magis promptus ad abſoluendum,quam ad condemnandum: q̃a in deciſione cauſæ debet eſſe fauorabilior reo,quàm actori. l.fauorabiliores.ff.de regu. iur. Hoc tamen fallit, ſecundum glo.& Docto.fauore libertatis.Fallit etiam in quacunque cã priuilegiata, de quo in l.inter pares.ff.de re iud.Et nota,ſecũdum Bal.quod ſi reperitur,ꝙ regula fallat in ſententiis,eodẽ modo fallit in probationibus, textus eſt ſingularis in l. lege Iunia.ff.de manu.Et nota dictum Bal. ꝙ ſi quis promittit facere & curare,tunc non requiritur interpellatio,ſed ſola ſciẽtia ſufficit.Et adde ea,quæ dixi in Alphabeto,in litera,M,dũ tractaui de mora.

§.Si vaſallus. Allegatur text.iſte, quod dominus, ad quem feudum reuertitur per defectum generationis vaſalli, tenetur ad expenſas meliorationis factæ in feudo,ſiue ſint circa fabricam, ſiue circa ſeruitutem feudo acquiſitam,alias patiatur auferri.Eſt ergo in electione domini,vel pati auferri,vel ſoluere æſtimationem: & interim eſt permiſſa retentio feudi, & dominus repellitur a vendicatione feudi per exceptionem doli. Non procedit tamen text. in modica impenſa,ſecũdum gl.& Docto. quia vaſallus hãc modicam impenſam facere tenetur in reficiẽdo. Et vide q̃d habetur in l.7.paragrapho.hactenus. ff.de vſufru.Intelligitur ergo textus iſte de expenſa magna,quam facere non tenebatur ad perpetuam vtilitatem, nec cauſa colligendorum fructuum.Et ex iſto textu habes declarationem ad iura, quæ dicunt,ꝙ expendens ſcienter in re aliena, perdit expenſam.Inſtitu.de rerum diuiſio.§.cum autem.Et ſic vaſallus ſciebat vel ſcire debebat feudum ad dominum reuerſurum:quia illa iura loquuntur de re prorſus aliena, ſed vaſallus habet vtile dominium,vt hic.Limita etiam textum iſtum, ſecundum Doc. vt non procedat, quãdo feudum redit ad dominum ex delicto vaſalli:q̃a talis melioratio non poteſt, repeti.l.e.ſecunda. C. de iure emphyteut. Et iſte textus loquitur, quando per defectum generationis amittitur feudum.& ſicut amittitur prĩcipale,amittitur etiam acceſſorium.Et vide ea, quæ adduxi ĩ litera,E,dum tracto de emphyteuſi.

§.His conſequenter. Alleg.tex.iſte duobus modis,nam communiter Docto.intelligunt ipſum,prout ſonat litera,quod ſi vaſallus moritur ante Calendas Martij,quod omnes fructus ipſius anni ſunt domini: ſi vero moritur poſt Calendas Martij vſque ad Auguſtum, tunc ſunt hæredis vaſalli:ſi vero moriatur poſt Auguſtum,tũc omnes fructus ſunt domini.Sed Andre.de Iſer.& Alpha.intelligunt aliter iſtum textum: nam ipſi incipiunt annum in menſe Septembris, ꝙ ſi feudum deuoluatur ad dominum per mortem vaſalli a mẽſe Septembris incluſiue vſque ad principium Martij ſequentis, omnes fructus illius anni erunt domini: ſi vero poſt principiũ Martij vſque in finem anni, tunc ſpectabunt ad hæredes vaſalli, dummodo ad anum ſequentem futurum ſe in aliquo non extendant, cum dominus omnes fructus dicti anni futuri p̃cipere debeat.Et ſic ſecundum eos,dum dicit textus,Eius anni,dicas,qui inchoauit de menſe Septembri præterito,& finiri dẽt ĩ mẽſe Augu. futuro incluſiue. Et ſic annus incipit in menſe Septembri reſpectu fructuum futurorum colligẽdorum.Et eſt ratio,quia tunc omnes regulariter incipiunt ſemina proiicere in terram. Nam poteſt dici,quod duplex eſt annus. Vnus legalis & magiſtralis,qui eſt ccc.ſexagintaquinq; dierum.l.cum heres.§. Stichus.ff.de ſtatulib.& hoc modo loquendo quicquid eſt factum intra hos dies, poteſt dici factũ hoc anno, & poteſt incipere talis annus quandocunque. Et de iſto anno intelligitur textus iſte,ſecundum iſtos. Sed eſt alius annus,qui appellatur communis & vulgaris, q̃ denominatur,ſecundum nos,à Natiuitate domini.Et de iſto non loquitur textus iſte.Et nota glo.hic, quæ eſt memoriæ commẽdanda,circa diuiſionem fructuum. Sed tu aduerte ad tres caſus. Primus eſt in vſufructuario, qui non tranſmittit niſi fructus perceptos, quocunque tempore moriatur.l. defuncta.ff. de vſufru.Secundus caſus eſt,quia inter maritum & vxorem. ſeu hæredes eius diuiduntur pro rata temporis, quo maritus ſubſtinuit onera matrimonij.l.diuortio.ff.ſoluto matri. Tertius caſus eſt in feudatario,de quo in iſto textu, qui feudatarius habet pinguius ius,quam vſufructuarius, quia habet vtile dominium, & ius vtendi & fruendi non tranſmittitur ad hæredes §.finitur.Inſtitu.de vſufru.Sed ius vaſalli ſic.ſup.in q̃bus cauſ.feu.amit §.in primis.Sed quæritur, an textus iſte habeat locum in penſionibus,ſi feudatarius locauerat feudum? & Bal.ꝙ ſic.Quod intellige, quando in fine anni ſoluatur ꝙ r̃r debet,niſi aliter conuenit,vt notatur l.3.de loca.Secus aũtem ſi quolibet menſe ſolueretur penſio,vel per certa tempora ſtatuta per conſuetudinem: quia ſi tũc vaſallus decederet elapſo iam tempore,quo debeat,tunc hæres habebit,quia iã ceſſit & venit dies,quo potuit illam petere.l.cedere diem.ff. de verborum.ſignifica.alias ſint domini,quia non ceſſit,nec venit dies,ſecundum alios Docto.Et nota, ſecundum Doct. quod iſte textus non procedit in fructib.naturalibus,ſed induſtrialibus:quia in illis debet obſeruari, ſicut in vſufructuario. §.is vero ad quem.Inſt.de rerum diuiſio. Et qui dicantur fructus naturales,& qui induſtriales,per Barto.in l.fructus.ff. de rei vendi.Nota etiam, quod ſi vaſallus decedat ante Martiũ, ita ꝙ feudum cum fructibus reuertatur ad dominum, tamẽ hæredes poterunt deducere, & habere expenſas factas pro dictis fructibus.l.fructus.ff.ſoluto matrimo.& ibi per Doct.hic Et ſi quis concedit fundum in feudum,videtur etiam concedere fructus pendentes,ſecundum Bal.lege prima.Digeſtis.de rerum diuiſio.quæſtio.decimaquarta.l.fin.§.penult. ff.de his, quæ in frau.cre.

§.Contra omnes. Allegatur text. iſte cum ſua glo.vaſallus tenetur adiuuare dominum ſuum contra omnes, etiam de ſanguine ſuo, excepto alio domino antiquiore:hoc in textu: & ĩe ipſo vaſallo,& Imperatore: hoc in glo.Et ſic habes hic caſum, in quo non conſideratur ratio & affectio ſanguinis, quia vaſallus tenetur iuuare dominum contra patrem,& filium, & fratrem.Ex quo habes, quod vaſallus eſt magis obligatus domino,quam patri & filio.quod videtur eſſe mirabile.Sed dicas, ꝙ vaſallus eſt obligatus patri & filio vinculo naturali, ſed eſt obligatus domino vinculo iuramenti,quod eſt fortius.gloſ.ĩ c.de forma.22.q.v.Et nota hic glo. notabilem, de qua ſupra eſt facta mentio,quod in iuramẽto præſtito domino de adiuuando contra omnes,non tenetur iuuare contra ſeipſum vaſallum,per rationes poſitas in glo.de quo in c.petitio.de iure iurando.Sed quid, ſi vaſallus debeat dare domino ſuo in omni guerra vnum militem, an ſi vaſallus habeat guerram cũ domino,debeat dare ſibi militem? Hanc quæſtionem ponit Bal.in l.i.ff.de rer.diui. q.24. qui multa dicit, tamen vr̃ ꝙ iſta quæſtio decidatur per iſtum textum.Nota etiam ſingluariter gl.hic,quod ſi vaſallus habet guerram iuſtam,dominus tenetur ipſum adiuuare contra omnes,etiam patrem,filium, & fratrem:ꝙ ſi non facit,priuatur proprietate, quæ proprietas conſolidatur cum vtili dominio. Iſta eſt prima terribilis deciſio,& ſequuntur Docto.Sed non videtur vera, quantum ad patrem,filium,& fratrem, quia dominus non eſt aſtrictus iuramento vaſallo, ſicut vaſallus domino.Et tamen ratio iſtius textus eſt religio iuramenti,quę religio pręfertur vinculo naturali,vt dictum eſt ſupra.Nec obſtat ratio, quod correlatiuorum & mutuæ obligationis eadem eſt ratio,quia hic eſt dare rationem diuerſitatis,vt notatur in l.fi.C.de indi.vidu.toll.in l.fi.ff.de accep.Nota etiam glo.ꝙ in iuramento fidelitatis, ſicut excipitur nominatim Imperator, inſ.de proh.aliena.feu. per Feder.in fi.ita etiam prior dominus, vel ſaltem debet apponi hæc clauſula, Saluo iure prioris domini, cui eſſem obligatus,ſecundum gloſ.Et ſcias etiam, ſecundum Doct.ꝙ ſemper intelligitur etiam excepta auctoritas Papæ.c. venientes.de iureiu.etiam ſi non dicatur.glo. in c.conſtitutus.de reſcript.non debet tamen vaſallus, quando iurat, excipere perſonam ſuam glo.in §.fi.ĩ.de prohib.alie.feu.per Fede.Et ſecũdum Doct. vaſallus tenetur iuuare priorem dominum cõtra patrimonium proprium,ſecundum Doct.De quo vide dicta in c.j.de noua for.fide.

DE FILIIS NATIS EX MATRIMONIO AD morganaticam contracto.

TITVLVS XXIX.

In iſto titulo proſequitur de materia iam dicta, videlicet de controuerſiis,quæ poſſunt oriri inter partes ratione ipſorum feudorum ſecundum occurentiam caſuum.

Quidam

QVidam habens filium. Alleg. textus iſte, ꝙ vaſallus ꝯxit matrimonium cum nobili vxore, ex quo matrimonio habuit vnũ filium, & mortua eius vxore, tranſduxit ſibi in concubinam aliam mulierem non ita nobilem, & dictam ſuam concubinam deſpõſauit cum pacto, vt neque ipſa, neque filii ſui poſſint capere de bonis ſuis vltra decem, vel ſecundum quod in pacto poſſitum eſt. Et declaratur qualiter nuncupetur tale matrimonium. Et moritur vaſallus relictis filiis ex hac ſecũda vxore olim ꝯcubina, & relictis etiam filiis ex prima vxore nobili. Declaratur hic, ꝙ iſti ſecundi filii non ſuccedunt in propriis bonis patris, neque in bonis feudalibus extantibus filiis prioribus. Et ſi vaſallus moriatur non relictis filiis ex prima vxore nobili, ſed ſolum ex hac ſecũda vxore, ꝙ iſti tales filii non ſuccedunt di. vaſallo eorum patri in feudo, ſed in aliis bonis paternis bene ſuccedunt. Et ſi filii ex primo matrimonio, qui tum excluſerunt illos filios ex ſecundo matrimonio, poſtea moriant̃ ſine ſobole, filii ex ſecũdo matrimonio poſſunt ei ſuccedere in bonis propriis paternis non ĩ feudo, ſecundum conſuetudinem Mediolani. Et dicas, ꝙ iſta conſuetudo non extẽditur ad alia loca, ſed ſolum ſeruatur in loco, in quo viget. Et dum dicitur ad morganaticam, intellige i. ſecũdum eam ſolenitatem & conſuetudinem, quæ ibi vigebat, quæ appellatur morganatica, quod interpretatur promiſſio, quæ fit in contractu ſponſaliorum, & eſt vulgare Longobardicum. Et dum dicitur in textu de lege Salica, dicas, quod dr̃ ſic ratione loci & terræ, quæ appellatur terra Salica. Et nota, ſecũdum Bal. hic, in fi. argumen. ad regnum Sicilię, quod ex pacto defertur primogenito, quia ſecundogenitus non ſuccedit, etiam primo mortuo ſine hærede, quia de primogenito loquitur pactum, non ſecundogenito. Et ſic ad Papam libere reddit diſpoſitio regni.

DE BENEFICIO FOEMINAE

TITVLVS XXX.

Quia in feudo fœmineo ſæpe oriebatur controuerſia, iccirco, vt dictam materiam declaret ponitur, iſte titulus.

SI Fœmina. Alleg. textus iſte, ꝙ in feudo fœmineo ſuccedunt fœminæ deſcendentes, non extantibus maſculis, etiã dato, ꝙ in Inueſtitura non fuerit hoc ſpecialiter expreſſum. Et ſic, habes hic, ꝙ ĩ feudo fœmineo non ſuccedunt pariter fœminæ cum maſculis, & hoc pp naturam rei, de qua agitur. Et ſic, quando fœmina acquirit feudum, intelligitur acquirere prius ſuis maſculis deſcendentib. quam fœminis, licet illud feudum ſit maternum, non paternum. Notat tamen pro intelligentia textus, quod ſi filiæ ſemel habuiſſent obſtaculum, quia propter maſculum fuerũt excluſæ, quanquam poſtea maſculus moriatur, non tamen fœminæ admittuntur ad feudum, quia ſemel fuerunt excluſæ, vnde in perpetuum intelliguntur excluſę. c. j. § ſi quis, etiam. ſup. Epiſcopum vel Abb.

§. Ex hoc. Alleg. tex. iſte, ꝙ clericus nõ eſt capax feudi ſiue in acquirendo de nouo, ſiue in retinendo iam quæſitum, etiamſi habitum deponat, & ſic feudũ non cadit in clericum, ſiue clericus ſit ſecularis, ſiue religioſ9. Et nota, ꝙ in caſu iſto, ſi feudum eſt nouum reuertitur ad dominum, ſi antiquum, ad agnatos ſecundum Doctores. Et nota glo. hic, ꝙ quando vaſallus alienat feudum ſine voluntate dñi, illud perdit, & ad dñm reuertitur, nec rehabebit, quanq̃ ab emptore recuperat. No. ẽt gl. hic, ꝙ clericus nõ põt de nouo inueſtiri de feudo, & ſi inueſtit̃, ꝙ illud amittere dẽt. Qđ intellige verũ, qñ inueſtiens ignorabat ipſum eſſe clericum, ſecus ſi ſciuiſſet, quia tunc poteſt inueſtiri, & retinere feudũ. Intellige ẽt in tali feudo continente ſeruitiũ, quod ęque poſſit præſtari per clericum, vel monaſterium, ſicut per vaſallũ, alias ſecus, ut ſi eſſet feudũ, quod datur pp militiam ſecularẽ ad pugnandum q̃a tunc nullo modo clericus eſſet capax, & ſtatim cõtinenti perderet. Et dixit Bal. hic, ꝙ ſi feudum eſſet apertũ alicui, ita ꝙ poterat in eo ſuccedere, & faciat ſe promoueri ad ſacerdotium, ꝙ vr̃ tacite renunciaſſe feudo. Nec iſto caſu poterit p ſubſtitutum ſeruire, ſecus ſi ſibi fuit apertum, poſtquã fuit ſacerdos, quia tunc bene poterit ſeruire per ſubſtitutum, nec videtur tacite renunciaſſe. Et vide. Doct. in c. qui clericus. ſup. ſi de feu. ſuc. contro.

SI VASALLVS FEVDO PRIVEtur, cui deferatur Titu. XXXI.

In iſto titu. declaratur, ad quos deuoluitur feudum ex delicto ipſius vaſalli.

VAſalli feudũ delinquentis. Allegatur textus iſte, ĩ feudo antiquo vaſalli delinquentis in perſonam alterius, quam domini, admittuntur agnati collaterales maſculi, vſque in infinitum, dũmodo deſcendãt ex linea maſculina a primo acquirente, excluſis filiis delinquentis, qui filii nullo modo ad id feudum aſpirare poſſunt, niſi dominus ex gratia eiſdem de nouo concederet in defectum agnatorum collateralium. Ex iſto textu habes tres concluſiones. Prima eſt, quod vaſallus delinquendo præiudicat ſibi & filiis ſuis, & ſic repelluntur filii, & vlteriores agnati admittuntur. Et ratio eſt, quia pater & filius eadem perſona cenſentur: & viuo patre cenſentur filii quaſi domini, vnde & viuo patre priuari poſſunt. quæ ratio ceſſat in agnatis. Secunda eſt concluſio, dominus non poteſt facere gratiam de feudo alicui etiam filiis vaſalli in præiudicium eorum, q̃bus iam erat feudum apertum. Tertia eſt cõcluſio ad hoc vt agnatus admittatur ad acquiſitionem feudi antiqui, eſt neceſſe, ꝙ deſcendat ab eo ſtipite primi acquirentis, ex quo deſcendebat vaſallus, qui de nouo a dicto feudo excluſus eſt, ut hic in fine. Et nota, ſecundum glo. & Doct. quod ſi vaſallus delinquit in dominum, tunc dominus præfertur quibuſcunque & deſcendentibus & agnatis, ſiue feudum ſit nouum, ſiue antiquum, vt ſup. quæ ſit prima cauſ. benef. amittendi. §. denique. Si vero vaſallus delinquit in alium, quam dominum, & tunc ſi feudum eſt nouum, reuertitur ad dominum, vt ĩ eodem textu. ſed ſi feudum eſt antiquum, tunc non pertinet ad dominum, ſed ad agnatos, excluſis omnibus deſcendẽtibus, vt in illo tex. qui ita debet intelligi. Et quia tangitur hic per gloſſ. an delictum patris noceat filio, & in hac materia feudali facies duas cõcluſiones ex intentione Doct. Prima eſt, ſi pater habeat feudum iam acquiſitum & deliquit, tũc delictum patris nocet, vt hic. Secunda eſt concluſio, ſi loquimur de patre delinquente, qui nondum habebat feudum acquiſitum, ſed ſperabat habere, vt quia adhuc habebat patrem, qui illud tenebat, q erat auus filiorum ipſius delinquentis, & tunc delictum huius patris nõ nocet filiis ſuis, qui ſunt nepotes aui ſui. Et dicit Bald. quod ſi in forma inueſtituræ dicatur, Concedo caſtrum in feudum Titio & ſuis hæredibus, de vno in alterum reuertendo, vel cõcedo omnibus pariter, tunc nocet culpa vnius alteri, ſecundũ Bald. de quo hic late per eum, qui etiam dicit, quod aliquãdo eſt tale feudum, quod nulla ex cauſa vel ĩgratitudine eſt amiſſibile, vt quia datum ſit eo, quod a morte dantem liberauit, vel ab hoſtibus, vel a latrunculis eripuerat. l. ſi pater. §. primo, ff. de donation. Et an & quando vnus poſſit puniri ex delicto alterius, vide per gloſſ. notabilem primo q. quarta. in ſumma. & quæ allegaui in Alphabeto, in litera, S. in verbo, ſtatutum.

QVI TESTES SVNT NEceſſarii ad nouam inueſtituram probandam.

TITVLVS XXXII.

Quia multotiẽs cõtrouerſia oritur ſuper inueſtitura noui feudi, & in hac variæ fuerunt opiniones, iccirco auctor, vt ſopiret iſtam controuerſiam & opiniones, poſuit iſtam rubricam.

SIue clericus. Allegatur textus iſte, ad multa, quod vbi agitur de noua inueſtitura, & dominus habet Pares, debet vaſallus probare inueſtituram, vel per teſtes, qui ſint Pares, licet ſecundum Mediolanenſes ſufficeret inſtrumentum publicum, etiam per quoſcunq; extraneos teſtes confirmatum. Item allegatur, quod dicitur inueſtitura noua, quando feudum acquiritur de nouo, ſimiliter antiquũ dicitur, quod fuit ab anteceſſoribus acquiſitum. Et vide dicta ſupra in præludiis. Item allegatur, quod lex ſeu conſuetudo poteſt præfigere modum & qualitatem in probando. Et nota ſecundum veriorem opinionem, quod non valet inueſtitura, quando dominus confitetur inueſtituram, ſed negat ſolẽnitatem, quo caſu defectus ſolennitatis habet vitiare actum. Et pro clariori intelligentia conclude, quod ſi loquimur de inueſtitura antiqua, indiſtincte ſufficiunt teſtes pares & extranei, vt in hoc capi. in fi. ſi vero loquimur de inueſtitura noua, & tunc ſi dominus habet pares, debet fieri inueſtitura coram eis ſaltem duobus, vel publico inſtrumento interueniente, roborato a Paribus, ſecundum veram opinionem, licet Mediolanenſes ſeruant contrarium, vt in hoc textu, alias inueſtitura facta non valet, etiam ſi eſſent abſentes, quia debent expectari. Si autem dominus non habet pares, debent admitti extranei, dummodo ſint idonei, vel per publicum inſtrumentũ,

vt

vt in titu. quid ſit inueſt.§. ſi vero. Et ſi de rebus eccleſiæ fiat inueſtitura, eſt regula ꝙ pariter admittãtur pares, & extranei, ſi vero fit de rebus propriis, idem eſt quod in laicis. & in caſu ſupradicto breue teſtat poteritũ proripere ſigillum domini, ſm Dd. c. inter dilectos. de fi. inſt. & vltra adducta per Alu. hic de ſigillo, adde quæ dixi in Alphabeto, in verbo Sigillum. Et ſi eſſent plures conſortes domini, ſufficeret, ꝙ ſigillaret ille, q tenet ſigillum de quo per Doct. in d. c. inter. & ſi noua inueſtitura fuit facta per publicũ inſtrm a paribus confirmatũ. Sed poſtquam inſtrumentum amiſſum eſt incendio, ita ꝙ nõ extat, caſu poterit probari per alios, q̃ pares, ſm Bald. l. ſicut iniquum. C. de fi. inſtru. Sed quid ſi interuenerunt teſtes neceſſarii qui nunc ſunt mortui, an poterit fieri probatio per vaſallum? & Bald. hic ꝙ non qa debeat facere examinari ad æternam rei memoriam. l. fi. C. de vſuris pupil. Sed putat Aluaro. ꝙ ſi poſſit probari eos teſtes pares intercesſiſſe in inueſtitura, ꝙ deberet audiri vaſallus, & remittit ad dicenda. §. ſacramentum. inf. tit. ſeq. & ibi Bal. Et ſi teſtes erant pares tempore inueſtituræ, & tempore probationis non ſunt amplius pares, nõ probant ſecundum Dd. l. ad teſtium. § conditionem. ff. de teſt & not. Bal. hic in fi. iſtum textum, ꝙ in feudis fœminarum teſtimonium non admittur.

DE CONSVETVDINE recti feudi.

TITVLVS XXXIIII.

Quia pluribus modis acquiritur feudum, quam per inueſtituram, ideo factus eſt iſte titulus. Declaratur etiam hic cum inueſtitura probari dẽat per pares, quid ſi dominus non habeat pares, & ſcias quòd rectum capitur in hoc titulo pro feudo, in quo vaſallus adeptus eſt poſſeſſionem recto modo cum voluntate & licentia domini.

SCiendum eſt. Alleg. tex. iſte, ꝙ feudũ quatuor modis acquiritur hic ex expreſſis, videlicet per inueſtituram, per ſucceſſionem, & per adeptionem poſſeſſionis, præcedente licentia domini, præſente Curia: item & quarto ſi quis ſteterit in poſſeſſione per annum domino ſciente & nõ cõtradicẽte. Vult ergo tex. ꝙ in inueſtitura non vera, ſed ſimilitudinaria, vincere debet vaſallus, ſi inducat id, quod pro probatione reputatur, ſicut eſt ſacramentum. & eſt ratio propter præſumptionem, quæ eſt contra dominum, qui eſt præſes & non contradicens. poſſeſſio enim inducit præſumptionem pro vaſallo, quãdo ꝑſeuerauerit ĩ poſſeſſione per annum domino ſciente & non contradicente, vt hic. Et ex hac præſumptione cum iuramento obtinebit vaſallus, niſi iſta præſumptio eſſet eliſa per aliquam aliam præſumptionem contrariam, quia præſuptione pręſumptio tollitur. l. Diuus. ff. de in integ. reſt. Item vult text. quod feudũ rectũ iudicatur, qñ qs nanciſcitur poſſeſſionem feudi pręceden te licentia ſibi data per dominum præſente curia, vt hic. Si vero dicta licentia fuerit data abſq; curia, tunc cenſetur abuſiua, cum non tranſmittatur ad hæredes. c. j. quib. mod. feu. conſti. poteſt. Et bene intelligas, dicas ſic, ſecundum glo. & Doct. ꝙ feudum non conſtituitur niſi vno ſolo modo ſcilicet per inueſtituram. c. j. ſup. quib. mod. feu. conſ. Sed verum eſt, quod acquiritur pluribus modis, vt hic. Adde etiam alium modũ, ſ. per preſcriptionem. c. j. §. ſi quis per 30. ſup. ſi de feu. fue. cõ. Item ꝑꝑ delictum agnati, de quo ſup. quæ fuit prima cau. beneficii amit. Et nota, ſecundum gl. ꝙ ſi dominus dicat vaſallo, vt capiat poſſeſſionem talis feudi, & ſit in præſentia rei, tunc incontinenti vr̃ tradita poſſeſſio. l. j. §. ſi iuſſerim. ff. de acquir. poſſeſſio. Et ſufficit vaſallum poſſediſſe anno, ſciente & non contradicente domino, vt feudum præſumatur, ſecundũ gl. Et nota, ꝙ vt habebat locum iſte tex. in vltr. di. requiruntur plura, videlicet, ꝙ ſteterit in poſſeſſione ꝑ annum: item quod dominus ſciuerit & non contradixerit: item quod receperit ſeruitia a poſſidente tãquam vaſallo, & iſta quaſi probat, ſuppletur iuramento, vt hic.

§. Quod autem. Alleg. tex iſte, quod inueſtitura noua probatur per extraneos, ſi dominus nõ habet pares, ſecus ſi habeat, licet ſint abſentes, quia expectandi ſunt, vt coram eis talis inueſtitura fiat, alias non valebit. Et ſic vbi dominus eſt ſine paribus, nõ exigitur aliqua ſpecialis ſolennitas inſtituenda vel probanda noua inueſtitura, vt hic, & ſup. quid ſit inueſtitura. §. ſi vero inueſtitura. Probat et tex. iſte, qđ actus nõ valet, nõ expectatis expectãdis. & ſic abſentia Primum non excludit ſolennitatem adhibitam circa nouam inueſtituram, qm̃ expectandi ſunt. Et iõ glo. hic, quæ ſemper alleg. inducit ad quæſtionem, quod ꝑꝑ abſentiam iudicis quis nõ debet ſibimet ius dicere, ſed debet ipſum expectare. Et vltra adducta hic per Alua. in hac materia vide, quæ dixi in Alphabeto, in verbo, Iudex. Dicit tamen Bal. hic in fi. ꝙ ſi expectatio eſſet fruſtrà, non debet expecta l. A reſcuſa. ff. de ſta. hom. Sed quæritur quanto tempore expectabuntur iſti pares dicit Bal. per duos menſes, vel ꝙ iudex diffiniet tempus, poſtquam non eſt a iure limitatum. Et nota, ꝙ hic Bald. format quæſtionem ſtatuti dicentis. ꝙ mulieres non poſſunt contrahere ſine præſentia propinquorum, nam cũ auferat eis adminiſtrationem, poſito ꝙ propinqui nolint intereſſe, tamen non valet contractus, niſi propinqui nolint intereſſe dolo malo, nam tũc iudex poteſt eorum præſentiã ſupplere, decernẽdo ſe ratum habiturum quod erit geſtum, calumnioſa abſentia non obſtante. Cui adde notata per Bar. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſo. ma. Bal. in l. j. C. vnde vir. & vxor. in l. j. in l. viduæ. in l. coniunct. C. de nupt.

§. Sacramentum. Alleg. tex. iſte, ꝙ non poteſt dari certa regula, cui iuſiurãdum debeat deferri in materia feudali, cum non ſit ſemper dandum poſſidenti, quandoq; agenti. Et nota, ſecundum Dd. ꝙ pars poteſt petere ſibi deferri iuramentum vſque ad concluſionem in cauſa. Barto. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Et nota hunc textum, ꝙ ꝑꝑ inopiam probationum deuenitur ad iuramentum: quod ſi defertur ſemiplene probanti, tunc dicitur delatum in ſupplementum probationis, vt hic, & in d. l. admonendi. Iuramentum. Et ſic duæ ſemiplenæ iungũtur & faciunt unam plenam. Sed quando defertur à parte parti, tunc dicitur delatum in defectum probationis. l. e. in bonæ fidei. C. de iurein. Nec in cauſis feudorum proceditur ad ſacramentum, niſi ſemiplena probatione præcedente, vel ſit aliquid quod moueat iudicem ad deferendum. Limitat tamen Bal. ea, quæ dicuntur hic, ut procedant quando eſt controuerſia ſuper feudo antiquo. Si vero eſſet ſuper inueſtitura noua, tunc committeretur ſacramento domini, niſi aliud pro poſſidente faciat, de quo ſup. titu. proximo, in prin. Et ſi tu diceres, ad ſolennitatem inueſtituræ ſuper acquiſitione feudi requiruntur ſaltem duo teſtes & neceſſarii, vt inueſtitura valeat, vt ſup. titu præcedenti, ergo ſi vnus ex teſtibus neceſſariis ad actum deficiat, non valebit actus, ergo male dicit tex. iſte, ꝙ cãuſa poſſit expediri per vnum teſtem mediante ſacramẽto. Sed dicas, ꝙ tempore inueſtituræ a principio ſunt neceſſarii duo teſtes & pares. Sed ſecus eſt tempore probationis, quia cauſa poterit expediri ſm formã iſtius text. requiritur tamẽ ꝙ teſtis iſte examinatus deponat de veritate inueſtituræ, & đ ſolennitate. Et ſic probabit ſemiplene, alias nõ probaret, nec eſſet locus declarationi iuramenti. Et nota glo. hic, ꝙ regulariter vnus teſtis facit ſemiplenam probationem, de quo per gl. in d. l. admonendi. & in d. l. in bonæ fidei. Interpretes tamẽ plene probat, vbi alter non reperitur. l. i. in fi. ff. de verborum obl. Et nota. Bald. ꝙ licet teſtis ſit de ſe legitimus, ſed modꝰ examinandi non fuit congruus, vt quia non fuit interrogatus de cauſa ſcientiæ. Item ſi non dixit plene factum. glo. in l. Lucius. ff. de his, qui notantur infam. quia talis examinatio non caret ſuſpicione, quia modicus defectus impedit ſemiplenã probationem teſtis. Nota etiam, ſecundum Bal. ꝙ vbicunq; vnus teſtis adducitur ad probandum aliquid contra ſolitam naturam contractus non facit vnus ſolus teſtis ſemiplenam probationem, vt deferatur ſacramentum. Item requiritur ꝙ ſit omni exceptione maior. Bart. in d. l. admonendi. Et nota, ꝙ ſunt multi caſus, in quibus non habet locum delatio iuramenti in ſupplementum probationis, de quo plene ꝑ modernos in d. l. admonendi. Et nota vnum, ſecundum Bald. ibi, ꝙ ſi aliquis probaret per teſtem vnum præſcriptionem, non defertur iuramentum, quia in materia odioſa iudex non dẽt ſupplere vel fauere. Et poſui aliquos caſus in c. fi. de iureiu. Et nota dictum Bal. in d. l. in bonæ fidei. quod refert hic Alu. ꝙ in feudo etiam ſi ſit magna res, ꝙ nihilominus defertur iuramẽtum poſſeſſori ex ſemiplena probatione, quia poſſeſſio aliquid adiũgit præſumptioni vnius teſtis per iſtum textum. Nõ autem deferetur actori in magno feudo ex ſemiplena probatione, vt tenent hic Doct. qui dicunt, quod in hoc non eſt differentia inter feudum & cæteras res. Et nota, ſecundum Bal. in l. admonendi. ꝙ pars, cui venit deferendum, poterit appellare, dummodo fiat antequam ſit concluſum in cauſa, quia poſt pars non poteſt petere, licet iudex poſſit ſupplere. Et nota dictum Bal. ꝙ licet duo teſtes non interrogati faciant plenam probationem, tamen vnus non facit ſemiplenam. Et nota, ꝙ Bald. hic fi. concordat gloſ. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorẽ. de reſcri. in 6. & glo. in Clemen. prima, de iure patrona. quam dicit ſingularem. Quærit enim, an ſuper conſcientia poſſit referri quæſtio? & dicit ꝙ non in his, quæ ſunt modici præiudicii, ſed in his, quæ ſunt magni præiudicii, bene poteſt querela proponi coram ſuperiore, ſed non appellari. Et vide quæ dixi in Alphabeto, in verbo, Verbum.

§. Et cum datur. Alleg. tex. iſte, ꝙ vbi iuramentum eſt delatum per domi-

num

num vaſallo, tūc iurare debet vaſallus cum duodecim ſacramentalibus, inter quos ſint ſaltem ſex ſui propinqui. Vel debet ipſe vaſallus referre eodem modo iuſiurandum, ſed per ipſum vaſallum, ſi iuramentum ſibi deferatur per iudicem, ſed ſi deferatur domino per iudicem, tunc dominus iurat cum duodecim ſacramentalibus, quos eligit, ſiue de coniunctis, ſiue de vaſallis, ſiue de extraneis, & iurare debet vaſallus ſemper ſic eſſe vel non eſſe in veritate, nec admittetur eius iuramentum, ſi voluerit iurare, ſe ita credere ſecundum conſcientiam ſuam. Quod ſimiliter habebit locum in ſacramento præſtando per dominum, ſi in facto proprio iuret, hoc eſt, quia illud feudum, de quo diſputatur, dependet a ſuo facto proprio, ſecus vero, ſi dependeret a facto patris, vel aliorum anteceſſorum ſuorum, quia tunc iurabit, ſe ita credere, ſecundum ſuam conſcientiam. Ex iſto textu habes, quod vaſallus neceſſitatur iurare cum ſex coniunctis. Et ratio eſt, qa illi coniuncti præſumūtur ſcire ratione ſanguinis melius veritatem. l. octaui. ff. vnde cog. Et cum dominus non neceſſitetur in hoc, ergo eſt caſus, in quo dominus eſt melioris conditionis, quam vaſallus. Item diſponitur, ꝙ vaſallus indiſtincte iuret in veritate, & non ſecundum conſcientiam: ſed dominus non, quia in eo diſtinguitur, an in facto proprio vel in alieno. Et ex hoc habes limitationem ad regulam, quæ eſt ſup. de forma fidelitatis. in fi. vbi ad paria iudicātur dominus & vaſallus, quia hic loquimur reſpectu iudicis, quia ex probationibus & præſumptionibus vult informare animum ſuum, ſ. eo. §. ſacramentum. merito, cum in probationibus & iuramētis lex magis præſumat contra vaſallum, quam contra dominum. l. qui bona. §. pen. ff. de damno inſe. Et pro tanto maior neceſſitas imponitur vaſallo, quam domino, cum vaſallo debeat perſona domini videri ſancta. l. liberto. ff. de obſe. Intellige tamē, quod dicitur ī textu, ꝙ vaſallus cogitur iurare ſuper veritate, non autem ſecundum conſcientiam ſuam, quādo vaſallus poterat ſe certificare de illo facto, ſuper quo iurare debet: quoniam ſi eſſet tale factum, ſuper quo non poſſet ſe certificare, de illo, facto, ſuper quo iurare debet, tunc non debere compelli anceps ſubire periurium. videamus. in prin. ff. de in lit. iuran. Et glo. hic, quæ ſolet allegari, ꝙ ſi vaſallus non habet coniunctos, producet extraneos. Ex quo infertur, ꝙ ex defectu probationis teſtes recipiuntur, qui alias non reciperentur. ad idem quod notat glo. in c. cum dilecti. de ele. Et illi coniuncti non admittuntur tanquam veri teſtes, ſed vt iudex ex eorum dictis præſumptionem capiat, & animum ſuū moueat ad ita opinandū. m. gl. in l. etiam matris. ff. de probat. Neque etiam iſti ſacramētales deponūt tanquam veri teſtes, ſed quia credunt vera eſſe, quæ iurauit producens eos, vt in ti. de purgatione canonica. C. de teſtib.

§. In quibus etiam. Alleg. textus iſte, ꝙ ī cauſis feudalibus non habet locum iuramentum calumniæ, nec exigitur per vaſallum à domino, nec contra per dominum à vaſallo. Et ratio decidēdi eſt, quia ſicut dominus non tenetur iurare vaſallo, ita propter æqualitatem ſeruandam vaſallus non iurat domino. & ratio eſt quantum ad vaſallum: quia cum ſemel vaſallus iurauerit fidelitatem domino, nō tenetur amplius iurare. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi oriretur aliqua contentio inter dominum & vaſallum, antequam præſtitum ſit iuramētum fidelitatis, tūc deberet bene iurare de calumnia, ſecundum gl. & Doct. Et vt ceſſent contraria poſita in glo. potes intelligere iſtum textū, de hoc erat contentio coram Imperatore, qui volens tollere altercationem de medio, hanc declarationem fecit, & pro lege haberi voluit. Et nota, ſecundum communiter Docto. ꝙ ſi dominus vult iurare de calumnia, non poterit tamen exigere a vaſallo idem iuramentum calumniæ, quia iſtud priuilegium eſt iam acquiſitum ipſi vaſallo.

§. Similiter. Allega. text. iſte, ꝙ vaſallus non poterit dominum accuſare, vel contra eum teſtimonium reddere in cauſa ciuili vel criminali, & ſi contra fecerit, feudum amittit, licet quidam aliter dixerint. Nota ergo regulam, ꝙ vaſallus non poteſt accuſare dominum, ꝙ intellige de accuſatione temeraria & calumnioſa: ſi autē accuſationem ſuam probaret, eſſet excuſandus, nec priuaretur feudo. l. qui cum maior. in fin. ff. de bonis liber. Secundo intelligitur textus, quando per accuſationem dominus ſuſtinet graue diſpendium, ſecus ſi leue, vt notatur in §. præterea ſupra quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. Secundo habes ex textu, ꝙ vaſallus perhibens teſtimonium ſpotaneum contra dn̄m ſiue in cauſa ciuili, ſiue in cauſa criminali, perdit feudum. qd intelligas, verum ſecundum Doct. in alia cauſa, quam feudali, et ſi cauſa eſſet modica. Sed dubitat Alua. cur diuerſum, ſi accuſat de re leui, ex qua dominus non ſuſtinet graue diſpendium, non punitur: ſecus in teſtimonio. Aſſignat rōnem, qa qn̄ vaſallus accuſat, venit principaliter propter ſe, & non contemplatione alterius: ſed qn̄ venit tanquam teſtis ſpontaneus, venit contemplatione alterius. Et ideo magis præſumit̄ malus animus. Sed tu allega glo. in c. ſi quis Epiſcopus. 2. q. 6. 7. quæ dicit, ꝙ ille, qui accuſat præſumitur moueri ex odio: ergo vtroque caſu præſumit̄ malus animus. Et intellige, ꝙ coactus deponat, & ſic non patietur pœnam, quia non poteſt compelli inuitus. l. lege Iulia. ff. de teſti. l. libertorum. C. de teſti. qn̄ oppoſuit excuſationem, iudex tamen ipſum coegit dicere teſtimonium, tunc dicitur coactus teſtificari: ſed ſecus, ſi vocat⁹ non eſt vſus excuſatione ſecundum Doctor. glo. Et de prima parte iſtius textus vide Doc. in §. Item ſi delator. ſup quæ fuit prima cau. benefi. amitten. An poſſit contra dominum teſtificari, vide plene per Spe. in tit. de teſti. §. 1. ver. Sed nunquid vaſallus. Et ibi per Io.

§. Item ſi inter. Alleg. tex. iſte, ꝙ vbi eſt contētio de feudo, & vaſallus agens contra dominum poſſidentem nihil probat, abſoluetur domin⁹ abſque aliquo iuramento: ſi vero dominus agat, & nihil probat contra vaſallum, qui iam poſſedit anno ipſum feudum, tunc cauſa finitur per iuramentum vaſalli, ſin autem minus anno poſſedit, tunc cauſa finitur per iuſm domini, niſi aliqua præſumptio ſit pro vaſallo. Ex hoc textu habes regulam communem, quia actore nihil probante, reus eſt abſoluendus etiam abſque aliquo iuramento. l. qui accuſare. C. de eden. quæ regula licet ſit vera de iure communi, tamen in materia feudali poſſet iudex ipſam ſeruare, ſi ſibi videbitur. Poteſt etiam, ſi ſibi videbitur deferre ſacramentum poſſidenti, ut ſup. e. §. ſacramentū. Secundo habes qd̄ ex textu, tūc poſſeſſio inducit probationem pro vaſallo, quando fuerit in poſſeſſione per annum. quod intellige pacifice, dn̄o ſciente, & nō contradicente, & ſeruitia ab eo tanquam vaſallo recipiēte.

DE LEG E CORRADI.

TITVLVS XXXIIII.

In iſto titulo tractatur coram quibus finiantur controuerſiæ feudales.

Lex Corradi de beneficio. Allegatur text. iſte, ꝙ ſi inter capitaneos eſt controuerſia, debet definiri per legem Corradi coram Rege: ſi vero eſt inter valuaſores, tunc corā Paribus curiæ. Verum iſta lex non ſeruatur Mediolani: ſed diſtinguitur, aut cōtentio eſt inter duos de beneficio regali qui cunque fuerint, tunc coram Rege deciditur, aliæ uero cauſæ coram paribus curiæ. Et nota hic duo, ꝙ lex Corradi in diſcernenda iuriſdictione conſiderauit perſonas & dignitates ipſarum & non res: Mediolanenſes autem cōſiderauerunt res & non perſonas quoniam de quacunque re procedente à beneficio Principis, ipſe Princeps eſt iudex competens, non facta aliqua perſonarum diſcretione. Et dicit Bal. ꝙ diſtinctio Corradi eſt rationabilior, ideo tenenda eſt, quę eſt lex imperialis.

§. Si autem inter. Alleg tex. iſte, ꝙ plures litigantes de eodem feudo debent cauſam prædictam ventilare coram iudice, vel arbitro, ſiue allegāt inueſtituram ab eodem domino, ſiue à diuerſis, dummodo alias vaſalli nō ſint eiuſdem domini. Et ſi omnes allegant eundem dominum inueſtitorem, poterit idem dn̄s poſſidenti gratificari, niſi aduerſarius contra probauerit. Et ideo in caſu iſto, cognitio non ſpectat ad dominum, qa illi duo licet dicerent ſe pares, tamen non conſtabat, vt infra de prohib. alie. feu. per Fede. ca. 1. Et dum dicit txtus, ꝙ dominus poteſt gratificari, intellige ſic, ſecundum Docto. ꝙ illi litigantes producebant in teſtem ipſum inueſtitorem, volendo ſtare dicto ſuo. Vnde ſi voluerit gratificari pro poſſidente ſine fraude, hoc eſt teſtimonium dicere vere & pure, quod ille ius habebat, ille obtinebit, ex quo voluerunt ſtare dicto ipſius. Secus ſi fraudulenter, quia tunc non valeret. Et ideo dicitur in textu, Induxerit, id eſt probauerit per aliquas ſemiplenas probationes de iure ſuo, ita ꝙ poſſit ſibi deferri ſacramentū ſecundum formam. §. ſacramentum. ſ. titu. proximo. Et ſcias, ꝙ eſt altercatio inter Docto. an iſte textus ſit hodie correct⁹, dum loquitur de arbitrio, ꝙ hodie ſine periculo priuationis non poſſit litigare vaſallus coram arbitro. Et hoc per textum inf. de proh. alie. feu. per Lotha. & de prohib. ali. feu. per Fed. in princ. In quibus locis habetur, ꝙ ſublata eſt omnis via & machinatio, ex quibus poſſet perueniri per uaſallos ad alienationem feudi, ſed per compromiſſum poſſet aperiri via fraudandi dictas conſtitutiones. Sed tu breuiter conclude, ꝙ etiam hodie poteſt vaſallus litigare coram arbitro, ſecundū formam huius textus ſine aliquo periculo. hoc tenet gloſ. in §. pen. ī. de proh. feu. alie. & cōiter tenet Dd. Secus tn̄ eſt in arbitrio.

tratore, q̄a ſi compromitteret in arbitratorem, & vigore arbitramenti transferret̄ feudum in aliū, tunc veniret ꝯ conſtitutionē, & eſſet puniendus: q̄a in mā iuriſdōnis feudalis, vbi tractant Dd. mām, non repetit̄ hoc, ꝙ vaſallus poſſit cōpromittere in arbitratorem: ex ſolo tñ compromiſſo non punitur, ſed ex tranſlatione facta vigore compromiſſi.

§. Ex eadē. Alleg. tex. iſte, ꝙ dñs abſq; vaſalli volūtate non pōt alienare feudū, vt hic, c. z. s̄. quo temp. mil. vtrū aūt dñs alienādo priuetur proprietate. glo. ſentit ꝙ ſic, in c. j. in de for. fi. & dicetur inf. in tit. qual. dñs proprie. feu. pri. Mediolanenſes aūt aliter ſeruant, vt in tex. & talis conſuetudo non ſeruat̄, niſi in eo loco, in quo viget, q̄a habemus legē imperialem in ꝯriū, vt hic. in §. præterea Ducatus inf. de proh. alie. feu. per Fed. Alleg. ēt tex. iſte, ꝙ ponit caſum mirabilem, ſ̄m conſuetudinē Mediolanenſium, in quo pōt fieri alienatio potentiori, non inferiori. & rō eſt, quia intereſt vaſalli eſſe potius ſub magno dño, q̄ ſub paruo. Vult ēt tex. iſte, ꝙ vnum feudum poteſt eſſe ī plurib. locis. licet ſub vna inueſtitura comprehendat̄. Quærit Bal. q̄d ſi dñs vendit vnā medietatē vni. & alterā medietatē alteri, a quo recognoſcet ſe vaſallum: & dicas, ꝙ a neutro, ſi inter ſe conueniant, a quo vaſallus recognoſcat, quia non compellitur habere plures dominos, alias ſibi imputet.

§. Similiter. Alleg. tex. iſte, ꝙ vaſallus nō alienat feudum ſine dñi voluntate, ſed alteri bene pōt infeudare dummodo perſonæ ſibi, ſiſi, quæ in feudo poterit in infinitum extendi, licet in q̄buſdā Curiis non admittatur vltra tertiā pſonā. Et ſi lex Corradi prohibet feudi alienationē, & ſi fiat, poteſt per dñm reuocari, nulla obſtante præſcriptione. §. præterea. inf. de capt. Corra. de quo per Fed. & Loth. in ſuis conſtitutionib. de q̄b. inf. Pōt tñ vaſallus alteri infeudare, vt hic. In iſta tamen infeudatione debent tria interuenire: primo, ꝙ infeudet æquali, vt hic, ſecundo, ꝙ infeudē mō & forma, put ipſe vaſallus infeudans hēt, & non alio mō, tertio, ꝙ hoc faciat ſine aliqua fraude, & prædicta habentur p gl. in c. beneficiū. ſup. ſi de feu. fue. cont. Vult ēt text. iſte, ꝙ vaſallus vaſalli cogitur dño dñi ſeruire, de quo per Alua. ſup. de contro. inueſt. in fi. Et no. ꝙ ſ̄a iuris eſt per iſtū tex. ꝙ pōt dari in feudum in infinitū, q̄a eſt lex imperialis, niſi ſit ſpālis conſuetudo, ꝙ non extendat̄ vltra tertiā pſonā. & attenta iſta ꝯſuetudine, ſi fuerit datum in feudū in quartā perſonā, primus dñs reuocabit, ſ̄m gl. hic & Dd. q̄a ipſe hēt dñiū directū: quia ēt poterit reuocare licet feudum fuerit tranſitum in quintā, cum non appareat, ꝙ renūtiauerit iuri, poſtquam fuit ſibi primo apertum, ſecundum glo. & Dd.

§. Profecto. Alleg. tex. iſte, ꝙ vaſallus infeudādo alii non poteſt ī aliquo mutare qualitatem & formam ipſius feudi, put ipſe hēbat. Et ſi fiat ꝯ, priuabit̄ d. feudo ipſe & accipiens, quicquid dicant alii. Et intellige iſtū tex. ꝙ interuenerit actualis traditio, quia p ſimplicē inueſtituram ꝯ legem factam non deberet priuari, vt dictum eſt in ti. quæ fuit ꝓ cau. beneſ. ami. §. ſi. Et hoc probat hic tex. in verbo, Datum eſt. Quærit Bald. q̄d ſi vaſallus ea lege, qua ipſe hēbat, dat feudū, poſtea in proceſſu tpis alterat nām feudi, an amittat? & dicit ꝙ non. Alua. ꝯ, quia poſſet fieri fraus. Et quia clarum eſt, ꝙ feudum non erit ea lege apud recipientē, quod eſt ꝯ hunc textum. Sed aduerte q̄a Bal. adducit rōnē. ꝙ pactū ī ſua conceptione æquum, nō dēt viuari ex poſt facto. l. ſi ſoci⁹ pro ſilia. ſf. pro ſoc. Nec vr̄ tex. iſte obſtare, quia loq̄t de tpe q̄n datur. Nec obſt. ꝙ poſſet fieri fraus, quia ſi de ipſa conſtaret, tunc puniretur. Sed quouſq; non conſtet de fraude, v r ꝙ non debeamus recedere a tex. loquente de tpe dationis. Dicit Bal. ꝙ ſi conſuetudo eſt Eccleſiæ dare in feudū res eccleſiæ accipienti pro ſe & ſucceſſorib. maſculis tñ, ꝙ prælatus non poſſit dare in feudum accipienti pro ſe & ſucceſſorib. maſculis & fœminis, & remittit ſe ad notata s̄. de his qui feud. dare pnſſ. ſin princip.

§. Si fuerit. Alleg. tex. iſte, ꝙ vaſallus negando expreſſe feudū, priuari dēt feudo, ſi hoc ſciēter & fraudulenter faciat, ſecus autē, ſi ex iuſta ignorantia duct⁹, negaret, quia tunc nō priuaretur. & eſt ſcda opinio poſita in tex. quæ tenenda eſt. Et pro intelligentia br̄ hēas iſtos caſus. Primus eſt, ꝙ ſi vaſallus ſciens fraudulenter negat, priuatur feudo. Secundus caſus, q̄n eſt ignorans ignorantia iuſta & excuſabili, & tunc per ſuam negationē non priuatur. Tertius caſus eſt, q̄n eſt ſciens, & tñ dubitanter rñdet, & tunc priuat̄ perinde ac ſi expreſſe negaſſet. Quartus caſus, q̄n eſt dubius, & pt dubitāter rñdere, & nō priuat̄, ſ dabit̄ ſibi tñ termin⁹ ad ſe certificādū, de quo per Al. in c. ſi vaſall. s̄. ſi de feu. fue. con.

DE CLERICO QVI INVESTITVRAM facit. Titu. XXXV.

In Eccleſia Mediolanenſi erat ſpecialis conſuetudo cōtra communem & generalem conſuetudinem aliarum Eccleſiarum, vt patet in hoc titulo & ideo fuit poſita hic iſta rubrica.

Clerico inueſtituram faciente.

Alleg. tex. iſte ad multa, & primo, ꝙ ſi clericus facit inueſtituram de ſuis propriis bonis, eius ſucceſſor tenet̄ illam hr̄e ratā & adimplere, ſecundo clericus fecit inueſtituram de rebus Eccleſiæ, quas adhuc inueſtitor tenet, ſucceſſor tenetur adimplere, & idē in laico inueſtiente: tertio, ꝙ ſi clericus inueſtituram facit de feudo vaſalli adhuc viuētis & poſſidentis, & fiat pure, non valet, ſi vero eſt facta ſub conditione, q̄n erit ſibi tale feudū apertū, valet ēt ſine voluntate vaſalli, ſi tñ inueſtiēs ante moriatur, q̄ ſibi aperiatur dictum feudum, tūc ſucceſſor non cogitur eam hr̄e ratam, ſecus ſi viuente fuit apertū feudū, q̄a tunc talis inueſtitura eſſet adimplenda, & poſſeſſio tradenda. Item alleg. ꝙ eſt dr̄ia inter Archiepiſcopū Mediolanē ſeni, & alios prælatos & clericos: q̄m. ipſe Archiepiſcopus nō poteſt infeudare ea, quæ reperit in ſuo dñio tpe ſui introitus, puta rem reuerſam ad Archiepiſcopum, q̄ ſuus prędeceſſor, cui erat aperta, non infeudauerat, ſed ſi aperiretur ipſi Archiepiſcopo poſt īgreſſum ſuum dicta res, quæ a præceſſore ſuo fuerat infeudata, tunc bene poterit eandem rem infeudare. Sed alii prælati & clerici indiſtinctē poſſunt infeudare bona ſolita infeudari, ſiue reperiant in dño tpe ſui introitus, ſiue poſt introitū aperiātur ſibi. Et ſic hēs hic bonā diſtinctionē, ꝙ ſi tractatur đ reb. clericorum propriis, aut de reb. laicorū, hæres inueſtitoris tenetur inueſtituram adimplere, ſed ſi tractat̄ de reb. eccleſiarum, tunc diſtinguitur, put fuit dictum s̄. No. tñ ſ̄m gl. & Dd. ꝙ illud, quod dr̄ hic đ Archiepiſcopo Mediolanenſi, hodie non obſeruatur, ſed ī eo obſeruabit̄, quod in cæteris prælatis ſtatutum eſt No. ſ̄m Bal. hic, ꝙ vnus Epiſcopus eſt maior altero ſ̄m eccleſiæ ſuæ dignitatem, vnde nō oēs Epiſcopi ſunt pares, Allega Io. Monach. in c. ſi forte. de elect. in 6. No. ēt ꝙ Bal. allegat gl. in l. facultas C. de iu. fiſ. lib. x. ꝙ ī dubio res præſumitur eſſe de bonis fiſci, licet ſ̄m Bal. multi damnēt illam glo. & dē conſuetudine non ſeruatur ita indiſtincte, prout loq̄t̄, illum tñ ſeq̄t̄ Bal in Auth. ſnam. C. de epiſc. & cleri in l. ſi vt proponis. C. de dona. inter vir. & vxor. in officiali publico, ſecus in priuato. de quo per Bal. in l. ſi defunctus. C. arb. tute in l. cum oportet. in prin. C. de bo. quæ liber. Sed in d. l. facultas. tenet ꝯ ipſam p d. l. ſi defunctus gl. n. illa voluit, ꝙ quicquid quæſierunt officiales, præſumuntur quæſiuiſſe de bonis domini.

AN MVTVS VEL ALIAS IMperfectus feudum retineat. TITVLVS XXXVI.

Poſita eſt iſta rubrica, quia dubitari poterat, an mutus vel alias imperfectus ſit capax feudi & illud retinere.

Mutus. Alleg. tex. iſte, ſ̄m veriorē lecturam, cū ſit altercatio inter Dd. circa intellectum iſtius text. ꝙ ī feudo paterno ſuccedit mutus, vel aliter imperfectus fact⁹ ex accidenti non aūt q ſic naſcitur. Nec vr̄ iniquitas ꝙ magis puniatur ex vitio naturali q̄ ex vitio accidentali. Facit q̄d hr̄ in l. maximum vitium. C. de l. lib. præte. Quia intelligi debet ꝙ nulla culpa ſuberat in illa accidentia vitii accidentalis. Et aſſignat Bald. rōnē drīæ, q̄a q̄n vaſallus a natura naſcitur imperfectus, tunc ꝯtus iſte feudalis deuenit in perſonam, ſeu ad caſum. in quō non potuit vnq̄ conſeruari in ſtatu ſuo. & ideo vitiatur. Sed q̄n eſt imperfectus ex accidenti, tunc bene poteſt retinere feudum, quia habuit originem fundamēti nedum in perſonam patris, ſed etiam ſuam. Vnde fortius eſt q̄d fundatur duab. radicib. q̄ quod vna ſola in Auth. de conſang. & vte. §. j. Et ſic vitium imperfectionis accidetale ēt perpetuū non nocet vaſallo, q̄tū ad ſucceſſionē ſeu retentionem feudi pr̄ni. Hoc non procedit in nouo, quia illud retinere non poſſet tanq̄ feudum, ſed tñ ex eo dēt ſibi relinq. vt ſe ſuſtentare valeat, ſi non hēt vnde, & feudum ſit magnum, de quo per gl. hic, & in §. mutus. ſup. Epiſco. vel Abbatem. Et idem dicas in feudo paterno, q̄n non ſuccedit pp vitium naturale, vt dictum eſt, ſ̄m gl notab. hic. Et ī tex. ponitur rō, quare imperfectus a natura & clericus & fœmina non poſſunt retinere feudum, quia ſeruitia exhibere nō poſſunt, nec ſ̄m Dd. talis imperfectus a natura poteſt retinere feudū ſeruiendo per ſubſtitutum, ſicut fœmina. Et intellige iſtam materiam de imperfectione, quæ facit inhabilem in totū, de quo per Bal. hic in rub. Et vide per eum hic in materia optime diſtinguentē. Sed quid ſi aliquis eſſet imperfectus rōne guſtus vel odorat⁹? Dic ꝙ priuatur feudo, q̄n feudum eſt talis qualitatis, cui nō poſſet vaſallus ſeruire, ſicut ſunt illi qui faciunt credētiam dñis, & guſtant cibos, quia tunc hr̄et locum tex. iſte. Si tñ mutus vel aliter imperfectus hr̄et filios, non aufertur ſibi feudū [illegible] Bal. q̄d intellige in feudo paterno, ſecus in nouo, q̄a dēt [illegible] ti ad dñm excluſis oīb. Sed q̄d de Hermaphrodito [illegible] vt hab in l. quæritur. ſf. de ſta. ho. & p Bal. in l. [illegible] C. de ſuis & le. q[illegible] declarat quale nomen debeat ſibi imponi ī baptiſmo. [illegible]

autem

autem, qui non poteſt generare, poteſt tamē ſuccedere in feudo paterno, de quo per Bald. in §. mutus. ſupra Epiſcopum vel Abbatem.

AN ILLE, QVI INTERFECIT fratrem domini, feudum amit.

TITVLVS XXXVII.

Hic declarat, quando vaſallus priuetur ex officio ſibi contingente ꝓpter delictum & culpam ſuam.

SI quis. Allegatur textus iſte ad quinque: Primo, ſi vaſallus occiderit fratrem domini ſui non proditorie, neq; i iniuriam domini, nō perdit feudum. Secundo, ſi occidit fratrem ſuum propinquum, vt habeat eius hæreditatem, vel aliquam aliam feloniam commiſit, ex quo amplius non poteſt ſtare in curia domini cum honore, vt puta quia hominem ꝓditorie occidit, priuatur feudo. Tertio, in hoc caſu ſi feudū eſt paternum, no reuertitur ad dominum, quia delictum vaſalli non eſt commiſſum contra dominum. Sed dictum feudum tranſit ad agnatum proximiorem ipſius vaſalli. Quarto, qualiter intelligatur quis proximior, fiat cōnumeratio graduum ſecundum formam iuris communis. Quinto, quod ſi tale delictum reſpiceret perſonam domini, tunc tale feudum reuertitur ad dominum. Et ſic habes quod ex homicidio proditorie cōmiſſo quis priuatur feudo. & ratio aſſignatur in textu, quia nō poteſt amplius ſine dedecore morari in curia domini. Et de ꝓditore vltra adducta hic p Alua. adde quæ dixi In Alphabeto, in verbo, Proditor. Et ratio eſt, quare vaſallus occidendo fratrem domini, non priuatur feudo, ſecus ſi interficit fratrem ꝓprium, quia magis delinquit ſpargendo ſanguinem proprium q̄ alienum. Et intellige ꝙ ſi caſu vel alio mō interfecit fratrem dñi vel ſuum, nō priuaretur feudo. l. perſpiciendū. § delinquit. ff. de pœ. Et ſi opponatur, imo per homicidum commiſſum in perſonam fratris domini priuatur feudo, quoniam ſaltem cō demnabitur criminaliter de homicidio ex quo omnia bona debent ſibi adimi, reſpondet Bal. notabiliter, ꝙ qñ occidit fratrem domini, poterit condemnari criminaliter, & in cōſequētiā ex iſto iudicio criminali poſſet ēt perdere feudū, ſicut alia bona ſua. Sed tamen contra ipſum non poterit procedi ciuiliter ex iure feudali ad priuationē ipſius feudi. Et ſi dominus occidet fratrem ſuum proditorie, vel alium, non tñ priuabit proprietate ad inſtantiam uaſalli ſm Doct. quia non intereſt vaſalli, cum felonia non ſit commiſſa cōtra ipſum. & eſt diuerſa ratio, qa ratio textus hic nōn vendicat ſibi locum iſto caſu. Et ſi uaſallus delinquens poſt delictum, efficiatur furioſus ex culpis p̄cedentib. poterit pati ſententiā priuationis dato curatore ciuiliter, non criminaliter, ſecūndum Bal. & iſte tex. ſecundum Docto. procedit etiam ſi vaſallus occiderit filium fratris domini, vel filium fratris ſui. Quærit Alua. quid ſi vaſallus occidat conuaſallum, an feudum amittat? Et concludit quod ſic, ſed ego neſcio intelligere hoc, aut enim occidit proditorie, aut caſu. Si caſu, non perdit, vt dictum eſt ſupra, ſi proditorie, hoc non eſt in conuaſallo, ſed in quolibet alio. Et hēt locū textus iſte, ſi vaſallus ex aliquo delicto ignominioſo non poſſit ſtare in curia domini, vt quia dānatus eſt de adulterio vel ſimili, ſecundum Doct. Non tamen intelligas, quod ex omni cauſa, ex qua opinio vaſalli grauat̄, veniat priuandus per ea, q̄ hñr in §. illud. ſup. quæ fuit prima cau. bene. ami. Quærit Bal. nunquid vaſallus, qui occidit ſeipſum, perdit feudum. Et reſpō det ꝙ non, quia anteq̄ ſit mortuus, nō eſt damnatus ad perditionē feudi, & poſtq̄ eſt mortuus, bona fecerunt tranſitum ad hæredem. l. ii. C. qui teſta. fa. poſſ. Vnde concluſio eſt, ꝙ nunq̄ per culpam feudum perditur, niſi culpa lege feudali damnetur, & ſuperſit perſona, quæ ſententiam pati poſſit. Et dicit ēt Bal. ꝙ ſi occido fratrem meum, qui non eſt uaſallus domini, non procedit textus iſte, ut quia habeo feudum nouum, ſed ſi feudum eſt paternum, ideo occido, ne vt agnat' ſuccedat, tūc perditur feudum.

§. Non cogitur. Allegatur textus iſte, quod vaſallus non cogitur ſe offerre dño ad ſeruitium, niſi fuerit ſibi denuntiatum, quo caſu ſeruire cogitur ſi ꝑt. ſic vaſallus ad præſtationē ſeruitiorum non conſtituitur in mora ſine interpellatione, limita tñ iſtam regulam, ſm Doc. niſi vaſallus ſciret magnum periculum dño imminere, qa tunc interpellat ipſum. Quærit Bal. debitor ꝓmiſit mihi ſoluere vſq; ad decem dies, & poſtea qñcunque interpellauero eum, vtrum iſti decē dies interpellent pro homine. Allegat glo. ꝙ ſic in l. cum ſtipulatus ſim mihi Proculę. ff. de verb. obli. Quærit etiam, ſi debeo tibi decem pure, & tu promittis non petere ad Paſcha, dies non interpellat pro homine. allegat notata. l. ſi unus. §. j. ff. de pact.

DE VASALLO QVI CONTRA conſtitutionem Lotharii Regis beneficium alienauit.

TITVLVS XXXVIII.

In iſto titu tractatur de felonia ſeu ingratitudine proueniente ex contractu, ſcilicet de alienatione facta contra prohibitiones feudalis.

SI vaſallus. Alleg. text. iſte, ꝙ vaſal. indebite alienans, priuatur ſolum parte alienata. Sitr ēt ex delicto commiſſo q̄ vnum tñ ex dñis, priuabitur ſolum ꝑte iſtius dñi. Et pōt partem vni ex dñis reſutare, & aliam retinere, q̄ reſutationē poteſt facere ſine dñi voluntate, & facta reſutatione, liberatur a ſeruiendo, dummodo non offendat. Et habes hic, ꝙ vaſallus poteſt feudum ſine dñi voluntate reſutare. Quod intellige, ſm Dd. qñ feudum eſt ſimplex & rectū, ſecus autem ſi eſſet condōnatum ad certum ſeruitiū, qa tūc non poſſet per ſtam ī. de capitaneo, q curiam vendidit. §. ſi. Et dum in tex. dr̄, ꝙ feudum alienatum in parte vel in toto, reuertitur ad dñm, intellige, ſi eſt nouum, vel in antiquo, in quo nulli extabant agnati, ſecus ſi agnati exiſterent, quia pręferentur dño, de quo in §. penu. ſup. qualiter olim feudum poterat aliena. Et dum dr̄ in tex. ꝙ vaſallus facta reſutatione debet offendere dominum, ne videatur hoc de indubitabili, qa de iure nemo debet alium offendere. l. vt vim. ff. de iuſt. & iure. dicas, quod hoc eſt dictum, vt multo magis debeat ſe abſtinere vaſallus ab offendendo in memoriam priſtinæ fidelitatis. quod ſi fecerit, grauius punitur, quam ſi offenderit alium ſecundum glo. & Docto. Et nota quod, ſecundum communem opinionem ſtamus hodie deciſioni iſtius textus, quod ſolum in parte alienata priuetur vaſallus, quia textus infra de prohib. alie. ſeu. per Fede. in princ. videtur probare contrarium. Et per iſtum textum dicunt Doctores, quod ſi agnatus alienauit partem ſuam feudi, quam tenebat pro diuiſio cum agnato, & illam amiſit, & poſtea pars agnati appropriauit ſibi, in hac parte non præiudicabit ſibi.

DE ALIENATIONE FEVDI paterni.

TITVLVS XXXIX.

Quia in rubrica præcedenti tractatur de uaſallo alienāte feudum in genere, hic autem ponitur in ſpecie de alienatione feudi paterni.

Alienatio feudi paterni. Alleg. text. iſte ad multa. Vaſallus non poteſt alienare feudum ſuum etiam cum cōſenſu domini, niſi conſentiente agnato proximiore: alioquī feudum prædictum eſt reuerſurū. Allegatur etiā, quod non poteſt agnatus dictum feudum etiam in ſuam filiam trāſferre, niſi cum conſenſu dicti ſui agnati proximioris, vel poſtea ratum habentis. Allegatur etiam, quod licet ſine voluntate domini ſit prohibita alienatio feudi, tamen inter agnatos eſt permiſſa. Allegatur etiam, quod ſi inter agnatos fiat allibellatio de dicto feudo, quod non intelligitur proprie libellus, ſed quaſi reſutatio, vult iſte textus in fine, quod remanet feudum & nō libellus, quod patet, quia mortuo eo ſine liberis, deuoluitur ad agnatos, non ad dominum, ſupra ſi de feudo fuerit controuerſia. capitu. Titius filios. Nota ergo ex textu, quod voluntas domini adhibita in alienatione feudi, non præiudicat agnatis non conſentientibus, ſed ſi conſentiunt, valet alienatio in præiudicium eorum. Conſenſu tamen agnatorum vltimorum non poteſt præiudicare præcedentib. Vnde ad validandum alienationem feudi requiritur conſenſus agnatorum, qui ſunt proximiores, cum illi habeant ius reuocandi. Si tamen poſtea remotioribus agnatis aperiatur feudum admittuntur ad reuocandum, dato quod tempore alienationis non fuerunt proximiores, vt hoc probatur ī textu. in verſicu. quandoque & c. Habes etiam expreſſe, quod dominus in præiudicium agnatorum non poteſt facere gratiā fœminæ in feudi ſucceſſione, pro quo ſup. de ſucceſſ. feu. §. 1. cum ibi notatis. Et hoc intellige in feudo antiquo: ſecus ī nouo, quod eſſet reuerſurum in dominum. capitulo primo. ſupra quemadmodum feud. ad fili. pertineat. Operabitur tamen gratia in caſu iſto, donec viuet pater filię, ad cuius inſtā tiam filia fuit inueſtita, de quo per glo. & Doct. hic. Et ſi fiat alienatio per agnatum agnato non proximiori, tunc non valet, quia poterit proximior reuocare. Intellige tñ, ſecundum Doctores, quod tenebit donec alienans viuit. Sed quid ſi vaſallus, qui alterum infeudauit, reſutet poſtea idē feudum domino,

mino, an pͥudicet illi, cui iã infeudauerat. Bal. quod ſic ꝓ iſtũ textum, quod tamen limita, niſi inueſtitus uellet ſeruire domino, & ab eo feudum recognoſcere, quia tunc non priuaretur feudo ſecundum Doctores. §. j. ſup. qualiter olim feudum poterat alienari. Nota, ſecundum Bald. quod ſi ſunt tres fratres, & unus donat alteri partem ſuam, & poſtea monacatur donans, quod ſolus donatarius habebit illam partem, non vterque per iſtum textum. Tamen poſtea decidit contrarium. Et ſi agnati, qui non conſenſerunt alienationi, ſint hæredes alienatoris, non poterunt reuocare per regulam. quæ eſt Quod hæres debet obtemperare facto defuncti. l. cum a matre C. de rei vendicatio. ſecundum Docto. Et feudum nouum poteſt alienari conſentiente domino abſque conſenſu filiorum ipſius alienantis, licet in inueſtitura dicatur, pro ſe & pro hæredibus ſuis. Nam illud, quod acquiro, poſſum alienare pro libito voluntatis. l. qua ratione. §. hoc quoque. ff de acq. rer. domi. Et quia reperitur ſolum prohibitio facta in feudo paterno, nota, quod ſi Rex concedit mihi caſtrum nomine & iure antiq feudi poſſidẽdum, quod licet ſit nouum feudum, aſſumit qualitatem feudi paterni, & ſic poterit alienari in proximos agnatos, quod eſt notabile ſecundum Bal. Quærit etiam Bal. vaſallus refutauit feudum domino, ad quos redeat feudum? Et reſpondet ad agnatos vel ad fratres, non ad dominum, nõ ergo præiudicat agnatis, niſi viuente vaſallo & eius liberis.

§. Si inter. Allegatur textus iſte variis modis, ſed dicas ſic, quod ſi vaſallus petit a ſucceſſore domini inueſtiri, & dominus negat ipſum eſſe vaſallum, & nõ vult inueſtire, iſta quæſtio debet terminari coram Paribus Curiæ. Et officium iſtorum iudicum erit, quod ſi iſte vaſallus tenet illud feudum a domino ſine controuerſia, & oſtendit inueſtituram ſuam, in qua apparet de ſuo recto feudo, debet incõtinẽti inueſtiri, & fidelitatem iurare ſeruato iure cognoſcẽdi poſtea de cauſa principali, an valuerit inueſtitura vel non, ſed ſi vaſallus nõ recognoſcit aliud feudũ a dicto domino, niſi iſtud de quo pendet controuerſia, ſimiliter vaſallus debet inueſtiri: ſed tamen iuramentum fidelitatis debet deferri ad inſtãtiam domini, donec de principali cauſa cognoſcatur, quia tunc videbitur, an debeat admitti iuramentum fidelitatis. Nota ergo, quod pares ſunt iudices competentes ſuper controuerſiis, quę oriuntur inter dominum & vaſallum occaſione feudi, vt hic, & §. pen. inf. de proh. alie. feu. per Fede. Secundo probat textus, quod ſi vaſallus recognoſcit a domino ſine cõtrouerſia aliud feudum, quam illud, ſuper quo verſatur quæſtio, debet incontinenti inueſtiri, & ad fidelitatem recipi de feudo, ſuper quo vertitur quęſtio, ſi conſtat eſſe feudum rectum, ſecus autem ſi aliud feudum non tenet ſine controuerſia, quia tunc licet inueſtiatur verbaliter, tamen ad fidelitatem non recipitur. Et ratio eſt, quia non eſt ita præiudicium domino acceptãdo vaſallum ad fidelitatem ſup feudo, de quo verſatur quæſtio, poſtquam eſt verus vaſallus & fidelis de alio feudo, quam quando nullo modo reperitur alias eſſe vaſallus & fidelis. Et nota, ꝙ hic capitur rectum feudum pro eo feudo, quod non datur ad certum ſeruitium & eſt perpetuum, & non poteſt reuocari. Feudum autem non rectum eſt, quod datur ratione alicuius officii vel meriti, & iſtud poteſt reuocari, de quo dictum eſt ĩ c. j. de controuer. Epi. & vaſal.

§. Non eſt conſuetudo. Allegatur textus iſte, quod de felonia vel infidelitate ſit pugna ſecundum leges Longobardorũ, licet Mediolani non ſeruetur. Nota gloſſ. hic, quod pugna dẽt fieri cum armis militaribus, non cum fuſtibus vel lapidibus. Nota etiam gloſſ. quod ſi dominus committit feloniam vel infidelitatem aduerſus vaſallum, quod vaſallus poteſt ipſum prouocare ad pugnam perſonaliter, ſicut dominus vaſallum poteſt, ita econtra, cum ad paria iudicentur. §. fina. ſup. de forma fide. Adeo, quod ſicut vaſallus per feloniam priuatur iure feudi, ita dominus iure proprietatis. ca. domino. ſup. ſi de feudo fuerit controuerſia. Et in iſto caſu, ſecundum glo. & Docto. tenetur dominus pugnam facere perſonaliter, licet vaſallus nõ ſit miles, vel de genere militari propter paritatem ſeruandam inter eos.

§. Si a morte. Allegatur textus iſte, quod ſi uaſallus non liberauit dominum a morte cũ potuit, feudum amittit, ſed ſi eum a periurio liberare potuit, & non fecit, nõ perdit feudum. Probat textus iſte tria: Primo, quod ex ſola negligentia poteſt uaſallus priuari feudo. Secundo, quod licet uaſallus non liberat dominum a periurio, non propter hoc priuatur feudo. Ex quo infertur, quod ad feudum amittendum non ſufficit omnis occaſio, per quam videatur uaſallus ingratus, ſup. in quibus cauſis feudum amit. in princ. Neque etiam ſufficit omnis cauſa, ex qua opinio vaſalli videatur eſſe grauata. § illud ſup. quæ fuit pri. cau. bene. amit. Tertio probat textus iſte, quod qui non poteſt propter paupertatem adimplere promiſſa iurata, incidit in periurium, quod tñ intellige, qñ ei põt imputari culpa, vel quia a principio tempore promiſſionis & [illegible] ſciuit ſe impotentem ad ſoluendũ, ſecus ſi caſu fortuito redactus eſt ad paupertatem. Et glo. hic vult duo. Primo, quod vaſallus teneretur ſalutem domini ꝑponere ſaluti propriæ, & adde glo. ſ. quib. mod. feudum amittã. in princ. & pro hoc etiam facit quod determinat glo. ſup. hic ſimiliter lex. in ſi. quod vaſallus non debet adiuuare dominũ contra ſe. Secundo vult glo. ꝙ vaſallus non tenetur ad ꝑſtandum ſeruitia domino, niſi cum poteſt. cui adde dictam glo. ſup. quib. mod. feudum amittatur, in prin. in c. 2. an ſi. ſup. de feudo ſine culpa non amit. Vult etiam textus iſte, quod vaſallus non tenetur ſoluere debita dominĩ.

DE CAPITVLIS CORRADI.

TITVLVS XL.

Quia vltra ſupraſcriptas obligationes, de quibus viſum eſt, in quibus vaſalli tenentur dominis, eſt dare alias obligationes in quibus occaſione feudi vaſalli ſunt obligati eorum dominis, prout patet in certis capitulis editis per Imperatorẽ Corradum, icc irco, vt prædicta declarentur, ponuntur hic dicta capitula. Et ſi velles ſcire, quæ differentia ſit inter titulum de lege Corradi & iſtum, dicas, quod in iſtis variis conſuetudinibus adducebatur ſæpe in medium vna lex Corradi, quæ eſt originaliter poſita in libro Longobardo, quæ videbatur aſtrĩgere omnes, cum eſſet Imperatoris, & ex ea oriebãtur variæ controuerſiæ, & quia erat contra conſuetudines Mediolanenſium, nolebant illam admittere, & ideo, vt declaretur dicta lex, fuit poſita ſupraſcripta rubrica de l. Corra. Verum quia vltra dictam legem idem Imperator fecit aliqua capitula in dicta materia feudali, quæ non ſunt inſcripta in d. l. Longobardorum, ſed pro cap. Corradi allegabantur, quę capitula quædam curiæ admittebant, quædam nõ, ideo intitulauit hic, De capitulis Corradi, ſecundum enim leges Longobardorum capitula, quæ addebantur ad aliquam legem, non appellabantur lex, ſed capitula, niſi expreſſe diceretur.

Hæc ſunt capitula. Alleg. text. iſte, ꝙ ſi vaſallus a ſucceſſore domino, vel ſucceſſor vaſalli ab ipſo domino non petierit inueſtituram intra annum & diem, amittit feudum, ſi dictum feudum erit talis naturæ, vt iuraretur fidelitas, & prædicta tamen nõ obſeruantur Mediolani. Habes ergo hic innouationem inueſtituræ fieri debere vel per mortem dñi, vl per mortem vaſalli. Probat ẽt tex. iſte, ꝙ feudum põt per pactum ſine fidelitate conſtitui, rñ autem ſecus, qñ feudum a fidelitate dr̃, niſi eo pacto fuerit acquiſitũ, vt non iuretur, ſm gl. Et ex hoc infert Bald. notabiliter, ꝙ feudum ſimplr̃ conceſſum præſumatur fore conceſſum, vt præſtetur fidelitas, qñ feudum ipi dubio pręſumitur eſſe ſm ſuam propriam nãm, niſi eius alterũ probetur. Et no. ꝙ eſt ſpeciale in milite, vt ipſe habeat terminum anni & menſis, de quo ſup. quo tempore miles. Et no. ꝙ vaſallus, ſi incidat a pollicitatione fidelitatis debet etiam inueſtituram petere, vt in iſto textu, ſi autem vaſallus incipiat a petitione inueſtituræ, illud ſolum ſufficit, nec eſt neceſſe, ꝙ polliceatur fidelitatẽ, cum hoc de ſe includatur in petitione inueſtituræ. glo. in c. ſi. ſup. per quos fiat inueſt. Et nota, ſm Bal. ꝙ filio vaſalli non currit annus, antequam ſe immiſceat hæreditati. Debet ergo probari immixtio, vel ꝙ diſtulit malitioſe. Item debet probari ſcientia, quia in facto alieno præſumitur ignorantia. Item debet probari ſcientia paternæ mortis.

§. Præterea. Alleg. text. iſte, ꝙ vaſallus non poſſunt alienare feuda ſine voluntate dñorum: ꝙ ſi fecerit, tunc poterunt dñi reuocare ꝑdictas alienationes nulla obſtante ꝑſcriptione. Et ſic ꝑ Corradũ Imperatorẽ fuit inhibita feudorũ alienatio ꝑmiſſa reuocatio, & ꝓhibita præſcriptio. Et tñ hodie hoc latius eſt ꝓuiſũ j. de ꝓh. aliena. fe. ꝑ Fed. §. j. Et ſm gl. & Dd. nõ põt ẽt vaſallus pignorare feudũ. ſine dñi volũta, qa in gñre eſt ꝓhibita alienatio. Intellige tñ, qñ transfert poſſeſſio feudi in creditorem, ſecus aũt ſi fieret ſimplex pignoratio vel hypotheca abſq; traditione poſſeſſionis. Quia tunc vaſallus non incurret ꝑiculũ, vt ꝓbat in §. callidis. inf. de ꝓh. alie. feu. per Fed. Põt tñ. ſm gl. notabilẽ hic, vaſallus feudũ ſuũ alteri infeudare in totum vel in partẽ, dũmõ hoc faciat ſincere, & bona fide, & nõ in fraudẽ dñi, vel agnatorũ, & non ſub colore inueſtituræ ꝑcio accepto, cũ vendere diſponeret & diſſimularet feudũ. Itẽ dẽt infeudare æquali ꝑſonæ, & eadẽ lege, qua ipſa habet, & non alia. Intelligas tñ, ꝙ iſta infeudatio nõ pͥudicabit agnatis, niſi eo viuente ſm Dd. Et de iſta ma ꝑ Canoniſtas in c. q in eccleſiarũ. de cõſt. Et no. gl. hic, q̃ ſtat cũ iſta ꝯcluſiõe, ꝙ tex. iſte intelligat̃ de ꝑſcriptione longi tꝑis, non aũt de longiſſima ꝑſcriptione. Et cũ iſta gl. tranſit Bal. & multi alii, lʒ aliq voluerũt ꝯtriũ, ꝙ ẽt tex. intelligat̃ de longiſſima ꝑſcriptione. Sed tu tene gl. q̃ ẽt tenet Aluaro.

qui

qui dicit, quod in conſulendo debemus adhærere glo. Et tu adde multa pulchra, quę allegaui in alphabeto, in uerbo, Gl. Et ſecundum opinionem gl. iſtis dieb. Coloniæ conſului. Et ꝗa concluſum eſt ſupra, quod uaſallus poteſt feudum ſuum alteri infeudare, an habeat locum in feudo eccleſiaſtico? Et Bal. tenet hic, ꝙ non, niſi de conſenſu prælati fauore eccleſiæ. Sed Alua. ex intentione Ia. de Bel. tenet ɔ̃rium, niſi feudū eſſet decimale. Sed quæritur, ꝗd ſi ĩ ĩueſtitura ſit factū pactū expreſſum de non alienando, an tunc vaſallus poterit infeudare? & Bal. ꝙ non, ea ratione, vt pactum aliqd operetur, ꝗa qñ ꝓhibitio noua adiicitur prohibitioni antiquæ, tunc hẽt ampliare, iuxta notata per Doct. l. j. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. Quærit ẽt Bald. quid ſi iſta verba, Nulla obſtante præſcriptione, reperiantur in aliquo ſtatuto, an per talia verba intelligatur, remota pręſcriptio longiſſimi tpis. Et Bal. ꝙ ſic. Si autem dicta verba proferantur a ɔ̃hentib. vel a teſtatore, in infinitum extenduntur, de quo per Bar. l. j. ff. de vſur. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. Et quia dictum eſt ſ. ꝙ præſcriptio longiſſima currit ɔ̃ dñm, dicas, ꝙ talis præſcriptio incipit currere ẽt viuente vaſallo alienatore, ſm Dd. Et eſt rõ, ꝗa cum vaſallus alienauit incõtinenti, amiſit ius ſuum, ergo actio incontinenti incæpit competere dño, & per conſequens præſcriptio currere. l. j. in fi. C. de an. excep.

§. Similiter. Alleg. tex. iſte, ꝙ vaſallus, qui non aſſociat dñm ſuum pergentem in exercitū cum Rege Romanorū, debet contribuere in adiutoriū ipſius dñi denarios duodecim de modio, ſi eſt de Longobardia, ſi vero de Alemania, dẽt contribuere tertiam partem fructuū eiuſdẽ anni. Et dum dicit de modio, intelligas ꝙ de Lõgobardia pro quolibet modio fructuum natorū ex terra feudali dẽt ſoluere vaſallus denarios duodecim, ꝗa modius eſt menſura. Tenentur ergo vaſalli p̃ſtare adiutorium dñis ſuis euntibus cum Rege Romam ꝓ ſuſcipienda corona, vt hic, & ĩ. de pace iuro fir. in fi. Et idem vbi faceret exercitū ɔ̃ hoſtes Imperii. Tenentur. n. vaſalli iurare dñm ſuum iuſte pugnã facientẽ, de quo ſ. hic finitur lex. Iſta tñ variatio, de qua hic in tex. facta eſt, ꝗa Longobardi abundabant magis pecunijs, ꝙ̃ Teutonici, ꝗa oẽs vaſalli tã in Italia ꝙ̃ in Alemania ad æqualitatẽ redacti ſunt, qm̃ debent ire ant pſonaſr, aut mittere alium ꝓ ſe dño acceptabilẽ, ꝗ ſit æque bonus, ſicut ipſe eſt, alias dẽt ſoluere medietatẽ fructuum ex ſuo feudo vnius anni, de quo hic per glo. & Dd. Et no. ꝙ vaſallus põt capi ꝓ debito dñi, ut ſoluat cenſum creditori dñi, quem ſibi dẽt ſoluere, de quo ꝑ Bal. in l. liber. C. de ope. lib. Sed an ex aliis cauſis teneatur vaſallus præſtare adiutorium dño, vt ſi dñs tráſeat ꝑ loca vaſalli, teneatur ſibi dare hoſpitium, & alia ad victum neceſſaria, & ſic de ſiib. Bal. ꝙ nõ, niſi eſſet ſpecialis conſuetudo, de quo vide per Spe. & Io. An. in ti. de feu. §. qm̃. verſi. & nota.

§. Item ſi clericus. Alleg. tex. iſte, ꝙ Eccleſia ex delicto prælati amittit feudum ſuū, donec viuit prælatus, ſed eo mortuo, reuertit̃ feudū ad ſucceſſorẽ. Et ſic hẽs, ꝙ eccleſia & eius prælatus & clericus põt recognoſcere feudū a laico, vt hic, & in c. j. de ſta. regu. in 6 in c. cœterū. de iudi. Hẽs ẽt caſum mirabilem, ſm glo. & Doct. ꝙ eccleſia patitur damnū pp delictū prælati. & hoc operat̃ nã feudi, ꝙ̃ eſt, ꝙ pp culpam vaſalli cõmiſſum ɔ̃ dñm, reuertat̃ feudum ad dñm, ut hanc habeat ſuæ iniuriæ vltionem, ſ. ꝙ̃ ſu. j. cau. ben. amit. in fi. Tñ fauor eccleſiæ opat̃ hoc, vt poſt mortem ipſius prælati delinquentis reuertatur feudum ad eccleſiam, & ad ſucceſſorem in d. beneficio. Et licet tex. loq̃uatur in feudo dato a Rege, intelligas ẽt, ſm Dd. poſt gl. ꝙ habet ẽt locum ĩ feudo dato ab alio, ꝙ̃ a Rege. Procedit ẽt tex. in alio clerico, qui non ſit Epiſcopus vel Abb. ſed iõ exemplificauit de Epiſcopis & Abbatib. ꝗa ut plurimum dicta feuda dantur ipſis. Sed quid ſi prælatus Eccleſiæ committat in vaſallum eccleſiæ tenentẽ feudum ab eccleſia pp qd̃, ſi eſſet laicus, priuaretur proprietate feudi, vt ĩ. quaſt dñi. pp. feu. priue. an tunc eccleſia priuabit̃ d. feu. prælato viuente, ſicut dr̃ hic in caſu econuerſo? Et in hac q̃ne ſunt altercationes, ſed tu tene opinionẽ ꝙ ſic, ꝙ interim Eccleſia priuet̃ proprietate feudi, quia ɔ̃tiorū eadẽ eſt diſciplina. Et iſta opinio ẽ fortorib. rõnib. fundata, & plurium Doct. auctoritate. Et no. ĩ iſta mã caſum ſpecialem, in quo clericus eſt de iuriſdõne laici, ꝗ. ſi c. diligenti. de fo. comp. ſed fallit in re feudi. c. verum. de fo. com. ꝑ Inno. c. cæterū. de iud. Et ſic iſte tex. ẽt procedit ĩ prę lato non petente inueſtiturã tpe debito, ꝙ eccleſia non priuabitur, ſed ipſe prælatus priuabitur, donec erit in beneficio, ſm Dd. Quærit Bald. hic in fi. ſi quis tempore delicti non erat prælatus eccleſiæ, ſed poſt cœpit eſſe, an eccleſia debeat priuari propter eius delictum? Et concludit ꝙ non per l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. act.

DE CONTROVERSIA INTER MASCVlum & fœminam de beneficio.

TITVLVS XLI.

In iſta rubr. declarare intendit de controuerſia, quæ oritur inter maſculum & feminam occaſione feudi.

Item ſciendum eſt. Alleg. tex. iſte, ꝙ controuerſia ĩter maſculum & fœminam, an res ſit feudalis deciditur in dubio facĩo maſcu li cum duodecim facr̃alib. Quod intellige verum, qñ ꝓ maſculo eſt aliqua præſumptio, quæ habeat mouere animum iudicis ad ſibi deferendum ſacramentum, ꝗa ſi eſſet pręſumptio ꝓ fœmina, ſibi deferet̃. c. 2. ſ. ſi de feu. fue. contro. Et idẽ intelligas in ſecundo & tertio caſu, videlicet quãdo eſt cõtẽtio inter dominum & fœminam, inter dominum & emptorẽ. Alleg. etiam tex. iſte, ꝙ ex poſſeſſione maioris partis bonorū exiſtentium in certo loco inſurgit in dubio præſumptio ad cœtera bona in eodem loco exiſtentia. Et facit iſte tex. in argumentum ad quæſtionem, an omnia bona vaſalli ſoluentis certum cenſum, intelligantur eſſe feudalia, ſi non conſtat de quibus bonis ſoluat, quia debet diſtingui, aut conſtat de maiori parte, & præſumendum erit, ꝙ etiam reſiduum, alias ſecus ſecundum Doct. per iſtum textum, niſi dominus oſtẽ dat fines feudi, per ea quæ notantur infra. de prohibi. alien. feu. per Fede. §. illud de qua quæſtione per Aluaro. ſ. ſi de feu. fue. contro. §. vaſallus. j. & diſtinctio, de qua in fi. textus eſt probabilis & recipienda ſecundum glo. & Doctor. & refertur ad primam & ſecundam partem tex. non ſolum ad proximum dictum.

DE CONTROVERSIA INTER dominum & emptorem feudi.

TITVLVS XLII.

Quia ſupra tit. proximo determinauit vnam quæſtionem vertentem inter dominum & emptorem feudi, inde occaſione ſumpta, ſubiecit hic iſtam rubricam generalem de controuerſia inter dominum & emptorem feudi.

Domino cū emptore feu. agẽte. Allegatur textus iſte, ſi vaſallus per ſuum iuramentum affirmat, ignorans eſſe feudum, poteſt illud recuperare ab emptore ſoluto intereſſe, ſi vero inuito vaſallo emptor eligeret, & illud potius traderet domino agenti, tunc non poterit emptor petere intereſſe, & hoc ſecundum intellectum glo. & ſequuntur Doct. ex iſto textu habes ſingularem limitationẽ ad omnia iura, quæ dicunt, ꝙ per alienationem factam ĩconſulto domino aperiatur feudum ipſi domino ſupra quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. in fine. de prohib. alie. feud. per Lotha. & Federi. quia debet intelligi, quando venditio eſt facta ſcienter, ſecus ſi ignoranter. Intellige tamen, quod ſua ignorãtia erat probabilis, quia de alieno facto, nec erat craſſa vel ſupina, pro quo gloſ. notabilis in c. fina. in verbo ſcienter. de offi. dele. in 6. Et vt dicitur in textu, quod emptor habet electionem vel reſtituendi illud domino agenti, vel vaſallo, ſi vult conſequi intereſſe, intellige de emptore ignorãte, ſecus ſi ſciente illud eſſe feudum, quia nullo modo conſequeretur intereſſe. infra de prohi. alie. feu. per Feder. §. primo. Et eſt textus iſte mirabilis, ſecundum Bald. circa electionem, quæ datur reo conuento, ut poſſit reſtituere rẽ auctori ſuo, quanquam dominus agat. Et eſt ratio, quia per hoc euitat omne damnum. & ex hoc infertur, quod licet habens directum dominium præueniat, tamen poteſt res reſtitui habenti vtile dominium. Et ad hanc materiam vide caſum ſingularem in fi. Digeſtis. de tranſact. ubi etiam debitor poteſt ſoluere cedenti, apud quem nullum in remanſerat. Habes etiam ex textu, quod verbo venditionis, omnis alienatio cõtinetur. & vltra adducta per Aluaro. allega textum in l. ſtatuliberi a cœteris. in fin. Digeſtis. de ſtatulibe. & multa dixi in meo Alphabeto, in verbo, Alienatio. Et diſputant hic glo. & Doct. quo gẽnere actionis agat dominus cum emptore, & certum eſt, quod poterit agere rei vendicatione, quando putat ſe poſſe probare de ſuo dominio directo. & quia eſt difficile probare dominium, ideo conſilium eſt quod agat condictione ex l. imperialem, infra de prohib. alie. feu. per Federi. & per hãc aduocatur ſola poſſeſſio. l. prima. C. de dona. quæ ſub modo. non autem proprietas rei vel dominium, per regulam, quod nemo condicit rem ſuam, niſi a fure. l. ſi. ff. vſufructuarius quemadmodum caueat. Et nota, ſecundum glo. & Docto. quod textus intelligitur, quod uaſallus iuret quando legitime poteſt iurare, ut quia uere eſt ignorans, & probat ignorantiam, uel ſaltem pro eo eſt pręſumptio, quod ignoret, quando uero conſtaret, quod fuit ſciens, uel contra eum eſſet præſumptio, non deberet ſibi deferre iur.m. No. et

ſecundum gl. & Doct. quod ſi ignorantia vaſalli eſſet circa iu-
ris diſpoſitionē, non excuſaret, ut quia ignorabat eſſe prohibi
tam alienationem feudi. fallit tamen, ſecundum gloſ. in perſo
nis, quibus eſt permiſſum ignorare iura, vt in milite, minore,
& muliere. tamen Bal. quantum ad militem & mulierem, re-
prehendit gl. q̄a nō licet eis ignorare iura contractus. l. fi. C. de
iur. & fa. igno. l. fi. §. fi. C. de iure delib. & cū eo tranſit Alua. No
ta etiam, ſm gl. ꝙ ſi emptor reſtituat dictū feudū dño agenti,
vaſallus, q̄ ignorāter vendidit, poterit recuperare a dño ꝑ iſtū
tex. qui vult, ꝙ non intelligat̄ apertū domino, quando vēditio
eſt facta ꝑ ignorantiā, nō poterit tamen iſto caſu vaſallus ſibi
retinere rē & p̄cium, ſm Bal. l. bona fides. ff. de acti. emp. Nota
ēt gl. quæ vult, ꝙ vaſallus, qui ignoranter vendidit, quā primū
ſcierit eſſe feudum poterit recuperare ab emptore, q̄a cū ven-
ditio ſit ipſo iure nulla, poterit venire ꝯ factū propriū. Et nota
ſm Do. ꝙ iudex dēt ferre ſnīam ſm formā hic traditā, & hoc
facere debet auctoritate huius iuris conſuetudinarii. & ꝓpter
hoc habes limitationē ad l. vt fundus. ff. com. diui.

DE CONTROVERSIA INter vaſallum & alium de beneficio.

TITVLVS XLIII.

Quia interdum vertitur controuerſia inter ipſum vaſallum & aliū, qui ſimiliter non eſt vaſallus occaſione dicti feudi, ideo poſt dictam rubricam præcedentem immediate ponitur iſta.

SI controuerſia. Allegat̄ text. iſte, ꝙ vaſallus age-
re & conueniri poteſt ꝓ feudo,
toto & pro p̄tāte, & cām ēt domino abſente vſque ad finē per
ducere tanq̄ ꝓpriā. p̄t quoq; de feudo tranſigere bona fide, q̄
oīa dēt dominus hr̄e rata, ēt ſi ſibi poſtea aperiat̄ feudū. Et ꝓ
intelligentia tex. dicas, ꝙ ſi dominus vellet venire ꝯ ex pſona
vaſalli, vt q̄a dicat feudū eſſe ſibi apertū ex delicto uaſalli, vel
q̄a deceſſit ſine hr̄dib. tunc repelleretur exceptione rei iudica-
tæ, ſed ſi dominus vellet venire pro iure ſuo, dicens, iſtam
rē nō eſſe feudalē, ſed eſſe ſuā ꝓpriā, tunc poſſet reuocare, nec
obſtaret ſibi exceptio rei iudicatæ, & iſte intellectus vr̄ verior
ad iſtū tex. & intellige ſiue dominus ſciat, ſiue ignoret, ſiue va
ſallus ſibi notificare fecit, ſiue nō, cū ſemꝑ dominus teneatur
hr̄e ratū in caſu nr̄o, poſtq̄ venit ex pſona vaſalli, & dum dicit
tex. Fraudulenter, intellige, quādo p̄ce, vel precio ꝑ dolum, vel
ꝑ negligentiā hoc fecit. & licet Bal. aliter intelligat iſtū text. te
ne ꝙ dictū eſt ex intentione aliorū; licet tandē Bal. ipſe nō vi-
deat diſſentire. Habes ergo ex hoc textu, ꝙ vaſallus hēt legiti-
mā pſonā cōparendo, & poteſt ēt tranſigere. ꝙ intelligas verū
ſi vere & ſine fraude fiat, ſecus ſi fieret voluntarie nulla neceſ
ſitate ſubſiſtente, q̄a tunc nō eſſet ꝑmiſſa talis tranſactio imo
incontinenti vaſallus incideret in pœnā inductā ꝯ alienantes
feuda, de qua in ti. de proh. alie. feu. ꝑ Fe. Et nota, ſm gl. & Do-
cto. ꝙ vaſallus domino p̄ſente p̄t in iudicio cōparere ꝓ re feu-
dali. Nota ēt ſm gl. & Dd. ꝙ quādo vaſallus vellet agere de eui
ctione cōtra dominū, eſt neceſſe, ꝙ vaſallus denūtiet domino
litē eſſe motā, alias nō poſſit poſtea agere de euictione. Et no.
ꝙ Bal. vult, ꝙ ſi poſſeſſio ipſi' feudi deueniret ad tertiū, poſſet
dominus vendicare. l. ſi q̄s emptionis. C. de p̄ſc. 30. anno. Dicit
ēt, ꝙ ſi ex cā tranſactionis ceſſit poſſeſſionē feudi aliquo rece-
pto, poſtea deceſſit ſine hr̄dib. reſoluto iure tranſigentis reſol
uetur ius recipientis, & tamen cōtrariū dr̄ hic, dicit ꝙ hoc iō
eſt, q̄a res iudicata & tranſactio pariunt exceptionē litis finitę.
& ſic ſunt alterius naturæ q̄ ſimplex contractus, ꝙ eſt notab. ſe
cūdū eū, ſed potes dicere ſm ꝙ ſ. dictū eſt, q̄a dominus venie-
bat ex iure, & pſona vaſalli, vn̄ ſicut obſtabat vaſallo, ita & do
mino, q̄ ex eius pſona venit. dicit tamē Bal. hoc nō ꝓcedere in
emphyteuta & ſuperficiario tranſigētib. l. lex vectig. ff. de pig.
& ſic cōcludit eſſe ſpeciale in feudo, niſi tamē dñs fuerit ſciens
& patiens, ſm Bal. Nota ēt ſm eum, ꝙ vbi ꝑ tranſact. non trāſ
fert poſſeſſionē feudi, ſed illud dimittit apud poſſeſſorē, cum
quo trāſegit, tunc non intelligeret̄ quoquo mō alienare, tex.
eſt ſingularis in l. ſi pro fundo. C. de tranſ. ſecus ſi traderet. & iō
dicit Bal. ꝙ in omnib. aliis contractib. ille, q̄ dimittit, transfert
& alien. l. quædam mulier. ff. de rei ven. tamen ſecus eſt in con
tractu tranſactionis. quod eſt notabile, ſecundum Bal.

QVID IVRIS SI POST ALLEnationē feudi uaſallus id recuperauerit.

TITVLVS XLIIII.

Quia occurrebat dubitare, ſi vaſallus poſt alienationem feudi recuperauerit illud, an euitet pœnam, quæ eſt ſtatuta aduerſus vaſallos alienātes, iō, vt hoc declaretur, poſita eſt iſta rubrica.

Præterea ſi vaſallus. Alleg. text. iſte, ꝙ vaſal-
lus per alienationē feu
di factam ſine voluntate dñi, cadit a iure ſuo, quod reintegra
re non pōt licet feudum recuperauerit, cum iā ꝑ dictam alie-
nationem illicite factam ſit acquiſitum ius dño, lꝫ olim ali-
ter obſeruaretur. Probat ergo tex. iſte, ꝙ ea, q̄ ſunt ſemel exti-
cta, non redeunt, vt hic & l. q̄ res. §. aream. ff. de ſol. hoc tñ nō
procedit in his, quæ ſunt ſuſpenſa: q̄a illa bene redeunt. Exē-
plum hēs in vaſallo liberato a fidelitate dñi, durāte excōica-
tione dñi, nam ſublata excōicatione, reuertitur ad priſtinam
fidelitatem ſm glo. & Dd. Intellige etiam iſtum tex. in vaſal-
lo ſciente, ſecus ſi ignorabat eſſe feudum. c. ſi vaſallus feudū.
§. ſi de feu. fue. contro. Et no. ſm Dd. ꝙ iſte text. non procedit,
qñ vaſallus recuperaret venditionem, antequam tradidiſſet
poſſeſſionem feudi venditi, quia iſte text. intelligitur de alie-
natione perfecta per traditionem. & adde Canor. iſtas in ca.
potuit. de locato. Alex. in l. ſi a me. ff. ad e l. Fal. Sed quærit̄, q̄d
ſi traditio ſit facta, quia conſtituit ſe emptoris noīe poſſide-
re, an tunc incidat pœnā, quaſi tunc videatur alenaſſe? & Al.
adducit Paulum de Caſt. ꝙ ſic in l. j. §. ſi rem. ff. depoſi. ſed ipſe
tenet ꝯrium per multa deducta per ipſum. Sed dubito d̄ hoc,
q̄a vaſallus incidit in pœnam, qñ alienauit, vt dr̄ in tex. ſed ꝑ
talem fictam traditionem transfertur dñium, ergo dr̄ aliena-
re. Quærunt Doct. quid ſi vaſallus vendidit & tradidit, ſed tñ
incontinenti recuperauit, an tunc retinebit feudum vt euitet
pęnam? & vr̄ concludi ꝙ ſic per iſtum tex. in ver. poſtea recu-
perauerit, ꝙ vr̄ denotare interuallum ſed ſi recuperat incōti
nenti, ita ꝙ non poſſit dici poſtea, tunc non incidit in pęna,
& aliqui intelligunt incontinenti, anteq̄ dominus conquera
tur & moueat quæſtionem: ſed hoc non vr̄ poſſe procedere,
quia poſſet dñs poſt multum interuallum conqueri, & tamē
vult, ꝙ iſtud, Poſtea, ſignificet interuallum. eſt tñ durum rece
dere a diſpoſitione illius tex. Sed quæritur, quid de emphyteu
ta? vr̄ ꝙ ſi quædam altercatio, ſed dicas prout hr̄ in c. potuit.
de locato. per Bar. in l. ſequitur. §. idem Labeo. ff. de vſuca.

§. Profecto. Allegatur text. ꝙ indifferens conſenſus
domini circa alienationem aſſumit dif
ferentiam ſm qualitatem alienationis, ideſt ſecūdum vſum
illius licentiæ. Et ideo ſi vaſallus alienat iure proprio, intelli-
gitur conceſſum iure proprio, ſi iure libellario, intelligitur li
bellario. Et ſic talis intelligitur fuiſſe licentia, qualem poſte-
rior declarat euentus. Item qñ vaſallus de uolūtate domini a
lienat per libellum, puta vt ſingulis, annis debeat habere
quinque ſolido, iſtud ius percipiendi quinque ſolidos annua
tim tenet nomine feudi. Et ſi vaſallus committeret feloniā,
iſtud ius aperiretur domino. Vnde reliquiæ feudi iure *feudi*
cenſeri debent. Et ſi vaſallus redemit hunc libellum a libella
rio poſſeſſore, tunc intelligitur tenere tanquam libellum a
domino, & non tanquam feudum. Et ipſe uaſallus tenebitur
domino ad iſtos quinque ſolidos annuatim. Et ſi vaſallus re-
futat, feudum, & dñs concedit ſibi ad libellum, ꝙ tenebit il-
lud libelli. Et ſic colligitur ex vario genere ꝯfeudi, varios ef-
fectus prouenire. Et no. gl. hic, ꝙ ſi vaſallus alienauit ſine dñi
voluntate feudum, & poſt dictam alienationem ſint elapſi
triginta anni, an dominus poterit reuocare? Et concludit ꝙ
non, cum talis præſcriptio longiſſima ſit inducta ꝯ deſides &
negligentes. Et ſi dicatur, vaſallus dando ad libellum ſuum
feudum trāsfert in eum ſuum dominium in vtile, ergo apud
ipſum nihil remanet, ergo nihil videtur remanere in feudo.
dicas ſecundum Doctores. quod illud ius libellarium, quod
eſt apud eum, eſt in feudum, ſtnde videtur adhuc ipſam rem
feudalem poſſidere propter penſionem, quam recipit. Et ſi
quæratur, quæ eſt ratio, quare non teintegratur feudum, quā
do vaſallus illud vendidit, & poſtea recuperauit, dica, ſecun-
dum Doctores. quod per venditionem factam conſenſu do-
mini, dominus perdit ſuum directum dominium, & vaſallus
ſuum vtile, & ideo non reſtituitur in priſtinum ſtatum. Et ut
melius & clarius intelligas iſtum textum, qui videtu eſſe intri
catus, dicas ſic, quod ſi vaſallus feudum cum voluntate ipſius
domini vendidit Titio libere, vel illi allibellauit, vt debeat ſi-
bi ſoluere omni anno decem, vel aliter alienauit forte donā
do, ſi poſtea recuperat idem feudum ab ipſo Titio, quæritur
an ipſum poſſit retinere, & quo iure? Et reſpondetur hic, ꝙ
feudum, quod ſemel deſinit eſſe ſuum per alienationem, nō
reincidit in cauſam feudi, vt deinceps habeat iure feudi, ſicut
prius habebat, ſed eſt videndum quo iure recuperauit. Vnde
ſi recuperauit iure proprio, vt quia Titius retro vendididit ſi-
bi dictum feudum, & tunc tenebit iure proprio ex titulo em
ptionis, nec res remanebit feudalis, ſi vero illud recuperauit
iure libellario, vt quia idem Titius, qui primo cognoſcebat
illud à vaſallo iure libelli pro decē annis ſibi ſoluēdis, nūc re
tro vendidit ſibi dictū ius libellariū, & tunc iſto caſu tenebit
dictum feudum dicto libellario iure, ſed tñ ipſa res in ſe bene
rema-

remanebit feudalis, ꝓut erat a principio, ſi vero illud recuperauit ex alio ꝯtractu, puta qa ipſe Titi⁹ ſibi retro illud donauit, vel aliter in ſe trāſtulit, & tūc ſiſter iſto caſu tenebit iure & titu. dōnis, vt ex illo iure, quo illud recuperauit. Et iſto caſu ſiſter res ñ remanebit feudalis. Et ſi vaſallus alienauit de volūtate dñi dictū feudū Titio, vt ſolueret ſibi oī anno decē, iſto caſu ſi nō recupauit dictū i⁹ libellariū à Titio, ſed remāſit libellari⁹ ſu⁹, ꝓut ſibi alienauit de volūtate dñi, ꝙ tunc iſto caſu decē annua, q̄ ſibi dedit Titi⁹ de libello, intelligiẽ tenere in feudū a dño, qa ea hẽt rōne feudi. qđ allibellauit cū voluntate dñi. Et Titi⁹, cui allibellauit feudū ꝓ decē ſoluendo oī anno, ſibi retro vendat dictū ſuū i⁹ libellariū, tale i⁹ qđ ꝑ libellum tranſtulit & nō recupauit, nō intelligiẽ tenere ꝓ feudo ſicut prius tenebat, ſed tenebit tanq̄ i⁹ libellariū, nā ꝑinde eſt, ac ſi redemiſſet aliā rē libellariā, quæ nō fuiſſet feudalis. Intelligas tñ, ꝙ licet illud ius redēptū a libellario nō cēſeaẽ feudale, tñ ipſa res remanet feudalis. Et ſi vaſallus recupauit feudū à Titio, videlicet dictū ius ſuū libellariū, ſi poſtea refutat feudum dño, iſtud ius libellariū, ꝙ redemit à Titio, pōt retinere: nā cū ſ. dixerit, ꝙ iſta redēptio hui⁹ iuris libellarii rñeẽ ſicut q̄libet alia res, patet ꝙ facta refutatione iuris feudalis, ꝙ ī ea hēbat, remanebit ſibi i⁹ libellariū, hẽ. n. duplex i⁹ ī hac re feudali, vnū videlicet ex cā feudali vaſallo a principio ꝯceſſū a dño, & iſto reſpectu res remanet feudalis. Aliud eſt ius qđ ex cauſa libelli nunc redempti, & iſtud ius nō eſt feudale, ſed libellarium, qa a principio de voluntate dñi ita fuit allibellatum. Vnde pōt refutari ius feudale, & retineri ius libellarium.

AN AGNATVS VEL FILIVS DEFVNCTI poſſit retinere feudum repudiata hæreditate. TITVLVS XLV.

In hac rubrica declaratur, an agnatus, vel filius poſſit refutare feudū, & hæreditatem retinere, vel contra.

SI contigerit. Alleg. tex. iſte, ꝙ agnat⁹, ad quē delata eſt hẽditas vaſalli mortui, pōt dictā hẽditatē repudiare, & feudū retinere, nec tenebiẽ ad onera hẽditaria, niſi quaten⁹ ſuppetunt fruct⁹ adhuc pēdētes in feudo, q iā ceſſerant lucro vaſalli tpe mortis. vbi vero vaſall⁹ relīqt filiū, ad quē hẽditas delata eſt, nō pōt dictā hẽditatē repudiaẽ & feudū retineẽ, ſed teneẽ aut vtrūq; retinere, niſi a dño inueſtireẽ agnatis ꝯſentientib. tanq̄ de feudo nouo, qa tunc poſſit hẽditatē patris repudiare, & feudū retinere, nec tenetur ad onera hẽditaria. Et ſic hēs, ꝙ agnat⁹ pōt hẽditatem agnati mortui repudiare, & feudū retinere. Et rō eſt, qa iſtud feudū nō hẽt, neq; recognoſcit ex bñficio agnati mortui, nec ex ſucceſſione ſed poti⁹ ex liberalitate primi dñi ꝯcedentis, iō non pōt ſibi tolli, ſed ſec⁹ eſt hẽditatē repudiare & feudū retinere Et rō eſt, qa filius ꝯſeqẽ feudū mortuo patre, & venit ex ꝑſona patris, nā fili⁹ oriẽ a patre, non agnat⁹ ab agnato. Et qa filius reputaẽ eadē ꝑſona cū patre, & idē ꝑrimoniū cenſeẽ. Et ſic hēm⁹ de cōſuetudine feudorū determinationē factā. Probat ēt tex. iſte, ꝙ dñs non pōt alterare nām feudi antiq in ꝑiudiciū agnatorū, niſi cōſentiant dictæ alterationi. Et ſi a prīcipio nō cōſenſerūt, poſſunt poſtea, ſm Dd. ꝑ ratihabitionē ſibi præiudicare, niſi talis ratihabitio ſit erronea. Et no. textū ſingularē, ſm Bal. ꝙ ſuus ēt de iure ciuili hẽt beneficiū abſtinendi, videlicet qñ hẽditas hẽt feudū annexum, quo caſus filius ēt ſuus poteſt vtrumq; repudiare. Et ꝯſuetudo eſt de iure ciuili. §. ex non ſcripto. Inſti. de iu. nat. Et intellige iſtum textū tam de filiis in poteſtate, q̄ de emancipatis. Per glo. & Dd. hic formatur qō. Quid ſi emphyteuta moriatur filio relicto, an iſte filius poſſit hæreditatem patris repudiare, ut non teneaẽ oneribus hęreditariis, & ſibi obtinere emphyteuſim? Et videtur cōcludi, ꝙ qñ inueſtitura dicit, Pro ſe, & filiis, ꝙ veniūt filii ordine ſucceſſiuo, ēt ſi non ſunt hẽdes: & ſic poterunt obtinere emphyteuſim repudiata hæreditate. Secus ſi dicaẽ, Pro ſe & hæredib. de quo per Bar. in l. quod dẽ de verbo. obl. & in aliis locis per me allegatis in Alphabeto, in ver. emphyteuſis. & ſic non eſt ꝑ oīa bona ſimilitudo de feudo ad emphyteuſim, & ideo dicit Bal. in Auth. ſi quis. C. de ſacroſa. eccle. ꝙ filia dotata, quæ excluditur vigore ſtatuti a ſucceſſione paterna, tñ non excluditur a tali iure emphyteutico. Et ſi dñs inueſtiret filium vaſalli mortui tanquam de feudo nouo cōſentientibus agnatis, prout hic dẽ in fine, & poſtea moriatur filius inueſtitus ſine filiis, iſti agnati non poterūt venire, ad iſtud feudum tanq̄ antiquū, ſed excludentur per dominum tanquam ſit feudum nouum ſm gloſ. & Doct. Quia per conſenſum agnati videntur renunciaſſe iuri ſuo. Et etiam ſecundum Bal. ſi conſentientibus agnatis dominus inueſtiuiſſet vaſallū ſimpliciter, quod adhuc eſſent excluſi, quia cauſa noua facit feudum nouum. Et nota, quod ſi dominus faceret gratiam filio vaſalli mortui, inueſtiēdo de feudo antiquo tāquā de nouo, vt repudiata hæreditate non tenetetur oneribus hæreditariis ob amorem patris, tamen tenebitur, quia dominus non poterat facere, hoc tamen agnati poterunt reuocare incontinēti, poſtquam filius non repudiauit, ſecundum Doctor. quid quid dicat gl. Nota tñ, ꝙ regula hic poſita, ꝙ filius non poſſit retinere feudū & hæreditatem repudiare, recipit aliquas limitationes, ſecundum Doct. quarum prima eſt, qñ filius incipit a feudo, ſ. ipſum retinendo, quia tunc non poteſt hẽditatē repudiare, ſed qñ incipit ab hæreditate, illam adeundo, poteſt inuito domino repudiare feudum. Secunda eſt limitatio, quando inueſtitura feudi eſt pro ſe & hæredib. quia tunc neceſſe eſt, vt ēt ſit hæres, ſi vult feudū attenta forma inueſtituræ, & idem ſi recipit feudum, ſimpliciter nulla facta mentione de filiis vel hæredib. ſecus ſi feudum eſt conceſſum pro ſe & filiis vel liberis, quia tunc poſſunt filii & quicunque deſcendentes feudum accipere, & hæreditatem repudiare. Tertia eſt limitatio, vt iſta regula, de qua in textu iſto, intelligatur, qñ poteſt habere hæreditatem tanquam hæres, vt quia eſt inſtitutus, vel ab inteſtato ſuccedit, ſed quando eſſet inſtitutus in certa re, vel ſolum in legitima, alio vtiliter hærede inſtituto, tunc bene poterit habere feudum abſq; hæreditate paterna, nec tenebitur ad onera hæreditaria. Quarta eſt limitatio, ſi filius eſſet præteritus in teſtamento, mortuo patre, poterit retinere feudum, nec habebit neceſſe annullare teſtamentum, quia annullatio fuit inducta fauore filiorum, vnde non tenetur vti tali fauore eo inuito. l. ſi iudex. ff. de mino. Quinta eſt limitatio, ſi filius viuo patre renuntiauit hæreditati paternæ per iuramentum, mortuo patre poterit venire ad feudū, non habita hẽditate, q̄ renuntiauit, & iſta eſt bona cautela ſecundum Bal. ad euitandum onera creditorū. Sexta eſt limitatio, ſi vigore ſtatuti filia excludiẽ a ſucceſſione patris, ſi pr̃ hẽt feudum, ꝙ tranſit ēt ad fęminas, poterit retinere feudum abſque hẽditate. Sed an filius vaſalli, qui hẽt feudum auitum, poſſit hẽditatē repudiare paternā, retento feudo auito, ꝑ Bal. in l. qui ſe patris. C. vn. liber. vbi tenet ꝙ non per iſtum tex. de quo ibi late per eum. Et not. ſm Bald. hic, ꝙ filius habeat ſubſtitutū vulgarem datum in teſtō patris tñ habet locū tex. iſte. Nota ēt, ſm Dd. ꝙ filius inſtitutus in minori parte, ſuccedit tñ æqualiter in feudo cū aliis fratrib. Nota ēt, ꝙ ſi vaſallo mortuo ſine filiis, agnatus proximior apprehendit feudum ſimpliciter, non vr̃ tñ ex hoc adiuiſſe hẽditatē, vt teneatur creditorib. hæreditariis. qa apprehendit feudū, ꝙ ad extraneū hæredem non tranſiret, ſm Doc. Sed qd econtra de filiis dñi, an ſuccedāt dño in vaſallatico, ſiue ſint hẽdes patris, ſiue non? Et rñdetur, ꝙ ſi inueſtitura eſt iurata dño & liberis ſuis per vaſallos, tunc filius domini retinebit tale ius, dato ꝙ non ſit hæres, ſi autē non eſt facta mentio filiorū in inueſtitura, & tunc ſi ſunt ꝑſtanda ſeruitia certa, tūc eſt neceſſe, ꝙ filius domini ſit hæreres, aut incerta, & tunc filius ſuccedit in feudo dato, ꝙ non ſit hæres, ſm Doct.

AN APVD IVDICEM VEL Curiam domini quæſtio feudi terminari debeat. Tit. XLVI.

Quia dubitari poſſet, apud quos iudices prædictæ controuerſię feudorū diſcuti & ventilari debeant, ideo poſita fuit iſta rubrica.

EX eo quod ſupra diximus. Allegaẽ tex. iſte, ꝙ vbi eſt cōtētio inter duos, quorū vnus dicit eſſe feudū nouū, & ſe eſſe inueſtitū, & poſſidere tanq̄ feudū nouū, alter vero dicit antiquū, & ad ſe ſpectare tanq̄ feudū paternū, dēt hæc cā ventilari corā paribus curiæ, & nō corā dño, q in conſequentiam teneret de euictione, ſi īueſtitus de nouo ſuccūberet. Habes ergo ex hoc textu, ꝙ cognoſcit Curia ſola iſto caſu, qñ duo cōcurrunt ad litigandū, quorū vnus allegat feudū antiquū, alter nouū, dñs. n. nō pt̃, qa ex ſnĩa ferenda poſſet ſibi imminere fauor vel ꝑiudiciū, & iō neq; ſolus, neq; ſimul cum curia cognoſcere pt̃. Probat ēt tex. iſte, ꝙ dñs inueſtiens aliquē de re ſpectante ad aliū, teneẽ ſibi de euictione, ꝙ tñ intelliges, ꝙ inueſtitus ignorabat rē eſſe alienā, alias ſecus. Itē intellige, qñ vaſallus denuntiauit dño de lite ſibi mota. c. j. ſup. ſi vaſ. de feud. fuerit interpellatus. Probat ēt tex. iſte, ꝙ una pars non pt̃ trahere aduerſariū ſuū ad iudicē, niſi de cōmiſſione iudicis, de quo ꝑ Bar. in l. fin. C. de exhib. reis. ꝑ Inn. in c. qñ ꝯ. de prob. Nota hic gl. notabilem, ꝙ Pares non coguntẽ cognoſcere de cau. feudali, ſi nolūt, de quo ēt ꝑ gl. in §. pen. inf. de ꝓhi. alie. feu. ꝑ Fed. ꝙ limita, ſm Dd. niſi pares iā incepiſſent cognoſcere, qa tūc pñt cogi ad ꝑficiendū, & eſt ſpeciale in paribus curiæ, ſecus eſt in aliis iudicib. ordinariis, vt in Auth. vt deferentes iudices ſi vero & tunc iudex ordinarius vel arbitri cognoſcent. Et limita iſtum text. per textum in §. penult. de prohi. alie. feu. ꝑ Fede. quia vbi dominus nō tenetur vni ſoli, ſed vtrique parti, ſcilicet cuilibet ipſorum, qui perderet cauſam, tunc dominus erit iudex, quia tunc par iudicium remouet ſuſpicionem. l. non ſolum. §. denuo. ff. de ritu nuptia.

QVALITER DOMINVS PROPRIETATE feudi priuetur. Titu. XLVII.

Quia poterat dubitari, quòd ſi ipſe dominus committat delictum & feloniam in perſonam vaſalli, an & qualiter tunc puniatur: ideo, vt prædicta declarentur, poſita eſt iſta rubrica.

Ex facto quæſitum ſcio. Alleg. tex. iſte, ꝙ ex oĩ ſelonia, ex qua vaſallus priuaretur feudo & ſuo vtili dñio, priuabit̃ etiã dñs ſuo directo dñio, ſi eandẽ feloniã committat ĩ vaſallũ iuratũ vel non iuratũ. Et ſic ꝓbat tex. iſte, æqualitatem eſſe ſeruandam inter dom. & vaſal. in amiſſione iuris feudalis, quia ad paria iudicantur. ſ. de for. fi. in fi. Probat ẽt ſingul'r tex. iſte, ſm Bal. ꝙ licet nototia & euidẽs ſit culpa, nihilominus requiritur ſnĩa priuata. qđ patet, ꝙ ĩ priuatione feudi & iuris ſeudalis reqrit̃ ſnĩa, vnde notorietas & euidentia delicti non hr̃ ꝓ ſnĩa, cum requiratur miniſteriũ iudicis, de quo ꝑ glo. in §. callidis, de ꝓh. ali. feu. ꝑ Fed. Hoc tñ limita, niſi a canone vel lege induceret̃ ipſo iure priuatio ex delicto, c. grauẽ. in fi. de ſentẽ. excõ. Probat ẽt iſte tex. ſingulariter, ꝙ licet vaſallus nõ iuret ex forma ĩueſtituræ, & ſit liberatus a vinculo iuri, tñ hẽt obligatũ dñm ad parẽ vicem ſibi reddendã circa priuationẽ iuris feudalis ꝑꝑ feloniam, qđ tñ intelligas, qñ vaſallus non iurauit, quia fuit remiſſum iurm, ſecus ſi nollet iurare reqſitus, qa tunc dñs non incideret in pœnã priuationis, ſm Dd. l. quero. §. inter locatorẽ. ff. loca. Et no. gl. ꝙ ſi dñis interfecit fratrẽ propriũ, vt habeat eius hr̃ditatẽ, & ſi cõmittit delictum ĩ alterius perſonã q̃ vaſalli, ꝙ dñs pſiuabit̃ proprietate, q̃ applicat̃ vaſallo. & intellige glo. in feudo nouo: ſecus in antiquo, quia tunc perueniret ad agnatos dñi, ſicut ſeruaret̃ in vaſallo committente delictũ in aliam perſonam, q̃ perſonã dñi, quia ſi eſſet feudum antiquum, perueniet ead agnatos vaſalli, non ad dominum.

DE FEVDO NON HABENTE PROPRIAM naturam feudi. Titu. XLVIII.

Quia in titulo præcedenti fecit mentionem de feudo non habente propriam naturam feudi, ideo hic ponit titulum generalem de hac materia.

Si quis ea lege. Alleg. tex. iſte, ꝙ vbi vaſallus eſt ĩueſtitus de feudo cum pacto, vt ipſe & oẽs illi, qb. ipſe dederit illud habeant, poterit quocũque mõ alienare, ẽt ſine dñi volũtate, & ille ĩ quẽ alienauit, tenebit eo iure & titulo, ſm quod placuerit ipſi vaſallo alienanti: vbi vero dictum feudũ non alienauit, tunc poterit priuari d. feudo ex eiſdem culpis, ex qb. ſolent priuari vaſalli, licet dictũ feudũ non hẽat ꝓpriã nãm feudi: qñ aũt vaſallus eſſet ĩueſtit' de feu. cũ pacto, vt poſſet illud alteri infeudari, tũc tale feudũ bñ ꝯtinet ĩ ſe ꝓpriã nãm feudi. Et ſic hẽs ex hoc tex. ꝙ ꝑ pactũ põt recedi a ꝓpria nãre quia cũ feudum de ſua nã ñ ſit alienabile, põt ꝑ pactũ fieri alienabile. Facit ꝙ notat̃ ĩ l. pa ciſci. ff. de pact. Et no. ꝙ ꝑ iſta verba, Quib. dederit & c. amplificat̃ ꝯtus, vt quoquo titu. poſſit res transferri, non ſolũ iure feudi, ſed ẽt quolibet titu. alienationis. Et licet ſit facta alterõ circa alienationẽ feudi, non tñ eſt facta alterõ circa cãs amiſſionis, donec feudũ eſt apud vaſallũ, cũ in amittẽdo retineat propriam naturã. & ſic ſm gl. & Dd. donec extat apud vaſallũ, eſt amiſſibile: ſed cũ in alium tranſtulit vaſallus, ſecus eſt. Et no. ꝙ cũ dñs dando feudũ conſenſerit, ꝙ vaſallus poſſet alienare, ſeu date cui vult, ergo tranſit in emptorẽ dñium & poſſeſſio. l. iij. §. in amittenda. ff. de acq. poſſ. Et no. ſm Dd. ꝙ ĩ iſto caſu precium non tenet̃ loco feudi, nec dẽt conuerti ĩ aliã rẽ immobilem, q̃ ſit loco prioris feudi: quia præſumptio eſt, ꝙ dominus voluerit dictum precium donare per dictam liberlatem adiectam in prima inueſtitura.

DE EO QVI FINEM FECIT AGNATO DE feudo paterno Titu. XLIX.

Quia illa verba, de quibus in titulo præcedenti, quandoque apponuntur in inſtrumento finis & refutationis per vaſallos, quãdo vnus agnatus refutat alter jus ſuum, quod habet in feudo, & dubitatur, quid operantur talia verba appoſita in dicta refutatione, vnde, vt prædicta declarentur, ponitur iſte titulus.

Tres erant agnati. Alleg. text. iſte, ꝙ refutatio feudi facta agnato, & limitata ad perſonam cui ſit, & hæredes ſuos & alios, cui ipſe agnatus dederit, non repellit refutantẽ vltra caſus expreſſos, ſecus autem, ſi refutatio eſſet realis, uel facta cum eo pacto, vt agnatus inueſtiatur tanq̃ de feudo nouo, quia tunc refutans in quocũque caſu a d. feudo excluſus eſt. Et ſic eſt caſus hic, ꝙ agnatus põt renunciare iuri ſuccedendi in feudo. Probat ẽt tex. iſte, ꝙ pactum, qđ recipit qs circa refutationẽ feudi, prodeſt agnato ẽt abſenti. Facit qđ notat glo. in l. non ſolũ. §. ſi liberationis verbo. ff. de libe. le. Et rõ eſt, quia refutatio operat̃ iſtud, qa ꝑ refutationẽ ipſe refutans amittit ius quod hẽt in feudo. Probat ẽt tex. iſte, ꝙ pactũ perſonale non pertinet niſi ad perſonas comprehenſas in pacto, ad idẽ. l. eidẽ in duob. ff. de pact. Item de conſenſu vnius tm̃ ex agnatis põt alterari natura feudi, q̃tũ ad præiudicium ipſius conſentientis, non autem præiudicabit aliis non conſentientib. alterõni. Et no. ſm Dd. ꝙ ſi filia renũciat bonis paternis, non intelligit̃ renũciſſe feudo, qđ poſtea prñtendit ex morte fratrum, per iſtum textum.

DE NATVRA SVCCESSIONIS FEVDI TITVLVS L.

Hic generaliter tractare intendit de natura ſucceſſionis feudi.

Succeſſionis feudi. Alleg. tex. iſte, ꝙ aſcendẽtes a ſucceſſiõe feudi excluſi ſunt, deſcẽdãtes vero ſuccedunt vſq; in infinitũ, dummõ ſint maſculi, & ex maſculis deſcendentes. Qñ fœminæ a ſucceſſione feudi repellũt̃, niſi aut ex pacto admitterentur, vl' qa feudũ eſſet fœmineũ, non extantib. vero deſcendentibus admittuntur collaterales in feudo pr̃no vſq; in infinitum iuxta gradus ſuos, dummõ vltimo moriente ſine deſcendentib. vocentur primo ſuperſtites de linea defuncti. Ex iſto tex. hẽs limitationẽ ad Auth. defuncto. C. ad Tertul. ꝙ aſcendentes non ſuccedunt in feudo deſcendentib. ſuis, qđ non eſt ſm legem Romanã, ut in dicta auth. defuncto. Et hoc operatur i' conſuetudinariũ feudorũ. Probat ẽt tex. iſte, ꝙ filius rl'r ſuccedit patri in feudo, iſta tñ rl'a fallit in qſdam caſib. quos enumerat hic gl. q̃ uide Ex iſto ẽt tex. hẽs rl'am, ꝙ ad ſucceſſionẽ feudi non admittũt̃ fœminæ, neq; earũ deſcendentes, niſi ĩ duob. caſib. hic exp̃ſſis, videlicet, qñ inueſtitura eſſet facta eo pacto, vel qñ feudũ eſſet fœmininũ. ſ. de gra. & ſucceſſ. feu. §. j. Probat ẽt tex. iſte, ꝙ in ſucceſſione feudi j. cã eſt deſcẽdentiũ, & admittuntur vſq; in infinitũ, donec ex ipſis aliqs extat, nullo aũt extante, ad collaterales agnatos deuenitur, quorũ ſucceſſio ſiliter in infinitũ extẽdit̃, qñ feudũ eſt pr̃nũ, vt hic, & ĩ c. j. de ſuc. fr. vl' gr. no. tex. ĩ c. i ĩ fi. ſ. an ille q ĩter fra. do. vbi circa ſucceſſiões iſtas ſeruat̃ idã ordo, q in le. ꝯtinet̃. Hẽs ẽt ex tex. ꝙ feudũ pr̃nũ ẽ illđ, qđ eſt acqſitũ ab aliquo ex aſcẽdẽtib. nã eſt neceſſe ad hoc, vt dicat̃ pr̃nũ inter agnatos, ꝙ fuerit acqſitũ ab eo parente, q fuit auctor agnatiõis cõis eorũ c. j. §. j. ſ. de ſucceſſ. frat. vel gra. ſuc. in feud. Item vbi plures agnati procedentes ex diuerſis locis aſpirare volunt ad ſucceſſionẽ feudi alicus vaſalli, eorum agnati mortui primo vocandi ſunt gradatim ad dictam ſucceſſionem, exiſtentes in linea cõi cum mortuo, ut ſi moriatur vnus ex trib. filiis, alii duo fratres ſui ſibi ſuccedunt æqualiter, quia ſunt de linea, non autem filius natus ex altero fratre, quia eſt ex alia linea. Et nullus ex ea linea ſupereſt, tunc tranſeundũ eſt ad alias lineas ſeruata graduum ꝓrogatiua, ut hic, quod ſi moritur vaſallus relicto filio & nepote ex altero filio, ſimul admittuntur. Et ſi plures nepotes veniunt ad ſucceſſionem cum patruo ſuo, ſuccedũt in ſtirpes cum patruo ſuo. Not. ẽt, ſm Dd. ꝙ ſi uaſallus decedit relicto nepote ex fratre, & relicto patruo, admittitur nepos, excluſo patruo. Et no. ꝙ ſi pr̃ vaſallus renunciauit feudũ ſuum in manib. dñi cum pacto, ut inueſtiar filium ſuum cũ hac condõne, ut moriente filio poſſit pr̃ ſuccedere, tunc ſuccedet, ſm Dd. Et idem ſi filius inueſtititus contemplatione & amore patris, ꝑꝑ eius ſeruitia, & licet pater non ſuccedat in feudo filio, tñ viuente filio pater habet cõmodum ex d. feu.

DE CAPITANEO QVI CVriam vendidit, an intelligatur beneficium vendidiſſe.

TITVLVS LI.

Quia principalis intentio eſt auctoris declarare de condõne feudi natura contractus, ideo ſubiecta eſt hic iſta rubrica de capitaneo & c.

Quidam capitaneus. Allegatur text. iſte, quidam capitaneus in ſuo diſtricto habebat plures Curtes, vnde in quadam ex dictis ſuis Curiis deſignauit beneficia ſeu feuda quibuſdam vaſallis, eos inueſtiendo de dictis feudis, poſtea in proceſſu tẽporis eandem curiam, in qua erant dicta feuda vendidit cuidam, poſt hæc controuerſia ortã eſt inter iſtum capitaneum vendentem & ipſum emptorem, qm̃ emptor dicit, ꝙ in ſua emptione comprehenduntur ſupradicta iura feudalia, capitaneus vero dicit ſe non vendidiſſe dicta iura feudalia, ſed ſimpliciter ipſam curiam, quærit ex prædictis, an dicta iura feudalia intelligantur vendita? Et dicit, ꝙ non, poſtquam nõ fuit expreſſe actum in venditione, vt comprehendantur in ipſa. No. ergo ex hoc text. ꝙ ĩ generali venditione bonorum non veniunt feuda niſi ſpecialiter exprimantur, de quo in c. gñra li. ſ. ſi de feu. fuerit controuerſia. Quia verba ipſius generalis venditionis non ſignificant feuda. Et aſſignatur vna bona ratio, quia iſta ſunt bona, in quibus oportet, ꝙ venditor habeat licentiam ab alio, ad hoc vt transferantur in emptorem. Et iſta non veniunt in venditione gñrali, quia dominus non poteſt alienare ius ſuum ſine voluntate vaſalli, de quo ſupra

quo tempore mi.c.2. Quia poneret ſe in periculum perdendi illud ius. Quæritur, Imperator conceſſit vnum caſtrum cum ſuis pertinentiis, an videantur conceſſa molendina, quæ ſunt in aquis ipſius caſtri? Et reſpondet Bal. quod ſi conceſſit ſolum iuriſdictionem non veniunt, ſecus cum pertinentiis ad ipſum caſtrum pertinentibus, quia tunc veniunt molendina acceſſorie, niſi ſint molendina priuatorum perſonarũ. Concludere, etiam. ſecundum Dd. ꝙ in generali donatione, quam facit Princeps alicuius caſtri, venit merum imperium, quia beneficium Principis eſt latiſſime interpretandum, l. fin. ff. de conſtitu. Prin. Quæritur etiam, quidam Baro vendidit mihi quædam prædia, in quibus conſueuit habere domos ad colligendum paſſagium, & in venditione dixit ſic, quod vendebat prædia, & omnia iura, quæ ibi habebat, vtrum videatur vendidiſſe iura colligendi paſſagium? Et Bal. in l. a procuratore C. mand. tenet, quod non. Si tamen dominus vtitur illis domibus pro colligendo paſſagium, deberet ſoluere penſionem, cum proprietas ſit in alium tranſlata, & ſequitur Alua.

Cap. Quæſitum. Allegatur textus iſte cum §. inſuper. de prohi. alie. feu. per Federi. quod filius vaſalli delinquens contra dominũ, ex hoc non priuabitur feudo paterno poſt mortem patris, ſi paratus eſt domino ſatisfacere. Vult ergo text. iſte iuncto. §. inſuper. quod quando ingratitudo præuenit gratiam, impediri illam, niſi purgetur per ſatiſfactionem, ſecus autem ſi ingratitudo committeretur tempore exiſtentis gratiæ, quia tunc de ſe non eſſet purgabilis, ſup. quæ fuit prima cauſa benefi. amit ten. §. denique.

Cap. Si voluerit. Allegatur textus iſte, ſi vaſallus ſolum cogitauit offendere dominum, non ex hoc amittit feudum, idem ſi laborauit in offendendo, ſed ipſum pœnituit, ſecus ſi inſidias poſuerit, vt offenderet, quia tunc amittit feudum, ſi de talibus inſidiis probatum fuerit per quinque teſtes. Vult ergo textus iſte, ꝙ ex ſola cogitatione delinquendi quis non meretur pœnam, de quo in l. cogitationis. ff. de pœnis. & affectus delinquendi nõ eſt punibilis, niſi deducatur ad effectũ fallit propter enormitatem criminis, vt in glo. de quo in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. & cler. Et probat notabiliter textus iſte, ꝙ inſidiæ contra dominum paratæ per vaſallum, habentur pro delicto cõſummato. & ponitur exemplum, quod ſi vaſallus conuenit cum pluribus ſociis de occidendo dominum, quod quanquam ad nihil aliud ſit peruentum, tamen ex tali conſenſu adhibito in iſta contentione punietur, nam deduxit rem ad aliquem actum facti.

Cap. Similiter. Allegatur textus iſte, quod licet feudum ex forma inueſtituræ debeat tranſire ad maſculos, & fœminas, tamen fœmina non admittitur extante maſculo. Et iſte eſt verus intellectus ad iſtum textum, ſecundum gloſſ. Poteſt & alio modo intelligi textus in feudo conditionato, de quo loquitur c. fin. inf. eod. in quo feudo æque poſſit ſeruitium præſtari per fœminam, ſicut per maſculum, quo caſu pariter debet ſuccedere fœmina cum maſculo, quando inueſtitura ita diſponit, prout erat in propoſito, de quo per Bald. ſup. Epiſcopum vel Abbatem, §. quinetiam, qui dicit, quod ita obtentum fuit de facto in ardua quæſtione in regno Siciliæ, & hoc caſu ſaluabitur diſpoſitio inueſtituræ, quæ pariter eos vocabat.

Cap. Filius. Allegatur textus iſte ad duas regulas, de quibus viſum eſt ſupra in titul. An agnatus, vel filius. Prima regula eſt, quod filius non poteſt repudiare hæreditatem patris, & retinere feudum, quinimo eſt neceſſe, quod aut vtrumque retineat, aut vtrumque repudiet. & hoc procedit, ſiue fuerit feudũ antiquũ, ſiue nouum. Secunda regula eſt, quod agnatus poteſt repudiare hæreditatem ſui agnati, ad quam vocabatur, & retinere feudum ſuũ, & iſta regula ſecunda ſolum habet locum in feudo paterno, quoniam in nouo non ſuccedit agnatus, nec cum hæreditate, nec ſine.

Cap. Si contentio. Allegatur text. iſte cum glo. quando cõtentio eſt inter filiam defuncti aſſerentem bona, quæ poſſidebat defunctus, eſſe propria, & agnatum ipſius defuncti aſſerentem dicta bona eſſe feudalia, nec filia aliter probat, debet cauſa prędicta diffiniri per iuramentum agnati cum duodecim ſacramentalibus. Intelligas tamen textum, quod agnatus inducat aliquid pro ſe, ex quo animus iudicis moueatur ad ſibi deferendum ſacramentum, alias ſi filia haberet præſumptionem pro ſe, tunc ſibi deferetur, de quo dictum eſt in c. 2. ſupr. ſi de feudo fuerit contro. & hic filia nihil probabat, & erat præſumptio contra eam, ideo defertur agnatis habentibus pro ſe aliquam præſumptionem.

Cap. Et ſimiliter. Allegatur textus iſte, quod ſi cõtentio eſt inter emptorem aſſerentem rem emptam eſſe liberam, & vaſallum aſſerentem illam eſſe feudalem, vaſallo deficiẽte in probatione, diffinitur cauſa per ſacramentum emptoris. & intellige text. quod emptor poſſidebat, & ſic habet præſumptionem pro ſe. Et ſic nota, quod vbi vaſallus vendicans rem ab emptore, tanquam feudalem, ſi non probat, diffinitur cauſa per ſacramentum emptoris ex præſumptione, quam habet emptor pro ſe, ſi vero præſumptio eſſet ꝓ vaſallo, ex quo poſſet moueri animus iudicis in eius fauorem, tunc ſimiliter poſſet deferri ſacramentum vaſallo. Et ratio eſt, quia ſemper in materia feudali in huiuſmodi caſibus debemus determinare ſimiles controuerſias, iuxta theoricam traditam in §. ſacramentum, de conſue. recti feudi.

Cap. Similiter feudum. Allegatur text. iſte, ꝙ feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ, ſm opin. Gyral. quam ſequitur gl. & ſic nota, ꝙ in feudis reprobatum eſt pactum legis commiſ. ſicut in pignor. exempli cauſa, ſi pignorarem tibi fundum pro cẽtum cum pacto, vt ſi dicta centum non ſoluero, vſq; ad certum tempus, ꝙ dictus fundus ſit tuus loco feudi, vnde non obſtante pacto, poſſum qñcunq; ſoluendo pecuniam reuocare fundum, vt hic. & in c. 1. ſup. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ. & intellige iſtud ca. qñ res fuit primo data loco pignoris, & ſuper hoc pignore adiectum fuit dictum pactum legis commiſſoriæ, quo caſu bene reprobatur, vt hic. Sed ſi a principio vendo tibi fundum pro centum, & incontinenti transfero in te dñm, ſed tamen ex dicto precio non ſoluiſti mihi, niſi 50. ita, ꝙ remaneo creditor tuus in reſiduo, & appono pactũ incontinenti, ꝙ in caſu, in quo non ſoluas mihi dictum precium, ꝙ debeas hr̃e, tenere, ac recognoſcere a me dictum fundum loco feudi, nam tunc iſtud tale pactum non eſt reprobatum, immo eſt validum, & ſeruandum, cum ſit appoſitum in tranſlatione dñij. l. in traditionibus. ff. de pact. de quo per glo. & Doct. in d. c. 1. Et iſto modo intelligendo ſaluabitur opinio Oberti hic poſita, tenenda eſt igitur opinio Gyral. & glo. hic poſita, quando dictum pactum eſt poſitum ſuper pignore, vt niſi reſtituatur pecunia, teneatur res loco feudi, quo caſu bene reprobatur, ſed quando a principio per venditionem transfertur dominium, tũc ſi in ipſo contractu apponatur iſtud pactum, tunc valet, & procedit opinio Oberti.

Cap. Similiter poteſt. Allegatur text. iſte, quod feudum põt dari ad certum, & ad determinatum ſeruitium. Et no. pro intelligentia, ꝙ feudum interdum eſt ſimplex, rectũ & purum, vt qñ indeterminate eſt conceſſum, non appoſito aliquo pacto ſpeciali, vel aliqua conditione, ſed ſolum ſimpliciter ſm propriam naturam recti feud. prout diſponitur ſup. de forma fideli. & iſto caſu vaſallus nõ tenetur ad aliquod ſpeciale ſeruitium, ſed ſolum ad illa, quæ continentur ex prima, & ſimplici natura feudi, de quib. in d. c. j. ſed interdum eſt datum feudum determinate ad certum ſeruitium, quod ſeruitium eſt ſpecialiter expreſſum in inueſtitura, vt quia forte debeat aſſociare dominam in diebus feſtiuis, vel ꝙ debeat ſeruire cum vno equo, vel alio modo, & tũc tale feudum appellatur conditionatum, de quo hic per glo. Non intelligas tamen conditionatum, ꝙ ſit factum ſub conditione, ſed ſub quadam modificatione, ſeu qualificatione pp ſeruitium ſpecialiter adiectum, quia iſte vaſallus non tenebitur ad aliquod aliud ſeruitium, niſi ad ſpecificatum in feudo, vt dicit gloſ. hic in princ. Quod intelligas verum, præterquam ad conſueta, quæ ſubintelliguntur ex forma fidelitatis. d. c. 1. de forma fideli. Et nota, ſm glo. & Doct. ꝙ vaſallus non poteſt refutare feudũ ſibi datũ ad certũ ſeruitiũ inuito dño, poſtquam a principio obligauit ſe ad certũ ſeruitiũ. l. ſicut. C. de act. & obli. Secus eſt de feudo indeterminate conceſſo, non expreſſo ſeruitio. Nec obſt. ꝙ ſit obligatus ex iure ad ſex. quæ exprimuntur in c. j. de forma fideli. Quia illud iurm̃ aſtringit ipſum, donec teneat feudum. Sed poſtquam poteſt illud refutare ex pmiſſione iuris, liberatur a dicto ſacro, de quo per glo. notabilem hic. Per Canoniſtas in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. per Bar. in l. ſi is cũ quo. ff. de acq, & aq. pluu. arc. Emphytheuta aũt non põt renunciare iuri emphytheutico inuito dño. l. 2. C. de iur. emph. vbi per Bal. Et not. ſm Dd. ꝙ ſi cõceſſum eſt vaſallo feudum liberum, & francũ, virtus iſtorũ verborũ facit, vt intelligatur vaſallũ eſſe abſolutũ ab omni ſeruitute, nec teneť ire in exercitũ. Et ſi ſequi teneretur, teneretur expenſis dñi, tenetur tñ ad ea, quæ ſunt in ſacramẽto fidelitatis. d. c. 1. de for. fidel. Sed quid, ſi tale ſeruitium, quod erat impoſitũ vaſallo patri meo, vt aſſociaret forte dominam dieb. feſtiuis non eſt condignũ mihi ſuccedenti patri meo, quia ſum Doctor, vel in alia dignitate conſtitutus? Dicas, ſecundum Doctor. quod fiat per alium, vel conuertetur in aliud ſeruitium.

DE PROHIBITA FEVDI ALIENATIONE per Lotharium.

TITVLVS LII.

Cum hodie ſit prohibita alienatio feudi, niſi fiat cum voluntate, & conſenſu domini; ideo ponitur iſta rubrica.

LOTHARIVS DIVINA FAVENTE clementia III. Imperator Romanorum &c.

CAp. Imperialis. Allegatur text. iſte, quod Imperator laborat, & inuigilat commodis ſubiectorum, & ideo habita diligenti deliberatione cum ſapientibus, prohibet generaliter feudum alienari a vaſallis ſine voluntate dominorum ſuorum. Et ſi vaſallus contrafecerit, precio & beneficio carebit. Notarius vero, qui ſcripſit inſtrumentum, priuabitur officio ſuo, & fiet infamis. Et ſic vaſallis eſt interdicta omnis diſtractio, vel commercium ſuper re feudali abſque volũtate dominorum, alias perdunt feuda, & quidquid inde ſunt conſecuti. Probat etiam textus iſte, quod quis punitur ex ſuo contractu etiam non valido. Et eſt ratio, quia hic habetur reſpectus ad delictum, l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſanct. eccleſ. Probat etiam text. quod punitur Notarius, qui facit inſtrumentum de contractu reprobato. l. iubemus. §. his tabellionibus. C. de ſacroſan. eccle. quod intellige, quando ex certa ſcientia facit: quia ſcit contractum eſſe reprobatum, ſecundum Dd. Nota glo. quæ quærit, quale adiutorium teneantur præſtare vaſalli dominis ſuis euntib. in exercitum cum Imperatore pro corona ſuſcipienda? Et reſpondet, quod ſecundum iura noua debet eos aſſociare, aut alium mittere loco ſui æque idoneum, & domino acceptabilem, vel ſaltem contribuere medietatem redditus vnius anni, quem ex feudo colligit. Et ſi vocatus legitime, de qua vocatione conſtet per Pares Curiæ, non fecerit alterum prædictorum, tunc amittit feudum. Nota etiam gloſſ. quod ſi vaſallus vendat feudum præſente domino, & non contradicente, videtur conſentire, & ſic tenet venditio, quod tamen intellige, quando dominus ſciebat, quod agebatur, ſecus ſi ignoraret, quia potius intelligeretur errare, quam conſentire. & ſic præſentia, & ſcientia domini bene operatur conſenſum. Et intellige iſtum textum, quod vaſallus proceſſit ad actum alienationis, & ſic compleuit contractum. Et probatur in textu, dum dicitur, quod precio careat: & dum dicitur in textu, quod vtilitas dominorum, & imperii ſit diminuta. Et conclude, ſecundum gloſſ. & Dd. quod ad hoc, vt habeat locum pœna iſtius legis contra vaſallos alienantes, requiritur, quod non ſolum perueniant ad actum alienationis, ſed quod etiam tradant rem venditam, quia alienatio eſt actus, per quem transfertur dominium. l. 1. C. de fun. do. Nota etiam gloſſ. quæ quærit, cui applicabitur precium, quia vaſallus nõ ſolum priuatur feudo, ſed etiam precio caret? Et reſpondet, quod emptori, ſi fuerit bonæ fidei, alias applicabitur fiſco. Sed quid ſi vaſallus vendiderit feudum ignorante domino, & tradiderit emptori ſcienti, ſed promiſit ipſi emptori acceptanti, quod curabit, & faciet, quod dominus conſentiet prædictæ alienationi iam conſummatæ, & dominus non vult poſtea conſentire, an habeat locum pœna huius legis? Et dicas, quod ſic, ſecundum Doctor.

IMPERATOR LOTHARIVS AVG. vniuerſo populo.

C. Satis bene. Allegatur textus iſte, quod vaſallus quidam a duobus dominis acquiſiuit bina feuda diuerſis temporibus, poſtea deceſſit relictis duobus filiis, qui filii inter ſe diuiſerunt dicta feuda, & ad vnum peruenit feudum prius acquiſitum per patrem, ad aliũ peruenit feudum acquiſitum poſterius, & quilibet iſtorum filiorum iurauit fidelitatem ſimpliciter domino ſuo, nullo antepoſito in iuramento, neque exceptuato, niſi Imperatore, deinde moritur frater, qui tenebat feudum acquiſitum poſterius, cui alter frater ſuperſtes ſucceſſit in dicto feudo. Nũc dominus eius feudi poſterioris petit ſibi ab eo fidelitatẽ præſtari ſimpliciter, nullo antepoſito, ſicut fecerat ille frater defunctus, quæritur, an ſit audiendus. Et reſpondetur, quod non, quia ſemper in iuramento fidelitatis debet iurans præferre dominum ſuum antiquiorem, etiamſi dictum feudum deueniſſet in generationes plures, vel in infinitum. Et ſic nota, quod feudum ſemper retinet ſuam naturam formalem, nec alteratur ex diuiſione hæredum, quanquam ſua qualitas ſteterit ſuſpenſa, quæ de nouo reintegratur, cum reuertitur ad priores terminos, quoniam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interro. act. cap. inſinuanti. de offic. de lega. Nam hic videmus, quod pater acquirens feuda diuerſo tempore, tenebatur exceptuare priorem dominum in iuramento fidelitatis poſterioris feudi. Et erat ratio, quia habebat plures dominos, ſed cum moritur, & dictum poſterius feudum perueniat ad vnum ſolum hæredem, tunc iſte in ſuo iuramento fidelitatis non habet exceptuare alium dominum. Et eſt ratio, quia non habet alium dominum, niſi illum cui nunc iurat, vbi vero iſte moriatur, & dictum ſuum feudum reuertatur ad alios tenẽtes alia feuda, quæ tenebat pater, tunc iuramento fidelitatis dicti feudi exceptuabitur perſona prioris domini, ſicut faciebat pater. Et eſt ratio, quia iſte habet in dictis feudis plures dominos, ſicut habebat pater, quoniam ſemper & in infinitum, & per infinitas generationes iſta qualitas horum feudorum reintegratur, cum peruenit ad vnum ſolum, vt hic.

IMPERATOR LOTHARIVS AVG. &c. Eugenio Papæ, & vniuerſo populo.

Cap. Quoniam. Allegatur textus iſte, quod ſi vaſallus non petierit inueſtituram infra annum, & diem, amittit feudum, niſi iuſta cauſa impediretur, renouatio ergo inueſtitura debet fieri infr. tempus hic limitatum, quod fallit in milite, quia habet terminũ anni & menſis, cap. 1. quo tempore miles. Fallit etiam, niſi eſſet minor 14. annis. §. præterea. pri. infra titu 2. Fallit etiam, niſi alias ex iuſta cauſa impediretur. Et præſtat nobis argumentum textus iſte, ſecundum Bald. quod terminus legalis nunquam eſt peremptorius ſi legitime probetur, facit. l. cum a matribus. C. qui pe. tut. l. quæſitum. ff. de re iudica. Probat etiam textus iſte, quod iuſta cauſa facit ceſſare dolum, vt hic in ſi.

DE PACE INTER SVBDITOS, ET IVRAmento firmanda, & vindicanda, & de pœna iudicib. appoſita, qui eam vindicare, & iuſtitiam facere neglexerint.

TITVLVS LIII.

In hoc titulo Imperator intendit vniuerſaliter prouidere calamitatibus ſubditorum prouenientibus occaſione guerrarum, firmando pacem inter omnes, vt quod prius belli calamitas introduxerat, hoc pacis lenitas ſopiret. l. 1. in princ. C. de cadu. tol.

FEDERICVS DEI GRATIA Romanorum Imperator ſemper Auguſt. &c.

CAp. Hac edictali lege. Allegatur textus iſte, quod pax ab omnibus eſt ſeruanda, & inſuper iuramento firmanda ab anno 18. vſque ad 70. & tale iuramentum debet de quinquẽnio in quinquennium renouari, debentq; omnes auxilium præbere rectoribus locorum ad dictam pacem tuendam. Et ſic habes ex hoc textu, pacem ab omnibus eſſe tenendam, & obſeruandam. Et ratio eſt, quia per pacem res paruæ creſcunt, & per diſcordiam & bellum, maximæ dilabuntur. Propter pacem multa bona proueniunt, quæ enumerantur per gloſ. fin. in tit. de pace conſ. Et quod in iſto textu dicitur de renouatione iuramenti de quinquennio in quinquennium, non tamen intelligas, quod illi, qui ſemel iurarũt, debent iterum iurare, quia per primum iuramentum ſunt obligati ad perpetuam pacem, de quo per glo. & Dd. hic per gloſſ. in titu. de pace conſ. in verbo, Renouabunt. Et ſic multi iuuenes, qui non erant habiles a principio quinquennii, nunc erunt habiles. Quærit glo. an iſta lex liget Francos, & alios, qui non ſunt ſubiecti Romano Imperio? Et concludit gloſſ. quod de iure Francigenæ, & alii ſint ſubiecti Imperio, de conſuetudine non, quia non recognoſcunt Imperatorem in ſuum. ſuperiorem ex debito fidelitatis. Tamẽ in vniuerſali ſunt de Imperio Romano, & ſub Imperio Roman. Et hanc gl. ſequitur Iaco. de Bel. & adducit tex. in proœmio Inſt. Et ſubiecto nullo modo poteſt præſcribi. l. comperit. C. de præſcrip. 30. annorum. Abb. in c. cum nobis. de præſcrip de quo per Cynum in l. j. C. de præſcrip long. temporis. Ad idem quod notat glo in c. per venerabilem. qui filii ſint legit. in c. in apib. vij. q. 1. gl. in c. per venerabilem. de elect. in c. ſuper Specula. de priui. de quo per Bar. in l. poteſt. ff. de capt. Et dicimus recte, quod Imperator eſt dominus totius mundi. l. deprecatio ff. ad legem Rhod. de iac. l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcrip. Intellige tamen,

ſecundum

ſecundum determinationem ſanctæ matris Eccleſię. ſcilicet quod poſt aduentum Chriſti dictum Imperium, quod ante dependebat a ſolo Deo, nunc poſt eius aduentum eſt apud Chriſtum & eius vicarium, ſcilicet Papam, & per Papam trāſfertur in Principem ſæcularem. cap. venerabilem. de elect. Vnde ſi hodie dicimus, omnia ſunt Imperii Romani, referendo ad Chriſtū, bene dicimus: ſi vero referamus ad perſonam Imperatoris, non proprie dicimus, ꝙ oīa ſint ſua, vel ſint in ſua iuriſdictione conſtituta, quia non terræ eccleſiæ. Clem paſto. de re iudica. Et ad prędicta adde glo. Inſti. de pa. po. in princ. Nec obſtat iſti textui, dum dicit de xviii ann. textus inf. eod. §. Item ſi ſacramentum. quia hic loquitur de iuramento generali, quod prętatur iudici de ſeruanda pace ibi autem loquitur de iuramento ſpecialiter prętito ſuper contractu aduerſario: quia tunc ſufficit quod ſit pubes, de quo hic per glo. Et quia glo. hic dinumerat ætates, adde gloſ. in proœ. ſexti. Cyn. in l. ſi infanti. C de iu deli. Quęrit glo. hic, an minor decem & octo annis, qui non eſt habilis ad iurandum pacem, ſit habilis ad pugnam faciendam cum ſua perſona? Et concludo, ſecundum Docto. quia glo. concludit quod non, quando ipſe minor traheretur inuitus ad pugnam: ſecus autem ſi ipſe prouocaret alium ad pugnam: quia tunc cogeretur iurare, cum poſuerit ſe in nęceſſitatem: quia tunc iurare debet domino, quod non petit pugnā cauſa fatigandi aduerſarium ſed ex certis pręſumptionibus, quas aduerſus ipſum habet.

§. Si quis vero. Allegatur textus iſte, quod ſi alicui volenti viuere in pace fiat iniuria in rebus vel perſona, quod ad hoc, vt ipſe non videatur rumpere pacem, debet adire iudicem competentem, & corā eo iuſtitia mediante conſequi ius ſuum. Habes ergo, quod non debet quis ſibi dicere ius auctoritate propria, ſed debet adire iudicem competentem pro ſuo iure conſequēdo, ſiue in caſu ciuili, ſiue criminali, vt hic & l. nullus. C. de Iudę. l. ſi quis in tantam C. vnde vi. l. extat. ff. quod metus cau. Fallit tamen iſta regula in l. 1. & 2. C. quando lice. vni. ſine iud. per glo. in d. l. extat. Quęrit glo. quid ſi debitor meus fugit cum re mihi debita, & nō habeo copiam iudicis, an poſſum ſibi auferre propria auctoritate abſque poena? Et gloſ. concludit, quod non. Sed bene poſſum ipſum capere, & iudici pręſentare, ſed tu conclude tres caſus, ſecundum Dd. Primus eſt, quod ſi res eſt capientis poteſt ſibi auferri. Secundus caſus eſt, quando non eſt ſua, ſed ſibi debita obligatione perſonali, tunc poteſt capi ipſe cum re, & iudici pręſentari. Tertius caſus eſt, quod ſi fugiat ſine re, pōt capi & iudici pręſentari. & adde notata per Bar. in l. ſi alius. § belliſſime. ff quod vi, aut clā quod in iſtis ciuitatibus, quæ non recognoſcunt ſuperiorem. ſi vna ciuitas occupat bona alterius ciuitatis, quod illa ciuitas poteſt per vim recuperare: quia non eſt copia iudicis. per Barto. l. 1. C. ne quis in ſua cauſa.

§. Si quis vero auſu temerario. Allegatur textus iſte, quod Imperator volens hanc ſuam pacem ſuprascriptam bene cuſtodiri, ſtatuit poenam aduerſus violatores dictæ pacis, limitando eam, ſecundum gradus, & ſtatum delinquentium, prout in textu, & vult text. quod maiori poena puniatur nobilis, quam ignobilis, & maiores in dignitate, quam minores, quod eſt verum, ſecundum gl. & Doct. quando tractamus de pęna pecuniaria imponenda, ſecus ſi tractaremus de poena corporali, de qua materia per Dd. in l. nemo. C. de ſumm. Trin. & Bartol. in l. quædam. ff. de poenis. & vide quæ dicta ſunt in verbo, Nobilitas. Vult etiam textus iſte, ꝙ ex eodem delicto quis non ſolum eſt condemnandus ad pęnam pecuniariam congruentem delicto, ſed etiam ad emendationem damni parti læſæ. c. 1. de iniuriis, & damno dato. immo poterit etiam puniri tertia poena. ſcilicet corporali, ſi delictum perpetratum meretur dictam poenam, vt infra in §. ſeq. & §. homicidium, ſecundum gloſ & Doct. facit quod habetur in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. Quæritur, ſi eſt facta pax inter duos inimicos, & vnus iſtorum offendat fratrem, vel coniunctos alterius, an videatur incidiſſe in pęnam adiectam in compoſitione pacis? & Aluar. hic refert Iacob. Ardi. diſputaſſe illam quæſtionem, & tandem concluſiſſe, ꝙ ſic: ſed, vt puto, concluſio iſta non eſt vera per notata per Bartol. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus. in fi. ff. de verb. obli. dicit enim Bar. quod perſona fratris non intelligitur, niſi exprimatur. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.

§. Iniuria. Allegatur text. iſte cum §. ſequen. quod Imperator ſtatuit, quod violatores pacis vltra prædicta puniantur etiam poenis corporalibus pro iniuria, vel furto, ſeu homicidio, vel alio delicto per eos perpetrato in dicta violatione pacis. Et probat textus iſte, quod lex noua quantumcunque poenaliter poteſt reſeruare etiam poenam legis antiquam, facit. l. quotiens. ff. de act. & obl. per Cy. in l. qui ſepulchra. C. de ſep. vio. Nam violator pacis ad tria tenetur: primo ad pęnā pecuniariā, ſm qualitatem ſuæ conditionis, vt ſup. §. prox. ſecundo ad intereſſe partis, vt ibid. tertio ad poenam congruentem de iure cōmuni delicto per ipſum perpetrato in dicta violatione, quoniā ſi violādo cōmiſſum furtum, punietur poena furti: ſi homicidium, punietur de homicidio: ſi iniuriam, punietur de iniuria, & ſic de ſimilibus. Et quia gl. hic quęrit, quæ poena veniat imponēda per iudicem pro iniuria illata? & inter alia dicit, quod iudex debet habere plures conſiderationes, per ea, quæ habentur in §. atrox. Inſti. de iniuriis. Et conclude in illa materia poſt gloſ. quod quando agitur actione iniuriarum ciuiliter, ſiue ſit pętoria, ſiue ciuilis, iudex non æſtimat, ſed pars: verum ipſe iudex taxat in vtraque. §. poena. Inſti. de iniu. de quo per Bart. in l. iniuriarum. ff. de iniuriis. Si autem agitur criminaliter, eſt poena arbitraria. l. fin. ff. de iniu. §. in ſumma. Inſt. de iniu. Et nota, quod vna tollitur per aliam, de quo in l. quod ſenatus. in l. Prætor. §. 1. ff. de iniu. Etiam hoc §. dicit Bal. quod furca ſuſpenſi non debent manere in patibulis, ſed debent deponi. Et adducit textum Deute. 21. in fi. & Ioſue 8. & ſic eſt deciſio contra fratrem Iacobum de Alta platea ordinis Prædicatorum, religioſum quidem, ſed præſumptione plenum, & quia dum contra ipſum adduxiſſem Bald. hic, quod poſſet dici, ꝙ inciderit in falſum, allegando textum veteris teſtamenti abrogatum. l. fin. ff. ad. l. Cor. de falſis. Reſpondet ipſe, quod Bal. ſemel corrupit textum iuris, ergo committit falſitatem, & allegat me hoc dixiſſe, & habuiſſe a quodam meo ſcholare. Mentiuntur apertè, quod ego vnquam dixerim affirmatiue, quod Bal. hoc fecerit. & eſt hęc vna fabula, nec reperitur hoc in aliquo loco authentico nec Bart. in l. ea lege. C de condict. ob cauſam. hoc dicit. præterea Bal. ipſe non eſt inuentor huius dicti, ſed approbat dictum aliorum, & ſi ſic debemus credere omnibus referentibus, ego etiam credo, quod frater Iacobus de Alta platea contra votum religionis tenuit concubinam, quia hoc fuit mihi relatum, & Coloniæ, & Maguntiæ & ſi Bal. corrupit text. maius fuit delictum fratris Iacobi. & ideo debebat aduertere ad illud, quod dici ſolet,

Tollere feſtucam ſi vis de fratris ocello,
Quæ tua perturbat lumina, tolle trabem.

Credo etiam ego, quod dixerat vnam fatuitatem, quia cum non poſſit pati, quod dixerim, qđ clerici videntes aliquem pro iuſtitia puniri ad mortem peccat mortaliter. cap. ſententiam. ne cleri. vel monac. auſus eſt dicere, quod Maria virgo, & ſanctus Ioannes viderunt Chriſtum crucifigi, & non peccauerunt, ergo etiam clerici non debent peccare. hoc retulit mihi vnus de ſuis intimis amicis. & ſic per illam phantaſiam vult, quod deciſio Papæ ſit falſa, & ſine ratione. Omnia tamen illa latius tractabo in opere, quod contra ipſum breui faciam, & ſuam maximam ignorantiam detegam, & temeritatem, & inuidiam gloriæ proximi. Oſtendam etiam forte aliquas ineptias, quas dixit in libello, quem fecit contra curatos.

§. Homicidium. Allegatur textus iſte, quod committēs homicidium, vel mutilans membrum, vel committens aliud delictum. punitur poena condigna illo delicto, ſecundum ſtatuta legalia, & poena homicidii, quæ eſt capitalis, ponitur in l. 3 §. pen. ff ad l. Corn. de ſica. Inſtit. de pub. iudi. §. item lex Cornelia. l. 3. C de epiſcopali audien. Et poena capitali non ſolum tenetur ille, qui vere commiſit homicidium, ſed etiam ille, qui iuit cum telo cauſa occidendi, ſed non potuit. l. his qui cum telo. C. ad l. Corn. de ſica. ſecundum glo. Sed dicas, quod de conſuetudine tales leges non ſeruantur, & ideo vide, quæ dixi in Alphabeto, in verbo, Homicidium. Et pro declaratione textus intelligas, quando homicidium eſt commiſſum ſponte, ſecus ſi ex neceſſitate ad ſui defenſionem: quo caſu nō tenetur, quia licitum eſt vim vi repellere. l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. Et idem ſi fecit caſu, non ex propoſito: quia in maleficiis conſideratur voluntas. l. 1. §. Diuus. ff ad l. Cor. de ſica. Et conclude poſt gl. quod ſi ex homicidio eſt ſecuta violatio pacis, ſerua quod in §. ſi vero violator. ſup. de pa. tenen. quid faciendum de ſuis bonis. In alio vero homicida, ſerua quod habetur in Authent. bona damnatorum. C. de bon. dam. prout intelligunt ibi, Docto. Bartol. in l. j. ff. de bon. dam. Et multa pertinentia ad homicidium, vide in meo Alphabeto, in verbo, Homicidium.

§. Iudices. Allegatur textus iſte, quod vt omnis tollatur occaſio pacis violandæ, mandatur iudicibus locorum, vt debeant eſſe diligentes in faciendo iuſtitiam quibuſcunque, & in vindicando pacem violatam. Quod ſi ſecus fecerint, debeant reſarcire damnum iniuriam paſſo, & nihilominus puniri pęna hic ſtatuta. Habes ergo ex hoc textu, quod in ciuitatibus, & locis iudices debent conſtitui ad ius reddendum, qui iudices conſtitui debent per Imperatorem, vel aliter de eius voluntate conſtituentur, vel conſtituti confirmantur, vt hic, & in titulo de pace Conſtantiæ.

tiæ. Vbi licet ſit conceſſum quibuſdam ciuitatibus, vt ſibi auctoritate propria eligant Magiſtratus, tamen debent per Imperatorem confirmari. Sed hoc de conſuetudine non ſeruatur, vt etiam dicit gloſſ. hic, ſecundum quam hodie ſingulæ ciuitates habent ſua regimina, & merum imperium a ſe, ſicut olim habebat Præſes prouinciæ. glo. ſingul. in l. fin. C. de præſcript. longi temporis. Et vide multa, quæ allegaui in Alphabeto, in verbo, Imperium, ad hoc propoſitum. Probat etiam text. iſte, quod propter negligentiam iuriſdicendi puniuntur iudices, de quo in l. mancipia. C. de ſeru. fugi. Quærit glo. an iſte text. habeat locum etiam in iudice male iudicante? Et reſpondet quod ſic, & intrat gloſſ. illam materiam, qua pœna puniatur iudex male iudicans, de quo per glo. Inſti. de obli. quæ ex quaſi delicto, in princ. per Dd. in l. 1. & 2. C. de pœna iu. qui ma. iu.

§. Qui vero. Allegatur textus iſte, quod violatores pacis, ac iudices negligentes in faciendo iuſtitiam, & in vindicãdo pacem violatam, ſi non poſſunt ſoluere pœnam pecuniariam eis iniunctam, propter prædictos exceſſus, debent verberibus coerceri in corpus, & inſuper a loco domicilii proprii per quinquaginta milliaria, per quinquennium relegari. Nota regulam hic, quod qui non poteſt ſoluere in ære pœnam pecuniariam ex delicto impoſitam, luat in corpus, etiamſi ſit iudex in dignitate poſitus. Et præſtat argumentum, ſecundum Bald. quod iudex, qui in ſyndicatu non poteſt ſoluere cõdemnationem, debet puniri pœna corporali per iſtum textum. Sed de conſuetudine eſt, dicit Bal. quod ponuntur iudices in carcerem, donec ſoluant. Probat etiam textus iſte, ꝙ propter inopiam non liberatur quis a pœna, immo maiori pœna afficitur, cum ictus fuſtium cenſeatur maior pœna, quam pecuniaria, etiam magna. l. in ſeruorum, in fi. ff. de pœn. Et, ſecundum Dd. hoc operatur enormitas delicti, alias propter paupertatem minuitur pœna pecuniaria. l. eos. in fi. C. de mo. mulct. Sed eſt aduertendum, ꝙ textus iſte loquitur in mulcta, quæ propter paupertatem remitti poteſt. l. illicitas. §. fin. ff. de offi. Præſid. ſed ſecus eſt in pœna. l. 1. §. generaliter. ff. de pœ. Et ibi dicit Bartol. quod illud, ꝙ dicitur in d. l. in ſeruorum. non procedit in perſonis viribus, quod videtur eſſe contra iſtum textum, qui loquitur etiam de conſtitutis in dignitate. Et ſecundum Doctor. textus iſte etiam procedit, quando ſoluiſſent partem, & aliam partem non poſſent ſoluere, quia Imperator ſimpliciter loquitur de integra ſolutione.

§. Conuenticula. Allegatur textus iſte, ꝙ conuenticula, & cõgregationes ad pacem violandam quocunque modo, & in quocunque loco reprobantur & caſſantur, tam in præteritum, quam in futurum, & contrafaciens punitur pœna vnius libræ auri. Probat ergo textus iſte, quod conuenticula ad malum tendentes ſunt reprobata de iure, vt hic, & in l. conuenticula. C. de epiſcop. & cleric. Et proprie conuenticulum eſt, quando plures in vnum cõueniunt ad malum animo deliberato, collecta multitudine. l. denunciamus. C. de his, qui ad eccle. conf. Si aliqui congregantur in vnum propter aliquod licitũ, quia tunc hoc non eſſet punibile, immo permiſſum, exempli gratia, aliquis vult me deiicere de poſſeſſione mea, poſſum congregare gentes ad mei defenſionem, quia lex permittit hoc, non debeo puniri. l. Graechus. C. ad l. Pomp. de adul. Et in iſto textu prohibentur etiam coniurationes ſuper malis actibus. Et dicuntur coniurationes, ideſt confœderationes iuratæ ad malum. Confœderationes autem iuratæ, quæ fiunt hodie inter ciuitates, quæ fiunt ad defenſionem, ſunt permiſſæ, de quo per Bar. in l. fi. ff. de colle. illi. Et de iſtis coniurationibus, in l. aut facta. ff. de pœ. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie.

§. Epiſcopos. Allegatur textus iſte, quod Imperator monet Epiſcopos locorum, & poteſtatem eis tribuit excommunicandi omnes violatores pacis, & ineuntes circa prædicta conuenticula, atque coniurationes, donec ſatiſfaciant. Et ſic habes ex hoc textu, quod etiam de iure ciuili ſpectat ad officium Epiſcoporum facere, tenere & conſeruare pacem, ac punire violatores pacis. De his habetur in c. 1. de treu. & pa. in c. nouit, de iud.

§. Receptatoribus. Allegatur textus iſte, ꝙ receptãtes violatores pacis, & emẽtes prædam ex dicta violatione captam, puniri debent eadem pœna, qua ipſi violatores. Et ratio eſt, quia eos receptando videntur quaſi cõſentire delicto ipſorum, & per conſequens tanquam conſentientes pari pœna ſunt puniendi, de quo per glo. hic. Ratio autem, quare ementes prædam captam a violatoribus pacis puniuntur eadem pœna, eſt, ꝗa incidũt in ſuſpicionem eiuſdem criminis. l. 2. C. de fur. Quod tamen intellige, quando emens ſciebat rem eſſe captam ex dicta præda, ſecus ſi ignorabat. Facit, quod notat gloſ. in l. ſ. ff. de recep. Et nota glo. quæ voluit, quod ſi aliquis potuit capere violatorem pacis, & non cepit, neque receptauit, ſed pecunia accepta ire dimiſit, quod teneatur pœna hic ſtatuta, quia videtur eſſe in pari cauſa turpitudinis. Et ſi ſimpliciter fauerit, quoad fugam, tenebitur, tanquam fautor, ſecundum Aluaro. hic, qui allegat Gaudinum. Sed tu allega Bar. in l. 3. §. ſi quiſquam. ff. ad Sila. qui dicit, quod punitur mitius.

§. Qui pacem. Allegatur text. iſte, quod ſi aliquis ex prædictis non vult iurare dictã pacem, & tenere, quod bona ſua debent confiſcari, & domus ſua debet deſtrui. Et nota hic caſum ſpecialem, in quo propter delictum venit domus delinquentis deſtruenda. Et hoc operatur enormitas delicti contra violatores pacis. In cæteris caſibus, ſecus hodie. §. oportet, in Authen. de mand. Prin. Vbi dicit textus, quod iudex debet punire perſonam, & non contingere res. Et vide Bart. in l. cætera. §. ſi duobus. ff. de leg. 1. Per ſtatutum tamẽ poteſt induci, quod domus deſtruatur, ſecundum Dd. Et vide, quod notat Bartol. in l. Antæus. ff. de aqua plu. arcen.

§. Illicitas. Allegatur textus iſte, quod ad hoc, vt remoueatur omnis occaſio violandi prædictam pacem, prohibet Imperator fieri illicitas extorſiones a ſubditis, & præſertim a clericis imponendo pœnam aduerſus contrafacientes, vt reſtituant duplum. Et ſic nota, illicitas exactiones eſſe prohibitas, nedum exigi a laicis. l. illicitas. ff. de offi. præſi. ſed etiam a clericis, quia eccleſię ſunt immunes ab exactionibus, de quo in c. peruenit, in c. non minus. de immu eccleſ. in Authen. item nulla. C. de epiſcop. & cleri. Et illi, qui extorquent illicitas exactiones, tenentur ad reſtitutionẽ dupli. Et ſi fiat extorſio aduerſus eccleſiam vltra iſtam pœnam, punitur perpetua deportatione, vt in l. placet in fi. C. de ſacroſanct. eccleſ.

§. Item ſi ſacramenta. Allegatur text. iſte, quod pubes ſponte firmans contractum per iuramentum, non poteſt contrauenire, ſecus ſi non ſpõte, quo caſu etiam ſi eſſet maior, poſſet contrauenire. Duo ergo exiguntur ad hoc, vt iuramento firmetur contractus, & efficiatur irreuocabilis. Primum eſt, ꝙ contrahens ſit pubes, ſecundum eſt, quod ſponte iuramentũ fuerit præſtitum. Et licet iſta deciſio videatur dura propter teneram ętatem, in qua facile puberes poſſunt decipi, tamen habet rationem in ſe, videlicet bonũ animæ, & reuerentiam Dei. & ſic conuenit cum iure diuino, & naturali, & iure gentium, quod vult religionem & fidem ſeruari. l. 1. in fi. l. 2. ff. de iuſti. & iure. Et hanc rationem etiam mandauit eccleſia ſeruari. c. quamuis. de pact. in 6. c. licet. de iureiurand. in 6. Et iſte textus habet locum etiam inter Iudæos, & hæreticos, ſecundum Bald. l. quoniam. C. de hæret. Et nota caſum, in quo factum per vim, vel metum ipſo iure non tenet, de quo vide in c. Abbas, per gloſſ. & Dd. quod metus cau. quia iuramentum nullius eſt momenti, vt hic. Nota glo. hic, quod conſuetudo attenditur iuxta formam iuramentorum, quia ſuper quacunque ſcriptura poteſt iurari, etiamſi contineat Euangelia, & ſuper ligno, vel lapide habendo voluntatem, & cor ad Deum. Et adde glo. in Clem. 1. de hæreti. in verbo, Tacta. Not. etiam glo. hic, quod ſi pubes iurauit ore, & nihil tetigit corporaliter manu, quod non habet locum iſta Authen. Pro quo textu in c. vt circa. in fi. de elect. in 6. & gloſſ. in d. Clem. 1. Nota etiam glo. quod ſi pubes non iurauit, ſed mandauit alteri, vt iuraret pro eo in animam ſuam, habet tamẽ locum diſpoſitio iſtius textus, vt contractus confirmetur per deducta per glo. & Docto. Nota etiam glo. quod ad validandum contractum per iuramentum, requiritur quod iurans ſit pubes factus, ſi vero eſſet minor pubere, dato, quod eſſet doli capax, non poſſit validare contractum per iuramentum. Et hanc gloſſ. ſequuntur communiter Dd. iuris ciuilis in Auth. ſacramenta. C. ſi aduerſus vendi. Et ibi eſt etiam gloſſ. licet Bart. fuerit in contraria opinione. Sed tu tene iſtam opinionem tanquam æquiorem. Et vide, quæ dixi in Alphabeto, in verbo, Pupillus. Not. etiam gloſſ. quod iſte textus non procedit in pubere furioſo, ſed ſolum ſanæ mentis. Nota etiam gloſ. quæ vult, quod iſte textus habeat etiam locum in pubere, qui eſt filiusfamilias, quando ſumus in caſibus, in quibus poteſt obligari. Nota ẽt glo. quod iſte textus habeat locum, etiamſi pubes haberet curatorem. Et ſequuntur Dd. ea ratione maxime, quia ſacramentum repræſentat eum maiorem vigintiquinque annis, ergo valet contractus factus a maiore. Nota etiam gl. quod ſi iſte pubes fuit inductus per dolum ad contrahendum, & iurandum, quod non dicatur ſponte iurare, qui dolo fuit inductus, vnde poterit contrauenire per reſtitutionem in integrũ, & ſi ſibi opponatur de iuramento, replicabit de dolo. &, ſecundum Bal. poterit dolus probari ex enormi læſione. Nota etiam glo. quod ſi iſte pubes fuit inductus blanditiis ad iurandum, tamen tenebit contractus, quia ex induſtria propria licitum eſt ſibi acquirere. l. ſi defunctus. C. arbi. tute. Nota etiam

glo.

gloſſ.quod iſte textus procedit in contractu reprobato, fauore perſonæ, quo caſu iuramentum habilitat perſonam, ſecus vbi contractus eſt reprobatus de iure communi, quia tunc ſicut nõ valet principale, tanquam reprobatum a iure communi, non debet valere iuramentum tãquam acceſſorium. l. non dubium C. de legi. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obliga. Nota etiam gloſſ. quod ſi pubes iurauit ſuper contractum venditionis, & poſtea reperitur læſus vltra dimidium iuſti precii, non obſtante iuramento, poterit contrauenire. intellige tamen, niſi iuraſſet non venire contra ratione precii, vel quacunque alia ratione, quia tunc non poſſet venire contra obſtante iuramento, de quo per glo. & Doctor. in l. 2. C. de reſcindenda venditione. in ca. cum cauſa. de emp. & ven. Nota etiam gloſ. ꝙ maior deceptus vltra dimidiam, iurans non contrauenire, non poterit contrauenire, de quo per Doct. in l. 2. Nota etiam glo. ꝙ maior deceptus vltra dimidiam, iurans non contrauenire, non poterit contrauenire, de quo per Doct. in d. l. ii. Nota etiam gl. ꝙ iuramentum generale ad omnes futuros contractus non ligat ipſum contrahentem poſtea, niſi fiat mentio in ipſo contractu de prædicto ſacramento tam præſtito, ſed tenet opinionem contrariam, de qua per glo. Barto. & modernos in d. authentica ſacramenta ea ratione, quia ex voluntate ſolius iurãtis pendet iuramentum & iurat Deo, qui vbique præſens eſt. Nota etiam glo. quæ quærit, quod ſi pubes poſtquam contraxit & iurauit, ſed non potuit tradere, quia cecidit a poſſeſſione, quam poſtea recuperauit, vtrum teneatur tradere, item qd ſi tradidit, ſed poſtea aliquo caſu ad ipſum retrouenit res vendita, an iterato teneatur tradere? Sed in hoc conclude ſic, ſecũdum Docto. quod debemus conſiderare formam iuramenti, quoniam ſi iurauit tradere, & tunc tenetur ſemel ſolum tradere, & ſemel tradendo liberatur in perpetuum, ſi vero iurauit non venire contra, vel non retractare, tunc tenetur reſtituere, quia reſiſtendo & non reddendo videtur facere controuerſiã, & contrauenire Nota etiam glo. quid ſi iſte pubes contraxit, & non iurauit tunc, ſed poſtea ex interuallo per iuramentum firmat per dictum contractum, qui fuerat nullus, an habeat locum determinatio huius textus? & concludit. quod ſic. Nota etiam gloſſ. quod iſte textus non ſolum habet locum in cõtractu, ſed etiam in quocunque diſtractu, quia eadem ratio cadit vtrobique, ſcilicet auctoritas & uirtus ſacramenti, ergo idem ius ſtatui debet. l. a Titio. ff. de verb. obli. & adde gl. & Docto. in dicta authen. ſacramenta. Nota etiam gl. quod iſte text. habet etiam locũ, ſi pubes iurauit non venire contra ſententiam, vel contra confeſſionem ſuam, vel contra arbitrum, & licet ſecundum glo. non poſſit venire contra ſententiam, reſpectu minoris ætatis, poterit tamen a dicta ſententia appellare, ſicut poſſet maior, quia iuramentum prædictum ſuſtulit ſolum obſtaculum minoris ætatis, non autem iuris communis, niſi tamen ſecundum Docto. per iuramentum renuntiaſſem etiam appellationi. Nota etiam gloſſ. quod ſi pubes filiuſfamilias per iuramentum renuntiauit Macedoniano, non ligatur, quando non poſſit contrauenire, quia odioſum & contra mutuantes, ſecus tamen eſt, ſecundum gloſ. in muliere pubere renuntiante Velleiano per iuramentum, quia tunc obligatur iuramento, quia Velleianum eſt inductum in fauorem ſuum. Nota etiam glo. quod ſi pubes donauit cauſa mortis, & iurauit non contrauenire, quod non poterit reuocare, quia eſt tanquam maior, & maior poſſet ſic donare, vt non reuocet. l. vbi ff. de donatio. cauſa mor. & idem tenet gloſſ. in donatione inter viuos facta ſimpliciter per puberem, & iurata, ꝙ non poſſit reuocari. Nota etiam glo. quod ſi iſte pubes poſt cõtractum celebratum & iuratum, venit contra de facto, quod erit infamis, & patitur omnes pœnas, quas pateretur quilibet maior ſi iuraſſet. l. ſi quis maior. C. de tranſact. Nota etiam gl. quæ quærit, quid ſi pater minor diuidit bona inter filios ſuos emancipatos, & iurauit non contrauenire, an poſtea poterit venire contra? Et conclude ſecundum Docto. poſt gloſſ. quod aut iſta diuiſio habet vim teſtamenti ſeu vltimæ voluntatis & tunc poteſt contrauenire, & ſacramentum non valet, aut non habet vim teſtamenti, & tunc non poteſt contrauenire. Quærunt Docto. quid ſi iſte pubes conceſſit feudum cum iuramento non adhibitis paribus, qui debent interuenire, an tale iuramentum ſuppleat omnem defectum? & tenet quod non, qa iuramentum ſupplet ſolum defectum ætatis, nõ alios, per notata per Barto. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. Et nota, ſecundum Docto. quod ſi eſt facta interdictio puberi propter malos mores, vel propter inſidias contrahentium, non habet locum textus iſte.

DE ALLODIIS.

AD hæc quid allodium. Allegat̃ tex. iſte, ꝙ nullus vendens rem ſuam propriam ſit auſus vendere iuriſdictionem ſeu diſtrictum imperii, dicendo, ꝙ vendat eam liberam & abſolutam a iuriſdictione & diſtrictu imperii, ita quod non ſit de iuriſdictione & diſtrictu Imperatoris. & ſi fiat huiuſmodi datio, eſt ipſo iure nulla reſpectu illius iuriſdictionis & diſtrictus imperii. Et ſcias pro intelligentia textus, quod dominium rei poteſt eſſe apud vnum, & iuriſdictio ſeu diſtrictus apud alium. Habe exemplum, Ego habeo vnam poſſeſſionẽ in diſtrictu alicuius ciuitatis, proprietas poſſeſſionis eſt mea ſed diſtrictus loci, in quo ſita eſt dicta poſſeſſio, eſt alterius, ſ. ciuitatis illius, & iuriſdictio eſt apud Principem illius loci. Probat ergo textus iſte, quod omnis iuriſdictio eſt apud Imperatorem, & ipſe eam tribuit aliis Magiſtratibus, creando eos vel confirmando, vel præſtando auctoritatem creandi. l. j. §. cum vrbem ff. de offic. præf. vrbis, vnde apud Imperatorem ſunt iuriſdictiones tanquam apud fontem, a quo fluunt & refluunt ſicut flumina ad mare. Et ratio iſtius textus eſt, quia iuriſdictiones ſunt Imperatoris. & ideo venditio non tenet ipſo iure, quia non cadunt in commercio noſtro. l. apud Iulianum. §. ſi. ff. de lega. j. & licet iam hoc eſſet prohibitum, tamen Imperator de nouo prohibuit, quia forte inoleuerat conſuetudo contraria, quam hic Imperator tollere intendit. Et iſte textus facit pro opinione Martini, de quo in l. bene a Zenone. C. de quad. præſcrip. quod dominia & proprietates omnium rerum exiſtentium infra fines imperii, non ſunt ipſius Imperatoris, licet omnis iuriſdictio ſit apud Imperatorem. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact.

§. Si vero contigerit. Allegatur textus iſte, ꝙ dominus poterit priuare vaſallum iure ſuo transferendo in eccleſiam rem feudalẽ tanquam propriam & liberam niſi idem vaſallus ex gratia illud feudum de nouo ab eccleſia obtineat. Et habes hic caſum mirabilem, ſecundum Doctor. in quo vaſallus priuatur feudo ſine culpa ſua contra regulam, ſup. de feu. ſine culpa nõ amit. ſed hoc operatur fauor eccleſiæ. Dicunt tamen Docto. quod eccleſia tanquam cultrix iuſtitiæ non debet auferre a vaſallo dictum feudum, nam naturali ratione ad hoc tenetur, & ideo debet ſibi facere gratiam, vt hic. ex quo colligit Bald. quod qs dicitur facere gratiam, faciendo id, ad quod tenetur de iure naturali facit l. Titius. ff. de obſequiis a lib. vel lib. Eſt etiam hic caſus ſpecialis, in quo dominus non reddit parem vicem vaſallo, quod eſt contra regulam poſitam ſup. de forma fideli. qa dominus poteſt inuito & ignorante vaſallo rem feudalem ꝓ animo iudicare, ſed vaſallus non poteſt. §. donare. ſup. quæ ſit prima cauſ. beneſ. amit. ſed ratio differentiæ eſt ſecũdum Bal. quia apud dominum reſidet plus iuris, quod patet, quia recipit ſacramentum fidelitatis a vaſallo, ſed illud econtra non ꝑſtat. Et nota hic gloſſ. notabilem, quæ voluit, quod ſi eccleſia noluit facere gratiam vaſallo, quod dominus tenetur ad intereſſe vaſallo, vt ſoluat æſtimationem. vel quod det feudum aliud eiuſdem bonitatis & quantitatis. & ſic iſto modo temperatur rigor iſtius textus, & ex hoc collige, ſecundum Bal. quod quamquam aliquis admittatur, auctoritate iuris ad infringendum, quod fecit, nihilominus tenebitur ad intereſſe.

§. Vt autem. Allegatur textus iſte, quod ſi vaſallus legitime vocatus non ſociauerit dominum ſuum in exercitu pro ſuſcipiẽda corona imperii, aut ſtipendia non contribuerit, amittit feudum, & ad dominum reuertitur. Et nota iſtum textum, quod Imperator debet ire Romam pro corona ſuſcipienda, nec poſſet mittere procuratorem ad dictam coronam ſuſcipiendam, nec poſſit ſibi mitti alibi, ſecundum Bald. ſecundum iſtum textum, & per ea quæ notantur in Clemen. Romano. de iureiurando. Habes etiam ex textu nouam ingratitudinem, per quam vaſallus amittit feudum, & ad dominum reuertitur. Habes etiam, quod uaſallus ad requiſitionem dominini ſui cogitur præſtare auxilium domino domini ſui, quod expeditum eſt hic pro ſuſcipienda corona. Vtrum autem hoc procedat in aliis caſibus, dic vt ſup. de controuerſia inueſtituræ, in ſi. per Alua. in c. ii. §. ſimiliter. de lege Cor. & vide ibi dicta. Probat etiam text. iſte, quod uaſallo non poteſt adſcribi contumacia, niſi conſtet de legitima monitione ſeu vocatione. Et ex hoc infert Bal. quod quãdo aliquis allegat aliquem monitum, vel requiſitum, debet illud probare, quia nemo præſumitur citatus, niſi probetur, vt eſt textus notabilis hic. Nota glo. quæ quærit, qualiter fiat iſta vocatio, ad hoc, vt intelligatur legitime facta, prout vult textus, & glo. reſpondet pluribus modis, ſed vltra gloſſa. ponit Bald. modum, quod ſufficit mitti proclama generale per terras, & loca ipſius domini requirentis. l. ſi eo tempore. C. de remiſſione pignoris. Licet dicat Aluarot. quod iſte textus videtur velle ſpecialem vocationem, ſed tu dicas, quod iſte textus non facit mentionem de ſpeciali uocatione, ſed ſolum dicit de vocatione legitima. Adducit tamen textum pro Bald. in c.

j. de

ī.de noua for.fide.ibi,ſpecialiter vel generaliter. Et not.glo. notabilem,quæ vult, quod iſte text. habeat locum etiam in feudo nouo, & in antiquo, ſiue ſuperſint agnati,ſiue non, quia iſtud delictum inobedientię reſpicit perſonam domini, & non ſolum ipſum dominum,ſed Imperatorem, & totum Imperium. Et nota,ſecundum Dd.per regulam l.plerunque in fi.ff.de iu.do.quod eſt in electione vaſalli,vel ire, vel ſoluere,vel mittere alium æquè idoneum, & acceptabilem dño.

DE PROHIBITA ALIENATIONE Feudi,per Federicum.

TITVLVS LV.

Imperator hic ſtatuit hanc legem, quæ non ſolum concernit alienationes præteritas,ſed etiam futuras,& iſta lex fuit poſita poſt titulum præcedentem,quia illa lex fuit eiuſdem Imperatoris Federici.

IMperialem. Allegatur textus iſte, ꝙ Imperator Federicus ſollicitus circa vtilitatem Imperii,& ſubditorum,habita diligenti deliberatione, prohibet alienationes feudorum ſiue in totum, ſiue in partem abſque voluntate dominorum,ſiue fiant in titulo venditionis, ſiue pignorationis,ſiue relicti pro anima,ſeu alterius cuiuſlibet alienationis.Inſuper reuocat omnes alienationes,quę in præteritum factæ fuiſſent, non obſtante aliqua præſcriptione,remanente actione ad precium emptori bonæfidei.Et dũ dicit textus de præſcriptione,intellige lõgi temporis, non autem intelligas de longiſſima,quia per eam tollitur oĩs actio, ſecundum glo.de qua vidimus ſup.de cap.Corra.§. præterea. Hoc etiam videtur ſentire glo.hic,ſi recte ponderetur.Habes ergo ex hoc textu regulam,ꝙ omnis alienatio,ſeu diſtractio ſuper feudis in totum,vel in partem eſt interdicta vaſallis abſque voluntate dominorum,de quo etiam ſupr. de vaſallo, qui contra conſtit.Lotha.c.j.& ſup.qualiter olim feudum poterat alienari.ī prin. Et idem eſt etiam de pignoris obligatione,quæ eſt interdicta in totum ſiue pro parte,quod intellige, quando ex dicta pignoratione trãsfertur poſſeſſio rei in creditorem,ſecus autẽ ſi fieret ſimplex feudalis pignoratio, ſeu hypothecatio abſque traditione poſſeſſionis,de quo dictum eſt ſup.de capit.Corra.§.præterea. Et quia Aluar. hic allegat textum,qui ſolet reputari ſingularis,in l.qui habebat.ff. de legat.3.vide tu, quæ dixi in Alphabeto,in verbo, Pignus. Habes etiam ex hoc textu,quod ſolus bonęfidei emptor repetit precium a vaſallo vendente, cum feudum fuerit reuerſum ad dominum,non autem malęfidei,arg.l. cum Prætor.ff.de iud. Tangunt hic gl.& Doctores,an dominus poſſit pignori obligare ſuam proprietatem, quam habet in feudo abſq; voluntate vaſalli? Et videtur communiter concludi, quod poſſit, quia cum hoc non reperiatur cautum iure feudorum, remanet hoc in diſpoſitione iuris communis.cap.1.ſup.de feu. cognit. Sed de iure communi hoc eſt cautum.l.2.C.de vſufruc. Limita tamen hoc, niſi ipſe dominus pignoraret ius ſuum pro tanto precio, ꝙ non eſſet ſpes luitionis, quia tunc eſſet idem,quod in alienatione.l.qui habebat, in princ.ff. de leg.3. Nota etiam hic gloſ. ꝙ ſi vaſallus alienauit feudum ſine voluntate domini,ſed poſtea recuperauit, non propter hoc euitat pœnam,de quo ſupra in c.1.in prin. quid iuris ſit, ſi poſt alie.&c. Tangit etiam gl.ꝙ ſi vaſallus, qui non habet deſcendentes,vel agnatos aliquos, in ſuo teſtamento diſpoſuit de re feudali,ipſum feudum ligando perſonæ prorſus extraneę,an dominus teneatur inueſtire talem legatarium,vel hæredem? Et determinat, ꝙ non, quia vaſallus nullam habet facultatem diſponendi de feudo in teſtamento, ſed iſto caſu feudũ reuertetur ad dominum. Quærit etiam glo. an vaſallus poſſit abſq; pœna ius ſuum feudale dare in dotem pro filia ſua? Et concludit,ꝙ non,& de hoc vide quæ dicta ſunt in ver. donare.ſup.quali.olim feu.pot.alie. Quærit etiam gloſ.an vaſallus poſſit abſque voluntate domini ſui ius ſuum feudale dare alteri in emphytheuſim perpetuam? Et tenet, ꝙ non, quia eſt alienatio.Et addit etiam Bald. ſi eſſet appoſitum pactum, ꝙ ex tali contractu non tranſiret vtile dominium, quia hoc videretur eſſe factum in fraudem legis. Quærit etiam gl. quid ſi dominus dedit licentiam,vt poſſit vẽdere Titio amico ſuo, an poterit vendere alteri? Et concludit, ꝙ non, quia fines mandati ſunt diligenter cuſtodiendi.l. diligenter.ff. man. Et cum ſit conceſſum vni,videtur prohibitum alteri.l. cum Prætor.ff.de iudi.Eſt ergo tutius, ſecundum Doct.impetrare ſimpliciter licentiã vendendi,non limitando ſe ad aliquam perſonã,quia tunc poſſet vendere quibuſcunque. Quærit etiam glo. an vaſallus vendens feudum malæfidei emptori poſſit retinere precium, poſtquam dictus emptor illud repetere non poteſt. Et reſpondet, ꝙ non,ſed applicabitur fiſco. l. Lucius. ff.de iu.fiſ.Licet Bal. velit, ꝙ remaneat precium apud eum, cui ſolutum eſt. Nec poterit emptor malæfidei, ſecundum glo.repetere precium, licet ſit ſtipulatus de euictione. Et ſic habes limitationem.l.ſi fundum.C.de euict.quia loquitur de re aliena,in qua non eſt prohibitio alienationis, quæ ſui natura eſt alienabilis. Nos autem loquimur de re expreſſe prohibita alienari, in qua emptor malæfidei plus peccauit, de quo vide per Dd.in d.l.ſi fundum.quia glo. tenet contrarium in l.quemadmodum.C.de agri & cenſi.lib. 11. Querit etiam glo.quid ſi emi bona fide feudum a vaſallo, & conueni cum vaſallo ſpecialiter,vt non agam de euictione,an tunc potero repetere precium? Et reſpondet,quod ſic,l.ex empto. in fi.ff. de act.empt.de quo vide per gloſ. & Docto. in l.ſi familiæ.C. fami.erciſcun.Et ſi emptor bonę fidei,ſecundum gl.non vult repetere precium, ſed vult agere ad intereſſe, poteſt l.empti actio.C.de euict. Et intentabit actionem ex eo contractu.l. ex empto.§.ſi is qui vina.ff. de acti. empt. Quia quantum ad præiudicium ipſius vendentis,contractus cenſetur aliquis, licet ſit nullus,quantum ad tranſlationem rei. Limita tamen illud,quod dicitur in textu iſto,quod alienatio feudi non valet,non conſentiente domino,vt non procedat quando alienatur inter proximos agnatos,ad quos eſt reuerſurum, quia non eſt propria alienatio.ſed refutatio.c.1.de alien.feud. pat. Limita ſecundo,niſi ab initio fuiſſet conceſſum feudum, eo pacto,vt poſſit alienari.c.1.ſup.de feu.non ha.propriam naturam feu. Limita tertio,niſi vaſallus infeudaret alteri,quia poteſt,c.1. ſup. qualiter olim feudum poterat alienari. Limita quarto,niſi vaſallus pignoraret ius ſuum domino: quia tũc non cadit in pœnam, quia iam adeſt conſenſus ipſius domini,ſecundum Doct c.1.de feu. Et dominus lucrabitur fructus c.cõqueſtus de vſu.Sed quæritur, quid ſi ſunt plures domini. & vnus pignorauit vni ſine voluntate aliorum? Et hoc poterit facere vaſallus,ſecundum Bal.ſi feudum eſt indiuiduum, ſecus ſi diuiduum:quia non poterit pro parte aliorum. Nec poteſt vaſallus concedere vſumfructum in re feudali, conſtituendo alium uſufuctuarium, ſecundum Docto.l.fi.C. de re alie.non alienan.ſed bene poſſet vendere fructus totius temporis,quo apud eum erit res feudalis,quia prohibitus vendere,non prohibetur de fructibus diſponere. Quæritur etiam per Docto. Vaſallus habuit licentiam vendendi feudum, an poſſit etiam virtute licentiæ vendere partem? Et reſpondetur quod non,item ſi eſt cõceſſa licentia Titio,non videtur conceſſa filijs:item ſi eſt conceſſa licentia vendendi, non poterit pignori obligare,& hoc de rigore, ſecundum Doct.qui ſolet multum ſeruari in contractibus, licet de æquitate videretur contrarium. Et tu adde textum ſingularem, in l.ſi pupillorum.§.ſi Prætor.ff. de re. co. Vbi ſi eſt interpoſitum decretũ, quod bona pupilli poſſint vendi, non poterunt pignori obligari.Et cum vterque caſus ſit prohibitus,ſi eſt licentia data in vno,videtur remanere prohibita in alio.l. cum Prætor.ff. de iudi.Sed quid,ſi infeudauit tibi feudũ, & tu infeudaſti Titio, & Titius vult vendere, quæritur cuius domini requiritur conſenſus,mei prioris domini, an tui? Et conclude, ſecundum Doctores,quod conſenſus mei prioris domini,& vide quę dicuntur in §.illud.ĩ.eod. Quæritur etiam,an per licentiam datam per dominum de vendendo, inducatur præiudicium domino in iuribus ſuis vaſalligijs,quæ habet in dicto feudo? Et dicas,ſecundum Doctores quod non,quia fuit cogitatum ſolum de venditione iuris vtilis ipſius vaſalli, vnde non debemus extendere ad iura domini,& ſine aliqua reſeruatione remanet ſaluum ius ipſius domini.l.ſi pupilli.§.1.de nego.geſt. Et ſufficit, ſecundum Dd. ſiue præcedat conſenſus alienationis,ſiue ſubſequatur. Et ſi vaſallus vendidit ſaluo iure domini,& filiorum & agnatorum,& procedit ad traditionem,iſta verba nihil releuãt,niſi diceretur, nec aliter,nec alio modo. Bald.in §.ſi.ſup.quæ fuit pri.cau.ben.amitten. Quæritur etiã, quid ſi vaſallus vendat, & transferat ſub conditione,ſi poteſt hoc facere de iure ſine amiſſione iuris & precii,an iſto modo incurrat periculum iſtius legis? Et dico,quod non,quod limitat Bal.niſi quando captio domini poſſit interuenire per corporalem traditionem, puta caſtri, quod vix dominus poſſet recuperare,quia dolus eſt ĩ traditione, qui debet purgari per amiſſionem feudi.l.eleganter.in prin.ff.de dolo.Et ita dicit ſe conſuluiſſe, de quo per Bald.in §.hoc quoque.ſup.de ſuc.feu. Et nota, quod textus iſte intelligitur in pignore voluntario: ſecus ſi ſit ex neceſſitate, vt quia capitur feudum in cauſam iudicati.arg.l.alienationis.ff.fami.erciſ.quando vaſallus nihil aliud habet, & ille in quem feudum preuenit ex dicta cauſa poterit retinere, donec viuat vaſallus, de quo per Bald. in l. etiam.C. de exe. re. iu.per Barto.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.inſe.Nec poteſt vaſallus permutare ſine voluntate domini, ſecundum Docto. quia ſub verbo alienationis cõtinetur.Nec poteſt dare in ſolutum per iſtum textum. Sed quid, ſi vaſallus locauit vſque ad centum annos,an videatur

alienaſſe,

alienaſſe, ita quod incidit in pœnam? Dicit Bald. quod non: ſed tamen non tenet locatio. ſup. qui feud. dare poſſ. in princ. per Bald. Si tamen eſſet facta in fraudem, induceret priuationem, ſecundum Aluaro.

§. Callidis. Allegatur textus iſte, quod vaſallus fraudem committens circa alienationem feudi, priuatur ipſo feudo, & ad dominum libere reuertitur. In iſto textu fit mentio de fraude, vide quæ dixi late in alphabeto, in verbo, Fraus. Et nota etiam, quod hic eſt ſtatuta certa pœna facientibus fraudem, tum quia annullatur actus, tum quia contrahentes puniũtur in amiſſione rei, quia etiam annullatio actus eſt pœna, de quo vide multa in Alphabeto, in verbo, Annullatio. Et probat textus iſte, quod licet vaſallus non poſſit alienare abſque domini voluntate, poteſt tamen infeudare, dummodo fiat ſine fraude, vt hic, & c. beneficium. ſup. ſi de feu. fuerit contro. quæ fraus intelligitur, quando interuenit precium quoquo modo. Nota glo. hic, quæ quærit, an vaſallus poſſit renunciare feudo inuito domino? Et concludit, ꝙ ſi feudum eſt datum ſimpliciter abſque præſtatione alicuius ſeruitii, & tunc poteſt, ſecus ſi eſt conditionatum, vt quia eſt datum ad certum ſeruitium, de quo per gl. & Dd. in c. fin. de capita. qui cu. ven. Nota etiam glo. quæ quærit, an vaſallus vendens feudum ſine voluntate domini, amittat dominium ipſo iure, an requiratur ſententia? Et reſpondet, ꝙ quantum ad vaſallum, non requiritur aliqua ſententia, ſed quantum ad bonæ fidei emptorem requiritur. Et ſic dominus non poterit propria auctoritate apprehendere poſſeſſionem. Et nota, ſecundum glo. & Dd. quod ſi nos loquimur de amiſſione feudi per alienationem, non requiritur ſententia, quia ipſo iure eſt priuatus, & eſt aperta via domino, ſecus autem de amiſſione feudi, quæ fit per feloniam, ſeu delictum vaſalli, quia tunc requiritur ſententia. Et eſt ratio, quia qui alienat & tradit, ſe facit penitus alienum a feudo, quia illud eſt habere feudum pro derelicto in iure. Ergo ius, & poſſeſſio perditur, argu. l. fina. ff. pro dere. ſecundum Bald. Et quia dicitur in textu, ꝙ feudum reuertitur ad dominum, intellige vel in feudo nouo, vel ſi vis in antiquo intelligere, debemus præſupponere, quod hic nulli extabant agnati ipſius vaſalli. ſup. de ſucceſſ. feu. §. hoc quoque.

§. Scriba. Allegatur textus iſte, ꝙ Notarius ſcribens inſtrumentum de alienatione feudi illicite facta, punitur in amiſſione officii, & manus cum infamia. Et ſic punitur Notarius, qui ſcribit inſtrumentum de contractu prohibito. quod facit, ſecundum Bald. contra Notarios, ſcribentes inſtrumenta ſcienter confecta in fraudem vſurarum, quia debẽt remoueri ab officio tabellionatus cum infamia, & pro vno, & eodem delicto punitur hic quis triplici pœna. Et nota, ꝙ iſte textus non procederet in Notario minore viginti quinq; annis, vt ſibi amputetur manus, quia vere iſtud inſtrumentum non eſt falſum, ſed temerarium, ſecundum Aluarot. alleg. autem Bal. qui tamen hoc non dicit. Et de æquitate placet ipſi Aluar. licet de rigore poſſet dici contrarium, ſecundum eum. Nota etiam, ſecundum Docto. ꝙ iſte text. intelligitur de manu dextra, quia cum illa fecit inſtrumentum, vt puniatur in eo, in quo deliquit, & vt non poſſit amplius facere ſimilia. Sed iſta ratio non placet Aluaro. Dicit enim, ꝙ eſt priuatus officio tabellionatus, & ſic omnino non poteſt amplius ſcribere tanquam Notarius, ſed poteſt dici, ꝙ poteſt reſtitui per Principem ad illud officium, & iterum poſſit ſimilia attentare. Et ſic habes limitationem ad notata in Auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. vbi punitur quis in manu minus potenti, quia ibi loquitur in delicto, quod poteſt ita committi per manum ſiniſtram, ſicut per dextram, vt in furto. & eſt pulchra limitatio ad illam Auth. Et idem poſſumus dicere in percutiente, quia non ita bene, quis percutit cum ſiniſtra, ſicut cum dextra, & prædicta videntur procedere in illo, qui vtitur dextra, prout eſt de lege Cor. ſecus in illis, qui vtuntur in ſcribendo, & aliis ſiniſtra tanquam dextra, & plus poſſunt cum ſiniſtra, quam cum dextra.

§. Præterea ſi quis. Allegatur textus iſte, ꝙ ſi vaſallus minor quatuordecim annis ſuccedens in feudo, non petierit inueſtituram a domino, vel ab hærede domini per negligentiam infra annum & diem, amittit feudum. Et ſic habes hic, ꝙ vaſallus debet petere renouationem inueſtituræ, & fidelitatem polliceri infra tempus limitatum ex conſuetudine feudorum, ꝙ ſi non fecerit, amittit feudum. & hoc procedit in vaſallo maiore quatuordecim annis, quoniam infra illam ætatem non currit ſibi tempus, de quo in c. de minori. ſup. Si de feudo fuerit controuerſia. intellige tamen, niſi quis impediretur ex iuſta cauſa ad petendum renouationem inueſtituræ, de quo in cap. j. ſup. quo tempore miles. Nota, ſecundum gloſ. & Dd. quod ſi iſte vaſallus maior quatuordecim annis eſſet minor viginti quinque annis, & non petierit inueſtituram, ſecundum formam hic traditam, erit tamen reſtituendus tanquam læſus, & ita cõmuniter tenetur, videtur tamen ex hoc ſequi vnum inconueniens valde magnum, cum minor poſſit reſtitui vſque ad ætatem viginti nouem annorum, & ſic dominus ſuus ſtabit in ſuſpenſo per totum dictum tempus, vt non poſſit effectualiter arctare iſtum minorem vaſallũ ad ſuſcipiendum renouationem inueſtituræ, quod videtur eſſe contra mẽtem iſtius textus, ſed reſpondetur, quod dominus poteſt conſtituere iſtum minorem in vera contumacia per monitionem Parium vel alio modo, prout fieri poteſt de iure, ſi non habet Pares, quia tunc eſſet in dolo, & non reſtitueretur amplius. l. ſi ex cauſa. §. ſi in commiſſum. ff. de mino. Et, ſecundum Dd. ſi pubes habet curatorem, & permittit labi tempus, non tamen hoc nocet puberi per ea, quæ habentur in l. ſi curatorẽ. C. de in integ. reſti. mino. Not. etiam, ſecundum Dd. quod iſte text. licet videatur loqui in maſculo, tamen procedit etiam in fœmina, quæ ſuccedit in feudo. Dicunt tamen Dd. quod non incipit ſibi currere tempus, niſi poſt quatuordecim ann. quia iſte textus limitauit iſtam ætatem, licet ſit aliud de iure communi. Inſtit. quibus modis tutela finitur. in prin.

§. Firmiter. Allegatur textus iſte, quod ſi vaſallus legitime vocatus non venit cum dño in exercitu, vel non miſerit alium loco ſui, qui ſit acceptus domino, vel non ſoluerit dimidiam partem redditus feudi vnius anni, amittit ipſum feudum, quod reuertitur ad dominum. Habes ex hoc textu, quod debet dari vaſallo competens ſpacium ad iter arripiendum in aſſociando dominum ſuum in exercitu: quod intellige habita conſideratione qualitatis perſonæ. l. continus. §. cum ita. ff. de verborum obli. & etiam itineris qualitate. l. 1. & 2. ff. ſi quis cautio. attenta via recta nõ per circuitus, niſi ex cauſa neceſſaria. l. non ſolum. ff. de excuſ. tuto. dabitur quoque dicto vaſallo aliud ſpatium præambulum ad prædictum iter, infra quod poſſit ſibi parare neceſſaria pro viatico, & alijs ſuis oportunis: & ſecundum Dd. illud ſpatium erit in arbitrio boni viri. Probat etiam text. iſte expreſſe, quod vaſallus poteſt ſeruire domino per ſubſtitutum, dummodo ſit æque idoneus, qui ſit acceptabilis domino, & de hac materia ſup. ſi de feu. fue. contro. §. ſi quis deceſſerit. & ſi vaſallus miſit loco ſui perſonam, non æque idoneam, neque acceptabilem domino, ſed tamen dominus acceptauit, an intelligatur vaſallus ſatis feciſſe? Et dicit Bal. quod ſic, etiã ſi iſte dominus fuiſſet Prælatus eccleſiæ, quia factum Prælati præiudicare poteſt Eccleſiæ in acquirẽdis, dũmodo ſm ipſum non vertatur magnum præiudicium eccleſiæ: & ſi vaſallus eligat mittere alium, debet mittere perſonam idoneam, quæ ſit apta acceptari per dominum, vt hic. & in cognoſcendo iſtud vir bonus arbitrabitur, & in arbitrando non debet eſſe nimium delicatus, neq; nimium onerosus, ſed tenere mediũ. l. continuus. in princip. ff. de verbo. obliga. ſi autem vaſallus ſit nobilis, & celebris, qui ſi iret perſonaliter, iret multum aſſociatus, ſed vult mittere vnum ſubſtitutum loco ſui, qui nõ ſit iturus ita aſſociatus, an dominus poſſit recuſare? & dicas quod ſic, quia non eſt æque idoneus, niſi ille eſſet ducturus tot ſecum, prout dominus erat ducturus. Idem dicas, ſi vaſallus erat multum induſtrioſus in conſilijs dandis, & dominus diceret, Volo tuam induſtriam, quia longa eſt differentia inter artifices. l. inter. ff. de ſolu. ſecundũ Dd. Sed tamen obuiandum eſt malitiæ domini. l. in fundo. §. conſtituimus. ff. de rei vendic. quia forte ex pecunia, quam ſoluit vaſallus, dominus poſſet reperire ita ſtrenuum, & ſapientẽ, ſicut ipſe eſt. Et circa ea, quæ dicuntur in hoc textu, electio eſt vaſalli. l. plerunque. in fin. ff. de iure dot.

§. Præterea Ducatus. Allegatur text. iſte, quod feuda Ducatus Marchiæ, & Comitatus non ſunt diuiſibilia, alia vero feuda ſic: quo caſu omnes vaſalli, ad quos portio feudi ex diuiſione peruenit, iurare debent domino fidelitatem, nõ tamen compellitur vaſallus ex facto domini recognoſcere plures dominos: quinimo non poteſt dominus transferre ius ſuũ in aliũ, ſine voluntate vaſallorũ. Et ſic habes hic, quod feuda dignitatum & principatuum regalium non diuidũtur. Et adde gl. in c. ſi hæredes. de teſta. & ratio eſt, quia debent ſtare vnitæ & non diuiſæ, ne per diuiſionem diminuantur, & deducantur ad deſtructionem, de quo per gl. in c. licet. de vo. Hoc tamen limita, niſi hoc fieret ex ſpeciali priuilegio Principis, vel ex conſuetudine inducta ſcientibus Imperatoribus, ita quod ex certa ſcientia Imperatorum diuidantur. Et licet ſint indiuiſibilia reſpectu iuriſdictionis, & dignitatis, tamẽ poſſunt Dux, Marchio, vel Comes, alteri infeudare, ſecundum Dd. de quo per Bal. in Auth. hoc amplius. C. de fideicom. Vbi plura dicit in materia. Feuda autem inferiora, quæ non habent annexam dignitatem, & principatum, ſunt diuiſibilia, & ſic talia feuda poſſunt diuidi ſine licentia dominorum, & ſine periculo, de quo ſup. de natura ſucceſſionis feu. c. 1. Probat etiam

textus

Textus iſte, quod non poteſt dominus ius, quod habet, transferre in alium extraneum ſine voluntate vaſalli, nec in totũ, nec in partem, vt non cogatur habere plures dominos reſpectu eiuſdem feudi. ſup. quo tempore miles. c. ij. Et ratio eſt, qa per contrarium non poteſt vaſallus ſuũ ius transferre in aliũ ſine voluntate domini, & debent ad paria iudicari dominus & vaſallus. c. j. de forma fide. Intelligitur tamen textus iſte, ſecundum gl. & Doct. quando ex mera volũtate & proprio motu vellet dominus conſtituere alios dominos vaſallo, quia nõ poteſt, vt hic, ſed ex cauſa neceſſitatis compellitur vaſallus habere plures dominos, videlicet quando dominus moritur relictis pluribus hæredibus, quia tunc omnibus eſt præſtanda fidelitas per vaſallum, de quo per gloſſ. in l. ſi cuius §. ſed ſi plures ff. de vſufruct. Poteſt tamen ex ſpeciali conſuetudine induci, quod dominus transferat ius ſuum in alium ſine volũtate vaſalli, ſecundum glo. & Doctor. Sed quid, ſi aliquis eſt vaſallus alicuius Collegij ſeu Vniuerſitatis, dicas, quod debet adiuuare Vniuerſitatem, non autem aliquam ſingularem perſonã. l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diuiſio. Debet tamẽ adiuuare adminiſtratorem, & debet ſe abſtinere ab offenſione adminiſtratoris, alias feudo priuaretur, ſecundum Docto. Et ſufficit etiam denuntiare adminiſtratori ad excuſationem ſui, vt inueſtiatur. l. municeps. ff. ad munici. Sed quid ſi Vniuerſitas habeat feudum, & aliqua ſingularis perſona de Vniuerſitate offendat dominum, propter hoc Vniuerſitas non amittit feudum, priuatur tamen Vniuerſitas ex facto adminiſtratoris, quo caſu puniretur Vniuerſitas durante adminiſtratore, ſed eo remoto vel mortuo, redibit feudum ad Vniuerſitatem §. fi. ſup. de capi. Corra. ſecundum Docto. hic. Et cum hic exceptuentur iuriſdictiones, Marchionatus, Ducatus & Comitatus, videntur omnia alia includi. l. cum prætor. ff. de iudic. ergo videtur quod iuriſdictiones poſſint diuidi, fiat autem diuiſio ſic, ſecundum Docto. uel per iudicationem, vel alternis annis, vel etiam per diuiſionem territorij & regionis, cautionibus interpoſitis, de non impediendo adinuicem. l. communi diuidundo. §. ſi duo. ff. commu. diui. Et licet ſecundum Bal. ipſa ſubſtantia iuriſdictionis non poſſit diuidi, quia eſt quid incorporale, in ſe tamen commoditas ipſius iuriſdictionis bene põt diuidi. l. qui in aliena. §. fi. ff. de neg. ge. & Bal. tenet contra Bar. in l. inter tutores, in fi. ff. de admi. tu. dum dixit, quod ſi duo vaſalli diuidant feuda paterna & caſtra, & iuriſdictiones inter eos, & vnus delinquat in parte alterius, ꝙ non poteſt per ipſum puniri, quia iſta iuriſdictio adhuc eſt apud ambos inſolidum, & par in parem non habet imperium. Dicit Bald. quod illud, ꝙ dicit Barto. procederet in iuriſdictionibus Marchiæ & Ducatus, ſed in alijs inferioribus non, quia in iſtis cadit vera diuiſio iure adminiſtrationis. Quærunt Docto. quid ſi duo habent domum communem in feudum, & vnus ſolus illam inhabitauit altero abſente, an teneatur alteri ſoluere partem pẽſionis? concluditur quod non, quia habet ius in quolibet ceſpite terræ, & in qualibet parte domus ꝓ indiuiſo, & ſic ſuo iure vſus eſt. l. merito. ff. pro ſo. Facit quod notat gl. in l. Sabinus. ff. commu. diuid. Quærunt etiam Doct. quod ſi duo fratres Marchiones diuidunt bona ſua inter ſe hoc modo, quia ad vnum peruenit tota Marchia, ad alium bona omnia allodialia, an talis diuiſio teneat? Et concluditur quod ſic, quia quoad Marchionatum non eſt facta diuiſio. l. & puto. §. j. ff. fam. erciſcund. Qđ tamen intellige, niſi talis diuiſio eſſet facta in fraudem domini, vt quia totum feudũ deuenit ad illum, qui habebat filios, ſed bona alia ad illum, qui penitus non habebat filios, neque ſperabat habere, & feudum erat nouum, ita quod ad dominũ portio ſua debebat reuerti, quia tunc talis diuiſio nõ teneret in præiudicium domini. arg. §. Callidis. ſup. eo. Sed quid, ſi Marchioni ſeu Duci concedantur de nouo noua caſtra, an intelligantur eſſe de Marchia, vel Ducatu, vt habeat eandem naturam? & dicit Bald. quod non, l. in agris. ff. de acq. re. do. Quærũt ẽt Doct. datum eſt feudum de nouo duobus pro indiuiſo, iſti poſtea diuidunt inter ſe ita quod vnus habet duas partes, alter tertiam, ille, qui habet ſolum tertiam, moritur, ita quod portio ſua dẽt reuerti ad dominum, an dominus debeat habere ſolum illam tertiam, an vero medietatem? Et concludit, quod medietatem, imo dominus poſſit incontinenti reuocare quaſi cenſeatur alienatio vltra medietatem per iſtum tex.

§. Inſuper.

Allegatur text. iſte, ꝙ ſi filius aut domeſticus vaſalli offendat dominum, debet deduci per ipſum vaſallum ad ſatisfaciẽdum domino, vel eos a ſe ſeparet, ſi vero filius offendẽs recuſet facere, non ſuccedet in dicto feudo poſt mortem vaſalli, & ſic vaſallus tenetur deducere filium ſuum, vel domeſticum delinquentis ad ſatisfaciendum domino pro dicta offenſa, vel eos a ſe ſeparare. Et ratio eſt, quia vaſallus tenetur adiuuare dominum cõtra filios & fratres ante delictum commiſſum & offenſam. ſup. hic finitur lex. in. fi. Vnde ſimiliter poſt delictum commiſſum eos debet deducere ad ſatisfaciendum domino, vel a ſe ſeparare. S' tamen pater non ſeparet, quia ſecum non habitaret, non incideret in pœnam, ſed filius nolens ſatisfacere non ſuccedat in feudo. Et ſic nota, quod ſi vaſallus delinquat in dominum tpe quo tenet feudum, amittit illud, ſi vero antequam ad feudum vocetur, poteſt ꝑ ſatisfactionem ſubmouere obſtaculum ſui delicti, vt hic, & c. 2. ſup. de capi. qui Curiam ven. Quærit gl. dominus promiſit mihi feudum, ego vero poſt dictam ꝓmiſſionem & conceſſionem feudi, ſed antequam haberem inueſtituram de dicto feudo, commiſi feloniam aduerſus ipſum dominum, poſtea peto inueſtituram de dicto feudo, dominus vero recuſat facere propter dictam feloniam commiſſam, ego vero nego me dictam feloniam commiſiſſe, vel etiam confiteor. ſed dico, quod prius debeo inueſtiri, quam cognoſci de dicta felonia. Et in hac quæſtione breuiter conclude, ſecundum Doct. quod ſi vaſallus agat, ut inueſtiatur, quia promiſſum eſt ei feudum, proponet dominus exceptionem, quia culpauit. Et hoc intelige, quando confiteatur vaſallus, vel ſi negat, dominus inueſtituram facere: ſed ſi iſta probatio feloniæ requireret altiorem indaginem, tunc iſte vaſallus deberet inueſtiri. Et nota vnum pulchrum dictum Bald. ſuper glo. quod ſi eſſet felonia commiſſa alienando, vel eſſet alia felonia, in qua eſſet appoſitũ pactum, quod uaſallus caderet a feudo ipſo iure, ſi eã committeret, tunc tale præiudicium tranſiret in hæredem ẽt querela non præparata, ꝙ eſt notabile. Nota glo. quæ quærit, quod ſi uaſallus habens feudum antiquum, commiſit delictũ erga dominum, ex quo cadebat a feudo, ſed dominus ſibi remiſit dictam iniuriam, & reſeruauit filio feudũ, poſtea moritũ vaſallus, agnati volunt ſuccedere in dicto feudo tanquam antiquo, dominus dicit, quod fuit effectum nouum per dictam reſeruationem, ex quo ad ipſum ſpectat, quæritur, an cenſeatũ antiquum vel nouũ. Et reſpõdet gl. quod antiquũ, & ſic agnati debent admitti. Sed de hoc vide dicta in capitu. j. ſup. de vaſ. decrep. æta. per Bar. in l. ꝙ dicitur. §. pen. ff. de impen. Quærit ẽt glo. quid ſi vaſallus delinquit contra dominum, ſed dominus in vita non eſt conqueſtus de vaſallo, an mortuo ipſo domino poterit hæres ſuus placitare cum dicto vaſallo, & conqueri de eo occaſione dicti feudi, & per cõſequẽs auferre ſibi feudum? Et gl. quod non, ſed uide dicta in §. porro. ſup. quæ ſit prima cauſa benefi. ami. & in §. j. ſup. quæ ſit j. cau. benefi. ami. & in §. j. ſup. quib. mod. feu. amit. Et ſi quæratur de forma, qualiter deducat vaſallus prædictus offendentem domino ad ſatiſfactionem, dicas, quod duobus modis, ſecundum Doctor. Primus modus eſt, quod, offendens ponat ſe in manibus domini offenſi tanquam in arbitratorem, qui puniet eum, ſicut iudex poſſet. Et ſi excederet modum in puniendo, poſſet reduci ad arbitrium boni viri, per notata in l. pen. ff. de arbit. non poteſt tamen corporaliter punire. Secundus modus eſt, quod uaſallus deducat offenſorem ad dominum, ſcilicet vt ſtet iuri, & per modum iudiciarium cognoſcatur & vendicetur. Et text. iſte procedit, etiam ſi iſte offendens eſſet filius emancipatus a patre, ſecundum Docto. Quæritur, an valeat pactum, quod pater cadat a feudo propter delictum filii? Alua. allegat Bal. in l. j. C. de his, quæ pœ. nomi. quod non, quia eſt iniuſtum pactum ar. l. præter. ff. de hæredib. inſti. Sed Alua. tenet contrarium, poſtquam pater ſe adſtrinxit in inueſtitura ad tale pactum & obligationem, per ea quæ habentur in §. pen. & fi. ſup. quid ſit inueſt. nam cum non videatur turpe, videtur eſſe iuſta cauſa beneficij amittendi. §. ſed nec alia. ſup. quæ fuit prima cau. benef. amit. Et pro iſta opinione poteſt adduci, quod habetur in ca. cum homo. xxiij. q. v. quod quis non poteſt ſe obligare ꝓ alio ad pœnam corporalem, ergo ad aliam pœnam poteſt. & voluit Bal. in l. de quibus. ff. de legib. ubi format quæſtionem de patre obligante ſe ad pœnam pro filio, quod poteſt, niſi eſſet corporalis. Et nota, ſecundum Bald. quod per ſeparationem filii, de qua hic, non perdit pater patriam poteſtatem. argu. l. abdicatio. C. de patria pot. Et nota, quod ab iſtis domeſticis, de quib. in textu, excipitur vxor, ſecundum Bal. l. manifeſtiſſimi. §. fi. C. de fur.

§. Illud quoque.

Allegatur textus iſte, quod vaſallus offendẽs dominum domini ſui, priuatur feudo, & reuertitur ad dominum ſuum, a quo dictum feudum recognoſcebat, niſi illa offenſa fuiſſet facta per dictum vaſallum, ſeruiendo licite alteri domino ſuo antiquiori, a quo illud feudum tenebat, vel niſi de prædicta offenſa requiſitus ſatisfacere ſit paratus, ſed ſi dominus huius vaſalli offendentis idemque uaſallus ſit requiſitus deducere iſtũ offendentem, & non faciat, amittit feudum. Et ſic de iure nouiſſimo vaſallus poteſt alteri infeudare, quia hoc permittitur ab Imperatore, qui prohibuit alienationem feudorum, & ſecundum Docto. hoc etiam procedit in feudo eccleſiaſtico, de quo in c. ex tranſmiſſa. de foro compe. ubi per Anto. de But. ꝙ tamen intelligas, ſecundum glo. & Doct. dummodo infeudet ſincere & ſine fraude, & coæquali perſona, & eiſdem modis, q̃bus ipſe habet. Probat etiam textus iſte, quod vaſallus pluriũ domi-

dominorum eſt obligatus priori, etiam in offenſam contra poſteriores dominos, quia qui prior tempore, potior eſt in iure, facit quod habetur in l. in operis. ff. locati. Et quia dicitur in textu, quod vaſallus offendens dominum domini, debet amittere feudum, ſi tu velles ſcire rationem, dicas, quod iſta eſt, ſecundum Dd. quia ab eo mediate, & ſucceſſiue habet cauſam, & tenetrem ſuam, & cauſa prima influit in vltimas, ſecundum Bal. Et nota, ſecundum glo. & Dd. quod ſi primus vaſallus infeudauit alteri, & ille alteri, & vltimus vaſallus alienat illicite, primus dominus reuocat, quia eſt ille, qui habet dominium directum, quia requiritur eius licentia, de quo per Al. ſup. in prin. huius textus, in quæſtionibus. Et iſte textus loquitur, quando dominus primus offenditur per ingratitudinem delicti, quia tunc feudum non refertur ad ipſum, ſecus ſi per ingratitudinem contractus, ſcilicet alienationis. Et ratio eſt, ſecundum Dd. quia cum frequentius alienāt vaſalli, quam delinquant, merito talis frequentia alienationis debuit habere ſpeciale ius. l. ſingul. ma. ff. ſi certum petat. Not. etiam gl. quod vaſallus inueſtitus de feudo in quo non ſunt ſpecificati confines, neque quantitas feudi, poteſt compellere dominum, vt oſtendat ſibi feudum, & quantum fines protendantur. Dicas tamen, ſecundum Dd. quod melius faciat vaſallus, quod hoc declaretur tempore inueſtituræ, & ponatur in inſtrumento, quia ſi poſt inueſtituram res deducatur in controuerſiam, poſſet dominus oſtendere modicū terræ, & dicere, Hoc eſt feudum tuum. Et videtur etiam concludi per Dd. quod ſi dominus præcipit vaſallo, quod det ſibi feudum per ſcripturam, quod tenetur oſtendere. Et nota, ſecundum Dd. quidquid dicat glo. quod ſi dominus conceſſit vaſallo feudum, vt omni anno recipiat decem de camera ſua, non poterit vaſallus compellere dominum, quod deſignet tot poſſeſſiones, vt recipe poſſit omni anno dicta decē.

§. Præterea ſi inter. Allegatur textus iſte, quod dominus feudi eſt iudex inter vaſallos ſuos ſimul litigantes de cauſa feudali? Pares vero Curiæ ſunt iudices, ſi cauſa feudalis vertatur inter dominum & vaſallos ſuos Dominus ergo eſt iudex inter vaſallos, vt hic, & c. ex parte de foro comp. quod intelligas verum, quū certum eſt iſtos litigantes eſſe vaſallos eiuſdem dn̄i de aliis rebus non litigioſis, vt hic. Eſt etiam in hoc textu alia regula, quod Pares Curiæ iudices ſunt competentes ſuper controuerſiis, quæ mouentur inter dominum & vaſallum occaſione feudi, vt hic, & ſup. de aliena. feu. pat. §. 1. & ſup. de controuerſia feudi apud Pares terminanda. Habes etiam ex hoc textu, quod qui fidelitatem domino non iurat, non eſt reputandus pro Pari, quod intellige verum, domino vel vaſallo diſſentiente, de quo in c. 1. ſup. de controuerſia feudi apud Pares terminanda in fi. Et limita iſtum textum, ſecundum glo. quod ſi contentio eſt inter duos vaſallos, quorum vnus dicat feudum eſſe nouum, & ſe inueſtitum a domino, alter vero dicat feudum eſſe antiquū, & dicit ad ſe ſpectare tāquam ad agnatum, quo caſu dominus poteſt eſſe iudex, cum cauſa videatur ad ipſum ſpectare, ex eo, quia teneretur de euictione illi, quem inueſtiuit, tanquam de feudo nouo, nec etiam poteſt eſſe iudex cum Curia propter ſuſpicionem, de quo in c. 1. ſup. an apud iudicem. Nota etiam glo. quæ quærit, quid ſi dominus nolit eſſe iudex inter duos vaſallos litigantes, ſecundum formam huius §. quia ponit duo remedia. Primum eſt, quod faciat cogi dominum per ſuperiorem. Secundum remedium eſt, quod conueniat aduerſarium ſuum, coram ordinario ipſius rei per regulam quæ eſt, quod actor ſequitur forum rei. Nota etiam glo. quæ quærit, an vaſalli ſimul litigantes poſſint prorogare iuriſdictionem alterius iudicis in cauſa feudali, ita quod ſententia lata teneat? Et conclude, quod talis prorogatio facta, domino prohibente vel ignorante, non tenet, & idem, ſi prohibere voluit, & non potuit, de quo per Bart. in l. 1. §. poſt operis. ff. de oper. nou. nunc. & ſi ex tali prorogatione iudex incœpiſſet cognoſcere ignorante domino, tunc dominus poterit præcipere vaſallis ſub debito fidelitatis, ne procedant amplius coram ipſo iudice, ſecundum Dd. nec obſtat. l. vbi acceptū. ff. de iudi. quia illa nō procedit, vbi fit præiudicium iuriſdictioni alterius iudicis. Nota etiam gl. quæ quęrit, in quo loco debeat ſtare dominus ad cognoſcendum inter ſuos vaſallos, quæ reſpondet, quod vbi voluerit, ſeruata honeſtate ſua, & maiorum ſuorum. l. penul. ff. de iuſt. & iure. Et intellige glo. ſecundum Docto. quod dominus poteſt eligere iudicem, vbi vult, quando haberet plura loca, vbi maiores ſui ſunt ſoliti iudicare, ſecus autem vbi haberet ſolum vnum locum, in quo iudicare ſolitum eſt, quia tūc non poſſet eligere alium, vt in d. l. penul. & ſi alibi iudicaret, eſſet nullum ipſo iure. Bald. in d. l. penult. quod limitatur, niſi partes eſſent contentę prorogando de loco ad locum. l. quęro. ff. de ſolutionibus. Secundo limitatur, niſi dominus non poſſit ibi ſedere ex aliqua cauſa iuſta impeditus, arg. eorum quę notantur l. 1. C. de ſententiis ex periculo recitādis. Not. etiam glo. quę quęrit, qualiter Pares debeant eligi, qui cognoſcere debeant de controuerſia inter dominum & vaſallum? Et reſpondet, quod debent eligi de communi conſenſu domini, & vaſalli, & ſi diſcordant in eligendo, tunc dominus eligat vnum vel duos, vel quot ſibi placuerit, quo facto, poſtea vaſallus eliget totidem. Nota etiam glo. quod ſi dominus non habet Pares in ſua Curia, tunc iudex ordinarius rei, qui conuenitur, erit iudex per regulam, quod actor ſequitur forum rei. Nota etiam gl. quę quęrit, in quo loco debeant ſedere Pares cognoſcentes de cauſa, quę eſt inter dominum & vaſallum, & pro intelligentia facies aliquos caſus. Primus eſt, quod ſi de communi conſenſu actum eſt inter partes de loco, ille erit locus. Secundus caſus eſt, quod ſi hoc non fuit actum, tunc Pares poſſunt ſibi eligere locum, dummodo ſit habilis litigantibus & honeſtus. Tertius caſus eſt, ſi Pares non poſſunt eligere propter diſcordiam eorum, tūc erit locus ille, in quo dominus ſolebat iudicare inter Pares ſuos. l. pen. ff. de iuſti. & iure. dummodo ſit ſecurus litigantibus. Quartus caſus, ſi dominus non habet locum, tunc debet eligi ille locus, in quo ſolitum ſit iudicari. l. ſi locus. ff. de iudi. dummodo ſit ſine incommodo litigantium. Quintus caſus eſt, quod ſi talis locus nō eſſet habilis litigantibus, tunc dominus tanquam maior, & honorabilior eliget locum, dummodo eligat locum conuenientem, & ſi oriretur dubitatio, an ſit locus cōueniens, vel non, tunc haberetur recurſus ad arbitrium boni viri. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. oblig. Et arbitri iuris, qui ſuccedunt in iuriſdictione iudicis ordinarii, recuſati, ſecundū Bal. poſſunt ſibi eligere locum idoneum, & habilem. l. ſi locus. ff. de iudi. Quæritur, quid ſi dominus agat coram Paribus contra vaſallum rei vendicatione, dicit eum cecidiſſe a feudo, iſte vero vaſallus nominat alium dominum in iudicio, an iſte nominatus debeat cognoſcere? Bal. quod non, quia dicitur reus. l. 2. C. vbi in rem actio. ergo non pōt eſſe iudex, l. 1. C. ne quis in ſua cauſa. Nota etiam, quod Pares debent eſſe de eadem prouincia, quia eſſet incongruum, ſecundum Bald. quod deberent vagari extra ſuam prouinciam pro iudicando, niſi forte in ea prouincia non reperirentur pares, quia tunc ſumerentur de locis vicinis, arg. l. 4. §. ſi tam vicinum. ff. de dam. infe. Nota & ſecundum Bal. quod ſi aliquis agat contra dominum, & dicit ſe vaſallum ipſius, & petit ſe inueſtiri de certo feudo, dominus vero negat, Pares erunt iudices ratione huius dubitationis, arg. l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. Et nota, ſecundum Dd. quod in cauſa feudali eſt ſeruandus ordo iuris, nam vbi deficit vſus feudorum, recurrimus ad legem ſcriptam. cap. 1. de feudi cognitione.

§. Illud. Allegatur text. iſte, quod in omni ſacramento fidelitatis ſemper habetur memoria Imperatoris, quia ſemper excipitur nominatim perſona Imperatoris, & eodem modo intelligas, quod ſemper, & perſona, & auctoritas Papæ intelligitur excepta, etiamſi nō nominatim exciperetur. c. venientes. de iureiur. gloſſ. in cap. conſtitutus. de reſcr. Et nota, quidquid dicat glo. hic, quod dominus non iurat vaſallo, ſed bene verum eſt, quod intantum tenetur dominus vaſallo ſine ſacramento, quātum vaſallus domino cum ſacramento, de quo vide in c. 1. de forma fidelitatis in fi. nec debet vaſallus iurans excipere ſeipſum, quia in generali ſermone non continetur perſona loquentis, ſecundum gloſ. & Dd. & ſi ille, cui iuratur, & iurans ſint ſub eodem Rege, debet excipi perſona Regis, ſicut ibi dicitur de Imperatore, ſecundum Bal. ſed Aluar. intelligit hoc, quando hoc dictaret ſolita conſuetudo, ſecus ſi induceretur de nouo iſta forma, quia in exactione fidelitatis nō debet induci nouitas, ſed forte, quod dicit Aluaro. non procedit in rege non recognoſcente ſuperiorem. Et ſi aliquis iuraret expreſſe contra Imperatorem, non tenet iuramentum, ſecundum Bald. tum quia dolus eſt expreſſus, tum quia eſt contra legem, immo ſi taliter iurans eſſet vaſallus, deberet perdere feudum, ſecundum Aluar. argu. c. 1. de noua forma fideli. & ſi vaſallus exceptuabit Imperatorem, ſecundum formam hic traditam, & moriatur Imperator, & alter creetur, an iſte Imperator de nouo creatus intelligatur exceptuatus? & Bald. quod ſic, quia ipſa dignitas imperialis videtur exceptuata. Nec proditor Imperatoris perdit feudum eccleſiæ, niſi per ſententiam eccleſiæ, & ideo ſi eccleſia ipſum abſoluit, non perdit. Clem. paſtor. de re iud. Bal. in l. 1. ff. de rerum diui. q. 42.

QVAE SINT REGALIA.

TITVLVS LVI.

In iſto titulo declarantur, & ponuntur plura alia priuilegia, & regalia, quæ ſpectant ad ipſum Imperatorem, vt patet in litera. Et ſi tu vis ſcire, quare magis appellantur regalia, quam imperialia; poſtquam ad Imperatorem

Imperatorem ſpectant, dicas, quod ſecutus eſt vſum communem loquendi, qui ſe habet, vt quod quilibet Magiſtratus habens ratione officii ſui aliquas honorantias, dicitur habere ſua regalia, vel etiam quia Imperator appellatur Rex, vt dixit Alua. ſup. de noua for. fideli. In prin.

REgalia. In hoc tex. ponuntur quæ ſint præcipua, & ſpecialiter ad Imperatorẽ pertinentia. Et quia dicitur in textu, Regalia, dicas quod ſunt res regni, quæ ſpecialiter ſpectant ad ipſum Regem, vel Imperatorem. In textu, Armandiæ, eſt nomen certæ gabellæ, quæ ſoluitur ex licentia faciendi. arg. quod ſolum Principi licet. in Auth. de armis. in prin. Et dum dicitur viæ publicæ, dicas, quod viæ, tanquam ad Principem ſpectantes non poſſunt alterari ſine ſuo iuſſu. Et quæ ſint viæ publicæ, declaratur in l. 2. §. viam. ff. ne quid in lo. pub. In text. Ripatica, ideſt gabellæ, quas ſoluunt tranſeuntes cum naui portum alicuius fluminis de ripa ad ripam. Ripæ tamen non ſunt de regalibus, quia earum vſus eſt publicus, ſed quantum ad protectionem, ꝙ nemo vſurpet ripas, hoc cenſetur eſſe inter regalia. In textu, Vectigalia, ſunt gabellæ, quæ ſoluũtur de mercibus, quæ portantur de loco ad locum, & vide glo. in rubr. C. de vectiga. Et quia etiam in textu dicitur de angariis, ſcias, quod angaria eſt onus mere perſonale, videlicet vt quis ſeruiat cum perſona ipſi Imperatori, & expẽſis Imperatoris. Perangaria eſt onus mixtum, ſcilicet vt ſeruiat cum perſona expenſis propriis, vel quod etiam ſoluat pecuniam vltra ſeruitia perſonalia l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mun. & hono. & per glo. hic. Et dum dicitur in textu, Extraordinaria collatio, vt quando Imperator propter aliquam imminentem neceſſitatem publicã vult inducere, & ponere aliquam collectam extraordinariam, vt pro defenſione imperii, & ſic iſtud tale impoſitum appellatur ſuperinductum, & cenſetur inter regalia, quia ſoli Imperatori licet imponere. Et de multis, quæ ſpectant ad Imperatorem, vide in meo libello, de poteſtate Papæ, & Imperatoris.

QVOT TESTES SINT NECESSARII ad probandum feudi ingratitudinem.

TITVLVS LVII.

SI vaſallus. Allegatur textus iſte, quod ad probandum ingratitudinem delicti commiſſi per vaſallum erga dominum, requiruntur quinq; teſtes idonei, qui manifeſte probent. Et ſic habes ex hoc textu caſum, ĩ quo ad probationem legitime faciendam requiruntur quinq; teſtes, & ſic fallit regula, poſita in l. vbi numerus. ff. de teſtib. Et ratio textus eſt, vt cautius ageretur cum vaſallis, ne de facili per viles & redemptos teſtes, & paucos poſſint per dominos priuari feudis. Et ideo ſtatutum fuit, vt nõ per pauciores quinque teſtibus idoneis, & integræ opinionis fieret probatio. Et tene, quod iſta ſit lex Imperatoris, licet glo. hic, dubitet, & ita magis communiter tenetur per Dd. hic, & per Bald. in c. ſi voluerit. ſup. de capita. qui Curiam ven.

DE NOTIS FEVDORVM.

TITVLVS LVIII.

Quia ſupra in hoc toto opere tractatum eſt de variis, & diuerſis conſuetudinibus, & legibus feudalibus, nunc vero generales traditiones, & regulas, ſeu notulas in dicta materia feudali adducere, & ſubiicere intendit auctor hic iuxta finem ſui tractatus.

NOtandum. Allegatur textus iſte, quod feudũ, quod de camera, vel canipa debetur, tunc demum exoluendum eſt, quando camera vel canipa habet vnde ſoluat, deducto ære alieno. Et intellige textum, prout in eo dicitur, quando dominus non fuit in culpa, quia ſecus ſi ſua culpa, quia tunc teneretur dominus ſoluere, dato, quod nihil eſſet in camera vel canipa. Probat ergo textus iſte, quod creditores præferuntur vaſallo concurrenti ſecum in exigendo a camera vel canipa, quod ſibi debetur. Et ratio eſt, quia in creditore nulla eſt liberalitas domini, ſed in vaſallo ſic. Et quia dicta verba, quod debeat habere de camera vel canipa, ſunt adiecta loco donationis, vt tãtum de dicto loco fieri debeat dicta ſolutio. l. fi. ff. de contrahen. empt. ſecus autem vbi locus eſſet adiectus cauſa demonſtrationis, tunc dato, quod in eo loco non eſſet, deberet tunc ſolui ex aliis bonis. l. quidam teſtamento. ff. de lega. 1. Nota tamen, quod iſta expectatio non aufert ius ſuum vaſallo, quia cum facultas cameræ ſe obtulerit, ſoluetur etiam pro præterito tempore vaſallo, quo tempore fuit ceſſatum. Sed an iſte textus habeat locum in aliis feudis, vt ſi dominus veniat ad inopiam debeat vaſallus ſibi relinquere tantum ne egeat? Et videtur concludi per Dd. ꝙ non, niſi dominus pro facto vaſalli conſumpſiſſet ſua bona. Et vide dicta in c. licet. ſup. ſi de feu. ſuc. contro. Et ſi apponeretur pactum in datione feudi, illud deberet ſeruari, licet ſit altercatio inter Scribentes, de quo vide dicta in d. c. licet.

§. Quod autem Pares. Allegatur tex. iſte, quod regula, quæ diſponit, quod inueſtitura debeat fieri coram Paribus, habet locum quando dominus habet Pares, ſecus ſi non haberet, quia tunc etiam fieri poſſet coram extraneis, & idoneis teſtibus ſaltem duobus. Ex hoc textu habes duo. Primum eſt, ꝙ ad inſtituendam, ſeu probandam nouam inueſtituram feudi acquiſiti de nouo, ſunt neceſſarii Pares Curiæ, vt hic, & ſup. qui teſt. ſint neceſſ. Et ratio eſt, ne quid falſitatis excogitetur in perniciem domini, quod non facile eſt credendum in perſona Parium, qui iam iurauerunt fidelitatem ipſi domino. Et prædicta procedunt, quando dominus habet Pares, ſecus autem ſi non habet, quia tunc ſufficiunt alii teſtes, dummodo alias ſint idonei, vt hic, & §. 1. ſup. de conſuetu. recti feu. Et ratio eſt, ne facultas probationis anguſtetur, & tollatur. l. quoniam. C. de hæret. Habes & ſecundo ex hoc textu, ꝙ vbi lex non ſtatuit certum numerum teſtium, debent ſufficere duo. l. vbi numerus. ff. de teſti. quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, c. cum eſſes de teſta.

§. Item ſciendum. Allegatur textus iſte, ꝙ inueſtitura poteſt fieri de re communi, & ſi fiat, poterit tam inueſtitus, quam inueſtiẽs compellere conſortem ad diuidendum, quam inueſtituram hæres inueſtientis non poteſt infringere, ipſeque inueſtitus conſequitur ex dicta inueſtitura idem ius, quod habebat inueſtiens, adeo quod poterit, vſque ad quadraginta annos petere, vt diuiſio male facta iterum fiat, & reducantur partes ad æqualitatem, & inueſtitura poteſt dari & accipi per procuratorem. Ex hoc textu habes, quod non ſolum poſſunt dari res propriæ in feudum, ſed etiam communes, quo caſu pars pro indiuiſo intelligitur data, quã inueſtitor habebat in re communi, vt hic, & l. portionem. C. de donat. l. falſo. C. de comm. re. alie. quod tamen intelligas verum, ſi nondum erat prouocatus ad diuiſionem, vel aliter res eſſet effecta litigioſa. l. alienationes. ff. famil. erciſcun. poteſt tamen quis dare in feudum totam rem communem, in præiudicium ipſius dãtis. ſed non in præiudicium alterius domini, prout dicimus quãdo quis dat in feudum rem alienam, de quo in tit. de inueſt. de re aliena facta. Probat etiam textus iſte, quod heredes non poſſunt infringere factum defuncti, vt hic, & in l. ex qua perſona. ff. de regu. iur. Probat etiam text. iſte, quod inueſtitus de nouo, fungitur eodem iure in re feudata, quo fungebatur inueſtiẽs ante conceſſionem inueſtituræ, & ideo poteſt prouocare ſocium ad diuiſionem. l. ad officium. C. commu. diui. nemo. n. compellitur ſtare in communione. l. fi. C. commu. diui. Et nota ſecundum Dd. quod habẽs feudum commune cum alio, poteſt dare partem ſuam in feudum alteri per iſtum textum, dummodo ſeruet ea, ad quę tenetur vaſallus, quando vult feudum ſuum alteri infeudare. Probat etiam text. iſte, quod in iudicio communi diuid. partes debent deduci ad ęqualitatem, vt hic, & l. penult. in fi. C. commu. diuid. Habes etiam ex textu, quod illud, quod poſſum facere per me, poſſum facere per procuratorem, & ſic inueſtitura poteſt accipi per procuratorem.

§. Iccirco. Allegatur textus iſte, quod in Inueſtitura feudi de nouo creandi ſunt neceſſarii Pares, quia in iſtis Paribus ceſſat ſuſpicio fraudis, & pręſumptio ſuſpicionis, vt non committant falſitatem aliquam in damnum domini, tum quia ſemel iurauerunt fidelitatem domino, tum propter beneficium ſuum, quod habuerunt a domino, quę rationes ceſſant in aliis teſtib. non Paribus, qui pręſumuntur facilius excogitare fraudem aduerſus dominum, & citius corrumpi gratia, odio, vel pecunia, & ideo vbicunq; extent Pares, illi debent admitti pro teſtibus ad ipſam inueſtituram creandam, & probandam, ſecus autem ſi nulli eſſent Pares, quia tunc etiam extranei debent admitti, ne facultas probationum anguſtetur, & tollatur. l. quoniam. C. de hęre. Et ſic eſt notandum, quod etiam per conſuetudines feudorũ pręcluduntur vię, inquantum eſt poſſibile, aduerſus falſitates, ſicut eſt cautum de iure communi. l. 1. §. editiones. ff. de edendo.

§. Si inſtrumentum. Allegatur textus iſte, quod vbi controuerſia oritur inter dominum, & vaſallum de inſtrumento inueſtiturę, quia dominus illud dicat falſum, & ſe nullã inueſtituram feciſſe, & vaſallus ſit in poſſeſſione feudi, vigore dicti inſtrumenti, quod apparet non abolitum, neque cancellatum, ſta-

bitur

bitur ſacramēto vaſalli, licet aliqua ſuſpicio ſeu præſumptio ſit cōtra dictum inſtrumentum, vbi vero dictus vaſallus non eſſet in poſſeſſione, tunc ſtabitur ſacramento domini iurantis ſe non inueſtiuiſſe. Pro intelligentia illius textus facies iſtas concluſiones. Prima eſt, quod ſi conſtat inueſtitura, quæ habet ſuas debitas ſolennitates, & dominus poſſidet. tenetur tradere poſſeſſionem feudi ipſi vaſallo, vt in titu. de contro. inueſtituræ. primo reſponſo. Secunda concluſio eſt, ſi dubitatur de viribus inſtrumenti ipſius inueſtituræ, & tunc ſtatur ſacramēto domini, qui nouit veritatem, vt in hoc textu, quod tamen intelligitur eſſe verum, niſi aliquid induceretur per vaſallum, quod haberet mouere animum iudicis ad deferendum ſacramentum ipſi vaſallo, quia tunc iudex poſſet deferre, ſi ſibi videretur, per ea quæ habentur in §. ſacramentum. in titulo de conſuetud. re. feud. Tertia eſt concluſio, ſi vaſallus poſſidet, & dominus dicit non inueſtiuiſſe eum, & allegat inſtrumentū inueſtituræ eſſe falſum, & tunc ſi vaſallus ſtetit in poſſeſſione per annum pacifice domino ſciente & non contradicente tunc debet ſtari ſacramento ipſius vaſalli, vt hic. Quarta eſt concluſio, ſi vaſallus poſſedit minus anno, vel poſſedit anno domino ignorante, & tunc debet deferri ſacramentum domino. ſupra de conſtitu. recti feud. in fin. niſi aliquid ſit quod moueat iudicem ad deferendum ipſi poſſeſſori, vt ibi dicitur, quo caſu ſtabitur iuramento vaſalli, vt ſolus iuret, vel cum duodecim ſacramentalibus, vt ſupra de contr. inter do. & vaſal. de inueſti. in principio Et prædicta ſunt vera, vaſallo poſſidentė, qui non eſt Caſtaldus ſeu actor ipſius domini, quia alias eſſet præſumptio contra ipſum, & deferretur ſacramentum domino, vt ſupra de content. inter dominum & vaſallum. §. hoc ita. Probat etiam textus iſte, quod ſi inſtrumentum feudi dicatur falſum, non fit acerrima indago, vt hic, quia licet per aliquas coniecturas deducatur falſitas, tamen ſtabitur ſacramento vaſalli poſſidentis, qui illud producit. Et hoc ideo eſt, quia iſta falſitas deducebatur ciuiliter, ſecus autem ſi criminaliter, quia tunc regula eſt in contrarium, quod in crimine falſi acerrima fiat indago. l. vbi C. ad l. Corneliam. de falſis. ille enim, qui allegat falſitatem, debet probare plene. l. ſciant cuncti. C. de probatio. Vnde quanquam antequam ſuſpicionem adducar, purgabitur talis ſuſpicio per ſacramentum ipſius poſſidentis, & inſtrumentum producentis: ſtatur enim publico inſtrumento, donec probetur contrarium. l. cum precibus. C. de probatio.

§. Notandum. Allegatur textus iſte, quod Pares compelluntur per eorum iuramētum dicere veritatem de his, quæ ſciunt circa controuerſias vertentes inter dominum & vaſallos, & licet quandoque extra iudicium, & ſine iuramento dixerint ſe nihil ſcire, tamen ad dictum iuramentum cogendi ſunt. Et ſic eſt textus hic, ꝙ pares habent iuriſdictionem in pares, poſſunt enim compellere Pares teſtes ad deponendum veritatem per eorum iuramētum, ſicut poſſunt cæteri iudices. l. ſi quando. C. de teſtibus. & in titu. de teſt. cogen. Vult etiam textus iſte, quod licet teſtis primo dixerit extra iudicium, ſe neſcire, tamē ſi poſtea in iudicio iuratus deponat ſuper facto tanquam ſciens, valebit eius dictum, ſecundum Bald. Ex quo infertur, quod teſtis non incidit in falſum, quanquam primo celauerit veritatem extra iudiciū. Quod intelligas verum, ſi nondum iurauerat, alias ſi cum iuramento affirmaſſet vnum extra iudicium, non poſſet poſtea cum iuramento affirmare contrarium in iudicio, quia incideret in falſum, argumen. eorum, quæ notantur in l. Lucius. ff. de his, qui notant. infamia. Nota tamen, ſi teſtis depoſuiſſet, per iuramentum ſe non recordari, & poſtea etiam iuratus deponat ſuper facto, dicens ſe nunc recordari, ꝙ tunc non incidit in falſum, ſed probabit, quia poſſibile, quod qui non recordatur hodie, recordabitur cras, ſecundum Bald. de qua materia per Bartol. in l. eos. ff. ad leg. Corneliam de falſis. per Bal. in l. geſta. C. de re iudicata.

§. Cum vero datur. Allegatur textus iſte, ꝙ vbi controuerſia inueſtituræ feudalis debet terminari per ſacramentum domini, debet ipſe dominus, qui inueſtituram fecit, iurare de veritate, videlicet ſe inueſtituram non feciſſe, ſi vero ſit eius ſucceſſor, debet iurare de credulitate, videlicet ſe non credere, quod anteceſſor fecerit dictam inueſtituram, & ideo per vaſallum declarandum eſt, quis fuit ille dominus, qui dictam inueſtituram fecit. Probat textus iſte, quod ſacramentum principalis differt a ſacramento ſucceſſoris, & ideo diuerſo modo iuratur, quia alia eſt conſcientia principalis, qui debet iurare de veritate, cū in facto proprio non ſit tolerabilis ignorantia. l. quanquam. ff. ad Velle. & alia eſt conſcientia ipſius ſuccedentis, qui habet iuſtam ignorantiæ cauſam. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Vult etiam textus iſte, quod in controuerſia inueſtituræ debet vaſallus nominare dominum & inueſtitorem ſuum, & exprimere perſonam, a qua habuit inueſtituram.

CONSTITVTIONES FEDERICI ſecundi Imperatoris.

DE STATVTIS ET CONSVETVDINIBVS contra libertatem Eccleſiæ editis, & immunitate locorum religioſorum vbique morantium, & fori priuilegio, & Gazaris & Patarenis & aliis hæreticis, eorumque ſucceſſoribus, & nauigiis peregrinis, & aduenis quocunque locorum hoſpitantibus, eorumq; ſucceſſoribus, & de agricolarum ſecuritatibus,

TITVLVS VNICVS.

Poſtquam expediti ſunt varii conflictus in materia feudorum, nunc intendit auctor agere de libertate eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum.

AD decus. Allegatur textus iſte, quod ſtatuta & conſuetudines contra libertatem Eccleſiæ vel eccleſiaſticarum perſonarum ipſo iure ſunt nulla, & debent dicta ſtatuta aboleri de volumine ſtatutorum, & contrafacientes uel obſeruantes, puniuntur pœnis hic deſcriptis. Habes ergo hic, quod ſtatuta facta cōtra eccleſias & eccleſiaſticas perſonas, & quæ fierent in futuro, non valent, de quo in c. nouerint. de ſent. exc. in auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccl. In quibus locis habetur, quādo ſtatuta dicantur contra libertatem eccleſiaſticam, & vltra ibi dicta, nota, vbicunque ſtatutum tollit illud, quod eſt eccleſiis vel clericis conceſſum de iure communi, illud dicitur eſſe cōtra libertatem eccleſiaſticam, vt notant Doc. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. Vult etiam textus iſte, quod non ſolum ſtatuentes, ſed vtentes & conſentientes puniantur. Et Officiales, qui non faciunt illa aboleri, ſunt excommunicati, de quo in ca. grauem de ſen. excom. Et per illum textum habes, quod vaſalli Eccleſię facientes aliquid contra libertatem Eccleſiæ, priuantur feudis.

§. Item nulla. Allegatur tex. iſte, ꝙ nullus laicus pt imponere collectam vel aliud onus clericis vel piis locis, nec inuadere bona eccleſiarū, & ſi requiſiti neglexerint emendare, tenentur ad triplum, & banniūtur. Quatuor habes ex textu. Primo, quod communitates nullā habent poteſtatem in eccleſiam, nec eccleſiaſticas perſonas nec poſſunt eis imponere collectas. Et quia Alua. hic dicit, ꝙ ſunt tñ quædam munera, a quibus ēt hodie clerici non excuſanť, de quibus in l placet. in l ad inſtructionē. C. de ſacroſan. eccl. Sed tu dicas, vt p Canoniſtas. & ibi aliquid dixi in c. non minus. de imm. ec. Secundo, quod ſeculares ſi inuadunt bona eccleſiæ, fiunt de foro eccleſiæ ratione delicti, de quo per glo. in auth. itē nulla cōitas. C. de epi. & cle. ꝙ eſt notabile, ſm glo. ibi, & p Doc. in c. cū ſit gñrale. de fo. cōp. & iſtis dieb. cōſului in cā ardua, ꝙ non valet cōſuetudo in cōtrariū, ꝙ corā iudice eccleſiaſtico nō poſſit cōueniri inuaſor bonorū eccleſiæ. Tertio ꝙ extorquentes illicitas exactiones ab eccleſiis uel eccleſiaſticis pſonis, tenentur ad reſtōnem tripli. Et tex. iſte lōqtur ēt de inuaſione bonorū immobiliū, ꝙ eſt ſingulare, ſm Dd. Quarto, ꝙ bannū pt ex cā relaxari, ex quo inferť, ꝙ bannum eſt q̄dam interloquutoria, quia diffinitiua non poſſet relaxari. l. ꝙ iuſſit. ff. de re iud.

§. Item quæcunque. Alllegať tex. iſte, ꝙ perſeuerans in excōicatione ſibi iniuncta pp violationē adhibitā ꝯ libertatem eccleſiarū, ipſo iure ſubiacet banno imperiali, de quo exire nō pt, niſi prius ab eccleſia abſoluať. Et ſi tu vis ſcire, ꝙ ſit iſtud bānū, dicas, ꝙ capiť pro diffidatione quadā, q̄ facit Princeps, ponendo ipſum bannitū extra ſuā ꝓtectionē, & eſt iſta diffidatio, quemadmodū initiū belli futuri, ſm Bal. nā fidelis nō dēt offendere fidelē, niſi ipſum primo diffidauerit, vel habuerit auctoritatē a iure uel a iudice, alias reputaretť ꝓditor, de quo p Io. And. in c. ꝓ humani. de hom. in 6. Et dicit Alu. ꝙ per tale bannū non pōt impune offendi, niſi ſtatuto uel cōſuetudine aliud caueretur. Vel niſi eſſent diffidati tanq̄ hoſtes, in his. n. diffidationib. attēderetť cōſuetudo, operabiť ergo tale bānū ad futurā pęnā vel alia, de q̄b. p Alu. s. hic finiť lex. & s. §. ꝓximo. ubi dť, bāno ſubiacebit, id eſt cōdemnationi imponēdæ p Imperatorē, vel aliū iudicē habētē auctoritatē ab eo ꝯdēnandi, relegando vel deportando, ſecundum qualitatem ipſius delicti. Et vide quæ ponunt Doctores in l. prima. C. de hæredibus inſtituendis, & ego multa allegaui in Alphabeto, in verbo, Bannitus

tus. Et probat textus iſte tria. Primo, quod communitates poſſunt excommunicari, de quo per Innocent. in cap. grauem. de ſenten. excom. Secundo, quod in banno poteſt poni etiam cõmunitas. Tertio, quod de banno poteſt quis extrahi, facta tñ ſatisfactione, & habita concordia ab offenſo, & hoc eſt uerũ, quando bannum fuit impoſitum ratione contumacię, ut in caſu iſto. Si vero bannum iam traxit effectum ſuum ſecũ, tũc non relaxatur. in l. j. ff. de requi. re. & vide quod habetur in ca. ex literis. de conſti.

§. Item ſtatuimus. Allegatur text. iſte, quod clericus non poteſt trahi ad iudicium ſeculare, ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis, & ſi ꝯtra factum fuerit, tunc actor cadit a iure ſuo, & non tenet ſententia, & iudex priuatur poteſtate iudicãdi, quam poteſtatem etiam amittit, ſi denegat clericus facere iuſtitiam. Ex hoc textu habes, quod etiam de iure ciuili non poſſunt clerici trahi coram iudice ſeculari. Hoc fallit, quando eccleſia uel clericus recognoſcit feudum a domino laico, quia tunc ratione talis feudi efficitur de iuriſdictione domini laici, de quo per Docto. in capitulo. cæterum. de iudiciis. Habes etiam, quod ſi actor trahit clericum ad uetitũ examen, dẽt priuari iure ſuo. Habes etiam, quod iudex denegans facere iniuſtitiam, priuatur iudicandi officio, & ſic priuilegium meretur amittere qui conceſſa abutitur poteſtate. De hac materia dicas ut per Doctores in authentica ſtatuimus. Codice de epiſcopis & clericis.

§. Gazaros. Allegatur textus iſte, quod omnes hæretici ſunt infames atque banniti, & bona eorum confiſcantur, nec filii eorum eis ſuccedunt, & ſuſpectus de hæreſi, niſi ad mandatum eccleſiæ ſe legitime purgauerit, & per annũ in dicta ſuſpicione hæreſis pſeuerauerit, tanquam infamis & bannitus ac hæreticus habeatur. Nota hic pœnam, quæ imponitur offendenti diuinam maieſtatem per hæreticam prauitatem, quoniam hæretici ſunt infames & bãniti, bona eorum publicantur, filii eorum non ſuccedũt, quinimo excommunicantur per Eccleſiam, & damnantur. capitulo ut inquiſitionis. de hæreticis in 6. Cum tale crimẽ ſit mere eccleſiaſticum, ut in dicto capitulo §. prohibemus. Et quia dicitur in textu, Bãnimus, poſſunt ergo impune offendi, cum ſint diffidati tanquam hoſtes & banniti. Quidam ſemel proſtrauit in terram Crucifixum, dubitatum fuit, an cenſeatur hæreticus? Et reſponſum eſt quod non, ſed debet puniri alia pœna duriſſima. capitul. ſi canonici. de officio ordinarii. in 6. de quo in l. prima. C. nemini li. ſig. ſal. Et de materia huius textus in capitulo vergentes. de hæreticis. in capitulo cum contumacia de hæreticis. in 6.

§. Statuims. Allegatur textus iſte. quod gubernatores terrarum ſiue perpetui ſint, ſiue ad tempus conſtituti, iurare tenentur in principio ſuæ aſſumptionis, quod purgabunt terras ſuæ iuriſdictioni ſubiectas hæreticis & hæretica prauitate, qui ſi iurare recuſauerint, non potiẽtur ſua iuriſdictione, & ſi poſt admonitionem debitam ſteterint per annum negligentes in purgando ſuam terram, licite poterit dicta eorum terra per fideles occupari, qui dictam purgationem faciant, dummodo ex hac occupatione non fiat præiudicium maiori domino, non conſentienti eorum delicto. Et ſic adminiſtratores locorum pro defenſione fidei Chriſtianę iurare tenentur expurgare prouinciam, quam regunt, ab hæretica prauitate. Vult etiam textus iſte, quod ſententia lata per Prætorem & Rectorem, qui dictum iuramẽtum nõ præſtitit, eſt nulla, quod tamen intellige ſecundum Doctores niſi ſubditi fuiſſent ignorantes de tali iuramento non præſtito, & ſic litigarent, putantes illum ſictum Rectorem per ea quæ habentur in l. Barbarius. ff. de officio prætoris. de quo in capitulo excommunicamus. §. moneantur. de hæreticis. Procedit etiam textus iſte aduerſus contumacem in exterminando hæreticos de terra ſua, quia quilibet fidelis poteſt eius terram uiolenter occupare, & talis terra applicabitur occupanti, & ſi habet alium dominum principalem, tunc occupans recognoſcet ab eo, eo iure, quo faciebat expulſus. argument. huius literæ, ſecundum magis communiter. Doct.

§. Credentes. Allegatur textus iſte, quod credentes hæreticis eoſque acceptãtes, defenſantes, uel eis fauentes, banniuntur & excommunicantur, & ſi per annum perſeuerauerint in hac contumacia, tunc ipſo iure efficiuntur infames, & incapaces publicorum officiorum, atque inteſtabiles actiue & paſſiue, & in iudicia alios trahere non poſſunt, licet tracti reſpondere cogantur. Et ſic habes ex hoc textu, quod non ſolum hæretici puniendi ſunt de hæreſi, ſed etiam auxilium eis præbentes & fauentes, & eorum errores defendentes ſimili pœna cum hæreticis puniendi ſunt, de quo in capi. ſicut. in capi. aduerſus. de hæreticis. An autem ille, qui ſcit aliquem hæreticum, teneatur ipſum denuntiare. Et dicas quod ſic, ſicut proditorem Principis, ut in Authentica. ut matri & auiæ §. cauſas. Mitius tamen punietur hoc caſu quam receptans, ſecundum Docto. & de materia huius textus dic ut habetur in capitu. excommunicamus. §. credentes. de hære.

§. Nauigia. Allegatur textus iſte, quod res naufragorum auferri non poſſunt prætextu alicuius conſuetudinis uel ſtatuti, niſi eſſent piratarum uel hoſtiũ Chriſtiani nominis, uel imperii, & puniuntur contrafacientes. Probat ergo textus iſte, quod conſuetudines vel ſtatuta, quæ caſſantur a principio, non excuſant tranſgreſſores a pœna, cum ex dicta caſſatione, dicta ſtatuta uel conſuetudines non valeant. Probat etiam textus iſte, quod ſi per aliquam tempeſtatem naues veniant in portum, non debent ſoluere gabellam, de quo in l. finali. §. ſi propter. ff. de publi. in l. prima. C. de naufra. libro vndecimo. Probat textus iſte, quod piratæ æquiparantur hoſtibus fidei & Imperatoris, & poſſunt ab omnibus impune ſpoliari, quia ſunt ipſo iure diffidati. Et de materia dicas, vt per Docto. in authentica. nauigia. Codice de furt.

§. Omnes peregrini. Allegatur textus iſte, quod aduenę & peregrini hoſpitentur ſecure, & libere teneantur, & ſi inteſtati moriantur, bona eorum per Epiſcopum loci ſeruentur hæredibus ſi fieri poteſt, alias diſtribuantur in pias cauſas, & hoſpites tenentur aſſignare Epiſcopo bona ſua ſub pœna tripli, non obſtante aliqua conſuetudine vel ſtatuto in contrarium. Et qui impedierit eorum teſtamenta, fiet inteſtabilis, ac punietur etiam criminaliter, prout criminis qualitas exegerit. Et ſic habes ex hoc textu, quod peregrini & aduenæ non debent ab hoſpitalitate repelli, de quo in l. prima, §. primo. ff. naut. cau. ſtab. in l. j. § ſerui. ff. furti. aduer. nau. caup. Et ſecundum Docto. peregrini qui ſunt in peregrinatione, non poſſunt capi pro repreſaliis. Probat etiam textus iſte, quod ſtatutum inualidum non excuſat a delicto. Probat etiam textus iſte, quod quando ſuperior caſſat ſtatuta, & conſuetudines, ſufficit apponere clauſulam generalem, licet non apponatur tenor ſtatutorum. Habes etiam in hoc textu caſum ſpecialem, in quo bona vacantia non perueniant in fiſcum, ſed in Chriſtum, hoc eſt, in epiſcopum loci, qui diſpenſat in pias cauſas. Regulariter tamen ſuccedit fiſcus in talibus bonis. l. prima, C. de bonis vacanti. libro decimo & ſupra quæ ſunt regalia. Et de materia huius textus vide per Docto. in authent. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ.

§. Agricultores. Allegatur textus iſte, quod perſonæ, animalia, & inſtrumenta pertinentia ad operam ruſticalem, non poſſunt capi pro debito, & contrafacientes incurrunt infamiam, & reſtituunt ablata in quadruplum, & nihilominus corporaliter puniuntur. Et ſic nota agricolas conſeruandos eſſe in ſecuritate, vt non capiantur pro debitis. Et idem eſt in animalibus & inſtrumẽtis. Et eſt ratio, ne huius occaſione pereat commoditas cœleſti prouiſione conceſſa. l. ſecunda. C. de feriis. Eſt & alia ratio, ne detur cauſa ſterilitati agrorum, & conſequenter penuriæ fructuum. Et intellige prædicta etiam ſi ipſo iure fuiſſent pignorata vel hypothecata, niſi ſimul cum prædiis fuiſſent obligata, quia tũc bene teneret pignoratio, eo quia ceſſant rationes ſupradictæ, ſecundum Doctores. Et eodem modo intelligas, quod non teneat talis pignoratio vel captura etiam in ſubſidium, etiam ſi nihil aliud eſſet in bonis, niſi fieret vna ſimul cum prædio. Et de hac materia in authentic. agricultores. C. quę res pigno. obli.

LIBER DE PACE CONSTANTIę compoſita inter Imperatorem Federicum & filium eius Henricum, & quoſdam nobiles Alemanię ex vna parte, & ciuitates Lombardię, Marchiæ & Romandiolę ex altera.

TITVLVS VNICVS.

Nota, quod Bald. hic in prin. adducit glo. in Auth. ut præponatur nomen Imperatoris. §. nos enim. quod conſuetudo formalis debet ſeruari, alias inſtrumentum non ualet. Addo etiam, quod hanc gloſ. allegat Abbas in proœmio Gregoriano.

Impe-

Imperialis clementiæ Adde hic Bal.in verbo,Debitā fidē,
& ea q̄ dixi in meo libello de poteſtate papæ & Imperatoris,
quod oēs tenetur Principi,q̄a vt Deus eſt Princeps in cœlis, ſic
Imperatorem vicarium ſuum & dominatorem in fide ac ve
ritate & iuſtitia conſtituit in terris.l.2.§.ſi quid igit.C.de ve.iu.
enu. Auth.de conſul.in fin.Et diuina pagina dicit, Omnis ani-
ma ſubdita ſit Principi & Ducibus ab eo miſſis.capitu.omnis
anima de cenſibus,ſecundum Bald.Et tu adde prima. Petr. ſe
cunda,Deum timete & Regem honorificate, ſcilicet inquan
tum tenet locum Dei. Nota textum in verbo, In plenitudi
nem gratiæ noſtræ recepimus, quod ille intelligitur receptus
ad plenitudinem gratiæ, cui remittuntur culpæ, & reci-
pitur ad fauores. Nota ibi, Credimus recepturos, quodq; ſi
Princeps indulget beneficia, ſperat recipere grata ſeruitia,
alias non facturus,& ideo non mirum,ſi ingrati perdunt gra
tias,nam oppoſitum diſſoluit propoſitum,ſecundum Bald.&
tu adde gloſſa.in l.prima,ff.de obſe.patro.præſtand.in capitu-
lo illud.octaua quæſt.ſecunda. Nota, ſecundum Baldum in
verbo, Sigillo communiri, quod contractus probatur per ſi-
gilla, vbi deficit tabellio, vt notatur in capitulo ſecundo de
foro competen. in ſexto in nouella quia ſigillum habet vim
conſenſus & confirmationis.gloſſ.in l.ſecunda, C.de re alie.
non alienand.ſine literis tamen mutus & incertus eſt teſtis ſi-
gillum.& ideo per ſolius ſigilli præſentationem non proba-
tur commiſſio,præſertim ſpecialis,vt notatur in capitul. quā
uis.de pactis.in ſexto in nouella. Et tu adde, quæ allegaui la
te in Alphabeto meo,in verbo, Sigillum. Nota, ſecundum
Baldum.in verbo,Nos Romanorum, quod ciuitas mori po
teſt,ſi auctoritate ſuperioris damnetur ad aratrum. Adducit
Innocent. in capitulo cum ex iniuncto.de operis noui nun-
ciatione & tu adde Abbat.in capitulo gratum. de poſtulatio.
prælatorum.Bald.in procœmio.Digeſtorum in principio glo.
in capitulo & hæc diximus. decimoſexta. quæſt.ſeptima. & ſi
comburatur ciuitas cum ſpe reparationis, durat ciuitas habi
tu,licet non actu, ſecundum Baldum & in iſtis caſibus priui-
legia aut debentur,aut in ſuſpenſo retinentur.Nota pulchrū
textum in verbo,In priuilegio,ſecundum Baldum quod ſicut
per rebellionem contra Principem perduntur priuilegia, ita
conſuetudines priuilegiatæ,quod eſt memoriæ commendan
dum, ſecundum eum. Nota in verbo, Munitionem ciuita-
tum.Et breuiter conclude,ſecundum ipſum, quod ſi ſit ador-
natum,non tenentur Eccleſiæ conferre, aut ad neceſſitatem,
& tenentur, quia eſt eadem ratio, quæ eſt in via & in ponti-
bus,pp vtilitate publicā.Ad collectas aūt tenetur Eccleſia,ad
q̄ tranſiuit poſſeſſio onerata,ſi talis collecta ſit ppetua & cer
ta,ſecus ſi pp varietatē negociorū īmutet̄,q̄a tūc tale onus
non durat,poſtquam peruenit ad perſonam priuilegiatam,ſe
cundum Baldum.Et tu vide,quæ dixi in Compendio, in titu.
de immunitate eccleſiarum.in verbo, In criminalibus. con-
cludit Bald.quod poteſtates terrarum hodie exercent merum
imperium ex conſuetudine. Et adde notata per Bartol. in ex
trauaganti,qui ſunt rebelles,in verbo,Longobardiæ.gl. in ca-
pitulo primo & ibi per Bald.hic finitur lex.Bald.in l. magiſtra
tibus.ff.de iuriſdictio.omn.iudi.in l.penultima,C.commi. epi
ſto.Et in ſua diſputatione incipiente, Appulus Romanus.No
ta quod in verbo,volumus,dicit Bald. quod ad ſaluandum iu
rantes de periurio, ſufficit in omni iuramento dicere verum
ſecundum conſcientiam. Allegat notata in capitulo præſen-
tium de teſtibus in 6.in nouel. Nota in verbo, ſi quis autem,
quod non debet quis audiri contra illud,quod facit Princeps
ex certa ſcientia,imo debet repelli, & imponi ei perpetuum
ſilentium.facit quod habetur in l.finali.C.de legi.in l.ſecunda
C.de crimi.ſacri.Et ſi ſtatutum dicit,quod talis non audiatur,
non valet ſententia pro eo lata, ſi eſt talis, qui habeatur pro
mortuo,vt eſt bannitus. & tu adde Bald. in l. quos prohibet.
ff.de poſtulatio.in l.prima C.de pa.po. & modernos in l. pri-
ma.§.ſublata.ff. ad Trebellian. Nota textum in verbo. Hoc
quod nos. quod Rex Romanorum viuente Imperatore po-
teſt concedere priuilegia. Nota vnum textum valde notabi-
lem,ſecundum Baldum in verbo, Priuilegia omnia. quod ſi
bona rebellium tempore rebellionis ſunt conceſſa aliis perſo
nis,facta pace ſunt reddenda primis dominis, ita quod ipſa
pax non habet vim ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in
integrum, quod eſt notabile ſecundum eum. Nota textum
notabilem,ſecundum Baldum.in verſiculo Caſſentur, quod
verbum,caſſentur, iunctum cum verbo irritentur, ſignificat
ipſo iure,non enim requiritur alia ſententia, licet textus vta
tur verbo futuri temporis,quod eſt notabile,ſecundum eum.
& tu adde multa,quæ ego dixi in Alphabeto, in ver. Verba.
Nota in verbo,mittit nuntium,ſecundum Baldum quod qui
mittit nuntium,vult obligari per ſeipſum,non per alium, &
ideo poteſt reuocare mandatum clam.Sed ille, qui mittit nū
tium,vult obligari per ſeipſum, non per alium, & ideo po
teſt reuocare mandatum clam.Sed ille, qui mittit procurato
rem,vult obligari per alium,non per ſeipſum, ita quod tranſ
fert conſenſum ſuum in procuratorem. Nec valet reuoca
tio,niſi in notitiam deducatur.Allegat notata in capitulo vl
timo de procurato. in 6. in nouella. & vide quæ habentur in
l.multum.C.ſi quis alte.vel ſi. Nota,quod Bald.in verbo, Di
uina vocatione,allegat gloſſ.Inſtituta.de capitis dimi. in prin
cipio,quod etiam ſi aliquis gladio moriatur, dicitur mors de
iudicio prouenire.Nota, ſecundum Baldum. in verſiculo.Se
cundum mores & leges illius ciuitatis,quod in cauſis appella
tionum non habet locum prorogatio iuriſdictionis,quia cau
ſæ appellationis pertinent ad auctoritatem ſuperioris, vnde
etiam vtraque parte conſentiente, non poſſunt vētilari apud
iudices incompetentes.authentica ad hæc.C.de iudiciis.Nota
etiam,ſecundum Baldum ibi,quod tabellio de conſenſu par
tium ſine præſentia iudicis non poteſt recipere iuramenta te
ſtium nulla ſibi facta commiſſione,cui adde notata per Bald.
in authentica,ſed iudex.Codice de epiſcopis & clericis in l. iu
dices.Codice de fide inſtrumentorum. Eſt optimus textus de
iure canonico.in capitulo ſecūdo de iudiciis.in 6. de quo per
modernos in l.hac conſultiſſima.§.final.Codice de teſtamen.
Nota,ſecundum Baldum.in verbo, Conſenſu, quod conſen
ſu partium poſſunt ꝓrogari tempora appellationum, etiam
ſi cauſa appellationis ventiletur per priuilegium vel ſpeciale
ſtatutum Principis,quod eſt notabile, ſecundum eum. No
ta in verbo,Vaſalli noſtri, ſecundum Baldum. quod de periu
rio poteſt cognoſcere iudex laicus. Allegat notata in capitu
lo licet,de iureiurando. in 6. in nouella. nam iſtud crimen eſt
mixti fori. Adde quod habetur in capitulo cum ſit generale,
de foro competen. Nota etiam quod Bald.ibi in fine.allegat
gloſſam quā dicit ſingularem in l.prima,Codice de falſis cau
ſis adiect.legat.quod ſi moriens confeſſus fuit, mutuum rece
piſſe, quod hæres eius non poterit opponere exceptionem
non numeratæ pecuniæ. Nota, quod in verbo,Vaſalli qui.
Bald.quærit, an guerra connumeretur inter caſus fortuitos,
& tenet quod ſic,niſi tempore contractus potuerit prouidere
quia tunc culpæ connumeratur, quod dicit eſſe notabile. Et
eſt bonus textus iuncta gloſſ.in l.habitatores.§.vltimo.ff.loca
ti. Quærit etiam, materia erat præparata ad guerram,tamen
nondum erat mota guerra inter duos Principes, fecerunt in
ter ſe treugam decem annorum, elapſo tempore, erit neceſ-
ſaria diffidatio, alias ille, qui aggrederetur territorium alte
rius,diceretur latrunculator,ſecus ſi guerra præceſſiſſet, quia
tunc non eſſet opus noua diffidatione.& adducit Bal.dictum
Ioan.Andr. in nouella, in capitulo pro humani.de homicid.
in ſexto quod dictum allegatur, quod quis non debet alium
offendere,niſi primo illum diffidauerit,alias dicitur proditor
de quo etiam per Bald. in authentica. item nulla. Codice de
epiſcopis.& clericis.in l.ſi manumiſſori. Codice de obſeq. pa.
præſt.in l.ex hoc iure ff.de iuſtitia, & iure. in capitulo ſicut.de
iureiurando. Nota in verbo,Damna,quod Imperatori fit in
iuria,non ſolum per ſe,ſed per ſuos.facit textus in l.oſſa. in fi.
Digeſtis de religio. & quod voluit Bartol. in l.hoſtes. Digeſtis
de captiuis & vide Bald infra in verbo,Opizoni, & vult Bald.
hic,quod ſi conſiliarii ſeu antiani aliquid faciant,tota vniuer
ſitas feciſſe videtur. & adde gloſſa. in rubrica Codice quæ ſit
long.conſuetud.quæ voluit, quod concilium ciuitatis totum
populum repræſentet.in l.ſi ex dolo §.primo,ff. de dolo. Bar-
to.in rubrica.ff.de decu.in l.ciuitas.ff.ſi certum petatur. Nota,
quod Bald.in fin.allegat gloſſa.in capitulo cum homo.vigeſi
materita. quæſt. quinta. quod fideiuſſores non poſſunt ſe ob-
ligare ad pœnam corporalem.& adde etiam Bald.in l. ſi quis
in conſcribendo.Codice de pactis.in l. programma. C.com-
mina.epiſt.in rubrica.de vita & honeſtate. clericorum. Et
quia Bald.hic vult,quod de conſuetudine in quibuſdam lo-
cis ſeruetur contrarium,adde tu quod in dicto capitulo cum
homo. eſt gloſſa. ſingularis de hoc,quam allegat Romanus
in ſingularibus ſuis. Nota textum in verbo, Moram ſuper-
fluam, quod Imperator in ciuitate non debet facere ſuper
fluam moram in damnum ciuitatis ſeu territorii, per quæ trā
ſit,quia vere impoſſibile eſt, quin exercitus eius non inferat
damna,& quando dicatur mora ſuperflua, Bald. ponit duas
expoſitiones,vel vltra ſex menſes, vel committitur hoc arbi
trio boni viri.l.continuus.§.cum ita. ff. de verborum obligat.
Nota quod in §.item ſocietatem.Bald.quærit, facta eſt liga in
ter duas ciuitates duratura per quinquennium, vtrum ſi poſt
quinquennium præſtent ſibi mutuos fauores, intelligatur li
ga tacite renouata,& concludit quod non, niſi renouetur ex
preſſe,argumen.l.ſi cum Hermes.Codice locati. Nota in ver
bo, Pactiones. quod Imperator non poteſt inferre metum,ſi
cut quælibet priuata perſona,& illud quod fit p metum prin
cipū,non valet.& dicit Io.An.allegatus a Bald.in capitulo pri
mo de præſcription.in 6.in nouel.quod indebita ſeruitia præ
ſumuntur a dominis per metum extorta. Et nota textum. ſe
cundum Bal.in dicto verbo,Pactiones,ad cōtractus,qui tota

dle fiunt cum dominis terrarum. Et nota, ſecundum Bal. ibi, quod ſi Imperator facit iniuſtitiam, poteſt adiri Papa per ſupplicationem, vel denunciationem, c. j. de prob. Not. hunc tex. valde notab. ſecundũ Bal. in verbo, Sententię, ꝙ ſententię per Imperatorem latæ contra rebelles occaſione rebellionis reſcinduntur facta pace, ſecus ſi non occaſione rebellionis, ſi alias iuſtè ſunt latæ, puta ex cauſa mutui, vel depoſiti, quod eſt notabile ad exules terrarum, vt ſciamus, qui proceſſus facti contra eos reſcindantur, eis ad ciuitatem reuerſis, & qui non: & ſi poſſunt comparere per procuratorem, citatio arctat eos, ſecundum Bal. ſecus ſi nec etiam per procuratorem: quia nullus audet comparere. Clemen. paſtor. de re iud. & iudicia non tenent contra tales bannitos ademptis omnib. bonis. Et nota in verbo, Poſſeſſionem, ſecundum Bal. quod in iſtis reſtitutionibus, quæ fiunt vigore capitulorum pacis, obſtat exceptio, dolo facis, quod eſt notabile, ſecundum eum. Nota in verbo, Sine fructib. & damno, quod fructus & damnum ponũtur tanquam diuerſa. & ſic non dicitur damnum date, qui tanquam poſſeſſor percipit fructus, quod commenda memoriæ, ſecundum Bal. Nota ibi in fin. ſecundum eum, quod arbiter non habet territorium, & tamen citat partes, de quo in c. 1. de for. comp. in 6. in nouel. ex quo ſequitur, ꝙ territorium non eſt de ſubſtantia citationis. Nota textum notabilem, ſecundum Bald. in verbo, Amplius, quod poſſeſſio jurisdictionis probatur per exercitia, quibus quis eſt vſus liberè & quietè Nota etiam, quod Princeps non poteſt concedere regalia in præiudicium ſucceſſorum, & ſi Princeps concedit alicui beneficium, qui prior eſt tempore, eſt potior in iure. & hoc facit ad conceſſiones, quas faciunt Principes de aquis publicis, quia ſemper videntur reſeruata iura, & commoditates eius, cui prima conceſſio facta eſt. Nota in verbo, Nobis intrantibus, quod Imperator non debet auferre res aliorum, ſed debet emere, niſi forte deficeret ſibi pecunia. l. 2. ff. ad legem Rhod. de ia. vel niſi ruſtici adeo eſſent tenaces, ꝙ nollent eis vendere victualia, ſecundum Bal. Nota in verbo, Si qua controuerſia, quod in feudis attenditur conſuetudo loci, vbi res eſt. Et nota, ſecundum Bald. quod ſi quæritur, quæ cauſa ſit feudalis, ſi criminaliter agitur, vel vltra librum feudorum, non eſt cauſa feudalis, ſed ſi de inueſtitura facta, vel facienda, vel de poſſeſſione ablata vel turbatà per dominum vaſallo vel per vaſallum vaſallo, & vbicunque fit commemoratio feudi ad intentionem fundandam, adiuuandam vel repellendam, ſecus ſi non agatur, vel excipiatur ex hoc capite per Innoc. in cap. verum. de foro competen. per Bald. in cap. 1. §. præterea. de prohi. alien. feu. per Federic. Et vnum ſcias, ſecundum Bald. quod ille, qui non vult inueſtire vaſallum de recto feudo, de alio feudo cognoſcere non poteſt, quia iniuſtus in vno, preſumitur iniuſtus, & ſuſpectus in alio, allegat textum notabilem in capitul. 1. de controuerſia inter vaſallum, & Epiſcopum. Nota, ſecundum Bal. in verbo, Pacta, quod inſtrumentum non vitiatur, licet anni Domini, dies & menſes ponantur in fine. Tangit etiam, quod ſi tabellio errauit in die, vel in appoſitione loci, quod ſi eſt quæſtio ſuper die, vel loco, non poteſt propria auctoritate emendare, nam raſura caderet in loco ſuſpecto, ſi autem alibi, vbi non pendet quæſtio, tunc emẽdare poteſt, & radere verbum erroneum, ſed ſi non errauit in ſolennitate Inſtrumenti, ſed in qualitate facti, tunc poſtquam inſtrumentũ eſt redactum in mundum & publicatum, nihil ſua auctoritate emendare poteſt, ſed debet facere errore comperto de mandato iudicis, quod intelligas, quando eſt talis error, qui noceat. Et adde notata per Bart. in l. ſi librarius. ff. de regul. iur. & quæ dixi in Alphabeto, in verbo, Notarius. Nota in verbo, Bono intellectu, ſecundum Bald. quod contractus debet intelligi ad bonum, & ſanum intellectum, quod nota. Vult etiam Bal. ibi, in verbo, In nomine Chriſti, quod ſi Papa deponit Imperatorem ſine legitima, & ardua cauſa, depoſitio eſt ipſo iure nulla, quia Papa debet procedere tanquam Deus, qui eſt veritas. Et Imperator poſſet ſe defendere cum exercitu ſuo, vnde cum Papa Ioannes XXII. minaretur Regi Roberto de faciendo mirabilia; Rex Robertus reſpondit, Vos facietis, & nos faciemus, & me iuuabo. Nota, ſecundum Bal. in verbo, Ego, quod illud, quod facit maior pars colligatorum, ſeu confœderatorum, minori parte contradicente, ratum quoad omnes debet haberi, quia omnes colligati rediguntur ad inſtar vnius corporis, quod eſt nota. ſecundum Bal. ex his ſcilicet, quæ pertinent ad totum corpus. & ille, qui eſt nobilior & potentior in liga, ille intelligitur ſuperior ad conuocandum alios, argumen. in l. fin. ff. de fide inſtrumen. Nota, in verbo, Credentia, quod ſi Conſules alicuius Ciuitatis iurarunt tenere aliquam credentiam, & aliquis eorum reuelat eam in damnum communitatis, debet ab officio remoueri. Nota, ſecundum Bal. in verbo, Hæc ſunt nomina, quod ſi Tabellio ſcripſit primo dicta vnius teſtis, & poſtea dixit, Iſte teſtis dixit per omnia idem, vt alius, quod talis ſcriptura probat, nec obſtat, quod videantur proferre vnum, & eundem præmeditatum ſermonem, quia illud procedit, quando teſtes ſunt ſuſpecti, ſecus ſi bonæ famę.

FINIS COMPENDII in conſuetud. Feudorum.

QVAESTIONES IN MATERIA FEVDORVM,

SECVNDVM SPECV. ET IOAN. AND. in Titu. de Feudis ſub breuiloquio collectæ.

NOn ſufficit Vaſallo ſeruire p ſubſtitutum domino, niſi valetudine, ætate, vel alia iuſta cauſa impediretur. Sed ſi ſeruitium conſiſteret in pręſtatione pecunię, quolibet ſoluente liberatus eſt. Ioann. Andr. in additionib. in rubri. de feudis. Valet conuentio, quod propter iuramentum fidelitatis non pręſtitum, vel ſeruitia vaſallitica, vel propter quidquã aliud, propter quod iure, vel conſuetudine feudum ſolet, vel debet perdi, illud nõ perdat, ſed incidat in pœnam vigintiquinque florenorum. Ioann. And. in d. rubri. Sed ſi pœna perditionis feudi non eſſet tranſlata in pecuniariam, ſed ſimpliciter cõueniſſet, quod propter culpas non perderetur feudum, valeret pactum in ſpecificatis, in aliis non, ne dolus futurus videretur remitti per pactum. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pac. de quo ibi per Ioan. And. Tangit etiam ibi de feudo alienato per vaſallum, quod dominus reuocare non poteſt, quod alienans remaneat vaſallus, quia ſuccedit precium loco rei. l. ſi rem & precium. ff. de peti. hæred. Et ſi in inſtrumento renouationis inueſtiturę feudi dicatur ſic, Sicut genitor meus tibi conceſſit tale feudum, & nos concedimus, non tenetur vaſallus oſtendere primam conceſſionem, de quo per Ioan. And. in d. tit. de feudis §. j. in princ. Et per Oldra. conſi. 121. Nota etiam, quod Specu. in § quoniam ver. j. concludit, quod liber homo poteſt pacto mihi promittere per ſe ſuoſque hęredes, quod ſit homo meus, & certum mihi ſeruitium faciat, & tale pactum ſeruandum eſt: nec obſtat, ꝙ videatur habere aliquã ſpeciem ſeruitutis, quia propter hoc non minuitur ſua libertas, immo dominus eum tenetur contra alios in perſona, & rebus tueri. 22. q. vlti. c. de forma. in fi. Et quod hoc poſſit fieri, eſt textus in capit. grandi. de ſupplen. negligen. pręlat. in 6. Et iſtud homagium fuit introductum moribus, & diuturno vſu, non legibus. Iuuatur tamen legibus, nam pacta licita cuſtodienda ſunt, c. j. de pact. No. etiam, quod quis homo alterius fit pręſcriptione, puta recipiendo ab eo per 30. ann. ſeruitia pręſtari ſolita, per homines ligios, & quod pro homagio ſint pręſtita. Speculat. in d. §. quoniam. verſi. tertio. Et ſi aliquis mihi promittit, quod vult eſſe homo meus nulla adiecta cauſa valet talis promiſſio. Speculat. in d. §. verſ. tertio. Nec obſtant iura, quę requirunt cauſam cap. ſi cautio. de fide inſtrumen. l. cum de indebito, in fi. ff. de probat. quia illa iura non loquuntur in eo, qui ſimpliciter promittit, non dicens ſe ex pręcedenti cauſa debere, ſed de nouo conſtituitur obligatio, quia tunc valet ſine ſpecificatione cauſę, vt ibi per Ioann. Andr. in additionibus. Eſt tamen bonum conſilium, ſecundum Specu. quod ſpecificetur aliqua cauſa. Nota etiam, quod filius hominis mei eſt homo meus, de quo per Specula. late in d. §. verſicu. quinto. Et etiam, ſi eſſet exhęredatus filius a patre, vt ibi in verſic. ſeptimo, quęritur, quia per iſtam viam poſſet quis ab homagio liberari. Nota etiam, quod homo meus ligius poteſt ſe conſtituere hominem non ligium alterius, me irrequiſito. Specu. in d. §. verſ. 11. quęritur, niſi ſubeſſet cauſa prohibitionis, vt ſi vellet facere homagium inimico meo. Nota etiam, quod ſi aliquis eſt vaſallus duorum propter diuerſa feuda, quę tenet, & contingat, quod illi duo domini ſibi adinuicem moueant guerram, & vterque requirit eum, quod iuuet cõtra alterum, eſt tutum, ſecundum Specu. in verſi. 12. d. §. quod iuuet perſonaliter illum, cui primo pręſtitit fidelitatem; alium autem per ſubſtitutum. & adde Roman. conſil. quadrageſimoſeptimo. Not. etiam, ꝙ homo hominis mei non eſt homo meus, ex quo patet, ꝙ licet magni Barones, & Duces ſint immediatè va-

te vaſalli, ſiue homines ligii Regis ſeu Imperatoris, in Regno cuius ſunt, tamen homines ipſorum Baronum non ſunt ipſius Regis vel Imperatoris, licet Rex vel Imperator in omnes qui ſunt in regno vel Imperio, habeat generalem iuriſdictionem. Specula. in dicto §. verſiculo decimoquarto. Et ſi aliquis Baro Regis Franciæ facit guerram ipſi Regi, ſi Baro præcipit ex debito ſacramenti fidelitatis hominibus ſuis, quod ipſum iuuent contra Regem, non tenentur, quia in iuramento ſuperioris auctoritas intelligitur excepta, capitulo venientes de iureiurando. Speculat. in dicto §. verſiculo decimoquinto. quæritur. Sed quid ſi aliquis Baro Regis Franciæ habet guerram cum alio Barone, Rex vero habet guerram cum Rege Romanorum, qui vult occupare Regem Franciæ, Baro præcipit hominibus ſuis, quod iuuent eum contra alium Baronem: Rex vero præcipit eis, quod iuuent contra regem Romanorum, tenentur magis obedire Regi, quia ſunt vocati ad maius tribunal, quia vocat eos pro defenſione patriæ & coronæ; & pro communi bono, ſecus ſi Rex vocaret eos pro aliquo negocio, non tangente publicam vtilitatem. de quo per Spec. in verſ. xvj. Et nota, quod ratione homagii dominus habet iuriſdictionem in eo, non tamen merum imperium, nam eo ipſo, quod aliquis eſt homo meus ligius, eſt iuriſdictioni meæ ſubiectus, & omnia bona eius ſunt mihi ſubiecta ratione iuriſdictionis, quæ ab alio non tenet in feudum. Si autem ſit homo non ligius, non habet dominus in eum iuriſdictionem, niſi in quantum feudum ſe extendit, quia homo ligius principaliter ſe aſtringit, ratione perſonæ ſuæ: vnde obligando perſonam principaliter, per cõſequens ſubiicit omnia bona ſua. Specu. in verſi. xvij. Et nota, quod iure ciuili, ſi certũ eſt aliquem hominem eſſe domini, poteſt dominus propria auctoritate exigere debitum ſuum. Speculator in verſiculo decimo octauo. Nota etiam, quod homo meus poteſt de bonis ſuis teſtari, donare ſuis, non extraneis, & vendere pro ſuis neceſſitatibus. Sed ſi ſponte alienaret, poſſet dominus repetere, niſi domino ſciente, alienare conſueuerit, ſalua tamen conſuetudine cuiuſcunque regionis, quæ pro lege ſeruanda eſt. Speculat. in verſiculo decimonono. Nec vxor hominis mei cum illo longo tempore viuens efficitur mea fœmina, quia vxor pro marito non obligatur. Speculat. in verſiculo vigeſimo. Et quia in aliquibus locis eſt conſuetudo, quod mulier ſuccedat in feudum. capitulo ſignificauit. de reſcrip. ſolet quæri, qualiter ipſa ſeruiet feudo & dicas, quod ipſa erit vaſallus & iurabit per ſe fidelitatem, ſed ſeruiet feudo per ſubſtitutum Speculato. in verſiculo vigeſimoprimo. Et homo ligius pingue feudum habens, uel ſi eſt diues, tenetur ſequi dominum in exercitum ſuis ſumptibus, alias ſecus. Specula. in verſiculo vigeſimoſecundo. Et ſi Rex vult ire ad partes remotas, puta vltra mare, ad pugnandum cum Barbaris, & talis Rex conſueuit vel præceſſores ſui pugnare cum Barbaris, tenẽtur cum ſe qui ſui homines, tenetur tamen Rex eis in totum vel in partem prouidere de expenſis arbitrio boni viri. Speculat. verſic. vigeſimotertio. Et ſi moritur vaſallus relictis duobus filiis, quorum vnus vtilis eſt, alter inutilis ad ſeruitium. Ioan. And. in dicto §. quoniam. in additione, incipiente, Pileus, ponit diſtinctionem Pilei, an poſſit vel non ſine parte feudi ſuſtẽtari; vt primo caſu totum habeat vtilis, ſecũdo caſu de parte, alias ſibi obuentura aſſignet, vnde ſuſtentari poſſit. Et recitatis opinionibus, videtur reſidere cum iſta diſtinctione. Et dicatur ſic, Concedo tale feudum tibi & hæredibus tuis ſolum, non ſuccedunt, niſi hæredes de ſuo corpore deſcendentes. l. ex facto. §. final. ff. ad Trebel. Specula. in verſicul. vigeſimoſexto. Et ſi mortuo vaſallo, eius filius non petita inueſtitura decimo mẽſe deceſſit, relicto filio adulto, an iſte nepos habeat ſolum reſiduum anni, an integrum annum? Et concludit Ioannes Andreæ in dicto. §. quoniam. in additione, incipiente. Si minor xxv. annis, quod habebit integrum annum, quia negligentia patris non nocebit filio, nec illius tempus ſibi imputabitur. Non tenetur vaſallus iurare fidelitatem omnibus filiis ſui domini defuncti, quia non cogitur ꝓ vno feudo habere plures dominos. Speculat. in verſiculo vigeſimonono. Et ibi dicit Ioannes Andreæ quod erit in electione vaſalli, cui iuret ex dominis, niſi ad vnum peruenerit ex diuiſione, vel alter inter eos conuenerit, quod vnus habeat, ſed contrarium habetur in capitulo primo, §. præterea. ſupra de prohibita alienatione feud. per Federicum Non poteſt dominus vaſallum inuitum in alium transferre, niſi in caſu neceſſitatis. Ioannes Andr. in dicto §. in additione incipiente. Et hanc rationem. Et domini inter ſe diuidentes feuda, diuidunt etiam vaſallos. Speculato. in verſicu. trigeſimo primo. Et vaſalli inter ſe non poſſunt feuda permutare, quia ſub alienationis verbo continetur permutatio. Speculato. in verſiculo trigeſimoſecundo. Nec vaſalli poſſunt inter ſe diuidere feuda, quando non prouenjunt hæreditario iure. Speculato. in verſiculo trigeſimo tertio. Et ſi primus vaſallus inſeudat ſecundo, & ſecundus tertio, & tertius illud vendit, primus dominus habens directum dominium, illud reuocat. Ioannes Andreæ. in dicto. §. quoniam. in additione incipiente, Hoc vide, quod dixi. Et an bona feudalia confiſcentur propter delictum, an reuertantur ad dominum, plene per Speculato. & Ioan. Andreæ. in dicto §. quoniam. verſiculo Quadrageſimo. Et videtur, quod nõ publicentur, de quo per Bartol. & modern. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infecto. Et nota, quod Speculato. & Ioannes Andreæ in dicto §. quoniam. in verſiculo & nota. tractant, quando dominus tranſit per loca vaſalli, quod dẽt habere hoſpitia, & alia neceſſaria ad victum iuſto precio: itẽ an teneatur vaſallus conferre ad filiam domini maritandam Et concluditur quod non, & tractatur de quibuſdam aliis, an vaſallus teneatur, & concluditur quod non. Et ſi dominus vult grauare vaſallum vltra debitum, poteſt implorare officium iudicis, vt releuetur ab illo onere, ut ibi. Nec debet induci nouitas in homagii ſeu fidelitatis exactione, alioquin negari poteſt. Speculato. in dicto. verſicu. & nota. Et vtrum felonia a patre meo commiſſa mihi noceat, vt non poſſim in feudo ſuccedere. per Speculato. & Ioannem Andream in §. nunc dicamus. in verſiculo. ſed quæritur? Et concludit Ioan. Andreæ quod præiudicat, quando feudum non poteſt venire in filium, niſi per ſucceſſionem patris, ſecus ſi alias venire poterat, quia conceſſum fuit patri & filiis, de quo per Cyn. in l. ſecunda in fine C. de libert. & eor. lib.

FRANCISCHINI CVRTII IVNIORIS IVRECONSVLTI TRACTATVS FEVDORVM.

PRAEFATIO.

OPtaui iamdudum, ſtudioſi adoleſcentes, aliquid lucubrationum mearum eluceſcere, quod vſui veſtro omniumque in literaria Philoſophia inſudantium conducere poſſet. Verum aliquando non parũ me a propoſito retardauit, quod Marcum Antonium, hominem quidem ingenioſum, dicere ſolitum ferunt, ſe ideo nullam vnquam orationem ſcripſiſſe, ut ſi aliquando opus eſſet aliquid a ſe non eſſe dictum, poſſet id ſe negare dixiſſe. Quo fit, vt maximo oneri ſuppoſitum ſe intelligat, qui dicta ſua ſcriptis demandat: cum infinitis cenſoribus ſe ſubmittat neceſſe ſit. Diu tamen mihi cogitãti, hęc ſententia potior viſa, quandoquidem ſcriptura ſit omnium rerum conſeruatio. Niſi enim antiquorum ſplendida geſta & dicta ſcriptis demandata fuiſſent, nullatenus in hominum memoria verſarentur. Et vt pulchre inquit Bald. in proœmio Decretalium, quemadmodum triſte eſt diuiti decedere ſine hærede, ita miſerrimum eſt habenti gratiam intellectus. poſteris ſuis. ideſt ſtudioſis nihil ſcriptum, tanquam hæreditarium relinquere. Cum igitur inter cæteras utriuſque Iuris materias (vt quotidiana forenſium cauſarum docet experientia) feudorum materia non minus lucroſa, quam ſubtilis ſit, quod in ea inter Principes & Magnates arduæ quæſtiones tractantur: Summo deſiderio diutius exoptaui feudorum vſus pleno ſtylo tractare, idque oneris primo anno, quo legendi muneri præfectus fui, diebus quibus ordinarie non legebatur aggreſſus ſum eo propoſito, vt niſi perfectum, non desererem Sed varia rerum diſcrimina aſſiduæque Iuris Cæſarei ordinariæ lectiones, quas (licet indignus) iam per multos annos in hac cæterarum omnium florentiſſima Ticinenſi Academia publice profiteor, nec minus forenſium cauſarum multitudo, quas pro amicorum & affinium tutela ſubire cogor, me ab incœpto opere multoties retardarunt. Nunc autem memoria repetens illud, quod ad Lucillum ſcribit Seneca epiſt. uigeſimaſecunda. Turpe eſt cedere oneri, luctarique cum officio, quod ſemel accepiſti. Nec eſſe uirum fortem & ſtrenuũ; qui laborem fugit, ſed cui creſcit animus ipſa rerum difficultate decreui incœptum opus qua poſſum uia meliori perficere. Fuiſſet animus ſingulos titulos, ac ſingula capitula, prout cœperam commentari, ſed cum id apud me nimia ſarcina continuarum lectionum & forenſium cauſarum oneratum impoſſibile ferme reddatur, tum etiam quia feudorum tituli minus ordinate bona cum uenia compilatorum quod dictum ſit, traditi, multotieſque repetatur idem, decreui principales materias in quibus, quantum temporis pe-

nuria paſſa fuit inſuadere potui, in modum tractatus reduce
re, & quoniam ſeptenarius numerus cęterorũ perfectior re-
putatur, Tractatum hunc in 7. principale diuidemus. In pri-
ma duodecim quęſtiones generales, & neceſſarias ad intelli-
gentiam materię loco pręludiorum ponemus. Ex quibus in-
ter cętera quid ſit feudum, & quot feudorum ſpecies cũ mul
2 tis adiacentibus dubitationibus patebit. † In ſecunda, per
quas perſonas, & quomodo in eſſe deducatur aperiemus.
In tertia, quomodo feudum in eſſe deductum tranſmiſſio-
ne conſtituetur, & ſic feudi ſucceſſionem declarabimus.
In quarta, cauſa ex quibus Vaſalli feudo priuentur, & per
conſequens, quomodo feudum in eſſe deductum, finiatur
denumerabimus. In quinta, cui feudum amiſſum appli-
candum ſit, differemus. In ſexta, quoniam omnium re-
rum viciſſitudo eſſe debet, intelligent domini, quam ipſi er-
ga vaſallos, male ſe habentes, proprietate priuentur. In ſepti
ma, & vltima, quis ſit Iudex ĩ cauſa feudi, breuiſſime demon
ſtrabimus. Fateor ingenue multas alias ſupereſſe quęſtiones,
quæ longiorem exigerent tractatum. fortaſſis dabitur occa-
ſio, vt præſenti operi multa addere poſſimus. Sed ne interea
ſtudioſi ſpe ſua fruſtrati remanerẽt, quorum precibus victus
ſum, vt iam tandem, quæ potui hactenus perficere, vlterius
non differam, has operis noſtri partes ſeptem impreſſoribus
dedi, è quibus ſi quid fructus ſtudioſi colligere poterunt, id
omne ſit ad laudem indiuiduæ trinitatis. Si quid autem mi-
nus laute minuſq; eleganter dictum reperiatur, lectoris non
maleuoli correctioni ſubmitto. Opus igitur ipſum iam tan-
dem aggredior.

S V M M A R I V M.

1 *Liber feudorum, num ſit authenticus, & ad deciſiones cauſarum recte allegari poſſit?*
2 *Conſuetudines feudalorum, an ſint locales, an vniuerſales.*
3 *Deciſiones Gratiani poſitæ in decreto, an ſint authenticæ.*
4 *Poteſtas & mãdatum faciendi actum, non præſumitur interuenire etiam ex curſu longiſsimi temporis.*
5 *Poteſtas legis condendę, eſt de reſeruatis principi in ſignum ſupremæ poteſtatis.*
Reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis, pręſcribi non poſſunt.
6 *Approbatio ſummorum Pontificum, eſt ſuprema, nec poteſt eſſe alia maior.*
7 *Vox vnius, vox nullius.*
8 *Vſus tanti temporis, cuius initii memoria non exiſtit, vim priuilegii dicitur habere.*
9 *Imperator diſponens circa perſonam, vel actum inualidum, approbare dicitur.*
10 *Imperator habens notitiam alicuius, & non improbans, dicitur approbare.*
11 *Deciſiones feudorum pręter Imperatorum deciſiones in hoc libro feudorum inſertæ, non dicuntur leges, ſed conſuetudines feudorum in ſcripta redactę.*
12 *Conſuetudo ſcripta non mutat nomen conſuetudinis.*
13 *Conſuetudo notoria non eget probatione.*
14 *Conſuetudo & obſeruantia generalis probatur per teſtes etiam ſingulares.*
In probationibus de antiquo, ſola fama inducit plenam probationem.
15 *Priuilegia & inſtrumenta antiqua, an conſtituant opinionem, & famam.*
Libri antiqui faciunt probationem de antiquo.
16 *Pictura lapidibus inſculptæ, quo caſu probationem inducant.*
Conſuetudo generalis, quomodo probetur.
17 *Scientia ſuperioris, an ſit ad inducendam conſuetudinem neceſſaria.*

PRIMA QVAESTIO, AN IVS FEVDORVM legis generalis auctoritatem habeat.

PRimæ partis eſt. Ne ſuper inutili ope laboremus
1 inueſtigare. † nunquid totus liber feudorum ſit
authenticus, & ad deciſiones cauſarum allegari
poſſit. Dubium facit, quia licet in libro feudo-
rum ſint quædam deciſiones Imperiales, de quibus non eſt
quæſtio: ſunt tamen maiori ex parte deciſiones Oberti de Or
to, & Gagapiſti, qui fuerunt Doctores tantum, & per conſe-
quens eorum auctoritas non eſt neceſſaria, ſed ſolum proba
bilis, quatenus bona ratione nituntur, vt eſt gloſ. notabilis in
l. 1. quæ allegat tex. in l. 1. C. de profeſſo. qui in vrbe Conſtan
tino. l. 12. Bar. & communiter ſcribentes in lib. 1. ff. ſi certum
peta. Imo non ſolum dictum Doctoris non eſt neceſſarium,
& allegabile ad deciſionem cauſarum, ſed etiam dictum Pa-
pæ, quando ſine concilio loqueretur, vt inquit Hoſtienſis. in
cap. paſtoralis, extra de decimis. cum ergo non conſtet prædi
ctos Obertum, & Gerardum, qui fuerunt huius libri compi-
latores, habuiſſe auctoritatem legis cõdendæ, quæ niſi a prin
cipe poteſt concedi. l. 2. §. pen. ff. de or. iur. videtur dicendum
quod deciſiones illorum non ſint authenticæ. Cum enim
auctoritas legis condendæ ſit publicæ auctoritatis, debet per
publica documenta demonſtrari. l. vnica. C. de manda. prin.
cap. nobiliſſimus. 97. diſt. & ideo reperio, quod Hoſti. in ſum-
ma ſua, titu. de immu. eccle. §. inquantum, verſ. ſi vero pater-
num. fuit in iſta opinione. quod licet leges Imperiales in hoc
libro inſertæ ſint authenticæ, tamen ſecus eſt in deciſionibus
Doctorum, qui fuerunt huius operis operis compilatores.
Eandem opin. tenuit Antonius de Prato, veteri in proœmio
huius lib. in 7. col. Idem tenuit And. de Iſer. in c. j. circa princ.
2 de feud. cogno. mori vltra prædicta eo † quod coſuetudines
huic libro inſertæ, videntur potius locales, quam vniuerſales,
vt probat tex. in c. 1. §. fin. qui feu. dare poſ. ibi aliter in Medio
lanenſi Curia obſeruatur facit rubr. inf. poſita. hic finitur lex
deinde incipiunt conſue. reg. facit text. in c. non eſt conſuetu-
do. de alien. feud. pa. Ergo conſuetudines locales non debent
ligare vniuerſos, § ius autem ciuile. Inſtitu. de iu. naturali. ad
quod facit ſolenne dictum Innoc. in cap. dilecto. extra de of-
fic. Arch. vbi dicit, quod conſuetudines communiter ſunt lo-
cales. Nec mirum videatur, quod in hoc libro poſſint eſſe
3 aliquæ deciſiones authenticæ, & aliquæ non, † quia ſimile vi
demus in libro Decreti, in quo ſunt inſertę multę deciſiones
Gratiani, quę non ſunt authenticæ, niſi quatenus ratione iu-
uentur, vt inquit gloſſ. in cap. Euphemium. §. hinc colligitur
in verbo infamen. 2. q. 3. vbi dicit gloſſ. fateor plane te mentitum
Gratiane. Et ideo dicimus, quod deciſiones Gratiani,
quatenus ratione non iuuantur, dicuntur paleę, quia deficit
auctoritas legis condendę, ita concludunt. Ioã. An. in Nouel
la. & cęteri Cano. in c. 2. extra de reſcr. Imo. & Ro. in rubri. ff.
de verborum obligation. facit glo. in ca. in primis. in ver. ca
pitali. 2. q. 1. Confirmo hanc primam ſententiam, quia licet
longiſſimo tempore iſte liber feudorum in manibus habea-
tur, adeo, vt dicere poſſimus, quod omnia debeant ſolennia
præſumi interueniſſe, quę ex curſu temporis pręſumuntur,
iuxta regulam. l. ſi filius. C. de pet. hær. per Alex. in l. ſciendum,
ff. de verborum obligar. vbi cęteri ſcribentes omnes: tamen
4 vera eſt, & ſingularis concluſio, † quod ex curſu temporis,
quantumcunque longiſſimi, nunquam pręſumitur interue-
niſſe poteſtas & mandatum faciendi actum, vt eſt text. fin. in
l. fin. ff. de vſucap. pro empt. quem text. ad hoc allegat Bald. &
ita determinat in l. 1. C. de rebus eccle. non alien. & Alex. in l.
qui in alie. in prin. in 3. colum ff. de acquir. hære. & in conſi. 1.
incip. ponderaris his in penult. columna in quarto volu. er-
go dicemus in propoſito, quod ex curſu temporis quantun-
cunque longiſſimi non pręſumatur mandatum, ſeu poteſtas
5 legis condendę. † Poſtremo eandem opinionem confirmo,
quia auctoritas legis condendę dicitur eſſe de reſeruatis prin
cipi, in ſignum ſupremæ poteſtatis. vt dicit text. in dicta l. 2. §.
pen. ff. de ori. iur. quo caſu ſuccedit vera concluſio, quod illa,
quæ ſunt reſeruata in ſignum ſupremę poteſtatis, non poſ-
ſunt pręſcribi, glo. eſt reputata ſingularis in c. 1. de cleri. ęgro.
lib. 6. quam pro ſingulari refert, & ſequitur Ang. in l. vſucapionem.
ff. de vſucap. Panormi. in capit. ſi diligenter, in 5. col.
de foro compe. Ergo in propoſito, licet longiſſimo tempore
iſte liber præmanibus fuerit habitus, non erit tamen authen-
ticus, quia ex curſu longiſſimi temporis in his, quę non acqui
rantur ſine principis conceſſione, nunquam actus validatur
ex tolerantia ſuperioris. ita decidit Geminia. & cæteri Cano-
niſtę ibi. vbi ex hoc inferunt, quod licet Papa longo tempo-
re toleret. quod aliquis decimas non ſoluat, tamen propter
hoc non poteſt acquiri ius non decimandi. Pręmiſſis tamen
non obſtantibus, contrariam ſententiam tanquam magis
communem & de iure veriorem amplector, quod totus iſte
liber feudorũ allegabilis ſit ad deciſionem cauſarum. Illam
opinionem tenent Odofred. Andre. de Iſer. Bald. Iac. Aluar.
& Marti. Lauden in pręludijs feud. ſubiiciens Bald. quod deſi
ciant amodo latrare pertinaces, quia iſtud opus per omnes
obſeruatur, prout etiam atteſtatur Aluarot. ibidem. Eãdem
opinionem ſequitur Ioan. Andr. in Nouella, & cæteri Cano
niſtę in cap. ex parte, extra de reſcrip. in cap. fin. extra de feud.
idem ſequitur Iacob. de Bel. in cap. 1. circa finem, qui feud. da.
poſſ. idem ſequitur Hoſtien. in cap. 1. extra de Summ. Trin. &
fide catho. vbi enumerando omnes libros authenticos, enu-
merat iſtum librum feudorum. idem ſequitur Alberi. de Ro
ſa. poſt Iacob. de Rauen. in l. de quibus. ff. de legibus, in reper-
torio iuris Canonici. in verbo feudum. Idem tenet Ioann.
Raynal. in commento. c. imperialem. ſuper rubr. in vlt. qõ. De
prohib. feu. aliena. per Federi. Et pro iſta communi ſententia
adducuntur multa fundamenta. Et in primis Bal. dicit, quod
multæ Decretales ſummorum Pontific. ſequi videntur deci-
ſiones feudales in hoc volumine deſcriptas, vt in capitulo cę
terum, de iudic. cap. verum. cap. ex tranſmiſſa. de foro compe
6 tenti. cum multis alijs. † ergo ſecundum cum nulla maior

poteſt

poteſt eſſe approbatio, quam ſummorum Pontificum.l.fin.
C.de legi. Adducit etiam Bal.teſtimonium egregii Doctoris,
Domini Odofre.in auct.caſſa.C.de ſacroſan. eccleſ. vbi atte
ſtatur,lib. Autheſiticorum conditum a Iuſtiniano habere 8.
collationes ſuperueuiſſeque poſtea Fredericum ſecundum
Imperatorem,qui miſit has deciſiones feudales, Doctoribus
legum ordinanda, ſecundum aliquos ad hanc inclitam vr-
bem Ticinenſem, ſecundum aliquos ad ciuitatem Bono-
nienſem, vt ſingulas leges ſub congruis titulis applicarent,
& iſta facta fuit decima collatio. Iſtis duobus fundamentis
poſſet de facili diſputando reſponderi. Et ad primum, quia
non ſequitur:aliquæ deciſiones huius libri ſunt per Decreta-
les approbatæ,ergo totus liber eſt approbatus, prout in ſimi-
li videmus in libro Decreti,in quo ſunt aliquæ deciſiones ca
7 nonizatæ, aliquæ non. † Ad ſecũdum autem poſſet reſpon-
deri,quod vox vnius,vox nullius.l.vbi numerus, cum vulg-
ribus.D.de teſtibus,vel aliter, quod iſtud priuilegium haben-
di auctoritatem legis condendæ,non poteſt per teſtes proba-
ri,quia priuilegium ad ipſius probationem, requirit ſcriptu-
ram,vt eſt glo.not.in c.1.de cenſi.in 6. Dominus Alexan. la-
te in conſi.196.incipien.viſo teſtimonio.in 2.col.in 2.volum.
Ideo pro iſta communi ſententia fortius ſtringit,quod iſte li
ber feudorum longiſſimo tempore obſeruatus ſitit pro Au-
thentico,& quidem per tantum tempus, cuius initii memo-
ria non extat in contrarium, quo caſu ſuccedit vera conclu-
8 ſio, † quod vſus tanti temporis habet vim priuilegii.l. hoc
iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æſti. cap.ſuper quibuſ-
dam.§.præterea,de verborum ſignifi.Panor. & cæteri in cap.
peruenit.extra de cenſi.Alexand. in conſilio 6. incipien. viſo
themate. in primo volum. vbi dicit iſtud procedere etiam in
his, quæ ſunt principi reſeruata in ſignum ſupremæ poteſta-
tis,per text.in d.§.præterea, & quod etiam non requiratur ti-
tulus,nec ſententia ſuperioris, nec etiam probatio bonæ fid.
per ea quæ habentur in cap.j.de præſcriptio.in 6.cum multis
aliis ibidem per eum allegatis.ergo clariſſime conſtat, quod
iſte liber per ſpatium tam longi temporis obſeruatus erit au-
thenticus. Et pro iſta cõmuni ſententia vltra ea, quæ dicunt
communiter ſcribentes,adducit excellentiſſimus legum mo
narcha, pater & præceptor meus obſeruandiſſimus Franciſ-
chinus Curtius auunculus meus:quia non eundo per mendi
cata ſuffragia videtur conſtare de expreſſa approbatione Im
9 peratorum. † Nam regulam habemus, quod Imperator di-
ſponens circa perſonam vel actum inualidum,dicitur appro
bare,l.quidam conſulebant.ff.de re iudic.l. idem Vlpianus.ff.
de excu.tuto. ſed ſic eſt, quod multi Imperatores habuerunt
notitiam iſtius libri feudorum. & circa ipſum diſpoſuerũt,
prout conſtat ex infinitis priuilegiis conceſſis ad legitiman-
dos ſpurios, & naturales,in quibus expreſſe derogant, capit.
naturales. Si de feudis fuerit controuer. in x. collatione feu-
dorum. Ecce quod Imperatores appellant hunc librum feu
dorum,decimam collationem: Ergo conſtat de expreſſa ap
probatione, quæ reſultat ex multitudine priuilegiorum, vt
inquit Bal.in l.j.circa principium.C. ad Maced. & in l.j. circa
10 finem. C. ad Vellei. † Imperator enim notitiam alicuius ha-
bens & non improbans,approbare cenſetur, gloſſ. not.in l.
quo enim.ff.rem ra.habe.vbi dicit glo.quod non improbare
ratificationi par eſt,ſicut glo.not.in c.r.44.diſt.vbi dicit,quod
Papa,vel Epiſcopus ordinãs aliquem ſpurium,vel infamem,
videtur eum reſtituere famæ.idem Bal.in l.Imperiales §. ſimi
les.C.de nupt. Confirmo hanc communem ſententiam ſub-
tili fundamento,ex quo conſtabit clara ſolutio ad ea, quæ ſu
11 pra in contrarium adducta fuerunt. † Nam ſciendum,quod
deciſiones feudales ĩ hoc volumine incertæ vltra deciſiones
Imperiales,licet ſint in ſcripta redactæ, non tamen dicuntur
leges,nec fuerunt conditæ ſecundum formam aliarũ legum
iuxta not.in l.humanum.C.de legi. ſed potius dicuntur con-
ſuetudines feudales ſcriptæ, ita declarat Cynus poſt Nicola.
Matha.in l.j.2.q.C.quæ ſit longa conſuetud.vbi dicit ita con-
tigiſſe in iſtis conſuetudinibus feudalibus,prout tempore ſuo
contingit in conſuetudinibus vrbis Romæ, cum ibidem aſſi
deret cum nobiliſſimo Domino Ludouico Sabaudiæ Sena-
12 tore. † Conſuetudo enim propter hoc,quod in ſcriptis redi-
gatur,non mutat nomen conſuetudinis, ita declarat Bart.in
terminis loquens de materia feudali.in l. de quibus. in 4. col.
in ver.ſed iuxta præmiſſa quæro.ff. de legi. in l.2.circa princi.
ff.de vulgar.& pup.Bal.Iac.Alua.& Mart.Lauden.in rub. qui
feu.da.poſ.Ergo abſque eo,quod conſtet de auctoritate legis
condendæ,vel de approbatione Imperiali, iſtæ cõſuetudines
feudales in ſcripta redactæ, & tacito conſenſu populi confir-
matæ vim legis obtinebunt.l.de quibus.ff. de legib.§. ex non
ſcripto.Inſt. de iure naturali. & licet ad hoc probandum, ꝙ
ſint conſuetudines, non videatᷣ eſſe neceſſaria alia probatio.
13 † quia notoria cõſuetudo non eget probatione,aut iubemus
in verbo,moribus conſonantem.& ibi Bal.not.C. de iud.ſub
dens, quod Iudex tenetur ſupplere in his, quæ ſunt notoriæ
conſuetudinis,prout ſupplet in his,quę ſunt iuris,idem Bald.
in l.filiusfamilias.§.veterani.ff de procur.allegans bonam gl.
in l.j.C.qui,& aduerſus quos facit ſingulare dictum Io. And.
in cap.fundamenta,de elect.in 6.dum dicit,quod illa conſue-
tudo,quia filios fratris nepotes appellamus,non eget proba-
tione tanquam ſit notoria,tamen ex abundanti ad hoc pro-
bandum accedunt teſtimonia Filiberti Epiſcopi,Gerardi,Ga
gapiſti, & Oberti de Orto, qui expreſſe atteſtantur iſtas eſſe
conſuetudines feudales,vt patet ex diſcurſu huius libri, quo-
14 rum teſtimonia ſufficere debent, † quia ad probandum gene
ralem conſuetudinem, & obſeruantiam admittuntur teſtes
etiam ſingulares, vt pulchre concludit Alex. in conſi.172. in
cip.viſis & opportune diſcuſſis.in pen.colum. in ſecundo vo
lum.vbi multa ad hoc allegat,& iſtud tanto certius procedit
in propoſito, quia ſumus in probationibus de antiquo, quo
caſu ſola fama inducit plenam probationem,vt dicit Bal. in
Auth quas dictiones.ad fi.C.de ſacroſanc.eccleſ.& in l. bonę
fidei,in vltima column.C. de rebus cre. notant communiter
15 ſcribentes.l.ſi quidem.ff.ſolu.mat. † Sic etiam dicimus, quod
priuilegia & inſtrumentã antiqua conſtituunt opinionem,
& famam,Baldus & Salyc.in l.cum aliquis.C. de iure delibe.
ad quod etiam probandum accedunt teſtimonia Albe. Iac.
Alu.& communiter Doct. ſupra relatorum, qui atteſtantur
iſtas conſuetudines quotidie in vſu obſeruari. Quo caſu ſuc-
cedit alia concluſio,quod in probationibus,de antiquo, li-
bri antiqui faciunt probationem; cap. cum cauſam,extra de
probat.c.ad audientiam.extra de pręſcripti.l.cenſus.ff.de pro-
16 batio.& vtrobique notatur, & eo maxime † quia tractamus
de probãdo aliquid, quod non tendit in alterius pręiudiciũ,
quo caſu picturę etiam lapidibus inſculptę inducunt proba
tionem,vt in ſimili dicit Innoc. in Rubri. extra de conſecrat.
Eccle.vel altar.quando tractatur de probando, vtrum eccle
ſia ſit conſecrata glo.& Panormita.in d.c.cum cauſam,extra
de probat.Nec huic fundamento obſtat, ſi dixeris, quod im
poſſibile videtur probare cõſuetudinem generalem per vni
uerſum mundum, quia ſi conſtet de conſuetudine vrbis Ro
mę,& maioris partis prouĩciarum,ſatis eſt, dum in loco par
ticulari non conſtet de contraria conſuetudine. tunc enim
ſeruãda eſt conſuetudo vrbis Romę. vel aliarum prouincia
rum,& ſignanter declarat Ioan. Andr.in Nouel. in Rubrica
extra de conſuetudine,ad fin. Ad quod facit bona gloſſ. in c.
conſuetudo.j.diſtin.& ad hoc eſt textus expreſſus.in l. de qui-
bus.ff.de legi.dum dicit, quod quando in aliquo loco nõ eſt
lex ſcripta,& caſus non poteſt decidi per ſimilia, recurrendũ
eſt ad ius,quo vtitur vrbs Romana,qui textus videtur intelli
gendus eſſe de generali Romanorum cõſuetudine, prout ibi
declarat Alber.in 6.col.ad finem. & expreſſius Raphael Ful.
licet Bart ibi in repetitione, in 2.col. videatur intelligere illũ
tex.procedere etiam in cõſuetudine particulari vrbis Romę,
eo quod Roma ſit caput,& cenſeatur cõmunis patria. l. Ro
ma.ff. ad muni. Quicquid tamen ſit, in hoc omnes concor
dant,quod ſi ſit conſuetudo generalis Romanorum,illa tra
hitur ad omnes prouincias,tametſi verũ, quod in ſubſidium
recurratur etiam ad particularem conſuetudinem vrbis Ro
mę,quando nimirum deficit lex ſcripta, vel conſuetudo par
ticularis, ſed vbi conſtat de conſuetudine generali vrbis Ro
mę,non ſolum in ſubſidium obſeruatur, ſed etiam ſimplici
ter,& abſolute,vt conſtat in locis pręallegatis, & ideo in pro
poſito, conſtito quod iſtę conſuetudines feudales ſint genera
les conſuetudines Romanorum, reſultabit clara concluſio,
quod ſeruandę erunt in omnibus aliis prouinciis, in quibus
non conſtabit de particulari conſuetudine contraria. Et ex
hoc teſtamento poteſtis ſumere claram ſolutionem ad om
nia ea,quę ſupra in contrarium deducta fuerunt, quę princi
paliter tendunt ad hoc, quod non conſtat de auctoritate le
gis condendę, vel de approbatione imperiali, quia nullum
iſtorum requiritur ad inducendam conſuetudinem, ideoq;
17 de ipſis non eſt curandum. † Nam ad inducendam conſue
tudinem non requiritur ſcientia ſuperioris, gloſ.eſt not.in §.
leges,4.diſt.& ita communiter tenent Canoniſtę in capit.fin.
extra de con.& eſt tex.in cap.1.de conſtitut.in 6. vbi pręſumi
tur,Papam ignorare conſuetudines,& tamen ponitur eas va
lere,& ex hoc remanet etiam ſublatum illud, quod ſupra di
cebatur, quod reſeruata principi in ſignum ſupremę poteſta
tis pręſcribi non poſſunt,quia hic non tractamus de inducen
da aliqua pręſcriptione,ſed potius de inducenda conſuetudi
ne.Vel aliter,quod dicta cõcluſio limitatur, niſi interueniat
curſus tanti temporis, cuius initii memoria non ſit in contra
rium,vt probat tex.in d.c.ſuper quibuſdam.§. pręterea,de ver
borum ſign.& diximus ſup.allegando Alex. in conſi.6. Non
obſtat etiam aliud,quod ſupra dicebatur, quod iſtę conſue
tudines videntur locales, quia licet a principio fuerint loca
les,tamen poſtquam ſunt in ſcripta redactę,& tacito conſen

ſu populi vniuerſaliter cõfirmatę vniuerſales cenſendę ſunt, & ſic remanet expedita prima quęſtio principalis.

S V M M A R I V M.

1 *Feudales conſuetudines, an in eccleſiaſtico quoque obſeruari debeant.*
2 *Lex ciuilis tribuens vniuerſaliter iuriſdictionem alicui reſpectu certæ cauſę, an clericos quoque comprehendat.*
3 *Rector Scholarum ſi ſit laicus, an ſit iudex clericorum.*
4 *Deciſiones feudales non dicuntur leges ciuiles, nec introducta a principe ſeculari, ſed dicuntur conſuetudines vniuerſales tacito populi conſenſu introductæ, quæ propter omnes ligant.*
5 *Eccleſia Romana in materia feudorum dicitur vaſal. la Imperii, dum hẽt feudum ab Imperatore.*
6 *Vaſallus poſt refutationem feudi etſi non teneatur ſeruire, tenetur tamen non offendere.*
7 *Altera quęſtio an ius feudorum etiam in foro eccleſiaſtico ſeruandum? capitu. 2*

SEcunda principalis eſt quõ, †nunquid iſte liber feudorum liget eccleſias & eccleſiaſticas perſonas in qua dubitatione reperio, q Bal. i præludiis feudorũ, in iii. col. dicit, iſtas ꝯſu. non ſolum in foro contradictorio, ſed ẽt ĩ foro cõſciẽtiæ obſeruandas eſſe, niſi cõcernãt periculũ animarũ, & ſic Bal. ſentire videtur, q etiam in foro Canonico ſint obſeruandæ. Hanc opinionẽ, nimirum quod liber feudorum liget eccleſias & eccleſiaſticas perſonas, magis expreſſe Alu. in cap. i. in viii. col. in ver. ſed verum. qui feu. dare poſſ. vbi refert ita tenere Car. Flo. in c. cæterũ. in tertio notabi. extra de iudici. ea ratione, quod iſtæ conſuetudines ſunt annexæ originali naturæ feudi, vt ait Bal. & communiter Cano. in d. c. cæterũ. Eandem opini. tenet Marti. Lau. in præludiis feudorum, in j. col. Iſtam opinionem tenet expreſſe Pe. de Anc. in conſ. clxxiii. incip. Dominus Lazarinus. in j. col. Idem ſequitur Alc. conſ. x. incip. viſo inſtrumento inueſtituræ, in j. col. in v. vol. Et pro iſta communi ſententia videntur tex. expreſſi. in d. c. cæterũ. extra de iu. in c. verum. in c. ex transmiſſa. extra. De ſo. com. in quibus iuribus ſummus Põtifex ſuper contentione feudali remittit etiam eccleſiaſticas pſonas ad dominos feudi, licet ſint laici. Et iõ Panor. in d. c. cæterũ. in vltimo no. vltra omnes alios notat illum textum ad vnum ſingulare. †q vbi per legem ciuilem, reſpectu certæ cãę tribuitur vniuerſaliter iuriſdõ alicui, in tali iuriſdictione comprehẽduntur clerici actiue & paſſiue, in quib. viget illa qualitas, ſuper qua fundata eſt iuriſdictio, etiam in præiudicium ordinariæ iuriſdictionis epiſcopi, ut probat ille text. in materia feudali. Ad quod etiam allegat Panor. tex. in auth. habita. C. ne filius pro patre. vbi tex. dando certos iudices ſcholarib. cõplectitur tam clericos, quam laicos, vt ibi dicunt glo. & Doctores communiter, ſecundum eum. Iſtud dictum generaliter intellectum, licet ſoleat pro ſingulari allegari, mihi tamen nunquam placuit, quia ſequeretur maximum inconueniẽs, quod ſemper eſſet in poteſtate legis ciuilis per indirectum dare iuriſdictionem ſuper clericos. contra ea, quæ habentur per omnes in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. extra de conſtitutio. & in capi. ſi diligenter, extra de foro compet. Præterea ſequeretur quod ſi in curia mercatorum, vel in aliis artificijs eſſent cõſtitui certi iudices, quod illi etiam eſſent iudices contra clericos, quod eſt abſurdum. Et ideo reperio, quod illud dictum Panorm. in ſua generalitate reprobat Felinus in capitulo eccleſia ſanctæ Mariæ. in prima q. ad fin. extra de conſtitution. Et ſic dictum Panorm. ita generale non eſt verum. Nec obſtat textus cum ibi notatis, in d. Authen. habita, quia nõ eſt verum, quod illi iudices ibi dati ſint etiam iudices clericorum, vt cõcludit Bar-
3 to. in l. fina. in iiij. colum. D. de colleg. illici. vbi vult quod Rector ſcholarum ſi ſit laicus, non ſit iudex clericorum, & late p Panorm. poſt cæteros in d. cap. ſi diligenti, de foro competent. Imo & quod amplius eſt, An. & Bar. in d. c. cęterum, tenere expreſſe, quod dominus feudi laicus, non poteſt eſſe iudex in cã feudali contra clericum, ſubdens quod omnes Doctores contrarium tenentes fuerunt in maximo errore, quia ſecundum eum, laici clericos non iudicant. capitu. ii. extra de iudi. Quinimo, dicit ipſe, etiam ſi lex ciuilis hoc ſtatuiſſet, non potuiſſet hoc facere, imo etiam ſecundum eum, lex Canonica hoc facere non poſſet, quia non poteſt tollere priuilegium datum clericis a iure diuino, vt ibi latius per eum. qui conatur reſpondere ad text. in d. cap. cæterum, quia ſecundum eum non dicit textus quod dominus Feudi ſit laicus, & uaſalli clerici. Imo potius probat contrarium, quod dominus feudi erat clericus, dum loquitur de excommunicatione, quæ non poteſt per laicum proferri. Iſta opinio Barb. quantum ad materiam feudalem, eſt falſiſſima, quia contra eam ſunt textus expreſſi in d. c. ex transmiſſa, & c. verum. de fo. com. ubi papa expreſſe remittit perſonas eccleſiaſticas in materia feudi ad dominos feudi ſeculares. Atque ideo laicus hoc caſu Iudex eſſe põt, quia ius canonicum approbauit quod autem lex canonicã hoc poſſit, probatur in c. Romana. §. debet, de ap. lib. vi. & in c. ſolitæ, ext. de maiori. & obed. Nec obſtat, q papa non poſſit tollere ius diuinum, quia hoc modo non tollit in totum, ſed totum limitat iſto caſu, quod bene poteſt, vt late notat in c. tua. el pri. maxime p Felinum, extra de decimis. Eſt etiam aduertendũ, quod ad probandum generaliter, quod conſuetudines feudales habeant clericos ligare, multum facit illud fundamentum quod ſupra in prima quæſtione propoſui ad finem dum dixi,
4 †quod deciſiones feudales non dicuntur ciuiles leges, nec introductæ a Principe ſeculari, ſed dicuntur conſuetudines vniuerſales tacito conſenſu vniuerſi populi introductæ, & ſic tã conſenſu clericorum, quam laicorum, & ideo nimirum ligãt etiam clericos. iſtud eſt, quod recte intelligenti vult ſignanter Bald. in capitu. j. in ij. colum. de contro. inueſt. apud patres terminan. dum dicit, quod licet particularis conſuetudo nõ liget clericos, ligat tamen conſuetudo vniuerſalis. Stat ergo firma concluſio, quod clerici in materia feudali poſſunt coram iudice laico domino feudi conueniri. Imo fortius dixit ſingulariter Innocentius in capitu. ſolitæ, extra de maior. & obe. quod vbicunque Epiſcopus tanquam dominus feudi cognoſcit de cauſſis feudalibus, non dicitur cognoſcere tanquam Iudex eccleſiaſticus, ſed potius tanquam ſecularis. Et ideo ab eo nõ appellaretur ad papam, ſed ad Imperatorem, quam ſententiam refert, & ſequitur Panor. in capitu. verum. in 4. colum. de foro.
5 comp. & in c. dilectus filius, el ij. extra de præb. †Eccleſia enim Romana, licet dicatur mater imperii, tñ quando habet feudũ ab Imperatore, dicitur eius vaſalla, vt dicit Bal. in l. ſed & ſi. §. ſi liber, in fi. D. de in jus voc. & tenetur ea ſeruare, quæ tenentur alii vaſalli, ſecundum Baldum in l. fina. ad fi. C. ſine cenſu, vel reliquis. quod ſecundum eum mirabile eſt, etiam ſi dominus eſſet ruſticus, ſecundum Inno. in d. c. verum. de quo tamen, an eccleſia vaſalla teneatur iurare fidelitatem, vide Bald. in præludiis feud. in vlt. diuiſione. Panor. in cap. veniens. in vi. col. extra de accuſa. Sic etiam videmus, quod ſi vaſalli ſunt clerici, tñ pares curiæ, quamuis laici, ſunt iudices in cauſa ipſorum. text. eſt in c. j. vbi Bald. & alii de cõtentione inter vaſa. & epiſcopũ idem Bal. in c. j. in ii. col. de contro. inueſt. apud par. ter. faciũt notata per Bal. in c. quæ in eccleſiarũ, extra de conſtit. vbi tangit, an eccleſia cõtrauenienſ incidat in pęnas, in quas incidũt alii vaſalli, & diſtinguit, ut ibi per eum. de quo eſt text. principalis in materia in c. primo. §. fina. de capi. Corradi. Tangit & Bald. in l. placet. C. de ſacroſanct. eccle. an eccleſia alienãs feudum ſine conſenſu domini, cadat a iuribus ſuis. Et ſic ex prædictis hẽt concluſionem in hac ſecunda quæſtione principali, quod aut loquimur in legibus Imperialibus inſertis in hoc libro, & iſtæ non ligant clericos, niſi quatenus approbatæ. Aut vero loquimur in aliis deciſionibus ex vniuerſali cõſuetudine introductis, & illæ ligant etiam clericos. Et ita debent intelligi præmiſſæ auctoritates & præmiſſa fundamenta, intelligendo tamen ſemper in his, in quibus clerici poſſunt ſibi p tacitum conſenſum pręiudicare. Poſtremo volo, quod in hac materia videatis omnino Bald. in conſi. clix. incipien. quæritur primo, in pen. column. ad finem, vbi quærit, an in feudo eccleſiaſtico poſſit vaſallus feudum repudiare, ſicut poteſt in feud. ſeculari, ut eſt textus expreſſus in c. vnico. de Vaſal. qui contra.
6 conſtit. Lotha. vbi dicit text. †quod vaſ. poſt refutationem nõ tenetur ſeruire, tenetur tamen non offendere. Diſtinguit mirabiliter Bald. quod aut eccleſia conceſſit feudum, exprimendo illa verba, lege feudorum, vel æquipollentia, & tunc locũ habebit refutandi poteſtas. Aut vero conceſſit feudum ſimpliciter & tunc poſſit vaſallus refutare, quia conſuetudines feudorum non officiunt eccleſiis, ſecundum eum, niſi eccleſia approbet, & iõ tu ſubtilis cogita an ex hac deciſione Baldi poſſit dari limitatio ad prædicta, vt ſolum procedant, quando clerici habent feudum a laico, quia tunc natura feudi illud operatur, ſecus autem ſi ipſa eccleſia feudum concedat, ſuper quo volo, vt cogites, quia iſtud videtur aduerſari his, quæ dicta ſunt ſupra, quod quando epiſcopus tanquam dominus feudi cognoſcit de cauſa feudali, dicitur procedere tã quam iudex laicus, non tanquam eccleſiaſticus.

T V M M A R I V M.

1 *Ius feudorum, an citari poſſit in materia non feudali.*
2 *Argumentari de iure ſcripto, ad materiam iuris non ſcripti, non licet.*
3 *Feudum & emphyteuſis, in quibus differant.*
4 *Conſuetudo dicitur eſſe ſtricti iuris, & proprios terminos non excedit.*
5 *Conſuetudo & ſtatum a pari procedunt, & ſic ſunt ſtricti iuris, vt etiam reſtrictionem non recipiant, & nu. 10.*
6 *Feudum & emphyteuſis eiuſdem naturæ, & a pari procedunt.*

7 *Conſue*

7 Conſuetudo, in cauſis decidendis, non eſt minoris auctoritatis quam lex ſcripta.
8 Præſcripto feudo, intelliguntur præſcripta omnia acceſſoria.
9 Iura feudorum, an poſſint in materia emphyteutica allegari.
11 Conſuetudo unam legem tollens, conſimiles quoque leges ſubmouere cenſetur.
12 Conſuetudo dicitur ius moribus introductum, quod pro lege ſeruatur.
Quærere legem, ubi ratio habetur, infirmitatem intelligentiæ indicat.
13 Liber feudorum vim legis habere dicitur, eo quod ab Imperatore uel tacite, uel expreſſe approbatus.

TERTIA QVAESTIO AN IVS ILLVD quod de beneficiis militaribus eſt, ad alias quoq; controuerſias, quæ non attingunt huiuſmodi beneficia recte adhiberi poſſit.

CAP. III.

Tertio principaliter quæro,
1 † Nunquid iura Feudalia allegari poſſint in alia
materia, quam feudali non loquor de deciſioni-
bus Imperialibus in hoc volumine inſertis, quia de illis non
eſt dubium, ſed de aliis cõſuetudinibus tacito cõſenſu popu-
li introductis. In hoc articulo Doctores admodum vere ſen-
ſiſſe videntur. Et inprimis Bar. in l. vt iuriſiuran. §. ſi liberi. in
princ. & circa medium, ff. de ope. liber. clare decidit quod iſtæ
conſuetudines feudales, cum non ſint regulę, nec rationes a
iure communi traditæ, non ſunt allegabiles ad deciſionem
cauſarum in alia materia, quam feudali, quia cum ſint ius
cõſuetudinarium, non ſunt trahendæ ad conſequentias l. ius
ſingulare, & l. quod vero contra. ff. de leg. Idem ſentit Bart. in
repe. l. de quibus, in 2. colum. de legib. dum in eo articulo, an
ſit attendendum ſimile conſuetudinis, an vero ſimile legis,
diſtinguit quod in materia conſuetudinaria attendendum
eſt ſimile conſuetudinis, in alia vero materia attendum ſimi-
le legis ſcriptæ, prout etiam dicit Abb. ibi. Eandem ſententiã
tenet expreſſe Iacob. de Bel. in c. j. Epiſcopum vel Abba. Bal-
dum poſt glo. in capi. j. de cog. vbi expreſſe dicit, quod de iu-
re feudali in alia materia arguere nõ licet. Sic etiam dixit idẽ
Baldus in l. cum oportet. in principio. Cod. de bo. quæ li. & in
l. ij. C. de ſuis & legiti. quod in materia feudali ſeruamus tan-
tum id, quod expreſſum reperitur, in aliis autem ſeruamus iꝰ
commune, ad quod eſt optimus textus quem ibi notant oẽs
in c. j. de feu. cog. & in c. an ille qui interf. fratrem do. ſui. Ean-
dem opi. expreſſe ſequitur Sal. in l. j. in 4. colum. in C. de iure
2 emphy. † vbi dixit non eſſe licitum arguere de iure non ſcri-
pto ad materiam iuris ſcripti, & dicit probari in l. de quibus.
ff. de legi. pro eadem ſententia optime facit, quod ſignanter
decidit Bal. in c. j. §. ad hæc in v. col. de pace iura. firm. vbi vult,
quod diſpoſitio illius capituli diſponẽtis, quod dominus poſ-
ſit legare feudum pro anima in præiudicium vaſalli, non ha-
bet locum in domino reſpectu emphyteutæ. Sic etiam dixit
idem Bal. in c. j. de controuer. inter dom. & vaſal. de benefi. ꝙ
diſpoſitio illius c. permittentis, vt vaſallus poſſit tranſigere ſi-
ne conſenſu domini de re feudali, non habet locum in em-
phyteuta. Dixit etiam idem Bal. in ca. vaſallus feudum, quod
ſciens. ſi de feu. fue. contra. quod diſpoſitio illius capituli diſ-
ponentis, quod vaſallus negãs qualitatem feudi priuetur feu-
3 do, non habet locum in emphy. † plures alias differentias in-
ter feudum & emphyteuſim, per quas poſſet confirmari hęc
ſententia, quod iura feudalia non habet locum in alia mate-
ria, quam feudali, reperies ſparſim traditas per Docto. maxi-
me per Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua, verſi. 4. per Bald.
in Auten. ſi quas ruinas. in antepe. col. C. de ſacroſanct. eccle.
in l. qui ſe patris, in 2. col. C. vnde liberi, in rub. C. de cond. ex l.
per Bar. in d. l. ut iureiſiur. §. ſi liberi. Et pro iſta ſententia, quæ
videntur communis, moueor tali fundamento. † nam regulã
4 habemus, quod conſuetudo dicitur eſſe ſtricti iuris, & pro-
prios terminos non excedit. c. quod ad tranſlationem, & ibi
Panormi. no. in vltimo notabili, extra de officio leg. Bar. in l.
poſt dotem, in antepe. col. ff. ſo. ma. Et ideo dixit ſignãter Bal.
in l. fin. in verſi. vnum aliud ſcias. C. communi vtriuſque iud.
quod conſuetudo tantum habet de potentia, & effectu, quã-
tum habet de vſu, adeo vt proprios facti & vſus termi-
nos non excedat, ſic etiam dixit Franciſchinus Aretin. in cõ-
ſilio 44. incipien. propoſita conſultatione, in principio, tãtũ
enim debet eſſe pręſcriptum, quantum poſſeſſum. l. j. §. ſi qs
5 hoc interdicto & ibi Bar. ff. de iti. actuque priua. §. ideo dici-
mus, quod conſuetudo & ſtatutum a pari procedunt & ſũt
ſtricti iuris, nec recipiunt reſtrictionem. l. quicquid aſtringen-
dæ, ff. de verborum obliga. nam vt dicit Bal. in c. j. in fi. de feu.
cog. conſuetudo dicitur eſſe tacita ciuium conuentio, ſicut
ſtatutum dicitur expreſſa, ſed ſic eſt, quod pactum & conuen-
tio non extenduntur ad alias res vel perſonas, quam verba
pacti, ſeu conuentionis includunt. l. ſi unus. §. ante omnia. ff. d
pact. ergo nec conſuetudo. Secundo pro eadem ſententia fa-
cit optime tex. in l. quod non ratione. ff. de leg. vbi dicit text.
quod non ratione, ſed conſuetudine introductum eſt, in ſimi-
libus locum non obtinet, ſed ſic eſt, quod iſtæ conſuetudines
feudales, ut ſupra dixi, ex conſuetudine introductæ ſunt, &
ſatis eſt, quod ſunt tolerabiles licet non rationabiles, vt dicit
Bald. in c. 1. de feu. cog. ergo in alia materia allegabiles non e-
runt. In contrarium tamen, quod immo iſta iura feudalia
ſint allegabilia in alia materia quam feudali, multa ſtringũt,
& in primis dictum Specu. in titu. de feu. §. quoniam. verſic. 4.
6 in fi. vbi dicit, † ꝙ feudum & emphyteuſis ſunt eiuſdem natu-
ræ, & a pari procedunt, idem dixit Hoſt. in ſumma ſua, titu.
de feu. in princ. And. de Iſer. in pręlud. feudorum. in 4. charta,
verſicu. ſed an in feudato idem dixit Bald. in c. quę in eccl. ext.
de conſt. & in l. voluntas C. de fideicomm. vbi dixit in ſpecie,
quod quemadmodum vaſalli poſſunt inter ſe feudum diui-
dere ſine conſenſu domini, eodem modo poſſunt emphy-
teutæ. Eandem ſententiam confirmat glo. quam ibi ſequitur
Bald. in cap. 1. an agna. vel fili. rep. hære. pa. vbi glo. extendit de-
ciſionem illius tex. diſponentis quod vaſallus non poſſit repu-
diare hæreditatem paternam & acceptare feudum, vt habeat
locum in emphyteuta, de quo tamen me remitto ad ea, quę
tãgit Bart. & cœteri in dicto §. ſi liberi. Pro eadem ſententia
optime facit, quod dicit Bart. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verbo-
rum obliga. vbi Barto. in materia iuris accreſcendi arguit de
feudo, ad emphyteuſim. Facit etiam, quod decidit Bald. in c. j.
quemadmodum feudum ad fil. pert. vbi arg. illius tex. decidit,
quod illud, quod ibi dicitur in feudo, habet locum in refor-
matione emphyteuſis. Sic etiam dixit idem Bald. in cap. j. qui.
mod. feu. conſti. po. quod quemadmodum recipiens feudum
ſimpliciter, intelligitur recipere pro ſe & filiis maſculis, etiã
de eis non facta mentione, ut probat ibi tex. eum quidem &
erit i emphyteuſi. Sic etiam de feudo ad emphyteuſim. arguit
Bal. in cap. j. Qualiter do. propri. priue. Et pro iſta ſentẽtia ad-
duco etiam ſtringens fundamentum. nam vera eſt concluſio
7 † quod non minoris eſt auctoritatis conſuetudo in cauſis de-
cidendis, quam ſit lex ſcripta, cum a pari potentia introducã-
tur, ut dicit textus in l. de quibus. ff. de legi. lex enim alia ratio-
ne non ligat, niſi quia conſenſu populi vel Imperatoris (in
quem populus tranſtulit auctoritatem legis condendæ) rece-
pta. ergo eodem modo dicere debemus in conſuetudine, vt
quemadmodum lex ſcripta trahitur ad caſus ſimiles, eodem
modo & conſuetudo. Secundo, pro eadem parte aliter indu-
co tex. quem ibi omnes notant loquentes in materia feudali,
quod ubi deficit conſuetudo, attendendum eſt ſimile conſue-
8 tudinis, † nam, prout dicit Bar. ibi in repetitione in 2. colum.
quemadmodũ præſcripto feudo intelliguntur pręſcripta om-
nia §. primo. ff. de vſucapio. eodem modo omnia ſimilia acci-
dentia ad factum conſuetudine deciſum deciſa intelligũtur.
In tanta Doctorum varietate vltra omnes ſcribentes hic, tra-
do notabilem diſtinctionem, per quam omnes præmiſſæ va-
rietates ad concordiam reducentur. Diſtinguitur ergo, quod
aut iura feudalia aliquid diſponunt contra regulas iuris cõ-
munis, & iſto caſu non ſunt allegabilia ĩ alia materia, quam
feudali. Aliqñ vero iura feudalia aliquid diſponũt, quod nõ
eſt contra regulas iuris communis, ſed ſecundum ipſas vel
præter, & iſto caſu iura feudalia poſſunt allegari in alia mate-
ria, etiam non feudali. Iſtam diſtinctionem reperio ſignanter
traditam per Alexandrum in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolu.
matr. vbi dicit, eam colligi ex verbis Ioan. de Imola, in capit.
potuit in antepe. col. in verſic. 7. de loca. Eadem diſtinctio col-
ligitur ex his, quæ tradit idem Alexander in conſilio cvi. ĩ pe.
9 col. incip. viſo themate. in 4. volumine vbi dicit, † quod iura
feudalia allegari poterunt in materia Emphyteutica, quãdo
non ſunt contra regulas iuris communis, & ita dicit ita tene-
re moderniores in cap. j. extra de feu. Idem etiam dixit idem
Alexander in conſi. ſeq. in 2. col. vbi allegat Ioan. de Imol. in
d. c. potuit. idem dixit ipſe Alexand. in l. ſi mihi & Titio, in j.
colum. ff. de verborum oblig. & l. qui Romæ §. Flauius. in an-
tepe. col. eodem titu. & licet Alexand. nihil aliud alleget, ego
addo, quod iſta diſtinctio colligitur expreſſe ex notatis per
Inno. in c. dilecto. in 2. colum. extra de offic. Arch. vbi expreſ-
ſe dicit Inno. quod conſuetudo oneroſa & contra ius, non de-
bet extendi ad alias cauſas, nec ad alias perſonas, ſecus tamen
eſt in conſuetudine laudabili, quæ ſit præter ius, quia in ea ꝓ-
cedetur de ſimilibus ad ſimilia, ſicut etiam dixit idem Inno-
cen. in c. ſi. extra de conſue. quod conſuetudo extendi poteſt,
quando non eſt contra ius, & quando non tollit aliquid, qđ
ad alium pertineat de iure communi. Adde, quod iſta diſtin-
ctio colligitur ex nota per Bar. in ſ ca. i. §. quid ergo, de inueſti.
de

l.ſi.ff.de conſti.princ. tamen in eis ſumitur argumentum a cõ-
trario ſenſu glo nota.in l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes.ff.
nam ſi ergo in omnib. prædictis,quæ ſtricte intelligẽda sũt ,
ſumi poteſt argumentum a contrario ſenſu , ergo etiam ſu-
mi poterit in conſuetudine , licet ſit ſtricti iuris, In iſto du-
bio paſſu licet Doctores in ſpecie non tangant , videtur mi-
hi ita eſſe diſtinguendum,quod aut quærimus, verum in iuri
bus feudalibus ſumi poſſit argumentum a cõtrario ſenſu ad
deciſionem alicuius caſus ĩ materia nõ feudali, & tunc ſerue
tur illa notabilis diſtinctio, quam dedimus in præcedenti ar-
ticulo,quod ſi ius feudorum aliquid diſponat contra regulas
iuris communis, ſumi non poteſt argumentum a contrario
ſenſu,quia ſi non habet locum ſenſus directus, vt ſupra con-
cluſi, multo minus habebit locum argumentum a cõtrario
ſenſu, aut vero ius feudorum aliquid diſponit ſecundum r'as
iuris communis,vel præter,& tunc ſit licitum ſumere tale ar-
gumentum, & ad hoc adduci poſſent omnia , quæ adducta
fuerunt ad confirmationem prædictæ diſtinctionis , quæ hic
5 pro repetitis habeantur. † Si vero quærimus, nunquid in iu-
ribus feudalibus ſit licitum argumentum a contrario ſenſu,
ad deciſionem caſuum in materia feudali,& tunc ſit vera iſ-
ta ſecunda opinio, quod licitum ſit ſumere argumẽtum nõ
reſultaret correctio regulæ vel deciſionis iuris communis.ita
ſignanter concluſit Baldus in ca.imperialem.§.præterea du-
catus,in pen.col.de proh.feud.ali.per Fede.dicit ibi tex. quod
quædã feuda ibi expreſſe poſſunt diuidi , ſi conſortes volue-
rint.quærit ibi Baldus an vnus vaſallus poſſit alios ad diuiſio.
prouocare?& dicit videri,quod non per illum textum , q di-
cit,ſi conſortes voluerint,& ſic intelligitur de omnibus , vel
ſaltem de maiori parte. Cõtrarium expreſſe dicit tenere An.
6 de Iſer,& ibi reſpondet ad illum textum,† quod non probat
contrarium , niſi per argumentum a contrario ſenſu , quod
ſumi non debet, quia regula iuris communis eſt , quod ea,
quæ poſſunt ſponte diuidi , poſſunt in iudicium diuiſorum
contentioſum deduci,vt per totum titulum.ff communi di-
7 uid.† Et ideo ſubiicit,quod cauſæ feudales debent decidi per
ius commune, vbi non ſunt per leges feudales expreſſe deci
ſæ.d.cap.j. de feu. cogno. ergo non erit licitum ſumere argu-
mentum a contrario ſenſu contra prædictam regulam iuris
communis.Reperio tamen , quod cõtra iſtam deciſiom Bal.
imo conſenſum omnium requiri conſuluit Panorm.con ſi-
lio 82.incip.conditoris omnium poſtulato ſuffragio. in pen.
colum,in primo volumine.Sed primam opinionem Bald.&
limitationem prædictã late confirmat Alexand. in conſilio
25.incip.attentis narratis. in 3.colum.in v.volum.Secundo li
mitate, niſi taliter arguendo reſultaret correctio alterius diſ-
poſitionis feudalis,argumento eius,quod dicimus quod etiã
in materia ſcripta non eſt licitum ſumere argumentum a cõ-
trario ſenſu , vbi reſultaret correctio alterius , iuxta gloſſam
notabilem in l.2.Cod.de cond.inſer.in l.conuenticulam.Co.
de epiſcop.& cler.Et facit.quod decidit Baldus in ſimili,ĩ ſta-
tuto in l.omnes populi.in vj. quæſ. principali, in ver.iuxta p̃-
dicta quæro.ff.de iuſt.& iure.Poſtremo pro perfecto comple
mento huius quæſtionis vide omnino in hac materia ſingu-
larem deciſionem Bal.in l.voluntas.in ii.colum C.de fideicõ
mi.vbi quærit,ſi ita conceſſum ſit alicui feudum vt extra ag-
natos alienari non poſſit , an erit licitum ſumere argumẽtũ
a contrario ſenſu.& ſignanter concludit,quod ſic,& quod e-
rit licita alienatio inter agnatos,etiam non participes feudi,
licet iſtud ſit contra naturam feudi. Circa iſtam quartã quæ-
8 ſtionem opportune incidit alia noua dubitatio. †Nunquid ĩ
conſuetudinib. feudalibus indefinita æquipolleat vniuerſa-
li,iuxta regulam legis. ſi pluribus.ff de leg.a.2.& l.plures.ff.de
leg.3.hanc dubitationem non reperio in ſpecie propoſitam,
niſi per Bar.Socinum in conſi. 278.inci.q.vertente. in 2. par.
in 3.colu.vbi lig:concludit,quod non,† quia in materia feu-
9 dali non eſt argumentis legalib. vtend , ſed dẽt attendi con-
ſuetudo,prout eſt ſcripta,nõ recedendo a proprietate, vt ibi
per eum.Mihi tamen videtur diſtinguendum, prout in ſupe-
rioribus duabus quæſtionibus.

SVMMARIVM.

1 *Liber longobardæ quid ſit,& an ſit receptæ fidei.*
2 *Liber longobardæ,an ad deciſionem cauſarum allegari queat.*
3 *Liber longobardæ non eſt lex,nec ratio.*
4 *Ius Longobardæ ſolum ſeruatur inter ipſos longobardos.*

QVINTA PRINCIPALIS QVAESTIO AN longobardæ, in cauſis dirimendis,auctoritatem habeat liber.

CAP. VI.

QVinto principaliter pro intel
ligentia multorum capitulorum & gloſſarum iſtius
libri, in quibus fit mentio de legib.Longobardo
1 rum.† Quæro,quid ſit liber Longobardorum,& an poſſit ad
deciſionem cauſarum allegari.Circa primum habetis glo.in
cap.j.in verbo, ſcriptum.33.quæſt 1.quæ dicit, quendam Ca-
rolum fuiſſe compilatorem libri Longobardæ,aliud dixit O-
dof.in Authen.dos data , quam legit cum l.cum mulier.præ-
cedenti.C.de dona.ante.quod quidam reges Apuliæ, qui ve-
nerunt de Sardinia in Apuliam,fuerunt cõpilatores libri Lõ
gobardę,qui ideo ſic appellatus eſt, quia ipſi habeant longas
2 barbas.† Circa ſecundum vero,nunquid iſte liber ſit alllega-
bilis ad deciſionem cauſarum videtur dicendum quod ſic,
quia glo.vbique allegant.l.Longobardam,ita allegat gloſ.in
cap.j.§ cum vero Coradus.in verbo,dignaretur.quæ dicit q̃d
Conradus Imperator fecit illam conſtitutionem & legem , ĩ
qua continebatur , quod non ſolum filii , ſed etiam nepotes
ſuccederent in fendo,vt probatur in d §. cum vero Corrad',
& conſtituit multa alia,quæ habentur in Longobarda , ideſt
de legibus Longobardorum,ergo beui.§ cum vero Corrad.
eſt authenticus,idem erit in aliis legibus ab eo conditis. Sic
etiam allegat leges Longobardas glo. in capi. i. §.qualiter in
verbo,duellum,de pace tenenda.Ad idem text.cum gloſ.ĩ c.
non eſt conſuetudo in verbo,licet lex.de alie.feu.pa. & in di.
c.j.§ hoc quoque ſciendum,cum glo.in verbo gradum.Sic ẽt
pro deciſione feudorum allegat Longobarda iura. glo.in ca.
ſi Ruſticus,in verbo voluntate,& in §.ſi miles in verbo,diui-
tio,de pace tenen. Ad idem glo.in cap.i.in verſicu.ſimilibus,
an nimus vel alias imperfectus.Et non ſoum in libro feudo-
rum,ſed etiam alibi glo.allegant legem Longobardam.Ita al
legat glo.in Authen.ſed nouo.iure C.de ſeruis fugi. & in le.
fallus.§.ſi iactum.ff.de fur.in l.cõſenſu.in prin.in verbo, adul-
terum C.de repud.in l.fin.in verbo,recuperare.C.de iure do-
minii imp.Immo fortius non ſolum gloſſæ,ſed etiam textus
videntur approbare hanc l. Longobardam.ita habetis tex.in
capi. j. de feu. cogn. vbi dicit,quod omnes lites ſolent dirimi
vel ſecundum ius commune,vel ſecundum leges Longobar
dorum,vel ſecundum conſuetudines feudales,ergo ponit q̃d
leges Longobardæ ſunt authenticæ quia alias, ſecũdum eas,
non poſſeũt dirimi cauſæ.Ad idem facit tex.in ca i. in verbo,
Longobardæ.de mili.vaſal.qui contumax eſt,& in cap i.§.q̃d
autem,& § ſeq.de no.feudorum.& in c.i.in fine. hic poteſt eſ-
ſe ti.qui ſuc.tenea antur & in cap.i.in prin. qualiter feu. p alie.
Contrariam tamen opinionem,quod talis liber non ſit Au-
then.reperio tenuiſſe multos Docto. Et inprimis dixit Odof.
3 in Authen.dos data.Cod.de do.ante.nupt.† quod liber Lon-
gobardæ non eſt lex,nec ratio,& per conſequens non eſt al-
legabilis.Sic etiam Bald.in l.ſi inuita. C.de nupt.quod de iſto
iure Longobardorum non eſt curandum , niſi quatenus eo
ex conſuetudine vtamur . Dixit etiam idem Bald. in capitu.
tranſlato,extra de conſt q' liber Longobardæ non eſt autheñ-
ticus,quia extincto regno,extincta quoque fuit lex regni Sic
etiam idem Bald.in cap.j.§ hoc autem,quem legit ſub. §.de-
cedente.in pen.colum.Qui feu.dare poſſunt quod ſtatuta nõ
debent interpretari ſecũdum ius Longobardorum. quod lo
cale eſt,& in ſolis Longobardis locum habent, debent ergo
interpretari ſecundum ius commune . Eandem opinionem
ſequitur And.de Iſer.in cap.j. §.item ſciendum.ad fin.de not.
4 feu.† quod ius Longobardæ ſolum ſeruatur inter ipſos Lon-
gobardos.Fortius dixit idem Andreas in d capi.i.§.fina.quod
multi dicunt illud eſſe aſininum & carere ratione:Eãdem ẽt
opinionem ſequitur idem Andr.in cap.j. §.& quia vidimus,ĩ
ſecunda colum.qui feu.dare poſſunt.In hoc dubitabili paſſu
ego ſequor diſtictionem,quam ponit in præludijs feudorum
Andre.de Iſer.& ſequitur Aluaro.in v. colum. quod in libro
Lõgobardæ ſunt aliquæ leges editæ a Ludouico & Carolo
Imperatoribus,& nonnullis aliis Imperatoribus , & iſtæ ẽt
ſunt hodie allegabiles,quædam vero ſunt leges compoſitæ a
Lothario & aliis regibus Longobardorum, & non ſunt ho-
die authenticæ , quia in hoc locum habet prędictum funda-
mẽtum,quod extincto regno,remanet extincta lex regni. E-
go addo. quod iſtam diſtictionem expreſſe refert & ſequitur
Alexand.in l.pro hærede.§.ſi ſepulchri.ff.de acqui. hære.Et ſe
cundum iſtam diſtinctionem ſaluetur tex.in d.cap. i de feud.
cognit.cui alias bene reſponderi non poteſt. Non enim ſatiſ-
facit ſolutio Mar.Lauden.in præludiis feudorum,dum dicit,
quod iſte tex. intelligẽdus eſt de eo tempore,quo reges regna
bant, quia iam diu ante iſtas conſtitutiones feudales regius
titulus erat abolitus.Non obſtat etiam, quod in libro feudo
rum,& alibi plerunque in tex.& gloſ. allegentur leges Lon-
gobardorum,vt conſtat ex præmiſſis,quia id fit , vt oſtendan
tur varietates conſuetudinum in hac materia, non autem al
legantur pro deciſione,vt patet ex eis.Fateor tamen, quod ſi
aliquæ leges Longobardæ ſint in corpus iuris redactæ , prout
cõtingit in illo libro,vt in titulo,Hic finitur lex.deinde inci-
piunt conſuetudines regni,quod iſtæ deciſiones tãquam ap-
probatæ pro generalibus in iudicio obſeruari.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Feudum proprium quid ſit.*
2 *Diffinitio bona conuerti debet cum re quæ definitur.*
3 *Diffinitio bona confici debet ex genere & differentia.*
4 *Verbum, priuilegium ſtricte ſumptum, potius diſpenſationem ordinariam declarat.*
5 *Denominatio ſemper fit a potentiori.*
Verbum dare an ſemper dominii translationem ſignificet.
6 *Vaſallus & vſufructuarius in quo differant.*
7 *Feudum ſex habet circunſtantias.*
8 *Actus ſemper debet eſſe ſpontaneus, non meticuloſus.*
9 *Transferre directam & vtilem actionem, ſunt contraria.*
10 *Feudum an conſiſtat in rebus immobilibus, vel æquipollentibus.*
11 *Molendina computantur inter immobilia, ideoque in illis feudum conſiſtere poteſt.*
12 *Feudum an poſſit conſiſtere interueniente pecunia.*
13 *Feudum an ſit perpetuum.*
14 *Feudum debet libere concedi.*
Princeps concedendo feudum, ſi recipiat pecuniam, licet vtatur omnibus verbis importantib. feudum non erit feudum.
15 *Feudum pro annuo cẽſu conceſſum, nõ dicitur proprie feudum, ſed potius contractus emphyteuticus aut innominatus.*
16 *Feudum proprie non dicitur vbi præſtantur ſeruitia realia.*
Caſtrorum conceſſum in feudum pro centum libris annuatim ſoluendis, dicitur potius locatio & conductio, quam feudum.
17 *Feudum an poſſit acquiri mediante pecunia.*
18 *Si pactum apponatur contra aliquod ex ſeptem requiſitis ad hoc, quod ſit Feudum, an tale pactum reformabit contractum feudi in diuerſam ſpeciem contractus, an vero remanebit contractus feudi, licet improprie an vero annullabitur talis contractus, vel pactum.*
19 *Feudum datum pro annuo reddituo cenſetur potius cenſus et contractus emphyteuticus, quam feudum.*
20 *Pactum in contractu appoſitum non contra ſubſtantiam illius; ſi ſubſtantia mutatur, nouum contractum efficit, ſed ſi contra ſubſtantiam ſit poſitum, transformat contractum in alium.*
21 *Pactum appoſitum contra aliquod ex ſeptem requiſitis ad feudum, nõ immutat contractum feudi.*
22 *Pactum quod directum dominium tranſeat in vaſallum, eſt validum licet feudum improprie dicatur feudum.*
23 *Pactum appoſitum contra ſubſtantiam matrimonii, tollit matrimonium.*
24 *Naturalia et ſubſtantialia contractus quæ dicantur.*
25 *Natura contractus quæ ſit.*
26 *Subſtantia contractus quæ ſit.*
27 *Pactum appoſitum contra ſubſtantiam an poſſit vitiare diſpoſitionem, et quando ipſum pactum vitietur.*
28 *Inducta ad vnum effectum, quo caſu non poſſint operari contrarium.*
29 *Tenor inueſtituræ ſeruandus eſt, licet repugnet naturæ feudi.*
30 *Contractus feudi duplex.*
31 *Pactum quo venditor non teneatur de euictione, an ſit validum.*
Septem requiſita ad hoc, vt ſit feudum, an naturalia, an vero ſubſtantialia.
32 *Conſtitutio exorbitans ſimpliciter loquens de feudo ſolum habet locum in proprio, non autem in eo, cuius natura per pactum alterata.*
33 *Feudum improprium & conditionale ſuſceptum pro ſe et hæredibus et ſucceſſoribus, tranſit ad fœminas.*

SEXTA QVAESTIO QVID SIT feudum.

CAP. VII.

SExto principaliter quæro,
1 proprius deſcendens ad materiam, † quid ſit feudum, intelligo de feudo, quod habet propriam naturam feudi. Item intelligo de feudo in genere non deueniendo ad aliquam diſtinctionem in ſpecie, verbi gratia, a ſit feudum nouum vel antiquum, auitum, vel paternum, & huiuſmodi, quas diſtinctiones latius proſequemur in 8. quæſt. princ. In hac difficultate fuerunt ferme tot ſententiæ, quot capita. † verum quia omnis bona diffinitio debet conuerti cum ſuo definito, vulgata. l. i. §. dolum. ff. de do. Ego tantum duas referam, quæ conuertuntur cum ſuo definito, omiſſis omnibus aliis, quas ad longum referunt Bald. Alexã. & Mod. hic. Prima igitur ſit diffinitio, quod feudum eſt beneficium, ex beneuolentia alicui datum, vt proprietate rei immobilis beneficiatæ apud dantem remanente, vſusfructus ita ad recipientem tranſeat, vt ad eum hæredes qui illius maſculos & fœminas, ſi de eis nominatim dictũ ſit, in perpetuũ pertineat ad hoc, vt ille hæredeſque ipſius domino ſeruiant, ſiue id ſeruitium nominatim, quale eſſe debeat, ſit expreſſũ, ſiue indeterminate ſit promiſſum. Iſtam definitionem poni, tex. in cap. i. §. beneficium, in quibus cau. feu. amit. Iſtam diffinitionem late proſequitur Bald. in præludijs feud. in 5. columna & ſex. ſequentibus. Eam etiam ſequitur Aluarot. ibi & in d. c. j. in ij. & iij. col. in quibus cau. feud. amit. Eam etiam ſequitur Hoſtien. in ſumma, tit. de feud. §. j. Iacobus Ardizo in ſumma ſua feudorum; in ij. column. dominus Cardina. & Imol. in capi. ij. extra de feud. Eam etiam ſequitur Alexand. referẽs quaſdam alias diffinitiones in conſi. 36. incip. uiſo proceſſu. in tertia column. in primo uolum. & in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus, in xiij. colum. ff. de dam. infect. Alia tamen & breuior eſt deſinitio, quam ponit Ioannes Ray. in repetitione. ca. imperialem. ſuper rub. De prohibita feudi alie. per Fed. Feudum eſt beneuola cõceſſio, libera, & perpetua, rei immobilis uel æquipollentis cum translatione utilis dominii, proprietate retenta, cum præſtatione & exhibitione ſeruitii & ibi Ioan. Rayn. aſſignat rationem omnium uerborum quæ in diffinitione continentur. Nam primum dixit, beneuola, propter textũ in d. c. j. §. beneficium. Secundo dixit, libera, per tex. in ca. j. de feu. da. inui. le. commiſ. Item dixit perpetua, per text. in d. §. beneficium. Dixit etiam rei immobilis uel æquipollentis propter tex. in capitu. fina. de feud. cognitio. Dixit, cum translatione utilis dominii, quia reuera in uaſallum trãsfertur utile dominium gloſſ. & communiter ſcribentes in capitul. j. §. præterea. de capitulis Corradi. & in capitu. j. § j. de inueſti. de re aliena. fa. Dixit, proprietate retẽta, propter tex. in d. §. beneficium. Poſtremo dixit, ſub fidelitate & exhibitione ſeruitiorum, per tex. in capitu. primo §. nulla. Per quos fiat inueſti. Quod autem præmiſſæ diffinitiones, quæ in idem recidunt, ſint bonæ
3 patet, † quia conſtant ex genere & differentiis, prout conſtare debet omnis bona diffinitio, ut declarat Barto. in l. j. in princ. ff. de teſtam. primo enim ponitur illud uerbum, beneficium, ſub beneuola conceſſio, tanquam genus, quia beneficium 2
prehendit ſub ſe omne genus liberalitatis d. c. j. §. in primis. In quibus cauſis feu. amit. illa uerba, quod ex beneuolentia alicui
4 ita datur, ponuntur ad differentiam priuilegii, † quod ſtricte ſumptum, potius continet diſpenſationem, quam conceſſionem ordinariam. iuxta not. in l. fina. ff. de conſtitu. prin. Et ideo dicit Bal. in præludiis feudorum, quod conceſſiones feudorum regulariter non ſunt priuilegia, &c. ponuntur etiã dicta uerba ad differentiam aliorum contractuum, qui ſunt onerosi & reſpectiui, nam licet feudum uideatur datum reſpectiue propter ſeruitia, tamen, quia præponderat beneficium ſeruitio, dicitur beneuola conceſſio. argumen. l. Titius
5 puerum. ff. de obſe. liber. † Denominatio enim fit a potentiori. l. quæritur, ff. de ſta. homi. cum uulg. Ponuntur etiam in diffinitione alia uerba, quod alicui ita datur, ad differentiam commodati, & aliarum conceſſionum, in quibus nullum dominium tranſit, quia de natura uerbi, dare, uenit tranſlatio dominii. l. ubi autem non apparet §. fina. ff. de uerborum ob-
6 ligatio. † Aduertendum eſt tamen ad uerbum uſusfructus, poſitum in diffinitione, quia non ponitur proprie pro uſufructu, ſed pro utili dominio. magna enim eſt differentia inter uaſallum & uſufruct. quia uaſallus habet utile dominium rei infeudatæ, & per conſequens fructuum pendentium, uſufructuarius uero perceptorum fructuum tantum habet dominium. l. ſi fructuarius meſſem. ff. quibus modis uſufru. ami. ita Bal. in c. quæ in eccleſiarum, in 7. columna. extra de conſt. Et ideo dixit idem Bald. in l. j. in trigeſimatertia. quæ. ff. de rerum diuiſionem quod dominus, qui conceſſit caſtrum in feudum, nõ poterit cognoſcere de primis cauſis ruſticorum, ſed cognoſcet uaſallus. & ſic remanẽt ex prædictis declaratæ duæ diffinitiones Feudi. Ex quibus in effectu inferri poteſt, ſex requi-
7 ri ad hoc, ut proprie ſit feu. Primo † enim requiritur, ut ſi ſpõte datum & non coacte. Secundo, ut dominium directum remaneat penes concedentem. Tertio, ut utile dominium tranſeat in accipientem. Quarto, ut conſiſtat in rebus immobilibus, uel quæ immobilium nomine continentur. Quinto, ut perpetuo tranſeat ad maſculos deſcendentes. Sexto, ut fidelitas præſtetur, & ſeruitium perſonale. Iſta ſex requiſita colligit Iacob. Aluarot. in capit. j. in 4. col. In quibus cauſ. feudum amit. Vos addite ſeptimum requiſitum, quod reſultat ex uerbo, libera, poſita in ſecunda diffinitione, quod feudum debet gratis & libere concedi, ſine interuentu pecuniæ uel mercedis Iſtud ultimum ſequitur Speculato. tit. de locat. §. nunc aliqua uerſicu. 4. in fin. & ibi Bal. in addi. in 3. colum. Cyn. in authen. ingreſſi in ulti. colum. C. de ſacroſanct. eccl. ubi dixit, quod quãdo præſtatur ſeruitium reale, non eſt proprie feudum. idem dixit Bald. in authen. ſi quas ruinas. in antepe. colum. C. de ſacroſanctis eccle. ubi dixit, quod feudum magis cohæret pſonæ, quã patrimonio, quia natura feudi in ſeruitio perſonali eſt radicata. Ego autẽ dico, quod de hoc eſt tex. expreſſus in d. c. ad fi. de feu. dato inuicem leg. com. ubi dicit tex. quod feudum non interueniu pecuniæ, ſed amore & honore domini dandum eſt. Circa primum requiſitum, quod debeat ſponte concedi,
8 non eſt multum inſiſtendum. † quia iſtud eſt generale in omni

ni materia, quod omnes actus debent eſſe ſpontanei, &
non meticuloſi. Circa quod notabitis tantum moralia
verba Bald. in rub. de contro. inueſti. in vlt colum. vbi dixit, ꝙ
vxor prætoris dicentis, quod metus cauſa geſtum eſt, ratum
non habeo, eſt vox Dei, quam poſuit in ore prætoris. Circa
vero ſecundum requiſitum, ex eo ſignanter infertur ad quæ-
ſtionem, quæ alias fuit de facto. Sereniſſim⁹ Rex Carolus no
tauit, dedit, & tradididit Principi Tarentino, eius filio, & eũ
inueſtiuit de omni eo, quod habet in principatu Achaiæ, ra-
tione recti feudi, trãsferendo directã & vtilem actionem, an
iſte dicatur contractus feudi? Reperio quod Oldra. Laudenſis
in conſilio 169. incip. ex præſenti themate, in primo dubio
principali, poſt multa hinc inde relata concludit, ꝙ iſte non
erit contractus feudi, ſed potius contractus donationis, quia
deficit ſecundum requiſitum, ꝙ directum dominium non
remaneat penes concedentem iſtam deciſionem refert & ſe-
quitur Alber. in rub. C. de do. in 2. colum. eam ſequitur Bald.
in præludiis feudorum circa vi. colum. in verſi. & dixi. Secũ
do, vbi dicit Bal. quod quando apponitur pactum, vt directũ
dominium tranſeat in accipientem, dicitur alterata natura
feudi, & alia conuentio inita eſt. ſcilicet contractus innomi-
natus, facit quod decidit idem Bal. in c. j in vlti. colum. de cap.
qui cur. vendi. vbi dicit, quod ille, qui recipit feudum liberũ
& francum, tenetur tamen ad ea, quæ ĩ inſtrumẽto fidelitatis
continentur, ne feudum in ſe contineat repugnantiam, poſ-
ſet tamen ſecũdum modernos tenendo, quid ſit feudum, re-
ſponderi ad prædicta verba, transferendo directam & vtilem
actionem, vt ſane debeat intelligi, ne contrarietatem conti-
neant, iuxta doctrinam Bart. in l. fi. §. idem quæſiit. ff. de cond.
inde. facit. l. ſi vno. in prin. ff. loca. & in l. inſulam. ff. de præſcri.
9 verb. Et ideo, quia transferre directam & vtilem actionem
vendentur inuicem contraria, intelligi debent prædicta ver-
ba, quod transferatur directa quoad exercitium, vtilis autem
proprie, prout vaſallo competit iuxta not. in l. j. ff. de actio. &
obliga. Vel aliter & melius reſponderi poteſt, quod illud, qđ
dicitur in feudis directum dominium remanere penes con-
cedentem, verum eſt in vniuerſo, rerum autem particulariũ
directum dominium tranſit in vaſallum. Iſta eſt ſingularis de
ciſio Bal. per glo. ibi in l. j. C. vnde leg. cum qua ſolent ibi trã-
ſire moderni, quicquid ibi dicat Alexander, & licet in caſu
Alexand. poſſit eſſe aliqua dubitatio, tamẽ in caſu noſtro, ex
quo conſtat de voluntate partium, res erit expedita, & hoc
modo ĩtelligi poſſunt prædicta verba ſine impropria aliqua
ſignificatione. Circa tertium requiſitũ, quod vtile dominiũ
tranſeat ad recipientem, remitto ad ea, quæ latius habentur
in cap. j. §. j. de inueſti. de re alie. fac. † Circa vero quartum reqſi
10 tum, ꝙ feudum debeat conſiſtere in rebus immobilibus vel
æquipollentibus. Ex eo inferri poteſt notabile, ꝙ etiam ĩ an-
nuis redditibus conſiſtat feudum, ita decidit Bal. in prælu. feu
dorum in vi. colum. in ver. ſed hic quæro, per tex. in capi. j. de
contro. inter vaſal. & Epiſcop. Nam ſecundum Baldum, om-
nes res, ex quibus fructus percipitur, inter immobilia compu
tantur, ꝙ autem ex annuis redditibus percipiatur fructus, cõ-
ſtat, quia ſingulis annis renaſcitur, prout alii fruct⁹, iuxta no.
in l diuor. §. ſi vir. ff. ſoluto matrim. Eandem opinionem te-
nuit Mar. Laudenſis, in cap. j. Qui feu. da. poſſunt. Nec obſtat,
ſecundum Baldum, quod in annuis redditibus non poſſit da
ri directũ & vtile dominium, quia loco directi dominii erit
directa actio, loco vero vtilis dominii, erit vtilis actio compe
tens ad conſecutionem annui redditus, qui inter immobi-
lia computatur. l. iubemus nulli. in principio. C. de ſacroſanc.
eccle. melior tex. de iure in cle. Exiui de paradyſo. verſic. cum-
que annui redditus. de verborum ſigni Et ideo videmus, qđ
licet pro iuribus perſonalibus non ſint prodita remedia poſ-
ſeſſoria, l. ſin. ff. quorum bono. tamen pro annuis redditibus
competunt remedia poſſeſſoria. ita declarat Bald. in d. l. iu-
bemus nulli. in prin. vbi dicit hoc modo ſaluari tex. in c. que
relam, extra de elec. idem Bal. in l. hac edictali. §. is illud. Cod.
de ſecun. nup. Et proprie in materia feudali, idem Bald. in ca.
j. de controuer. inter vaſal. & epiſc. de benefi. Et ex hoc etiam
licet in ſpecie tactum non reperiam, noniter inſero, † quod
11 in molendinis poteſt feudum conſiſtere, quia molendina in
ter immobilia computantur prout ſignanter dixit Bal. in le.
certi iuris. C. loc. vbi dixit, quod molendinum dicitur prædiũ
ruſticum. idem Bal. in cap. contingit. in pen. colum. de dolo &
contum. de quo etiam vide Ange. in §. j. auc. de non alie. vbi
dicit, quod mobile immobili cohærens, cenſetur immobile.
Videas etiam eundem Ange. in l. non ſolum. ff. de peti. hære.
vbi ſignanter dixit, quod licet molendina inter immobilia
computentur, quia tamen ſunt in continuo periculo, poſſũt
12 per prælatum & tutorem ſine decreto alienari. † Nota tamẽ
circa iſtud quartum requiſitum vnum caſum, in quo videtur
feudum poſſe conſiſtere in pecunia, ut probat tex. in capi. 1.
Si vaſal. de feudo fuerit interpellat. ſed potes illum textum
declarare, vt ibi per glo. Item notabitis in materia, quod fru-
ctus rei feudalis ſeparati a ſolo, & res mobiles exiſtentes ĩ ca
ſtro feudali, nõ dicuntur eſſe feudales, ita declarat Bal. in cõ-
ſilio 422. incipiẽte, caſus talis eſt. ad finem, in primo volumi,
& conſilio 33. incip. ad euidentiam. in eodem volum. ibi alle
gat tex. in cap. j. An agnatus vel filii. † Circa quintum requiſi-
13 tum, quod feudum perpetuum ſit opponitur quod illud nõ
ſit neceſſarium, eo, quia videmus quod vaſallus poteſt ad libi
tum ſuum refutare. cap. j. De vaſal. qui contra conſt. Lo. ergo
non eſt verum, quod natura ſit perpetuum. Sed potes reſpon
dere, quod iſta perpetuitas concernit fauorem vaſalli, cui va
ſal. renunciare poteſt cap. ad apoſtolicam. cum vulgaribus ex
tra De reg. de quo tamen quando procedat, & in quibus caſi
bus poſſit refutare, & in quibus non videbimus latius infra
ſuo loco. Circa ſextum requiſitum, quod debent præſtari ſer-
uitia & fidelitas. vide infra in 6. quæſt. principali. vbi tractabi-
14 mus de materia feudali franci & liberi. † Circa ſeptimum re
quiſitum, quod feudum debeat libere concedi, non autem ex
interuentu pecuniæ. Aduertas, quia ex hoc ſeptimo requiſito
inſeruntur duæ notabiles deciſiones. Prima, quod ſi princeps
in conceſſione feudi recipiat pecuniam, non erit feudum,
quamuis vtatur omnibus verbis feudum ſignificantibus.
ita ſignanter decidit Bald. in l. qui ſe patris. in verſiculo
hoc ſcias. C. vnde libe. Sic etiam, dixit idem Baldus in l. ſi quã.
C. de oper. libe. quod ſi aliquis emat a principe manſum in
15 feudum, non erit proprie feudum, tanquam ſit mercena
rium, & nõ gratuitum. Secundo † inſertur deciſio. quod ſi prĩ
ceps concedat feudum pro annuo caſu, iſtud nõ erit proprie
feudum, ita ſignanter decidit Bald. in l. liberti. in vlti. colum.
in verſicu. item nota, inſtrumentum. C. de oper. liber. vbi di
cit, quod erit potius contractus emphyteuticus, vel contract⁹
innominatus, quam feudum. idem Bal. de pace Conſtantię, ĩ
verbo libellarium. vbi ſaluat opinionem Speculatoris cõtra-
rium tenentis, in feudis eccleſiarum Lombardiæ, quæ nõ cu
rant de ſeruitiis perſonalibus, ſed de redditibus burſalibus. Eã
dem opinionem tenet Specu. & ibi Bald. in additionibus, cir
ca 3. colum. titu. de loca. §. nunc aliqua. verſicu. 4. in fi. Idem te
net Cynus in Auten. ingreſſi, verſi. circa præmiſſa adhuc quæ
ro. C. de ſacroſanct. eccle. dicens, † quod vbi præſtatur ſeruitiũ
16 reale, non eſt proprie feudum. ſic etiam dixit Baldus in capi.
ſi cautio. in vlti. colum. extra de fide iſtrument. quod ſi conce
datur caſtrum in feudum pro centum libris annuatim ſoluẽ
dis, erit magis locatio, quam feudum. Idem ſequitur Alexan.
in conſi. 136 incipien. viſa & examinato proceſſu, in ſecunda
colum. & licet pro illo ſeptimo requiſito videatur textus ex
preſſus in cap. j. de feu. da. in uicem. l. comm. tamen in contra-
rium † quod etiam feudum poſſit acquiri, interueniente pe-
17 cunia, ſunt multi caſus. Et in primis tex. in ca. j. de natura feu
di in cap. j. quemadmodum feud. ad fœm. perti. in capi. ad no
ſtram. extra de reb eccle. non alien. Niſi ſaluando dixeris, tũc
eſſe feudum, ſed improprie, & ita præmiſſas deciſiones loqui.
18 † Sed circa præmiſſa inſurgit pulchra & ſubtilis ſpeculatio, qđ
ſi pactum apponatur cõtra aliquod ex prædictis ſeptem req
ſitis, nunquid tale pactum transformabit contractum feudi
in aliam ſpeciem contractus, an vero remanebit contractus
feu. licet improprie. an vero annullabitur ipſe contractus vel
pactum? effectus eſt maximus, quia, vt inquit Bald. in quarta
diuiſione, multa ſunt ſingularia & ſpecialia in contractu feu
di, quæ in aliis contractibus locum non habent. Iſtam dubita
tionem ſic in genere formatam non reperio, videtur tamen
in primis dicendum, quod talis contractus feudi transforma
retur in nouam ſpeciem contractus per deciſionem Oldra.
in conſi. 169. incip. Ex præſenti themate. quem ſequitur Alb.
in d. rub. C. de dona. in 2. colum. vbi volunt, quod ſi apponatur
pactum, quod directum dominium tranſeat in accipientem,
erit potius donatio, quam feudum, & ſic cõtractus feudi trãſ-
formatur in contractum donationis. Pro eadem opinione
facit deciſio Bald. in præludiis, circa 6. colum. in verſic. & dixi
ſecundo. vbi dixit Bald. quod quando ſit pactum, quod dire
ctum dominium tranſeat in accipientem, dicitur alterata na
tura feudi, & facta eſt alia conuentio, ſcilicet cõtractus inno
minatus, & ſic contractus feudi hoc caſu transformatur in
nouam ſpeciem contractus nominati. Ad idem facit deciſio
eiuſdem Bald. in l. liberti, in vlt. colum. in ver. item no. ſi inſtru
mentum. Cod. de ope. libe. vbi dicit, quod ſi feudum conceda
tur pro annuo cenſu, & ſic cõtra vnum ex ſeptem requiſitis,
erit magis contractus emphyteuticus, quam feudum. Quar
to, pro eadẽ opinione facit deciſio eiuſdẽ Bal. in d. l. qui ſe pa
tris. in x. colum. verſic. hoc ſcias. Codi. vnde libe. vbi quando
feudum datur pro pecunia, eſt potius venditio, quã feu. Quin
to, pro eadem opinione facit deciſio eiuſdem Bald. in d. cap.
ſi cautio. in vlti. colum. extra de fide inſtrumentorum Bal. &
Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua, verſicu. quarto in fi. eiuſ
dem. Bal. in cap. fin. in j. colum. extra de cauſa poſſ. & proprie.
vbi

19 vbi dicit,† quod quando feudum datur pro annuo redditu,
cenſetur magis cenſus, quam feudum. Poſtremo facit deci-
ſio.Alexand.in d.conſi.136.in 2.colu.in 1.volu.vbi concludit
Alexand. quod quando quis recipit feudum pro redditu an-
nuo,non tenetur præſtare iuramentum fidelitatis.Et pro iſta
prima opinione vltra auctoritates Doctorum præallegatas,
facit etiam bonus text.in l.vbi ita donatur.ff. de donat.cauſa
mortis. vbi pactum appoſitum de non reuocando transfor-
mat donationem cauſa mortis, in donationem inter viuos.
Secundo,ad idem facit text.in l.pacta conuenta.ff.de contra-
20 hen.emp. † vbi etiam,quando pactum non apponitur con-
tra ſubſtātiam,ſed ſubſtantia mutatur, formatur nouus con-
tractus. Tertio,ad idem facit text.in l.Titius. ff. de præſcript.
ver. vbi pactum appoſitum contra ſubſtantiam, transfor-
21 mat contractum mutui in contractum innominatum. † In
contrarium tamen, quod imo non obſtante pacto appoſi-
to contra aliquod ex prædictis ſeptem requiſitis, contractus
feudi permaneat,licet improprie, facit deciſio Bal. in l.ſi plu-
res,in ſecunda colum.C.de condi.inſer.& in l.vnica, in quin
tadecima colum.C.de con.poſt lo. Mona.in capitul. Abbate
ſane,de re iudica. in ſexto eiuſdem Baldi in l prima. circa fin.
22 C. ſi plures vna ſententia fuer. condemna. † concludunt va-
lere pactum, quod directum dominium transſeat in vaſallū,
licet tū improprie feudū dicatur. Pro eadem opinione facit
textus in c.1.§.fin.Per quos fiat inueſtit.vbi valet pactū,quod
fidelitas non præſtetur. & ibi dicit Bald. quod non quicquid
eſt contra deſcriptionē cōtractus,dicitur eſſe contra ſubſtan-
tiam. Accedat dec.Cy.in d.auth.ingreſſi,i ver.circa præmiſſa
adhuc quæro C.de ſacroſanct. eccle. vbi dicit,quod quando
præſtatur ſeruitium reale,eſt feudum:ſed improprie.Ad idem
etiam facit deciſio Bald.in d.l.ſi quā.C.de oper.liber.vbi dicit,
quod quando aliquis emit manſum in feudum, dicitur eſſe
feudum,ſed improprie imo fortius dicendū videretur, quod
tale pactum appoſitum contra aliquid ex prædictis ſeptem
requiſitis.tanquam appoſitū contra ſubſtantiam contractus
deberet reijci, vt contractus feudi propij firmus remaneret:
quia pactum appoſitum contra ſubſtantiam ſolet reijci.l. cū
precario.D. de precario.l. obligationum fere.§. placet. D. de
actio.& oblig.l.rogaſti.§.ſi tibi.D. ſi certum petatur.l. ſi tibi
decem millia. in principio.D. de pactis.l.ſi peculium §.1. D.
de pecul.leg.l.1.§ 1.D. ſi vſusfru. pet.Pro alia vero opinione
quod immo pactum appoſitum contra aliquod ex prædictis
ſeptem requiſitis,habeat annullare ipſum contractum,facit
23 fortis text. in c finali. extra.de condi.appoſi. † vbi pactum ap
poſitum contra ſubſtantiam matrimonij licet ſit contractus
fauorabilis,annullat ipſum matrimoniū.Ad idē facit textus
in l. per ſeruum.§. fin.D. de vſu & habita. vbi etiam pactum
appoſitum contra ſubſtantiam annullat ipſum contractum.
24 †Antequā deueniamus ad deciſionem præſentis difficultatis,
operepretium eſt inueſtigare,quæ dicantur naturalia contra
ctus,& quæ ſubſtātialia: circa quod habetis primo gloſsam,
quæ vno modo declarat in l. pacta conuenta.D. de contra-
hen.emptio ſed ex iſta gl. non poteſt percipi ſolida doctrina:
& ideo magis in ſpecie, quę ſit natura contractus, declarat
25 Baldus in præludiis feudo.in quarta deciſione: dicens † q
natura contractus nihil aliud eſt, quā qualitas innata a prin
cipio generationis, ex qua virtus contractus ſemper in eſſe
producitur:niſi per pactum improprietur: ſic etiam declarat
idē Bald in l.1.C.commo. vbi dicit,quod natura contractus
nihil aliud eſt, quam virtus contractus producta a propria
eius ſpecie,allegat text.in d.l. pacta conuenta. D. de contra
hen.emptio. & in l.ſi vnus.§. pactus ne peteret. verſic. quod
in ſpecie.ff. de pact. ſic etiam dixit Bal.in c.cæterum. extra de
iudic. quod natura eſt naturalis ratio, ſuæ formæ & origini
cohærens:quod autem amplius eſt, non eſt naturale, ſed ac
26 cidentale. † Quæ autem dicatur ſubſtantia contractus, de-
clarat Baldus in repetitione.l.1.in 2.colum.D. de ſacroſanct.
eccle.vbi ponit differentiam inter ſubſtantiam, formam,&
ſolennitatem, dicens quod ſubſtantia nihil aliud eſt, quam
ipſa diſpoſitio:nam rei ſubſtantia, res eſt: id eſt, rei eſſentia.
allegat.l.obligationū ſubſtantia.D. de actio.& obl.Secundo
27 videtur neceſſario inueſtigādum,an &†quando pactum ap-
poſitum contra ſubſtantiam, habeat vitiare diſpoſitionem:
& quando ipſum pactum vitietur. ſuper quibus traduntur
variæ diſtinctiones. Vnam enim diſtinctionem ponit Bart.
in d.l. vbi ita donatur.D. de dona. cauſa mor. Aliam diſtin-
ctionem ponit idem Bart. in authent. Ingreſſi. in 2.colu.C.
de ſacroſanc. eccleſ. ſecundum quam poſſint reduci ad con
cordiām.tex. in d.c. fi. de condi.appoſi.l. cū preca.D.de prec.
prout etiam concordat Imo.in d.l. vbi ita donatur.D.de do.
cauſa mor. vt text.in d.c. ſi loquatur, quando pactū appoſi-
tum eſt conditionaliter.tex. vero in d.l.cum precario,loqua-
tur, quando pactum apponitur per vim modi. Tertiam di
ſtinctionem ponit Baldus poſt Cy. ibi in l.ſi pater.in ſecunda
lectura.D.de adop.vbi dicit Baldus, quod verba Cy.ſunt au-
rea, & quod reliqui loquentes in hac materia freneticent.
Poſtremo aliam diſtinctionem ponit Baldus in c. 1.§. fi. Per
quos fiat inueſtitu.vbi iudicio meo, Baldus melius loquitur,
quam alibi:& ex eius dictis habetis aliam cōcordiam ad tex.
28 in d l fi.l.cum precario, †vt dicta l.cum precario, procedat,
quando pactum apponitur ad augendum: quo caſu indu-
cta ad vnum effectum non debent operari contrarium.l.le-
gata inutiliter.ff.de adi. lega. in cauſa vero dicti fi.appoſitum
eſt pactum ad diminuendum: ſed omiſſo nunc quid iuris ſit
in omni alia materia,quia nimis longum eſſet,atque redeun
do ad propoſitum noſtrum, in tanta Doctorum varietate,
Ego teneo & concludo, quod licet pactum apponatur con-
tra aliquod ex ſeptem requiſitis, firmus tamen remanet con
tractus feudi, licet improprie. & de hoc habetis text. expreſ-
ſum.in cap.j. de feudo non habente propriam naturam feu-
di.in tex. ibi,licet propriam naturam nō habeat,iure tamen
feudi cenſetur,& ſic vult textus,quod in his, in quibus natu-
ra feudi, per pactum alterata ſit: in aliis autem firma rema-
neat:ad idem text.in c.1.§.præterea. quid ſit inueſtit. & ſentit
Baldus in prælud. feudo. in quarta diuiſione. Et ita reperio,
quod in terminis propriis conſuluit Paul.de Caſtro, in conſ.
162.incipien.circa id,quod primo quæritur,in principio.Lu.
Roma. in conſi. 70. incipien. viſo themate, in 1.column.ita
etiam dicit And.de Iſer.in c.1.qui.mod.feu.amit.Bald.in cap.
1.per quos fiat inueſt.In feudis enim admittūtur pacta etiam
extranea.d.c.1.§.penul.& fin.quid ſit inueſtitura, & tenor in-
ueſtiturę ſeruandus eſt, licet repugnet naturæ feudi. c.1. in fi.
de duo.fratri.a Capi. inueſtit. quem Baldus ibi dicit perpetuo
29 eſſe notandum, † quod tenor inueſtituræ derogat cuicunq;
naturę feudorum. Ad idem tex.in c.1. in fi. de ſucceſſio.feu.
in c.ſi cui,in text.ibi,tenorem tamen inueſtituræ, nec nō vim
verborum, ac ſenſum contrahentium inuenies. in titul. de
quibuſdam aliis extraordinariis capitulis feudorum: quem
text. allegat Bald. in 4. diuiſione. & alibi ſæpe Doctor. Item
Bald.in cap.1.§.denique,quæ fuit prima cauſa benefic. amitt.
vbi dicit Bald.quod forma inueſtiturę pręciſa eſt,& ab eius te
nore non eſt diſcedendum:ſic etiam dixit Mart.Lauden.in c.
1.qui feudum dare poſſunt, quod iſta eſt maxima in feudis,
vt primo inſpiciamus tenorem inueſtituræ, qui derogat om-
ni iuri feudorum,idem dixit Baldus in l.quoties, in 1. col.C.
de ſuis,& legi.vbi dixit,quod verba contractus ſunt forma ip
ſius contractus, & forma eſt illa, quę dat eſſe rei.l.Iulianus.§.
quantum.ff ad exhibend.idem etiam dixit Ludoui. Roman.
conſil.303.incipien.viſo inueſtituræ tenore,& Alex. in conſi.
300 incipien.Omne datum optimum, in princip. in 1.volu.
latiſſimè Do.Franciſc.Curt.conſi.49.in 2.compilatione, ver.
primo,igitur pro ſolidiſſimo fundamento. & in verſicu. ſeq.
Nec huic concluſioni obſtant iura ſupra allegata. quorum
aliqua dicunt contrarium, transformari in nouam ſpeciem:
aliqua,quod cōtractus vitiatur alia, quod pactum ipſum reij
citur, quia omiſſo quid ſit in alia materia, in propoſito no-
ſtro ſatisfacit doctrina Bar.in d.l.vbi ita donatur, ff. de dona.
cauſa mor.dum vult,quod quando pactum appoſitum con-
tra ſubſtantiam, vel naturam, poteſt transformare in alium
contractum,remanente eodem nomine appellatiuo, indu-
30 citur talis transformatio. † Nam in propoſito noſtro habe-
mus duplicem contractū feudi:in primis enim habemus con
tractum feudi proprium,& iſtud eſt feudum, quod ſupra eſt
diffinitum. Habemus etiam contractum feudi improprie,&
iſte eſt vbicunque in aliquo alteratur natura feudi circa præ
miſſa ſeptem requiſita,de quo,vt dixi,habemus titulum ſpe-
cialem,de feu.non ha.prop.naturam feu. cum aliis proxime
allegatis,& ideo poſito, quod pactum appoſitum contra ali-
quod ex prædictis ſeptem requiſitis, dicitur appoſitum con-
tra ſubſtantiam, tamen ex quo poteſt trāsformare in aliam
ſpeciem contractus,non diſcedendo a generali nomine con
tractus,ſiue a nomine appellatiuo, & ſic de feudo proprio,
ad feudum improprium fiet talis transformatio, non autem
anullabitur contractus,vel pactum, ſecūdum diſtinctionem
Bart.in d.l.vbi ita donatur. Vel aliter, & ſecundo poteſtis re-
ſpondere, quod ſtante firma concluſione, quod habeamus
contractum feudi improprie,vbi in aliquo eſt alterata natu-
ra feu.dicto cap.1.de feu.non haben. propriam naturam feu.
nunquam erit verum dicere, quod pactum appoſitum con-
tra aliquod ex prędictis ſeptem requiſitis,dicatur appoſitum
contra ſubſtantiam: imo ſemper erit ſecundū ſubſtantiam,
& naturā feudi improprij.Vel aliter & tertio, quod prędicta
ſeptem requiſita non dicuntur eſſe ſubſtantialia feudi, ſed po
tius naturalia bene poſſunt alterari.nec in naturalibus cōtra-
ctus procedunt allegatę,& quod dicantur naturalia,probant
verba rub.ſæpius.allegatæ de feu.non hab prop. naturā feudi.
31 †Quod autē naturalia contractus poſſint immutari, eſt glo.
communiter approbata in l.pacta conuenta.ff. de contrah.
emp.

emptio. quæ ponit inter naturalia emptionis, quod præſtet euictio. conſtat autem valere pactum, quod venditor non teneatur de euictione. l. emptorem §. fin. ff. de actio empt. Et ſiqui ex ſubtilibus uidaret, quod immo dicantur ſubſtantialia, quia ſunt poſita in diſfinitione, quæ denotat veram eſſentiã in l. j. §. dolum. ff. de do. reſponde, quod non eſt proprie diffinitio, ſed potius deſcriptio, & quod ſit deſcriptio, teſtatur Baldus in cap. j. §. fin. per quos fiat inueſt. dum dicit, quod nõ quid eſt contra deſcriptionem feudi, dicitur eſſe contra ſubſtantiam. † Reperio tamen, quod Barto. Socin. ſubtiliter in
32 conſilio cclij. incip. uiſis inſtrumentis. in penulti. columna. 3. in ſecunda parte conatur defendere, quod cõſtitutio exorbitans ſimpliciter loquens de feudo, ſolum habet locum in feudo proprio, non autem in feudo, cuius natura per pactũ ſit alterata. ut ibi latius per eum, de quo uide latius eundem conſilio ducenteſimo ſexageſimoſecundo. incip. uiſis inſtrumentis in eadem ſecunda parte. in quinta. colum. ubi hanc concluſionem latius firmat. Et in ſpecie infert, quod in feudo proprio & conditionato ſuſcepto pro ſe & hæredibus, ſuccedit etiam fœmina, & potius quando eſt ſuſceptum pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, ubi latius per eum multum ſubtiliter loquentem. Eandem etiam opinionem, quantum ad hoc firmat Pe. Phil. Cor. conſilio 16. incip. aperte, in 4. col. circa medium, & clarius in ul. Retenta tamen prędicta concluſione ſic declarata, limitabitis ut procedat, ubicunque ex uerbis, vel ex mente conſtat, quod contrahentes volunt feudum conſtituere, alias autem ſecus eſſet, & iſtis terminis procedat deciſio Baldi in d. l. qui ſe patris, in x. colum. in verſicu. hoc ſcias. Cod. vnde libe. cum aliis ſimi. ſuperius alleg. Et in quantum aliquæ deciſiones ſunt contrariæ prædictæ concluſioni, ex præmiſſis remaneant reprobatæ. Et ad hoc optime facit, quod dixit Barto. in d. l. ubi ita donatur. ubi dicit, quod quando non exprimitur nomen contractus, reſultat ille contractus, qui magis menti & verbis congruit. Secundo limitabitabis illud, quod dictum eſt ſupra, quod licet in aliquo alteretur natura feudi, in aliis tamen non alteratis remanet vero natura, vt non procedat, quantum ad ea, quæ ſequitur in conſequentia non pacti alienatiui, quia natura feud. in illis alterata eſſe cenſetur, ita ſignanter limitat excellentiſſimus inter moder. Bar. Soc. in l. Gallus §. etiam ſi parente. in 2. colum. ff. de libe. & poſthu. vbi per hoc dicit ſe alias cõſuluiſſe, quod licet feuda, quæ habet annexam dignitatem, ſint indiuiſibilia. in capitu. j. §. præterea ducatus. De prohibit. feu. alie. per Federic. tamen ſi concedatur aliquod feudum, habens annexam dignitatem tanquam feudum antiquum & paternum, ex quo eſt tranſmiſſibile ad hæredes ex pacto cõ naturam ſuam, eſt etiam diuiſibile. vt cap. ſi omnes. Si de feudo fuerit controue. De qua limitatione ego multum dubito, quia licet ſtricto iure feuda dignitatum, non ſint tranſitoria ad hæredes etiam maſculos. cap. j. de feud. mar. tamen conſuetudine generali vſurpatum eſt, quod immo ad hæredes tranſeant, vt dicunt cõiter ſcribentes. c. j. de quo latius habetur.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum vnde dicatur.*
2 *Argumentum ab Etymologia, an ad concludendam aſſirmationem, & negationem adhibeatur.*
3 *Pactum quo fidelitas remittitur, inualidum eſt.*
4 *Pactum, quod donatio non poſſit reuocari propter ingratitudinem non valet,*

SEPTIMA QVAESTIO, VNDE FEVDI nomen dicatur.

CAP. VIII.

SEptimo principal. quæro.
1 Vñ † dicatur feu. omiſſo multiloquio, vera & cõmunis ſententia eſt, quod feu. dicatur a fide, ſeu fidelitate, vt probat text. in cap. j. §. nulla, alias in cap. nulla, in fi. per quos fiat inueſt. vaſallus enim ex propria feudi natura, tenetur promittere & ſeruare fidelitatem dño, qui ſe totum, quo ad perſonam, honorem & bona, committit vaſallo. cap. de forma fide. capitu. primo. quid præcedere debeat inueſt. an fid. Iſtam etymologiam ſequuntur Iacob. de Bel. Baldus, Alu. & communiter ſcribentes in prælud. feu. Car. & Innocen. in cap. fin. extra de feu. Ioan. Rayn. in repe. c. imperialem. ſuper rubr. de proh. feu. alie. per Fede. Mart. Lau. in cap. i. in princ. qui feu. dare poſſunt. Nota tamen, quod nõ valeret conſequentia in cõtractu, præſtatur fides, ergo eſt feudum, quia multi ſunt alii contractus, in quibus fides præſtatur l. j. ff. de pa. l. j. ff. de conſt. pecu. l. cum ſi ff. ſi certum petat. ideoque ex hoc comprobari videtur illa communis doctrina, quod argumẽtum ab etymologia vocabuli ſolum procedat negatiue, vt ſolent communiter dicere Docto. in l. 4. §. appellata. ff ſi certum peta. Et quæ ſit ratio, declarat Ange. Are. Inſtitu. de teſt. in princ. poſt Raph. Fulg. in l. prima. in prin. ff. de acquirẽ.
2 poſ. † Ego tamen ſæpius dixi, quod data paritate terminorũ ita procedit argumentum ab etymologia vocabuli affirmatiue, ſicut negatiue. Nam ad illud, quod dicitur valere argumentum negatiue, datur limitatio, niſi repugnet diffinitio, vel auctoritas, ſecundum Bart. quem ſequuntur cæteri in l. omnes populi. in quarta. quæſt. vj. quæſtionis princ. ad fin. ff. de iuſt. & iure, & in l. i. in prin. ff. de acqui poſſeſſio. & alibi ſæpe. Prædictis itaque concurrentibus, quod non repugnet diffinitio, vel auctoritas dico quod etiam procederet tale argumẽtum affirmatiue, ita in ſpecie reperio Panormit. declarantẽ in cap. cum ſecundum, extra de proba. & proprie eũdem Panormitanum in materia feu. in conſi. 82. incip. quanquam in his quæſtionibus, in ſecunda colum. in primo volumine vbi Panorm. ad hoc allegat Barto. in l. prima. ff. de teſta. ſed Bart. ibi non dicit, ſed bene hoc expreſſe ſentit in dicto §. appellata. vbi Bartolus arguendo contra illum textum argumentũ ducit ab etymologia uocabuli affirmatiue, & dicit uideri, quod omnis alienatio ſit mutuum, quia fiat de meo tuum, reſpõdet Bartolus iſtud argumentum procedere, niſi repugnaret diffinitio uel auctoritas, & ſic vult expreſſe, quod eſſet bonũ illud argumentum, fit de meo tuum, ergo eſt mutuum, niſi repugnaret diffinitio vel auctoritas. Eſt verum, quod ut plurimum, ſi ſumatur negatiue. diffinitio non repugnat, & ſi ſumatur affirmatiue repugnat, tamen data paritate terminorum idẽ eſt, efficitur ergo ex prædictis, quod arguendo ab etymologia uocabuli negatiue, valet conſequentia, non præſtatur fidelitas, ergo non eſt feudum. † Sed in contrarium fortiſ-
3 ſimus eſt tex. in cap. j. §. ſi. per quos fiat inueſt. vbi valet pactũ, quod fidelitas non præſtetur. Sed tu pro ſolutione aduerte, quod ſi recte intelligatur ille text. non dicit ualere pactum, quod iuramentum fidelitatis non præſtetur, quia ſtant ſimul quod aliquis non teneatur iurare fidelitatem, & tamen eã ſeruare teneatur, & ita neceſſario intelligendus eſt, prout ẽt communiter ſcribentes ibi intelligunt. Ex quibus omnibus infertur notabilis concluſio, quod non ualet pactum remiſſiuum fidelitatis, quod uaſallus nõ cadat feudo propter feloniam, quia tunc daretur materia delinquendi, contra l. conuenire. ff. de pac. dot. ita decidit dominus Mart. Lauden. in ca. j. in princ. in v. colum. qui feu. dare poſſ. Et ante eum ita decidit Bald. & poſt eum communiter ſcribentes in cap. i. in prin. De feu. Gua. In quo ẽt diſtinguẽdum, prout diſtiguit idẽ Bal. in l. j. in alia quæſtione ff. de re. di. ubi diſtin. inter feloniam in
4 cõmittendo, & in omittendo. † facit quod in ſimili dicimus non ualere pactum, quod donatio non poſſit reuocari, propter ingratitudinem, iuxta l. e. fin. Cod. de reuocan. dona. ita ſignanter decidit Specu. titu. de dona. §. j. verſicu. quid ſi actum Bal. in l. ſi. C. de ope. liber. & in l. ſi. C. de pac. Nunquid autem illud procederet, quando eſſet iuramentum, vide Alexand. ĩ l. ſtipulatio. hoc modo concepta, in pen. chatta. ff. de ver. obl.

S V M M A R I V M.

1 *Feudorum multæ ſpecies, & quæ.*
2 *Feudum proprium quid ſit.*
3 *Feudum improprie quid ſit.*
4 *Feudum regale, ſiue dignitatis duob. concurrentib. dicitur.*
5 *Feuda dignitatum non tranſeunt ad hæredes.*
6 *Effectus ad hoc, ut dicatur nouum vel antiquum, uel paternum, qui ſint, & nu. ſeq.*
7 *Feudum antiquum, & paternum ſunt eiuſdem naturę.*
8 *In cõceſſione feudi noui, ſi concedens dicat ſe concedere illud feudum iure feudi antiqui & paterni, an tale feudum regulabitur ſecundum naturã feudi noui, an antiqui, ſi talia verba ſint prolata ab habente poteſtatẽ diſponendi.*
9 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
10 *Verba enunciatiua prolata in aliquo actu per habentes poteſtatem ſic diſponendi, an probent.*
11 *Feudum antiquum ſemper eſt potentius & potius tranſmitti poteſt quam nouum.*
12 *Prælatus in conceſſione feudi apponens verba, iure feudi antiqui & paterni, an probet feudum antiquum & paternum.*
13 *Prælatus etiam cum toto cap. non poteſt feudum de nouo dare, nec rem eccleſiæ alienare ſine debitis ſolennitatibus.*
14 *Iuramentum prælati an det robur contractui celebrato in præiudicium eccleſiæ.*
15 *Aſſertio contrahentium non facit actum licitum, qui alias illicitus eſſet.*

15 *Aſſer-*

16 *Aſſertio prælati, an præiudicat Eccleſiæ.*
17 *Feudum in dubio præſumi antiquum, quo intelligatur.*
18 *Feudum rectum, quare & quibus reſpectibus dicatur rectum.*
19 *Feudum hæreditarium ſub qua ſpecie contineatur, & vnde nomen habeat.*
20 *Recipere feudum pro ſe, & liberis, aut pro ſe, & hæredibus, an differant.*
21 *Verbum, hæredibus, ſi ſit poſitum non in principali conceſſione, vel in ſubſtantia conceſſionis, ſed in aliis clauſulis inueſtituræ, an ex eo Feudum hæreditarium dicatur.*
22 *Feudum ligium ſub qua ſpecie Feudi contineatur, & quæ requirantur ad hoc, vt ſit feudum ligium, & vnde dicatur, & qui ſint eius effectus.*
23 *In quolibet iuramento auctoritas principis intelligitur reſeruata.*
24 *Feudum ligium plus ligat vaſallum, quam alia feuda.*
25 *Lite inter vaſallos exiſtente, debet dominus feudi eſſe iudex, ſecus ſi inter dominum, & vaſallum.*
26 *Bona vaſalli per feudum ligium ueniunt in poteſtatem domini.*
27 *Feudum francum, ſeu liberum, ſub qua feudi ſpecie comprehendatur. & quare dicatur francum, & ad quæ teneatur illud habens, & qui ſint effectus illius.*
28 *Feudum francum habens non tenetur, niſi ad ſeruitia expreſſa.*
29 *Eccleſia non ſuccedit in feudis ſecularibus, ſed in feudo franco.*
30 *Renunciatio permittitur in feudis, excepto feudo franco.*
31 *Vaſallus, an poſſit alienare feudum francum non requiſito domino.*
32 *Feudum non rectum, ſub qua ſpecie feudi contineatur.*
33 *Feudum habitationis, ſeu perſonale ſub qua feudi ſpecie comprehẽdatur.*
34 *Feudum ſoldatæ, ſub qua feudi ſpecie contineatur.*

OCTAVA QVAESTIO, QVOT SINT Feudorum genera.

CAP. IX.

OCtauo prĩcipaliter quæro.
† Quot ſint ſpecies, ſiue diuiſiones feudorum. In
hac quæſtione fuerunt variæ opiniones adeo, vt
quot capita, tot fermè fuerint ſententiæ. Nam Iacobus de
Bel. poſuit in præludiis feudorum decem diuiſiones. Bald. ve-
ro, cuius ordinem ſequuntur communiter Moder. & Laud.
in cap. 1. qui feu. dare poſſ. ponit 12. diuiſiones. Iacob. Aluaro.
ponit 22 Ioannes Raynal. in repe. c. Imperialem. ſua rubri. de
prohibi. feu. alie. per Feder. ponit 8. diuiſiones. Card. & Inno.
in cap. fin. extra de feu. ponunt 12. diuiſiones, adeo quod ex
tot varietatibus generalis quædam confuſio oriri videtur.
Ego autem omiſſis omnibus præmiſſis diuiſionibus, vt bre-
ui compendio omnia complectar, dico duas tantum eſſe ſpe
cies, ſiue diuiſiones feudorum, quæ ſpecificam cõtinent dif-
ferentiam: reliquę autem ſunt potius diuerſa nomina feudo-
rum, ſecundum ſubiectam materiam, vel ab aliquo euentu
introducta, quam diuerſæ ſpecies feudorum, prout deinceps
2 clariſſimè videbitur. † Prima ſpecies feudi eſt proprii, & ha-
bentis propriam naturam, & illud eſt, quod ſup. diffinitum
eſt in 6. qõ. principali, & in quo requiruntur illa ſeptem, de
3 quibus ibi diximus. † Secunda principalis ſpecies eſt feudi
improprii, & non habentis propriam naturam feudi de quo
habetis titulum ſpecialem, de feu. non hab. propriam natu-
ram feud eo quia, vt ſupra diximus, circa diffinitionem feudi,
vbicunque deficeret aliquod ex dictis ſeptem requiſitis, dice-
retur feudum improprie. Iſtæ ſunt ſpecies continentes ſpe-
cificam differentiam. Et ſub iſtis duab. ſpeciebus omnia feu-
dorum nomina, de quibus ſcribentes faciunt multiplices di
uiſiones, comprehenduntur. Nam ſub prima ſpecie feudi
proprij, continetur feudum, quod aliquãdo appellatur rega-
4 le, ſiue dignitatis. † Feudum enim regale ſiue dignitatis dici-
tur duobus concurrentibus. Primo, quod aliqua dignitas, pu
ta marchionatus, regnum, vel comitatus in feudum conce-
datur ab Imperatore, rege, vel alio principe, c. 1. de feu. marc.
feudum vero non regale, nec dignitatis dicitur ſimplici reſpe
ctu. primo, vel quod dignitas aliqua non ſit conceſſa in feu-
dum, ſed aliquod priuatum, puta manſus terræ, vel ſi aliqua
dignitas cõceſſa ſit, non tamen ab eo, qui habet poteſtatem
conferendi dignitatem. c. 1. § ſi quis de manſo. de contro. in-
ueſti. ita in effectu declarant Bald. Aluarot. & communiter
ſcribentes. Et ſi quiſpiam ſubtilis dixerit, quod imo iſta feu-
da dignitatum non poſſint comprehendi ſub prima ſpecie
feudi proprij, de cuius natura eſt, quod omnes deſcendentes
maſculi in infinitum ſuccedant, c. 1. §. fin. in quibus cauſis feu
5 dũ. amit. † Feuda enim dignitatum non ſunt regulariter ad
hæredes tranſitoria cap. 1. de feud. mat. & ſic videtur deficere
vnum ex ſeptem requiſitis poſitis in diffinitione: reſpondeo,
quod licet ſtricto iurę feuda dignitatum non ſint ad hęredes
tranſitoria, tamen generali conſuetudine vſurpatum eſt, vt
ad hæredes tranſmittantur: vt dicit text. in cap. 1. §. fin. de alie-
na. feu. & ibi communiter ſcribentes, & in d. c. de feu. mar. &
6 ideo ſub hac prima ſpecie feudi numerari poſſunt. † Secun-
do, ſub prima ſpecie feudi continetur feudum, quod aliquan
do appellatur nouum: aliquando antiquum: aliquando pa-
ternum. Feudum nouum dicitur, quod de nouo conceditur,
& habet initium in perſonam primi inueſtiti, capit. 1. in ver
bo, nouam inueſtituram dico. Quot teſtes ſint neceſſarij ad
probandam nouam inueſtituram. Feudum vero paternum,
dicitur vſque ad quartum gradum deſcendentium: inde vero
ſupra dicitur feudum antiquum, licet multoties feudum an-
7 tiquum, & paternum pro eodem ponantur eo, † quia ſunt
eiuſdem naturæ & potentiæ: & ſic feudum antiquum, ſiue pa
ternum dicitur, quod ſit quęſitum ab aliquo aſcendente, qui
fuerit parens communis agnationis. cap. 1. §. hoc quoque, &
ibi Bald. ad hoc not. de ſucceſſ. feud. c. 1. §. j. & ibidem etiam
Bal. & ſcribentes, de grad. ſucc. in feu. & in c. 1. de natura ſucc.
feu. Bal. in Authent. deſuncto. C. ad Tertul. Alex. conſi. 30. in-
cip. quoniam omne datum optimum in j. volu. in 3. colum.
Et ita ſequuntur communiter Doctores. Effectus ſunt mul
ti, an ſit feudum nouum, an antiquum, vel paternum. Pri-
mus eſt effectus, quod in feudo nouo ſuccedũt ſolum deſcen
dentes, in feudo vero antiquo ſiue paterno, ſuccedunt etiam
tranſuerſales. c. j. de natura ſuc. feu. c. 1. de grad. ſuc. in feud. Si
tamen tu ſubtilis conſideras, in feudo antiquo habito reſpe-
ctu ad primum acquirentem, omnes dicuntur deſcendentes.
Secundus effectus eſt, quia feudum nouum ſiue inueſtitura,
quæri non poteſt. c. 1. quib. mod. feud. conſti poteſt. Antiquũ
vero quæritur mediante ſucceſſione, c. j. de feu. mater. c. ſcien
dum, de feu. cogn. licet peti debeat renouatio inueſtituræ in-
tra annum & diem, c. in prin. quæ ſue. prima cauſa ben. amit.
iſtum ſecundum effectum ponit Bald. in l. j. in j. colum. ff. de
rerum diuiſ. Tertius effectus eſt, quia in feudo nouo ad pro-
bandam inueſtituram non admittuntur, niſi pares curiæ, id-
eſt alij conuaſalli: In feudo vero antiquo admittũtur teſtes
etiam extranei. c. 1. Quot teſtes ſint neceſſarij ad probandam
nouam inueſtituram, & rationem ponit text. in c. 1. §. idcir-
8 co. de nou. feu. † Sed hic incidit pulchra, & quotidiana dubi
tatio, ſi in conceſſione feudi noui dicat concedens, ſe conce-
dere illud feudum, iure feudi antiqui & paterni, prout ſolet
cõiter apponi inueſtituris feudorum: an tale feudum regula-
bitur, ſecundum naturam feudi antiqui? In iſta quotidia-
na dubitatione Oldra. Lauden. in conſi. 170. octau. incipien.
Quidam nobilis, mirabiliter concludit, quod non obſtanti-
bus illis verbis, remanebit feudum nouum: quia ſecundum
eum, talia verba non immutant rei veritatem. l. & ſi forte. ff.
de caſtren. pecu. no. in l. ſi donatione. C. de col. Iſtam deciſio-
nem Oldra. refert de verbo ad verbũ Alb. de Roſ. in Dictio-
nario ſuo, in verbo, Feudum. ſubdens ita fuiſſe determina-
tum. Pro eadem opinione conſuluit Paul. de Caſt. in conſil.
clvj. incipien. quod illud feudũ, de Oldr. & Albe non faciens
mentionem: & ſecundũ illã opinionem Pauli videtur con-
ſuluiſſe Alexander conſi. decimo incipie. conſideratis his, in
3. volum. Et pro iſta opinione adducitur per Modernos hic
9 vnum fundamentum ſatis coloratum. † Tertia eſt regula,
quod contrariorum eadẽ ſit diſciplina. l. 1. cũ vulgaribus. ff.
de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Sed ſic eſt, Feudum antiquũ,
ſi concedatur iure feudi noui, non propter hoc efficitur feu
dum nouũ. c. 1. & ibi no. de vaſa. decr. æta. c. 1. an agn. vel fi.
Bald. in v. diui. & in l. 1. in 41. q. ff. de rer. diuiſio. Alc. in d. conſi.
30. ad ii. 3. column. Ergo eodem modo, ſi feudum nouum
concedatur iure feudi antiqui, non debet effici antiquũ, vt
contrariorum eadem ſit diſciplina. Præmiſſis tamen non
obſtantibus, contrariam ſententiam, tanquam de iure verio
rem amplector, quod imo per talia verba, quæ ſolent com-
muniter apponi in inueſtituris, vt ceſſent omnes difficulta
tes, ſecundum Bal. in c. 1. §. hoc quoque, in fi. de ſuc. feu. cen
ſeatur feudum antiquum. Iſtam opinionem tenuit Baldus
in c. 1. de alie. feu. pa. & in c. 1. in pen. colu. an agn. vel fi. Iac.
Alua. poſt Iac. Ardizo. in c. 1. in vlt. colum. de vaſal. decre. æta.
in c. 1. de grad. ſucce. in feud. Alexan. in dicto conſi. 30. in
tertia colum. Eandem opinionem ſequitur Andre. de Iſern.
ſummus feudiſta, in c. 1. de controuer. feu. apud pares term.
Eam etiam ſequuntur Marti. Lauden. & Cardi. Mediola. in
d. c. 1. de alie. feu. pater. Alexand. in conſil. lv. incipi. perſpe-
ctis. in 13. conſi. in 4. volum. & in conſi. j. circa x col. in 5. vol.
& conſil. 29. circa vlt. col. eo. vol. Franc. de Arc. in conſi. ſuo
pe. & in l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. oblig. dum ſequitur opi-
nio Bal. in 4. membro, in c. 1. verſ. demum quærit gl. an agn.
vel fi. Eandem opinionem tenuit Papien. in praxi ſua, in for
ma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, in verbo,
nec ſuperſtitibus ex eo liberis maſculis. Et ab iſta opinione
10 tanquam cõi non eſt in iudicando diſcedendum. † Pro qua
ſolet adduci ſtringens fundamentũ, quia verba enunciatiua
prolata in aliquo actu per habentes poteſtatem ſic diſponendi,
probant. l. optimam, C. de contrah. & commit. ſtipu. l. ex his
verbis.

verbis.cum ibi no. C.de teſtam. mi. Sed aduerte, quod iſtud
fundamentum facile tolli poſſet, quia vt dicit tex.in d.l.opti-
mam, admittitur probatio in contrarium per inſtrumentũ,
vel p teſtes omni exceptione maiores,& ideo ſic videtur poſ-
ſe probari contrarium in propoſito noſtro.cõtra illud,quod
concludunt omnes præmiſſi doctores. poteſt melius ſtringi
fundamentum,quod dicta verba,iure feudi antiqui , &c. nõ
ſunt enunciatiua,ſed potius diſpoſitiua, quia concedens feu
dum,cõcedit iure feudi antiqui,auiti & paterni.cum ergo ex
pacto poſſit alterari natura feudi, & apponi pactum , quod
ſuccedant illi,qui alias non erãt ſucceſſuri,vt conſtat ex mul
tis,quę diximus ſupra,circa diffinitionem feu.in 7.principali.
& probat tex.in l.j.in fi.ibi, niſi pactum fuerit in inueſtitura,
q frater fratri ſuccedat,in ti.de feu.Mar. & in c.j.in fi.de duo.
fra.a capi.inueſt.ergo etiam valebit pactum, quod feudũ no-
uum intelligatur conceſſum iure feudi antiqui . Et tenendo
iſtam opin.non ob fundamentum ſupra in contrariũ factũ,
quod cõtrariorum eadem ſit diſciplina,&c.quia reſpondeo,
quod diuerſa ratio reformat pactum, vulgata.l.interpoſitas.
C.de tranſaction.debet enim intelligi regula prædicta,quan-
vo ſubeſt eadem ratio,alias ſecus,vulgata lege, illud, ff.ad le-
gem Aqui.l.a Titio.ff.de verbo. ob. conſtat autem inter caſ⁹
prædictos eſſe magnam rationem diuerſitatis , quia qđ feu-
dum nouum efficiatur antiquum,iſtud ſolum tendit in præ-
iudicium concedentis,eo,†quia feudum antiquum eſt ſemp
11 potentius & magis tranſmittitur, quam feudum nouum , vt
conſtat ex his, quæ ſtatim diximus enumerando effectus re-
ſultantes inter feudum nouum & antiquum,ideo nimirum
ſi talia verba,ex quo ſolum præiudicant concedenti,operan
tur quod feudũ nouum efficiatur antiquum,ſecus eſt in ca
ſu contrario , quia ſi feudum antiquum efficeretur nouum,
fieret præiudicium agnatis tranſuerſalibus, qui non ſuccede
rent in feudo nouo.Item reſultarent alia præiudicia, quæ pa-
tent ex his, quæ ſupra diximus numerando effectus feudi no
ui & antiqui,& ideo , nimirum ſi talia verba non operãtur,
quod feudũ antiquum , nouum efficiatur.Et quod iſta ratio
ſit vera,probo ineuitabiliter, quia ſi feudum antiquum con
cederetur alicui iure feudi noui, conſentientibus agnatis,re-
ſultaret idem effectus,quia feudum antiquum efficeretur no
uum.tex.eſt de hoc multum no.in d.cap.j. an agna.vel fil.& ĩ
de eo,qui fi.fe.agna.Et ſi recte ponderabis,in quibus caſibus
loquantur auctoritates Doctorum in contrarium allegatæ,
& quibus fundamentis moueantur,conſtabit,quod caſus vi-
deantur multum diuerſi:maxime conſilia Pauli, & Alexan-
dri,qui loquuntur in Epiſcopo,de cuius poteſtate in hac mã
ſtatim videbimus.Eſt ergo ex præmiſſis firmata concluſio,q
feudum nouum conceſſum iure feudali antiqui,efficitur an-
tiquum , & regulariter ſecundum naturam feudi antiqui. &
iſtam opinionem latiſſime defendit Franciſc. Cur.conſ.49.in
2.compilatione ipſius conſilii.incip.memoriæ recolẽdæ.ma-
xime in verſi.v.& fortius mouetur.& in verſi.v.& fortius coa
diuuatur.& in verſi.ad quintum dum allegatur. Iſtam cõclu
ſionem ſignanter limitat, vt procedat, quãdo talia verba ap-
ponerentur per eum , qui habet poteſtatem ita diſponendi,
alias autem ſecus eſt ita ſignanter limitat Bal. in 3.diuiſione,
12 vbi per hoc infert,†quod ſi prælatus,vel epiſcopus in conceſ
ſione feudi apponerent illa verba,iure feudi antiqui & pater
ni, propterea non probaretur feudum antiquum vel pater-
num eo fortiſſimo fundamento,quia vbi aſſertio contrahẽ-
tium facit actum licitum,quia alias non eſſet, non ſtatur aſ-
ſertioni ipſorum , niſi per legitimas probationes adiuuetur,
eſt doctrina Bar.per tex.ibi.in l. & ſi forte.ff.de caſtren.pecul.
& in l.ſi donatione,vbi late per Ale. poſt cæteros C.de coll,
per eundem Alexã. conſi.2.incip.conſideratis.in 3. colu.in 1.
volum. Sed ſic eſt,quod prælati eccleſiarum nõ poſſunt ſine
debitis ſolennitatibus infeudare ea, quæ non ſunt ſolita ĩfeu
dari.c.2.extra de feu.ergo non erit credendũ aſſertioni præla
ti,aſſerẽtis feudum eſſe antiquum,vel paternum.Iſtã opinio-
nem Bald.ſequitur Laud.in c.1.in 7.col.qui feu.da.poſ.vbi li-
mitat,niſi talia verba eſſent in inſtrumento antiquo, qa tũc
præſumerentur omnia ſolenniter acta, per notata per Cy.&
Bal.in l.emancipatione.C.de fi.inſtr.& in aliis locis commu-
nibus hr̃ late per Mod.in l.ſciendum,ff.de ver. obl.Idem etiã
quod Bal.hic in prẹlato ſeqtur Io.de Imo.referens Gar. ita ꝯ-
ſuluiſſe in c.2.in antep.col.ext.de feu. ſeqr̃ Alex. conſi.x.inci.
ponderatis his in 3.col.Iſtam tñ limitationẽ ſignanter ſubli-
mitat Bal.in d.4.diuiſ.vt non procedat,qñ prælatus cum toto
c.apponeret dicta verba, iure feudi antiqui & paterni,& ap-
poneret iur̃m,& maxime qñ in c.eſſent viri prouidi,& prẹla
tus eſſet diligens , quia tunc , ſm eum,talia verba probarent
feudum eſſe antiquum,per glo.fi.in Auth. hoc ius porrectũ.
C.de ſacroſ.eccl.vbi vult gl.quod qñ prælatus cum toto capi-
tulo accipit pecuniã mutuo,non eſt neceſſe vlterius probare
pecuniã eſſe verſã in vtilitatẽ eccleſiæ, vbi alias eſſet neceſſa-
ria ꝓbatio.Iſtã deciſionẽ reprobat Laud.in d.c.i.in 7.colum
13 † qa ſm eum,nec prælatus,nec epiſcopus cum toto cap.poſ-
ſunt de nouo infeudare,nec rẽ eccleſiæ alienare, ſine debitis
ſolennitatib.de qb.in c.ſine exceptione.12.q.2.per tex.in l.iu
bemus nulli. ver.nec ſi oĩs cũ Epiſc.C.de ſacroſ.eccle.in cle.j.
de reb.eccl.non alie.in c.i.e.ti.li.6.Nec ob. ſm cũ gl.in d.Auth.
hoc ius porrectũ. qa loqr̃ in cõceſſione mutui,nõ aũt ĩ alie-
natione rei immobilis eccleſiæ. Eodẽ ẽt mõ reprehendunt
qdã moderni hic,dicentes,quod gl.in d.Auth.hoc ius porre-
ctum.reprobatr̃ p Bar.Bal.& cõiter Doct.ibi,qui ſequunr̃ glo.
ꝯrium in corpore,vnde ſumitur d.Auth. Nec obſt.ſm præfa-
tos mode. quod Dd. p̃allegati non loquuntur vbi interuenit
14 iur̃m,vt loqr̃ Bald.hic eo,† qa iur̃m prælati non dat aliquod
robur ꝯctui celebrato in p̃iudicium eccleſiæ , vt voluit idem
Bal.in c.i.§.item ſcr̃a.in 4.col.de pa.iur.fir. vbi ad hoc allegat
Io.An.in Nouel.in c grauis.de ſen.ex. Sic ẽt dixit idẽ Baldus ĩ
l.gñralr̃,in prin.C.de reb.credi.& quod p nullũ iur̃m prælati
induci põt,quo minus eccleſia ſit in loco minoris, & poſſit ĩ
integrũ reſtitui.accedat gl.no. in c.j.in gl.4.in verbo , ꝯctũ de
in integrũ reſti.in 6. vbi eſt gl. qđ ſi p̃latus iurat in ꝯctu dam-
noſo eccleſiæ,q̃uis p̃latus ꝯueniens ſit piurus, põt tñ Eccleſia
eodẽ p̃lato petente in integrũ reſtitui , facit qđ decidit idem
Bal.in l.j.in 3.col.C.de pac.ubi dicit,qđ iur̃m prioris hoſpita-
lis nõ nocet hoſpitali,& ita trãſeunt p̃fati moderni. Alii aũt
moderni dicunt,qđ Bal.ſentit motiuũ Laud.dũ allegat tex.ĩ
d.l.iubemus nulli.& iõ ſm ipſos,dixit Bal.cum miſterio , qđ
ſtar̃ aſſertioni p̃lati,qñ põt eſſe iuridica,& ſic ſecundum ipſos
ſaluari poteſt opinio Bal.vt velit , non quod per dicta verba,
iure feudi antiqui,ĩducatur feudũ antiquum,ſed q ſolum di-
cta verba probãt,donec ꝯrium probetur.†Sed tu ſubtilis ad-
15 uerte,quod adhuc contra hoc militat obiectum,de quo ſup.
quod non ſtamus aſſertioni ꝯhentium, qñ fieret actus licit⁹,
qui alias eſſet illicitus,per Bar.in d.l.ſi donatione,cum aliis.ſ.
allegatis. In tanta Doctorum varietate ego ſum in noua ſen
tentia,q ſi prælatus cum toto cap.immo fortius ẽt,ſi ſolus p̃-
latus concedat feudum,apponendo illa verba,iure feudi an-
tiqui & paterni,quod iſta verba probabunt illud eſſe feudum
antiquum & paternum,moueor fortiſſimo fundamento,qa
16 †licet regula trita ſit , quod confeſſio prẹlati non præiudicat
eccleſiæ,c.præſentiũ.vbi glo.& ſcribentes.ff.de confeſſis.Bald,
late in l.vnica.C.de confeſ. Iſta regula patitur ſingularem li-
mitationẽ,ut non procedat, quando prælatus aliquid confi-
teretur, quod haberet iuris præſumptionem pro ſe , qa talis
ꝯfeſſio valet,& ꝓbat tex.no. quẽ ibi ad hoc notat Panorm.in
c.ſi diligenti.in 4.no.ext,de præſc.vbi ẽt de hoc dicit eſſe tex.ĩ
c.2.ext.de capel.mona. Sed ſic eſt, quod vbicunq; dubitar̃ an
feudum ſit antiquum vel nouum, in dubio præſumitur anti-
quum tex.eſt præmiſſus in c.i.§.j.in verbo,onus ꝓbandi incũ
bit ei,qui nouũ dicit.quẽ Bal. ibi dicit eẽ mirabilẽ ad hoc.De
gradi.ſuc.in feu.Ad idẽ tex.in c.j.& ibi Alu. poſt cęteros.Si de
feu.fue.ꝯtro.inter do. & ag. Ergo ſtabir̃ ꝯfeſſioni prælati cõfi
tentis illud , pro quo eſt iuris præſumptio,& illud tanto for-
tius procederet,qñ cõfeſſio prælati eſſet facta cum toto capi,
qa in multis caſib.tunc obligat eccleſiã,vbi alias non obliga
ret,iuxta gl.in c.dudũ l.2.ĩ verbo,veritate.ext.de elec.Pau. de
Caſt.conſi.j.circa medium Bene fateor , vbi poſſet contrariũ
probari,Eccleſiam tanquam læſam poſſe in integrum reſti-
tui,aduerſus talem confeſſionem, & ad hoc tendunt omnia
fundamenta modernorum . Nec obſtat fundamenta in
contractum ſupra ritum factum , quod aſſertio contrahen-
tium non facit contractum illicitum , qui alias eſſet illici-
tus , quia reſpondeo , quod hic ſola aſſertio prælati non
eſt illa , quæ operetur , ſed aſſertio prælati cum iuris præ-
ſumptione . † Illud tamen quod dixi , quod feudum in du
19 bio præſumitur antiquum , intellige , quando vaſallus
poſſidet , ſi autem dominus poſſideret , præſumeretur in dũ
bio nouum,ita Iacob.de Bel.& poſt eum Aluarotus in dicto
capitulo primo.De grad.ſucceſſion.in feu. Et idem in Aluar.
in dicto capitulo primo. ſi de feudo fuerit controuer. inter
dominum & agna.Alexand.conſilio x. in 4.volum. in 2.col.
Et ſecundum iſtam diſtinctionem intelligo ea, quæ ſupra fir-
mata ſunt qualiter tamen iſtud procedat , vide omnino do.
Franciſc. Cur.in dicto conſilio 48. in verſicu. tranſeamus ad
ſecundum, & in verſi. & in primis non obſt.dum dicebatur.
18 † Tertio ſub hac prima ſpecie feudi proprij continetur feu-
dum,quod multiplici reſpectu appellatur rectum,de quo ha
betis titulum ſpecialem in titu.de conſeruand.rect.feud. dici
tur enim feudum rectum aliquãdo , quia in eo non ſunt de-
terminata ſeruitia,vt dicit glo.in c.fi.de capita.qui cur.vendi.
vbi dicit,quod quando ſunt determinata ſeruitia, appellatur
feudum conditionatum . Aliquando & ſecundo appellatur
rectum , quia vaſallus adeptus eſt poſſeſſionem feudi præce-
dente licentia domini,præſente & aſſiſtente curia: ſecus ſi ſi-
ne præſentia curiæ.text.eſt in d.c.1,de conſue.rect.feu. iuncto

c.1.quibus modis feud.conſti.po. Aliquando & tertio appel-
latur rectum,quia perpetuum, & non reuocabile,c.j.§. item
ſi vaſallus,cum ibi not.ſi controuer.feu.de inueſti.feu.& iun
cto c.j.de feu guar.ita declarat Aluar.in præludiis feud. in 12.
diuiſione,cum quo tranſeunt communiter cæteri,de quo ta
19 men latius habetur, in d.c.j. de conſue. re. feu. † Quarto ſub
hac prima ſpecie feudi proprij continetur feudum hæredita
rium; dicitur autem feudum hæreditarium, quando conce-
ditur accipienti pro ſe,& hæredibus,ſed ſi concedatur pro ſe,
& liberis,tunc dicitur feudum non hæreditarium, ſed proue
niens ex facto,& prouidentia concedentis, ita declarat An-
dre.de Iſer.in c.j.in princ.& in §.hoc quoque,de ſucce. feu.&
in c.j.in tit.qui ſucceſ.teneantur,el j.& in c.de alie. feu. pater.
in c.j.an agna.vel ſi Iacob.de Bel.in c.j.de eo qui ſibi, & hær.
ſuis maſc.& fœmin. Alc.conſi.10.incip.ponderatis.in 4. col.
in 3.vol.& conſi.55.incip.perſpectis,in 5.col. in eodem volu.
Effectus autem eſt maximus, an feudum ſit hæreditarium,
vel non, quia primo caſu nullus poteſt habere feudum, niſi
ſit hæres concedentis,vel ab eodem deſcendentium. Secun-
do vero caſu agnati poſſunt habere feudum, etiam ſi non
ſint hæredes:ita declarant Doctores in locis præallegatis, in-
telligendo tamen ſecundum diſtinctionem tituli, an agna-
tus vel filius,repudiata patris hæreditate, feudū retinere poſ-
ſit,circa quam materiam notate perpetuo, vſque adeo feu-
dum receptum pro ſe,& hæredibus,dici hæreditarium, vt ēt
ſi filius adiret hæreditatem patris cum beneficio inuentarij,
teneatur tamen de commoditate feudi ſatisfacere creditori-
bus.ita decidit Andr.de Iſern.in d.c.j. an agn. vel filius, licet
ſecus eſſet ſecundum eum, quando feudum eſſet conceſſum
pro ſe,& liberis, quia tunc confecto inuētario ſolum tenen
tur ſatisfacere,quatenus vires bonorum, & allodialium ſup
20 peterent, † Et vltra prædicta,quod ſit magna differentia, an
quis recipiat feudum pro ſe,& liberis,an vero pro ſe,& hære
dibus,voluit Cyn.in l.ſi manumiſſus,in vlt.q C. de lib.& eo-
rum lib.Ioan.And in addi.Specu.tit.de feu.in §.fi.in addit.in-
cip.poteſt differre bene facit doctrina Bart. in l. iuriſiurandi.
§.ſi libere.ver.quæro quid ſi filius renunciat.ff. de oper. liber.
vbi ſimilem facit differentiam in emphyteuſi.ſubdens,quod
feuda,quæ tranſeunt ad filios ita demum,ſi ſunt hæredes, di-
cuntur venire in hæreditatis petitione.allegat not. in l. item
veniunt.§.fi.ff.de peti. hæredi. & cum eo videtur concordare
Bart.in l generali.§.j.C. de rebus cred & ideo per prædicta li-
mitatur id,quod notant Dy.& Bart. in l.ſi patroni.ff.ad Tre-
bel.dum volunt, quod feudum non veniat in reſtitutione fi-
deicommiſ.limitatur enim, vt non procedat in feudo hære-
ditario, dummodo fideicōmiſſarius ſit de perſonis, ad quas
poterat tranſire feudum.ita decidit Ioan.Andr.in additioni-
bus Speculat.in tit.de hoc.§.nunc aliqua. in addit.incip.quæ
non eſt dubia,cum qua deciſione tranſit Paul. de Caſtr. in d.
l.ſi patroni,in prin.in lectu. Paduana,cum concordantiis ibi
adductis per Alex.& latius per eundem Alc.in conſi.19 inci.
ſuper eo,de quo quæritur in 5.colum.vbi multa ſcribit circa
materiam feud. hæreditarii, & per prædicta ſuperiori anno
conſului in facti contingentia,quod mortuo vaſallo, qui re-
quirat deſcendentes ex fœmina,qui non ſunt habiles ad ſuc
ceſ.feu. c.j. §. & quia vidimus,qui feud. dare poſſ. qui tamen
deſcendentes erant hæredes in bonis allodialibus: reliquerat
etiam agnatos,qui erant capaces feudi, ſed non erant hære-
des,tanquam vlteriores in gradu, quoniam feudum, de quo
agebatur,erat hæreditarium, & nō poterat ad aliquem tran
ſire,quid ſi nō eſſet heres, conſului, quod illud feudum erat
extinctum,& ad dominum reuertebatur, ex quo deſcenden
tes ex fœmina non poterant ſuccedere,quia incapaces:agna
ti vero ſuccedere non poterant,quia non erant hęredes,quę
omnia perpetuo notate,quia ad ea,vt plurimum non aduer
21 titur. † Circa iſtam materiam feu. hæreditarij cadit neceſſa-
ria dubitatio,quid ſi verbum,hæredibus ſit poſitum, non in
principali conceſſione vel in ſubſtantia conceſſionis: ſed in
aliis clauſulis inueſtiturę, an ex hoc dicatur hæreditarium?
habui ſuper hoc conſulere, & copiam conſilij ponam ad fi.
huius Tractatus. Et ibi etiam reperies, an feudum ſimplici-
22 ter ſuſceptum in dubio dicatur hæreditarium. † Quinto ſub
hac ſpecie feudi proprij,continetur feudum ligium; circa cu
ius declarationem Docto.varie ſenſerunt:ſed omiſſo multi-
loquio vos concludite,ſecundum veram & communem ſen
tentiam,quod ad hoc,vt ſit feudum ligium,tria de neceſſita
te requiruntur. Primo enim requiritur,vt vaſallus iuret fide
litatem,nullius alterius fidelitate reſeruata. Secundo,vt ex-
preſſe dicatur in inſtrumento inueſtiturę, quod feudum ſit li
gium. Tertio,quod vaſallus principaliter perſonam ſuam,
& in conſequentiam etiam bona non feudalia ſubijciat po-
teſtati domini. De primo habetis gloſ.ordinariam, in cle.pa
ſtoralis.§.rurſus.de ſent. & re iudic. per textum ibi facientem
mentionem.habemus,ſecundum Bal.in l.vnica,§.in primo,
in vlt.colum.C.de ca.De ſecundo habetis expreſſam deciſio-
nem, Bal.in c.inter dilectos,in 6.col.extra de fi. inſtrum. Ter
tium requiſitum probatur ex his, quę ſtatim dicam ponen-
do tertium effectum feudi ligii. Iſtam declarationem in effe
ctu ponit Spec.vbi late ponit materiam feudi ligii, titulo de
feud.§.quoniam.ver.& nota,quod eſt homagium,cum mul
tis verſiculis ſequentibus.Bald.in prælu.feu.in 7.diuiſione, al-
legans de illo feudo ligio,quoſdam tex. in quibuſdam extra-
ordinarijs capitulis feudorum,ita etiam ſequitur Aluarot.in
præludijs feu.Hoſt.& Ioan. And. in c.recolentes,extra de ſta
mona.Idem Ioan.And.in c.ex diligenti. extra de Simo. An-
dre.de Iſer.in c.1.de noua for.fideli.& ita tenendum eſt,quic
quid dixerit Bal.in l.vnica.§.in primo, in vltim. columm. vbi
dixit, quod feuda magnarum dignitatum poſſunt dici ligia:
quicquid etiam dixerit idem Bald.in c.ad audientiam,in vlti.
colum.extra de præſcrip.quem ſequi videtur Laud. in c.1. in
ix.col.qui feud. dare poſſ.vbi dicunt videri impoſſibile,quod
detur feu.ligium, niſi quando recognoſcitur a ſummo Pon-
23 tifi.eo, † quia in quolibet iuramento intelligitur ſemper re
ſeruata authoritas ſummi Pontificis.c.venientes, extra de iu
reiu.ſic etiam ſentit Bal.in 7.diuiſione, & Aluarot. in 13. di-
centes, quod proprie feudum ligium non dicitur: niſi quan-
do conceditur,& recipitur a non recognoſcēte ſuperiorem:
vos tamen in contrarium dicite ex mente communiter Do
cto.in locis præallegatis. Nec obſtat fundamentum, ꝙ ſem-
per intelligitur reſeruata authoritas ſummi Pontifi. quia ad
iſtud reſpondet Spec.in d.§ quoniam in 1.& 2.colum.dicens
licet in feudo ligio vaſallus, ſm formam fidelitatis nullum
excipiat: lex tamen quaſdam perſonas excipit: & ille intelli-
guntur exceptæ, & ideo intelligitur excepta perſona ſummi
Pontificis.d.c.venientes.Itemque perſona Imperatoris.c. im
perialem.§.fi de prohib. feud. alie.per Fed. Alexan.in l.frater
a fratre.in vltim.no.ff. de condi. ind. Dicitur autem feudum
ligium eo, quia vt infra ſtatim videbimus ponendo effectus
24 ligij, † iſtud feudum ligium plus ligat vaſallum, quam alia
feuda:ita dicit glo.in d.cle.paſtoralis.ver.rurſus.Specu.in d.§.
quoniam.Alua. in 13. diuiſione. Et ideo notate aliquos ſin-
gulares effectus feudi ligij, qui non habent locum in aliis
feudis. Primus effectus eſt, quia licet alijs feudis vaſallus poſ
ſit feudū refutare, & hoc modo amplius non ſeruire domi-
no:vt eſt textus expreſſus.in c.1.de vaſallo, qui contra conſti
tu.Lota.& no.cano. in cap. quæ in Eccleſiarum circa glo. ff.
extra de conſti.Bart.& legiſtæ in l.is,cum quo.ff.de aqua plu.
arce. tamen in feudo ligio non admittitur pœnitentia, nec
refutatio. ita ſignanter decidit Bal.in c.cæterum,in 8. colum.
C.de iudi. quod pro ſingulari notat & ſequitur dom. Mart.
Lauden. in c.1.in 7. colum. qui feud.dare poſ. Secundus effe
ctus eſt feudi ligij:quia licet in alijs feudis pares ſint iudices. c.
1.de controuer.feu. apud par.termi. tamen in feudo ligio ſo-
lus dominus feudi eſt iudex.ita ſignanter decidit Bald in d. c.
cęterum.in 5.columm.quia ſecundum eum in feudo ligio ſo
25 lius principis eſt inſtituere, & deſtituere † Circa iſtum effe-
ctum licet moderni ſicco pede pertranſeant; videtur tamen
multum dubitabilis; quia illud quod dicitur, quod in feudo
pares curię ſunt iudices,procedit quando inter dominum &
vaſallum eſt lis:ſi autem lis ſit inter vaſallos, dominus feudi
eſt iudex; vt nota.in dicto c.primo. de controuer. feud.apud
par.termini. & in c.cęterum. de iudic. ergo videtur dicendū,
ꝙ etiam in feudo ligio, qñ eſt quæſtio inter do. & vaſallum,
dñs non poſſit eſſe iudex,per l. quę iuriſdictioni.ff. de iuriſdi.
omn.iud.niſi dicas,ꝙ ex quo feudum ligium, vt ſ.diximus,
præſupponit omnimodam ſubiectionem nullius alterius fi-
delitate reſeruata:iſte dñs hr̄ loco ſupremi principis, qui be-
ne pōt eſſe iudex in cā propria, vt not. Canoniſtę. præcipue
aūt Fel.in c.cum veniſſent,extra de iud.Legiſtæ in d.l. qui iu-
26 riſdictioni. † Tertius eſt effectus feudi ligii, quia in ipſo ve-
niunt omnia bona vaſalli in poteſtatem dñi, ēt nō feudalia,
dummodo ab alio in feudum non hr̄et, licet ſecus ſit in alio
feudo,in quo dñs ſolum habet ſuperioritatem limitatam re-
ſpectu bonorum conceſſorum in feudum,ita dicit Spe. in d.
§.qm̄.ver.18.& ratio eſt,quia in feudo ligio vaſallus principa
liter obligat perſonam ſuam dño,& ideo in conſequentiam
tranſeant ēt bona argu.Auc.ingreſſi.C.de ſacroſ.ecc.& in l.ſi
pater.ff.de adop.ita Spec. in d.verſi.17. quem ſequitur Marti.
Lauden.in c.1.in ix.colum.qui feud.da.poſſ.

Quartus & vltimus pro nunc eſt effectus feudi ligii, quia
licet in aliis feudis fœminæ regulariter non ſuccedant. capit.
j.§.hoc autem notandum,qui feud.dare poſ. de quo Bald.aſ-
ſignat quinque rationes,in vltima colum.C.de ſuis & legitl.
tamen in feudo ligio, de conſuetudine ſuccedunt fœminæ,
ſecundum domi.Alexand.in d. conſilio 30. incipit, quoniā
omne datum optimum,in j.colum.vbi ad hoc allegat Spec.
in d.§.quoniam,verſi.21.& dicit probari in cap.ſignificauit.ex
tra de reſcript.Iſtud tamen ſane intelligatis, vbicunque con-

ſtaret

ſtaret de tali conſuetudine,ita loquitur Specu.in d. verſic.2 r. & expreſſe Alexand.in dicto conſilio.30. in penult.columna. Sed hoc attento ſubiiciunt Moder.quod iſte non videtur bonus effectus feudi ligii,eo,quod vbi conſtaret de conſuetudine,idem eſſet in alio feudo non ligio,& dicunt ſe mirari , qđ conſuetudo iſtud potius non inducat in feudo non ligio, ꝗ in feudo. Ego autem reſpondeo non eſſe de hoc iurandum, & quod immo cum bona ratione inducitur talis conſuetudo,quia ex quo,vt ſupra diximus,vaſallus ligius ſubmittit ſe quo ad omnia bona in poteſtatem domini, eſſe incōueniēs, quod fœminæ excluderentur ab uniuerſali ſucceſſione, quæ ratio ceſſat ī aliis feudis.Nec obſtat,ſi aliquis ſubtilis diceret attenta hac conſuetudine,iſtud feudum ligium deber ceteri feudum improprium , ex quo videtur alterata natura feudi proprii,de cuius natura eſt , quod ſolum tranſeat ad deſcendentes maſculos.cap.i.§ fina.in quib.cau.feu.amit.quia reſpōdeo,quod per hoc non dicitur alterata natura feudi, ſed potius argumenta ad quod bene facit tex.in c.j.§.ſi.qui cau. feu. amit.vbi in diffinitione feudi ponitur , quod feudum perpetuo tranſire debet ad deſcendentes maſculos & fœminas , ſi de eis actum ſit , ponit ergo conſuetudo ampliare ſucceſſionem feudi , & iſtud dicitur actum.l.cum quid.ff. ſi cert.peta. Multa alia feudorum nomina, quæ ſub hac prima ſpecie feudi numerari poſſint, videbimus infra per diſcurſum huius operis,vt locis ſuis explanabimus.

27 †Secunda principalis ſpecies feudi improprii,multa etiam feudorum nomina ſub ſe complectitur, & inter cætera complectitur feud.francum ſiue liberum, de quo feu. franco non habemus in iure mentionē, ſecundum Bald.in l.i. in 2.colum.C. ſi non a competente iu di.fuer.appel.niſi ſecundum eum intelligamus quod ſi illud, de quo loquitur tex.in cap.j.de feu.non hab. propriam naturam feu.Circa declarationem iſtius feudi franci,Doctores varie ſenſerunt,ſed omiſſo multiloquio communinis Doctorū mens eſt,quod dicatur feudum francum duobus concurrentibus,primo,quod expreſſe in cōceſſione dicatur , quo feudū ſit francum,ita dixit Bal.in cap.inter dilectos.in 6. colum.extra de fide inſtrumento. Alexand.in d.conſi.4.in vlti.colu.vbi ad hoc allegat quaſdam auctoritates Old.Bal.ſed corrupte,ſe

28 cundum moder.†Secundo, quod ille,qui habet feudum frācum & liberum,non teneatur ad aliqua ſeruitia , niſi ad ea, quæ continentur in forma fidelitatis, &ad ea, quæ ſunt de noua forma fidelitatis,ſiue iurata ſiue non. ita formaliter declarat Ioannes Andr.in addi.Specu.in titu.de præſcrip. ſuper rubr.in penultima & vltima columnn.quem ſequitur Martin. Laudeſis in cap.j.in x.colum.qui feud.dare poſſ.Iacob.Aluarotus in ſecunda.diuiſio. Ale.in d.conſi.3.in penu.colum. ad quod etiam videatis omnino Oldra.conſi.314. incip.factum tale eſt,quidam miles,&c.Eſt verum,quod Bal.in l.ſi plures ī 2.colum.C.de cond.inſer.aliter dixit, quod feudum francum dicitur,vbi etiam proprietas transfertur.De hoc etiam feudo franco loquitur Bal.in 8 diuiſione.Ioann. Raynaldus in rep. cap.imperialem.ſuper rubr.de proh.feu.alie.per Fede.Card.& Imo.in c.ſi.extra de feud.Bald.in Lvnica.§.illud etiam. de lat. li.tol. Sed tu ſubtilis aduerte, quod hoc modo intelligendo iſta franchiſia ad nihilum reduci diceretur,quia ſi bene videbitis text. in cap.j.de no. forma fidelitatis vbi continentur omnia ſeruitia poſſibilia. & ideo videtur magis coloratum illud, quod dicit Bald.in 8.diuiſio.dum ait, feudum dici francum a ſeruitiis ſine operis exhibendis, quia nullum pro eo ſeruitiū præſtatur,ſed non eſt liberum a maleficiis, ſiue conſiſtant in faciendo,ſiue in tacēdo fraudem. Et ſic vult Bal.quod ad iſta duo tantum teneatur, non autem ad alia, quæ ſunt comprehenſa in noua forma fidelitatis. Effectus autem feudi franci ſunt plures. Primus effectus eſt,† quia licet regulariter in feu-

29 dis ſecularibus eccleſia non ſuccedat.cap.j. de alien.feu.tamē in feudo franco,ſiue libero eccleſia ſuccedit. ita ſignanter decidit Baldus,referens quoſdam alios ita tenere in Authen. niſi rogati.in vlti.col.C.ad Treb.Ale.in d.conſi.3. vbi corrupte alle.Hoſ.& Io.An.in c.ſi.extra de re eccle.non ali.Idem tenet Bal.in prelu.feud.in 16 col.Secundus not.effectus eſt, quia licet vaſallus non poſſit de feudo teſtari.ca.j. §.donare qualiter olim feud. potue. aliena. tñ in feudo franco vaſallus poteſt teſtari.ita decidit Bal.in d.Auth.niſi rogati.in vlt.col.† Terti⁹

30 effectus eſt,quia licet in feudis regulariter permiſſa ſit refutatio,tñ in feudo franco non admittitur poteſtas renunciandi. ita ſignanter decidit Bal.in d.c.cæterum,in 8. col.ext.de iu.& ita tranſeunt Mod. in præludiis. Sed ego circa iſtum effectū multum dubito, quia ſi vaſallus poteſt renunciare feudo nō franco nec libero,& ſic in quo minus iuris habet quam magis poteſt renunciare feu.franco & libero , in quo plus iuris habet? Auth.multo magis.C.de ſacroſ.eccl. niſi reſpondeas, ꝙ in alio feu.non franco,ideo admittitur renunciatio, qa vī eſſe ſpecies ſeruitutis.in qua vaſallus non debet cogi perſeuerare,quæ ratio ceſſat in feudo franco & libero. † Quartus &

31 vltimus eſt effectus,quia vaſallus poteſt alienare feudum frācum irrequiſito dño,ſaluo tñ iure dñi,ſm Bal.in le.j.in 2.col. C.ſi a non comp.iud.fuerit appe.Hoſt.in c.ſi.ext. de reb.eccle. non alie.Contrarium tñ in hoc tenuit Bal. 8.diuiſi. Et ɔ̄rium etiam tenet And.de Iſe.in c.i.circa ſi.in quib.cau.feu.ami.ubi dicit,quando feudum cōceditur , vt non præſtentur ſeruitia, hoc excepto in reliquis ſeruabimus nā feudi. Mihi autē magis placet j. ſententia, quod poſſit alienari , ſaluo tñ iure dñi per id quod ſ.dixi,ſm,Io.And.& alios, quod in feudo franco vaſallus nō tenetur,niſi ad ea,quæ expreſſa ſunt ī promiſſione,vel continentur in forma fidelitatis non continentur, qđ non poſſit alienari ſine cōſenſu dñi,ergo alienari poterit.Et ad hoc bene facit , quod dixit Bal.in c.inter dilectos in 6.col. de ſi.inſtr.ubi dicit,quod feudum dr̄ francum a l. legis,i.a pœna caducitatis,quæ alterat nālem libertatem conſenſus, non autem eſt liberum a l.cōuentionis,ergo licet alienauerit vaſallus irrequiſito domino non cadet.† Secundo ſub hac ſecū

32 da ſpecie feu.improprii continetur feudum non rectum,de quo loquitur tex. in ca.j.quib.mod.feu.conſt.& in c.j.de feud.

33 guar. †Tertio continetur feudum habitationis, quod appellatur perſonale.quia tranſit ad hæredes,dantis,ſed non ad hęredes accipientis ſeu.c.feu.habitationum in titu.de feu.& beneſi.in rubricis extraord.feudorum,quam allegat Alua.in x.

34 diuiſio.†Quarto & ultimo,pro nunc continetur feudum ſoldatæ,de quo eſt tex in cap.j.§.ſoldata.quis dicatur dux,comes uel March.& appellatur perſonaliſſimum , quia non tranſit ad hæredes dāns,nec accipiētis,ut habetur in §. ſoldata.Multa alia feudorum nomina, quæ ſub hac ſecunda ſpecie feudi improprii contineri poſſunt , potes colligere ex uariis diuiſionibus traditis per Doctores,& infra in diſcurſu materiæ,ꝑut ſe offerent locis ſuis explanabimus.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an nomiaatus,an ſit innominatus contractus.*

2 *Contractus nominatus in quo differt ab innominato.*

3 *Feudum an ſit contractus ſtri.iuris an bonæ fidei.*

NONA PRINCIPALIS QVAESTIO, AN Feudum ſit contractus innomin atus,an vero nominatus.

NOno principaliter quæro.

1 †Nunquid feudum ſit ɔ̄ctus nominatus, uel innominatus:ſiſt effectus eſt maximus,qa multæ ſunt dr̄iæ inter ɔ̄ctū. nominatos & innominatos,qui tradunt ī l.iurigētium in prin.ff.de pac.In hac dubitatione doc.varie ſenſerūt, cōis tñ uī ſnīa, quod feudum ſit ɔ̄ctus nominatus. Iſtā opio. tenet Barto. in l.iuriſgentium.§.quinimo,in 6. colu.ff.de pa. motus,quia a conſuetudine hēt nomē & formam .de nomine conſtat,forma avt conſiſtit circa iurm fidel. & circa inueſtiturā.eādē opi.tenet Bal.in c. quę in eccleſiarum. in x.col. ext.de conſt.vbi tandem concludit,feudum eſſe ɔ̄ctū nominatum,qa inuētum poſt legē,12.tab.ſub ti.proprii.nominis, ſub ſingularib.conſuetudinib.& naturis quas nullus ɔ̄tus habet.Eadem op.tenet Bal.& Ang.in l.legitima.ff.de pac. Ang. in Auth.vt ſpon.lar.in prin.Imo.in c.quæ in eccleſiarum.ext. de conſt.& cum iſta opinione tranſeunt Mod. hic in d.§.quinimo.Iſtam quoq; opi.ſeqr̄ D.Bartholomeus Soc.conſi. clx. inci.viſis inueſtituris.in 6.col.in 2.par. Sed ꝯ hāc opi.moueo ſtringentem difficultatem , † quia principalis dr̄ia,quæ inter

2 contractus nominatos & innominatos in hoc eſt , quod ī ɔ̄ctib.nominatis admittitur pęnitētia,ſec⁹ aūt in ɔ̄cib.noiatis. l.ſi pecuniā.in prin.cum ibi notatis.ff.de cond. ob cau. not.in d.l.iuriſgentium.in princip. ſed ſic eſt,quod in feudo ex parte vaſalli admittitur penitentia ſiue renunciatio cap.primo.vaſal.qui contra conſtitu.Lothar. ergo non poteſt dici contractus nominatus ex parte recipientis . Non etiam poteſt dici nominatus ex parte dantis,quia in contractibus nominatis, quando ſunt perfecti, ſi alicui non impleatur , non poteſt ille , cui non impletur , recipere data , ſed debet agere , ut cogat aduerſarium ad implementum contractus. l.in ciuilem.Cod.de rei vendica.tamen domino feudi,quando vaſallus non præſtat ſibi ſeruitia datur rei uendica.ad repetitionem feudi,ut dicit glo.Iacob.de Bel.Bald.Aluaro. & communiter ſcribentes in ca.primo.paragrapho.ſed nec eſt alia cauſa,quæ fuit prima cauſa benefic.amitten.ergo non poteſt dici contractus nominatus . Videretur ex pręmiſſis concludendum,quod feudum eſt contractus innominatus , quam opinionem tenuit Bald.ſibi contrarius,in lege fin.in prima.quęſtio.Codice.quando lic.ab empt.diſce. quia non parit actionem nominatam,ſed vel conditionem ex lege,vel actionē, pręſcriptis verbis,nam ſecundum eum contractus nominati non cognoſcuntur per nomen contractus , ſed per nomen actionis,ſi enim pariunt actionem ſecundum nomen contractus,dicuntur nominati, aliasſecus. Eandem opinio.tenuit Bald.in rub.Codice.de rerum permu.in prima.colum.ubi dicit

cit,quod omnes contractus,quos conſuetudo Inuenit, vt cõ-
tractus feudi,nomen vſuale habent, magis adhærent contra
ctui innominato,quam nominato. Idem etiam,quod om-
nes contractus,quos conſuetudo inuenit, dicantur innomi-
nati,dixit Baldus in capitulo fina.in fi.columna verſiculo &
ſcias,extra de cauſa poſſeſſio. & propr.& ante Bal.quod feu
dum ſit contractus innominatus, tenuit Henricus Arch.in
prin. ſuæ ſummæ. in paragrapho. ſecundo.ſed contra iſtam
opinionem etiam fortiſſime arguo, quia ſiue loquamur ex
parte dantis, ſiue ex parte recipientis non eſſet poſſibile,
quod ſit contractus innominatus. Nam in contractibus
innominatis vt dixi,re integra eſt locus pœnitentiæ ex parte
vtriuſque. dicta le.ſi pecuniam in princ.Codice.de condi.ob
cau.& tamen ſi dominus fecit inueſtituram vaſallo, quam
dicimus abuſiuam; ſine traditione poſſeſſionis. capitulo pri-
mo. quid ſit inueſtitu.poteſt dominus preciſe cogi ad traden
dam poſſeſſionem vacuam, nec ſoluendo intereſſe liberatur
text.eſt & ibi communiter ſcribentes, in cap.ſi facta,ſi de feu
do fuerit controuer. Ad idem bonus textus in capitulo pri-
mo.paragrapho.de noua forma fidelitat. ergo re integra ex
parte dantis non eſt licita pœnitentia, itaque non poteſt dici
contractus Innominatus. Quod autem ex parte recipien-
tis non poſſit dici contractus innominatus, quando res non
eſt integra,non admittitur pœnitentia. dicta lege ſi pecuniã.
In princip. cum ibi notatis. Sed in feudo ex parte recipien
tis,etiam quando res non eſt integra,admittitur pœnitentia.
dicto capitulo primo,de vaſal.qui contra conſtitu. Lotha.er
go etiam,&c. Videretur ergo dicendum, quod eſſet potius
contractus anomalus, tanquam participaret de contractu
innominato & nominato. Tenendo tamen communem
ſententiam,quod ſit contractus nominatus, poteſt reſponde
ri,quod in hoc differt contractus feudi ab aliis contractibus,
quia,vt ſupra dixi, in materia feudali ſunt multæ ſingularita
tes,quæ non ſunt in materia, de quibus in diſcurſu huius o-
peris videbimus. † Nunquid autem feudum ſit contractus
5 ſtricti iuris,vel bonę fidei,Bald.& Iacob. Aluaro.in capitulo
de cogni.feu.concludunt, quod dicatur contractus ſtricti iu-
ris,quod duplici ratione. Primo, quia conſuetudo dicitur
tacita ciuium conuentio, ideoque ſicut pactum non extendi
tur ad aliam rem,vel perſonam.lege ſi vnus.paragrapho.an-
te omnia. Digeſtis.de pact.ita etiam conſuetudo. Secundo,
quia non enumeratur in paragrapho. actionum Inſtituta de
act.Et iſtam opinionem, quod contractus feudi ſit ſtricti iu-
ris, ſequitur Bartolo. Socinus. conſilio centeſimo ſexageſi-
moquinto.incipien.viſis inueſtituris.in quarta.colum.ad fin.
in principio ſequẽtis,in prima parte vbi ex hoc infert, quod
contractus feud.eſt ſtricte interpretandus, & verba ſunt pro-
prie & ſtricte intelligenda, nec aliquid extrinſecum eſt ſubin
telligendum. l. ſi ſtipulatus. §.Chryſogonus. ff. de verborum
obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Ex contractu feudali, quæ actio oriatur.*
2 *Actio ex feudo directa, in quo differat ab utili.*

DECIMA QVAESTIO, QVAE ACTIO
compctat ex hoc contractu.

DEcimo quæro. retenta communi ſen-
tẽtia, quod feudum ſit
contractus nominatus,quæ actio oriatur ex con
tractu feudi. Barthol. fuit in noua opinione in l.
vnica,in penultima colum.ff.de condicti.ex le.quod ex con-
tractu feudi oriatur actio ex feudo,& idem dicit Barto. gene
raliter,quod vbi ſtatutum vel conſuetudo inducit nouum ꝯ-
tractum, ſemper oritur actio ex illo cõtractu.Eãdem opino
nem tenuit Bar.in l.in commodato.§.primo. ff. commo.vbi
dixit, quod cum ex contractu feudi oriatur actio ex feudo,
diſtinguitur inter directam & vtilem. Directa datur domino
contra vaſallum,vtilis vero datur vaſallo contra dominum.
Vos autem ex dictis And.de Iſern.in prælud. feudorum.in 6.
colum.poſt Odof. facite tres concluſiones.Prima,quod ſi va
ſallus fuit inductus in actualem poſſeſſionem feudi, ei datur
vtilis rei vendicatio,nedum contra extraneum, ſed etiam cõ
tra dominum.Secunda eſt concluſio,quod quando eſt facta
ſola promiſſio de inueſtiendo vallata ſtipulatione,tunc orĩ
actio ex ſtipulatu. Tertia ſit concluſio,quod quãdo eſt facta
promiſſio de inueſtiendo ſine ſtipulatione, tunc oritur cõdi-
ctio ex moribus.idem in hoc vltimo tenet Ang.in d.l. vnica.
ff.de condi.ex lege Bald.in rub.Cod.de cond.ex le.& in capit.
j.in princ.in 3.colum.de contro.inueſt.& iſta videtur eſſe ma-
gis communis ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Feudum,an ſit beneficium uel priuilegium.*
2 *Feudum cõceßum a principe de plenitudine poteſtatis,ſi res,uel perſona, non conuenirent regulari naturæ feudi dicitur proprie priuilegium.*
3 *Contractus & beneficium ſunt diuerſa.*
4 *In contractibus debet fieri plena interpretatio,in teſtamentis plenior, in ultimis uoluntatibus pleniſſima.*

VNDECIMA PRINCIPALIS QVAESTIO,
Feudum ſit e beneficium,an vero
priuilegium.

1 VNdecimo quæro. † An feudum ſit be
neficium,vel priuile
gium?quæ ſit differentia inter iſta duo, declarat Bar.
& communiter ſcribentes in l.fin.ff. de conſti.princ.
Bald.in prælud.feudo.in 6.colum.in effectu concludit, quod
cum feudum innitatur gratiæ,dicitur attendi id, quod princi
paliter agitur, & ſic debet cenſeri gratia. idem tenet Marti.
Lauden.in prin.in ca.j.in 2.colum.verſicu.circa primam par-
tem diffinitionis.qui feud.da.poſſ. allegans bonum tex.in c.j.
de feu.da.inui.l.commiſ. Eandẽ opin.ante eos,quod feudum
ſit beneficium,tenuit Bar.in l.j.in fi.col.ad fi.antepe.quæſtio-
nis.C.de iu.& fa.igno.l.fi.circa prin. C.ſi contra ius vel vtilita
tem publ.& in l.ſi quando, ad fi.principij. Cod.de inof.teſta.
& quod ſit beneficium, patet ex diffinitione feudi,quam po
nit text.in c.j.§.fi.in quib.cau.feu. am.† Limitate non proce-
2 dere,quando feud.cõcederetur a principe de plenitudine po
teſtatis, & res vel perſonæ non conuenirent regulari naturæ
feudi,quia tunc dicitur proprium priuilegium, & ita proce-
dunt ea,quæ dixit Bal.in prælu.feu.in 8. col.vt latius per eum.
Sed contra omnia prædicta arguo fortiſſime, nam, vt ſupra
3 retuli,Doct.communiter concludunt,† quod feu.ſit contra-
ctus nominatus, ergo nõ poteſt dici beneficium, q̃a iſta duo
ponuntur tanquam diuerſa contractus & beneficium, vt di-
cit gl.communiter approbata in l.fi. ff. de conſt.pri.quæ vult,
4 †quod in contractibus fiat plena interpretatio, in teſtamen-
tis plenior,in vltimis volũtatibus pleniſſima. & tenendo iſtã
opinionem,potes reſpondere ad tex.in d.cap. j. §.fi.quod po
nitur beneficium in genere,non autem in ſpecie, niſi dicas,
quod eſt contractus continens beneficium, prout donatio,
quæ tamen dicitur contractus nominatus,ut notãt commu-
niter Doc.in d.l.iuriſgentium.§.quinimmo,& ſic illud,quod
dicit Bald. hic, debet intelligi de beneficio in genere, *non in*
ſpecie.

SVMMARIVM.

1 *In materia feudali, ſi ius canonicum diſcrepet a iuro ciuili, cui ſtabitur.*
2 *Iuramentum fidelitatis poteſt remitti,ſed non fidelitas.*

DVODECIMA QVAESTIO, CVM IN
feudi materia ius Pontificium & ciuile diſcre-
paut,vtrum horum ſequendum ſit.

DVodecimo & vltimo quęro
1 † Si in materia feudali ius canonicũ diſcrepet a iu
re ciuili,cuius deciſioni ſtandum ſit? Iſtam deciſio
nem non tangunt Doct. in locis communibus, ſed reperio
Bal.ſingulariter ni c.imperialem.§.j.de proh.feu.alie.per Fed.
in ſecunda colum.tenentem, quod tunc ſtaremus deciſioni
iuris canonici,eſt verum,quod Bal.fundat ſe ratione iuramẽ-
ti,quod communiter præſtatur ĩ forma fidelitatis, ſuper quo
inſtrumento not.cognitionem ſpectare ad iudicem eccleſia-
ſticum.Reperio etiam,quod iſtud dictum Bal.refert & ſequi-
tur Alexand.conſi.6.incipien.ſi vero ſunt,in v.volum.in 2.co
lum.Eandem opinionem tenet Ant.de Prato veteri,in quo-
dam ſuo con.poſito poſt primam partem cõſiliorum Barb.
in 3.columna.Vos autem aduertite ex ceſſante fundamento
quo mouetur Bal.videri inferendum, quod vaſallus non præ
ſtaret iuramentum fidelitatis (quod multoties contingit,
2 quia remitti poteſt iuramentum, licet fidelitas remitti non
poteſt.cap.nulla per quos fiat inueſt.)non procederet tũc de-
ciſio.Bal.præallegata,& ideo tunc recurrendum videretur ad
doctrinam Bart. communiter approbatam in l.priuilegia.C.
de ſacroſact.eccle.ad Canoniſtas in cap.j.& ſecundo.extra de
oper.nou.nunc.vbi volunt,quando ius ciuile diſcrepat a iure
canonico, & non ſumus in materia peccati, vnumquodque
ſeruari in foro ſuo. imo fortius credo cõcludendum eſſe, q̃d
ſi eſſemus in alia mã,q̃ circa ea,quæ continentẽ in iuramen-
to fidelitatis, non procedere dictum Bald. quinimmo tunc
ſeruaremus ius ciuile in foro ſuo.ita reperio,quod Baldus.ſe-
metipſum alibi declarat in lege liberti libertæque, circa fi-
nem.

tem.Codice.de operis liberto. quę omnia perpetuo notate,
quia cōferunt ad deciſionem multarum quęſtionum.Ex his
expedita eſt prima principalis pars tractatus noſtri.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS TRACTATVS FEVDORVM QVOMODO FEVDVM conſtituatur,

SVMMARIVM.

1 *Infeudatio rei eccleſiaſticæ ſolita infeudari,an poſſit fieri ſine ſolennitatib. quæ alias requiruntur in alienatione rei eccleſiaſticæ.*
2 *Feudum reuerſurum ad eccleſiam,an poſſit reinfeudari ſine canonica ſolēnitate.*
3 *Eccleſia deſtructa & reædificata,an dicatur eadem, uel noua eccleſia.*
4 *Habens domum in villa,ſi ſit obligatus dare aquam recentem in æſtate, an deſtructa domo expiret obligatio.*
5 *Verbum,libere, an recipiat reſtrictionem a iure ſecūdum determinationē aliarum legum.*
6 *Feudum reuerſurum ad eccleſiam poteſt reinfeudari ſine debitis ſolemnitatibus.*
7 *Res reuerſa ad eccleſiam,ſi reinfeudatur,non dicitur noua infeudatio, ſed potius executio primæ.*
8 *Res eccleſiæ ſemel facta emphyteutica,ſemper durat emphyteutica.*
9 *Minor poteſt infeudare, ſeu inueſtire de feudo antiquo ad ipſum reuerſo.*
10 *Solennitas requiſita in actu conficiendo, an requiratur in actu reficiēdo.*
11 *Clauſula iſta,ſi videris expedire,denotat arbitrium boni viri.*
12 *Prælatus tenetur acquirere eccleſiæ, & contra negligentem datur actio ad intereſſe lucri ceſſantis.*
13 *Eccleſiæ diuiti multa expediunt,quæ non expediunt pauperi.*

PRIMA QVAESTIO SECVNDAE PARTIS, per quos,& quomodo feudum detur.

SEcunda pars principalis tractatus eſt,quomodo feudum in eſſe
deducatur, ſed in primis vidēdū eſt de perſonis,quæ poſſunt feudū dare, & quæ feudum recipere,vt a dignioribus incipiamus
ſequamurque ordinem Imperialem. in §.
fi.Inſti.de iur. nat.gen. & ciuil.Et quoniam perſonæ eccleſiæ
ſunt digniores ſecularibus,Quæro in primis,quæ perſonæ eccleſiaſticę poſſunt feudum dare. In hoc facio regulam generalem, quod Archiepiſcopus,& alii prælati eccleſiarum poſſunt infeudare, vbi eſt antiqua conſuetudo infeudandi hāc
regulam ponit textum in c.primo.in princ. qui feudum dare
poſſunt.
Primo igitur quæro pro declaratione textus, & materiæ,
1 †an infeudatio rei eccleſiæ poſſit fieri ſine debitis ſolennitatibus, quæ alias requiruntur in alienatione rei eccleſiaſticæ?
de quibus in cap.ſine exceptione,12.quæſtio.ſecunda.in Authen.hoc ius porrectum.Cod.de ſacroſanct.eccle.Non intelligo,an prælatus poſſit ſine capitulo,quia de hoc faciam particularem quæſtionem,ſed intelligo de aliis ſolennitatibus.
Canoniſtæ communiter in capitulo ſecūdo,extra de feu.per
illum textum,in verbo,libere, concludunt talem infeudationem fieri poſſe ſine aliqua ſolennitate, alias neceſſaria ī alienatione.idem tenet Panorm. in cap.ut ſuper. extra de rebus
eccle.non alie.Ludo.Roma.conſilio 70. incipiente,viſis thema. Paul. de Caſt.conſilio 136.incipiente, viſo inſtrumento.
Fede.de Senis conſi.cix.incipiente,quidam prælatus.Cald.cōſi.j.poſito ſuper rubr.de his,quę fiunt a prælat.& conſilio 1r.
2 ſuper rub.de feu.& ſic communiter tenetur,† quod feudum
reuerſum ad eccleſiam poſſit de nouo infeudari, ſine debitis
ſolennitatibus,& per conſequens, quod ſolennitas requiſita
in actu conficiendo,non requiratur in actu reficiendo. Contra hanc communem concluſionem, vt veritas clarius eluceſcat,ſtringunt multa,in primis tex.in l.nuptiæ.ff.de ritu nupt.
in l.ſi vt proponis.C.de nup.vbi ſolēnitas requiſita in primis
nuptiis,requiritur etiam in ſecundis.Secū do ſtringit illud,qđ
per illum textum dicit Bald. in d.l.ſi vt proponis.Co.de nup.
vbi tenet, quod ſtante conſtitutione eccleſiæ, quod nullum
fortalitium poſſit fieri inconſulto Papa, ſi antiquum ædificiū
ſit funditus deſolatum,quærit an poſſit reſici inconſulto Papa?Decidit per illum textum, quod non.ergo ita in propoſito,feudum reuerſum ad eccleſiam, non poterit reinfeudari,
niſi interueniat canonica ſolennitas.Tertio ad idem facit cōmunis concluſio Barto.& Docto.& in l.i.§.ſi quis riuos.ff.de
oper.nou.nunc.vbi reficiens illud, quod penitus deſtructum
eſt,dicitur de nouo facere.Quarto confirmantur prędicta ex
eo,quod dicit dicit Nico.Matarc.in l.j.Codice.de iure emphyteu.vbi dicit, quidam habuit emphyteuſim ab eccleſia, ſi fortuito caſu comburatur, licet poſtea reficiatur, non cogetur
3 emphyteuta perſeuerare, quia dicitur noua † Quinto ad idē
facit,quod dixit Goffredus in ſumma de eccleſiis ædificandis
quod ſi eccleſia eſt deſtructa, & poſtea reædificata, non dicitē
4 eadem eccleſia,ſed noua.†Sexto & vltimo pro nunc facit deciſio Barto. in l.damni. §.is qui.ff.de damno infecto. quod ſi
quis obligauit ſe alieni habēti domum in villa dare de aqua
recenti in æſtate,deſtructa domo expirat illa obligatio, licet
poſtea domus reficiatur.Et ſi quis vellet tenere hanc opinionem contra communem, poſſet de facili reſpondere textui in
dicto capitulo ſecundo.in verbo libere,extra de feudis, quia
non ſequitur, poteſt prælatus libere infeudare feudum reuerſum ad eccleſiam,ergo non requiruntur ſolennitates Canonicæ,probo ex multis.Primo ex eo, quod decidit Ludoui.Roma.in conſilio ccii.incip. allegationes doctoris eximii. in ſecunda.colum.vbi dicit, quod fideiuſſor promittens ſoluere libere,ſine aliqua exceptione, non intelligitur renunciaſſe exceptioni iuſtæ,quæ venit de natura contractus, prout eſt exemptio executionis.argumē.l.quero.§. inter locatorem.ff.loca.per quem tex.dicit Bald.in l.j.Cod.de vſufru.in l.cum quid.
ff.ſi certum peta.quod ſi promitto vſufructuario, quod libere ei permittam uti uſufructu,intelligitur dummodo pręſtet
illam cautionem, quæ venit de natura contractus,quas deciſiones refert & ſequitur Felynus multa alia cumulans in capitulo cauſamque. verſic.non obſtat extra de reſcriptis. † Vl
5 tra quem,quod verbum,libere, recipiat reſtrictionem a iure
ſecūdum determinationem aliarum legum, eſt optimus tex.
in l.prima.in verbo,liber ſit ſtylus,cum ibi notatis.Cod.de ſacroſanct. eccleſiis.in l.libertas ibi, niſi quod vi aut iure.ff.de
ſta.ho.in l.procurator cui libera.cum not.ff.de procur.iunct.
lege creditor.paragrapho.Lucius.ff.man. capitu. cum. nobis
olim,in fi.cum glo.in verbo,libere, extra de eccle.pe quem
ita dicit Alexand. in conſilio 80.incip. viſo & oportune animaduerſo,in primo volumine vii.column. Vel aliter poteſt
reſponderi,vt dicit And Bar.in dicto capitulo ſecundo extra
de feud. qui etiam dubitat de hac communi ſententia. dicit
enim ad aliud propoſitum quod verbum,libere, de quo ibi
in textu,excludit metum periurii illius prælati, qui iurauerat
de nouo infeudare incōſulto Romano Pontifice, non autē
6 excludit alias ſolennitates Canonicas.† Licet prędicta in diſputando videantur colorata, tamē in iudicando.nō diſcedo
a communi ſententia,quę habet,quod feudum reuerſum ad
eccleſiam,poſſit reinfeudari ſine debitis ſolennitatibus. Pro
qua opinione confirmanda multa me mouent, ex quibus
patebunt ſolutæ ſuperiores difficultates. † In primis me mo-
7 uet illud,quod dicit Pau.de Eliazaris in clem prima.de reſcri.
quando res reuerſa ad eccleſiam infeudatur,non eſt noua īfeudatio,ſed potius executio primæ.Secundo, me mouet illud,quod dicit Bar.per illum textum in l. prima.Co.de imp.
lucra.deſ.libro decimo.ubi per illum textum,dicētem, quod
a primordio tituli poſterior formatur euentus dicit, † quod
8 res eccleſię ſemel facta emphyteutica, perpetuo manet emphyteutica, ad quod etiam facit textus cum ibi notatis.in l.
pręter.paragrapho.quindecim.Digeſtis.de le.tertio. quod res
9 ſemel alienabilis,in perpetuo durat,&c. † Tertio & fortius
me mouet textus ſingula. in capit. primo in principio cum
glo.prima,per quos fiat inueſtitura.vbi eſt textus ſingularis,
quod minor viginti quinque annis, qui non poteſt alienare
ſine debitis ſolennitatibus, poteſt tamen inueſtire de feudo
antiquo ad ipſum reuerſo.& ratio eſt,vt dicit ibi gloſſa, quia
non alienat,ſed alienatum inuenit, & maiorum ſuorum factum confirmat. Quarto me mouet gloſſa finalis in capitu.
cum acceſſiſſent. extra de conſtitution.quam ibi ponderant
communiter Canoniſtę, & poſt omnes Felyn.in penulti
10 ma columna, † quod ſolennitas requiſita in actu conficiendo, licet de prędictis non faciat mentionem, ſed ſolum cumulet quædam, an & quando reficiens dicatur de nouo facere,& ſic aduertendum eſt, quod quando cum ſolennitatibus debitis facta fuit prima infeudatio, videtur ex tunc ſtatutum,quod de cætero poſſit infeudari, ideo quando reuertitū,
ſi de nouo infeudatur,dicitur executio primę. Ex hoc reſultat
clara ſolutio ad difficultates,de quibus ſupra, quia ſi bū conſideras in illis caſib.per ea,quę ſunt adhibita ī primo actu,nō
eſt ſatisfactū circa ſm,prout eſt in propoſito noſtro,ideoque
dicit Andr.Barba.in dicto cap.ſecundo.extra de feu. quod habetur reſpectus ad vſum, ad quem fuit res dimiſſa & allegat Bald.in capitulo primo.infra de cler. qui inueſtitu. fecit.

vbi dicit, quod breuis poſſeſſio rei non alterat naturam rei
ſolitę infeudari. Hinc videmus vltra eum, quod illud, quod
dicitur feudum reuerſum ad eccleſiam poſſe de nouo infeu-
dari ſine debitis ſolennitatib. debet ſane intelligi, durante pri
ma cauſa conceſſionis; ſecus vbi ceſſaret. Exemplum, ſi res
inculta data eſſet in feudũ, vt ad culturam reduceretur: quia
ſi rediret ad eccleſiam, poſtea quam ad culturam redacta eſt,
licet poſſet dici ſolita infeudari, tamen non poterit reinfeu
dari ſine debitis ſolennitatibus. iſta fuit ſingularis admodum
deciſio Panor. in c. vt ſ. extra de reb. eccleſ. non alien. pro qua
eſt optimus textus. in dicto capitulo ſecundo. extra de feud.
11 in verbo, ſi videris expedire. † quod verbum denotat arbi-
trium boni viri, ſecundum Panormitan. poſt cęteros in c. 1.
extra de conſtitu. Bart. in l. ſi ſic. in princ. ff. de legat. j. in extra-
uaganti. ad reprimend. in verbo, videbitur. Quemadmodũ
enim tutor tenetur acquirere pupillo, data acquirendi op-
12 portunitate. l. quicquid, cum glo. C. arbi. tute. † ita etiam præ-
latus tenetur acquirere eccleſiæ. glo. no. in c. fi. 12. q. 4. Adeo,
vt contra prælatum negligentem acquirere eccleſiæ detur
actio ad intereſſe lucri ceſſantis, vt ſingu. dixit Panormi. in c.
1. in 2. col. extra de in integ. reſti. Hinc etiam, & vltimo dici-
mus, quod prædicta communis cõcluſio non habet locum,
vbi tempore primæ infeudationis eccleſia fuiſſet locuples,
nunc autem fuiſſet deducta in paupertatem, quia ſi tunc res
ad eccleſiam redeat, licet ſit ſolita infeudari, debebit potius
eccleſia pro ſe retinere, quam aliis infeudare, ita ſignanter
decidit Iacob. de Bel. in c. 1. in princ. qui feu. da. poſſ. Nico. de
Nea. Laud. & communiter Mod. per tex. in Auth. vt determi
natus ſit num. cler. & eſt bonus tex. in d. c. 2. in verbo, ſi vide-
13 ris expedire. † multa enim expediũt eccleſiæ diuiti, quæ non
expediunt pauperi, & ideo quę de nouo emergunt, nouo in-
digent auxilio. l. de ætat. §. ex cauſa. ff. de interrog. act. & iſtam
deciſionem reperio etiam tenuiſſe And. Barb. in d. c. vt ſuper
ad finem, extra de rebus eccleſi. non ali.

SVMMARIVM.

1 *Res ſolita infeudari, an reuerſa ad Eccleſiam, poſſit reinfeudari per ſolum prælatum ſine conſenſu capituli.*
2 *Prælatus ſolus, an poſſit remittere feloniam vaſallo.*
3 *Neceſſitate vrgente poteſt prælatus ſine capitulo alienare res eccleſiæ, etiam non ſolitas alienari.*
4 *Prælatus ſolus poteſt infeudare ſine capitulo rem reuerſam ad Eccleſiam, quam tamen ab initio non poterat ſine capitulo infeudare.*
5 *Verbum, libere, importat quod nullus conſenſus requiratur, hoc eſt, ſine altero, vel ſine alterius contradictione.*
6 *Prælatus ſolus ſine capitulo poteſt repudiare legatum factum Eccleſiæ.*
7 *Prælatus ſolus poteſt recipiendo ſolutionem remittere caducitatem.*
8 *Prælatus ſolus non poteſt præſcribere facultatem alienandi ſine conſenſu capituli.*
9 *Conſenſus capituli requiritur in omnibus actibus concernentibus præiudicium Eccleſiæ.*

ALTERA QVAESTIO, AN PRAELATVS ſine conſenſu capituli rem, quæ ad Eccleſiam reuerſa, remotis ſolennitatibus in feudum dare poſſit.

1 SEcundo principaliter † Quæro, reiē-
ta communi ſententia pro vera, quod res ſolita
infeudari reuerſa ad eccleſiam poſſit infeudari ſi
ne debitis ſolennitatibus, an poterit talem infeudationem fa
cere ſolus prælatus, ſine conſenſu capituli, an vero conſen
ſus capituli debeat interuenire? Iſtam quæſtionem tangit ſo
lus Bald. in d. c. 1. in princ. qui feud. dare poſſ. in 1. & 2. col. &
tandem reprobata diſtinctione Iacob. de Bel. dicit, quod ſi ta
le feudum ſit diſtinctum a capitulo, & eius conceſſio attribu
ta ſit ſoli prælato, poterit ſolus prælatus infeudare abſq; alio
conſenſu capituli. Si vero tale feudum non ſit diſtinctum a
capitulo, ſed eius conceſſio pariter ſpectet ad prælatum, &
capitulum, tunc erit neceſſarius conſenſus vtriuſque. Ad
hoc multa ſimilia allegat, quæ tamen parum conferunt ad
propoſitum, & ſubiiciunt aliqui Moderni, ibi ſe multum ad-
mirari, quod alii Doctores non tangant. Ipſi autem ſubii-
ciunt ad hoc facere illud, quod dicit idem Bald. ibi in 3. col.
2 dum quærit, † an ſolus prælatus poſſit remittere feloniam
vaſallo? & diſtinguit, quod aut conceſſio iſtius feudi pertinet
ad ſolum prælatum, & tunc poſſit ſolus prælatus remittere,
quia ſibi ſoli facta eſt iniuria. Si vero conceſſio feudi non
pertineat ad ſolum prælatum, ſed etiam ad capitulum, tunc
ſolus prælatus non poſſit remittere feloniam. Subdit poſtea
idem Baldus allegando Archidiaconum, in cap. terrulas. 12.
3 q. 2. † quod tanta poſſet eſſe neceſſitas eccleſiæ, quod ſolus
prælatus etiam ſine capitulo poſſet alienare res eccleſię de
nouo, etiam non ſolitas, & ita ſimpliciter tranſeunt Moder.
ibi. Ego addo in primis, quod iſtam diſtinctionem Bal. refert
& ſimpliciter ſequitur Mart. Lauden. in c. j. in 3. col. qui ſucc.
tenea. dicens ad hoc facere notata in l. Titium, & Meuium,
ff. de adminiſtra. tuto. & quod notatur in c. pen. de conſuetu.
lib. 6. Iſtam etiam opin. videtur ſimpliciter ſequi Reuerendiſ
ſi. Card. Mediolan. in d. c. 1. in princ. in 4. col. Secundo aduer-
tendum, quod intelligendo hanc deciſionem ſecundum prę·
dictam diſtinctionem parum dubitationis haberet: cui enim
dubium eſt, quod ſi aliqua res infeudata pertineat ad ſolum
pręlatum, & ſic ſi eſſemus in noua infeudatione, non eſſet
neceſſarius conſenſus capituli. qui multominus erit neceſſa-
rius in infeudando rem ſolitam infeudari, in qua ſecunda in-
feudatione non requiruntur ſolēnitates requiſitę in prima,
iuxta ea, quę vidimus in pręcedenti quęſtio. niſi reſpondeas,
quod immo in noua infeudatione, etiamſi bona eſſent diſtin
cta, eſſet neceſſarius conſenſus capituli, ita regulariter tenet
Inn. in c. cauſam, el j. in ij. glo. parua, & ibi Panormi. in 3. col.
& c. de iud. ſed aduerte, quod Felynus ibi bene vult, ꝙ quan-
do ſunt diſtinctę, in negocijs arduis requiratur conſilium, ſed
non conſenſus, qui conſenſus ſolum requiritur, quando bo-
na ſunt communia, & negocium eſt arduum, non tamen fa
4 cit mentionem Fely. ibidem Inn. & Panor. † Idcirco ego pu-
to fortius teneri poſſe, quod etiam vbi a principio poteſtas
infeudādi pertinebat ad pręlatum & capitulum ſimul: quod
ſi tamen res infeudata reuertatur ad eccleſiam, poſſit ſolus
prælatus ſine conſenſu capituli de nouo infeudare. Pro iſta
opinione adduco in primis auctoritatem expreſſam Ioan.
Calde. in conſil. ſuo vlt. vbi expreſſe concludit, quod ſolus
prælatus poterit tamen infeudationem facere: mouetur per
5 tex. in d. ca. 2. in verbo. libere, extra de feudis. † quod verbum
ſecundũ eum importat, quod nullius conſenſus requiratur.
Eandem opinionem firmat expreſſe And. Barba. in d. c. 2. in
pen. colu. extra de feud. vbi dicit, quod text. ibi in verbo, libere.
nihil facit: eo, quia ſolum excludit metum periurij, ſed quod
opinio Cald. eſt veriſſima, pro ea dicit eſſe text. meliorem de
iure in l. pupillorum. §. r. D. de rebus eorum. iunctis his. quæ
per illum tex. decidit Bart. in Authen. hoc ius porrectũ. circa
finem. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Ego autem puto quod tex. in
d. c. 2. optime faciat pro iſta opinione. Nam de natura verbi,
libere, eſt importare idem, quod ſine altero, vel ſine alterius
contradictione. texr. eſt in c. 2. ad finem. in verbo, libere, de
arbitris lib. vj. per quē ita expreſſe conſuluit Franciſ. de Are.
in conſil. 76. incipiente, diligenter viſis. vbi etiā ad hoc plures
alios text. alleg. Ad idē eſt text. in c. licet Epiſcopus, in verbo,
libere, iuncta glo. ibi de ſepul. in 6. per quem text. ita etiam
cõſuluit Alex. Imol. in conſil. 80. incip. viſo, & diligenter ani-
maduerſo in 6. col. in 1. vol. Ad idē eſt text. in c. cũ Epiſcopus
in verbo, libere, iuncta expoſitione Archidia. & Io. And. ibi
exponentiũ libere, id eſt, ſine alicuius contradictione, de offi.
ord. li. 6. per quem textum ita quoque cõſuluit idem Alexan.
in conſil. 12. in princi. viſo themate. in 2. volum. ergo in tali
feudatione non erit neceſſarius conſenſus capituli: quia alias
nõ diceretur poſſe libere fieri per pręlatum. Ad quod etiam
vide Panormi. in c. de multa. in 1. col. extra de prębend. Nec
obſtat illud, quod dicit Andr. Barba. quod illud verbum libe
re, ſolum excludit metum periurij: quia dico, quod immo in
ſua generalitate excludit etiam conſenſus alterius per prędi
cta. Secundo pro eadem opinione me mouet illud, quod in
fortioribus terminis decidit Federicus de Senis, in conſil. ſuo
6 nono: vbi ſingulariter definit. † ſolum pręlatum ſine capitu
lo poſſe repudiare legatum factum eccleſiæ: quod dictum re
fert, & ſequitur Cardinalis Florentinus in capitulo tua. extra
de his, quæ fiunt a pręl. ſine conſenſu capitu. vbi allegat, idē
tenere Bald. in l. ſi pupillorum. D. de rebus eorum, & illud
dictum ſequuntur Imol. & Panorm. d. c. tua in vlt. colũ. moti
ea ratione, quia talis repudiatio non eſt proprie alienatio. l.
qui autem, in prin. ff. de his, quę in fraud. creditorum. ergo
eodē modo, cum iſta ſecunda infeudatio non ſit proprie alie
natio, ſed potius executio primę, vt probaui in pręcedenti
quęſtione, poterit ſolus pręlatus ſine capitulo eam facere:
de veritate tamen iſtius dicti de legato, vide latius per Alex.
in l. legatū. circa finem. ff. de lega. 1. per dominũ Aud. Barba.
in c. vt ſuper. in 3. col. extra de rebus eccleſ. non alienandis.
Tertio pondero, quod iſtā opinionē expreſſe ſentit Panor.
licet nihil prędictorum alleget in d. c. vt ſuper. in 2. colum.
vbi refert Fede. de Sen. in quodā cõſilio diceret, quod in iſta
infeudatione rei ſolitę infeudari, non requiritur conſenſus
7 ſuperioris: poſtea ſubijcit, † quod quemadmodum ſolus
pręlatus poteſt remittere caducitatē recipiendo ſolutionē,
iuxta no. in c. potuit extra de loca. ſic ēt poterit ſolus infeuda
re rem ſolitam no. verbũ ſolus: ergo ſine cap. Quarto, & vlt.
pro nunc addo, ꝙ iſtā opi. expreſſe ēt tenet Iacob. de Bel.

in cap. primo. in princ. qui ſeu.da. poſſ.apoſtillando. text.in
verbo Archiepiſcopus. Veruntū eſt quod me aliquātr vrget
contra prædictam opinionem, eo quod communis conclu-
8 ſio Doctorum eſt, † ſolum prælatum non poſſe præſcribere
falcultatem alienandi, ſine conſenſu capituli, glo. eſt de hoc
communiter approbata in cle.non alienandi, quam ibi ſim-
pliciter ſequitur Imō.Immo fortius & ſingularius dicit ibid.
Card.in 7.quæſt.quod etiam non poſſet per conſuetudinem,
cuius initii memoria non extaret in contrarium, quod dictū
refert & ſequitur Felyn.in cap.cum cauſa in quarta.colu.ver.
fallit primo.extra de re iud.ergo multo minus per vnam īfeu
dationem ſolenniter factam poterit ſolus prælatus ſine capi
tuli conſenſu reinfeudare.Tamen propter hoc non diſcedo
a prædicta opinione roborata, vt ſupra. Nec obſtat illud ſin
gulare dictum, quia aduertendum eſt, quod iſta ſecunda īfeu
datio, vt dixi ſupra, & probaui in præcedenti quæſtione, non
dicitur eſſe noua alienatio, ſed potius executio primæ. & idō
nihil obſtat, cum loquatur de preſcribenda facultate alienan
di. Licet prędicta ſint ſubtilia & colorata, tamen non impro
babiliter poteſt ſuſtineri præcedens ſententiā, per tex.in dicto
capitulo ſecundo, pōderando ſubtiliter, quod licet tex. dicat,
quod poſſit libere, ſubiicitur tamen verbum, ſi videris expe-
dire, quod verbum importat arbitium boni viri.l.fideicom-
miſſaria libertas.ff. de fideicommiſſ.liber.Barto. & communi
ter ſcribentes in l.ſi ſic.ff.de legat. primo. ergo in iſto arbitrio
boni viri debet etiam verſari conſilium capituli.& ſic verbū
libere, ſolum excludit reatum periurii, vt dicebat Baldus in
ſolennitates alias, quæ requiruntur in alienatione rei Eccle
ſiaſticæ. Et ad hoc bene facit illud, quod dicit Iaco. de Bel.Ni
co.de Neapo.& D.Mar.Lauden.in d.ca.j.in prin.qui feudum
dare poſſ.per tex.in dicto cap. ſecundo. in verbo ſi videris ex-
pedire.quod quando eccleſia eſſet reducta ad aliquam neceſ
ſitatem, deberet feudum antiquum ad ſe reuerſurum potius
pro ſe retinere, quam alteri infeudare.Cum ergo in hac ſecū
da infeudatione debeat adhiberi cauſæ cognitio, debet præ
latus cum ſuo capitulo participare. cap.nouit.&c.quanto ex-
tra de his, quæ fiunt a prela.ſine conſenſu capituli, & dicit Pa
normitanus in d. cap.nouit, † quod in omnibus actibus con-
8 cernentibus preiudicium eccleſiæ, requiritur conſenſus capi
tuli, & ad hoc etiam ponderat text.in dicto capi.quanto. qui
vult, quod non ſolum in nouis cōceſſionibus, ſed etiam ī cō
firmationibus requiratur conſenſus capituli. ergo licet ſecun
da infeudatio ſit confirmatio primæ, erit neceſſarius conſen-
ſus capituli.

SVMMARIVM.

1 *Quantum tempus requiratur ad hoc, vt inducatur conſuetudo infeudandi,*
ita quod non requirantur debitæ ſolennitates.
2 *Alienatio in feudum, & acquiſitio per præſcriptionem ſunt correla-*
tiua.
3 *Præſcriptionem tanti temporis, cuius initii memoria non exiſtit, habere*
vim priuilegii, de qua præſcriptione intelligatur.
4 *Reſcriptum impetratum a Papa, quod emphyteuta non ſoluens canonem,*
non cadat iure ſuo, an ſit validum.
5 *Præſcriptio tanti tempo.cuius initii memoria non exiſtit, ut priuilegium a*
pari procedunt.
6 *Conſuetudo infeudandi ad hoc, ut induci poſſit, an requiratur, quod talis*
infeudatio ſit vtilis eccleſiæ.
7 *Conſuetudo longiſſimi temporis admittitur contra eccleſiam, etiamſi ſit*
eccleſiæ damnoſa.
8 *Mandato Papæ, vel alterius ſuperioris iniuſto, & ex quo poſſit oriri ſcā*
dalum, non eſt parendum.
9 *Ius quæſibile per priuilegium, eſt etiam quæſiblie per præſcriptionem tan*
ti temporis, cuius initii memoria non exiſtit in contrarium, niſi conſue
tudo rumperet neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ.
10 *Papa poteſt diſpenſare contra legem poſitiuam continentem in ſe rationē*
diuinam, uel naturalem.
11 *Conſuetudine, uel præſcriptione reprobata, an reprobetur etiam illa, cuius*
initii memoria non eſt in contrarium.
12 *Ad inducendam conſuetudinem contra ius commune, quantum tempus*
requiratur.
13 *Pupillus, uel adultus licet non poſſint contrahere ſine auctoritate tutoris,*
vel curatoris, poſſunt tamen facere contractū ſibi vtilem ſine licentia.

TERTIA QVAESTIO, QVANTO TEMPORE inducatur conſuetudo recte omiſſis ſolennibus feudum concedendi.

TErtio principaliter quæro,
1 † Quantum tempus requiratur ad hoc vt dica-
tur inducta conſuetudo infeudandi, ita quod nō
ſint neceſſariæ debitæ ſolennitates. In hac difficultate variæ
fuerunt ſcribentium opiniones.gloſ. enim in dicto capitulo
primo.in princip.qui feu.dare poſſunt in verbo, ſi antiquitus
refert duas opiniones. Prima eſt, quod requiratur ſpatium
tanti temporis, cuius initii memoria non exiſtat in contra-
rium, potuit moueri glo.quia vſus tanti temporis habet vim
conſtituti priuilegii, cap.ſuper quibuſdam.paragrapho.præte
rea, extra de verborum ſignification. l.hoc iure. paragrapho.
ductus aquæ.ff.de aqua quotidia.& æſti.

Secunda opinio recitata in glo.quæ fuit Azo.licet glo. nō
dicat, ſecundum Iacob.de Bel.& communiter Doctor.quod
ad inducendam talem conſuetudinem requiratur ſpacium
triginta annorum.Tertia fuit opi.Iac.de Bel.ibi, quod quem-
admodum ad præſcribendum rem eccleſiaſticam, requirun
tur quadraginta anni, cap.de quarta.extra de præſcriptio. Au
then.quas actiones.Codi.de ſacroſanct.eccle. eodem modo
ad inducendam talem conſuetudinem requiratur ſpatium
2 quadraginta annorū, † eo, quia alienatio & ſic datio ī feudū
& acquiſitio p̄ p̄ſcriptionē correllatiua ſunt, adeo vt vno vt
poſito, ponatur aliud, & vno remoto, remoueatur aliud, vt
hic per eum. Quarta fuit opinio Bald.in ſecunda column.di-
ſtinguentis, quod aut talis conſuetudo eſt manifeſte damno
ſa eccleſiæ, & tunc requiratur ſpatium tanti temporis, cuius
initii memoria non exiſtat in contrarium, & ſic procedat
prima opi.relata in glo.Aut vero talis conſuetudo eſt mani-
feſte vtilis, eccleſiæ, & tunc ſufficiat curſus, triginta anno-
rum, & procedat ſecunda opinio relata in gloſſa. Aut, vero
ſumus in dubio, & tunc requirantur quadraginta anni, &
ſic procedat opin.Iacob.de Bel.ut ibi latius per eum. Contra
iſtam diſtinctionem Bal.inſurgit Mart. Lauden.ibi & in pri-
mis contra primum membrum, quod Immo etiam vbi con
ſuetudo eſt damnoſa eccleſiæ, non ſufficiat ſpacium tanti tē
poris, cuius initii memoria non exiſtat in contrarium. addu
citur tex.in capitulo primo.de conſuetud. libro ſexto.vbi re-
probatur conſuetudo etiam tanti temporis, cuius initii me-
moria non exiſtat in contrarium, quia diſponebatur, quod
vnus ſine cauſa haberet duas dignitates in eadem eccleſia,
idem, quia conſuetudo ad hoc, vt valeat non debet eſſe
damnoſa eccleſiæ, ſed rationabilis, capitulo primo. & fin.ex
tra de conſuetud. & ſic ſecundum Lauden. regula prædicta,
3 qua cauetur, † quod præſcriptio tanti temporis, cuius initii
memoria non ſit in contrarium, habet vim priuilegii, debet
limitari, ut non procedat, quando eſſet damnoſa eccleſiæ.
Ab iſta impugnatione Lauden. conatur opinio Bald. de-
fendere.Cardin. Mediola. ibi in octaua.colum. dicens, quod
cōtraria loquuntur, quando tractatur de magno damno ec
cleſiæ, ſed nos loquimur, vbi nō tractatur de tam graui dam
no, quia directum dominium remanet eccleſiæ, & viſſe ſpe-
ratur poſſe redire quandoque, & interea vaſallus impedit ſer
uitia domino, allegat ad hoc ſingularem deciſionem Panor
mita.in conſilio lxxii.incipi.circa primum, ubi ita limitat di
ctum c. primum. de conſuetudi. libro ſexto.concludens va
lere conſuetudinem, quod licet emphyteuta eccleſiæ non
ſoluat canonem temporibus debitis, non tamen cadat a iu
re emphyteutico, ex quo eſt ſuccurſum eccleſiæ, quia po-
teſt cogere emphyteutas ad penſionem perſoluendam.
4 Ego tamen allego cōtra hoc ſtupendū dictū Bal.in lege ſi a
te, Codice.de pact.inter emp.& ven. vbi vult non valere ſcri
ptum à Papa impetratum, quod emphyteuta non ſoluens
canonem, non cadat iure ſuo, quod dictum pro ſingulari ex-
clamat Fran.Cremenſis in ſingu.cviij. incip.non valet reſcri-
ptum, & ante eū illud pro ſingulari exclamat Bertachinus
in tractatu de gabellis, in ſeptima parte, in nona.columna.
Iſtam etiam opinionem Laudenſis reprobant quidam mod.
ibi tali fundamento, eo quia ſecundum eos firma eſt conclu
5 ſio, † quod preſcriptio tanti temporis, cuius initii memoria
non ſit in contrarium, & priuilegium a pari procedunt.lege
prima.paragraho.ſi.cum glo.in lege.in ſumma. paragrapho.
Varus. Digeſtis.de aqua pluuia arc. dicto capitulo ſuper qui-
buſdam.paragrapho.pręterea, de verborum ſignificatio. dicta
lege. hoc iure. paragrapho. ductus aquæ. lege vſum aquæ.
cum glo.Codice de aquæ ductu.libro vndecimo.bonus text.
in capitulo nouit.extra de iud.in capitulo cum contingat, ex
tra de foro competen.ſed clarum eſt, ſecundum eos, quod
per priuilegium induci poſſet, quod res eccleſiaſtica poſſet ī-
feudari, licet aliqualiter eſſet damnoſa eccleſiæ, ergo etiam
poſſet induci per talem conſuetudinem, adde tu fortius,
quod facilius perditur ius quæſitum ex priuilegio, q̄ quæſitū
ex conſuetudine. ſingulare eſt dictum. Inn.in c.accedentib.in
ver.vnde ſic forte.extra de priuilegio.quod pro ſingul. refert
& ſequitur Fely.in c. accedens.in v. colum. extra de reſcript.
Nec obſtat ſecundum præfactos modernos textus in capitu.
lo primo. de conſuetudi.libro ſexto. quia ideo ibi non valet
talis conſuetudo, quia expreſſe per Papam reprobatur-

vel aliter, ſecũdum eos dici poteſt, nõ eſſe ver. quod talis cõ-
ſuetudo infeudandi poſſit dici irrationabilis, quia quod po
teſt per priuilegium concedi, non eſt irrationabile. 2. Cod.
de priuile. ſchola. lib. xij. & ita ad aliud propoſitum dicit Ol.
Lauden. in conſil. clxxij. incip. quia omnis fere obiectus. vbi
conſuluit, quod poſſit aliquis præſcribere omnimodam ex-
ceptionem a iuriſdictione epiſcopi per ſpatium prædicti tẽ-
poris, cuius initij memoria non ſit in cõtrariũ, ea ratione, q
per priuilegium illud concedi poteſt. cap. ſi Papa. de priuile. ĩ
6. quod dictum ſequitur & commendat Paul. de Caſt. in l. is q
putat. ff. de acquiren. hæred. Ego autem reprobo, licet præfati
Moder. non referant, quod Iacob. de Belu. ibi, in pen. colum.
6 format expreſſe quæſtionem, † nũquid ad hoc, vt induci poſ-
ſit conſuetudo infeudandi, requiratur quod debeat eſſe talis
infeudatio vtilis eccleſiæ. Et reſpondet ſimpliciter, quod ſic,
per tex. in cap. fin. extra de conſuetud. in l. quod non ratione,
in l. quod vero contra ff. de le. demum. quærit, an ad inducen
dam talem conſuetudinem, requiratur cauſa rationabilis, &
iuſta? Et reſpondet, quod ſic, per no. in d. cap. fin. extra de cõ
ſuetud. & ideo ſubijt, quod ſi infeudatio fieret a prælato ſine
debitis ſolennitatibus, per talem infeudationem non poſſet
induci conſuetudo infeudandi, quia cauſa nulla haberetur
7 pro non cauſa, & per conſequens pro non titulo. † Poſtremo
ſubiicit prædicta procedere ĩ præſcriptione longi temporis, ſe
cus in præſcriptione longiſſimi temporis, & ſic tenet expreſ-
ſe hanc opin. modernorum poſt Bald. quod immo etiam,
vbi eſſet damnoſa Eccleſiæ, admittatur conſuetudo longiſſi-
mi temporis, cuius initij memoria non ſit in contrarium.
Pro qua opinio. vltra prædicta addo bonum tex. in capit. j. de
præſcriptio. ĩ vi. vbi valet talis præſcriptio, etiam vbi ius com-
mune reſiſtit. Et tenendo iſtam opinionem ego aliter reſpon
deo ad textum, cui per prædicta non eſt ſufficienter reſpon-
ſum in cap. j. de conſuetud. lib. 6. quod ideo ibi conſuetudo,
quia erat nutritiua maximi peccati. Nam ideo ibi prohibet,
quod quis poſſet habere duas dignitates vel præbendas ĩ ea-
dem eccleſia ſine cauſa propter crimen ambitionis & auari-
tiæ, quod in clericis canonicis multum abominantur, & iõ
ibi nõ valet talis conſuetudo, quia etiam non valuiſſet priui
legium. Non enim poteſt diſpenſari per epiſcopum, vt a-
liquis ſine cauſa obtineat duas præbendas, vt inquit Innocẽ.
in cap. ex tuæ. extra de cle. non reſi. Immo quod fortius eſt, ẽt
Papa non poſſet diſpenſare ſine cauſa, vt inquit Panormi. in
cap. ad hæc extra de præben. vbi dicit, quod talis diſpenſatio
eſſet cõtra ius ciuile, naturale, & diuinum. ſic etiam dixit idẽ
Panormi. in cap. quia in tantum extra eodem titu. vbi dicit,
8 ita tenere Hoſt. & communiter Doct. † Nec mirum, quia etiã
dixit Inno. in cap. inquiſitionis. extra de ſenten. excomm. nõ
eſſe parendum mandato Papæ iniuſto, ex quo aliquod ſcan-
dalum poſſet oriri. Sic etiam in quolibet ſuperiore dixit Ho-
ſtien. in ca. ſignificauit, extra de offic. ord. eodem modo dixit
Io. And. in Nouella, in cap. cum adeo, extra de reſcrip. quod
ſi Papa ſcribat pro indigno tanta indignitate, quod ſalua cõ
ſcientia ordinari non poſſit, non eſt parendum tali mandato,
quia Papa habet poteſtatem iuſte ligandi, nõ autem pec-
candi, vt dicit. multum not. in capitulo j. xl. diſtinc. in cap. ſunt
quidam. 25. quæſtio prima. Panormi. in ca. cum teneamur. ex-
tra de præbend. j. ideo nimirum, ſi illud, quod per priuilegiũ
concedi non poſſet in cauſa di. cap. j. de conſuetud. libro vi. ſi
etiam non poſſit concedi per conſuetudinem tanti, tempo-
ris, cuius initij memoria non extat in contrariũ. † Confirmo
9 hanc pulchram & realem ſolutionem, quia regula commu
nis, qua diſponitur, quod ius quæſibile priuilegio eſt etiam
quæſibile per præſcriptionem tãti temporis, cui initij memo-
ria non ſit in contrarium, limitatur, vt nõ procedat, quando
talis conſuetudo rumperet neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ
tex. eſt cap. cum inter, extra de conſuetud. iuncto. cap. vt priui
legia, extra de priuileg. quos tex. ita declarat Ioann. Andr. in
d. c. vt priuilegia. ſequitur Dominicus in cap. Catholica. xj. di-
ſtin. idem dicens in conſuetudine oneroſa eccleſiæ, per cap. j.
extra de conſuetu. iuncto. cap. ſi propter. de reſcript. in 6. refert
10 & ſequitur Felyn. in cap. accedentes, in v. colum. extra de præ
ſcrip. † Secundo confirmo, quia licet ſolus Papa poſſit ſine
cauſa diſpenſare contra legem diſpoſitiuam, ſecundo Inno.
in cap. cum ad monaſterium. circa medium, extra de ſta. reg.
quod ſequitur. Panormitanus in capi. at ſi clerici. ff. de adult.
in 6. colum. extra de iudi. tamen fallit, niſi lex poſitiua habe-
ret ĩ ſe aliquam rationem diuinam vel naturalem, prout eſt
lex prohibens pluralitatem beneficiorum, in capi. per tuas. in
xi. colum. extra de arbi. in cap. per venerabilem. in princi. ext.
qui filij ſint legi. cap. de mul. in quarta colum. extra de præbẽ.
per Bal. in l. reſcrip. in fi. Cod. de preci. impera. offe. Non omit
to tamen poſſe etiam ſuſtineri aliam ſolutionem moderno-
rum, de qua ſupra, quod ideo ſit in d. c. j. de conſuetu. lib. vj.
quia ibi reprobatur conſuetudo, pro cuius cõfirmatione ad

11 do, † quod etiam vbi ſimpliciter reprobatur conſuetudo vel
præſcriptio intelligitur etiam illa reprobata, cuius initij me-
moria non ſit in contrarium ita domi. Anto. in cap. cum ex
officij, per illum textum & ibi Panormi. in iij. not. extra de
præſcrip. Panorm. poſt Ioan. And. in cap. cum inſtantia. in 3.
no. extra de cenſi. licet contrarium tenuerit idem Panormit.
in conſilio xxvi. incip. in quæſt. quæ ad præſens vertitur in ij.
volum. de cuius veritate omnino vide Felyn. in cap. acceden
tes. in 4. & 5. colum. extra de præſcription. vbi tenet primã opi
nionem eſſe veriorem, quæ tamen apud me eſt multum du-
bitabilis. Primo per illud, quod dicit Ange. poſt glo. & Barto.
in l. ſi quis decurio. Co. de decurio. lib. x. quod præſcriptio qua
draginta annorum non intelligitur excluſa, vbi in aliqua di-
ſpoſitione dicitur nulla præſcriptione obſtante. Idem tenet
Ange. per tex. ibi in l. vniuerſas. Cod. ne rei domi. vel templo-
rum. in l. j. ff. de conc. in le. non ſolum. ff. de vſucap. in le. quod.
ſi nolit. in §. ſi quid ita. ff. de ædil. edic. Bal. in capi. j. præterea. ĩ
de capitulis Corra. vbi loquitur, quando talia verba proferun
tur a ſtatuto contrahentibus reſcripto, vel priuilegio. Ange.
conſi. liiij. incip. Iulianus & Franciſcus Ro. in rub. de arb. in 2.
colum. Et de præſcriptione centum annorum, quod nunquã
intelligatur remota, eſt deciſio An. per tex. ibi, in Authen. vt
de cætero commutationes non fiant. circa fin. iuncta glo. in
verſicu. præſcriptio. Alexan. in l. nemo poteſt, in 11. colum ff.
de leg. j. cum quibuſdam aliis concordantiis, quas adducit Fe
ly. in rub. de præſcrip. in vltima columna. Secundo principali
ter inſurgit dominus Marti. Laudenſis contra aliud mendum
Bald. inquantum vult, quod vbi cõſuetudo eſt manifeſte vti-
lis eccleſiæ, requiratur ſpacium triginta annorum, nam ĩ pri
mis facit contra iſtud, ſecundũ eum, quia contra eccleſiã nõ
admittitur præſcriptio cum minori tempore. xl. annorum.
cap. de quarta. extra de præſcriptio. auth. quas actiones. Code
ſacroſanct. eccleſi. Præterea ſecundum eum, quando talis cõ
ſuetudo eſſet vtilis eccleſiæ poſſit fieri talis infeudatio etiam
de re non ſolita, cap. ad noſtram. cum ibi notat. extra de reb.
eccle. non aliena. Et ideo ſubicit Laudenſis, ſibi placere opi-
nio. Iacob. de Belui. quod immo requirantur xl. anni, per
d. cap. de quarta. d. auth. quas actiones. & † quia ad inducen
12 dam cõſuetudinem contra ius commune tempus xl. annorũ
requiritur. cap. fin. & ibi Ion. And. de conſue. libro 6. glo. final.
& ibi Canoniſtæ in ca. fin. extra eodem. de conſuetudine. do
mini de Rota, deciſione ccclix. incipi. Quæro quãti temporis,
&c. Alias deciſione vltima, ſecundum quod tangit Lauden.
ſed ſic eſt, quod talis conſuetudo infeudandi eſt contra ius cõ
mune. cap. nulli. extra de rebus non alie. ergo tantum tẽpus
requireretur. Iſtam opi. Lauden. tenet etiam Cardinalis Med.
ibi, in 8. colum. quia ſecundum eum, vbi agatur de dando no
uo ſtatu rei Eccleſiaſticæ, præſcribitur ſpacio xl. annorum. nõ
autem 30. cap. cum de beneficio, cum gl. de præben. in 6. Ego
autem ab iſtis impugnationibus defendo opinio. Bald. non
obſtat in primis. cap. de quarta. & auten. quas actiones. quia
iſta iura bene allegat Bald. hic, & ſentit ſol. quod iſta non ſit
proprie præſcriptio, ſed quædam firmitas taciti conſenſus a
conſentientibus in conſentientes, in qua non requiritur con
tinuata poſſeſſio, ſed actus vtentium, qui nõ eſſet continuus,
& ſic vult Bald. quod in hoc membro non tractemus pro-
prie de præſcribendo aliquam rem eccleſiaſticam, ſed de ĩdu
cendo conſuetudinem, quæ ſit vtilis eccleſiæ, inter quæ lon
ga eſt differentia. allegata autem per Laud. & modernos de-
bent intelligi, vbi tractatur de præiudicio eccleſiæ, vt clarius
conſtabit ex his, quæ infra dicam. Non obſtat etiam ſecundo
impugnatio d. capi. ad noſtram. quia illud poteſt procedere
cum conſenſu capituli, & aliis ſolennitatibus, ſed nos quæri-
mus de inducenda conſuetudine infeudandi ſine aliqua ſo-
lennitate. Ex alio tamen mihi non placet opinio Bal. in hoc
membro, quia quando infeudatio eſſet manifeſte vtilis Ec
cleſiæ, crederem quod valeret ſine aliqua conſuetudine, & ſi
ne aliqua ſolennitate. Quia iſta eſt regula generalis in omni
materia, quod vbicunque in aliquo actu requiruntur aliquæ
ſolennitates in fauorem alicuius, non habent locum, quan
do talis actus celebratus eſt ſine ipſis ſolennitatibus ad vtilita
tem eius, in cuius fauorem tales ſolennitates requirebantur,
iſtud in primis probo per tex. in lege cum hi. paragrapho. eã
tranſactionem. Digeſtis de tranſact. vbi, ſi ille, cui ſunt relicta
alimenta, de futuro tranſigat ſine decreto iudicis, valet tran
ſactio, quando eſt ſibi vtilis, licet alias requiratur decretum.
13 Secundo probatur, quia licet pupillus, vel adultus nõ poſſint
ↄtrahere ſine auctoritate tutoris, vel curatoris, tñ ſi faciant ↄtractũ
ſibi vtilem, prædicta auctoritate valet. l. nouare. cum glo. iun-
cta. l. cui bonis. ff. de noua. l. neque. Codi. de contrahen. & cõ
mit. ſtipu. paragrapho. pupillus. Inſt. de inuti. ſtipu. & in Inſt.
de autho. tuto. in princi. Tertio iſtud probatur per tex. no. l. ſi.
non eo minus, Cod. de procu. & ad hoc faciunt, quæ in ſimi-
li conſuluit Paul. de Caſtr. in conſi. 323. incip. videtur dicen-
dum

darin. Laud. Rom.conſi.316.incip. circa propoſitam conſulta-
tionem, & conſi.452. incip. viſa principali conſt. Ergo etiam
idem dicere debemus in eccleſia, quod ſi faciat contractum
ſibi vtilem ſine debitis ſolennitatibus, & ſine alia conſuetudi
ne, quod valeat. Niſi defendendo opinion. Bald. dixeris, quod
quicquid ſit in alia materia: communis eſt concluſio, quod
alienatio rei eccleſiæ facta ſine debitis ſolennitatibus, non
valet. & ſi talis alienatio ſit vtilis eccleſiæ, prout tenent Iac.
Butri. Albe. de Rol. Ber. Bald. Ang. Fulgoſ. & Caſtr. in d l. cum
hi. §. eam tranſactionem, reprobantes gloſſ. ibi, & ſequentes
glo. contrariam in l. ſi fundus ſterilis. ff. de rebus eorum. & ita
etiam ſequuntur ibi communiter Moderni. Quinta fuit opi.
quorundam, quos refert Iac. de Bel. in d. c. 1. in princ. qui ſeu.
da. poſſ. quod imo ad inducendum talem conſuetudinem in-
feudandi ſufficiat tempus decem annorum, quia eccleſia in-
feudando non dicitur propriè alienare, ſed ſibi acquirere va
ſallos, & ſpeciem iuriſdictionis. mouebantur per text. cum
gloſſ. in l. fin. C. de emancip. liber. vt ibi ſatius per eum. Iſtam
quæſtionem nunc non decido, ſed eam decidendam reſeruo
cum quæſtione ſequenti, cum vna dependeat ab alia.

SVMMARIVM.

1 *Ad inducendam conſuetudinem infeudandi, quot actus requirantur.*
Verba iſta res ſolita infeudari, vel conſueta infeudari, an differant.
2 *Teſtator relinquens alicui alimenta, quæ viuus præſtabat, qualiter ſint intelligenda talia alimenta.*
3 *Verbum, ſolitum, an verificetur in vna vice.*
4 *Bis factum, an poſſit dici frequenter factum.*
5 *Res prohibita alienari ſi ſemel ſit alienabilis, ſemper remanet alienabilis.*
Imperium delegabile ſemper durat delegabile.
6 *Conſuetudo an poſſit diminuere ſolennitates requiſitas a canone in alienatione rei Eccleſiaſticæ?*
7 *Conſuetudo tanti temporis, cuius initij memoria non ſit in contrarium, an poſſit diminuere ſolennitates requiſitas a canone.*
8 *Conſuetudo an plus operetur in materia feudali, quam emphytheutica.*
9 *Ius feudorum, an aliquo caſu ſit magis fauorabile eccleſiæ, quam ius canonicum.*
10 *Qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundum tempus uerbi.*

QVARTA PRINCIPALIS QVAESTIO, quotnam actus requirantur, vt conſuetudo Feudum ſine ſolennitatibus concedendi fiat.

1 QVarto igitur Pricipaliter quæro, † quot actus requirātur ad indu-
cendam talem conſuetudinem. videretur in pri-
mis conſtituendam eſſe differentiam, vtrum di-
camus rem ſolitam, vel conſuetam infeudari,
per illud, quod dicit Bart. quem ſequitur Ang. in l. 1. C. quo-
modo & quando iud. vbi dicit Bart. ſe nunquam fuiſſe benè
clarum, quot vicibus verificetur iſtud verbum, ſolitum, licet
de verbo, conſuetum, ſit tex. in l. de quibus. ff. de legi. in l. 1. C.
quæ ſit long. conſue. & ideo dicit, quod terminus ſolitus, eſt
terminus vniuerſalis, & verificatur in vnico actu, per text. in
l. Mela. §. j. ff. de ali. & cib. leg. quem text. ad hoc etiam ponde
rat Bart. ibi dicens, quod ad verificandum conſuetum requi-
ritur binus actus, & ideo monet An. in §. ex non ſcripto. ad
fin. Inſti. de iu. natur. quod cauti practicantes debeant aduer-
tere, quod non deducant in capitulis, ſic eſt conſuetum fieri,
ſed dicant, ſic eſt ſolitum, quia verificabitur in vno actu ibi,
alias requirerentur duo. Ad quod faciunt not. per Bald. in l.
Gallus. §. idem credendum, ff. de liber. & poſthu. in l. binos. C.
de aduo. diuer. iud. Hanc ſubtilem differentiam quantum ad
terminos noſtros, mitſam facio, tum quia ī hac materia feu
dali iura videntur abuti iſtis vocabulis, nam in tex. in d. cap.
1 in princip. qui feu. dare poſſ. dicitur ſi antiquitus eorum cō-
ſuetudo, &c. & in c. j. verſi. idem iuris. Epiſcopum vel Abba-
tem, textus vtitur verbo, ſolitum: tum quia iudicio meo, tex.
in d. l. Mela. §. j. non videtur concludenter probare opinion.
2 Bart. nam dicit textus, † quod ſi teſtator reliquerit alicui ali-
menta, quæ viuus præſtabat, debentur alimenta, quæ tempo-
re mortis præſtare ſolitus erat: in hoc ſi bene conſideras tex.
requirit pluralitatem actuum. Subiicit poſtea, quod ſi forte
varie præſtiterit, vltima præſtatio attendenda eſt, dum ergo
facit differentiam vtrum varie, vel non varie præſtiterit, præ-
ſupponit ſemper pluralitatem actuum, alio modo non poſ-
ſet cognoſci, aut varie, aut vniformiter præſtitiſſe. Etiam ſi er
go dicat, quod vbi varie præſtitit, attendatur vltima præſta-
3 tio, † non tamen dicit, quod ſolitum verificetur in vna vi-
ce. Ex pluribus enim actibus inducitur ſolitum, & illud ver
bum ſolitum, tāquam genus ineſt cuilibet ſpeciei, & ſic cui-
libet particulari præſtationi, & conſequenter illi nouiſſimæ
præſtationi factę tempore mortis, cum genus inſit, cuilibet
ſpeciei. l. j. in fi. ff. de ſuis & legi. l. ſi quid earū. §. inter emptum.
ff. de leg. 3. & hoc reſpectu vltima præſtatio poteſt etiam dici
ſolita. Videamus igitur, quot actus requirantur ad inducen
dam iſtam conſuetudinem Iacob. de Bel in d. c. j. in princ. te-
net, quod requiratur binus actus, per text. cum gloſſ. in l. 3. C.
de Epiſcop. audi. & quia textus ibi requirit conſuetudinem,
quæ dicitur frequens & cōtinua aſſuetudo. l. 1. C. quæ ſit lon.
4 conſuet. † frequens autem dicitur fieri, quod bis fit. §. pen. in
Auth de defenſo. ciuita. & ſit ſecundum Iacob de Bel. requi-
ritur binus actus cum ſucceſſiua præſtatione quadraginta an-
norum. Addo, quod iſtam opinionem refert, & ſimpliciter ſe
quitur Alexan. conſi. 5. incip. ſi vera ſunt, in 2. col. in 5. vol. ver
ſi. fortificatur vbi allegat idem tenere Bal. in l. de quibus. ff. de
legi. in 14. col. Imo. in cap. ex parte. in princi. vlti. chartæ. extra
de feu & nihil aliud dicit. Eandem opinionem vltra eum te-
net etiam Mart. Lauden. ibi, in penult. col. ſubiiciens quatuor
requiri ad inducendam talem conſuetudinem. Primo cur-
ſus 40. annorum. Secundo binus actus. Tertio tacitus cōſen
ſus populi. Quarto, quod talis infeudatio ſit vtilis, & non da-
mnoſa Eccleſiæ. Quæ quatuor ſunt etiam de mente Iacob.
de Bel. vt conſtat ex dictis in pręcedenti quæſtio. Addit Car.
Mediol. ibi, quintum, ſcilicet quod requiratur bona fides, vt no. glo. Io.
And. in c. pe. de conſue. libr. 6. cum aliis gl. per eum allegat. in
9. col. in princip. Contrariam tamen opinionem, quod imo
ad inducendam talem conſuetudinem ſufficiat vnica infeu-
datio ſolenniter facta, ad hoc, vt poſſit de nouo infeudari,
abſque alia ſolennitate, tenuerunt quidam Moderni ibi,
adducentes in primis doctrinam Bartol. per illum textum,
in l. 1. C. de impo. luc. deſ. vbi Bart. per illum textum, qui ſolet
vulgo allegari, quod a primordio titul. poſterior formatur
euentus, dicit in ſpecie, qđ res eccleſia ſemel emphyteutica,
ſemper durat emphyteutica. Secundo adducunt Doc. Bart.
5 per illum tex. in l. pater. § quindecim. ff. de leg. 3. † vbi etiā por
tio prohibita alienari, ſemel alienabilis, ſemper manet alie-
nabilis. Tertio mouent, quia in ſolitis infeudari non dr̄ no-
ua infeudatio: ſed potius continuatio pcedentis: quia a prin-
cipio vr̄ actum, vt de cætero poſſit alienari, vt dicit Paul. de
Eleaz in cle. 1. de reſcr. quemadmodū imperiū ſemel delega-
bile, ſemper manet delegabile: vt dicit Bar. in d. §. quindecim.
Et pro iſta opinio. ſubijciunt præfati Mod ſe conſuluiſſe, de-
mumq; inueniſſe Paul. de Caſtr. ita etiam conſulentem in
conſi. 136. incipit. viſo Inſtrumento, cuiuſdam inueſtituræ.
vbi Paul. de Caſt. reſpondet ad obiectum, quod poſſet fieri
in contrarium, quod ad inducendum conſuetū requiratur
ſaltē binus actus: vt illud procedat, vbi non conſtaret præceſ-
ſiſſe infeudationem ſolenniter factam, ſed vbi pręceſſit in-
feudatio ſolenniter facta. concludit Pau. quod etiam ſi talis
res redeat ad eccleſiam inter octo dies, poterit tanquam con
ſueta in feudum dari, ſine alia ſolennitate. etiam adducunt
Ro. conſi. 70. inci. viſis thema. quod tamen conſilium parū
facit ad propoſitum, nec etiam multum facit alia deciſio
Baldi per ipſos allegata in l. præſes. C. de tranſact. dum dicit,
quod prælatus poteſt ſine ſolennitate alienare rē non incor
poratam menſæ Eccleſiæ: & ideo ſubijciunt præfati Moder.
hoc modo ſaluari poſſe opin. Iacob. de Belu. vt loquatur,
quando non preceſſit infeudatio ſolennis. iſta opinio ante
eos eſt in effectu Cardi. Medi. ibi, in 9 colum. diſtinguentis
tres caſus. Aut volumus dicere rem ſolitam infeudari ex ſta
tuto ſuperioris: & tunc ſufficit ſemel a ſuperiore ſtatutum.
Bald. in Authen. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanct. eccle. Aut
volumus dicere rem ſolitam infeudari ex conſuetudine: &
tunc requiratur tempus. 40. annorum, & ita procedant præ-
dicta. Aut conſtat ſolēniter rem ſemel infeudatam: & tunc
ſufficiat. vt de cætero poſſit infeudari ſine debitis ſolennitati-
6 bus. † Ego autem pro deciſione pręmiſſorum aduertendum
puto ī primis communem opinionem Canoniſtarum eſſe,
quod conſuetudo non poteſt diminuere ſolennitates requi-
ſitas a canone in alienatione rei eccleſiaſticę, ita concludūt
Panormitan. & communiter cæteri per text. ibi cum gloſſ. in
c. cum cām, extra de re iudi. idem Panorm. in cap. nulli, extra
de rebus eccle. non alie. & ibid. Inno. in 2. colum. & ideo Bal.
in Authen. hoc ius porrectum, in 3. colum. C. de ſacroſanct.
eccle. reprobat conſuetudinem permittentem fieri aliena-
tionem perleui cauſa, vel inducentem formam præiudicia-
lem eccleſiæ. Sequitur Alexan. conſi. 5. incip. tria ſunt, in 4.
7 colum. in 5. vol. † Secundo præmitto, quod regula prędicta,
& communis concluſio limitatur: niſi eſſet conſuetudo tan
ti temporis, cuius initij memoria non eſſet in contrariū. ita
ſingulariter limitat Card. Floren. in cle. 2. in princ. verſic. octa
uo quæro, de rebus eccle. non alie. quia illud tempus tollit
reſiſtentiam iuris. c. j. de præſcripit. in vj. & præſumitur, quod
in tempore tam longo Papa de hoc ſciuerit. Iſtam limitatio-
nem refert, & ſimpliciter ſequitur Fely. in d. c. cum cau. in 4.
col.

col.extra de re iudicata.Id circo omnibus recte penſatis in præ
miſſis duabus quæſtio.quas ſimul decido, ita diſtinguendum
arbitror, quod aut non conſtat de aliqua inſeudatione ſolen
niter facta, ſed de aliquib.inſeudationib. antiquis, vel etiam
de vnica tantum, in quibus non interuenerunt debitæ ſolen-
nitates, & tunc ad inducendam conſuetudinem inſeudandi,
non habita diſtinctione actuum requiratur ſpatium tanti tē-
poris, cuius initii memoria non ſit in contrarium, per prædi-
cta. Et quia illo caſu prælatus agit de præſcribendo talem cō
ſuetudinem inſeudandi, & ſic de cætero alienandi ſine debitis
ſolennitatibus contra diſpoſitionem iuris communis, quo ca-
ſu requiritur ſpatium tanti temporis, cuius initij memoria nō
ſit in contrarium.dicto c.j.de præſcrip.in v.cum aliis ſupra al
legatis.Et iſtud mihi magis placet, quam illud, quod dicit Cal-
deri.in conſil.vlt.poſito ſub Rubri.de conſuetudi.dum limitat
regulam prædictam, quod conſuetudo non poſſit diminuere
ſolennitates requiſitas a canone in alienatione rei eccleſiaſti
cæ, vt non procedat in materia feudali & inſeudationis, quam
limitati.nam refert & ſimpliciter ſequitur Felynus in dicto.c.
cum cauſa, in iii.columna, verſic.fallit tertio, dicens ita etiam
velle Baldum in dicto c.j. in prin.qui feudum dare poſſunt, in
8 principio penul.colum.†quia non video rationem diuerſita-
tis, quare magis debeat poſſe conſuetudo circa inſeudationē,
quam circa emphyteuſim, vel alios ſimiles contractus. Aut
vero conſtat de aliqua inſeudatione præcedenti ſolenniter fa
cta, & tunc ſine alio curſu temporis, & ſine actuum gemina-
tione dicatur realiter conſuetudo inſeudari, quod de cætero
inſeudari poſſint ſine debitis ſolennitatibus, & in hoc placet
mihi opinio Modernorum, de qua ſupra. Pro qua vltra pon
dera textum in c.2.extra de feudis vbi dicit textus, quod ſi feu
dum redeat ad eccleſiam, poteſt libere reinfeudari, & ſic ex
quo text.non requirit pluralitatem actuum, debemus intelli
gere de primo actu.c.non poteſt §.j.de præbend.in vj.l.boues.
§.hoc ſermone.ff.de verbo.ſigni.quam regulam vide melius,
quam alibi commentatam & exornatam per d.Felyn.in capi.
ij.extra de treuga, & pace.Item ex quo tex.ſimpliciter in d.ca.
2.facit mentionem de feudo, debemus intelligere de feudo le
gitime conceſſo & valido, argum.l.4.§.condemnatum.ff.de re
iudicata l.non putauit.§.non quæuis.ff.de contra tab.Secundo
vltra præfatos modernos reperio, quod iſtam opinionem ex
preſſe firmat Andr.de Iſern.ſummus feudiſta, in d.c.j.in princ.
9 qui feud.dare poſſ.ſubiiciens, †quod iſtud ius feudorum vide
tur magis fauorabile eccleſiæ in hoc, quam ius canonum, qa
iſte tex.requirit conſuetudinem inſeudandi, ius autem cano
nicum in d.c.ij. extra de feud. requirit vnicum tantum actum
inſeudandi.Tertio addo, quod iſtam opinionem magis clare
firmat idem An.de Iſern.in c.j.de clerico qui inueſt.fecit.Quar
to addo, quod iſta opinio eſt expreſſe de mente Hoſtienſis.in
ſumma, de feudis.§.quis poſſit.vbi etiam Hoſtien.non requirit
pluralitatem actuum, ſed vnicā tātum inſeudationem. Quin
to & vltimo nunc addo, quod eandem opinionem tenet Imo
la.in l.quod dicitur, in vlt.col.ff.de verbo. obligation. & ita in
iudicando tenendum eſſet.

Contra tamen hanc concluſionem communem ſic vt ſu
pra corroboratam, multum obſtat fortis text. in materia feu
dali in capitu.i.de eo, qui ſibi & hæredi. ſuis maſculis & fœmi
nis, vbi eſt text.ſingula. quod ſi aliquis recipiat feudum pro ſe
& hæredibus ſuis maſculis & ipſis deficientibus fœminis, ſi cō
tingat.quod iſte decedat relicta ſola fœmina, quo caſu feudū
eſt effectum tranſmiſſibile in fœminas. Si poſtea iſta fœmina
decedat relictis duobus filiis, & ipſi filii etiam decedāt, & vnus
ipſorum reliquerit fœminam, alter maſculos, dicit text. quod
iſta fœmina non poterit ſuccedere, quamuis feudum ſemel
fuiſſet effectum tranſmiſſibile in fœminas, & ibi ſingulariter
dicit Bald.reſpondeo ad text.in d.l.pater.§. quindecim. ff.de le
gatis.ad l.j.C.de impo.lucra.deſcrip.lib.x.ubi dicitur, quod res
ſemel alienabilis.perpetuo durat alienabilis dicit ibi ſingulari
ter Bald. quod regula prædicta non habet locum in materia
feudali, ergo videtur quod corruat fundamentum moderno
rum, de quo ſupra Hoc tamen non obſtante, ſequor opini. ſu
pra firmatam, & aliter reſpondeo ad tex.in d.c.j.quam reſpon
deat.B.& dico, quod ideo fœmina ibi non ſuccedit, quia con
ſtabat expreſſe de mente dantis & accipientis feudum, & licet
ſucceſſerit una fœmina, illud contigit propter defectum maſ
culorum, ſed poſtea, quando reperiuntur maſculus & fœmina
in pari gradu, ideo fœmina excluditur, quia inueſtitura dice
bat, quod fœmina ſuccedat deficientibus maſculis, & ſic iſta
qualitas, deficientibus maſculis, adiecta illi verbo, ſuccedat, in
10 telligitur, ſcilicet tempore illo, quo defertur ſucceſſio: †quia
qualitas adiecta uerbo, intelligitur ſecundum tempus uerbi.l.
in delictis §.ſi extraneus.ff.de noxa. Et iſta eſt ratio, quare fœ-
mina ibi ſucceſſerit a principio, quia mortuus erat vaſallus ſi
ne filiis maſculis, non ſic eſt in d.l.pater.§. quindecim. Quia
quam primum fuit ſemel alienata portio, teſtatore hoc per
mittente, non ſubeſt aliquid, quod prohibeat nouam aliena
tionem, imo ceſſat prohibitio teſtatoris, ſimiliter in l. prima,
C.de imponen.lucra.deſcrip.Quia quam primum fuit res alie
nata ī aliquem non curialem, ceſſat ratio prohibitiua aliena
tionis, & ideo ſi in caſu.d.l.j.alienatio oneroſa fieret in alium
curialem; non poſſet ipſe alienare titulo lucratiuo ſine illo
onere, vt eſt glo ibi in verbo, peruenerit. Eodem modo in pro
poſito, quam primum eſt facta vna inſeudatio ſolennis, non
modo ſatisfactum eſt illi primæ inſeudationi, ſed etiam vide-
tur ſtatutum, vt de cætero poſſit reinſeudari. Et ſubſequentes
inſeudationes dicuntur potius executio primæ, quam nouæ
inſeudationes, iuxta ea, quæ dixi ſupra, & latius in concluſio-
ne primæ principalis quæſtionis. Aduertendum etiam puto
circa ſol.Bald.ſupra relatam, quia ſi recte intelligatur, poteſt
habere bonum ſenſum.dixit etiam Bal.cum myſterio. Aliud
eſt in feudis, quæ ſemper recipiunt primum ſtipitem & pri-
mum conſenſum domini, quaſi dicat, quod omnes illi, qui
admittuntur ad feudum, veniunt ex prouidentia primi inue-
ſtiti, & ideo illa verba, quod fœminæ ſuccedant deficientibus
maſculis, conſiderantur reſpectu primi ſtipitis, non attento
progreſſu.

SVMMARIVM.

1 *Res ſolita infeudari ad eccleſiam redeunte, quid requiratur ad hoc, vt per dat qualitatem infeudandi.*
2 *Mancipia quæ ſeruierunt, poſt annum non dicuntur noua, ſed vetera.*
3 *Taciturnitas tenet medium inter nolle & velle.*
4 *Res ſolita infeudari rediens ad eccleſiam, ad hoc, vt non dicatur ſolita am plius infeudari, quid requiratur.*
5 *Res de facili reuertitur ad naturam ſuam.*
6 *Res ſolita infeudari rediens ad eccleſiam, ad hoc, vt non dicatur amplius ſolita infeudari, requiritur ſpacium xxx.annorum.*
7 *Solennitas quæ requiritur in actu conficiendo, requiritur etiam in actu de ſtruendo.*
8 *Statutum populi de inſtituendo illegitimum, etiam ſi a Papa ſit confirma tum, poteſt nihilominus populus iſtud ſtatutum tollere.*

QVINTA PRINCIPALIS QVAESTIO.

Res in feudum dari ſolita, ſi ad eccleſiam reuer-
ſa, quo pacto qualitatem illam amittat,
ita vt deinceps non dicatur in
feudum dari ſolita.

QVinto principaliter quæro.
†quid requiratur ad hoc, vt res ſolita inſeudari re
diens ad eccleſiam perdat iſtam qualitatem, vt nō
dicatur amplius ſolita inſeudari, & ſic de cætero non poſſit
alienari ſine debitis ſolennitatibus. In hac quæſtione variæ
fuerunt ſcribentium opiniones.Prima fuit opin.glo.in cap.vt
ſuper.extra de rebus eccleſi.non ali.quæ dicit requiri, quod p̄-
latus tenuerit tanto tempore, quod eas præſcripſerit, ſed non
aperit, quantum tempus requiratur ad præſcriptionem. Secū-
da fuit opin.Archidia.in capit.j.xxxv.q.viij.qui tenuit, quod ſi
res eccleſiæ ſolita inſeudari redeat ad eccleſiam, & prælatus ip
ſam poſſideat per annum, dicatur effecta de menſa eccleſiæ,
nec amplius ſolita, ideoque non potuerit inſeudari ſine debi
tis ſolennitatibus.Eandem opinio.tenet Cardina.Florent.refe
rens multos ſolennes Doctores ita conſuluiſſe in cap. ij.extra
de feud.vbi ad hoc ponderat tex.in d.cap.j.xxxv.q.viij.vbi dicit
textus, quod poſt annum non dicuntur nouæ nuptiæ. Ad idē
facit textus in l.vetus.ff.de vi.tri.oleoque lega. vbi poſt annum
vinum dicitur vetus. Ad idem tex.in fi.§.quoties. ff.de publi.
2 †vbi mancipia, quæ ſeruierunt poſt annum, non dicuntur no
ua, ſed veterana.Eandem opinionem tenuit Panor.in d.ca.vt
ſuper extra de rebus eccle.non alie.vbi ſingulariter limitat, vt
procedat durāte prima cauſa conceſſionis, vt ibi per eum.Cū
eadem etiam opinio.tranſit Aluarot.in ca.j.in principio in v.
column.ad fin.& princip.ſequen.qui feud.dare poſ.& ibi Car.
Mediolan.in v.col.Ego addo circa iſtam opinionem, quod li-
cet ad hoc Docto.communiter allegent Archid.in ca.j.35.q.
8.tamen, ſi recte aduertatur, Archi.ibi hoc non dicit: Ait enim
ſolum, quod ſi prælatus iurauit non inſeudare, niſi feuda noua
non poterit poſt annum inſeudare, & ſic ſentit, quod niſi ſic
iuraſſet, poſſet poſt annum inſeudare, ita reperio quod iſtud di
ctum Archid.ponderat & declarat Io.de Imo.in d.c.vt ſuper.
in v.col extra de rebus eccle.non aliend.Secundo addo, quod
Pe.de Anch.in conſi.clv.incip propter tria, reprehendit illos,
qui dicunt ꝙ tenendo per annum res dicitur effecta de menſa
3 †quia taciturnitas, ſecundum eum, tenet medium inter nolle
& velle, nec iſta annalis p̄ſcriptio reperitur ſtatuta a iure hoc
caſu. Tertio fuit principalis opinio.Io.de Lig.in ca.quæ in ec

tiſſ.arum, extra de conſtitutio.vbi mirabiliter tenuit, quod ſi
prælatus adeptus fuerit poſſeſſionem talis rei ſolitæ infeudari,
per iſtud ſolum, quod prælatus acceperit ipſam poſſeſſionẽ
ſine alio curſu temporis, deſinat res iſta dici ſolita infeudari,
ad hoc tamen nihil allegat, id circo cum hæc opinio ſola ſua
auctoritate ſuffulta ſit non eſt tenenda. Preterea in contrariũ
eſt textus expreſſus in ca.j.de clerico, qui inueſti. fecit.vbi dicit
tex.quod ſi clericus adeptus ſit poſſeſſionem rei feudalis eccle
ſiaſticæ, & de re ipſa faciat alicui inueſtituram feudalem, tene
tur ſucceſſor ſtare tali inueſtituræ, licet ſecus eſſet, quando ta-
lis clericus feciſſet inueſtituram, & nondum adeptus fuiſſet
poſſeſſionem ipſius rei. Secundo, contra prædictam opinio-
nem eſt etiam text.in dicto capitulo ij. extra de feud. vbi præ-
ſupponit text. feudum rediiſſe ad eccleſiam & ſic quantum
ad vtile dominium & naturalem poſſeſſionem, quia dire-
ctum iam pridem erat penes eccleſiam, & tamen vult tex-
tus, quod poſſit libere infeudari, & ita per iſtos textus repe-
rio, quod iſtam opinio. Ioan. de Ligna reprehendit dominus
And.Barb.in d.c.2.extra de feu.& licet ipſe ſibi aſſcribat, ante
enim ita expreſſe per eadem met iura formaliter reprehendit
Lud.Roma.in conſi.lxx. incipien. viſo themate. vbi dicit Ro.
quod ex quo iſta opinio eſt ſuffulta ſola auctoritate Io. de Li-
gna.ſine aliqua ratione, falſa eſt. Quarta fuit opinio Bart.quẽ
ſequitur Ang ibi, in l.ſi vacantia.C.de bo. vac. lib. x.vbi per il-
4 lum textum decidit, †quod ad hoc, vt res conſueta infeudari,
quando rediit ad eccleſiam, non dicatur amplius ſolita requi-
ritur quod prælatus expreſſe eam deſcribi faciat menſæ eccle-
ſiæ, & ſic expreſſe incorporet. Eandem opinionem tenuit Bal
dus in capitu.j.de clerico, qui inueſti.fe.idem etiam tenet Car.
Floren.in c.vt ſuper.extra de rebus eccl.non alie.ad idem alle-
gatur Bald.in Repertorio ſuper Inn.in verbo, iurans. Et iſtam
opinio.ſubiiciunt aliqui modern.hic eſſe magis communem,
quod requiratur declaratio expreſſa vel tacita, hoc eſt, p mul-
tum tempus prælatus collegerit fructus ipſius rei, prout ſolet
facere in aliis rebus vere incorporatis. & iſtud dicunt eſſe de
mente Aluarot.hic. Ego addo, quod iſtam opinionem tenet
etiam Pet.de Ancha.in d.c.vt ſuper.extra de rebus eccleſ. non
alienand.ſubdens quod poſſeſſio per annum cum dicto actu
deſcriptionis inducit, quod res dicatur de menſa prælati idem
Pet.de Ancha.in d.conſ.clv. inci. propter tria. Secundo addo,
quod pro iſta opinion. Bart.nihil facit tex.ſuper quo Barto. &
cæteri faciunt fundamentum in d.l.ſi vacantia quia ille tex.lo
quitur in bonis, quæ nunquam fuerunt fiſci, nec directo nec
vtiliter, ideo nimirum, ſi requiritur expreſſa deſcriptio, ſed nõ
loquitur in bonis, quorum directum dominium ſemper fuit
penes eccleſiam, licet vtile fuerit penes alium, & ideo non re-
5 quiritur ſolennitas tam exacta in iſtis bonis. †quia res de facili
reuertitur ad naturam ſuam, vulgata l.ſi vnus. §. pactus ne pe-
teret.ff.de pac.verſic.quod in ſpecie, & ita reperio de hoc per-
pendiſſe And.Barb.in d.c.vt ſuper.in 3.colum. vbi per hoc di-
cit ſe mirari. quod tota iuris prudentia alleget.d. l.ſi vacantia,
ad hoc.& ita etiam de hoc perpendit Alexand. in conſil lv.in
4.volumine in 4.col.quod tamen puto eſſe conſilium Barba.
vt patet ex inſcriptione ibi poſita. Tertio addo, quod pro iſta
opinio Bar.videtur eſſe tex.in d.ca vt ſuper. vbi prælatus illos
redditus tenuit ad manus ſuas, & in proprios vſus excepit, &
ſic vtiliter & directe Epiſcopus fecit ſe dominum illius reddi-
tus, item tenuit, donec dixit, aliiſque non infeudauit, & tamẽ
poſtea ſubiicit, ſiue intelligatur de menſa ſiue non, ergo pro-
bat, quod licet omnia prædicta interuenerint, text. non audet
firmare, ꝙ dicatur facta de menſa eccle. Ergo videtur neceſſa
rium quod debeat deſcribi per officiales ad hoc deputatos, p
d.l.ſi vacantia.& ita in effectu ponderat Barb.in d.ca.vt ſuper.
in 2.colum. Quinta fuit ſingularis opinio, quam tenuit And.
6 de Iſern.in d.capitu.j.in princip.qui feud. dare poſſunt. †quod
ad hoc, vt res ſolita infeudari rediens ad eccleſiam non dica-
tur amplius ſolita, requiratur ſpacium xxx.annorum, quia ſe-
cundum eum, quemadmodum requiritur ſpacium xxx. anno
rum ad inducendam talem conſuetudinem infeudandi, eodẽ
modo a contrario requiretur ſpacium xxx.annorum ad tollẽ
dam ipſam conſuetudinem, quia tanto tempore mutetur na-
tura rei.l.cum qui.C.de feud.rei priua. lib. xj. Eandem opinio
nem reperio tenuiſſe Ioan.de Imol. licet non alleget And.de
Iſern.in d.capitul.vt ſuper.in v. col. vbi fortius dixit, ꝙ imo re
quireretur ſpatium.xl.anno per text. in capitulo cum de bene
ficio.de præbendis, lib.vj.& ibi ſingulariter ſubiicit, quod præ
latus non poterit etiam expreſſe incorporare talem rem con
ſuetam infeudari menſæ eccleſiæ, imo etiam ſub dubio forte
ſubiicit, quod non poterit prælatus cum conſenſu capituli. Eã
dem opi. ꝙ requirantur 30.anni, reperio tenuiſſe quendã mo.
Neapo. qui pro eadem opi. allegat And.de Iſer.in c.imperialẽ.
§.præterea Ducatus.de proh.feu.alie.per Fede.allegat etiã Bal.
in Repertorio ſup Inn.in verbo iurans & in c.j.de cler. qui in
ueſt. ſequa, deciſiones non reperio. Eandem etiam opinionẽ
tenet Imo.in c.ii.in pen.q.extra de feu. ſed iſta opinio nullate
nus eſt tenenda, quia falſum eſt fundamentum, ſuper quo fun
datur, non enim eſt verum, quod ad inducendam illam cõſue
tudinem infeudãdi requiratur tempus triginta annorum. Imo
ſufficit vna infeudatio ſolẽniter facta, etiam ſi intra octo dies
res rediret ad eccleſiam, vt dixi in præcedenti quæſtio. Ergo de
ſtructo fundamento, corruit ædificatum.ca. cum Paulus.j.q.j.
nec obſtat tex.allegatus per Imo.in d.c.cum de beneficio. qa
præſupponit ibi tex.quod ad inducẽdã ibi conſuetudinem re
quiretur ſpatium xl.anno ideo nimirum, ſi tãtum tempus re
quiritur etiam ad tollendam ipſam cõſuetudinem. Sexta fuit
opinio principalis. An.Barb. in d.c.vt ſuper.in 3.colum. extra
de re eccle.non alien.quod ſufficiat ſpatium x.anno, vt præſu
matur, quod prælatus hoc declarauerit, tenendo illas res vtili
ter.& directo non infeudando aliis.ar.l.ſi filius.C. de pe.hær.l.
qui in alie.§.ꝙ ſi non alienauerit.ff.de acqui.hære.cum quibuſ
dam aliis per eum alle.& ſubiicit iſta eſſe menti tenenda, quia
noua ſunt in hac materia. Quid tenendum in tanta opinio
num varietate. Ego arguo vltra prædictos omnes Doct. quod
omnes prædictæ opi. ſunt falſę, & quod imo ad hoc, ut res ſoli
ta infeudari perdat huius ſtatus qualitatem, requiratur quod
interueniant omnes ſolennitates, quæ interuenerunt ad indu
cendum, quod dicatur res ſolita, & ſic ſi prima in feud. fuit ſo
lennis, quod eædem ſolennitates requirantur ad tollendã iſtã
7 qualitatem. †nam communis eſt regula, quod ſolennitas req
ſita in actu conficiendo, requiritur etiam in eo deſtruẽdo. tex.
eſt in auth. ecõtra ſi filii.C.de rep.in §.non habẽre.in Auth.de
deſęn. Ang.con.ccxxx.inc.pars.per quam regulam dicit Card.
in c.relatum.el j.extra, de teſt.quod quemadmodum legatum
ad pias cauſas poteſt fieri coram duob.teſtib. ita etiam coram
duobus teſtib.poteſt adimi & reuocari, ꝙ dictum ſequitur ibi
Imo.ſic etiam dixit Bal.in l.fi.in vi.col.C.de fideicõ quod ſi ex
forma ſtatuti legatum poteſt probari per duos teſtes, ſic etiam
ademptio legati poterit probari per duos teſtes. refert & ſequi
tur Ale.conſ.xxij.incip.ſtatutis accurate perſpectis.in pen.col.
in 2.vol.ſic etiam dixit glo.fi.in c.quamuis.de procura. lib.6.ꝙ
ſi mandatum non fuit intimatum in iudicio iudici, vel parti.
non eſt opus ꝙ eius reuocatio intimetur. prædictis tamen nõ
obſtantibus, ego ſequor opin.Bar. de qua ſupra, ꝙ ſit neceſſa
ria incorporatio facta p prælatum, quia regula prędicta, quę
vult ꝙ ſolennitas adhibita in actu faciendo, requiritur etiam
in ipſo deſtruendo, recipit ſignandam limitationẽ, vt non pce
dat, qñ taliter deſtruenda res ipſa reducitur ad primum ſtatũ,
& ad ius commune primęuum. Iſta concluſio probatur per
tex.in l.hac conſultiſſima.§.ſi quis ãt.C.de teſt.in l.ii.ff.de iniu.
rup.ubi ſecundum teſtamẽtum minus legitime factum, tollit
primum ſolenne, quando per illud ſecundum reditur ad ius
commune, quia in eo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, per
quos tex.ita ſignanter determinat Bartol. in repe.l.omnes po
puli.in pen.q.3.q.principalis.ff.de iuſt.& iure, ubi concludit, ꝙ
ſi populus fecit ſtatuta contra ius commune a ſuperiore con
firmata, poterit tamen ea ſtatuta tollere, & redire ad ius com
mune, ſine ſuperioris auctoritate ſimiliter dixit Bal.in l.ex pla
8 cito, in iij.col.ad fi.C.de rerum permut. †quod ſi papa confir
mauit ſtatutum populi, ꝙ pater poſſit inſtituere filium illegiti
mum, tamen poterit ſolus populus illud ſtatutum tollere, &
redire ad ius cõe. Tertio, magis in ſpecie pbatur p text.in c.cũ
apoſtolica.ver.j.reuocatione.extra de his, q̃ fi.a præla.ſine con
ſen.cap.vbi ſolennitas conſenſus capituli neceſſaria in aliena
tione, requiritur in actu, per quem res eccleſię reuertitẽ ad na-
turã ſuã.facit glo.ſing.in ca.ſtatutum.in verbo, numerandum.
de pręben.in vi.cum multis aliis ſimilibus, q̃ ad hoc cumulat
Fely.in c.cum oẽs, in 3.col.extra de conſ.& latius in c.cum ac
ceſſiſſent.in 3.& 4.col.extra eo.ſed ſic eſt, ꝙ in propoſito nr̃o,
qñ ſolus p̃latus incorporat menſæ ſuæ feudũ reuerſum ad ec
cleſiam, res ipſa feudalis rediit ad primũ ſtatũ ſuum, ut ſit de
menſa eccleſię, ut prius erat, Ergo nõ erit neceſſaria alia ſolẽ
nitas, crederẽ tñ, ꝙ qñ longo tpe pręlatus tenuiſſet talẽ rem
ad proprios vſus, licet nõ ↄſtaret de expreſſa incorporatione,
ꝙ cõſultius faceret p̃latus, ſi tũc nõ alienaret ſine debitis ſolẽ
nitatib.ut dicit tex.in c.vt s̃.extra de reb.eccl. nõ alie.& ita ſal
ua opi.Barb.s̃.relatã.ultra quẽ idẽ vr̃ dicere Pe.de Anch. in d.
conſi.clv.inc.pp tria, dum dicit, ꝙ ſi p̃latus diu poſſedit, ꝙ nõ
cõceſſit, præſumitur corporaſſe mẽſę ſuę. & ita ẽ ſaluat opi.
modernorũ.s̃.relata, dum dñt requiri declarationẽ expſſam
vel tacitã, hoc eſt, ꝙ p multũ tps pręlatus colligeret fructus, p
ut de aliis rebus eccleſię incorporatis.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo infeudandi per certas perſonas, an poſſit alterari, vt alias perſonas comprahendat?*
2 *Infeudatio in eo, in quo conſuetudo tranſgreditur, an valeat.*
3 *Conſuetudo dicitur eſſe ſtricti iuris, & proprios terminos non excedit.*
4 *Conſuetudo, quod feuda poſſint diuidi inter filios, non extenditur, vt pater poſſit vni filiorum prælegare.*

5 Con

5 *Conſuetudo alienandi rem Eccleſiæ certo modo, non extenditur ad alium modum, licet vtiliorem eccleſiæ.*
Conſuetudo circa certas perſonas, non extenditur ad ſimiles.
6 *Feudum propter meritum inueſtiti conceſſum, an ſit tranſmiſſibile ad fœminas.*
7 *Prælati eccleſiarum, an poſſint propter benemerita alienare res eccleſię.*
8 *Prælatus Eccleſiæ poteſt conſuetudinem ſolitam infeudandi alterare, per ſuperuenientem cauſam iuſtam, & legitimam.*
9 *Conſuetudo, an & quando poſſit extendi.*
10 *Præſuppoſito, quod non valeat infeudatio in eo, in quo extenditur conſuetudo, an ſaltem valeat vſque ad terminos conſuetudinis.*
11 *Res ſolita dari in Emphyteuſim vſque in tertiam generationem, ſi detur vſque in quartam, valebit ſaltem vſque ad tertiam.*
12 *Venditio plurium rerum Eccleſiæ, quarum aliquæ poterant vendi, aliæ non, valebit ſaltem illarum, quæ poterant uendi.*
13 *Eccleſia poteſt locare ad modicum tempus, & ſi locat ad longum tempus non ualet locatio.*
14 *Datio in ſolutum facta per iudicem pro pluri, quam ſit debitum, vitiatur in totum.*

SEXTA QVAESTIO. SI REM IN FEVDVM dandi conſuetudo excedatur, quid iuris.

SExto principaliter quæro.
1 † Si ſit conſuetudo Eccleſiæ infeudare in maſcu-
los, & fiat infeudatio in maſculos, & fœminas,
vel ſit conſuetudo infeudãdi, vſque ad tertiã generationem,
& fiat vſque ad quartam, quid iuris ſit? iſtam quæſtionem di-
2 uido in duas principales difficultates. † Prima erit difficul-
tas, an valeat infeudatio in eo, in quo exceditur cõſuetudo.
Secunda erit difficultas, poſito, quod non valet inquantum
exceditur conſuetudo, nunquid ſaltem valeat, vſque ad eam
partem, ad quam ſe extendit conſuetudo, an vero in totum
vitietur? Circa primam difficultatem, Iaco. de Belu. in c. 1. in
prin. qui feud. dare poſſ. late ar. ad partes. & tandem conclud.
quod non valeat talis infeudatio, idem tenet ipſe Iacobus de
Belu. in c. 1. §. ſimiliter. infra de lege Corradi. idem tenet Iac.
Aluarot. poſt Nico. de Nea. in d. c. 1. in prin. qui feu. dare poſſ.
in 8. colum. idem etiam tenet Mart. Lauden. ibi, ad fi. idem in
effectu tenet Card. Medio ibi in penul. col. & iſtam opinion.
præſupponunt etiam auctoritates allegandæ in ſeq. difficul-
tate, & pro iſta opinione adducitur imprimis ſtringens fun-
3 damentum, † quia cõſuetudo dicitur eſſe ſtricti iuris, & pro-
prios terminos non excedit, c. quod tranſlationem, & quod
ibi not. Panorm. in 2. no. extra de offic. lega. Bart. in l. poſt do-
tem, in antepen. colum. ff. ſol. mat. Bar. in l. fi. ver. vnum aliud
quæritur. C. communia vtriuſque iu. vbi no. dicit, quod con-
ſuetudo habet tantum de effectu, & potentia, quantum de
vſu, cum aliis, quæ ſupra in præludiis allegaui in 3 q. princ. &
ideo conſuetudo infeudandi in maſculos non debet exten-
di ad fœminas, nec in tertiam generationem extendi ad quar-
tam. Secundo pro eadem opinione adducit Iaco. de Bel. text.
in c. j. §. profecto. de l. Corra. Tertio mouetur Iac. de Bel. quia
prælatus non poteſt facere deteriorem conditionem eccle-
ſiæ. l. iubemus nulli. C. de ſacroſanct. eccle. c. cum apoſtolica.
extra de his, quæ fiunt a præla. ſine conſenſu cap. ſed ſic eſt,
quod infeudando fœminas ſit deterior conditio eccleſiæ, quia
fœmina in feudo ſeruire non poteſt. c. 1. an mutus, vel alias
imperfectus. ergo prælatus non poterit. Ego addo vltra Do-
ctor. hic, quod iſtam opinionem ſequitur Alexand. in conſi.
5. incip. ſi vera ſunt, in 3. col. ad fi. in 5. volum. Idem etiam te-
net Rapha. Comen. conſi. 99. incip. quędam poſſeſſio. idem
Rapha. Fulgo. conſi. x. inci. Bonazonta, & conſi. 217. incipien.
4 Petrus. † Secundo addo illud, quod decidit Oldr. conſi. 237.
incip. prędectis, vbi fortius, & ſingularius dixit, quod conſue-
tudo, quod feuda poſſint diuidi inter filios, non extenditur,
vt pater poſſit prelegare vni filiorum, licet prelegatũ ſit quę-
5 dam diuiſio. † Tertio adde illud, quod adhuc ſingularius di-
xit Cald. conſi. xi. ſuper rubr. de feud. vbi dixit, quod conſuetu-
do de alienando vtile dominium eccleſię, certo modo non
poteſt extendi ad alium modum, etiam ex aliqua parte vti-
liorem eccleſię, ad quod vide etiam Alexand. conſil. 9. incip.
viſo themate, in j. colum. in 2. vol. ſic etiam dixit Pau. de Caſ.
conſi. 312. incip. quoniam adiectione, ad fi. quod conſuetudo
circa certas perſonas non extẽditur ad ſimiles, & ſic ſtat con-
cluſio, quod pręlatus non poteſt alterare ſolitam conſuetu-
dinem infeudandi. Iam communem concluſionem limita-
te, primo ſecundum Iacob. de Belu. in d. c. 1. in princ. qui feu.
dare poſſ. non procedere, quãdo pręceſſiſſet meritum ex par-
te recipientis, per text. ſingularem in materia feudali. in cap. j.
6 quemadmodum feu. ad filiam perti. † vbi feudum alias non
tranſmiſſibile ad fœminas, fit tranſmiſſibile propter pręcedẽs
meritum inueſtiti. Iſtam limitationem Iacob. de Bel. repro-
bat Mart. Lauden. ibi motus primum per text. in d. c. 1. § pro-
fecto. de l. Corra. Secundo, quia conſuetudo non extenditur,
vt ſupra dixi. Nec obſtat text. in d. c. 1. quemadmodum feud.
ad fil. pertin. quia ſecundum eum ille tex. non loquitur in bo-
nis eccleſię, ſed in bonis patrimonialibus laicorum. Mihi au-
tem placet limitatio Ioann. de Bel. pro cuius defenſione ad-
uertendum puto, quod immo text. in d. c. 1. quemad. feud. ad
fi. pertin. habet etiam locum in rebus eccleſię. Primo per il-
lud, quod ſupra dixi in preludiis: in 2. q. princi. vbi per multas
authoritates concluſi, quod illę conſtitutiones feudales ligant
7 etiam clericos & eccleſiaſticas perſonas. † Secundo me mo-
uet, quia etiam prelati eccleſiarum poſſunt multoties pro-
pter benemerita alienare, cum alias non poſſent glo. Bart. in
l. iubemus nulli. C. de ſacroſanct. eccle. bonus tex. in cap. rela-
tum, in verbo, iuxta ſeruitium, extra de teſt. Bartol. in l. iuſta.
ff. de manumiſ. vind. Io. And. in addi. Spec. tit. de rebus eccleſ.
non alie. ſuper rubr. & iſtam opinionem Iaco. de Bel. reperio
tenuiſſe Card. Floren. in c. 2. in 3. colum. & in 3. quęſt. extra de
feud. Alua. in d. c. 1. in princip. qui feud. dare poſſ. in 8. col. poſt
Nicol. de Neapo Raph. Fulg. conſi. 220. incip. nobiles. Non
omitto tamen illud, quod ad declarationem huius limitatio-
nis dixit ipſe Raph. Fulg. in conſi 4. incipien. ad id, de quo
quęritur. vbi dicit, quod quando pręlatus vellet inueſtire filiã
propter meritum patris, quia in feudo eccleſiaſtico fœminę
non ſunt capaces: debet pręlatus maritum. allegat Summi-
ſtam in ſumma de ſucceſſio. feud. §. ſic ergo nepos, in 2. col.
bonum text. in ſimili. in l. 4. in fin. C. de naturalib. & ita dicit
8 de facto ſeruatum Paduę. † Secundo limitabitis prędictam
cõmunẽ concluſionem, quod pręlatus non poſſit alterare
ſolitam conſuetudinem, non procedere, quando iuſta &
legitima cauſa alienandi de nouo ſuperueniret: puta ſi res
eccleſię eſſet infeudata alicui potenti: quia poſſet pręlatus
reinfeudare impotẽtiorẽ: & ſic alterare ſolitã conſuetudinẽ
ad hoc, vt res ipſa eccleſię extrahi poſſit e manibus ipſius
potentis, ad quem indebite peruenit: ita decidit Bald. in dicto
c. 1. in princip. qui feud dare poſſ in 4. col. per text. ſępius alle-
gatum capit. 2. ad fi. extra de feu. per quem tex. ita etiam deci-
dit Anto. & communiter cano. quos etiam ſequitur Aluaro.
ibi, in 8. colum. Et ſi dixeris, nonne obſtat diſpoſitio tituli
de alien. iud. mutan. cauſa facta. qui diſponit, quod non poſ-
ſit fieri alienatio in potentiorem? reſpondent pręfati Doct.
quod ille titulus ſolum procedit, vbi calumnioſe fit talis *alie-*
natio animo fruſtandi aduerſarium: ſecus autem *in caſu no-*
ſtro, in quo fit alienatio bona fide, vt res Eccle*ſiæ poſſit*
recuperari: & ſic ſecundum pręfatos Docto. erit hoc caſu ſpe-
ciale fauore Eccleſię. Adeo, quod clerici in rebus patrimo-
nialibus non poterunt illud facere, & illa erit magna limita-
tio ad dictum titul. de alien. iud. mu. cauſa fac. ita ſingulariter
limitat Hoſtien. ſumma, in tit. de alien. iudi. mun. cauſa fac. in
verſic. an actio vendi poſſit, alias eſt ſub rub. de ceſſio. actio.
& pro iſta limitatione ego allego bonum textum, in l. item
ſi res. §. j. in l. non ſolum. §. 1. ff. de alien. iud. mu. cauſa fac. vbi
ſunt tex. expreſſi, quod ad hoc, vt habeat locum diſpoſitio il-
lius tit. requiritur, quod interueniat dolus in alienatione. vel
aliter vltra prędictos Doct. poteſtis reſpondere, quod ex quo
pręſupponimus illum potentem indebite occupaſſe, quam-
uis poſtea pręlatus alienet in potentiorem, non poterit illa
obiici, quia exceptio doli, vbi dolus argui poſſet, tolleretur
per replicationem maioris doli, iuxta notata in l viro, atque
vxore. ff. ſolu. matrimo. in l. ſi ambo. ff. de compen. & ex hoc
habetis aliam no. limitationem ad diſpoſitionem tituli pręal-
legati, vt non procedat, quando vnus ipſorũ in potentem
alienaſſet, quia poſſet alius in potentiorem alienare ſine pę-
na. Iſtam tamẽ limitationem ſane intelligatis procedere in
re alias ſolita infeudari: quid autem iuris ſit in re non ſoluta
9 infeudari, infra particularius tangemus. † Tertio limitat
concluſionem Raph. Comen. in conſilio 99. incip. quędam
poſſeſſio. vt non procedat, quando plures prælati appoſuiſ-
ſent illa verba in fœminas, & fluxum eſſet tempus quadra-
ginta annorum, quia cum ſecundum eum tanto tempore
poſſit induci conſuetudo infeudãdi, multo magis poteſt ex-
tendi. Sed tu aduerte, quod veritas iſtius limitationis depen-
det ab his, quę diximus ſupra, in 3. & 4. quæſtio. vbi declara-
uimus, quod requirantur ad inducendam talem conſuetu-
dinem. Poſtremo de hac materia, an & quando conſuetu-
do poſſit extendi in omni materia, vide latiſſime dominum
Felyn in c. audiuis, in 6. col. & pluribus ſequentibus, extra de
10 pręſcrip. † Secunda principalis difficultas eſt, videre nun-
quid præſuppoſito, quod non valeat prædicta infeudatio in
eo, in quo exceditur conſuetudo: an ſaltem valeat vſque ad
terminos conſuetudinis? Bardus in d. c. 1. in princip. qui feud.
dare poſſ. in 2. colum. determinat, quod ſic, eo fundamento:
quia in ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur. l. ſanci-
mus,

mus.C.de dona.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſt.
glo. in l.pecuniæ fęnebris.ff.de vſur.allegat etiam tex.in l.ſi Ti
tio & mihi.§. fina. ff. de legatis ſecundo. idem tenet Baldus
in primo capitulo §.ſimiliter de l.Corradi.ad idem facit,quod
dicit Bal. ibi in tertia columna, dum dicit, quod ſi conſuetu-
do permittat inſeudari in vnum hæredem, & fiat inſeuda
tio in duos,valebit tantum in vno, nec permiſſum ab inutili
vitiatur.Eandem opinionem in terminis tenent Card.Floren.
& Inno.in c.ii.in antep.column.extra de ſeud.In eandem opi-
nionem inclinant auctoritates allegatæ in præcedenti diffi-
cultate.& ita etiam in effectu Cardi. Mediolan. ibi in penulti-
ma columna.Vltra quos iſtam opinionem tenet etiam expſ-
11 ſe Raph.Fulg.conſi.ccxx.incipien.nobiles de fortiate.†Pro ea-
dem opinione facit illud, quod communiter decidunt Doct.
in ſimili,in emphyteuſi, quod ſi res eccleſiæ ſit conſueta dari
in emphyteuſim in tertiam generationem,ſi detur in quartã,
valebit ſaltem in tertiam,ita decidit Bald. in auth. ſi quas rui-
nas.C.de ſacroſanct. Pau.de Ca.& communiter moder. in au-
then.qui rem.C.eo.ti.de quo tamen latius ponit Alc.& Aret.
in l.j.§.ſi ſtipulanti.alias in §. ſed & ſi mihi.ff.de verbo.obli.&
in l.quod dicitur.ff.eod.titu.ad quos vos remitto,quantum ſit
in conceſſione in emphyteuſim.Pro iſta opini. facit optimus
text.in § neque in Auth.de non alienand ubi deciditur,quod
ſi res eccle.quæ non poteſt alienari,niſi in duos hæred.alienẽt
cum pacto,ne poſt mortem duorum hæredum adhuc renoue
tur,non vitiabitur in totum,ſed valebit ſaltem in caſu permiſ
ſo.Secundo pro eadem opinio.eſt melior text.in c.j.§. profe-
cto.de l.Corrad.tenendo, quod vltima opin. ibi relata ſit ap-
probata,argumen.glo.in l.qui filium.§.Sabinus. ff. ad Trebel.
Tertio pro eadem opinio.multum facit illud,quod decidit gl.
communiter approbata in c.querelam,in verbo,non potuit,
extra de Simo.ubi decidit glo.& expreſſius Panorm.& Ioã.de
12 Ana.†quod ſi eccleſia vendat plures res ſimul, quantum aliæ
non potuerunt alienari(puta, quia ſpirituales)non vitiabitur
in totum alienatio,ſed valebit,quantum ad alias res. per quã
deciſionem referunt modern.in d.authenti.qui rem, C.de ſa-
croſanct.eccle.conſuluiſſe & obtinuiſſe, ꝙ ſi eccleſia dederit
in emphyteu.multas res ſimul, quarum aliquæ dari non po-
terant(puta,quia ſpirituales)non vitietur in totum emphyteu
ſis,ſed valet quantum ad alias res. Allegant pro eadem opi-
nione tex. in l.ſi publicanus.§.primo in verſicu. vt ſi quid am-
plius.ff. de publica.per quem text.dicunt decidere Bartol. in l.
cotem ferro §.dominus.ff.de publi. & in l. cum proponas.C.
de naut.fœno.quod ſi aliquis portet aliquas res non ſoluto ve
ctigali,& aliquæ deberent ſoluere,aliquæ non,ſi reperiatur in
itinere,debet ſolum amittere eas,ex quibus debebat ſolui ve-
ctigal.Quarto pro eadem opinion.ego adduco duas optimas
glo Io.And.prima eſt in c.fin.de pœni.& remiſſi.lib 6. alia eſt
in regula,ea quæ in vj.de reg.iur. & iſta eſt vera & communis
ſententia.Contra tamen hanc communem ſententiam mul
tum ſtringit fortiſſimus tex.in §.emphyteuſim,in verbo, neq;
quod aliter fit aliquod penitus robur habere permittimus.in
Auth.de non alienan.per quem tex.tenet ibi Ang. quod imo
conceſſio in emphyteuſim in quartam generationem rei ſo-
litæ dari in tertiam,in totum ſit nulla & per illum tex. dicunt
moderniores in d.authẽ. qui rem.quod ita iudicarent contra
omnes, quia vltra geminationem verborum in illo text.poſi-
torum ponderanda eſt dictio,penitus, quæ idem importat,ꝙ
omnino l.j.iuncta rubr.C.de gladia.omnino tolle. lib.xj.& ſic
vult ille tex.quod in nihilo valeat.Ego tamen defendo com-
munem ſententiam ab hac impugnatione,& dico, quod iſte
tex.nihil facit,nam aduertendum eſt, quod illa verba, neque
quod aliter fit,&c.non referuntur ad totam emphyteuſim,qa
ſi ſic referrerent,non poſſet reſponderi,dicunt ergo ſolum re
ferri ad partem prohibitam,& ſic erit ſenſus,res Eccleſiæ non
poteſt dari in emphyteuſim ſecundum metam ibi taxatam,&
quod aliter fit,id eſt,vltra metam taxatam,nihil penitus robo
ris habet,ſcilicet in eo,in quo exceſſa eſt meta, quia in hoc be
ne detur aliter fieri,ſed illud quod fit intra metam, dicitur fie-
ri,non autem aliter. & iſtum puto eſſe intellectum veriſſimũ
ad illum tex.Secundo,contra prædictam multum fortiter ob
ſtat text.in clemen.j.de reb.eccle.non alienan.in verſic.ſi quis
autem, ibi. nec ex conceſſione ipſius accipientis ius aliquod
13 acquiratur,vbi probat tex.†quia licet eccleſia poſſit locare ad
modicum tempus, & non ad longum, ſi locet ad longum in
nihilo valebit,& ſic non valebit in modico.iſtum tex. allegat
Fran.de Are.in d.l.quod dicitur,in vlt.colum.ff.de verbo.obli.
ſed ante eum illum tex.allegauit Bald.in l.quicunque,in j. col.
C.de bo.quæ lib.vbi dicit ad propoſitum, quod illud quod fit
contra legem,ſi partim ſit licitum & partim ſit illicitum, in
totum vitiatur.Sed defendendo communem ſententiam,po-
teſtis ſubtiliter reſpondere,quod ideo non valet in modico,qa
non affert tantum vtilitatis pars reſpectu partis,quantum to-
tum reſpectu totius. Nam locatio ad longum tempus, tranſ
fert ius in re.l.prima.& ibi Barto.ff.de ſuperfi.l.prima.ff.ſi ager
vectiga.ſecus in locatione ad modicum tempus. l.non ſolent.
ff.locat.& ideo,quia non eſt veriſimile,ꝙ accipiens accepiſſet:
ad modicum tempus, & fuerit contentus modica locatione,
quæ non transfert ius in re, ex quo per longam locationem
tractabat de quærendo ius in re,& per conſequens deficit con
ſenſus,ideo nimirũ ſi non valet in modico,iſta ſol eſt de men
14 te Fran.Are.in d.l.quod dicitur,ad fi.†Tertio & vltimo cõtra
prædictam communem concluſionem fortiter facit tex.cum
his,quæ ibi no.Doct.in l.ſi.non ſortem.§. ſi centum. ff.de con
dictio.indebi. vbi in ſolutum datio facta per iudicem pro plu
ri debito,in totum vitiatur,nõ autem valet in eo, quod eſt de
bitum.Sed potes reſpondere prout dicere videntur Doctores
ibi,quod ideo illud ſit,quia decretum iudicis interpoſitum ex
falſa cauſa eſt nullum ab ipſo iure.l.cum vero.§ ſubuentum.
ff.de fideicom.liber.& ita in terminis reſpondet Bald.in l.certi
condictio.§.quoniam,in 3.column.ff.ſi cert.peta.vbi ponit de
cem caſus,in quibus vtile per inutile non vitiatur,& totidem,
in quibus vtile per inutile vitiatur. Vel aliter poteſt reſponde
ri,quod ideo ibi illud ſit,ne cogatur per errorem ſoluens plus
debito ſtare in communione cum recipiente, ideo poteſt to
tum repetere, ſed creditor poteſt detinere loco pignoris, do
nec ſibi ſatisfiat,& ideo ſi ſolueretur pecunia, vel vinum, vel
quid ſimile,non poſſet in totum repetere,quia in talibus non
fit communio reſpectu corporum, imo fit diuiſio per nume
rum,vel per menſuram,vt ibi per Bar.

SVMMARIVM.

1 *Prælati eccleſiarum, an poſſint infeudare res ſolitas infeudari cõſanguineis ſuis & affinibus.*
2 *Prælati eccleſiarum,ſi ſint executores vltimarum voluntatum, poſſunt diſ penſare in conſanguineos ſuos.*
3 *Diſpoſitio auth. Quibuſcunque modis,non habet locum,ubi fieret talis con ceſſio perſonis bonę conditionis & famæ, licet affinibus.*
4 *Prælati eccleſiarum an cæteris paribus,debeant potius conferre beneficia Eccleſiaſtica conſanguineis & affinibus, quam extraneis, cum nemo un quam carnem ſuam odio habuit.*
5 *Coniunctio ſanguinis facit quem ſuſpectum, ut eius iudicium poſſit recu ſari.*

SEPTIMA QVAESTIO: AN PRAELATVS ſanguine vel affinitate coniunctis feu dum dare poſſit.

1 SEptimo principali. quæro.
†nunquid prælati eccleſiarum, quos ſup. diximus
poſſe inſeudare res ſolitas,poſſint eas inſeudare ꝯ
ſanguineis,& affinib.ſuis?Iſtã eſt pulchra & quotidiana dubi-
tatio,in qua Docto.multum varie & æquiuoce locuti ſunt,&
in qua multum intricate loquitur Cardina.Medio.in cap. j.in
principio qui feud.dare poſſ.in vj.column.& ſeq.Allegatur in
primis glo.in capi.j.qui ſucceſſ.teneantur.el j.& in capitu. j.§.
fina.ſi de inueſt.inter do.& vaſ.lis oria.ubi gloſſ. ſimpliciter te
net,quod prælati eccleſiarum non poſſint inſeudare cognatis
& affinibus ſuis,per tex. in authenti. quibuſcunque modis.C.
de ſacroſanctis eccleſiis.qui eſt canonizatus in §. quibuſcunq;
modis.10.q.ij.& iſtam opinio.reperio in effectu tenuiſſe Mar.
Lauden.in d.cap.in ij.col.qui ſucceſ.teneantur.Rapha.Fulgo.
in conſi.220.incipien.nobiles de fortiate.& pro iſta opinion.
facit quod dicit glo.not.in c.peruenit.j.q.iii.vbi dicit,epiſcopos
eſſe cæcos circa nepotes & conſanguineos ſuos, quærentes ip
ſos diuites reddere,ex redditibus eccleſiæ, ad idem facit ſingu
lare dictum Archid.in cap.non liceat Papæ.12.q.ij.vbi dicit,ꝙ
papa mortaliter peccat alienando res eccleſiæ in caſu prohibi
to,puta,vt det precium conſanguineis & agnatis ſuis,quod di
ctum pro ſing.refert Panormitanus in c.conſtitutus,in 3. col.
extra de religio.domib.quod qualiter procedat, vide omnino
Felyn.in c.ad audientiam.extra de præſcrip.in princi.Secunda
fuit opinio.Iaco.de Bel.in d.c.j.in prin.qui feu.dare poſſ.quod
prælati eccleſiarum non poſſint inſeudare res ſolitas conſan-
guineis & agnatis ſuis,ſed bene poſſint inſeudare feudum nõ
immenſum cõſanguineis benemeritis, & maxime pauperib.
dummodo inſeudatio non ſit damnoſa eccleſiæ. Tertia fuit
opi.And.de Iſer.in d.c.j.in 8.col.q ſuc.ten. dicentis, ꝙ p̃lati ec
cleſiarum poſſunt inſeudare conſanguineis & cognatis ſuis,
cũ ſolẽnitatib.debitis.Quarta fuit opinio Bat.in d.authen.qui
buſcunque modis C.de ſacroſ.eccle.tenentis, ꝙ prælati eccle
ſiarum non poſſint in perpetuum inſeudare conſanguineis &
cognatis ſuis, etiam res ſolitas inſeudari, ſed bene poſ-
ſint ad tempus, puta, in ſecundam vel tertiam generatio

nem

nem. Quinta fuit opinio, quam tenuit quidam Modernus
Neapolit.in d.capitulo. 1.circa finem, qui ſucceſ. tene. vbi re-
nuit, quod prælati eccleſiarum poſſint infeudare res ſolitas
conſanguineis,& affinibus ſuis, interuenientibus tamen de-
bitis ſolennitatibus,& ſic, quod vbi alias res ſolita infeudari,
poteſt infeudari extraneo ſine debitis ſolennitatibus, cap.2.
extra de feud cum aliis allega.in q.1.ad hoc, vt poſſit infeu-
dari conſanguineis opus erit, quod interueniant debitæ ſo-
lennitates,quæ alias requirerentur in noua infeudatione, al-
leg.ad hoc.Andr.de Iſer.ibi Archi. in d.c.Epiſcopus.10.qō.2.
Bal.in d.Authen.quibuſcunque modis.C.de ſacroſan. eccleſ.
ſed in libro meo Archid.& Bal.iſtud non dicunt:eſt bene ve-
rum,ꝙ And.de Iſer.ibi,vt ſupra retuli,ſimpliciter dicit,quod
prælati eccleſiarum poſſunt infeudare conſanguineis ſuis,
cum debitis ſolennitatibus, ſed non diſtinguit Andr. de Iſer.
vtrum loquatur in rebus ſolitis,vel non ſolitis, & ideo pote-
rit intelligi iuxta communes doctrinas, vt requirantur ſolen
nitates debitæ in rebus non ſolitis. In tanta Doctorũ, & opi
nionum varietate omnibus recte penſatis magis communis
videtur ſententia, quod poſſint prælati eccleſiarum ſine de-
bitis ſolennitatibus infeudare res ſolitas conſanguineis, &
affinibus ſuis,dummodo infeudatio non ſit multum onero-
ſa eccleſiæ,& alias ſuſpecta. ita tenet Baldus in d.c.j. in princ.
qui feud. dare poſſ.in 3.colum. reprobata opinione quorun-
dam diſtinguentium,vt ibi latius per eum. Eandem opinio
nem tenuit glo.in c.j.in princ.ſi inter do. & vaſall.lis oria.vbi
dicit gloſſ. quod licet de iure videatur dicendum, quod non
poſſint: tamen de conſuetudine obſeruatur, quod imo poſ-
ſint:& ibi ſubijcit Bald. quod non ſolum iſtud eſt de conſue-
tudine,ſed etiam de iure: prout in ſimili quando prælati ec-
cleſiarum ſunt executores vltimæ voluntatis, quia poſſunt
in conſanguineos diſpenſare,iuxta illud.C.de ſacroſanct.ec-
cleſi.Eandem opinionem tenet idem Bal.in c.1.in 25.q.C.de
rerum diui.& in d.auct.quibuſcunque modis.idem Bal. in c.
de priore.text.de appel.eandem opinio.tenet Iac.Aluar.in d.
c.j.in prin.ſi de inueſti.inter do.& vaſal.lis oriatur. vbi alleg.
ad hoc.Arch.in d.c Epiſcopus.10.q.2.& ſubdit Aluaro.ibi,ꝙ
ex quo iſti conſanguinei prælatorum accipiunt cum eiſdem
qualitatibus, quibus facta erat prima conceſſio, non dicitur
lædi eccle.& ceſſat ratio prohibitionis, ſecus eſſet, vbi fieret
talis infeudatio potentiori,vt ibi latius per eum. Pro eadem
opin.adducit Ioan.de Imo.in c.vt ſuper.in x. col. extra de re-
bus eccle.non alien.illud quod decidit Fede. de Senis,conſil.
3 52.incip.quidam prælatus,vbi dicit, † quod diſpoſitio d. Au-
then.quibuſcunque modis,non habet locum, vbi talis con-
ceſſio fieret affinibus, & conſanguineis. qui eſſent perſonæ
bonæ conditionis & famæ, & quæ veriſimiliter non poſſint
eſſe oneroſæ,nec damnoſæ eccleſiæ.allegat ad hoc Archi. in
d.c Epiſcopus.10.q.2.& no.in c.decenter.89. diſtin. Subdit ta-
men Imo. quod licet iſta videatur magis communis ſenten-
tia:tamen propter varietatem opin.tutius eſt abſtinere a tali-
bus conceſſionibus. Ego ſequor communem opini. de qua
ſupra,quam vltra præallegata reperio tenuiſſe Cardi.Floren.
in cle.frequens,in ver. Abbates,de exceſ.prælar. pro eo addu-
co textum bonum,in cap.relatum.in verbo,ſiue conſangui-
nei ſint.ſiue alii.extra de teſtam. ad idem etiam adduco text.
& quod ibi decidunt Canoniſtæ,in c.dilecto, in princ.de præ-
4 ben.vbi dicitur, † quod Epiſcopi & alii ſuperiores, cæteris pa
ribus, debent potius conferre beneficia eccleſiaſtica conſan
guineis,& affinibus ſuis,quam aliis extraneis, quia nemo vn
quam carnem ſuam odio habuit.c.non exiſtimemus.13. qō.
2.ad quod etiam bene facit tex.in cap. non ſatis.86.diſtin.vbi
etiam in diſtribuendis eleemoſynis propinqui pferendi ſunt,
& ideo licitum eſt clerico de redditibus eccleſiæ iuuare pro-
pinquos inopes.c. 2.& ibi Abb.in 2.not.extra de arbit.Anto.
de Butr.in c cum haberet.per illum textum, in vlti. col.extra
de eo,qui dux.in mat.quam pol.per adul.Panormi.in c.con-
iugatus.in vlt.col.de conuerſione coniug.in cap.conſtitutus,
in 3.colum.extra de relig. do. Et tenendo hanc opinionem,
quę videtur magis communis,conſequens eſt reſpondere ad
textum,in d.Auth.quibuſcunque modis,canonizata, vt ſup.
reperio colligendo dicta omnium dari quatuor principales
ſolu. ex quibus reſultabunt quatuor limitationes ad ipſam
Authen.Prima ſolu.reſultat ex his, quæ dicit Bal. in d.c.1. in
princ.qui feu.dare poſſunt.quod illa Auth.ſolum procedit in
emphytheuſi,& ſic in diſpoſitione iuris communis, nos au-
tem loquimur in feudo,quod magis nititur gratia, & ſic iu-
re conſuetudinario.Idem etiam facit Iac.de Bel.ibi, referens
eſſe expreſſum a contrario ſenſu,in c.ſummopere. §. dicitur
capitulis extraordinarijs. qui tamē titulus communiter non
habetur,vbi tex.loquens de feudo eccleſiaſtico dicit, quod ſi
coniunctę perſonę gratia tale dederit feud. ex quo duos con
ſimiles vaſallos acqrere potuiſſet inutile eſt beneficiū. quem
text.refert etiam ibi Cardi.Mediol.in 6. col. Secunda reſultat
ſolu.ex his,quæ dicit idem Bald.in d.l.in 25.q.ff.de rerum di-
uiſio.& in d.c.de priore,extra de appel. per Aluar. in d.c.j.in
11.col.ſi de inueſt.inter dominum,& vaſal.lis oriatur, quod
d.Auth.ſolum procedit in rebus non ſolitis infeudari, vel in
emphyteuſim dari,ſecus autem ī rebus ſolitis,per ea, quæ ſu
pra dicta ſunt. Tertia ſolutio reſulat ex his,quæ dicit Fed. de
Sen.in d.conſi.52 relato per Imo.in d.cap.vt ſuper.in 10.col.
vt non procedat,quando talis conceſſio fit palam, & perſo-
nis non oneroſis eccleſię.Quarta reſultat ſolutio ex his, quæ
notanter dixit Panorm.in d.c.vt ſup.in vlt.col.extra de rebus
eccel.non alie.vbi mirabiliter dixit,quod diſpo. de Auth.qui
buſcunque modis non habet locum in prælatis eccleſiarum,
ſed ſolum in œconomo,de quo expreſſe loquitur.d.Auth.vt
ibi latius per eum, quam opinionem licet ipſe non referat,
tenuit etiam Pet.de Anch.ibi,poſt Federi.de Sen. Idem tenet
Panorm.in conſi.42.incip.videndum eſt in 5. col. Eſt verum,
quod contrarium in hoc tenuit Imo.in d.c.vt ſuper. quia ea-
dem ratio,quæ militat in œconomo, militat etiam in præla
to.& opin.Panor.in hoc reperio,quod etiam expreſſe repro
bat.d.And.Barb.in d.c.vt ſuper.tex.in d.Auth.quibuſcunque
mod.in verbo, ordinatorum.& licet ipſe non referat, repe-
rio,quod etiam idem tenet Andre.de Iſer. ſummus feudiſta,
in dicto capitulo primo. in 8. colum. qui ſucceſ. teneantur,
& ſic remanet defenſata magis communis ſententia, poſſe
prælatum talem infeudationem facere conſanguineis ſuis,
declarando vt ſupra. vnum tamen eſt, quod videtur fortiter
in contrarium obſtare: nam quando feudum reuertitur ad
eccleſiam Canones remittunt in arbitrio prælati, an velit de
nouo infeudare, tanquam in arbitrio boni viri, vt probat
tex.in d.c. 2. extra de feu.in verbo, ſi videris expedire. conce
das,quæ verba denotant arbitrium boni viri,vt late probaui
ſup. in 1.quæſt. Sed ſic eſt, quod ex ſanguinis coniunctione
oritur ſiniſtra præſumptio, quod quis debeat in fauorem
coniunctorum arbitrari.c.poſtremo.extra de apell.vbi con-
iūctio ſanguinis facit,quē ſuſpectum,& facit, vt eius iudiciū
poſſit recuſari, & ideo dixit Bald. in l. tutor. §. quæ tutori.ff.
de execu.tu. quod quando Papa creat aliquem cōſanguineū
ſuum Cardinalem, caro & ſanguis ei reuelauit, non autem
ſpiritus: niſi ſuſtinendo communē ſententiam dixeris, quod
ad tollendū hoc Doct. exigant perſonas non eſſe ſuſpectas,
& per conſequens, quod & prælati & conſanguinei non ſint
perſonæ ſuſpectæ: & ideo dixit Ant.de Bur.in d.c. poſtremo.
ext.de app. quod licet coniunctus parti, ſi ſit impetratus in
iudicem, poſſit recuſari vt ſuſpectus, vt ibi dicit tex.tamen ſi
eſt homo magnę ſanctimonię, non poteſt recuſari,quia non
eſt præſumptio, quod propter coniunctionem declinet a ſe-
mita veritatis. ſic etiam dixit.Spec. ti de iudice dele.§ quod
ſupereſt, quod regula.l.qui iuriſdictioni præeſt.ff.de iuriſdicti.
omn.iudi.non habet locum,quando iudex eſſet talis,vt veri-
ſimiliter non caderet in eum ſuſpicio:puta, quia eſſet mona
chus Carthuſienſis.Sequitur ſimpliciter Alexand. in d.l. qui
iuriſdictioni præeſt,in quinta fallentia.facit glo.no.in l.Tirio
fundus.ff.de condi.& demō. quæ vult,quod dictū notabiliſſi-
mi viri inducat iuſtiſſimā credulitatem.De qua materia,an &
quando propter ſummam viri legalitatem diſcedamus a re
gulis iuris communis, vide Moderniores in Auth.iubemus.
C.de iudi.Felyn.in c.cum contigat. in 3.colū.extra de reſcrip.
& in aliis locis, ad quæ ibi ſe remittit. Et ex hoc poteſt etiam
reſolui alia difficultas,ſi quis diceret,quod retēta hac opinio-
ne ſequeretur, quod ſit in poteſtate prælatorum deludere di
ſpoſitionē.d.Auth.quibuſcunque modis, quia prælati volen
tes infeudare conſanguineis ſuis prius infeudabunt extraneo
cum ſolennitatibus debitis:quo cauſa, vt ſupra concluſi,res
dicitur ſolita infeudari:& poſtea cauſæ agant, vt res ad eccle
ſiam redeat:demumq; infeudabūt conſanguineis ſuis, pro-
ut in ſimili decidit Iacob. Aluar. in dicto c.1. in princip. qui
feud. dare poſſunt.8.colum. poſt Canoniſtas. d.c.2. extra de
feud.quod non poterit prælatus rem non ſolitam infeudari
occupatam a potente infeudare,vt ab eius manibus redima
tur,ne detur materia prælatis permittendi, quod res Eccleſiæ
occupetur a potente, poſſint eam infeudare, quibus volue
rit:de quo tamen infra latius dicam.Nam honeſtas perſona
rum, & exacta ſolennitas, quæ a principio interuenit, fa-
ciunt ceſſare hāc ſuſpicionem.

S V M M A R I V M.

1 *Prælati Eccleſiarum, an poſint infeudare ſine debitis ſolennitatibus deci
mas ſolitas infeudari.*

OCTAVA QVAESTIO: NVM DECIMAE
non adhibitis ſolennibus recte in feudum dentur.

1 OCtauo Principaliter quæro, † nunquid deciſio
text.in d.c. j.in prin.qui feu.dare poſſ. di-
ſponentis, quod prælati eccleſiarum poſſint infeuda
re res ſolitas ſine debitis ſolēnitatibus: habeat locum in deci
mis,

nis, & ſic in rebus ſpiritualibus. In hac difficultate Doct.va
rie loquuntur. Panormita enim in c.prohibemus. extra de de
timis reprobando glo.ibi dicit Docto.magis communiter cõ-
muniter concludere, quod diſpoſitio illius tex.non habeat lo
cum in decimis, poſt prohibitionem conſilii Lateranenſis
de qua in d.c.prohibemus, in c.quamuis, & in c.ad hæc. eo.tit.
de decimis, Io.vero de Imo.in c.ij.in antep.col. extra de feu.di
cit, quod licet iſta opinio videatur tutior de iure, quod tamen
contraria ſententia, quam tenuerunt Hoſtien.& Archid.& pro
qua dicit ſe conſuluiſſe Cardina.Floren.in dicto.ca.ij.& quam
etiam ſequitur Aluar.ibi, circa finem videtur magis commu-
nis. Mihi tamen magis placet opin.Panormi. quam ante eum
late tenuit Ioan.And.in d.c.prohibemus, & in c. cum Apoſto
lica.extra de his, quæ fi.a præl.ſine conſenſu capituli. Eandem
opinionem ſequitur Marti Lauden.ibi in vi.column.referens
pro iſta opinion.vidiſſe conſilia illuſtrium Doctorum Domi-
norum Chriſtophori de Caſtellione.& Rapha.Fulg. Cum iſta
etiam opi.tranſit Card.Medio.ibi in antep.colum.ad quod ẽt
late videatis Io de Lig.in d.c.ad hæc, Geminianum in ca.ij.de
deci.lib.6. Conferunt quæ ſcribit Felyn.in capit. cauſam.extra
de præſcriptio.

S V M M A R I V M.

1 *Prælati eccleſiarum, qui poſſunt infeudare res ſolitas, an poſſint infeudare capitulo ſuo rem, quæ redeat ad eccleſiam.*
2 *Prælatus non poteſt facere deteriorem conditionem eccleſiæ.*
3 *Eccleſia nunquam moritur, & vaſallus epiſcopi poteſt alienare feudum in capitulum ipſius epiſcopi.*
4 *Epiſcopus qui iurauit non alienare rem Epiſcopatus, an poſſit donare capitulo ſuo.*
5 *Donatio facta per epiſcopum capitulo ſuo, an liget ſucceſſorem.*

NONA QVAESTIO: AN PRAELATVS ſuo ipſius capitulo recte in feudum det rem ſolitam & reuerſam.

NOno principaliter quæro,
1 †nunquid prælati eccleſiarum, qui poſſunt infeu-
dare res ſolitas, vt dixi, poſſint infeudare rẽ ſolitã,
quæ redeat ad eccle.capitulo ſuo? In hoc moder. omnes in d.
c.j.in prin.qui feud.dare poſſ.dicunt eſſe vnicam decisionem
Cardi.Flor.in conſ.xxxvij.incip.caſus, feudum quoddam, &c.
vbi ſignanter decidit nõ valere talem inſeudationem, eo fun
2 damento, †quia prælatus non poteſt facere deteriorem condi
tionem eccleſiæ.l.iubemus nulli.C.de ſacroſan.eccle.cap.cum
apoſtolica.extra de his, quæ fi.a præl.ſine conſen. capituli.ſed
ſic eſt, quod ſi prælatus infeudet capitulo rem ſolitam infeu-
dari particularibus perſonis, facit deteriorem conditionem ec
cleſiæ, quia non erit amplius ſpes, quod feudum redeat ad ec
cleſiam, prout erat in primo caſu, quia dignitas & capitulum
nunquam moritur.c.ſi gratioſe, de reſcrip.in vj.l. proponeba-
tur.ff.de iudic.ergo non poterit facere talem infeudationem,
ex qua fieret deterior conditio eccleſiæ. Ego addo pro iſta de-
ciſione bonum tex.in c.j.§ j. de alie. feud. vbi vaſallus in caſu
alias permiſſo non poteſt alienare eccle.quia eccleſia nunquã
moritur, & ideo deterior fieret conditio domini, quem tex.no
tat Bal.ibi in 4 colum. Idem etiam tenet Alex.in conſi.374.in
cipien.viſo themate.in 3.col.contra hanc deciſionem, quam
moder.ibi dicunt ſingularem, ego in primis adduco illud, ꝙ
ſolenniter conſuluit Cal.ti.de feu.conſ.xj.inci.an feudatarius,
3 vbi conſuluit, †quod vaſallus epiſcopi poteſt alienare feudũ
in capitulum ipſius epiſcopi, etiam ſi inter eos ſint bona diſ-
creta, & hoc propter maximam coniunctionem, quæ eſt in-
ter capitulum & epiſcopum. capitulo. nouit. extra de his,
quæ fiunt a prælat. capitulo. requiſiſti. extra de teſtamen.per
quam non videtur Epiſcopus in generali prohibitione aliena
tionis excluſiſſe ſuos, argumen.c.ii.extra de poſtulã. Secundo
adduco illud, quod no.Hoſtien.in c.poſſeſſiones, extra de re-
bus eccleſi.non alien.vbi dicit, quod ſi Epiſcopus eget in epiſ-
copatu ſuo aliqua domo vel camera, quæ eſt capituli, poteſt
eam emere a capitulo, quia non dicitur exire extra eccleſiam
4 argumen.l.voluntas.C.de fideicom. †Tertio facit, quod notat
velle Bald. in d. §. & quia vidimus. in 4. col. dum refert dictum
Odofr. & loquitur, qn̄ integro precio eſt emptum, & allegat
rōnem, quia nullum benefic. recipit, qui tantundem ſoluit:
ꝙ verbū ſingulariſſime notandum eſt in propſito. Secundo,
ſingulariter ſublimita, vbi feud. eſſet ſusceptum pro ſe, filijs,
& deſcendentib. maſculis: Quia tunc per verbum, maſculis
fœminę excluduntur: tex. eſt in ſimili. in c. Ray. extra de teſta.
quem notat Hoſti. Goffr. & Ioan. An. quos refert, & ſequitur
Panor. conſil. 36. incip. videtur primo ꝙ ſic, in 1. vol. vbi pon
derat tex. in d. c. Raynal. in verbo, maſculis, ad excluſionem
filiarum, quæ alias admitterentur. Circa iſtas duas ſublimita-
tiones vide omnio Franc. Are. conſi. 48. incip. recolendæ me-
9 moriæ, in 3. col. in 2. compil. ipſius conſilii. † Septimo limita
te regulam prædictam, ꝙ fœminæ non ſuccedunt in feudo,
vt non procedat in fœmina, quæ eſſet conſueta in armis. pro
ut fuit vxor Mithridatis regis, quæ aſſueſecit ſe in armis amo
re mariti, vt ſemper præſens eſſet in eius periculis, ſecundum
Valerium Maximum, titu de amore coniugali, & prout ēt
legitur de Pantſaſilea regina Amazonum, vel de Zenobia
regina Orientis, & de Regina Auſtrię, & ſimilibus. ita origi-
naliter limitat Andr. de Iſern. in d. §. & quia vidimus. Sed illā
limitationem reprehendit Laud. ibi: motus primo pp gene-
ralitatem illius text. Secundo, quia feudū non ſolum pręſta-
tur pp pugnam, ſed ēt pp alias rationes ſuperius aſſignatas:
& maxime pp fidelitate, quæ non pōt cadere in fœminam:
quia varium & mutabile ſemper fęmineum genus. c. fortius.
extra de verb. ſig. l. ſi. C. de ſponſalib. Hanc ēt limitationem re
prehendunt Nico. de Neapo. & Iac. Alua. ibi in verſic. hoc au
10 tem notandum, in pen. col. ad quem vos remitto. † Octauo
fallit regula prædicta, vbi eſſet conſuetudo, ꝙ fœmina ſucce-
deret in feudo, prout eſt in regno Siciliæ non exiſtente maſ-
culo, ſm Andr. de Iſern. in d. §. & qa vidimus. & in ciuitate Pa
duæ, ſecundum Iacob de Bel. ibi. Hanc limitationem ſequi-
tur Iac. Alua. in 8. col. vbi refert Andr. de Iſer. Nico. de Neapo.
& Spec. vt ibi per eum. Vltra quem adde, ꝙ hanc limitationē
ſequitur Bal. cōſi. 143. incipien. ꝙ pro regula. in 1. par. in ſecū-
da col. Circa hanc octauam limitationem occurri pulchra
dubitatio, nunquid in hoc attendenda eſſet conſuetudo vni-
us familiæ; & ſic nunquid vna familia poſſit introducere cō-
ſuetudinem, vt fœmina ſuccedat in caſu, in quo alias nō ſuc-
cederet: vel vt nō ſuccedat in caſu, in quo alias non ſuccede
ret. In hac ſubtili difficultate Ioan. An. in additio. Spec. tit. de
inſtru. edi. §. compendioſæ verſ. ſed nunquid. dicemus in addi-
tione parua quæ incipit. interpoſuit Vbertus. ſingulariter te-
net, ꝙ vna familia poſſit introducere conſuetudinem dero-
gantem ſolennitati iuris: ꝙ dictum pro ſingulari referunt &
ſequuntur

ſequũtur Ang. & Imo.dicẽtes alibi nõ reperiri.in l.4.ff.de te
ſtam.Eandẽ opi.ſequitur Rapha.Cuma. in d.l. 3. in vna lectu
ra.Contrariam opin.in hoc tenuit Ang. ſibi ꝯ̃trius in l fin.C.
de teſta.vbi dicit,ꝙ iſtud poſſet ꝓcedere in vna familia, quæ
haberet iuriſdictionem : alias aũt ſecus. Eandem ſententiam
tenuit Rapha.Cuma.ſibi ꝯ̃trius in d.l.3.ff.de teſtam.in alia le-
ctu.Et hanc opin.ſequitur ẽt Alex.in l.ſi non ſpeciali,in pen.
col.C.de teſtam.& vltra eum Mart.Lauden.in quæſtione di:
ſputata Paduæ quæ incipit, Augetius, in ver.accedenti mihi
11 ad deciſionem.† Aduerte tñ ꝙ fundamentum, quo mouen-
tur iſti Doct.& Alex.in d.l.ſi non ſpeciali, nõ videtur bonũ,
dum dicunt,ꝙ ideo vna familia non põt inducere conſuetu
dinem, vel ſtatutum:quia inducere conſuetudinem, vel cõ-
dere ſtatuta,pertinet ad eos,qui habent iuriſdictionem.in ꝯ̃-
rium eſt communis ſententia Doct. in l.omnes populi.ff. de
iuſtitia & iure. vbi concludunt, ꝙ condere ſtatuta, vel indu
cere conſuetudines,nõ eſt iuriſdictionis: patet,quia videmus
ꝙ collegium non habens iuriſdictionem, põt condere ſtatu
ta:ꝙ tenendũ. Hanc quæſtionem pro nunc non decido,quia
breui de facto contigit, ſed volo, ꝙ videatis pulchrum conſi
liũ Bart.conſi.71.incip.ex facto proponitur, vbi tangit,an ꝑ
pactum vnius familiæ induci poſſit,ꝙ fœminæ nõ ſuccedant:
vbi alias erant ſucceſſuræ, circa ꝙ de facto vide ẽt omnino
Franc.Aret conſi.163.incip.diligenter & maturę diſcuſſis,in
12 vlt.colu.†Nono fallit regula prædicta in feu. conceſſo alicui
pro certo ſeruitio, ꝙ ita bene explicari põt per fœminam,
ſicut per maſculum : Quia in tali feudo ita ſuccedunt fœmi-
næ,ſicut maſculi:ita ſignanter limitat Lud. Ro. in prꝗallega-
to conſilio.167. in vlt.colum. & cum iſta limitatione tranſi-
re videtur Alexan. in d. conſi.30. in antep.col. vltra quã ad-
do,ꝙ iſtam limitationem ſequitur Ia. de Bel.in c.1.§. quinc-
tiam Epiſcopum vel Abbatem, qui dicit ita fuiſſe obtentũ
de facto in regno Siciliæ.& ibi ſequitur Bald. & Alua.ſubijci-
ens Alua.ſe allegare pro hac limitatione caſum, quem nul-
lus allegat in c.ſi cui militi.in tit.de extraordi. cap. in vſi.feu.
qui titu.communiter non habetur, & ita ẽt ibi ſequitur Mar
ti.Laud.licet Card. Mediola.conetur aliter diſtinguere.hanc
ẽt limitationem videtur ſequi Rapha. Cuma. conſi.xcix. in-
cip quædam poſſeſſio,& expreſſius conſilio.34.incipi. præla-
tus,in ver.circa ſecundum.Eam ẽt ſequitur Fulg.conſi. 8. in-
cip.D.Pet.in 2.colum.eam ẽt ſequitur domin. Pet.Philippus
Cor.conſi.xli.inci.aperte,in 3.columna, in primo volumine,
& in eadem parte conſilio.239 incipien.pro deciſione. Repe
rio tamen ꝙ hanc limitationem expreſſe reprobat Franciſ.
Aret.in conſilio ſuo primo, in pen.colum. vbi ꝯ̃ eam dicit
eſſe tex.expreſſum in c.1.§.fi. in quibus cauſis feud.amit.vbi
eſt tex.expreſſus, ſecundum eum, ꝙ ſiue feudum ſit datum
ad certum ſeruitium,ſiue ad incertum, non ſucedant fœmi-
nę:Sed parcat mihi reuerentia ſua, text.ille nihil facit in pro
poſito: nam bene dicit text.ꝙ ſiue feudum ſit datum ad cer-
tum ſeruitium,ſiue ad incertum,fœminæ non ſuccedunt:ſed
non dicit tex. ꝙ vbi feudum eſſet datum ad certum ſeruitiũ,
ꝙ æquę explicari poſſet per fœminam, ſicut per maſculum,
ꝙ in tali feudo fœmina non ſuccedat: in quibus terminis lo-
quitur hæc limitatio,& iõ ex ſeparatis non infertur vul.l.Pa.
pinianus exuli.de mino.iſta tamen communis limitatio mi
hi non placet ex alio,eo,quia ꝯ̃ eam fortiter obſtant ea, quæ
ſupra diximus in quinta fallentia: & maxime, quia licet ceſ
ſaret hoc caſu ratio præſtandi ſeruitij, tamen militant om-
nes aliæ rationes,de quib.ſupra,quæ ſunt impeditiuæ, vt fœ-
mina non ſuccedat: & hanc limitationem reperio reproba-
tam per Bal.in l.quominus,in 2. colu.C.de ſuis & legit. & ad
huius confirmationem vide omnino Alex.conſi 9.incip põ
deratis.in 1.& 3.col.in 5. vol. Videndæ ſunt ẽt omnino circa
iſtam limitationem, quæ late & ſubtiliter ſcribit Bart. Soci.
in conſi.257.incip.vilis inſt.in ſecunda parte, vbi latiſſime at
tingit materiam feudi conditionati, & ad certum ſeruitium
13 pręſtitis.† Decimo fallit pręd icta regula in feudo ligio:in quo
ita ſuccedunt fœminæ,ſicut maſculi, ſecundum Alexan. ſu-
perius allegato conſi.30.in 2.colum. Quomodo autem hæc
limitatio intelligenda ſit,declaraui abũde ſupra in præludijs
in 8. quæſtio. principali, ponendo effectus feudi ligij, & ibi
ẽt declaraui,quid ſit feud.ligium. & ideo ibi dicta pro repeti-
14 tis habeantur.† Vndecimo,limitate prædictam regulam, ꝙ
fœminæ non ſuccedant in feudo magno: ſecus aut in feudo
exiguo.ita limitat Rom.ſuperius allegato cõſilio.367. in vlt.
col.mouetur per text.in c. 1.§. de fidelitate de extraordin. ca
pit.qui titulus communiter non habetur, ſed tenorem illius
tex.refert Bald.in c.1.§.eſt,& alia, quę fuit cauſſa benefi.amit.
referens text. dicitur ꝙ pro feudo exiguo non pręſtatur iura-
mentũ fidelitatis : ergo ſecundum Rom. non ẽt præſtabitur
ſeruitium: & ſi non pręſtatur ſeruitium, ergo ſuccedunt fœ-
minę,per.d.c.extraordinarium,ſi cui militi, ſupra relatum in
quanta fallentia hanc limitationem ſimpliciter ſequitur.An
dre.Barb.in c.ex parte.in princip.extra de feudis, vbi ſimplici
ter ſubijcit,& idẽ Roman.in l. ẽt.ff.ſolu. matrimo.& ꝙ not.
Cyn.in Auth.ingreſſi.C. de ſacroſact. eccleſ. hanc ẽt fallen-
tiam ſequitur in d.conſi.41.ſtatim allegato in 9.& alio conſi.
239.ibidem allegato. Iſta limitatio mihi non placet,per illud
ꝙ ſignanter dixit ipſemet Bald.in d.c.1.§. eſt. & alia, quę fuit
prima cauſa benef.amit.vbi ſignanter dixit, ꝙ licet in feudo
exiguo remittatur iuramentum fidelitatis:non tamen remit
titur factum,id eſt, pręſtatio ſeruitij, allegat tex.optime pro
bantem in ſimili,in l. hęc ſcriptura.ff.de condit.& demonſt.
& ideo ex quo fœmina tenetur ad ſeruitium, & ad alia requiſi
ta:ſequitur,ꝙ hoc caſu militant rationes, de ꝗbus ſupra,quę
impediunt,quo minus fœmina ſuccedat.Pręterea, vt dixi ſu-
pra in quinta fallentia,iſta capitula extraordinaria non ſunt
aucten.nec allegari poſſunt, vt concludunt auctoritates ibi-
dem allegatę. Ergo ẽt ad propoſitum noſtrum non faciunt.
Pręterea & vltimo ẽt ſi nullum ſeruitium pręſtaretur : tñ ad
huc militarent ea,quę ſupra dixi in 5.fallentia, ꝙ in feudo li-
15 bero & franco fœminę non ſuccedunt† Duodecimo pro li-
mitatione regulę prędictę eſt aduertendum, ꝙ ſi in ſententia
lata inter aliquas fiat mentio, qualiter tale feudum ſpectat
ad Titiũ,& filios ipſius,ꝙ tũc ita admittent ad ſucceſſionem
fœminę, ſicut maſculi:Ita mirabiliter decidit Ale. conſi. pri-
mo,in 5.vol. in 6.col.in verſic.plus ẽt motus in effectu, quia
in verbis ſententię maſculinum genus concipit fœmininũ.
allegat Archidiaconum in c. ſi quis ſuadente, in 2.col.17. q.
4.Imo fortius dicit Alexander, ꝙ nõ ſolum iſtud procedit in
ſententia iudicis ſed ẽt in ſententia arbitri, cum arbitria ſint
redacta ad inſtar iudiciorum,l.1.ff.de arbit. Iſta limitatio mi
hi nullatenus placet,primo quia Imo. quem ibi refert Alex.
in l.ſi ita ſcriptum.ff.de legatis,ſecundo, reprobat illud dictũ
Archidia.Secundo, & fortius me mouet, quia vbi ſumus in
materia,in qua maſculinum concipit feminium: tñ ſi per ſta
tutum vel aliam diſpoſitionem fœminę ſunt excluſę, nun-
quam maſculinum cõcipit fœmininum.Exemplum, in vlti
ma voluntate regulariter maſculinũ concipit fœminium.l.
ſi ita ſcriptum.ff. de leg.2.l.ſi quis duos.ff. de leg.3. & vtrobiq;
nota.Pone ꝙ ſit ſtatutũ, ꝙ extantibus maſculis fœminę non
ſuccedant:quo ſtatuto ſic ſtante teſtator inſtituat filios,an in
telligatur ẽt inſtituiſſe filias?Communis concluſio eſt, ꝙ nõ,
ita tenet Pet.de Anchar. poſt Bal.in l.tres fratres.ff.de pact.eſt
doctrina Barto. communiter approbata in l.hęredes mei. §.
cum ita.ff.ad Trebel.Alexan. in l.Gallus.§.1.ad fi.ff. de liber.
& poſthum.& conſi.127.incipien.viſo teſtamento.dicti Ioan
nis.idem Pau. conſi.79. incipien. caſus iſte frequenter conti-
git,in 2.colu.cum ergo in propoſito noſtro, in materia feu-
dali,ſit ſpecialis deciſio, ꝙ fœminæ nõ ſuccedant, licet alias
dicamus,ꝙ in verbis ſententiæ maſculinum genus concipiat
fœmininum:tñ qñ ſententia prolata eſt in materia feudali, ali
16 ud debemus concludere.† Decimotertio fallit prædicta regu
la,qñ dom. de nouo inueſtiret fœminam conſentientibus il
lis,ad quos ſucceſſio debeat peruenire.ita limitat.Ro.in præ-
allegato conſi.267.in vltim. colum. per tex.in c.1. de aliena.
feu.pa.& in c.1 §.hoc quoque.de ſucceſſio.feu. Decimoquar-
to ſingulariter aduerte ad limitationem regulæ prædictæ, &
ipſius declarationem, ꝙ licet ſi aliquis recognoſcat feudum
a ſuperiore,& ipſe alteri infeudet,ipſo moriente ſibi nõ ſuc-
cedat fœmina, nec vaſallus ſuus teneatur præſtare iuramen-
tum,& recognoſcere feudum a fœmina per regulam prædi-
ctam:tñ ſi aliquis infeudaret allodium ſuum,ideſt proprium
patrimonium,& poſtea decederet relictis maſculis & fœmi-
nis in tali feu.ita ſuccederent fœminæ,ſicut maſculi : & tene-
bitur vaſallus ita recognoſcere feudum a fęminis, ſicut a ma
ſculis.Ita multum ſingulariter decidit Iacob. Aluar.in c.1.in
princ.& in antepen.col.de eo,qui ſibi, & hęredibus ſuis ma-
ſculis,& fęminis,vbi refert ſecundum quoſdam, quod debet
eſſe vna additio ad finem tex.inquantum dicit, alii dicunt a
fœmina debere recognoſcere, ſcilicet cum ex allodio pater-
no,quæſitum eſt,aliter autem verum dicitur a fœmina non
debere recognoſcere.Ego multum dubito circa hanc limita
tionẽ,quia vr̃ mihi, ꝙ in hoc feudo adhuc militent rationes
ſuperius allegatę: quę impediunt fęminam ſuccedere in feu.
Nam vera eſt,concluſio, ꝙ ad ea omnia, ad quę tenetur va-
ſall.domino:ad ea etiam teneatur domin. vaſallo: & ex om-
nibus cauſis:ex quibus vaſallus priuatur feudo,ex eiſdem do
minus priuatur proprietate tex.eſt in c.j. infra qualiter domi
nus proprieta.priuet.melior. tex.& ibi glo.in c.j.ad fin. de for
ma fidelitatis.& ibi ſingulariter declarat Aluar. quod in vno
tantum eſt differentia inter dñm & vaſallum, quia vaſall.te-
netur præſtare iuramentum fidelitatis domino, dominus au
tem non tenetur pręſtare iur̃m fidelitatis vaſallo, licet tñ te-
neatur ad ipſam fidelitatem, in reliquis autem a pari proce-
dunt: ideo videtur quod fœmina ita ſit incapax in acquiren-
do,vt ſit domina: quemadmodum eſt incapax ad hoc, vt ſit
vaſalla

ſuſ.Secundo,†quia natura ſeu.hæc eſt,vt quando eſt apertum
feud.pro ſe & hæredibus. maſculis & fęminis, donec ſunt
maſculi, non admittantur ſęminæ, non conſiderata gra
dus prærogatiua quando,ſcilicet omnes deſcēdunt ex eodem
ſtipite:Sed quando ex diuerſo ſtipite admittuntur ſęminæ deſ
cendentes ex vno,excluſis maſculis deſcendentibus ex altero,
intelligitur enim vnuſquiſque prius voluiſſe prouidere hære-
dibus ſuis,quam fratri & nepotibus,capitulo vnico, de duo.
fratr.de no.benefic.inueſti. capitulo vnico,de benefic. fratris.
cum ergo præſupponamus ex eodem ſtipite dictos abnepo-
tes deſcendiſſe,non attenta gradus prærogatiua,maſculus ex-
cludet ſœminam,quia dicta clauſula refertur ad duos primos
fratres primo loco inueſtitos, vt ſcilicet portio vnius ita de-
mum ad alterum deferatur, quando ipſe mortuus eſſet prorſus,ſine legitima prole, & pro hac parte reperio conſuluiſſe
26 Rapha.Fulgo.conſil.229.incipien.cum nobilis de vico.†Vige
ſimotertio,quæro,quid ſi vaſ receperit inueſtituram pro ſe &
filijs maſculis & ſœminis ex ſuo corpore deſcenſuris,an con-
tineatur filius filiæ. Hanc quæſt.ponit Bal. in capitulo primo
§.filia vero.in vltimis verbis, de ſucceſſione feud. & ibi breui-
ter concludit, quod ſic. Quia non videtur decedere ſine fi-
lijs,qui reliquit nepotem ex filia,per l.prima C.de condictio.
inſer.allegat etiam nota.per Bartol.in l. iubemus. Digeſtis de
verborum ſignificatione.cum Bald.tranſit ſimpliciter Aluar.
ibi.idem tenent Bald.& Paul.de Caſtro in dicta l. prima C.de
condictio.inſer.vbi Bal.arguit in contrarium, quia dictio(ex)
denotat cauſam proximam.ſed reſpondet,quod in nepote ex
filia eſt ſanguinis continuatio,vnde immediate dicitur, quic-
quid per rerum naturam continuatiue eſt vnum & idem.l.cū
acutiſſimi.C.de fideicommi.hanc deciſionem ſequitur ſimpli
citer Cardina.Mediolanen. in capitulo primo, §.primo in 4.
columna.de ſucceſſio.feudo.& ibi etiam Martin.Lauden. ſu-
bijciens hoc eſſe verum,ſi deficiant maſculi deſcendentes,vt
dicit textus ibi,filia,&c.Adde tu,quod idem tenet Petr.de An
char.in repet.capitulo canonum ſtatuta, in verſiculo tertio,
27 principaliter quæro in ſtatutis,extra de conſtitution. †Vigeſi
moquarto quæro, caſibus in quibus mulier ſuccedit in feudo
quid ſi relinquat filios ex diuerſis matrimonijs, qualiter filij
ſuccedant in feud. Habetis vnum textum mirabilem in capi-
tulo mulier.ſi de feud.fiie.contro. qui videtur expreſſe dicere,
quod in ſolidum ſuccedant filij ex primo matrimonio, non
autem ex ſecundo,ſed communiter Docto. ibi intelligunt il-
lum textum.quod loquatur de conſuetudine locali, non au-
28 tem de generali,ad eos vos remitto.†Vigeſimoquinto quæro
in caſibus, in quibus ſœmina ſuccedit in feud. quid ſi aliquis
recipiat feud.pro ſe,& ſuis liberis hæredibus ex linea maſculi
na deſcendentibus an comprehendatur filia ſœmina recipien
tis. Hanc quæſt.in emphy.format Paulus de Caſtro in l.mari
tus.C.de procurato.& dicit ſe conſuluiſſe quod non: Quia li
nea non incipit in ipſo recipiente,ſed in ſuis filijs, vnde in fi
lio maſculo incipit linea maſculina, in ſœmina incipit linea
ſœminina,& ideo ſecundum eum idem iudicamus de filia,id
eſt,de principio lineæ quod de ipſa linea,vt probatur in dicta
l.maritus,nam maritus non dicitur affinis vxoris, ſed princi
pium affinitatis,cum gloſſa.C.commu.de ſuc.& tamen idem
iudicamus de marito,quod de affine,vt patet in dicta. l. mari
tus.iuncta l.ſed & hæ.in princip.ff.de procura.Pro hoc etiam
adducitur quod decidit Specula.in titu.de loca.§.nunc aliqua
verſiculo cxlvj.vbi dicit,quod ſi aliquis recipit emphyteu.pro
ſe,filijs & nepotibus maſculis,non comprehenditur nepos ex
filia: Quia ſicut ſœmina non admittitur, ita etiam nullus ex
eius linea deſcendens,allegat l.prima, ff. de iure immunitat.
de quo dicto facit mentionem Bald.in auctem.ſi quas ruinas,
in fine.C.de ſacroſanct. eccleſijs in l. ſed ſi hac.§. liberos. ff.de
in ius vocando.Angel.in dicta l. ſed ſi hac.§. qui manumitti
tur.cum ſequen.Bald.in l.prima,C.de condictio.inſer. facit ꝙ
nota Ioan.Andr.in additionibus Speculato. titu de teſtamen.
in rubr.in vltima columna & ita etiam tenet Paulus de Caſt.
conſilio 127.incipien.viſo puncto,ad finem.Et hanc principa
lem concluſionem in feu. quod filia recipientis non admitta
tur,tenet Alexan.in conſilio 43.incipi.conſideratis.in quarto
volumine.Aduerte tamen ſignanter,quod licet filia recipien
tis non dicatur deſcendere per lineam maſculinam, tamē ne
ptis ex filio maſculo dicitur deſcendere per lineam maſculi
nam glo.eſt de hoc communiter approbata in l.Gallus.§.nūc
de lege ff.de liber. & poſthum. per quam glo. dicunt Doctor.
ibi,quod ſi aliquis accipiat feud.in emphyt.pro ſe & ſuis hære
dibus deſcendentibus per virilem ſexum, comprehenderetur
neptis ſœmina ex filio maſculo,licet non comprehenderetur
nepos ex filia: Quia neptis dicitur deſcendere ex linea maſcu
lina,id eſt,ex filio pro qua glo.eſt bonus tex.in l.lege.12.tabu.
verſiculo huius itaque legis.C. de legit. hæred. & in §.item ve
tuſtas.Inſtituta de hæred.quæ ab inteſta.ita etiam tenet Alex.
dicto conſilio 43. incipien conſideratis, in tertio volumine.

29 †Vigeſimoſexto quæro,quid ſi feud.concedatur generi alicu
ius de aliquo genere,an veniant deſcēdentes ex filia ſęmina?
Iſtam quæſtionem mouet And.de Iſern.in capi. primo inj. co
lumna de ſucceſſio.feud.concludens,quod nō, quia natus ex
filia non dicitur de genere,cum ſequatur patrem ſuum. Pro
iſta opinio.videtur bene facere tex.in capitulo vbicunque de
pœnis in ſexto & quod nota.in capitulo quibuſdam extra de
pœnis.ubi pœna impoſita alicui & poſteris, intelligitur ſolū
impoſita deſcendentibus per lineam maſculinam, nō autem
ſœmininam,niſi dixeritis quod potius faciunt pro contraria
parte.Quia ex quo eſt ſpeciale in pœnalibus & odioſis, ergo
in contrarium eſt ius commune, vnde pro hac parte melius
facit glo.in l.prima,ff de probat.quæ not.B.in l.exemplo.C.de
decu.libro decimo in l.quia perſonale.ff.ſolut. matrimo. Bal.
in l.ſecunda,C.de iure emphyt.Roma.in l.prima,ff. ad Sillan.
gloſ.in §.primo in verbo,generi.in Aucten.de inceſt.nup. facit
l.prima de iure immun.Contrariam tamen opini. tenuerunt
Ioan.And.Hoſtien.& Anto.in capitulo nouit,per illum text.
extra de iudic.ad quam tamen poteſt reſponderi, quod ibi nō
probetur quod prouenientes ex ſœmina dicantur de genere,
dicit enim text.de cuius genere rex ipſe naſcitur deſcendiſſe,
nam licet Philip.rex proueniſſet ex ſœmina, quæ prouenie-
bat ex domo Franciæ,& ipſa ſœmina, puta filia ſit de genere
patris,tamen poſtea deſcendentes ex ſœmina, non ſunt ipſi
de genere ſœminæ, quia aſſumunt principaliter denomina-
tionem generis a patre.l.exemplo,& l.neque Dorotheum.C.
de decur.libro decimo.& tamen verum eſt,quod deſcendit ta
lis proueniens ex filia de genere aui materni, per l. primā.C.
de condit inſer.& ita declarat Paul.de Caſt.in l.maritum,C.de
procur.& hanc partem tenet Cyn.in l.fina.ff.de conſtitu. prin
cip. Paul. de Caſtro in dicta l.quia,ff.ſoluto matrimo. præter
quam in odioſis.In contrarium etiam multum facit, quia di
ſpoſitio,l.primę.ff.de iure immunitat. quæ vult, quod appel
latione poſterorum, non veniāt deſcendentes ex ſœmina, re
ſtringitur vt ſolum procedat in priuilegiis, quæ ſtricte interp̄
tantur,non autem procedit in bñficijs & donationibus, quæ
latam ſuſcipiunt interpretationem. ita colligitur ex notatis p
glo.in l.ſordidorum,C de excu.munc.lib.decimo quæ ita alle
gatur per Petr.& Cyn.in l.fina.ff.de conſtitutio.princ. per Bar.
& Nicola.de Neapo.in dicta l.quia. & hoc clarius expreſſius
tenet Imol.in l.ſi ita ſcriptum,ff.de legar.ſecundo.& ita in ſpe
cie tenet Alexand.in conſil.160.incip.viſo Themate, in ſecū
do volumine ſed ſic eſt, quod feudum dicitur beneficium ſe
cundum,communiter omnes,capitulo primo §.fina.in quib.
cau.feud.amitta.& probatur in rubrica de beneficio fęminæ,
ergo venirent etiam deſcendentes ex fęmina. In tanta varie
tate mihi placet illud quod cum magno myſterio dixit An
dre.de Iſern.in dicto capitulo primo de ſucceſſio.feu.dum ſu-
30 bijcit attendendam eſſe ſubiectam materiam,l.ſi vno,in prin
cip.ff.locar.†nam hoc verbum(genus)poteſt trahi ad paternū
& maternum.dicta l.neque Dorotheum.C. de decurio. libro
decimo,§.ſi quis igitur,in Aucten.de hæred. quæ ab inteſta.ca
pitulo venerabilis,extra de præbendis. An ergo trahatur ad
maternum vel paternum, tantum attenditur ſubiecta mate-
ria,cum igitur natura feud.ſit,vt fęminæ non ſuccedant, ver
bum(genus)prolatum in materia feudali reſtringetur ad pa
ternum tantum.bene facit quod in ſimili nota. Imo. in dicta
l.ſi ita ſcriptum.ff.de legat.ſecundo in l.potuit.in fine extra de
locato.Archidia.in capitulo ſi quis ſuadente 12.quæſtio.quar
ta.Bald.in l.quicunque.C.de ſeru.fugi.Imo. in clementina pri
ma de electione.Roman.conſilio 35.incipien. viſa facti ſerie,
domino.Anton.in conſi.ix.incipien.viſo puncto vbi dicit idē
de verbo(poſteritati)vt licet ſit generale aptum ad deſcenden
tes ex linea fęminina,tamen ſecundum ſubiectam materiam
comprehendit quandoque ſolum deſcendentes ex maſculo
& ita concludit etiam Cardinal.Mediolanen.in dicto capitu
31 lo de ſucceſ.feudo.†Et ex hoc patet ſolutio ad illud, quod di
cebatur,quod in beneficijs veniunt deſcendentes ex fęmina,
quia illud procedit,niſi natura beneficij repugnet, vt facit na
tura feudi. Non omitto tamen, quod And. Barba. in repeti
tione.l.cum acutiſſimi,in tertia colum.C.de fideicom. ſimpli
citer tenet,quod appellatione generis, veniant ſolum deſcen
dentes ex linea maſculina,per dictā.l.primā C. de iure immu.
niſi fauore libertatis ita intelligunt.l.2.& tertiā.ff.de liber.cau.
Idem poſtea Barba.in dicto repetitio.in 63.columna conclu
dit quod largo modo ille diciditur de genere, qui eſt de parē-
tela,licet non ſit deſcendens, quod in ſtricta ſignificatione il
le dicitur de genere,qui eſt de deſcendentibus, vos autem te
nete in materia noſtra illud, quod ſupra concluſi.

Et poſtremo notate perpetuo illud,quod ſingulariter dixit
Barto.In l.quoties,C.de priuileg.ſcholari,libro 12.quod ſi pri
uilegium concedatur mihi & omnib. deſcendentibus maſcu-
lis & fęminis, quod deſcendentes per lineam fęmininam ita
demum vtuntur priuilegio, ſi ſunt viduæ, non autem

ſi ad ſecundum matrimonium conuolauerint. Quia poſt
quam virum aſſumunt,dicuntur ſtatum ſuum mutare,vt no.
in l.mulieres.C.de digni.lib.xij,
32 Vigeſimoſeptimo quæro,an fœmina ſemel excluſa per exi-
ſtẽtiam maſculi perpetuo duret excluſa, ita etiam vt mortuo
maſculo,qui eam excluſit,non poſſit fœmina admitti. Solet
allegari text.in c.j.§.quin etiam Epiſcop. vel Ab. vbi ſecundũ
intellectum And.de Iſer.Bal.& Alua.deciditur, ꝙ fœmina ſe-
mel excluſa,perpetuo durat excluſa. Iſtum intellectum repro
bat Marti.Laud.ibi triplici fund., Primo quia in feudis eſt re
gula,quod vbicunque actum eſt maſculum & fœminam ſuc
cedere,non exiſtente maſculo ſuccedit fœmina.ca.j.§. filia ve
ro,de ſucceſſio.feud.Secundo per tex.in ca.i.infra de eo,qui ſi
bi & hæredi filis maſculis & fœminis.Tertio,quia talis fœmi-
na venit ex prouidentia primi inueſtiti,vt in ſimili dicit gloſſ.
in d.§.& quia vidimus.verſic.cum vero Corradus, & maxime
quia veriſimile eſt patrem voluiſſe prouidere, vt non exiſten-
tibus maſculis ſuccedant fœminæ ordine ſucceſſiuo.argumẽ,
eorum quæ no.in l.Gallus.§.quidam recte,ff.de lib & poſthu.
& ideo ſubiicit Mar.Laud.verum eſſe intellectum glo. in d.§.
quin etiam,quem ſequitur Iaco.de Bel. qui perfecte intellexit
textus feudales, quod exiſtente maſculo non ſuccedat fœmi-
na,mortuo autem maſculo ſuccedat fœmina.cap.j. §.filia de
ſuc.feud.His tamen non ob.Doct communiter ſequuntur in-
tellectum An.de Iſer.Bal.& Alua.ita tenet Cal.in rub.de feu.
conſ.4.Pet.de Anch.conſ.ccxxj. inci.hæc quæſtio vulgaris eſt,
Bal.in c.j.de filiis natis ex matri.ad morga,contract. in auctẽ.
ſed ſi quis,& in l.in quibus.C.de ſecund.nup.And.de Iſer.in ti
tulo,Imperator Lotharius Eugenio Papæ.c.j.in 2.col. Alberi.
de Roſa.in 2.parte ſtatutorum,conſil.quarto incipien.ſtatuto
cauetur,quod mortuo marito.Odoſ in ſumma,in tit. qui poſ
ſunt ſuccedere in feu.Ioan.Blanchi. in ſumma de feu. in ii.de
ſucceſ.feu.ver.vel dic,quod maſculus Raph.Comen.in conſi.
cxix.incip.quædam poſſeſſio.Raph.Fulgo.conſil.xii.inci.ad id
de quo quæritur.Pau.de Caſt.conſi.ccxv.incipiente,viſa ſupra
ſcripta.Iſtum etiam intellectum ſequitur Cardi.Mediolanen
ſis in dicto.§.quin etiam,vbi etiam allegat idem tenuiſſe Bar
to.in conſi.incip.Ia.& in alio conſi.incipien.proponitur ꝙ pa
ter & ibi reſpondit ad fundamenta Lauden.Et primo ad.c.a.j.
§.filia.quod tex.non dicit, quod ſi filia ſemel fuerit excluſa,ꝙ
amplius admittatur.Eodem modo etiam reſpondet ad c. j.de
eo,qui ſibi & hæredi.ſuis maſculis & fœmininis. Præterea dicit,
quod ille text.habet varios intellectus ad vltimum etiam tñ
det,quod fœmina bene videtur vocata maſculo non extãte:
ſed maſculo extante intelligitur excluſa,& ideo ſuccedit,ꝙ ſe
mel excluſa,perpetuo duret excluſa.Hanc etiam opi.tenet d.
Alc.in ſæpius allegato conſi.xxix.incipiẽ.quoniam abunde in
vltima colum.in primo volum. Confirmo hanc opinionem
Quia ſi alia materia,quæ non eſt feudalis, in qua fœmina eſt
capax ſucceſſionis regulariter, fœmina ſemel excluſa, perpe
tuo durat excluſa,ergo multo magis ĩ materia feudali,in qua
fœmina regulariter eſt incapax ſucceſſionis, ſi ſit ſemel exclu
ſa,perpetuo duret excluſa,tenet Bartol.in l.fi.ff.ad Tertu. vbi
dicit ſtante ſtatuto, quod filia fœmina non ſuccedat extanti
bus maſculis,ſi tempore mortis ſuperſunt maſculi, fœmina
erit excluſa,nec poſtea deficientibus maſculis poterit admit
ti.Idem tenet Baldus in l.ſi quis poſthum.§.ſi filium. ff. de lib.
& poſthumis in l.poſthumus in principio.ff.de inofficio. teſt.
in l Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber & poſthum.in auct.
ſed & ſi quis.C.de ſecundis nuptiis.Franc.de Aret. multa alia
allegans conſ.cxliiii.inci.viſa conſultatione.in ii.col. & conſi.
clvij.incip.viſo puncto in vi.col.& in effectu Alex. qui omni
no videatur conſ.xliii.inc.conſideratis,in iii.volu. Retenta igi
tur hac communi opi.quod fœmina ſemel excluſa perpetuo
duret excluſa,limita eam procedere,niſi poſt mortem vaſal.
filius maſculus ſubito mortuus eſſet, quia tunc nõ videtur ex
titiſſe,ex quo ſubito defecit.l.poſthumus, in prin. ff.de iniuſto
rupto.ita limit.gl.in d.c.j.§ qui etiam Epiſcop. vel Ab. quam
gl.ſequuntur Ia.de Bel.Ray.Nico.de Neap.Bal.& Aluaro.dicẽ
tes,quod l.poſthum.modicum facit, quia ibi deceſſit poſthu
mus.viuo auo,hic vero poſt iuxta.l.2.C.de poſthu.hæred.Inſt.
Idcirco dicunt quod pro glo. facit l.filio præterito, ff.de iniu.
rup.l.fina.§.ſed quia.C.communia de lega.l.fin.§.fin.C.de bo
nis quæ lib.l.qui poſt.ff.de vi,& vi armat. Iſtam limitationem
impugnat An.Iſer.in d.§. quin etiam.quia ex quo filius ſemel
excluſit filiam,etiam ſi momentanea fuerit excluſio, tantum
filia non debet amplius admitti.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.
ff.de verb.obl.l.quod certũ.in fi.C.de poſth.hæ.inſt.l.qui duos,
in prin.ff.de reb.dub.Et vltra Doct.ibi,hanc opi. ſequitur ſim
pliciter Fran.de Are.in l.ſi quis poſth.§. ſi filium.ff.de li.& poſt
hu.in antep.col.vbi corrupte allegat quod ita decidit Bald.in
capitu.j.§.fina.Epiſcop.vel Abba.ibi enim vt dixi ſequitur pri
mam opinionem allegat poſtea Bald. in auctentica in quib.
C.de ſecundis nuptis.ſed Bald.ibi non loquitur in feud. ſed in
ſtatuto diſponente quod extantibus maſculis fœminæ non
ſuccedant,dicit enim ſufficere,quod fœmina ſit momento ex
cluſa.Quicquid ſit,iſtam opinionem in feud. reprehendit Al
uarot.in d.§.quin etiam.vbi reſpondet ad prædicta fundamen
ta & ad alia adducta per Andr. de Iſern. vt ibi latius per eum.
& ſic Doctor.communiter ſequuntur dictam limitationem,
quam etiam ſequitur Martin. Lauden.ibi adducens bonum
textum in capitulo nam & ego, extra de verbo. ſignification.
Nec obſtat ſecundum eum.l.quod certarum. ſupra allegata.
quia loquitur rigore iuris ciuilis vel vbi non erat cauſa cõfir
mans,non autem loquimur de æquitate feudali, prout de æq
tate Prætoria.in dicta.l.poſthu.Nec obſtat quod l. poſthumus
loquatur viuente teſtatore,quia quemadmodum ibi cauſa cõ
firmans facit reconualeſcere teſtamẽtum, quãdo poſthumus
moritur viuo patre, ita in caſu noſtro cauſa pacti, vt maſcu
lus & fœmina ſuccedãt,quod non eſt ruptum natiuitate maſ
culi facit,vt perinde ſit,ac ſi maſculus nunquam natus fuiſſet
& iſtam opinionem ſequitur ſimpliciter Cardina. Mediolan.
ibi. Quando autem dicatur poſthumus illico deceſſiſſe, dicit
mirabiliter Bald.quem ſequuntur cæteri in dicto §. quin etiã.
quod ille dicitur illico deceſſiſſe,qui moritur antequam ſit ei
impoſitum nomen in Baptiſmo,quod eſt octo dictum ſecun
dum Innocen.in capitu nam & ego extra de verborum ſigni.
Secundo limitate regulam prædictam & communem cõclu
ſionem non procedere,quando pactum adiectum in inueſti
tura diceret, quod fœmina non ſuccederet, donec maſculus
ſupereſſet, quia tunc licet fœmina eſſet per maſculum exclu
ſa,deficiente maſculo admitteretur poſtea fœmina,bonus eſt
textus cum ibi no in dicto capitu.primo de eo, qui ſibi & hæ
redibus ſuis maſculis & fœminis. Iſta limitatio etiam probatẽ
ex his,quæ dicit Bal.in dicto capitulo prim. §.quinetiam Epiſ
copis.vel Abbat. vbi dicit, quod extante ſtatuto,quod donec
maſculus ſupereſt,quod fœmina non ſuccedat, licet fœmina
per maſculum fuiſſet excluſa,tamen deficiẽte maſculo admit
teretur poſtea fœmina,vt nota.in l.ſecunda,ff.ſi pars hære.pet.
& ideo ſecundum Bal.vocabitur hæres anomala, vt no.gloſ.
Inſt.de eo, cui liber.cau.bo.adiiciuntur, & ita fuit conſultum
per Franc.Tigrini.& per Bal.in l.2.§.videndum, & in l. fi.ff.ad
Tertu per Bar.in l.1.§ filium,ff.de bono.poſſ.contra tab.Ioan.
An.in add.ad Spe.in ru.de ſuc.ab inteſt.in 2.col.Pet. de Anch.
conſ.24.incipien.in q.prædicta & melius conſ.214. incip. hæc
quæſt.iam vulgaris,& conſ.cxc.inci.poſſet probabiliter. Ant.
in ca.Raynutius,in 18.colum.extra de teſtib.Roman.in l.ven
tre,ff.de acquiren.hæred.Alexand.& Franci.Aretin. in conſil.
33 ſupra allegatis in principali concluſione. †Vigeſimooctauo
quæro,an filia ſemel admiſſa ad ſucceſſionem *feudi, quia nõ*
erat maſculus,repellatur maſculo poſtea ſuperueniente: *Exẽ*-
plum pone quod duæ filiæ ſucceſſerunt in feudo, quia nullus
maſculus eas impediuit,poſtea vna moritur relicto vno filio
maſculo,qui eſt nepos alterius ſuperuenientis, an iſte nepos
excludat dictam amitam ſuam ſiue materteram, quæ eſt in
ſucceſſione feudi pro parte ſua.And.de Iſern.in dicto capitul.
j.de eo,qui ſibi & hæredi.ſuis maſculis & fęmin. dicit eſſe ibi
gloſ.quod dictis maſculus ſuperueniens excludat fęminam in
poſſeſſione feudi exiſtentem, quoniam ſecundum eum fęmi
na erat conditionaliter hæres,ſi maſculus non naſceretur, &
ideo iſta incertitudo,vtrum eſſet maſculus naſciturus, vel nõ
habetur pro conditione.l.dies incertus.ff.de condiction.& de
monſtration. Vnde conditione exiſtente per natiuitatem
maſculi,videtur feud.nunquam fuiſſe illius materteræ, quæ
conditionaliter habebat.l.quod ſi pendente.Digeſtis de peric.
& commod. rei venditæ. l. proinde. Digeſtis. ſi certum pe-
tatur.Secundo facit pro hac opin.ſecundum And.quia res de
facili reuertitur ad naturam ſuam,vulg.l. ſi vnus. §. pactus ne
peteret.verſiculo quod in ſpecie. ff. de pactis. Tertio facit ſe
cundum Aluarot.in dicto capitulo primo,§.quinetiam, Epiſ
copum vel Abbatem. Quarto, quia res deuenit ad eum ca
ſum,a quo incipere non poſſet,& vitiatur,l.quia in eum, Di
geſtis ad legem .qui ſortificatur ſecundum eum per l. vtrum.
Digeſtis,de aſſigna. liber. iuncto,§.datum,de aſſign.liber. Cõ
trariam opi.quod imo maſculus ſuperueniens non excludat
fęminam in feudi poſſeſſione exiſtentem,tenuerũt Ia.de Bel.
Nic.de Neap.& Bal.in d.c.j.de eo,qui ſibi.& hære.ſuis maſc.&
fęmi.moti primo,quia ipſa matertera iam ſucceſſerat a prin
cipio ſine obſtaculo,vnde nũc per ſuperuenientiam maſculi
non ſit quæſtio.de feudo acquirendo, ſed de acquiſito retinẽ
do & conſeruando, & ideo retinebit partem ſuam, quam a
principio acquiſiuit argumen.l. patre furioſo. Digeſtis de his
qui ſunt ſui,vel alieni iuris.& an maritus ſuccedat vxori.capi
tulo primo,& in capitulo primo de natura ſuc.feu.& de bene
fi.fęmi.Secundo mouetur,quia natura dominiorum adquiſi
torum eſt, quod ſint perpetua.l.ſi poſſidetis.C. de probation.
Tertio mouetur Aluarot. qui eandem ſententiam tenet in
dicto,capitu.primo per tex.ibi in prin.vbi filia primi acquirẽ
tis,

ris,quæ ſucceſſit in dicto feud. non excluditur a dicto. feudo iam acquiſito per ſuperuenientiam ſuorum filiorum maſculorum,& pro hac parte dicit militare æquitatem, vt maneat apud eum,poſtquam ſemel fecit ad eum tranſitum per ea,q̃ ſupra dicta ſunt.Quid tenendum?Reperio quod Mart. Laud. in dicto capitulo primo de eo,qui ſibi & hæredibus ſuis maſ. & fœmi.conatur ſuſtinere opinio.And de Iſern.dicens ꝙ in ſecreto conſcientiæ credit eam eſſe veriorem. Mouetur primo ſtricta ratione ſecundum eum, quia vbicunque in lege ponitur ratio decidendi,tunc dicitur lex generalis vel ſpecialis, ſecundum dictam rationem.l.ſcire oportet.§.ſed & ſi maxime, ff.de excuſatio.tutorum per Dyn.in capitu.fina.de regulis iur. in ſexta potuiſſet melius allegare Bartol. per illum textum in l.regula.§.ſed ſi quis.ff.de iuris & fa. ign. Sed ſic eſt ſecundum eum,quod ratio tex.ibi,in verſi.non enim,adaptatur ad caſũ noſtrum, dum dicit, quod donec ſupereſt maſculus fœmina non ſuccedat,& ſic text.vult priuilegiare ſexum maſculinum, ergo habebit locum deciſio,& ſic maſculus excludat fœminã etiam in feudi poſſeſſione exiſtentem.

Secundo mouetur, quia in dubio in materia feudali magis iudicamus pro maſculo,quam pro fœmina,vt dicit text.in d. capitu.primo.nam licet fuerit diſputatum an maſculus excludat fœminam,tamen fuit deciſum pro maſculo,licet feud.habuiſſet effectum totalem in fœmina,quia totum deſcenderat ad filiam,tamẽ ſi poſtea reperiatur maſculus & fœmina, maſculus pręferetur.Ergo idem in caſu noſtro.Nec ob.ſecundum eum argumen.de regula l.patre furioſo.quia ibi non attribuitur actus ſuſpenſiue,ſed in caſu noſtro feud.tamen fit ſuſpenſiue ad fœmineum ſexum,donec maſculus ſuperuenit, vt probatur in textu ibi,donec,&c.ſi attribuitur feu.fęminę ſub die incerta,quæ pro conditione habetur.l.dies incertus.ff. de con. & demonſ.Non obſtat etiam ſecundum eum, dictũ capitul.j. cum aliis ſupra allegatus per Iaco. de Bel. quia ibi generaliter dicit tex.quod ſuperueniente maſculo fœmina non durat in ſucceſſ.de feu.Non obſtat etiam aliud,ꝙ dominia ſint perpetua,quia reſpondet iſtud eſſe verum in dubio. ſed vbicunque ſumus in materia,in qua attribuitur dominium alicui reſolutiue eueniente aliqua conditione, tunc dominium dicitur eſſe temporale.l.in annalib.C.de lega.l.ſub conditione.ff.de ſolu.probatur in ſimili in l.prima,§.j.ff.de aſſig.libe. Hanc opin. Laud.ſibi imprudenter adſcripſit Card.Medio.in d. capitu.primo de eo qui ſibi & hęre.ſuis maſcu.& fœmi.vbi tamen ſubiicit,ꝙ ſuſtinendo communem opinio.poteſt reſponderi,quod in text.ibi non dicitur quęri ius fœminę ſuſpenſiue, nec quęſitum reuocari per ſuperuenientiam maſculi, ſed loquitur de iure quęrendo,vel loquitur,quando feudum a principio erat datum ſub expreſſa condictio.quod deficientib.maſculis,&c. & ſic cum a principio eſſent ſuſpenſiue vocatę fęminę,ſi maſculi non extarent, ideo ſuperuenientia maſculi auocat feudum a muliere,ſecus ergo quando pure fœmina eſſet vocata. Mihi etiam placet ſecunda opinio ſupra relata, tanquam magis communis,ꝙ fœmina ſemel admiſſa ad ſuc.feu. nõ excludatur per maſculum ſuperuenientem, pro qua in primis me mouet trita regula,qua cauetur, quod contrariorum eadem debet eſſe diſciplina.l prima,cum vulga.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alieni iuris ſed ſic eſt,ꝙ ſecundum communem ſententiã fœmina ſemel excluſa,perpetuo durat excluſa, vidimus in p̃cedenti quęſt.ergo eodem modo a contrario, fœmina ſemel admiſſa debet perpetuo durare admiſſa. Secundo me mouet communis doctrina Bart.& Doc. in l.pluribus,§.& ſi placeat. de uerb.obl.vbi dicunt,ꝙ quando actus eſt conſummatus,nõ vitiatur,licet deueniat ad eum caſum,a quo incipere nõ poſſet,ſed ſic eſt in propoſito noſtro,quod actus videtur conſummatus,ex quo fęmina admiſſa eſt,ergo,licet ſuperueniãt maſculi & ſic res deueniat ad eum caſum,a quo incipere non poſſet (quia ſi eſſent maſculi,non poſſet de nouo fœmina admitti)non debet actus vitiari,& ſic fœmina ſemel admiſſa nõ debet actus vitiari,& ſic fęmina ſemel admiſſa non debet exclu-
34 di.†Vigeſimonono ſingulariter limitatur hęc regula ex his.q̃ ſubtiliter ſcribit Bart.Soc.conſ.cclvij.incip. viſis inueſtituris.in 6.colum.in 2.parte.vbi conſuluit,quod in feu.improprio & ꝯditionato ſuſcepto pro ſe & hęredib.ſuccedat fœmina, & fortius,quando eſt ſuſceptum pro ſe,hæred.& ſucceſ.†Trigeſimo & vltimo quęro,an Imperator poſſit diſpenſare,quod deſcendentes & fœminę ſuccedant in pręiudiciũ agnatorũ?& Hanc quęſt.habui de facto & in ea cõſului, & id pro eius deciſione ipſius conſilii ſubiciam inf.ad fi.tract.ibi perquire.

ALTERVM MEMBRVM TERTIAE PARtis principalis,quemadmodum in feudo maſculi deſcendentes ſuccedant?hactenus enim de fœminis dictum.

1 *Maſculi deſcendentes vſque in infinitum ſuccedunt in feudo.*
2 *Filius emancipatus,an ſuccedat patri in feudo:*
3 *Procedentia & deſcendentia ex honore paterno non amittuntur per emancipationem.*
4 *Argumentum de bonis liberti ad feud.an ſit bonum.*
5 *In feudis vbi non habemus expreſſam deciſionem feudalem ſeruandum eſt ius commune.*
6 *Filius exhæredatus an ſuccedat in feudo.*
7 *Filius a patre exhæredatus an ſuccedat in feudo aui.*
8 *Filius inſtitutus in re certa,an & qualiter ſuccedat in feudo cum aliis.*
9 *Filius præteritus in teſtamento patris,an habeat neceſſe dicere teſtamentũ patris nullum ad hoc,vt poſſit ſuccedere in feudo.*
10 *Carboniana bono.poſſ.an habeat locum in feudo.*
11 *Dominus feudi ſi fecit teſtamentum,in quo inſtituit filium iam natum,poſthumum autem præteriit,an ſicut teſtamentum ſtat in pendenti, ita etiam ſtet feudum,adeo quod inſtitutus non poſſit petere inueſtituram.*
12 *Nepotes ex filio præmortuo,an ſuccedant in feudo vna cum filiis deſcendẽtibus,ſicut ſuccedunt in bonis allodialibus.*
13 *Clericus an ſuccedat in feudo cum aliis fratribus.*
14 *Feudum alieni quæſitum ſi ille efficiatur monachus, an tranſeat ad eccleſiam.*
15 *Clericus in ſacris non debet pugnare in propria perſona propter ſanguinis effuſionem,ſed bene per ſubſtitutum.*
16 *Ex actu licito non debet quis pati pęnam.*
17 *Religioſus ipſo iure,cum ſit mortuus mundo eſt incapax feudi.*
Factus miles Dei,deſinit eſſe miles ſęculi.
18 *Nemo militans Deo,implicat ſe negociis ſecularibus.*
Beneficium non debet ad illum pertinere, qui non debet officium gerere.
19 *Clericus vaſallus,an poßis domino ſeruire per ſubſtitutum.*
20 *Alienans Feudum ſine conſenſu domini ipſum amittit.*
Conuerſus an poſſit feudum retinere.
21 *Monachus,vel regularis an habet nolle nec velle.*
Conuerſum verberans incidit in excommunicationem.
22 *Negatiua præcedens verbum denotans potentiam,importat quandam impoſſibilitatem,& neceſſitatem præciſam.*
23 *Feudum tranſire ad eccleſiam dupliciter conſideratur.*
24 *Regula iſta, quod clericus non ſuccedat in feudum multipliciter limitatur.*
25 *Clericus primæ tonſuræ poteſt ſuccedere in feu.*
Factus clericus in fraudem, ne ſuccedat feudo, poteſt in feudo ſuccedere.
26 *Feudum quod tranſit in fœminas, poteſt etiam tranſire in moniales.*
27 *Clericus & monaſterium ſuccedunt in feudo franco.*
28 *Clericus vel monachus ex diſpenſatione Papæ factus Comes ſuccedit in feudo.*
29 *Cruciferi militantes contra infideles ſuccedunt in feu.*
30 *Clericus nouiter inueſtitus a domino,qui ſciuit ipſum eſſe clericum, ſuccedit in feudo.*
31 *Clericus ſuccedit in feudo acquiſito per ſuperiorem, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus quibuſcunque.*
32 *Vaſallus quando priuatur feudo per ingreſſum religionis,ad quẽ deuoluetur feudum.*
33 *Filius adoptiuus,an ſuccedat in feudo.*
34 *Nepos ex filio,an ſuccedat cum alio filio in feudo ſuſcepto, pro ſe,filiis & nepotibus.*
35 *Pater an poſſit renunciare feudo in præiudicium filiorum.*
36 *Filius extractus de vtero matris iam mortuæ, an ſuccedat in feudo.*
37 *In feudo ſuſcepto pro ſe & filiis, an veniant etiam naſcituri.*
38 *In feudo ſuſcepto pro ſe & filiis fratrum, an filii accipientis excludant filios fratrum.*
39 *Filius naturalis legitimatus an ſuccedat in feudum.*
40 *Feudum paternum an diſtinguatur a feudo materno.*
41 *Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium an ſuccedat in feudo.*
42 *Aſcendentes an ſuccedant deſcendentibus in feudo vel ſeculari vel eccleſiaſtico.*
Bona feudalia & allodialia in quibus differant in materia ſucceſſionis eorum.
43 *In feudo,quod pater renunciauit in manibus domini cum pacto, vt filium inueſtiret,& morienti filio,pater ſuccederet, an ſuccedant adſcendentes deſcendentibus.*
44 *Adſcendentes ſuccedunt deſcendẽtibus in feudo, in quo filius eſſet inueſtitus contemplatione & amore patris.*
45 *Adſcendentes ex vtraque linea ſuccedunt deſcẽdentib.in feudo antiquo.*
46 *Pater an viuente filio habeat vſumfructum in bonis feudalibus, ſicut hẽt in allodialibus.*
47 *Fructus feudi poſtquam ſunt ſeparati,non dicuntur feudales, ſed allodiales.*
48 *Tranſuerſales,an & quomodo ſuccedant in feudis.*
Collaterales vſque ad quem gradum ſuccedant in feudis.
49 *In ſucceſſionibus regni & in feudis iuriſdictionum collaterales ſuccedunt etiam vſque in milleſimum gradum.*

50 *Collaterales ſuccedere vſque ad ſeptimum gradum, an dictio (vſque) ſtet incluſiue, an excluſiue.*
51 *In feudo ſuſcepto, vſque ad tertiam generationem, an dictio (vſque) incluſiue.*
52 *Computatio graduum in ſucceſſione feudi, an fiat ſecundum ius Canonicũ, an ſecundum ius ciuile.*
53 *Filii fratrum an ſuccedant in capita, an in ſtirpes.*
54 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.*
55 *Frater vterinus tantum, an ſuccedat in feudo.*
56 *Frater vtrinque coniunctus in ſucceſſione collateralis, an excludat coniunctum fratrem ex parte patris tantum.*
57 *Feudum ſuſceptum pro ſe & fratre, an intelligatur ſuſceptum pro tota linea tranſuerſali.*
58 *Filius exhæredatus, an excludatur in feudo a ſucceſſione collateralis.*
59 *Filius fratris an excludat patruum in ſucceſſione collateralium.*
60 *Filius fratris, an excludat in feudis vna cum patruo.*
61 *In feudo præſcripto, an ita ſuccedatur, ſicut in vero.*
62 *In feudo ſuſcepto pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, quomodo ſuccedatur.*
63 *Verba iſta (quibuſcunque hæredibus & ſucceſſoribus) in inueſtitura feudali appoſita, quid operentur.*
64 *In feudo ſuſcepto pro ſe & quibus dederis, an ſuccedant extranei hæredes ab inteſtato.*

REGVLA SEPTENDECIM quæſtionibus illuſtrata.

EXpedita igitur prima materia, primi membri, ſiue primæ partis, deuenio
ad ſecundam, in qua videbimus, quomodo ſuccedant in feudo deſcendentes maſculi. † Circa
1 hanc materiam habetis regulam generalem, ꝙ maſculi deſcẽ
dentes vſque in infinitum ſuccedunt in feudo. cap. i. § & quia
vidimus, qui feud. da. poſſ. Sed quæro in primis pro illius re
gulæ declaratione, nunquid generaliter procedat, non ſolum
in feud. ſeculari, ſed etiam in feu. Eccleſiaſtico. In hac pulchra
difficultate reperio, quod Bald. ſignanter in Auct. defuncto. C.
ad Tertu. concludit, quod in feudo eccleſiaſtico ſuccedunt tã
tum filius & nepos, niſi in contrarium actum ſit. mouetur p
§ emphy. in Auc. de non alie. & ſic vult Bald. quod quemad
modum recipiens emphyt. eccleſiaſticam intelligitur ſolum
ſuſcipere pro filijs & nepotibus d. § emphy. ita etiam fit in feu
do. Contrariam opinio. quod imo etiam in feud. eccleſiaſtico
ſuccedant deſcendentes maſculi vſq; in infinitum. tenet Mar.
Lauden. in c. j. § & quia vidimus. qui feu. da. poſſ. triplici funda
mento. Primo, quod ille text. generaliter loquitur. Secundo, p
tex. in cap. ex parte, in verbo, cõſanguineum. extra de feu. Ter
tio, nota. per glo. & ſcribentes in l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebe.
Nec obſtat ſecundum Lauden. § emphyt. ſuper quo conſiſtit
fundamentum Bal. quia ſecundum eum eſt hodie correctus,
ſaltem quo ad numerum graduum ſuccedentium, licet quo
ad qualitatem ſuccedentium, per § licentiam. in Auct. de alie
na. & emphyteu. notat Io. And. in nouella, in cap. in præſentia
vbi etiam Panor. extra de proba. late Alexand. in l. etiam. ff. ſo
lu. matrimo. Secundo reſpondet Laud. quod § emphy. loqui
tur de contractu emphyteutico, non autem de feudo, inter q̃
maxima diuerſitas, quod patet, quia emphyteuſis Eccleſiaſti
ca tranſit ad filias, dicto. § emphyteuſim, & tamen feudum re
gulariter non tranſit ad filias, vt late vidimus in p̃cedenti ma
teria. Licet fundamenta Laud. non ſint multum ſtringentia,
tamen opinio ipſius multum mihi placet, pro qua adduco
ſtringens fundamentum. Nam vera eſt concluſio, quam ſup.
late in præludijs firmaui, in ſecunda quæſtio. principali, quod
iſtæ deciſiones feudales ligãt etiam clericos, & Eccleſiaſticas
perſonas, ergo neceſſario concludendum eſt, quod etiam in
materia ſucceſſionis Eccleſiaſticæ perſonæ, in feudo eccleſia
ſtico debeant ſe ſubmittere deciſionibus feudalibus, & eo ma
xime iſtud procedit, quia quod maſculi ſuccedant in infinitũ
in feudo eſt deciſio, quæ proprie fuit appoſita circa diffinitio
nem ipſius feudi. & ſic de propria natura & eſſentia feudi eſt,
vt maſculi deſcendentes in infinitum ſuccedãt, ita probat tex.
ponens diffinitionem feudi, in cap. primo, §. fina. in quib. cau.
feu. amit. Secundo eandem opinionem contra Bartol. confir
mo, quia ille § & quia vidimus, in quo ponitur hæc deciſio, ꝙ
deſcendentes maſculi in infinitum ſuccedãt, continuatiue lo
quitur ad præcedentia, in quibus habitus eſt principalis ſermo
de feu. eccleſiaſtico: Ergo concludendum vr̃, quod loqui & in
telligi debeat etiam in eo caſu, in quo loquitur præcedẽs ma
teria, ad q̃ iſte §. continuatur, & ita teneo & concludo, de quo
tamen videatis aliquid per Barto. vltra prædicta. in l. ſi in perſo
2 nam. C. de fideicom. Secundo princip. quæro, † nunquid filius
emancipatus ſuccedat patri in feu. Iſtam q. tangit Bal. in auct.
in ſucceſſione. C. de ſuis. & leg. & ibi ſignanter determinat, ꝙ
ſic. Eandem opinio. tenet Iaco. Ard. Veron. in ſumma ſua, tit.
de ſuc. feu. §. item quæritur, ſi emancipatus, mouetur ratione,
quia in feudo principalis ratio ſuccedendi eſt in maſculino
genere, vt d. § quia vidimus. c. j. § & ſi clientulus. de alie. feu. &
in feudis agnatio aſſumitur pro genere, non autem pro quali
tate, ideo ſecundum eum etiam emancipatus filius ſuccedit
in feudo. Eandem opinionem ſequitur Lau. ibi dicens, pro ea
facere text. in l. tutelas. ff. de cap. dimi. Eandem opinionem te
net Aluaro. ibi in verſic. hoc quoque ſciendum, in vltima co
3 lumna. † quia illa, quæ ex honore paterno procedunt & deſ
cendunt, non amittuntur per emancipationem, argum. in l.
moris. § fin. ff. de pœn. Præterea ſecũdum eum ſublata eſt ho
die differentia emancipationis & patriæ poteſtatis. § primo in
Auct. de hæred. quæ ab inteſt. Item quia ſucceſſio feudi ita de
fertur ad hæredes deſcendentes, ſicut ſucceſſio hæreditatis de
iure nouiſſimo. licet ſit differẽtia circa collaterales inter agna
tos & cognatos, vt not. in glo. in c. primo, de gradib. ſucceſſ. in
feu. cum alijs ibi per eum allegatis. Imo fortius ſubiicit Alua.
ex prædictis inferri poſſe, quod etiam filius emancipatus præ
feratur in ſucceſſione filio ipſius emancipati, & ſic nepoti ex
eo in poteſtate retento per auum. argumen. tex. cum ibi nota
in l. ſecunda. § final. ff. de bon. liber. vbi eodẽ modo filius emã
cipatus in ſucceſſione liberti, vigore iuris patronatus, excludit
nepotem ex eo retentum in poteſtate. & ita dicit tenere Iaco.
Ardizo. in ſumma tituli, de ſucceſſio. feu. ſub rubricella. an fi
lius emancipatus ſuccedat cum nepote. & Nicola. de Neapol.
ad quod etiam ſubiicit, videndum eſſe Bald. in l. qui ſe patris.
in penultima columna. in verſiculo, modo venio, C. vnde li
beri.

4 † Tu autem aduerte in primis, circa iſtud vltimum, quod
non valet argumẽ. de bonis liberti ad feudum, quia in bonis
liberti ſuccedit ſolum ille, qui eſt proximior in gradu manu
mittendi, adeo, quod ſi duo manumiſiſſent vnum ſeruum, &
vnus moriatur, portio illius non tranſit ad eius filios, imo re
maneret in totum ius patronatus penes ſuperſtitem. l. iii. § ſi
duo. ff. de leg. tuto. quod tamen non procedit in feudo, vt eſt
tex. in d. § & quia vidimus. & in c. i. de duob. fratrib. a cap. inue
ſti. Item fortius dicit tex. in d. l. 3. § ſi duo. quod ſi vnus ex patro
nis decederet relicto nepote ex filio, & alius decederet relicto
filio, quod filius illius habebit totum ius patronatus excluſo
alio nepote ex filio, quod nullatenus procedit in feud. d. c. j. de
duobus fratribus a capi. inueſti. & ſic videtur, quod text. in d. l.
ſecunda § final. non procedat in feudis, quia ſucceſſio feudi de
fertur ſecundum ſucceſſionem hæreditatis, vt dicit tex. in d. §.
& quia vidimus. Ergo cum ſucceſſio hereditatis diuideretur ſe
cundum ius antiquum, inter filium emancipatum, & nepo
tem ex eo in poteſtate retentum, idem erit in feud. Fateor tã
men, quod de iure nouiſſimo poteſt procedere dicta conclu
ſio, ex quo de iure nouiſſimo filius emancipatus excludit ne
potem ex eo retentum in poteſtate, & ſic eſt correctus titu
lus, de coniungen. cum emancipa. liber. eius, vt not. gloſſ. com
muniter approbata in l. prima, ff. de coniungendis cum emã
cipato liber. & probat text. in § primo in Aucten. de hæredib.
quæ ab inteſtato. Stat ergo ſecundũ præfatos Doctores firma
concluſio, ꝙ filius emancipatus ſuccedit in feud. Ego addo p
iſta concluſione vltra p̃fatos Doct. bene facere, quia deſcẽdẽ
tes concepti poſt mortem aui, q̃uis non dicãtur proprie agna
ti vel cognati (hinc eſt, quod non ſuccedũt in bonis ipſius aui
l. j. § ſi quis proximus. ff. vnde cogna. § plane. Inſt. de hæred. quę
ab inteſtato.) tamen admittuntur ad feudum & emphyteu. ac
quiſitam pro ſe, & deſcendentib. ita decidit in terminis Bald.
in l. ſi in perſonam, in vltima quæſtio. C. de fideicom. & eſt bo
nus text. in l. Paulus. § Paulus. el primo, ff. de bonis liberto. vbi
nepos conceptus poſt mortem aui admittitur ad bonorum
poſſeſſionem auiti liberti. & aſſignat text. rationem, quia reſ
ponſum Iuliani dicentis, ꝙ non poteſt talis nepos ſuccedere
auo, loquitur ſolum reſpectu hæreditatis & bonorum poſſeſ
ſionis ipſius aui, q̃ ratio militat etiam in feudo & emphyteu.
Secundo addo, quod eandem opi. in terminis, ꝙ filius eman
cipatus ſuccedat in feudo, tenuit Bal. in c. i. in ii. col. in titu. An
agnatus vel filius, quia in feudis nõ curamus de emancipatio
ne, neq; de ſuitate ſeu patria poteſtate, ſed ſolũ de deſcenden
tia ex linea maſculina. c. j. § & ſi clientulus. de alie. feu. Pau. de
Ca. in l. ſi ab eo. C. de leg. her. Bal. in l. q ſe patris, circa fin. C. vñ
libe. Tertio & vltimo pro confirmatione huius concluſionis
adduco illud ſtringens fundamẽtũ, ꝙ ſuperius ad diuerſa ꝓpo
5 ſita adduxi, quia vera eſt cõcluſio, † ꝙ in feudis vbi nõ ha
bemus expreſſam deciſionem feudalem, ſeruamus ius cõmu
ne, etiam in materia feudali. c. j. in fine, de feud. cogni. cũ alijs
ſupra ſæpius deductis: Sed ſic eſt, quod in feudis nõ habemus
tex. repellentem emancipatos: Ergo ſeruabimus diſpoſitionẽ
iuris communis, ſecundum quam ita ſuccedunt emancipati,
ſicut exiſtentes in poteſtate, attenta maxime diſpoſitione
iuris nouiſſimi, ſecundum quam ſublata eſt differentia eman

cipationis,& patriæ poteſtatis.d.§.j.in Auct.de hæred. quæ ab
inteſt. Et ſi aliquis ſubtilis dixerit,quod imo habemus in ma-
teria feudali tex.repellentem emancipatos,videlicet tex. in c.
j.de gradibus ſucceſſ.in feu.vbi dicitur,quod iure cognationis
in feudis nulla eſt ſucceſſio,ſed ſic eſt,ꝙ per emancipationem
tollitur agnatio.§.quod autem.Inſtitut. de capitis diminutio-
ne iuncto.§.fi.de leg.agna.tu.Ergo,&c.Et ideo ex hoc videtur
ſublatum illud fundamentum , dum dicebatur quod hodie
ſublata eſt differentia emãcipationis & patriæ poteſtatis , ꝗa
etiam eſt hodie ſublata differentia ſexus agnationis & cogna
tionis.auc.poſt fratres.C.de ſuis & legit. & tamen in feudis fit
differentia inter agnatos & cognatos. Reſpondeo,quod quic
quid eſſet olim, hodie per emancipationem nõ tollitur agna
tio,vt dicit glo.per illum tex.in §.fi.Inſtitu.de leg.agna. ſuc.&
in §.fi.Inſt.de leg.agna.tu.in l.fratres,C.de ĩofficioſo teſtam.in
l.poſt emancipationem.in princip.in verbo,legitimo,ff.de le
gat.tertio l.cum filius.ff.de adopt.in l.legitimus.ff. vnde cogn.
Præterea illud quod dicitur , quod emancipatio tollit agna-
tionem,debet ĩtelligi,quod ſolum tollit illud ius prælationis,
quo vtebantur agnati contra cognatos,nõ autem tollit,quo
minus emancipati dicãtur coniuncti per lineam maſculinã ,
cognati vero ſunt illi proprie,qui ſunt coniuncti per lineam
fœmininam,vt probatur in iurib.allegatis. Tertio principali-
6 ter quæro,†an filius exhæredatus ſuccedat in feu. Iſtam q̃ſtio.
originaliter tetigit Ioan.And.in ſumma ſua,de ſucc.feud.ſub
rub.an filius ſuccedat in feudo . & ibi poſt multa argumenta
hinc inde ad partes facta,tandem determinat,quod ſic, quan
do teſtamentum irritatur per querelam inofficioſi teſtamen-
ti,ſecus ſi ex eo adeatur hæreditas,& ſic teſta.confirmetur,ar-
gumen.l.ſi exhæredatus filius.ff.ad Sill.& in l. ſi patronus.§.ſi
filius.ff.de bo.libe.Eandem opinio.tenet Andr.de Iſer.in c.j.in
prin.de ſucceſ.feud.cum modificatione tamen,quando mala
mente fuit facta exhæredatio,alias ſecus,argum. l. multi non
ff.de liber.& poſth.pro qua limitatione addo bene facere , ꝙ
in ſimili ſignanter dixit Barto.in l.vt iuriſiurandi,§.ſi liberi.in
vlt.col.ff.de oper.lib.vbi dicit Bar.quod ad hoc,vt filius exhæ-
redatus excludatur a iure patronatus liberti , requiritur quod
ſit exhæredatus mala mente,alias ſecus per l. ſi patronus. § ſi
quis non mala mente,cum ſeq.ff.de bon.lib.Eandem opinio
nem in articulo principali tenuit Odof.in ſumma ti.de ſucce.
feu.in prin.vbi dicit,quod filius iuſte exhæredatus non ſucce-
dit in feu.§.ſoluto.cum §.ſequen.in Auct.de nup. Fallit ſecun
dum eum,quando non mala mente exhæredatur. Secundo
fallit,quando filio exhæredato pater aſſignaret feud.l.ſi patro
nus teſtamento.§ ſi quis & l.Paulus,ff.de bo.libe.l.prima,§.pe
nul.ff.de aſſigna.libe Cum iſta etiam opini.tranſit ſimpliciter
Lau.in d.§.& quia vidimus idem etiam tenet Alua.ibi in x.co
lum.vbi limitat illud,quod diximus,exhæredatum poſſe ſuc-
cedere in feudo,non procedere , quando ex iuſta cauſa aliq̃s
fuiſſet exhæredatus,quia omnis cauſa,quæ eſt ſufficiens ad ex
hæredationem filij,eſt etiam ſufficiens ad priuandum eũ feu.
tex.eſt nota.in c.j.§.prædictis autem modis. quæ fuc. prima cã
benef.ami.Subijcit tamen ipſe non eſſe intelligendum, quod
omnis cauſa ex qua opin.& fama filij exhæredati grauetur,ſit
potens ad priuandum eum feu.per tex.in c.j.§.illud, quæ fuit
prima cau.benef.amit. Faciunt ad prædicta not.per Ang. in §.
ſolu.in Auc.de nup.vbi dicit,quod licet paterno quandoque ,
licet non ſint hæredes patris , tamen ſi ſint ingrati,repellendi
ſunt a ſucceſſione feu.& ſic ſtat concluſio,quod filius iuſte ex
hæredatus non ſuccedit in feudo . Pro qua concluſione addo
illud,quod in ſimili dixit Bart.in d.l.vt iuriſiurandi.§. ſi liberi,
in vl.colum.ff.de oper.liber.vbi dicit,quod filius exhæredatus
excluditur a iure patronatus liberti.Contra tamen hanc com
munem concluſionem videtur ſtringere text.in capi.j. in prin
cip.de ſuc.feu.in text.ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo
manente,vel valente.qui tex.ſemper allegatur ad hoc , quod
non poſſit dominus feudi , de tali feudo in teſtamento diſpo-
nere.Ergo videtur dicendum,quod exhæredatio facta ꝑ ipsũ,
non debeat impedire exhæredatum ſuccedere in feudo , niſi
reſpondeas ex prædicta communi concluſione dari notabilẽ
limitationem,& declarationem ad tex.in d.c.j.de ſucc.feudo.
vt non procedat,quando filius eſſet ingratus: Quia quemad-
modum pater poteſt ipſum priuare propria hæreditate , ita ẽt
poteſt priuare feudo.Sed tu ſubtilis cogita,an illud ſolum pro
cedat in feudo per ipſum patrem,exhæredãtem acquiſito, an
vero etiam in feudo antiquo quæſitum per auum, vel alium
ſuperiorem.veritas iſtius patebit ex his,quæ dicam in ſequen
ti.q.Secundo,contra hanc communem ſententiam oppono,
quia vera eſt concluſio,ꝙ licet filius non poſſit renũciare hæ
reditati paternæ,& acceptare feu.capit.j. cum ibidem notatis,
an agnatus vel filius . tamen aliquo caſu filius etiam ſi vellet
non poſſet eſſe hæres patri,tunc non priuatur feu.ita determi
nat Bald.in l.3.circa fin.C.de fideicom.clarius idem Bald.in d
c.j.in 4.columna in ti.an agnatus vel filius.vbi dicit,quod quã
do filius viuente patre renunciauit hæreditati paternæ , & ſic
facto ſuo eſt excluſus,ex quo non poſſet eſſe hæres , ſuccedet
tamen in feudo.Ergo eodem modo dicendum videtur in ꝓ-
poſito,quod ex quo filius exhæredatus non poteſt eſſe hæres,
debeat ſuccedere in feudo.Niſi ſignanter reſpõdeas, quod ex
prædicta communi ſententia limitatur & declaratur hæc con
cluſio,quæ habet,quod quando filius nõ poteſt eſſe hæres,nõ
priuatur feu.vt non procedat , quando non poſſet eſſe hæres
ex delicto ſuo,prout eſt,quando committit cauſam ingratitu-
dinis,ex qua potuit exhæredari. Quarto principaliter quæro,
7 †nunquid filius a patre exhæredatus ſuccedat in feu.aui. Iaco.
Ardizo,in ſumma præallegata,de ſuc.feud.ſub rubr. An filius
ſuccedat in feudo,decidit quod non , quia per patrem videtur
conſequi bona auita,niſi primo pater prædeceſſerit, quam a-
uus,quia tunc talis filius exhæredatus ſuccederet auo, & non
patri.Iſtam deciſionem ſequitur Aluarot.in dic. §.& quia vidi
mus , in decima columna,pro qua addo bonum textum in l.
Paulus.§.fina.ff.de bo.lib.vbi fit ſimilis diſtinctio,an exhæreda
tio patris facta de filio noceat in iure patronatus aui. Subiicit
Aluarot.ubi ſupra,ſecundum Iacob.Ardi. in loco præallega-
to,quod ſi talis filius,idemque nepos ſit exhæredatus ab auo,
non tamen excludetur a feudo patris.Subiicit etiam, quod ſi
quis filiam exhæredauit,tamen eius nepos, qui non eſt exhæ-
redatus,nec a patre,nec ab auo,ſuccedit patri & auo præmor
tuo patre & eo viuente,quando non ſit in eius poteſtate,alio
quin ſecus,quia per talem nepotem acquireretur eius patri ex
hęredato.argu.l.ſi ex patronis.§.j.& ij.ff.de bo.lib.l. quod ſi pa
ter.& l.ſi filius,ff.de oper.liber. de qua quæſt.vide etiam omni
no Alu.in c.j.in pen.col. an agnatus vel filius. Quinto princi
8 paliter quæro,†an filius inſtitutus in re certa æqualiter ſucce-
dat in feudo cum alijs?Breuiter concludendum eſt , quod ſic,
per tex.in capitu.j.in prin.infra de ſuc.feud.ibi,ordinatione dę
functi non valente.& ita decidit Barto.in l.vt iuſiurandi.§.ſi li
beri,ff.de ope.liber.Alua & communiter Doct.in d.§.& quia
vidimus,idem Aluaro.in c.j.in vl. col.an agnatus vel filius.ſic
etiam dicimus idem eſſe in emphyteu.eccleſiaſtica,vt per Bar
to.in dicta,l.vt iuſiurandi, §. ſi liberi. cum multis aliis concor
dantiis adductis per Alexand.conſilio cxviij incipi. conſiderę
9 tis.in vlt.col.in j.vol.Sexto principaliter quęro,†nũquid filius
pręteritus in teſtam.patris habeat neceſſe dicere teſtam.patris
nullum,ad hoc vt poſſit ſuccedere in feu?In hoc breuiter con
cludo,quod non,quia ius dicendi nullũ ratione pręteritionis
eſt,quoddã quaſi priuilegium,quo filius non tenetur vti inui
tus,ar.l.ſi iudex circumuento.ff.de mino.& l.ſi ꝑ mortem,§.ſi.
ff.de bo. poſſeſſ. contra tab.& ita in proprijs terminis reperio
10 determinare Bald.in capitu.j.in 3.colum.Septimo quęro, †an
Carboniana bonorum poſſeſſio habeat locum in feudo . De
hoc habetis claram deciſionem Bal.in d.c.1.in 6.col. an agna
tus vel filius.ubi tenet quod ſic.quam deciſionẽ refert, & ſim-
pliciter ſequitur Alu.in vl.col.in d.c.& quia vidimus.ſubiiciẽs
idem eſſe in bonorum poſſeſſio,quę datur ventris nomine,ar
gumen.l.i.§.lege Falcidia.ff.ad legem Fal.idem tenet Ale.in l.i.
11 in fi.C.de Carb.edi.Octauo principaliter quęro,†quid ſi teſta
tor dom.feu.fecit teſtam.& inſtituit filium iam natum,poſth.
autem pręteriit,noſtis,quod donec poſthumus naſcatur,teſta
mentum ſtat in ſuſpenſo , adeo vt inſtitutus adire non poſſit
l.poſthumo.C.de bo.poſſ.contra tab.in eodem modo remane
bit in ſuſpenſo feudum,adeo quod inſtitutus non poſſit pete-
re inueſtituram,donec poſthumus naſcatur. Reperio quod in
hac difficultate Bald.in c.i.4.col.de gradibus ſucc.in feudo, de
cidit,quod interim inueſtitura nõ eſt ſuſpẽdenda,duplici fun-
damento,quia omnino certum eſt,quod iſte inſtitutus debet
habere portionem ſuam , & ideo non eſt expectandus alius
euentus.argumento.l.quod ſi dubitet,ff.de acquirenda hęredi
tate.Secundo,quia certum pro incerto non ſuſpenditur.capi
tulo primo de controuerſia inter vaſal. & alium de beneſ.
& ita ſimpliciter tranſit Bald.Sed tu aduerte,quod in caſu ſu
pra formato non eſt verum quod ſuſpendatur ius adeundi hę
reditatem,ideo in hac difficultate puto tenendum eſſe doctri
nam iuriſconſulti,in l.antiqui.Digeſtis. ſi pars hęred. peta.vbi
eſt tex.quod ſi filius iam natus ſit inſtitutus, & poſthumus ꝑ-
teritus pendente natiuitate poſthumi , filius inſtitutus debet
habere quartam partem hęreditatis , aliæ autem res ſtant in
ſuſpenſo,& ſecundum numerum poſthumorũ, qui naſcẽtur
poſtea hęreditas diuidetur:Ergo eodem modo debemus dice
re in ſucceſſione feu.ꝗa ex quo nõ habemus in hoc exp̃ſſam
deciſionẽ feudalẽ,debemus ſeruare ius cõe ẽrĩ materia feuda
12 li.c.j.de feu.cog.Nono prin.q̃ro,†nũq̃d vna cũ filiis deſcẽdẽti
bus ſuccedãt in feu.ẽt nepotes ex filio ꝑmortuo,qnẽadmodũ
ſuccedũt ĩ bonis allodialib?Br̃ cõclude, ꝙ ſic.gl.habetis ita ex
preſſe determinantẽ in c.i.ĩ.de natura ſucce. feu.ubi dicit hoc
eſſe de mente tex.in c.j.circa principiũ,infra de ſucceſ.in feu.
dum dicit , quod prima cauſa in ſucceſſio. in feud. eſt libe-
rorum,& liberorum appellatio comprehendit etiam nepo-

tes.Pro eadem opinio,eſt tex.in c.j.circa principium, de ſucce.
feud.dum dicit,quod in feud.ſuccedunt filii & nepotes in lo-
cũ patris ſui.qui tex.cum ſimpliciter loquatur, ita poteſt intel
ligi,quod in locum patris ſui ſuccedant vna cum filiis defun-
cti,ſicut cum ſuccedunt per ſe,& ita illum tex.inducit ibi Bal,
in deciſione quæſtionis,an nepotes ex fratribus ſuccedant in-
ter ſe in capita,vel in ſtirpes. Et pro iſta opinio.facit ſtringens
fundamentum,quod ſupra multoties ad diuerſa propoſita re
petitum eſt.Quia firma eſt concluſio,quod vbi non habemus
expreſſam deciſionem in feudis, ſtamus deciſioni iuris com-
munis,etiam in materia feudali.c.j.de feu.cogn.cum aliis ſup.
ſæpius allegatis.De iure autem communi clariſſima eſt con-
cluſio,quod nepotes ex filio defuncto ſuccedunt auo vna cũ
filiis ſuperſtitibus,cum ergo de iure feudorum non habemus
expreſſe deciſum contrarium,ſtabimus deciſioni iuris cõmu-
nis,etiam in materia feudali.Ita in terminis reperio conſuluiſ-
ſe Franc.Are.conſ.clxiii.incipien.diligenter & mature diſcuſ-
ſis,in j.colum.vltra quem addo, quod eandem opinio. ſequit
expreſſe Aluarot.quem ipſe non allegat in cap.j.in 3. colum.
de natura ſucceſſio,feu.poſt alios per eum relatos, ſubiiciens
Aluarot.quod dicit,nepotes ex filio ſuccedunt in ſtirpes, non
autem in capita & ibi latius per eum.Decimo principaliter q̃
13 ro,de quotidiana quæſt.& multum dubitabili, †numquid cle-
ricus ſuccedat in feu.cum aliis fratrib.laicis. Iſta quæſtio fuit
alias de facto in perſona Reuerendi dom.Delfini de la Pergo
la,tunc epiſcopi Parmenſis,& in ea conſuluerunt præſtantio-
res Docto.totius Italiæ.Iſtam etiam quæſt.in hac inclita ciuita
te Papæ diſputauit ſolennis Doctor.Matt. Laud.vt ipſemet re
fert in c.i.§.& quia vidimus.qui feu.dare.poſ.& incipit diſputa
tio ipſius,Illuſtriſſimus dominus Dux Mediolani Eam etiam
late examinat Card.Medio.ibi,per ix.colum. ponens tandem
longam diſtinctionem,quam poteris videre per eum, ſic ſatis
inuolute & imperfecte.Hoſtien.q.examinat Barba. in rubric.
extra de feudis.

Ego autem omiſſis leuibus, quam breuiter fieri poterit me-
dullitus hunc articulum expediam, in quo fuerunt duæ prin-
cipales opiniones.Prima fuit opin.affirmatiua, quod clericus
ſuccedat in feu.quemadmodum ſuccedunt laici. Iſtam opin.
in primis videtur tenuiſſe glo.in c.j.in verbo nõ valet,an mu-
tus vel alias imperfectus & glo.magis expreſſa in c.j.§ ex hec
quæ incipit,niſi forte de beneficio fœminæ.vbi dicit, quod ſi
clericus ſit paratus ſeruire domino per ſubſtitutum, debet ad-
mitti ad ſuccedendum in feud.Ad idem glo.in l.quiſquis, la i.
C.de epiſcopis & cler.Eandem opinio.tenuit Dyn. in ſumma
ſua feudali. §. fœminæ. verſic. clericus. Eandem opinionem
ſecutus eſt Archid.in c.ſi qua mulier,xviii q.vlti. Hanc etiam
partem tenuiſſe videtur Inno.Ioan.And.Hoſt.Ioan.de Ligna
no, Gemi.An.de Bu.& Fan.in c.in præſentia, extra de proba.
& communiter Legiſtæ in auct.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccleſi.
vbi videtur dicere,†quod feudum alicui quæſitum, ſi efficiat
Monachus,tranſit ad eccleſiam.Ergo patet, quod clericus &
eccleſia non repelluntur a ſucceſ.feu.Idem etiam tenuit Bar-
to.de Saly.in d.auct.ingreſſi.vbi dicit Docto. ita communiter
tenere,ad idem etiam allegatur auctoritas And.de Iſer.in ca.
ſi quis deceſſerit.ſi de feud ſuc.contro.vbi generaliter dixit,ꝙ
dignitas ſuperueniens vaſallo,non repellet ipſum a feu. Ergo
non repellet etiam dignitas eccleſiaſtica, quia ille, qui erit in
maiori dignitate,ſeruiet minori per ſubſtitutũ. Eandem opi.
affirmatiuam ſequitur expreſſe Mar.Laud.in d.§. & quia vidi
mus,ſubiiciens ſe pro hac parte conſuluiſſe in prædicta facti
contingentia reuerendi dom.Epiſco.Parmen. & ſubiicit etiã,
quod pro hac parte conſuluerunt præſtantiores Docto.Papię
& Bono.& ꝙ reperitur pro hac parte conſuluiſſe Io. Calder.
Nec obſtant ſecundum eum iura, quæ ſolent in contrarium
allegari,de quib.infra faciemus omnino mentionem,quia ꝓ
cedunt,quando vaſal.clericus non vult ſeruire per ſubſtitutũ,
ſecus autem quando vult per ſubſtitutum ſeruire,vt per gloſ.
in c.1.de benef.fœmi.in l.quiſquis.C.de epi.& cle.Pro iſta opi.
affirmatiua facit in primis regu.iuris communis,qua cauetur
ꝙ cler.& alii prælati ſuccedunt, quemadmodum laici. l. Deo
nobis,& auct.presbyteros.C.de epi.& cle. Nam licet ceſſet pa
tria poteſtas,propter dignitatem Eccleſiaſticam, non tamen
tollitur ſuitas,vt declarat Bald.in l.apud hoſtes,ad finem,C.de
ſuis & legit.& alibi ſæpe Docto.Secundo pro eadem opinio.
facit regu.§.& quia vidimus,quia generaliter cauetur omnes
deſcendentes maſculos vſque in infinitum ſuccedere in feu-
dum.Ergo etiam ſuccedunt clerici.Tertio pro eadem opinio.
facit,quia ſatis eſt, vaſallum ſeruire in feudum per ſubſtitutũ
regulariter.c.ſi minori.c.ſi quis deceſſerit.ſi de feudo fuerit cõ
tro.c.i.§.firmiter.& ibi Andre.de Iſer.de prohi.feudi alien. per
Fed.Ergo ſatis eſt,clericum ſeruire domino per ſubſtitutum:
Quarto pro eadem opinione facit,quia non intereſt domin.
opponere hanc exceptionem quod vaſallus non ſuccedat in
feudo,quia clericus.Ergo non videtur audiendum, quia non
ſolent audiri,quorum non intereſt.l.prima ff.de ap.reci.Quid
enim intereſt domini,ſi clericus ſit paratus ſibi dare ſubſtitu
tum militem,qui melius ſciat gerere arma,quam ipſe, argu.
l.ſemel.C.de re milita.lib.x.& in Vegetio de re militari, q di
cit, Plus valet armis paucitas docta, quã multitudo indocta.
Quinto pro eadem opinione vltra prææallegata facit,ſecundũ
aliquos Modern.text.in c.1.§.fina.de cap.Corrad. Idem etiam
tenuit Ioan.Raynald.in ſuo compendio feudorum,in c.impe
rialem.§.firmiter,circa 18.colum.de prohibita. feu.alien. per
Fede.vbi dicit,clericum admitti ad ſucceſſionem feudi, ſi do
minus velit.c.1.§.fina.de cap.Corrad.Poſtea inſtat,quomodo
15 ſeruiet domino in bello?Reſpondet, †quod clericus in ſacris
non pugnabit in propriam perſonam,propter ſanguinis effu
ſionem,& propter timorem irregularitatis,c.1. extra de cleri.
pugn.in duello. ſed exhortabitur alios bellatores in acie bel.
allegat Io.Blanch Marſilien.in ſua ſumma,in titu.quib.mod.
feud.amitt.verſi.ſed quid ſi ſit cleri. vel poterit ſeruire per ſub
ſtitutum acceptabilem domino,vt vult gloſſ.in cap.de benef.
16 fœmin.Sexto & vltimo pro hac parte affirmatiua facit, †q a
per clericatus ſeu monachatus aſſumptionem non debet qs
pati pœnam,etiam reſpectu bonorum,ne trahatur aliquis ꝓ
pter hoc a ſuſcipiendo diuinam religionem.§. ſed hoc præſen
ti.in Auctent.de ſancti.Epiſcop.Secunda fuit opin. negatiua,
quod imo clericus non poſſit ſuccedere in feudo. Iſtam opi
nionem tenuit in primis Ioan.Blanchi.antiquus ſummiſta,in
ſumma ſua,titu.de ſucceſſione feud.§.ſed forte quærit aliquis.
Eandem opin.tenuit Iaco.de Bel.in cap.ſi quis deceſſerit.ſi de
feu.ſuc.contro.licet per aliquos,qui vt puto originaliter non
viderunt,allegetur illum tenere oppoſitum.Idem tenuit exp̄ſ
ſus ipſe Iacob de Belui.in l quiſquis C.de epi.& cle.in c.1.in vl
ti. c. in mutus uel alias imperfectus.Eandem opi.tenuit An.
de Iſern ſummus feudiſta,in ca.j. extra de cle.qui inueſt.ſe.niſi
ita eſſet de conſuetudine vel ex pacto, vt ſupra diximus in fœ
mina,quo caſu admitteretur clericus ad ſeruiendum per ſub
ſtitutum Idem tenuit ipſe And.in c.1. in fi.de benefi. fœminæ
referens ſe ad ſuprafcriptum capitulum primum,de clerico,q
inueſtitu.fecit.Idem And.ſi bene intelligatur,in c.qui cle ri de
feu.ſuc.contro.ibi,vbicumque autem clericus,&c.Idem And.
in cap primo de miſi.vaſal.qui arma bellica depo.per totum,
& maxime ante fi.Eandem opinionem tenuit Henri. Archie
piſcopus in ſumma ſua feudorum, titul.quod hodie obtineat
de feu.alienatione §.qui ergo,ſi eccleſiæ vel cler.ver. & expreſ
ſum eſt.Idem tenet Hoſt.in ti.quibus modis feud.amit. paulo
poſt princip.verſiculo,propter religionem vero amittitur feu
dum.Eandem opinionem tenet expreſſe Bald.in l.quiſquis.C.
de epiſcop.& clericis in capitulo qui clericus, & ibi etiam Al
uarot ſi de feud,fuerit controuerſia,Idem Bald.in capitulo in
præſentia,extra de probatione in capitu.cæterum. extra de iu
diciis.in l.qui ſe patris,circa decimã colum.C. vnde liberi.in
aucten.niſi rogati.in vltima,C.ad Trebellia.Eandem opinio
nem tenuit Alberic.de Rota.in dicta l.quiſquis.C.de Epiſcop.
& clericis in aucten.ingreſſi C.de ſacroſanc.eccleſi.in l.de qui
bus.ff.de legibus.Eadem opinionem tenuit Odoſ. in dicta.au
thentica.ingreſſi.Tenuit etiam Marti.in ſumma ſua feudali.
titu.quibus modis & cauſis feud.amit.verſicu.item petitur feu
do.clericatum.& in titu.qui ſuccedant in feud.in verſicu.item
non ſuccedit clericus.Eãdem opinionem tenuit expreſſe Bar
tol.in l.ſi finita,§.ſi de vectigalib.in 2.colum.ff.de damno infe
cto reprobans opinionem aliorum in d.aucten.ingreſſi.idem
Barto.cum quo tranſeunt ſimpliciter cæteri,in l.prima, C.de
legib.Idem tenuit Ia.Faſoli,vt refert Barto.in capitu. qui cler.
ſi de feud.ſuc.contro. Idem etiam tenuit Petr. de Crema.&
& multi alii,vt refert Bald.in capitulo primo,de benefi. fœmi
næ.Idem tenuit Iacob.Ardi.in ſumma,titu.quibus modis feu
dum amittatur.verſiculo item amittitur ſi clericis efficiatur.
& verſicul. neque etiam puto quod clericus vetus feu. valeat
tenere,ſeruiendo per alium. idem tenuerunt Cyn. Petr. & Ia
cob.de Rauenna.in dicta l.quiſquis.C.de epiſcopis & clericis.
dum dicunt,quod in feud.non admittitur ſeruitium per ſub-
ſtitutum.Idem expreſſe tenuit Cyn.in l.prima, C.qui admitti.
in verſiculo tertio quæritur. vbi expreſſe tenet monachum
non ſuccedere in feudo.Eandem opinio.tenuit Specu.in titu.
de feud.§.quoniam ſuper homagiis,verſic.xxv. quæritur.& in
tit.de inſtruc.di.§.compendioſæ verſi.quod ſi homo, vel aſcri
ptitius meus.idem tenuit vltimo loco Hoſt.in ſumma,titu.de
feud.§.quib.modis.verſicu.propter religionem vero, & in tit.
de immu.ecc.§.inquantum & ad quos.in antep. colum.

Pro iſta opinio.negatiua ſtringunt multa.& primo text. ine
uitabilis in capitu.qui cle.ſi de feu.ſue. controu. ubi dicit text.
quod eo ipſo,ꝙ quis efficitur cle.ſecularis & ibi exponũt Do
cto.maxime Bal.dũmodo ſit in ſacris veluti in ſubdiaconatu,
quia eſt ſacer ordo.ca.a multis,extra de ætate & qualitate, &
ipſo facto feud.amit.dupliciter inducendo hunc text.Primo,
quia verba præſentis temporis in textu poſita important a-
miſſio-

miſſionem ipſo iure.capitu.licet canon,in ſecundo reſponſo.
de elect.in vj.glo.in l.in criminali.C.de iuriſdictio.omn. iudi.
in l.iubemus.§.ſane,& vtrobique no.C.de ſacroſan. eccleſ.Se
cundo poteſt induci text.dum æquiparat religioſum & cleri-
17 cum. †nam religioſus ipſo iure cum ſit mortuus mundo, eſt
incapax feu.auct.ingreſſi C.de ſacroſanct eccl.ca.in præſentia
extra de probati. igitur & cler.amittit feu iam acquiſitũ, mul
to magis repellitur ab acquirendo de nouo,argumẽ. l. patre
furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui.Secundo pro eadem parte addu-
citur tex.in capi.j.de mili.vaſal.qui arma belli.depo. tam in di
cto,quam in ratione,dicit in dicto,quod etiã conuerſus amit
tat feud ergo multo magis cleri. Secundo induci poteſt ratio
ibi allegata in text.dum dicit,qui factus eſt miles Dei, deſinit
18 eſſe miles ſeculi,iuxta illud,†Nemo militans Deo, negotiis ſe
cularibus ſe implicat.c.j.in fin.extra ne clerici vel monac. Itẽ
poteſt aliter induci ratio illius tex.dum dicit,quod ad eum nõ
pertinet beneficium,qui non debet gerere officium. ad idem
text in capi.j.de cleri.non reſiden.in ſexto. Clerici autem non
debent officium gerere armorum,ergo ad eos nõ ſpectat be-
neficium,id eſt,feu. Tertio ꝓ hac parte negatiua eſt fortis text.
in cap.j.an mutus,vel alias imperfectus,vbi tex.æquiparat na-
tum imperfectum,fœminam & clericum, quanto ad hoc,vt
ſint inhabiles ad feud.Illud autem exploratum eſt,fœminam
eſſe prorſus inhabilem ad ſuccedendum in feu.vt d. c. & quia
vidimus ergo pari modo clericus Quarto pro eadem opinio.
eſt tex.apertus in c.i.§.ex hoc & illud deſcendit, de benefi.fœ-
mi.vbi text.vtitur termino vniuerſali,nullo modo. & dicit ꝙ
clericus nullo modo ĩ beneficio paterno ſuccedit, & ſi poſtea
hunc habitum poſt poſuerit.Idem ſubijcit text.in omnib. qui
habitum religionis aſſumunt,vt conuerſi.hi enim nec poſtea
in feu.ſuccedunt,& ſi quod habent, perdunt.Quinto ad idem
facit tex.in c.ex multa.extra de voto.dum dicit, quod clerica-
tus officium,reddit clericos inhabiles ad repugnãdum. Sexto
& vltimo pro eadem parte adducitur, quia clericus dicitur fa
cto ſuo,factus perpetuo inhabilis ad faciendum & iurandum
ea,quæ in ſacramento fidelitatis continẽtur,ergo a ſucceſſio-
ne feudi repellitur.Quod autem non poſſit adimplere nec iu-
rare,clare conſtat ex inſpectione ti.de noua forma fideli. & ſi
milium,quia omnia ibi expreſſa ſunt clericis interdicta:Cum
ergo non poſſit ea adimplere,deneganda eſt illi inueſtitura.c.
nulla.per quos fiat inueſtitura. & hæc fuit fundamẽtalis ratio
prohibendi cleri.& religioſos a ſucceſſione feud.& iſtud eſt,ꝙ
voluit tex.in ca.j.in fine,de milit.vaſal.qui bellica arma depo.
ponderando verbum,debet.

In tanta difficultate & Doctorum varietate,mea ſententia
veritas iſtius articuli dependet ab illa præcipua difficultate,
19 †an clericus vaſallus poſſit domino ſeruire per ſubſtitutum?
Ego credo veriorem eſſe concluſionem,quod non poſſit ſer-
uire per ſubſtitutum.Moueor in primis:quia, quam primum
aliquis eſt effectus clericus, ipſo iure & incontinenti feudum
amittit.tex.eſt in d c.qui clericus,cum inductione ſuperius fa-
cta.& hoc volunt Doct.ibi, maxime Bal. in prin.idem voluit
gloſſ.in verbo,ſuccedere.in d.c.j.de bene.fœmi. dum æquipa-
rat amiſſionem feudi,quam facit quis per clericatum,amiſſio
ni, quam facit quis per alienationem ſine conſenſu domini.
20 Sed certum eſt, †quod alienando feud.ſine conſenſu domini
perditur feud.ipſo iure.capitulo.j.de prohibita. feud.alien. per
Lotha & c.primo.poſt principium,de prohibita. feu. alie. per
Federicum.ergo, &c. Si ergo ipſo iure amiſit feudum & acce-
pit ſtatum incompaſſibilem feudo,non poſſumus dicere,ꝙ il
le admittatur ad ſeruiendum per ſubſtitutum , qui nihil iuris
habet.text.eſt nota.& ibi gloſſ.in ſimili, in l.ſi ex cauſa.§.Papi
nianus,ff.de mino.& hoc eſt,quod voluit Bartol. in l.ſi finita.
§.ſi de vectigalibus.ff.de damno.infecto cum dicit, ꝙ in cauſa
feudali,quo ad clericum,non admittitur illa qõ,an poſſit ſer-
uire per ſubſtitutum,cum ſtatim eo ipſo, ꝙ clericus efficitur,
cadat a ſua cauſa & feu.illud apertum ſit domino . Hoc idem
voluit And de Iſer.ſummus feudiſta,quem refert Bald.in dict.
c.j.de vaſal.qui arma belli.depo.vbi.tradit regulam,quod ha-
biles ad ſuccedendum poſſunt ſeruire per ſubſtitutum, ſecus,
quando ſunt inhabiles ad ſuccedendum,vt eſt clericus, qa tũc
non poſſunt ſeruire per ſubſtitutum.Eandem regulam, quan
tum ad propoſitum noſtrum,in effectu tradit Iac.de Bel.in ca
pitu.ſi deceſſerit.ſi de feu.fue.contro. vbi ponit diſtinctionem
generalem,an & quando vaſallus poſſit in feu.ſeruire per ſub
ſtitutum.Secundo principaliter moueor per tex.ineuitabilem
in dicto.cap.j.de mili.vaſal.qui arma belli. Nam dicit ibi text.
quod conuerſus,qui non eſt in aliquo ordine ſacro, & per cõ
ſequens vocatur laica perſona,c.ex eo,in fine,de electio.lib.6.
nec neceſſario profitetur,etiam ſi ſit cõuerſus regularium ec
cleſiarum.c.duo ſunt genera,cum ibi notatis.xij.q.j.contende
bat cum domino,& feud.retinere conabatur, dum viueret,&
tamen non audiatur, vt ibi dicitur.Si ergo poſſet ſeruire ꝑ ſub
ſtitutum,obtinuiſſet,vt feu.poſſet retinere: Imo fortius dicen-
dum videretur,quod cõuerſus per ſeipſum poſſit in feudo ſer-
uire, cum illi ex motione armorum nullus timor irregula
ritatis immineat,cum nullus ordo ſacer in eo exiſtat,vt prædi
xi,& ea quæ ibi dicuntur in conuerſo gloſſ. & Docto. dicunt
procedere in clerico,nec dicatur,quod ibi eſſet effectus mona
chus vel irregularis.Quinimo ibi ſimpliciter erat effectus con
uerſus,quod probatur manifeſte,dum dicit,quod ille talis cõ
uerſus conabitur retinere feud.donec viueret,& contendebat
cum domino vel agnatis, iſtud non poteſt contingere in mo-
nacho vel regulari.Nam primo ipſe mona.vel regularis nihil
poteſt retinere dum viuit, cum omnia tranſeãt in dominium
Abbatis,auct.ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccle.ca.cum ad mona
ſterium,de ſtatu regu.Item ipſe miles factus monachus vel re-
gularis,cum dom.vel agna.ſuis non contenderet , ſed Abbas
21 vel monaſterium , †quia monachus vel regularis non habet
velle nec nolle.c.nolo.& c.non dicatis.12.q.j.c.2.de teſtament.
in ſexto. Nec obſtat text. ibi dum dicit, miles Dei, quia etiam
conuerſus non profeſſus dicitur miles Dei.d.ca.duo ſunt gene
ra,& c.non dubium,vbi bona gloſ.extra de ſententia excom.
Et ideo nota ſignanter . quod verberans conuerſos incidit in
canonem,ſi quis ſuadente diabolo.xv.quæſtio.4. vt declarauit
gloſſ & Docto.in d.capitu.non dubium,extra de ſententia ex
communicatio.quinimo,vt probatur in iuribus præallegatis,
conuerſi poſſunt ad ſeculum redire. Et de conuerſis loquitur
etiam text. in capitulo j.de beneficio fœminæ.vbi generaliter
loquitur in omni,q̃ ſuſcipit habitum religionis, licet poſt po-
nat habitum & reuertatur ad ſeculum.Ergo manifeſte loqui-
tur de conuerſo,qui non vouit,& poteſt redire ad ſeculum,&
ad hoc facit,quod egregie notat And.de Iſern.in dicto. ca.qui
cler.vbi mirabiliter dixit,quod eo ipſo,quod quis eſt ingreſſus
monaſterium,etiam ſi intra annum probationis exeat, amit-
tit feu.& tamen cõſiat, quod eo anno retinet omnes alias res
ſuas,ſed non feud.quia eſt in tali ſtatu & gradu, vt dominum
defendere non poſſit,quod vltimum tamen pro nunc non fir
mo.Tertio principaliter me mouet tex. in præallegato. cap.j.
de bene.fœm.dum dicit,clericum nullo modo in benef.pater
22 no ſuccedere,ſed ſic eſt,†quod quando negatiua procedit ver
bum denotans potentiam,ſignificat quandam impoſſibilita-
tem & neceſſitatem præciſam.l.non poteſt.ff.de furtis.l.nemo
poteſt.ff.de lega.primo Barto.& omnes in l.Gallus.in princip.
ff.de lib.& poſthu.ergo non poteſt per ſe,nec per ſubſtitutum
ſeruire.Concludo igitur in propoſito noſtro , ex omnibus p̃-
dictis,ꝙ clericus non poteſt per ſubſtitutum ſeruire domino,
& per conſequens,nec per ſe,nec per ſubſtitutum,ideoq; ſeqẽ
neceſſaria concluſio in articulo principali, ꝙ clericus nõ poſ
ſit ſuccedere in feud.Quam opini.vltra infinitas authoritates
ſuperius adductas reperio tenuiſſe Alc.in conſ. x.incip.viſo in
ſtrumento.in v.volu.in j.col.& Fel.multum ſuccincte loquen
tem in c.in præſentia.in 21.col extra de ꝓba.Et tenendo hanc
partem de iure veriorem,reſpõdeo ad allegata in contrarium
& in primis ad glo.in dict.ca.j.an mutus vel alias imperfectus
ſuper verbo,non valet,quod verbum (retinebit) poſitum in gl.
ſtat interrogatiue,non autem deciſiue,& ſic ſi bene aduertiatẽ
gloſſ.illa dubitat,non autem decidit Præterea & ſecundo illa
glo.non loquitur in cler.ſed ſolum in muto,vel alias imperfe
cto.Vel aliter & tertio,ꝙ verba gloſſ.dum dicit ſi velit ſeruire
per ſubſtitutum,& poſſit,debet intelligi,quod poſſit, quia eſ-
ſet admiſſus a domino,qui & clericum & fœminam, & alios
imperfectos admittere poſſet,vel ꝙ ita eſſet per pactum.Secũ
do non obſtat gloſ.in d.c.j.de bene.fœmi. quia illa gloſ. loqui
tur ſub dubio,forte,nec aliquid præciſe determinat , quod ẽt
perſuadetur,quia gloſ.in d.capi.i.qui clericus.mouit hanc q.&
nihil auſa eſt determinare, ſed ſe remittit ad iuris prudẽtiam:
Quomodo ergo veriſimile eſt,quod glo.in d.ca.j.de benef.fœ
mi.unico verbo hanc quæſtio.determinare voluerit,& eo ma
xime,quia gl.ſequens ſuper verbo,poſt poſuerit,ſentit oppoſi
tum,aſſimilans clericum ei,qui feud.alienauit domino incon
ſulto.Item eſſet contraria glo.in d.c.j.de mili.uaſal in gl. ſuper
verbo,conuerſus.& in verbo,domini. Vel aliter reſpondeo,
ꝙ illa gloſſ.bene intellecta,nullo modo contradicit,nam illa
gloſſ.ſituata eſt ſuper oratione negatiua,nullo modo,q̃ verba
negant potentiam,ſubaudit gl. niſi forte ſeruire velit per ſub
ſtitutum &c.dictio ergo (niſi) venit ponendo potentiam , quã
præcedens oratio negauerat,iuxtã theoricam glo. & Doctor.
in l.actione.C.de trãſ.Erit ergo talis ſenſus illius gl. vt clericus
nullo modo poſſit ſuccedere in feudo,niſi eſſet paratus ſerui
re per ſubſtitutũ,quo caſu aliquo mõ poſſet ſuccedere, puta
ſi eſſet cõſuetudo in patria,vel eo pacto eſſet acquiſitũ,& ita
in terminis determinat An.de Iſer.in d.c.j.in prin. de cler.qui
inue.fecit.vt in his caſibus poſſit procedere.glo.in d.ca.j.de be
nef.fœmi.quæ ponit potentiam in clerico,ſi velit ſeruire per
ſubſtitutum,alias autem illa glo.eſſet contra textus, quos ſu-
pra adduxi.Item etiam contra ſeipſum d cap.j.de milit. vaſal
& in d.capitu.qui clericus. Nec eſt veriſimile,gloſſa.voluiſſe

vno verbo decidere quæſtionem ambiguam,quam ipſa gloſ. in d.cap.qui clericus,dicit ab antiqua iuris prudentia diſputari.& ſic illa glo.aliter intellecta diceret contra text.ſuper quo poſita eſt,& contra alios ſuperius allegatos. Non etiam obſtat glo.in d.l.quiſquis.la prima.C.de epiſco.& cle.quia licet gloſſ. ibi colligit argumentum,quod hæres aduocati poſſit retinere feudum,& ſeruire per ſubſtitutum,poſtea gl.arguit in contrarium,de l.de illo.ff.pro ſocio.& l.fina.ff.de procurat. vnde illa opinio.vltimo loco relata videtur per glo.approbata,argum. glo.in l.qui filium,§.Sabinus.ff.ad Trebelli. præterea teneatur prima opinio.glo.ipſius eſt communiter reprobata per Doc. in l.continuus §.ſi ab eo.ff.de verbor.obligatio. Non obſtant etiam deciſiones Canoniſtarum,in d.c.in præſentia. & Legiſtarum,in d.authen.ingreſſi.vbi videntur dicere,quod feudum acquiſitum alicui,ſi efficiatur monachus, ad eccleſiam tranſeat,quia vt ſignanter inquit Rapha Fulgo.in d.auth.ingreſſi. præfati Doctor.non bene conſiderarunt tex.loquentes in materia conſuetudinis feudalis, quos in ſuperioribus allegaui:& eo maxime,quia monaſterium vel eccleſia non poterit præ-
23 ſtare ea,quæ ſunt de forma fideli †Vel aliter & melius reſpondeo,ꝙ ipſorum opi.non fuit,quod feudum proprium & regulare,de quo intelligo præſentem articulum,tranſeat in monaſterium vaſal.effecto monacho, ſed omnes Doctores prællegati loquuntur in feud.irregulari.Nam opin. ipſorum habuit originem ab opinio.Marſ.& aliquorum antiquorum,quæ recitatur per Cyn.in d.auth.ingreſſi.quæ opi. loquitur , quando pro feu.præſtatur ſeruitium reale, vt puta par caponum & ſimilia,Tunc enim tale feud.bene tranſit ad eccleſiam. Sed qñ eſſet tale feudum,quod exigit ſeruitium perſonale,ſecundum regularem naturam feudi,tale feudum non trãſit ad eccleſiã. Iſta fuit mens præfatorum Doctorum, quam ita declarat Panor.poſt Ioan.And.& alios in d.c.in præſentia,in antep.colũ. extra de probatio.& Cyn.in d.auct.ingreſſi. & ad hoc optime facit,quod in propoſito noſtro ſignanter dixit Barto.in l.vnica.§.ne autem.C.de caduci tollen.vbi dicit,quod ſeruitia quæ debeo cum propria perſona facere, non poſſum exercere per ſubſtitutum,quæ autem debeo per patrimonium ſic, idẽ Bal. in d.l.quiſquis.in princip.C.de epiſ. & cleri. Non obſtat etiam authoritas And. de Iſern.in d.cap.ſi quis deceſſerit.dum dixit, quod dignitas ſuperueniens non repellit quem a feudo, quia loquitur in dignitate temporali , puta ſi efficiatur quis Dux, Comes,vel Marchio.Nam quia tunc inde eorum eſſet,vt ſeruiret minori,admittitur ad ſeruiendum per ſubſtitutum, nos vero loquimur in dignitate Eccleſiaſtica,quæ vt dixi, videtur inhabilis ad feudum habendum,vel retinendum.Non obſtãt etiam duo prima fundamenta pro parte affirmatiua,quia remanent ſublata per iura expreſſe ſuperius allegata. Non obſtant tertium & quartum fundamentum,dum dicebatur,clericum ſeruire per ſubſtitutum , quia illud remanet reprobatũ per ſupradicta.Non obſtat quintum fundamentum de ca.j.§. fina.de capi.Corrad.quia ille tex.expreſſe loquitur , & ita per omnes intelligitur,quando Epiſcop.vel alius prælatus habuit feud.a rege vel domino iure Epiſcopatus,vel prælaturæ, non autem,quando volunt habere iure ſucceſſionis. Non obſtat ſextum & vltimum fundamentum , quia ad illud reſpondet Aluarot.in cap.qui cler.quod qualitas & natura feudalis hoc operatur,iurib.ſupra allegatis.Stat ergo firma cõcluſio,quod
24 clericus non ſuccedat in feud. †Hanc concluſionem limitate in primis,vt procedat in feud.vero & proprio,ex quo debeat ſeruitium perſonale,ſecus autem in ſeruitio reali . Iſta prima modificatio & declaratio expreſſe colligitur ex verbis Panormi.in d.c.in præſentia,in antep.col.extra de prob.ex verbis Aluarot.in d.c.qui cler.ſi de feud.fue contro.& in d.c.j. de milite vaſal.qui arma depo.ex verbis Bald.in d l quiſquis.C. de epi.& cleri ex verbis Iac.de Bel.in d.c.ſi deceſſerit,ſi de feu.fue.contr. & ex mente omnium Docto. ſupra allegatorum. Quo caſu,ſi eſſet monachus,monaſterium haberet feud. ad vitam monachi,iuxta no.in d c.in præſentia.& iſtam limitationem ſequit
25 etiam ibi Fel.in xi.col.in 2.fallentia . †Secũdo limita prædictã concluſionem,vt procedat quando cle.eſſet in ſacris conſtitutus,ſecus autem quando eſſet clericus primæ tonſuræ. ita Bal. & alii communiter ſequuntur,in d.ca. qui clericus. ſi de feud. fue.contro.& ita etiam tenet Cardina.Medio.in d § & quia vidimus,in ſua diſtinctione. Tertio ſignanter limita,vt non procedat prędicta concluſio,quando pater vel alij agnati facerẽt aliquem in fraudem fieri clericum ad hoc,vt non poſſit ſuccedere in feud.Ita in terminis limitat Ia.de Bel.in d.c.j.de benefi.
26 fœmi.dicens ita ſæpius ſe vidiſſe fieri in partib.Siciliæ. †Quarto ſignanter limitate regulam prædictam non procedere in fœmina,quæ intraſſet monaſterium.Quia in caſu, in quo feudum.tranſiret ad fœminas,tranſiret etiam ad moniales.Illud probatur ineuitabili fundamẽto,quia fœmina reputatur inhabilis ad feu.tranſit ad fœminam,videtur eſſe actum, vt ſeruiat per ſubſtitutum.ita dicit Specu.ti.de feud.§.quoniam. verſicu. ſin autem ad deficientis.C.de caduci.tollen. & idem tenet Io. And.in addi.ſuper d.verſicu.xxi.vbi addit plus, quod monialis poſſet præſtare iuramẽtum fidelitatis per alium , & ita etiam videtur tenere Ia.de Bel.in ſua diſtinctione, in d. l.quiſquis.C. de epiſcop.& cleri.& And.de Iſer.in c.j.in prin.de mili.vaſal.q arma bel.depo.& in capitu.1.§.fina.de benefi.fœmi. iſtam ſeqtur Felin.in d.capitu.in præſentia.colum.xxi in 3.fallentia & vltra cum hanc limitationem plenius tradit & cõfirmat Alexand.in conſi.x.incipien. viſo inſtrum.in v.volumi.in ii colũ.
27 †Quinto ſignanter limita prędictam concluſionem non procedere in feud.franco & libero,quia in eo ſuccedit & monaſterium & clericus,ita ſignanter Bald.in capi.inter dilectos.in 4.colnmna extra de fide inſtrumen.idem Bald.in auct. niſi rogati,in vltima columna,C.ad Trebellia.in l.ſi plures. In ii.col. C.de conditio.inſer.refert & ſequitur Alexand.in d. conſil.x. in v.vol.Barba.in rub.de feud.in 3.colum.Felyn.in d.c. in præ-
28 ſentia,in prima limitatione. †Sexto limitate prædictam concluſionem non procedere in monacho,qui ex diſpenſatione Papæ factus eſſet Comes,quia ſuccederet in feud.aperto,poſtquam eſt Comes.Ita in terminis conſuluit Bald.conſi. cxliiij. incipient.quid pro regula.in quarta columna in prima parte & ibi etiam ponit,quid de eo,qui reperit ſe papam tempore, quo moritur aliquis,ſuus frater Comes,vel alius habens feu-
29 dum.†Septimo videtur limitanda prædicta concluſio,vt non procedat in iſtis Cruciferis,qui militant contra infideles,quia licet ſint irregulares , tamen militant Deo in armata militia contra infideles,& ſic non depoſuerunt arma bellica , ſed cõmutauerunt in melius,idest,contra meliorem militiam,& iõ fauore fidei videtur dicendum,quod iſti, qui militant contra infideles,intelligantur ſeruire domino ſuo, & ideo retinent feud Hanc dubitationem tangit Bald.conſi.xxxiii.incipien.ad euidentiam,vbi tamen concludit,quod licet ita videatur dicẽdum,per prædicta,tamen ſecundum rigorem feudorum non ſuccederet in feud.Tu autem vide in contrarium Barb.& Bal. tamen non facientem mentionem in rubr.de feu.in 4.colum
30 na.†Octauo limita,niſi clericus de nouo inueſtiretur ad omnino,ſciente ipſum eſſe clericum , quia poſſet feudum retinere,
31 vt late per Aluaro.in c.j.§.i.de bene.feu. †Nono & vltimo videretur limitanda prædicta concluſio,vt nõ procedat in feu acquiſito pro ſe & ſucceſſorib.quibuſcunque , per illud ꝙ dicit Bald.in l.i.in 34.q.ff.de rerum diuiſio.vbi dicit, quod quando ſunt appoſita dicta verba, tranſit feu.ad hæredes etiam extraneos,imo etiam ad legatarios,cum multis aliis infra dicendis in q.principali,quando feudum eſt acceptum ſub illis verbis.Contrarium tamen in hac ſpecie concludit Barba.in præallegata rubri.de feud. de quo etiam vide Felinum in d.capit. in præſentia columna vigeſimaſecunda. in iiii.& vltima fallẽtia per eum poſita.

32 Circa prædictam quæſtio.cadit †neceſſaria dubitatio, in caſibus,in quibus vaſallus priuatur feud. per ingreſſum religionis,ad quem feudum deuoluat,an ad dominum, an ad agnatos.Glo.in c.i.§.primo,de benefi.fœmin.tenet, quod ad dominum reuertatur.Sed illam gloſſ.intelligunt ibi Aluaro. & cõmuniter alii Doc.ꝓcedere in feu.nouo ,ſed in antiquo deuoluitur ad agnatos.Ita etiam tenet Alua.& cæteri in c.i.de milit. vaſal.qui arma bel.depo.Raph.Co. conſ.cxlvij.inc.Ioſeph, &
33 Anto.Vndecimo quæro,†an filius adoptiuus ſuccedat in feu. Et hic breuiter me expedio,quia eſt tex.expreſſus , quod non in c.adoptiuus.ſi de feu.fue.contro.Et ibi Alu.late ponit & cõcludit idem eſſe ĩ arrogato, & ex eius dictis poſſunt colligi ali
34 quæ limitationes.Duodecimo quæro,†quid ſi aliqs ſuſcipiat feu.pro ſe,filiis,& nepotib. & moriatur relicto filio ac etiam nepote ex alio filio , an talis nepos ſimul ſuccedat cum filio , an vero intelligãtur vocati ordine ſucceſſiuo,ut primo filius, deinde eo non exiſtente nepos.Iſtam dubitationem in indiuiduo tangit Petr.Philippus Corneus conſil. 24. incipiente. ad euidentiam,in viii.colum.in ſecunda parte, & ibi concludit, quod nepos ſimul admittatur cum filio,allegat plura,quę nõ
35 tranſcribo.Decimotertio quæro,†an pater in præiudicii filiorum poſſit renunciare feudũ,ita vt ſi vnus ex fratribus in manus dom.renunciauerit ſeu.pater.& do.ſeit.illico de toto feu. inueſtiuerit alium fratrem,& poſtea cõtingat , ꝙ ille nouiter inueſtitus decedat ſine deſcendente maſculo,an ille, qui renũciauit, vel filii ipſius poſſint ſuccedere in feud.& excludere domi.feud.Iſtam quæſt.late examinat Alexan.conſi.13.incipiente,perſpectis his, in v.volumin.ad quem me remitto.Decimo
36 quarto quæro, †an filius extractus de vtero matris iam mortuæ,ſuccedat in feudo.Iſtam tangit Iacob.Ard. in titul. de ſucceſſione feudi.ſub rubricella,vbi frater ſuccedat fratri,in fine. & ibi concludit,quod ſic,argumento.l.quod dicitur.ff. de lib. et poſth.et l.j.poſt principium.ff. ad Tertullianũ. Credo quod iſtud ſit indubitatum , quia ex quo non habemus textum iſtud decidentem in materia feudali, et habemus textum expreſſum in dicta lege quod dicitur, quod ſuccedit.

Ergo ſeruabimus ius commune etiam in materia feudali c.
primo.circa finem,de feu.cogn.& ita etiam tenet Aluaro.&
Mod.in d.cap.primo.in quarta.colum.an mutus vel alias im
perfectus.Decimoquinto quæro, † quid ſi quis accepit feudũ
37 pro ſe & filiis ſuis,an veniant ita naſcituri, ſicut iam nati. De
hoc eſt clára deciſio Aluaro. quod ſic in cap.j.in j.colum.&
pe.de eo, qui ſibi & hære.ſuis maſcu.& fœm. cui nihil addo,
38 quia puto indubitatum eſſe. Decimoſexto quæro, † quid
ſi quis accipiat feud.pro ſe & ſiliis fratrum, an filii accipien-
tis excludant filios fratrum? Aluaro.in d.cap.primo. colu pe.
de eo,qui ſibi & hæred. ſuis maſcu.& fœm.poſt Bald. in l.cũ
acutiſſimi.in fi.Cod.de fideicomniſ.diſtinguit, quod aut eſt
facta mẽtio mortis,vt quia dixit,recipio pro me,& poſt mor
tem meam pro filiis fratris mei,& tunc filii mei præferentur
l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.Aut non eſt facta mentio mor-
tis,& tunc ſtatim eſt quæſita dimidia filiis fratris mei, per no-
tata in d.l.cum acutiſſimi.& le.ſi quis Titio. ff.de vſufruct.ac-
creſ.ſubiungit tamen poſt Bald. quod etiam primo caſu poſ-
ſit dici,quod excluduntur filij fratris a dimidia, quia hæc ſti-
pulatio concernit eos,tanquam conſortes,per cap.primũ.an
agna.vel fil. & quia hoc videtur eſſe de mente domini inue-
ſtientis,argumen.l.prima.Cod.de pact. Decimoſeptimo quę-
39 ro, † an filius naturalis legitimatus ſuccedat in feud. Iſta eſt
materia,quę traditur in cap.naturales,ſi de feu.ſuc. controu.
in qua facit duas principales regulas.Prima, quod legitimat⁹
per reſcriptum principis non ſuccedit in feud.tex. eſt expreſs⁹
in d.cap.naturales.Fallit primo hæc regula, quando in reſcri
pto principis expreſſe diceretur,quod poſſit ſuccedere in feu.
glo.eſt per omnes pprobata in d.cap.naturales. Et ſufficit ſe-
cundum communiter Docto.ubi,vt dicatur in legitimatiõe,
quod tales filii ſuccedant in feudis, licet non exprimatur ad
talia, & talia feuda, niſi ſecundum Lauden.ibi eſſemus in
maximis dignitatib. quia in eis legitimati non ſuccederent,
niſi fuiſſet facta ſpecialis mentio, allegat Bald.in l.cam,quã.
C.de fideicommi.No.tamen perpetuo, quod in poteſtate le-
gitimandi ſimplici non includitur poteſtas legitimandi ad
feuda.Signoro.de Homodeis in conſilio 220. incipien.quidã
dam dictus Ioannolus.vbi aſſignat tres rationes, illud conſi-
lium refert,& ſequitur Card. Medio.in cap. per venerbilem.ĩ
46.colum.verſicu.quod autem,qui fi.ſint legi.Iſtud etiam cla
re vult, Pau.de Caſt.in conſilio 456.inci.viſis,& eſt in vol.cõ-
ſiliorum antiquorum, ſecundum nouam impreſſionem.A-
lexand.in conſi.6.inci.viſa legitimatione.in prima.colum in
ſecundo. volumi. & Signorolus in d.conſi.aſſignat tres ratio-
nes.vide etiam omnino Arc.in con.pen.Quæ autem ſit ratio
cap.naturales reperio,quod aſſignantur plures rationes. Pri-
ma,ne fiat pręiudicium dom.feu.Iacob.Aluaro.in cap.natu
rales.Ale.in conſi.2 in ſolutione noui.argu.in j. volum.quod
eſt repetitum in conſ.97.in 2.volum.idem Alexand.conſilio
67.incip.conſideratis,in j. volumi. Aliam rationem aſſignat
Ange.in diſputatione ſua, inci. quidam nobilis genere Ant.
de Bur.in capi.per venerabilem. in antepe.colum. qui fil.ſint
legi.Alexand.conſi 94.incip.conſideratis his, in j. volumi.&
conſi.67.inci.conſideratis.in j.volu.& conſi.25. inci.circa pri
mum.in j.volum. quia non præſumitur nobilem feud.cõce-
dentem ſenſiſſe de iſtis filiis legitimatis.Aliam rationem aſſi-
gnat ibi Iacob.Aluaro. & alii Moder.quia fieret pręiudiciũ
agnatis,quod ĩ dubio nõ eſt pręſumendum principem voluiſ
ſe.l.e.nec auus Cod.de emancipa.libe.No.etiam, quod quan-
do princeps legitimat ad feud.requiritur ſpecialis derogatio
ad capit.naturales. Non autem ſufficit derogatio generalis,
ſecundum Bald.poſt Dyn.in cap.naturales.in fi.2.colum.mo-
uetur, quia cum iſta gratia nõ ſit communis,ſed exuberans,
Ergo requiritur exuberans ſolennitas,in qua dicatur non ob
ſtante c.naturales.Iſtud dictum eſt periculoſum, quia contra
rium tenet ibi Aluaro.& Car. Medio. licet dicant tutius eſſe
apponere illam clauſulam.idem tenet Mart.Lauden.in fin.j.
colum idem tenet Raph.Cuma. conſilio clxviii.incipi.Reue-
rendiſſ.presbyter.in ſecunda.colum.facit, quia dictum capit.
naturales,limitatur ſecundum glo.& omnes, quando Impe
rator legitimat ſimpliciter,non nominando ad feuda, Ergo
quando ſimpliciter legitimat ad feuda, non opus eſt deroga-
re ad cap.naturales,cum hoc caſu non loquatur. Sed poſito,
quod dictum Bald. eſſet verum, ſufficeret clauſula generalis
cum illis verbis,etiam ſi talia forent,&c.vt per Bald.in prælu
diis feudorum.in x.colum.verſicu.item dicit And.Franc.Arc.
in cap.primo.de reſcrip. Felyn. in cap. nonnulli.in princip.in
12.colum.de reſcrip.bene facit con.Barba. 34. incip.præclare
dixit optimus Pſalmiſta,in 6.colum.in 2.volu.Sed quod clau
ſula(omnia & ſingula)operetur ſpecialẽ expreſſionem, vide
Franc.de Arc.in conſi. cxiiij. in pręſenti.conſul.in 3.columm.
Circa hanc primam regu.cadit noua dubitatio,an naturalis
legitimatus ſuccedat in feu. ſi tempore inueſtituræ feudalis
filius naturalis reperiat ſe legitimatum. Hanc dubitationem
tangit originaliter Laud.in cap.naturales. in princ.licet Car.
Medio.ſibi adſcribat, & dicit videri prima facie, quod talis
naturalis legitimatus ſuccedat,quia tex.ibi dicit poſtea. Ergo
a contrario ſenſu, ſi tempore inueſtiturę reperiat ſe legitima
tum.ſuccedet in feudo. Hoc tamen non obſtante ipſe cõclu-
dit contrarium.motus,quoniam conſuetudines feudales diſ-
ponunt filios poſſe ſuccedere, niſi concurrant eodem tem-
pore,naturalitas & ciuilitas filiorum,vt probatur in dicto c.
naturales.iuncto ca.adoptiuus.eodem titulo.Nec obſtat text.
in d.capit.naturales. in verſicu. poſtea. quia ſecundum eum,
noluit ſoluere dubium, an filii naturales legitimati ex poſtfa
cto ſuccedant in feudum,ita vt terminus(poſtea) non refera-
tur,quod ad tempus inueſtituræ, ſed ſe referat ad naturalita
tem,quia naturalitas filii præceſſit filiationem.Stat ergo regu
la,quod naturalis legitimatus non ſuccedit in feudo.Extende
hanc regulam,vt non ſolum procedat in feudo paterno, ſed
etiam in materno,quia in eo non ſuccedit filius naturalis.Ita
tenet Iaco.Ard.And.de Iſern. Aluaro.Laud.& Moder.in cap.
40 naturales.moti, † quia tex.ille non diſtinguit feudum pater-
num a materno.& ideo nec nos diſtinguere debemus,vulga
ta l.de precio.ff.de publ.l.non diſtinguemus. ff.de arb. Secun
do extende,vt procedat etiã ſi nulli alii eſſent legitimi & na-
turales,ita probat tex.in d.cap.naturales,ibi,nec ſoli, nec cũ
aliis,quem expreſſe adhoc no. Laud.ibi. Tertio extende,vt
non ſolum procedat in ſucceſſione ab inteſtato, ſed etiam in
ſucceſſione ex teſtamento,eo caſu, quo feudum deſertur ex
teſtamento.ita in ſpecie dicit Laudeṇ. in dicto capitulo na-
turales.motus ſolum,quia ille tex.loquitur indiſtincte argu.
l.de precio.ff.de publica. Limita hanc primam regulam ſic,
vt ſupra declaratam,non procedere, quando dominus con-
ceſſit feudum vaſallo pro ſe & ſuis filiis natis & naſcituris, &
dominus tunc ſciebat, quod vaſallus ſolum habebat filium
naturalem.Quia tunc talis naturalis ſuccedit in feudo, ita in
ſpecie decidit Alua.in dicto cap.naturales,in i.colum.mot⁹,
quia ſcientia domini concedentis hoc importat,argumen. l.
ſi quis ita.ff.de teſt.tu.Nam ſecundum eum, quilibet poteſt ĩ-
ueſtiri,etiam ſeruus,ſi placet domi.cap.j.§.perſonam p quos
fiat inueſti.Bald.in eam,quam.Cod.de fideicommi.probatur
in l.hęredib.§.fina.ad Treb.Quod autem eſſet, ſi princeps cõ-
cederet alicui exiſtenti in ſacris pro ſe & hęre. an illa verba
(hæredibus) intelligantur de deſcendentibus,an vero de agna
tis.Dicit Bald.in d.cap.naturales, quod intelliguntur de colla
teralib.non autem de deſcendentibus,ex quo conſtitutus in
ſacris,non poteſt habere filios legitimos,& ibi ſequuntur cõ
muniter doct.& in ſpecie Laud in vltimis verbis. Secunda re-
gula ſit, † quod filius legitimatus per ſubſequẽs matrimoniũ
41 ſuccedit in feud.ita originaliter decidit And.de Iſer.quem ibi
ſequuntur communiter Docto.in d.cap.naturales.motus per
tex.in cap.tanta.extra qui fi.ſint legiti.vbi text.non diſtinguit
inter bona feudalia & allodialia, nec ẽ dare rationem diuer-
ſitatis,ſecundum eum, & ideo vtriſque bonis debet dici idẽ
ius l.a Titio.ff.de Verborum obli.& probatur ratione,quia ſi
Princeps ex certa ſcientia hoc poteſt facere,multo fortius de
bet poſſe matrimonium,quod eſt de iure diuino,& commu-
ni,vt tenẽt Doct.in cap.tanta. Hanc regulam limitat Bald.in
d.cap.naturales,non procedere,quando forma inueſtituræ ĩ-
ſpiceret principium,puta ſi inueſtitura feudalis diceret, con-
cedo feudum tibi & filiis,a te legitime deſcendentibus. Quia
tunc ſecundum eum legitimati per ſubſequens matrimoniũ
non ſuccederent.Hanc limitationem impugnat Lauden.ĩ d.
cap.naturales.motus primo per dictum cap.tanta. qui fi. ſint
leg.quia limitatio per ſubſequens matrimonium trahitur re
tro,argum.l.qui potior,& l.qui balenum.ff.qui potio. in pig.
ha.& ita dicit tenere in fortiorib.terminis And. de Iſer.ibi te-
net quod etiam ſi tenor inueſtituræ eſſet hoc modo, ĩueſtio
te,& deſcendentes ex corpore tuo legitime deſcendẽtes, &c.
quod adhuc legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuc-
cederet in feu.licet Lauden.non referat ante eum hanc con
trarietatem.Ponderauit Aluaro.in d.cap.naturales.dicẽs iſtas
opi.poſſe concordari,vt dicamus, quod aut tempore matri
manii filius erat iam conceptus & natus, & tunc procedat
opi.Bal.aut tempore matrimonij erat conceptus, ſed nondũ
natus,& procedat opi.And.de Iſer.per le.nuper. Cod. de nat.
lib.Et pro hac concordia dicit facere,quod dixit Vincen.Ho.
& Pau.de Elea.in d.cap.tanta. Secundo limita hanc ſecundã
regulam,ut procedat in naturalibus filiis tantum, ſecus autẽ
in ſpuriis.ita limitat in ſpecie Lauden.in d.capi.naturales.per
tex.expreſſum in d.cap.tanta.Poſtremo eſſet videndum, quo
modo ſuccedant deſcendẽtes in regno,Ducatu,vel Marchio
natu. Et circa hoc quam plures incidentes quæſt. tractandæ
forent, de quibus me remitto ad plene nota.in cap.de feud.
Marchiæ.Poteſt etiam hic poni alia quæſtio, quid ſi domin⁹
inueſtiat filium vaſalli, tanquam de feudo nouo, conſen-
tientibus agnatis,an filio ipſo mortuo ſuccedant agnati,vide
Ange.

48 tertium,†quomodo tranſuerſales inter ſe ſuccedant in feudo. In qua materia facite regulam, quod i feud. collaterales ſuccedunt vſque ad ſeptimum gradum. tex. eſt in cap. j. §. & quia vidimus, qui feud. da. poſſ. Ad idem facit tex. in cap. j. §. ſatis bene, alias eſt, cap. ſatis bene. de prohibi. feud. alien. per Lotha. In contrarium eſt tex. expreſſus in cap. j. ſi vaſal. feu. priue. cui defer. & in cap. j. de natu. ſucceſ. feu. Idcirco pro clara intelligentia iſtius difficultatis reuoco in dubium illud, quod clare decidere videtur tex in cap. j. §. & quia vidimus. qui feud. dare poſſ. Nunquid in feudis collaterales ſuccedant vſque ad ſeptimum gradum: an vero vſque ad infinitum? Tex. allegatus, vt dixi probat vſque ad ſeptimum gradum tantum. Et illam opinionem tenuit And. de Iſer. ibi ad fi. Eandem opinionem Bald. in Authen. defuncto. in prima colum. Cod. ad Tertu. Eãdem etiam opi. viſus eſt tenuiſſe idem Bald. in cap. j. §. ſi capitanei, de feu. March. Contrariam ſententiam tenuit glo. in c. j. de ſucce. feu. vbi tenit, quod immo collaterales ſuccedant ĩ infinitum. Idem tenuit glo. in dicto cap. primo. §. ſi capitanei, de feu. March. Eandem opi. ſequitur Oldra. in ſumma, tit. qui in feu. ſuccede. poſſ. Henri. Archiepiſco. in ſumma ſua, in tit. qualiter ſucceditur in feu. Iaco. Ard. in ſumma ſua, tit. de ſuc. feu. Pro eadem parte conſuluerunt Bal. & Ange. in conſi. cvj. incip: ſanctiſſima & illuſtriſſima regina. in antepe colum. vbi concludunt, quod etiam ſi per mille annos feud tranſiuiſſet, non ſuccedit dom. in feu. ſed etiam in vltimis dicitur ſucceſſor primi acquirentis. In hac ſubtili difficultate reperio, qđ Bal. in d §. & quia vidimus. in vltima colu diſtinguit hoc modo, quod aliquando tractamus de ſucceſſione collateralium per mortem vaſalli, & iſto caſu collaterales ſuccedant ſolũ vſque ad ſeptimum gradũ. & iſtis terminis procedat ille text. aliquando vero tractamus de ſucceſſione collateralium in bonis vaſalli, qui priuatur feudo ex aliquo delicto, & tunc ſuccedant collaterales vſque in infinitum, & in illis terminis procedat tex. in d. cap. primo. ſi vaſal. feu. priue. cui defera. Iſta diſtinctio mihi non placet duplici fundamento. Primo, quia licet ſatisfaciat quantum ad tex. in cap. primo. ſi vaſal. feu. priue. cui defer. non tamen ſatisfacit, quantum ad alium textũ ſupra allegatum in capitulo primo de natura ſuc. feu. Secundo, quia videtur mihi conueniens, quod agnati debeant eſſe melioris conditionis, quando vaſallus priuatur feudo ꝓpter delictum, vt ſi ſuccedant vſque ad infinitum, quam quando ipſe vaſallus, vt ſic ſuccedant ſolum vſque ad ſeptimum gradum. Ego igitur in hoc articulo, quod aliquando feudum primordialiter tranſitum fecit de perſona acquirentis in deſcendentes ſuos, quod tunc etiam vbi tractamus de ſucceſſione collateralium ſuccedant ipſi collaterales vſque in infinitum. & iſtis terminis loquitur tex. in cap primo. de nat. ſuc. feu. & in iſtis terminis ſequitur opin. eorum, qui tenent, ꝙ collaterales ſuccedant vſque in infinitum. aliquando vero feu. non facit tranſitum de perſona acquirentis in deſcendentes, & ſi adhuc ſtat in perſona ipſius primi acquirentis, & tũc in caſibus, in quibus collaterales ſuccedunt, vt eſt, quando de hoc eſſet factum pactum. cap. primo. de benef. frat. & qualiter frater fratri ſucceſſ. in iſto caſu collaterales ſolum ſuccedant vſque ad ſeptimum gradum. & in iſtis terminis procedat tex. in dicto § & quia vidimus, & alia opi. contraria. Iſtam diſtinctionem in effectu tradunt Iac. de Bel. Nico. de Neap. Bald. & in d. c. j. §. ſi capitanei. de feu. March. Io. Faſoli, de Piſis in ſumma ſua, qui ſucce. in feu. & qualiter ſuccedatur. Iſtam etiam diſt. in effectu ſequitur Alua. in d §. & quia vidimus, in 4. col. & ita etiam in effectu poſt multa ſequitur Lauden. ibi. Eadẽ diſt. eſt expreſſe de mente D. Fran. Arc. in conſi. ſuo pe. in j. & in ante. col. & iſta eſt veritas tenẽda in hac difficultate. Sic ergo aduertendum eſt, in hac materia eſſe magnam differentiã inter feu antiquum, & feud. nouum. In antiquo regulariter ſuccedunt tranſuerſales ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt, ĩ nouo vero regulariter non ſuccedunt. Circa vero feu. nouũ, quo frater & alii tranſuerſales ſuccedant, poſſent tangi multæ quæſtio. de quibus per Aluaro. in ti. ſi inpe Lotha. & in titu. ſequenti de benefic. fratris. in capitulo primo. & ſecundo. de fratribus de no. benef. inueſti. ad eum me remitto. † Limitabitis tamen diſtin. & concluſionem in caſibus, in quibus dixi collaterales ſuccedere vſque ad ſeptimum gradum, vt non ꝓcedat in ſucceſſoribus Regni, quia tota domus regia ſit extincta, & adſit aliquis de ſanguine antiquo, puta de domo Borboniæ, non adſit aliquis proximior, quia tunc admitteretur etiam ille, qui eſſe vltra milleſimum gradum. ita ſingulariter decidit Bald. in c. j in pe. col. de feu. Marc. & ibi ſequitur Iaco. Aluaro. illud etiam dictum Bal. pro ſingulari exclamat Lau. ibi in dicto capitulo primo. in princip. in vltim. colum. Secũdo ſingulariter limitabitis prædictam concluſionem non ꝓcedere in feudis iuriſdictionum, quia ex quo talia feuda videãtur concedi vnicuique inſolidum, vt late dixi ſupra in ſecundo not. tangendo materiam, an in feudis habeat locum ius

49

accreſcendi. ſuccedunt omnes vſque in infinitum. ita ſignanter limitat Frã. Arc. in d. c. pe. in antepe. & penul. col. vbi multa ad hoc allegat, quę poteritis per eum videre.

TREDECIM QVAESTIONES AD huius clauſulæ materiæ ...... clarioremque interpretationem ſubiicit Curtius.

Circa iſtam materiam ſucceſſionis collateralium, pro intelligentia materiæ inquantum dicitur, quod collaterales ſuccedunt vſque ad ſeptimum gradum opportuna ſuc-
50 cedit dubitatio, †an dictio (vſque) poſita in tex. ſtet excluſiue vel incluſiue. And. de Iſer. in d §. & quia vidimus, in vlti. colu. concludit, quod ſtet excluſiue, quia Honorius Papa ita pronunciauit tempore rebellionis Siciliæ contra eccleſiam, quæ pronunciatio diffinitiue fecit ius, quo ad omnes, l. fina. Codi. de legi. Contrariam ſententiam, quod immo ſtet incluſiue, & ſic, quod includatur ſeptimus gradus, tenet ſolus Lauden. ibi ſundamento. Primo, quia in materia fauorabili dictio (vſq;) ſtat incluſiue glo. not. in authentica quod ius. & ibi no. Doctores Codi. de probationibus. notatur in l. meminiſſe. per tex. ibi, vſque in aduentum ſucceſſoris. ff. de offic. proconſul. & l. ſed ſic eſt, quod materia ſucceſſionis eſt fauorabilis, ergo ſtabit incluſiue. Secundo, quia beneficia principis & fauores ſunt extendenda l. fina. ff de conſti princ. l. cum quidam. ff. de libe. & poſth Nec obſtat ſecundum eũ. pronunciatio Honorii Papæ, quia pronunciatio principis contra legem non facit ius generale, contra Bald. Ange. in d. conſi. cvj. inci. & ſanctiſſima & illuſtriſſima regina. ſecus ſi pronunciat ſecũdum legem vel præter legem, & procedat l. fina. Cod. de leg. Addo licet Laud. non refert, quod iſtam opi. ſenſit expreſſe Bald. ibi in vlti. colum. dum notat ex illo tex. quod in dubitationib. & citationibus dictio (vſque) ſtat incluſiue. Addo etiam pro iſta opi. Laud. con. domi. Alexand. cxiiij. incip. circa primum. in vlt. colum. 3. volum. vbi per multas authoritates cõcludit, quod vbi dictio (vſque) in materia computationis graduum circa ſucceſſionem ſemper ſtat incluſiue. Et vltra Alex. in illo con. addo Bald. in cap. j. § ſi quis de manſo. in vlt. colum. de contro. inueſti. vbi allegando Archid. dicit, quod dictio (vſq;) adiuncta vniuerſali, ſiue ligno vniuerſali ſtat incluſiue. addo etiam Bald. in l. ſecunda. in j. colum. Cod. de iure emphyte. vbi etiam dicit, quod dictio (vſque) ſtat incluſiue ex natura acqſitionis, de quo etiam videatis Ange in §. emphyteuſim, in Authen. de non alienan. Secundo, circa iſtam materiam
51 ſuccedit ſimilis ſingularis dubitatio: † Quid ſi aliquis accipiat feud. vſque ad tertiam generationem, an dictio (vſque) ſtet incluſiue? Reperio, quod iſtam quæſt. format Bal. in emphyte. in l. 2. colum. 2. in Codi. de iure emphyteu. & ibi determinat, quod dictio (vſque) includit primam perſonam, a qua ipſa emphyteuſis incipit, vt ſic computata prima perſona ſint tres generationes, ſcilicet accipiens, filius, & nepos. & ſic ſecundũ eum dictio (vſque) ponitur incluſiue ex natura acquiſitionis, quia minuit obligationem, vt ſic non comprehendat tertiũ hæredem. Alio tamen modo diſtinguit idem Bald. in auct. ſi quas ruinas. in j. colum. in fi. Cod. de ſacroſanct. eccle. vbi refert ita conſuluiſſe Barto. quod aut inſtrumentum dicit, quod concedit ei vſque in tertiam generationem, & tunc bene verum ſit, quod ipſa ſtirps, & per conſequens recipiens includatur. & ita procedat § emphyteu. & §. quia vero Leonis. ĩ Authen. de non alien. aut vero inſtrumentum dicit, quod concedit vſque in ipſius tertiam generationem, & tunc includitur pronepos, Quia, ſecundum eum, nullus generat ſeipſum, vt ibi latius per eum, qui ſubdit in hoc debere ſeruari conſuetudinem concedentis. Iſtam diſtinctionem ſequitur Alexand. referens plures alias authoritates in conſilio 114. incip. circa primum, in ſexta colum. in quarto volumine. Ergo idem di-
52 cendum eſt in feudo. Tertio quæro, †an computatio graduũ in ſucceſſione feudi fiat ſm ius Canonicum, an ſm ius Ciuile? Andreas de Iſer. in d. §. & quia vidimus. in pen. colum. ad fin. & Bal. tenet, quod computatio fiat ſecundum ius Ciuile. Iſtam ſententiam confirmo, quia regula eſt in qualibet ſucceſſione, quod gradus debent computari ſecundum ius Ciuile, ita decidit Bar. poſt Iacob. But. quem ibi ſequitur Bal. & cõmuniter Docto. in l. ſi auiæ C. de ſucce. edi. idem Bar. con. inci. quæritur vtrum gradus. per Ioan. And. in addi. Specula. titu. de ſucceſ. ab inteſta. §. primo. in addi. magna. verſi. ſed ſuit alia quæſtio. & ita in propriis feudalibus, quod gradus debeant computari, ſecundum ius Ciuile, reperio tenuiſſe Francis. de Arc. in d. conſi. penu. in penul. col.
53 Quarto circa iſtam materiam quæro, † an nepotes, id eſt, filii fratrum, quos particulares appellamus, ſuccedant in ſtirpes,

pes, an vero in capita.Iacob.Ardi.in ſumma ſua in tit.de ſuc-
ceſ.feud.determinat eos debere ſuccedere in capita Eandem
opi.tenuit Bal.in auct.ceſſante.Co.de legi.hære.vbi dicit Do-
cto.ita communiter tenere,& ibi videtur aſſignare concludē
tem rationem, quia ſicut ſeruitium feudi diuiditur per capi-
ta,ita & debet diuidi ſucceſſio,arguendo a proportione com
modi & incommodi.l.ſecundum naturam.ff.de regu. iuris.
Eandem opinionem tenuit Bal.in l..2C.de ſuis & legi.vbi di
cit Bald.quod ita communiter tenetur,quod in feu.ſucceda-
datur in capita,ita etiam tenet Iacob. Veronen.quem refert
Bal.in d.§.& quia vidimus.in prima. colum. Et pro iſta parte
adducitur tex.in cap.primo.§.his vero deficientibus degradi.
ſuc.in feu.vbi tex.videtur velle, pro deficientibus deſcenden-
tibus admittantur fratres & filij fratrum, vlterioreſque in ca
pita ad idem allegatur tex.in cap.decedenti,in titu.de capitu-
lis extraordinariis.qui titu.communiter non habetur, ſed ei⁹
verba expreſſe refert Bald.in d.§. & quia vidimus, in j.colu.
Contrariam opinio. quod immo ſuccedant in ſtirpes, tenet
Bald.ſibi contrarius,in cap.primo. in princ. de ſucceſſio. feu.
& in cap.j.de ſuc.feu.pro qua opin.bene facit tex.in d.§.& qa
vidimus,in fi.Idem tenet Bald.ibi,& in cap. primo. de grad.
ſuc.in feu.vbi etiam refert ſe ita conſuluiſſe.Eandem opi.an-
te Bald.tenuit And de Iſer.in d.cap.j.de gra.ſuc. in feu. Eandē
opi.tenet Iacob.Aluaro in d.c.j.in prin.de ſuc feu.& in cap.1.
de grad.ſuc.in feu.vbi inquit ita communiter teneri.Eandem
opi.ſequitur Bald.in § hoc etiam,Inſti.de legi. agna.ſuc.ſequi
tur Ioan.Fabri,in §.cæterum, Inſti.eodem titu. de legi.agna.
ſucceſ.vbi ſimiliter dicit hanc eſſe communem opin. Eandē
op.ſequitur Bald.in addi.Specu.in titu.de ſucceſ.ab inteſta.in
j.colum.in verſicu.fratrum filii.idem etiam tenet Math.ī tra-
cta.ſuo de ſucceſ.ab inteſta.in 3.prin.vbi dicit hanc eſſe com
munem opi Et quod eam ſecutus eſt etiam Franc. de Ram-
po.in d.Authen ceſſante.Barto.in conſi.255.inc.ī dicta hære-
ditate domini.Nico.Eandem opi.tenuit Alexand.Imo.in cō
ſilio lv.incip.proſpectis his in 4.colum.in 4.volum.& in con.
ſeq.inci.illud afferam in medium, quod tamen iudicio meo
non eſt proprie conſi Alexand. Eandem opin. ſequitur Frā.
Aret.conſi.163.incip.diligenter & mature diſcurſis.in j.colu.
Eandem opin.ſequitur Moder. Taurinenſis ī inueſtitura ſua
feudali, in verbo,præſentes & recipientes pro ſe,& eorum fi
liis.vbi dicit ſe ita obtinuiſſe in facti contingentia, licet præ
dicta non allegat. Et pro illa opi.facit ſtringens fundamen-
tum, quia vbi in feudis non habemus expreſſam deciſionē.
ſeruamus ius commune et in materia feudali.capi.j.ad fi.de
feu.cog.cum multis aliis ſupra ſæpius allegatis.Sed ſic eſt,qd
de iure communi ſecundum communem ſententiam filii fra
trum ſuccedunt in ſtirpes,non autem in capita, vt tenuit gl.
communiter approbata in d.Auct.ceſſante.Cod de le.hære.
cum multis concor, allegatis per Alexand.in d.conſi.v.in 3.
colum.Ergo etiam in materia feudali ſeruabimus iſtam diſ-
poſitionem iuris communis,quod filij fratrum ſuccedant ī
ſtirpes,non autem in capita.Iſtam etiam op.tenet Bald.conſ.
clxi.incipit,primo dicam.in j.volum. Rapha. Fulg. conſi. 12.
incip. adde,quo quæritur.Et tenendo iſtā op. a qua in iudicā
do nullatenus eſſet diſcedendum, ad motiua in contrarium
allegata reſpondeo,Et in primis reſpōdeo ad l.his. vero defi
cientibus,ſupra in contrarium allegatam, quod ille text.nō
dicit,quod filii fratrum ſuccedant in capita,vel in ſtirpes,ſed
ſimpliciter dicit,quod ſuccedunt,vnde debemus ſane intelli
gere,vt habeat interpretationem de iure communi, & ſic,
vt ſuccedant eo modo,quo ſuccedunt de iure communi, qa
54 trita eſt regula,†quod caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni
iuris communis.l.ſi extraneos.ff.de cond.ob cauſſam. An ra-
tionem aſſignatam per Barto.in d.Authen.ceſſante.poteſtis
reſpondere,quod non eſt bona,quia nos habemus, quod ſi
defunctu s relinquat filium & plures nepotes ex alio filio,illi
nepotes ſ ccedunt defuncto in ſtirpes cum filio eiuſdem de-
functi.§.c m filiis.Inſtitu. de hære. quæ ab inteſta. & tamen
attenta .. dicta ratione deberent ſuccedere in capita. Non
obſtat.etia alıud fundamentum ſupra ſactum de propor-
tione comm odi & incommodi,quia non eſt verum, quod
ſeruitium fe di diuidatur in capita, immo diuiditur ſecun-
dum quota & portionem feud. argumen.l. ſecundum na-
turam.ff.de re gu.iu. non obſtat etiam text.in cap.decedenti,
quia dum tex n fi.dicit, quod ſuccedant in capita, non loqt
de filiis fratru ,ſed de aliis agnatis.Ideo videtur ille tex.pro-
prie loqui in ca u limitationis,de qua infra ſtatim, vel aliter
reſpondeo, quo ex quo illud cap.j.in paucis libris reperitur,
eſt apocryphum, j.in allegabile,vt dixit glo.no.capi.fin.de p-
hib.feu.alien.per Lotha.& alia glo. in cap. j.quot teſtes ſint
neceſſa.ad proba .in gra.ita reſpōdet ad iſtum textum.Lau.
in d.§.& quia vidi us, qui etiam ſequitur iſtam communē
op. Et ex eius dictis habetis limitare & reſtringere iſtam cō-
munem ſententiam, vt nō procedat, quando non tractatur

de ſucceſſione auunculi,vel patrui, & aliorum collateraliū,
vt dicit probari in d.Auth.ceſſante.& in Authen. de hered.q̄
ab inteſta.§.ſed neque fratre,& per Bar. in l.poſt conſangui-
neos.§.j.de ſuis.& pulchrius per Ioan.de Lign.in clemen.plu
res de iure patro. vbi ponit conſilia contraria Bononienſia
& Papienſia.Et per iſta ſit expedita illa ſolennis difficultas.vi
de etiam in hoc Alua.in cap. primo.in vlt.colum.de natura
ſucceſſio.feu.ſed conſidera, an loquatur in ſucceſſione tranſ-
uerſalium, an vero in ſucceſſione adſcendentium. Quinto
55 circa iſtam materiam ſucceſſionis collateralium quæro,† an
frater vterinus tantum ſuccedat in feu?in hac difficultate bē
concludite, quod non in propriis terminis decidunt Bald.&
Ange.in conſi.ſuperius alleg.inci. ſanctiſſima & illuſtriſſima
Regina.Mouentur tali ratione, quia eſt finitum genus primi
acquirentis feudum,quando ſolum adeſt frater vterinus, &
quia in feudis iure cognationis, nulla eſt ſucceſſ.cap.j.de gra.
ſucceſſ.in feu.Iſtam opinionem ſimpliciter ſequitur Lauden.
in d.§.& quia vidimus.Eandem etiam opi.ſequitur Alua.ibi,
in verſicu.hoc quoque ſciendum in 4. colum. vbi dicit idem
tenere Nico.de Neapo.& Iacob.Ardiz in ſumma, de modo
ſucceſſ.in feu.ſub rubricella,de agnatis,an ſuccedant, & illa
eſt veritas,a qua nullus diſcrepat.
56 Sexto quæro de notabili quæſtione, † an frater vtrimque
coniunctus in ſucceſſio. collateralis excludat alium fratrem
conſanguineum tantum, & ſic coniunctum ex parte patris
tantum? In hac ſubtili difficultate Bald.in l.ſecunda.Cod.de
leg.hære.allegans Iacob.Ard.in ſumma, de ſucceſſio. feud.te
net mirabiliter,quod vtrinque coniunctus non excludat con
ſanguineum tantum,& ſic quod pariter admittantur.Eandē
op.ſequitur ſimpliciter Lauden.in d.§ & quia vidimus dicēs
per hæc limitari auct.ceſſante.cum ſequenti.Cod.de leg.hær.
Ego addo,quod eandem opi.tenuerunt Bald.& Aluaro.in d.
cap.primo.in fi.de grad.ſuc.in feu.vbi Bal.aſſignat pulchram
rationem,quia ī materia ſucceſſio.in feu.ius agnatio.non re-
fert, & quanquam in fratre ex vtroque parente coniuncto
concurrant duæ qualitates, quia tamen altera ipſarum eſt
impertinens,non auget effectum.Adde etiam, quod eādem
opi.ſequitur Bald.in conſi.422.incip.caſus talis eſt, in prima
parte.Iſtam etiam op.ſequitur Modern.Taurin.in inueſt.feu-
dali,in verbo (pro ſe & eorum filiis.)vbi ſubiicit, quod ſecū-
dum iſtam ſententiam fuit iudicatum in cauſa nobilium de
Canalib. addo etiam quod eandem opi. ſequitur practicus
Papienſis in forma libelli,qua agitur ad reuocationem feud.
in verbo (nec ſuperſtitib.)in quarta. colum. Et ideo ex prædi
ctis habetis ſingularem limitationem ad Authen. ceſſante.
cum ſequen.C.de leg.hæred. vt non habeat locum ī materia
feudali.adde,quod eandem opi.ſequitu Alexand.conſi.9.in-
cip.pōderatis,ad fin in v.volum.vbi dicit, quod multo magis
procederet,quando eſſet ſtatutum, quod exiſtentibus agna-
tis excludantur ſorores,quia ſi eſſet frater conſanguineus tā
tum,& ſoror,& vtrinque coniuncta, excluderetur ſoror, qa
per dictum ſtatutum daretur interpretatio verbis inueſtitu-
ræ,ut etiam eodem modo intelligi deberet,iuxta not.per Bar
to.in l.vt iuriſiurand.§.ſi liberti.ff.de ope liber. in l.hære.mei.
§.cum ita.ff.ad Tre.Item aduerte,quod donec dubitatur, an
frater ſit mortuus, præferuntur vtrinque coniuncti in fructi-
bus feudi,qui ſeparati a ſolo cenſentur allodiales.ita ſingula-
riter Bald.conſi.34.incip.ad euidentiam.in prima parte alle-
gat in argum.in cap.primo.an agna.vel fil. tepe. patri.hæred.
Septimo quæro circa iſtam materiam ſucce. collateralium,
57 pone quod aliquis recipiat feu. pro ſe & fratre ſuo,an.intelli
gatur recepiſſe pro tota linea tranſuerſali,an vero pro fratre
tātum?Iſta eſt ſubtilis & neceſſaria dubitatio,in qua reperio,
quod Bald.multum eleganter in capi. quæ in Eccleſiarum.in
antepenu.columna,de conſt.determinat, quod ſolus frater
includatur,non autem tota linea tranſuerſalis.Mouetur Bal.
tali ratione,quia frater proprie,loquendo eſt ille, qui ex eo-
dem ſemine nullo alio gradu interpoſito oritur, vnde inueſti
tura facta & recepta pro ſe & fratre,non comprehenditur fi
lius fratris,nec frater patruelis,per no.per Iacob.Butr.in le.1.
C.de ſuc.edic.Iuam deciſionem,de qua non reperio fieri mē
tionem per Docto.cofirmo,quia regulam ſingularem habe
mus,& perpetuo memoriæ commendandam,quod ex diſpo
ſitione hominis per quam vocantur aliqui ad ſucceſſionē,
non iudicamus de filiis fratrum defunctorum, prout de fra-
tribus extantibus,& ſic appellatione fratris in ſucceſſione fu
tura ex hominis diſpoſitione non veniunt filii fratrum, nec
alii tranſuerſales,ita ſingulariter decidit Bald. in l.cum ita. §.
in fideicommiſ.ff.de lega.ſecundo.allegat.l.3.§.ſi duo.ff.de le
gi.tut.& cum Bald.tranſit ibi Rapha.Iſtam regulam reperio,
quod per multa Alexand.Imo.conſilio 204.in 2. volumi ici.
conſideratis verbis,in 4.columna.vt ibi latius per eum.Ergo
non eſt mirum,immo neceſſario dicendum eſt, quod in tali
ſucceſſione prouenienie ex facto,& ex diſpoſitione homini
bus

bus ſuſcepit inueſtituram pro ſe & fratre, non venit tota linea trāſuerſalis, ſed ſolus frater, iſtam deciſionem perpetuo
58 notabitis, quia alibi non reperietis. Octauo quæro, † an filius exhæredatus excludatur a ſucceſſione collateralium? In hoc breuiter me expedio, & concludo, quod non. ita ſignanter decidit Iacob. Ard. in ſumma ſua, de ſucceſſio. feu. ſub rubri, an filius ſucce. in feu. quem ſequitur ſimpliciter Alua. in d. §. & qa vidimus x. colum. per tex. in l. j. §. pe. ff. de ſuis & legi. Nono, pro perfecto cōplemēto iſtius materiæ ſucceſſionis collateralium perpetuo notabitis, † quod ſic in materia ſucceſſio-
59 nis de iure communi filius fratris excludit patruum defuncti auth. poſt fratres. C. de leg. hær. iſtud eſt etiā in feu. quod filius fratris in ſucceſſione collateraliū excludit patruum defuncti ita multum no. decidit Bald. in cap. ad fin. Imperaro Lothar. Eugenio Papæ, & vniuerſo populo. Monet ſingulari fundamento, quia ſicut in feu. non ſuccedunt adſcedendentes. cap. primo. de natura ſucceſſio. feu. & ſic adſcendentes excluduntur per deſceſcendentes, eodem modo patruus, qui eſt ī linea tranſuerſali adſcendentium, excluditur per filium fratris, qui eſt in linea tranſuerſali deſcendentium, Ideo ſecundum Bal. filius fratris ſuccedit in cellulam patris, ſed patruus non habet aliam cellulam, niſi ſeipſum, & ideo filius fratris intelligitur eſſe proximior per fictionem, quoad gradum, & per veritatem, quo ad effectū. Et ex hoc habetis extenſionē ad auctē. poſt fratres, Cod. de legi. hære. in quantum vult, quod filius fratris excludit patruum defuncti, vt habeat locum etiam in materia feudali. Et ideo iſtam deciſio. pro ſingulari & perpetuo no. vide tamen omnino Alu. in d. c. j. in vlt. no. Imperator Loth. Eugenio Papæ. dū no. ex tex. ꝙ tranſuerſales per lineam adſcendentē ſuccedant tranſuerſalibus deſcendentib.
60 Decimo, † nunquid in ſucceſſione tranſuerſalium filius fratris ſuccedat vna cum patro ſuo? vide dom. Franc. de Are. in conſilio centeſimo ſexageſimotertio. in j. colum. vbi concludit, quod ſic, vide Alexand. conſilio centeſimo vigeſimooctauo. ad finem. in v. volumi. Bald. conſi. 392. in v. volum. incip. fratres. Item limita ſingulariter vt per Aluaro. in capi. primo. in quarta. colum. de grad. ſucceſſio. in feud. Et per iſta ſit expedita pro nunc iſta materia ſucceſſ. collateralium. Circa iſtam materiam ſucceſſionis eſſet etiam tangēdum, an & qñ ad hoc, vt aliquis habeat feu. ſit neceſſe, quod adeat hæred. defuncti, de qua pleniſſime habetur in cap. primo. an agna. vel filius repudiata patris hære. ad ibi dicta me remitto. Eſſet etiā tāgēdum, an maritus ſuccedat vxori, ſed quia de hoc eſt titu. ſpecie. in c. j. an maritus ſucc. vxo. ad ibi dicta me remitto.
61 Vndecimo quæritur, † an ea, quæ ſupra dicta ſunt circa ſucceſſionem feu. habeant locum in feu. præſcripto, ſiue per præſcriptionem acquiſito, vt in eo ſuccedatur, ſicut in vere acquiſito? In hoc breuiter concludo, quod ſic. Ita in terminis propriis decidit Bald. in cap. fina. de feu. da. in uic leg. com. idem Bald. in l. lib. in vlt. colum. Cod. de ope. lib. & in l. j. in 2 t. quæſt. ff. de re. diui. Et ideo idem Bal. in d. c. ñ. dicit ſe de facto conſultum reſpondiſſe idem eſſe in emphyteuſi eccleſiæ præſcripta, vt in ea ſuccedatur vſque in tertiam generationem, prout ſuccedi tur in vera emphyteuſi. quod vltimum dixit etiam idē Bal. in l. ſecunda. in j. colum. Cod. de iure emphyteu. Iſtam cō cluſionem limito non procedere, quando conſtaret, qualiter iſta res eſſet ſolita concedi, quia tunc præſumeretur conceſſa ſecundum conſuetudinem, argumen. l. c. fina. cum gloſſ. Cod. de fideiuſſ. illud ſenſit Ange. in l. prætor. § . primo. Dig. de eden. vbi dicit ſe vidiſſe arduam quæſt. de facto. ſuper hoc idē Ange. vbi etiam Imo. in l. qui in alie. §. primo. ff. de acquirend. hæred. refert, & ſequitur Franc. Aret. in l. 3. §. ex contrario. ī x. colum. ff. de acquiren. poſſeſſio. Duodecimo, † quid operentur
62 illa verba appoſita in inueſtitura feudali, pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque, an talia verba ſint potētia ad alterandum naturam feudalem, vt tunc ſuccedant illi, q alīs inhabiles ad ſuccedendum reputantur? Bald. ſub dubio forte, in l. cum virum. Cod. de fideicommi. dicit, quod iſta dictio (quibuſcunque) debet reſtringi ad habiles, iuxta l. prima. Co. de ſacroſanct. eccle. ita vt non comprehendantur penitus extranei, & dicuntur prorſus extranei ſecundum eum, etiam agnati, & ſic vult, quod ſolum veniant deſcendentes maſculi. Idem in effectu videtur concludere Bald. in c. j. §. dona. quæ olim feud. pote. alie. quas deciſiones refert & ſimpliciter ſequitur An. Bar. in con. pen. in j. vol. col. xi. & Ita etiam in effectu tenet in rub. in 2. col. Alexan. in conſi. 30. inci. quoniam omne datum optimum in 2. col. Reperio tamen contrarium tenuiſſe eundem Bald. in l. j. in 34. quæſtio ff. de re. diui. vbi dicit, quod omnes veniunt, per tex. in c. j. de feu. non habe. propriā naturam feu. Eandem opi. tenuit idem Bal. in c. imperialem. ī prin. de prohib. feu. alie. per Fede. vbi tenet, quod quando apponitur illud verbum (ſucceſſoribus quibuſcunque) comprehenditur etiam legatarius, per l. id tempus. ff. de vſuca. quas deciſiones refert & ſequitur Alexand. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. vbi etiam corrupte allegat Bal. in d. c. j. § donare, qui contrarium tenet. Ro. in d. l. id tempus. §. j. in l. etiam. ff ſo. ma. Item videtur concludere An. Bar. ſibi contrarius in repe. l. cū acutiſſimi col. 7. Cod. de fideicommi. vbi dicit, pro hac opin. ſe ponderare nouum tex. in l. j. §. permittitur. in verbo (qualēcunque ſucceſſorem) ff. de aqua quo. & æſti. & gl. iuncto tex.
63 in clem. j. de iud. † vbi illa verba (quibuſcunque) comprehendunt non ſolum clericos, ſed laicos, & ſic alteratur natura actus per illa verba prægnantia (quibuſcunque.) Confirmatur hæc opi. per illud, quod dicit Alexan. in l. ſi patroni, in princi. in j. colum. ff. ad Tre. vbi dicit, quod licet feudum regulariter non veniat in reſtitutione fideicommiſſi tamen iſtud non procedit, quando eſt ſuſceptum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque. Ex præmiſſis conſtat Doct. plurimum variare in hac materia. Multa alia poſſunt adduci pro prima opin. quod illa dictio (quibuſcunque) reſtringatur ad habiles, maxime text. cū ibi nota. in l. ſecunda. §. prætor ait, verſi. quod ait prætor. ī verbo (quibuſcunque) iuncta. glo. ff. qui ſatiſ. cogan. & tex. in ca. j § fina. de iureiu. lib. 6. in l. inſtrumen. in verbo (quibuſcunq;) iuncta glo. quam ibi ponderat Bar. Cod. de fide inſtrumen. & iure ha. fiſc. li. x. Tamen ſecunda opin. ſupra relata communior videtur, quod tunc veniant etiam hæredes extranei, per tex. in d. cap. i. de feu. non haben. propriam naturam feudi. Et ideo pro concordia præmiſſorum videtur diſtinguendum eſſe, quod aut dictio (quibuſcunque) & ſimiles proferuntur a l. vel ſtatuto, & tunc bene recipiunt reſtrictionem de habilitate, ne alias generaliter intelligendo induceretur aliarum ligum correctio, contra l. vnicam. Cod. de inoffi. dot. Aut vero profertur ab homine, prout in caſu noſtro, & tunc non recipiet reſtrictionem de inhabilitate, quia tūc ceſſat ratio correctionis prædictæ. Iſtam diſt. ponit Bald. in l. fina. in j. colum C. ſine cen. vel reliqui. & colligitur ex doct. Barto. poſt Iacob de Are. in l. j. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunc. Et iſtam opin. reperio tenuiſſe etiam Felyn. in cap. in præſentia colum. xj. extra de probat. Eandem op. reperio etiam tenuiſſe Alexan. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. in 3. colum. ff. de libe. & poſthum. Eſt verum, quod ſubtilis Franc. Arc. ibi, in quarta. colum. conatur ſuſtinere primam opi. motus, quia, quando illa verba quibuſcunque qualiſcunque, & ſimilia, poſſunt aliquid operari, nunquam videtur habilitare perſonam alias inhabilem. tex. dicit, notabiliſſimum ponderatum a Barto. ibi in l. c. 2. §. quod ait prætor. ff. qui ſatiſda coga. & dicit glo. ordi. quam ibi nota. Bar. in l. c. 3. Cod. de fide inſtrum. & iure haſ. fiſc. lib. x. ſed iſta verba, ſecundum eum, poſſunt operari, quod veniat ſucceſſor ſiue de iure ciuili, ſiue prætorio, item quod veniat fili⁹, cui reſtituitur hæreditas per fideicomm. ad quem forte non tranſiret feud. Item poſſunt comprehendere inſtitutum in re certa, de quo alias dubitatur, an veniat appellatione hæredis, Ergo non debet comprehendere extraneos. Reperio etiam, quod iſtam ſubtilem conſiderationem Arc. impugnat excellentiſſimus inter Modern. Barto. Soc. in d. §. etiam ſi parente. vt ibi latius per eum, poſtea tamen alio fundamento dicit poſſe ſuſtineri opi. Arc. quod illa verba, hæredibus quibuſcunque, poſſunt importare quoſcunque filios, & per conſequens naturales & legitimos, non autem penitus extraneos, ut ibi latius per eum. Ex quibus conſtat quæſt. hanc reddi multum
64 dubitabilem. Decimatertia & noua quæſtio, † quid ſi feudum ſit ſuſceptum pro ſe, & quibus dederis, an ſuccedant extranei hæredes ab inteſtato? habui iſtam quæſt. de facto in emphyt. & conſului, quod ſic, & ita fuit iudicatum, & copia conſilii ponetur in fi. tractatus, quia & quæ dicunt in emphy. poſſunt etiam ad feu. adaptari. Et ex præmiſſis remanet expedita tota materia ſuc. & per conſequens tertia pars huis tractatus.

QVARTA PARS PRINCIPALIS TRActatus feudorum, ex quibus cauſis feudum amittatur, & feudi repetitio detur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quibus ex cauſis amittatur.*
Ingratitudo eſt cauſa generalis, propter quam vaſallus priuatur feudo.
2 *Libertus propter ingratitudinem poteſt in priſtinam ſeruitutem reuocari.*
3 *Priuilegium conceſſum a rege, vel principe propter ingratitudinem pōt reuocari.*
4 *Vaſallus relinquens dominum in prælio pugnantem an ſit feudo priuandus.*
5 *Vaſallus an teneatur iuuare dominum in priuato inſultatum.*
6 *Vaſallus an teneatur iuuare dominum in bello iniuſto.*
7 *Vaſallus an teneatur iuuare dominum gerentem prælium extra territorium ſuum.*

8 *Vaſallus*

8 *Vaſallus an teneatur preponere ſalutem domini ſaluti propriæ.*
9 *Vaſallus an teneatur alere dominum ſuum egenum.*
10 *Vaſallus qui inceperat iuuare dominum iniuſte prælliantem ſi illum deſeſerat, an veniat feudo priuandus.*
11 *Vaſallus inhabilis an teneatur iuuare dominum ſub pęna priuationis feudi.*
12 *Vaſallus relinquens dominum in prælio campeſtri, ſi ſtatim reuertatur, an priuandus veniat feudo.*
13 *Vaſallus deſerens dominum, quem putabat lætaliter vulneratum, eum non eſſet, an priuetur feudo.*
14 *Vaſallus deſerens dominum, non ex turpi cauſa, ſed timens eius crudelitatem, an priuetur feudo.*
15 *Vaſallus deſerens dominum, an ſit priuandus feudo ſi ex tali deſertione dominus non ſenſerit incommodum.*
16 *Exitus acta probat, & effectus donat cauſam.*
Vaſallus an admittatur ad probandum vulnus letale domini, aut ad inſufficiens medicamentum, ſi mors domini ſequatur ex vulnere.
17 *Duorum fratrum ſi alter relinquit dominum, alter vero defendit & ſaluauit, an relinquens priuetur feudo.*
18 *Suffragium fratris cum vaſallis præſtitum domino, an proſit alteri fratri fugienti a domino, vel ſi per fugam ſibi præiudicet in ſua portione feudi.*
19 *Pars ciuitatis feudum habentis ſi delinquat, an veniat tota ciuitas feudo priuanda.*
20 *Vaſallus habens coitum cum vxore domini an priuabitur feudo.*
21 *Vaſallus habens coitum cum concubina domini, an priuetur feudo.*
22 *Vaſallus ſupponens pediſſequam domini, an ſit feudo priuandus.*
23 *Vaſallus cognoſcens vxorem domini ſui, aut concubinam, aut pediſſequã, an priuetur feudali caſu quo ſint meretrices publicæ.*
24 *Vaſallus tentans concumbere cum uxore domini, licet non fecerit, an priuetur feudo.*
25 *Pęnitentia an excuſet vaſallum a perditione feudi.*
26 *Vaſallus turpiter laudens cum vxore domini, an feudo priuetur etiã turpiter cum ea loquatur.*
27 *Vaſallus coiens cum nuru domini priuatur feudo.*
28 *Vaſallus cubans cum filia vel nepte domini, venit priuandus feudo.*
29 *Vaſallus cubans cum ſorore domini in eadem domo manente, priuandus eſt feudo.*
30 *Vaſallus cubans cum matre domini, priuatur feudo.*
31 *Vaſallus inſultans dominum, an priuetur feudo.*
32 *Vaſallus inſultans caſtrum domini, an priuetur feudo.*
33 *Vaſallus occidens fratrem proprium, vel fratris, an perdat feudum.*
34 *Vaſallus qui iniecit manus in perſonam domini, an perdat feudum.*
35 *Vaſallus inferens graues & inhoneſtas iniurias domino, an priuetur feudo.*
36 *Vaſallus inſidiãs domino ſuo, an veniat feu. priuandus.*
37 *Vaſallus contrahens amicitiam cum inimico domini, an priuetur feudo.*
38 *Vaſallus qui præſumitur amicus inimici domini ſui, vel eius inimicus, an veniat feudo priuandus.*
39 *Vaſallus parricidia perdit feudum.*
40 *Vaſallus an propter inceſtum priuetur feudo.*
41 *Vaſallus inficians feudum, an priuetur feudo.*
42 *Publicatis bonis vaſalli, an publicetur feudum.*
43 *Vaſallus an ex crimine proditionis debeat feudo priuari.*
44 *Vaſallus male vtens re feudal, an ſit feudo priuandus.*
45 *Vaſallus mortuo domino non petens intra annum, & diem inueſtituram, an priuabitur feudo.*
Bonorum poſſeſſio eſt duplex.
46 *Minor non petens inueſtituram intra annum, an excuſetur.*
47 *Cauſa iuſta quare vaſallus non petiit inueſtituram intra annum cum excuſat.*
48 *Vaſalli milites habent annum & diem intra quem petere habeant inueſtituram.*
49 *Vaſallus non inueniens dominum, a quo petat inueſtituram intra tempus anni, ſi tempus labatur, excuſatur.*
50 *Vaſallus clerici ſatisfactione moram in petenda inueſtitura purgans, an excuſetur.*
51 *Hæres vaſalli mortui intra annum, in quo petere debeat inueſtituram, an habebit adhuc annum & diem.*
52 *Vaſallus receptus poſt annum a domino, habetur excuſatus.*
53 *Vaſallus non petens intra annum & diem inueſtituturam feudi ab alio occupati, an excuſetur.*
54 *Vaſallus ignorans id, quod poſſidet eſſe feudum, ſi non petiit inueſtiturã intra & annum diem, an excuſetur.*
55 *Vaſallus ignorans mortem domini ſui, ſi non petat infra annum & diem inueſtituram, excuſandus eſt.*
56 *Domino feudi decedente relicta vxore prægnante, a quo petenda erit inueſtitura.*
57 *Hæres vaſalli mortui, ſi intra annum & diem non petat inueſtituram, an priuabitur.*
58 *Vaſallus nolens præſtare iuramentum fidelitatis, an priuetur feudo.*
59 *Vaſallus non faciens certiorem dominum de periculo imminenti ipſi domino an feudum perdet.*
60 *Vaſallus denegans facere iuſtitiam domino, an priuabitur feudo.*
61 *Vaſallus negans præſtare debitum ſeruitium domino, an perdet feudum.*
62 *Vaſallus delator domini an ſit feudo priuandus.*
63 *Vaſallus iuſte accuſans dominum, non priuatur feudo.*
64 *Vaſallus accuſans dominum de delicto commiſſo in principem vel Rempublicam, an perdet feudum.*
65 *Vaſallus accuſans ciuiliter dominum, & ſuam ſuorum iniuriã perſequẽs, an priuetur feudo.*
66 *Vaſallus accuſans dominum, & deſiſtẽs ab accuſatione ante ſententiam, an priuandus ſit feudo.*
67 *Vaſallus dicens dominum ſeruum ſuum cauſa iuris ſui conſeruãdi, an feudo priuetur.*
68 *Vaſallus minor accuſans dominum excuſatur.*
69 *Vaſallus fideiubens pro accuſatore domini, an ſit feudo priuandus.*
70 *Vaſallus inducens aliquem ad accuſandum dominum, an priuetur feudo.*
71 *Vaſallus teſtificans contra dominum, an perdet feudum.*
72 *Vaſallus aduocans contra dominum, an priuabitur feudo.*
73 *Vaſallus iudicans contra dominum, an perdet feudum.*
74 *Vaſallus an propter lenocinium vxoris domini debeat feudo priuari.*
75 *Vaſallus non liberans dominum incluſum, an priuetur feudo.*
76 *Vaſallus releuans ſecreta domini, an perdat feudum.*
77 *Feudi priuatio fit ex eiſdemmet cauſis, ex quib. ſit exhæredatio, matrimonii diſſolutio, & donationis reuocatio.*
78 *Vaſallus ceſſans triennio ſoluere canonem, an debeat priuari.*
79 *Vaſallus non interpellans, an in recto feudo teneatur domino ſeruire.*
80 *Cauſa nulla iuſtior amittendi feudi eſt, quam non præſtare ſeruitium, propter quod feudum datum eſt.*
81 *Vaſallus alienans feudum ſine conſenſu domini, priuatur.*
82 *Alienatio feudi facta ſine conſenſu domini non valet.*
83 *Vaſallus an poſſit alium infeudare de feudo, quod habet & recognoſcit ſine licentia domini.*
84 *Conſuetudines feudorum, ligant etiam eccleſias & eccleſiaſticas perſonas.*
85 *Nemo plus iuris poteſt alteri concedere, quam habeat.*
86 *Dominium nullum habenti, nulla poteſt competere vendicatio.*
87 *Laicus habens decimas in feudum, an poſſit eas alteri infeudare.*
88 *Vaſallus vaſalli mei an dicatur vaſallus meus.*
89 *Dominus ſuperior an poſſit compellere vaſallum vaſalli ſui ad præſtandũ ſibi ſeruitia.*
90 *Secundo vaſallo feudum augmentãte per viam præſcriptionis, ſi contingat tale feudum ad dominum reuerti, cuius erit augmentum.*
91 *Vaſallus an poſſit hodie rem feudalem impune dare in emphyteuſim ſine conſenſu domini.*
92 *Vaſallus an poſſit ſine conſenſu domini locare feudum alteri ad modicũ longum ſeu longiſſimum tempus.*
93 *Feudum an poſſit dari in dotem ſine conſenſu domi.*
94 *Maritus an poſſit conſtituere donationem propter nuptias vxoris ſuæ in feudo.*
95 *Vaſallus an poſſit hypothecare feudum ſine conſenſu domini.*
96 *Vaſallus an poſſit tranſigere de feu. ſine conſenſu domini.*
97 *Tranſactio vaſalli valide trãſigentis ſine conſenſu domini, an præiudicet agnatis.*
98 *Vaſallus an poſſit de feudo compromittere ſine conſenſu domini.*
99 *Vaſallus an poſſit compromittere in arbitratorem ſine domini conſenſu.*
100 *Vaſallus litigans, an poſſit ſuper feudo deferre iuramentum ſine conſenſu domini.*
101 *Vaſallus an poſſit permutare feu. ſine conſenſu domini.*
102 *Pignus iudiciale, an poſſit contrahi de feudo, ſine conſenſu domini.*
103 *Vaſallus recuperans feudum alienatum ſine domini licentia, an euitat pęnam caducitatis.*
104 *Vaſallus an ex facta traditione, priuetur feudo.*
105 *Vaſallus an in re feudali poſſit conſtituere ſeruitut prædialem, ſine cõſenſu domini.*
106 *Vaſallus an poſſit in re feudali conſtituere vſum vel vſumfructum, ſine licentia domini.*
107 *Feudum an propter neceſſitatem famis, uel ſimilem poſſit ſine conſenſu domini alienari.*
108 *Feudum an amittatur ex alienatione nulla.*
109 *Facultas alienandi feudum, an poſſit vaſallo per ſtatutum promitti.*
110 *Conſuetudo, ut vaſalli poſſint alienare, ſine conſenſu domini an valeat.*
111 *Vaſallus an priuetur feudo per alienationem ſine traditione.*
112 *In alienatione feudi, an poſſint exprimi aliqua verba quæ habeant excuſare ipſum alienantem a caducitate feudi.*
113 *Pactum de non alienando in conceſſione feudi appoſitum, quid operetur.*
114 *Ignoratia an excuſet vaſallum alienantem a priuatione feudi.*
115 *Vaſallus epiſcopi, an poſſit alienare feudum in capitulum ipſius epiſco. ſine eius conſenſu.*
116 *Domino feudi bannito ſeu excommunicato an poſſit vaſallus alienare ſine conſenſu illius.*

117 Feudum

117 *Feudum liberum & francum, an poſſit alienari ſine conſenſu domini,*
118 *Vaſallus vendens feudum emptori malę fidei, an poſſit precium retinere.*
119 *Emens feu. ſcienter ſine conſenſu domini, ſi ſtipulatur de euictione, a i poteſt precium repet.*
120 *Emens feudum bona fide ſine conſenſu domini, an poterit agere ad intereſſe.*
121 *Feudum, an & quando poſſit diuidi.*
122 *Feudum Ducatus, Marchiæ vel Comitatus habens dignitatem annexam an ſit diuiſibile.*
123 *Diuiſio adminiſtrationis & exercitii in feudo, quando fiat.*
124 *Feuda inferiora, quæ non habent dignitatem annexam, an poſſint diuidi.*
125 *Vaſallus an & quando poſſit de feu. teſtari.*
126 *Vaſallus an poſſit pro anima teſtari de feu.*
127 *Teſtamentum vaſalli de re feudali valet, ſi dominus illud ratificauerit.*
128 *Teſtamentum vaſalli de re feudali factum præſente domino & agnatis valet.*
129 *Teſtamentum vaſalli de feudo relicto his, ad quos erat prouenturum feudum in omnem euenium valet.*
130 *Teſtamentum vaſalli teſtantis de feudo conceſſo Titio pro ſe & heredib. ſuis quibuſcunque valet.*
131 *Pater an poſſit in teſtamento vni filiorum totum feudum prælegare, aut inter illos inæqualiter diuidere.*
132 *Diſpoſitio paterna in feudis non valet.*
133 *Feudum an veniat in reſtitutione fidcicommiſſi.*
134 *Feudum an computetur filio in legitimam.*
135 *Vaſallus an poſſit renunciare feudo inuito domino.*
136 *Vaſallus poteſt alienare feudum cum conſenſu domini.*
137 *Ad validandam alienationem feudi, an requiratur conſenſus domini expreſſus, an ſufficiat tacitus.*
138 *Poſt alienationem feudi, an ſufficiat conſenſus domini ad ipſum validandum.*
139 *Conceſſio domini alienandi feudi, an præiudicet ipſi domino in dominio directo.*
140 *Domino dante licentiam vaſallo alienandi vnum, an poterit alienare aliud.*
141 *Feudum conceſſum pro ſe, & quibus dederit, an poſſit alienari ſine vlteriori, ſine conſenſu domini.*
142 *Vaſallus habens plures dominos, ſi velit alienare feudum, an egeat omnium conſenſu.*
143 *Licentia conceſſa de vendendo, an extendatur ad partem feudi.*
144 *In alienatione feudi noui, an ſufficiat conſenſus ſolus domini.*
145 *Licentia data alienandi inter viuos, an poſſit extendi ad vltimam voluntatem.*
146 *In alienatione feudi antiqui an ſufficiat conſenſus domini.*
147 *Vaſallus non poteſt refutare feudum antiquum in manibus domini ĩ præiudicium agnatorum.*
148 *Hæredes vaſalli alienantis feudum antiquum, an poſſint impugnare eius alienationem & factum.*
149 *Alienatione feudi antiqui facta inter agnatos, an debeat peti inueſtitura renouata.*
150 *Conſenſus agnati circa alienationem feudi antiqui, an præiudicet filiis.*
151 *In reuocatione feudi antiqui facta ſine conſenſu agnatorum quis ſit præferendus, an filius alienantis, an ſlii alii agnati.*

AGgredior nunc quartam
1 principalem partem tractatus noſtri, †in qua habemus videre, ex quibus cauſis feudum amittatur. Circa quam materiam reperio vnam cauſã generalem, ex qua vaſallus priuatur feudo quę ingratitudo nuncupatur. Merito enim fuit a lege introductum, vt ſi vaſallus ſit ingratus erga dominum, priuetur feudo, de quo fuit ab eo inueſtitus, & beneficiatus. Ita probat text. in cap. de forma, circa fin. 22. quęſt. vlti. Et ad hoc reducuntur omnes text. ponentes cauſas priuationis, & poteſt ex multis ſimilibus cõ-
2 probari, †videmus enim in ſimili, quod ſi libertus ſit ingrat⁹ erga patronum, propter ingratitudinem poteſt in priſtinam ſeruitutem reuocari. l. ſecunda. Cod. de li. & eorum li. Eodem modo ſi pater habet filium naturalem tantum, qui ad eius ĩſtantiam fuit legitimatus, poteſt propter ingratitudinem in priſtinum ſtatum naturalis reduci, dictum fuit ſtupendum Bal. in cap. filii nati in fi. li de feu. fue. controuer. inter dominũ & agnatos, quod pro ſingulari refert & ſequitur Lud. Rom. in ſingulari ſuo 225. incip. vltimo quæritur, pro quo dicto eſt bonus tex. in §. ſi quis igitur non habens, iuncto. §. liceat. ĩ Authen. quib. mod. naturales effic. & melior tex. in § primo. in verbo, æqualiter pater circa libertum, in Authen. vt liberti d̃ cœtero. vbi probat tex. æquiparari liberti erga patronum, & patrem erga filium naturalem legitimatum. Eodem modo filius adeptus militiam, vel dignitatem, propter ingratitudinem, poteſt priuari. l. j. §. fin. ff. de obſequiis. & ibi eſt glo. no. quæ infert ad conceſſiones prælatorum, vt poſſint propter
3 ingratitudinem reuocari. Sic etiam videmus, † quod priuilegium emptionis, conceſſum a rege, vel principe, propter ingratitudinem poteſt reuocari, prout ſignanter dixit Bal. in l. 2 in vltimis verbis. Cod. de liber. & eorum lib. Aduertendum tamen puto, quod non ex omni ingratitudine poteſt vaſall⁹ priuari feudo, ſed quædam tantum cauſæ ingratitudinis ſpecialiter enumeratæ, ſunt propter quas poteſt vaſal. feu. priuari, quæ ſparſim in multis locis traditæ ſunt. ſed conabimur q̃ breuiter fieri poterit, hoc loco cumulare, & ad compendiũ
4 reducere. Prima †ſignatur ſpecialis cauſa, propter quam vaſall. poteſt priuari feudo, eſt: ſi vaſallus relinquerit dominum, a quo habet feudum, in prelio pugnãtem non mortuum, nec ad mortem vulneratum tex. in cap. primo. in prin. ex quibus mod. feud. amitta. in c. §. ſi quis miles, de feu. ſine culpa nõ admittendo in cap. j. §. item qui dominum, quę fuit prima cau. benef. amit. Quando autem dicatur dominus mortifere vulneratus, declarat Bald. in d. cap. j. in prine, quib. mod. feu. ami. dicens, quod ſi impoſſibilis, vel difficilis ſit curatio dicit̃ mortifere vulneratus, ſecus ſi facilis ſit curatio, argum. no. in l. maritus. ff. loca. in l. ab hoſtibus § fina. ff. ſolu. ma. addit dom. Mar. Laud. ibi ſtandum eſſe iudicio mediocrum, l. ſemel. Co. de re mili. lib. 12. no. in prima coſtitutione Digeſtorum. Circa primam cauſam, diſcutiendæ ſunt quamplures neceſſariæ dubitationes. Et in primis, quia iſta prima cauſa clare procedit, quando do. habet prelium campeſtre, vt dicit tex. in d. cap. 1,
5 in prin. qui. mo. feu. am. †neceſſarium eſt videre, quid ſi ĩ priuatos aliquis inſultet, an vaſa. teneatur dominum iuuare ſub pœna priuationis feu. tex. in d. cap. j. in prin. quib. mod. feudũ. amit. videtur a contrario ſenſu innuere, quod non, Contrarium verius puto, per tex. in cap. licet. in 2. reſponſo. ſi de feu. fue. controue. dum dicit, quod vaſal. videns magnum periculum domino imminere, debet opem præſtare, etiam non requiſitus, alias perdit feud. nec diſtinguit inter prælium campeſtre, & priuatum Secundo per tex. in cap. primo. de no. fo. fide. ponentem inter cœtera, quę requiruntur de forma fidelitatis, quod vaſallus promittat iuuare dominum cõtra omnem perſonam, quæ velit ei damnum inferre. Nec fit diſtinctio inter prelium campeſtre & priuatum, & ita eſt de mente omnium loquentium in hac materia. Secunda cadit neceſſaria
6 dubitatio ad intellectum huius primæ cauſæ priuationis feu, †nunquid vaſal. teneatur defendere do. etiam in bello iniuſto, vel in rixa iniuſta. De hoc eſt tex ibi late traditur in c. domino guerram, in titu. hic finitur lex, deinde incipiunt conſuetudines regni. vbi deciduntur tres caſus principales, in q. bus vaſallus tenetur do. Primus eſt, quando eſt clarum, quod dominus fouet iuſtitiam. Secundus, quando dabitur. tertius, quando eſt clarum, quod dominus fouet iniuſtitiam, q̃a tũc tenetur dominum vaſallus defendere, licet circunſcripta defenſione non teneatur aduerſarium offendere, & eſt ſpeciale in vaſal. vt teneatur defendere do. etiam iniuſte rixantem, ſecus autem in alio, qui ex diſpoſitione legis, vel hominis teneretur alium iuuare, quia non teneretur, quando iniuſte rixaretur tex. eſt in l. ſi quis in grau. §. ſi maritus. & ibi Bar. o. ff. ad Silla. & ita dicit Franc. Arc. conſi. clxiiii. incip. ſicut Ioan. ſcripſit in Apochalyp. in 2. colum. & ita videntur dicere Aluaro. & communiter Modern. in d. cap. domino guerrã. Ego tamen reperio, quod Andre. de Iſer. in cap. primo. in princi. quib mod. feu. ami. tenet indiſtincte, quod vaſallus nõ teneatur iuuare domi. in bello iniuſto, etiam ad defendendum. Et idem tenet ibi Iacob. de Bel. quia non dicitur opem ferre, q ad peccandum nos adiuuat. 14 quæſt. 7. cap. ſi res. glo. in cap. de forma. 22. quæſt. vlt. dicitur autem iniuſtum bellum quinque modis, vt dicit gl. no. 23. q. j. §. ex his no. ĩ l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. & in d. cap. domino guerram. Limitanda tamẽ ſunt prędicta, niſi dom. eſſet excommunicatus vel banitus, quia tunc vaſal. non teneretur do. iuuare, vt eſt text. in d. cap. domino guerram, ad ibi latius no. me remitto. Tertia cadit
7 neceſſaria dubitatio, †an vaſallus teneatur iuuare do. habentem guerram extra regnum, ſiue territorium ſuum. Iſtam q. tangit Andre. de Iſern. in cap. primo. §. ſimiliter de cap. q cur. vendi. & in cap. j. §. ſed nec iuſtior, quæ fue. prima cauſa ben. amit. ex cuius dictis colligitur hęc diſtinctio, quod aut do. facit guerram extra territorium pro acquirenda aliqua ciuitate vel loco, & non tenentur vaſal. ire extra territorium, aut vero mouet guerram pro vindicanda iniuria in ſuum vaſal. & tunc tenentur conuaſalli ire extra territorium, Idem tenuit And. de Iſer. in cap. primo. in prin. quib. mod. feu. amitta. vbi dicit, quod etiam dom. poteſt agere ĩ iudicio pro iniuria illata vaſal. ſuo quo facit tex. in cap. dominus noſter. 23. q. 2. & no. in cap. ſi iudex de ſenten. excommun. in 6. & conſuluit Old. conſilio 66. & 206. idem ſi pro defenſione regni bellaret extra regnum. quod nollet expectare inimicum ad domum, quia tunc tenentur ſubditi adiuuare dominum, ſecundum

And.

And.de Iſer.in cap.primo. §. ſed nec iuſtior in 4. colum. quæ
fuit prima cauſa benefi.amitt. Et ſic intelligitur illud, quod
dicitur.quod vbi eſt rex,ibi eſt territorium, ſecundum And.
& Bald.in d.cap.primo.quib.mod.ſeu.amit.Cy.in l.3.ff.de of.
præ.Iacob.But.in l.cunctos populos.Cod.de ſumma Trinita.
& fi.ca. de qua materia ponit etiam latius Aluaro. in d. cap.
primo. in prin.in 4.colum.quib.mod.feu.amit.& ibi Card.in
in pe.colum.Quarta cadit circa pręmiſſa dubitatio,† an vaſ.
8 debeat pręponere ſalutem domini ſaluti propriæ. Iſtam q.te
tigit glo.in d.cap.primo.in prin.qui.mod.feu.ami.& in cap.ſi
a morte.de alie.ſeu.pa.Et vtrobique concludit, quod non li-
cet ſecus ſit in ſeruo l.prima.§.hoc autem in verſi.ſerui quo
ties.ff.ad Silla.& ita ſequuntur vtrobique Docto Facii vulga
ta regula, quæ vult,quod prima charitas incipit a ſe ipſo.vul
gata l.pręſes.C.de ſerui.& aqua.Confirmatur,quia videmus,
quod licet vaſal. teneatur iuuare domi. etiam contra filium
& patrem, d.cap.domino guerram.§.fina. in titu. hic finitur
lex.deinde incipiunt conſuetudines regni, tamen non tenet
iuuare dominum contra ſeipſum, prout tenet glo. commu-
niter approbata in d.cap.domino guerram. §.fina. Et poteſt
comprobari per regulam generalem.quæ habet,quod in ge
nerali ſermone non continetur perſona loquentis, vulgata.
l.inquiſitio.Cod.de ſolu.de qua materia etiam Car. in cap.fi.
de alie.feu.paterni. Et ex prædicta concluſione infertur vnũ
ſignabile,quod leges loquentes de ſeruis non poſſunt allega
ri ad vaſallos,quia vaſal.non æquiparatur ſeruo probatur,qa
ſeruus debet pręponere ſalutem domi.ſaluti propriæ.d. l.j.§.
hoc autem.ff.ad Silla.ſecus autem in vaſallo per prædicta.
Aequiparatur ergo vaſallus potius liberto,vt dicit Iacob.Ar
di.in prima rub.feu.§.notandum, & patet in multis glo. lib.
vt dicit Andre.de Iſern.in capitu.primo.quib.mod. feu.amit.
& licet reſpectu beneficii plus ſit obligatus libertus patrono,
quam vaſal.domino,quia libertus habuit libertatem, quæ
cunctis reb.eſt præferenda l.Pau. ff.de fideicommiſſ. lib.& iō
dicitur res inæſtimabilis, & vaſal.non habet niſi feud.tamen
ratione iuramenti plus eſt obligatus vaſal.domino, quam li
bertus patrono,qui non iurat fidelitatem ſecundum Andre.
de Iſer.in loco præallegato,vbi propterea dixit,quod vaſa.&
libertus habent ſe tanquam excedentia & exceſſa.Sic etiam,
quod vaſalli æquiparentur libertis, dixit Bald.in l.liberti.in
pe.colum.in fi Cod.de ope.libe.poſt glo.in cap.primo.§.fin.ĩ
verbo,ſalua de milite vaſallo,qui contumax eſt. Et per hoc
infert Bald. quod libertas vaſallorum non poteſt pœna ad-
ſtringi, ſicut nec liberorum.l.prima.§.quæ onerandæ. ff.qua-
rum.re.act.non datur.& l.ſi ita ſtipulatus.ff.de oper.libe. alibi
Marti.Lauden.in cap.l.j.in princ.in v.colum.qui feu.dare po.
dixit uaſal. poſſe æquiparari homini liberto ab hoſtibus re-
dempto,in quo redimens habet vinculum pignoris, & qua-
ſi ſeruus cenſetur.l.fina.Cod.de capt.l.ſenatus.§. fi. ff.de lega.
primo. Ideo faciunt prędicta ad notabilem dubitationem,
9 †nunquid ſicut libertus tenetur alere patronum.l.ſi quis a li
beris.§.ſolent. & § ſequen. ff.de liber.agno.ita etiam vaſallus
teneatur alere dom.egenum? prędicta æquiparatio de liber
to ad vaſallum probat,quod ſic,pro quo etiam facit glo.in l.
fi.Cod.de rerum dom.in contrarium facit text. in cap.licet,ſi
de feu.fue.controu.vbi eſt tex.quod ſi dominus promiſit ali-
cui ſub iuramento aliquid ſoluere,& non poteſt,non tenea
tur vaſal.illi dare pecuniam, vt dominus ſoluat, & periuriũ
euitet,& ſic non tenetur eum liberare a periculo animæ: Er-
go nec etiam a periculo corporis ratione alimentorum. ar-
gumen.l.ſancimus,in fi.Cod.de ſacroſanct.eccle. Idem tenet
Iacob.Ard.in ſumma. quib. mod.feu.ami.ſub rubr.vaſal.te.
dom.egenum alere,per l.3.in pe.ff.de admit.re.ad ci.pertin.ni
ſi do.pro facto vaſalli conſumpſiſſet ſua bona.ar.l.decurioni
bus.ff.de decurion.idem tenet Rayn.in di.cap.licet per illum
textum.Hæc etiam.q.tangitur per Specu.in titu.qui fi.ſint leg.
§.primo.verſicu.ſed nunquid dominus, vbi arguit ad partes,
ſed nihil determinat.ibi autem Ioan.And.in addi.recitat prę
dictam opi.Iacob.Arc. & videtur eam ſequi. pro ea opi.facit
glo.in l.in condemna.ff.de re.iu.Eandem opi. ſequitur Alua.
in cap.licet.in quarta.colum.ſi de feu.fue.contro. dicens non
eſſe recedendum a communi opi.Iaco.Ard.quia hoc non re-
peritur cautum,niſi prout ipſe dicit, dominus fuiſſet factus
egenus facto vaſalli, vel quia vniuerſa bona infeudaſſet,uel
maximum eſſet feudum alias ſecus: quia non eſt ueriſimile,
quod pro modico feu. voluiſſet ſe obligare ad alendum do.
& ad hoc facit ſecundum eum gl.multum ſig.in ratione ſui,
in cap.quicunque.17. quæſt. fin.& ita videtur tenuiſſe Rayn.
& Bal.donatario.d.l.fi.Cod. de reuocan.do.Et videtur æquũ,
ſecundum Aluaro.pro qua æquitate facit tex. in cap. primo.
§.ſi Epi.vel Abb.quoniam ſicut ibi ex feu.in quo non ſucce-
dit mutus,ſi tamẽ eſt magnum, illi debet relinqui pro alimẽ
tis,ita dicendum in do.a pari ratione.arg.capi. primo.de for.
fi.conſilium itaque eſt, ſecundum And. de Iſern.vt do.in in-
ueſtitura apponat pactum vt alimentetur, ſi peruenerit ad
inopiam:pacta enim etiam ſi ſint præter communem feu.ra
tionem,ſunt ſeruanda.cap.primo.§. pe. quid ſit inueſt.quæ ſi
non ſeruantur,amittitur feudum.cap.j.§.ſed nec alia,quę fue
rit prima cauſa bene. amit.ita dicit Aluaro. in loco præalle-
10 gato.Quinta cadit dubitatio circa præmiſſa, † quid ſi vaſall.
cœpit iuuare do.in pręlio iniuſto, poſtea pœnitentia ductus
ipſum deſeruit in bello,an perdat feu. glo. in d.cap.j.in prin.
quib.mod.feud.ſeu.amit.tenet quod non,quia ſatis eſt, ſi cui
vel in paucis amici laborib.conſulatur.l.tuto.Cod.de neg.idẽ
tenuit And.de Iſer. ibi, quia ſi a prin. non tenebatur iuuare,
& iuuando peccauit,ſi perſeuerat tanto,grauius pecca.cap.fi.
extra de conſu. ergo licita eſt pœnitentia.cap.in male.33.q.4.
Idem etiam tenuit Iaco.de Bel.per l.ſi quis libellos.C.de ap.l.
qui ea mente. ff.de fur. Limitat Bald.ibi,niſi dominus ſit dece
ptus,puta,quia alius erat iturus cum do.ad bellum, & ꝓpter
auxilium ipſius vaſal.qui incœpit,alias non.Item non poteſt
negari,quin perfide vaſallus fecerit recedendo a domino,iō
tenetur tunc domino ad intereſſe leg.in commodato.§.ſicut
fi.commo.idem dicit And. de Iſer. ibi ſi ego non eram vaſall.
tuus.& cœpi te iuuare in bello, poſtea te deſero, quod tene-
bor tibi ad omnẽ tuum damnum & intereſſe, per dictum §.
ſicut.& l.nam & ſeruus.§.ſi viuo.ff.de nego. geſt. Sexto circa
11 prædicta quæro,†vtrum vaſal. inhabilis teneatur iuuare do-
minum,& ſi non fecit, puta quia brachiis abſciſſis fugit, pri
uetur feudo? Iſtam dubitationem tetigit glo.in d. capit.j.in
prin.quib.mod.feu. amit. & determinat quod non.mouetur
per tex.in cap.ſecundo.in fi.de feu.ſine culpa non amitten.&
per rationem, quia non intererat do.vaſal. amplius ſtetiſſe,
poſtquam adiuuare non poterat.l.ſi plures.Codi. depo.cum
ſimi.Et illam gloſ.ſequuntur communiter Doctor.*vt ibi per*
Aluaro.qui dicit hoc probari in l.ſi quis in graui.in princi.ff.
ad Silla.& in cap.fina.de alie.feu.pater.cum his, quæ ibi dixit
ſic etiam dixit Aluaro.in cap.primo.§.item ſi domi. quæ fue.
prima cauſa benefi.amitten.quod ſi non erat poſſibile,vt va
ſal.dominum adiuuaret, non punitur vaſallus ſi nõ præſtitit
adiutorium, poſt Iacob.Ardizo.argumen.l. omne delictum.
ff.de re mil.vt ibi per Aluaro. Prædicta tamen concluſio limi
tatur,ſecundum Bald.in dicto cap.primo.in princ.quib.mod
feu.amitta.& ibi etiam Aluaro.vt non procedat, quando va
ſallus potuiſſet dominum clamoribus iuuare,quia debuiſſet
hoc facere per l.cum dominus.ff.ad Silla.vt ibi latius per eos.
12 Septimo quæro,†quid ſi vaſal.reliquerit dominum in prælio
campeſtri,& ſtatim reuerſus fuerit,an priuetur *feudo? iſtam*
dubitationem tetigit Bald.in dicto capitulo *primo.in princ.*
quibus mod.feud.amitta.Et ibi determinat *quod non,argu.l.*
qui falſum.ff.ad le.Cor. de fal. Iſtam opin.Bald.reprehendit
Martin. Lauden.ibi, motus primo per generalitatem illius
tex.qui non diſtinguit an ſtatim,an ex interuallo.argumen.l.
de precio.ff.de publicia.Secũdo mouetur & fortius, ſecundũ
eum quia lex conſiderauit momẽtum & pactum, vbi ſignat
iuris miniſterium.l.ſed & partus.in fi vbi gloſ.ff. quod metus
cauſa.Et ita no.de puncto in l.Arethuſa.ff.de ſtatu. hom. ſed
ſic eſt, quod in momento horæ periculum imminet domi.
quia fortaſſis illa hora hoſtes inuaſerant domi.ergo,&c.Nec
obſtat ſecundum eum dicta l.quia falſam.quia dicit ipſe, qđ
immo regula eſt in contrarium, quod in delictis non eſt loc⁹
pœnitentiæ.l.qui ea mente.ff.de fur.Ego puto aduertendum,
quod iſta quæſt.deciditur per doctrinam Barto.in d.le.qui ea
mente.ff.de fur. dum ponit diſtinctionem, an & quando in
delictis admittatur pœnitentia, & iudicio meo, quantum ad
propoſitum noſtrum,deciditur, quod quando actio a princ.
eſt pœnalis,prout eſt hæc,quia tractatur de amiſſione feudi,
tunc non eſt locus pœnitentiæ, vt probatur in dicta l.qui ea
mente,& ſic manet defenſa opinio Martin. Lauden. Octa-
13 uo quæro,†qui ſi vaſallus reliquerit dominum? putans eum
mortiſere vulneratum,cum tamen in veritate non eſſet mor
tifere vulneratus,an perdat feudum? Bald.in dicto capitulo
primo.in princip.quibus mod.feud.amit. breuiter concludit,
quod non. Motus,quia error non auget delictum. le. inter
omnes.§.recte. Digeſt.de fur. & cum Bald.tranſit ſimpliciter
Martin.Lauden.ibi. In contrarium facit textus in l.diuus.ff.
ad legem.Corne.de ſica.& in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit.Cod.
de furt. iuncto ſummario Bartho.poteſt tamen confirmari
prima opinio per textum optimum.in cap. ſi voluerit.de ca-
pita.qui curi. vendi. qui probat,quod in materia feudali ſola
voluntas non ſit punibilis, & generaliter de materia, an &
quando ſola voluntas vel conatus puniatur, videnda ſunt
copioſè & ſubtiliter cumulata per Felyn.in ſuo tracta. an co
natus puniatur, poſito poſt titulum de appella. & per eundẽ
14 Felyn.in cap.primo.extra de pręſum. Nono quæro, † quid
ſi vaſal. deſeruit dominum non turpi de cauſa, ſed forte ti-
mens crudelitatem tyranni, an punietur? Iſtam dubitatio-
nem format Aluarot.in capitulo primo.§. item quid domi.

quæ

quę fuerit prima cauſa beneſi.amittend. & ibi poſt Iaco.Ar-
di.per eum relatum breuiter determinat, quod non.ar.l.Ful-
cinius.§.quid ſit latitare.ff.ex quib.cau.in poſſ.eatur.Decimo
15 quæro.† ſi vaſal.reliquit domin.in prælio, qui do.obtinuit
contra hoſtes, vel in nullum incidit periculum, & ſic fuga
vaſalli nocuit domino, an vaſal.priuabitur feudo? Iſtam dubi
tationem formauit Bal.in d.c.j.in prin.qui.mod.feud.amitta.
& ibi concludit eum puniri per illum tex.indiſtincte loquen
tem, & quia iſta fuga vaſalli, eſt res pernicioſi exempli.l. Ci-
cero.ff.de pœnis.Addit Mart. Laud. ibi meliorem tex.in le.ſi
quis aliquid.§.abortionis.ibi, pernicioſi exempli.ff.de pœnis.
Iſtam etiam opi.ſequitur Aluaro.in d.c.j.in princ. in 3.colu.
quib.mod.feud.amitt. adducens ar.l.ſi quis ſeruo perſuaſerit.
C.de furt.& quod nota.per Docto.in l.prima.§.j.ff.ſi quis te-
ſtamento liber.eſſe iuſ.fue. & ff.de legi. & de in ius vocan.le.
quamuis.Ego autem puto aduertendum, ꝙ veritas iſtius du-
bitationis dependet ab alia difficultate, in qua Doct. aliqua-
liter variarunt, quæ eſt, an delictum quod non nocet, ſit pu-
nibile? reperio Docto.in multis locis dicere, quod alicui nõ
nocet, non eſt punibile.ita probat tex.quem ibi ad hoc pon-
derat Bald.in l.fi.ff.quod falſo tutore autore.glo.Bar.& com
muniter ſcribentes per illum text.in l.damus. Cod.ad legem
Cor.de falſis.Mendacium enim quod non nocet, cẽſetur nu
gatorium, dixit ſignanter Saly.in Auth.contra qui propriam
C.de non nume.pe.& in l.fundum cuius.& illum tex.in fi.ff.
de euic.idem voluit Pet.de Anch.conſi.ſuo.33.vbi dixit, do-
lum & falſitatem non nocentem, non puniri. Idem tenuit
Pau.de Caſt.in conſi.149. inci. videtur dicendum, ꝙ dictus
presbyter.vbi voluit, quod mercator ſcribens falſum in lib.
ſuo non punitur, ſi nemini afferat præiudicium. facit quod
no.glo.pe.in ca. quanto. extra de iureiu.ex qua colligunt ibi
Doct.ꝙ quando falſitas committitur circa id, quod non ꝓ-
bat, non eſt punienda, ꝙ dicit ibi Imo.eſſe menti tenendum,
& ideo Io.de Ana.in c.j.in 9.colum.de crimi.falſi. reprobat
glo.ibi ſimpliciter dicentem, quod in crimine falſi punitur
conatus ſine effectu, quia ſecundum eum, ſolet dari commu
nis doctrina, qua aduocati communiter vtuntur, nunquam
incidit quis in pęnam falſi, niſi falſitas alicui præiudicet.alle-
gat tex.cum glo.Bal.Saly.in l.damus.C.de fal. & Bal. in l.qui
vendidit.C.eod.c.ii.& in rub.C.de fi. inſtru.x.col. 4.verſic ſed
quæro, ſi quis ſcripſit.& text. cum glo.in l.fundum, in fi.ff.de
cui.ſic etiam dixit Imo.in l.1.in 2.col.ff.de pu.iu.ꝙ ille qui ce
lat inſtrumentum, non dicitur proprie falſarius tanquam ce
lator veritatis, niſi inſtrumentum laceret, vel cancellet, vt
nunquam ex eo veritas poſſit apparere.In contrarium tamẽ
facit illud, quod dicit Bal.in aliquib.lect.in l.1.in fi.C.ſi ex fal-
ſis.inſtru.vbi dixit, ꝙ mendacium nemini nocens eſt punibi-
le.& idem Bal.in addi.Spe.in tit.de exe.ſen.3.col. & voluit gl.
in c.j.extra.de cri.ſal. quicquid ſit in alia materia, quantum
ad vaſallum, non diſcedo ab opi.feudiſtarum, eo, quia nega
ri non poteſt, quin vaſallus poſuerit dominum in magno pe
riculo, & ideo ex hoc ſolo debet priuari feudo, vt volunt.ll.
feudales, præcipue tex.in d. c.j. qui.mod.feu.amit.Vndecimo
16 quæro,† quid ſi vaſal.reliquerit domi.vulneratum, qui domi
nus poſtea deceſſit, an pręſumatur mortus ex illo vulnere?
Iſtam dubitationem formauit etiam Bald. in d. c.i. in princi.
quib.mod.feu.amit.& ibi determinat, quod ſic, niſi probetur
contrarium.Mouetur, quia exitus acta probat, & effectus de
notat cauſam.l.rem non nouam, ad fin.Co. de iud.cum Bal.
tranſit ſimpliciter Martin.Lauden.ibi, eandem etiam opi.ſe-
quitur Bald.ibi in 3. colum. niſi ſecundum eum ex adiuncta
culpa infirmi cum vulnere fuerit ſecuta mors, vnde aut vul-
nus fuit præordinatum culpæ, & tunc mors dicitur ſecuta ex
vulnere, ſed ſi maior fuit culpa, tunc dicitur ſecuta ex culpa,
argumen.ff.de ſtatu homi.l.quæro, & ff.de nego. geſt. l.ſine
hæreditaria.facit quod no.per Bar.ff.de dam.infe.l. dam.infe.
§.Sabinus.& ideo dicit Pet.de Ceruio, quem ſequitur Bald.in
c.j.§.item qui dominum, quę fue. prima cauſa benefic.amit.
quod vaſallus admittitur ad probandum, quod do.deceſſit,
non quia vulnus fuerit mortale, ſed propter mala medicamẽ
ta, ad quod facit, quod nota.ff.ſoluto matri.l.ab hoſtib.in §.ſi
vir.fiet autem talis probatio per medicos.l.ſemel.C. de re mi
lita.libro 12.ſolet enim fieri probatio per doctos in arte lege
prima. in princ.cum ibi nota.ff.de ven.inſpicien.& per Bart.
in l.ij.§.diui.ff.de iure fiſci.Sed difficilis eſt probatio huius ne
gatiuæ, quod vulneratus non ſit mortuus ex vulnere, & ideo
debent diligenter teſtes examinari, & ſi ſunt varii in opinio-
nibus diuerſis, debet iudicari contra percuſſorem, ſecũdum
Bald. facit quod nota.in cap.ſignifi. extra de homi. & quod
habetur per Specu.titu. de accu. verſicu. ſed pone & ibi per
Ioan.And.de ſimilibus quæſt.& facit ad prædicta quod elegã
ter dicit tex.in c.pręterea.ext.de cle.percuſ.
17 Duodecimo quæro,† quid ſi dominus relictus a vaſallo in
pręlio ſit mortifere vulneratus, ita vt non poterat euadere,
tamen poſt fugam vaſalli fuit iterum vulneratus, ex quod
ſecundo vulnere citius deceſſit dominus, an vaſallus priue-
tur feud. Iſtam dubitationem tetigit etiam Bald. in capitulo
primo.in princ, quibus modis feud.amitt. & ibi determinat
quod non, per illum tex.& cum Bal.tranſit etiam ibidem Al
uaro.in iii.colum.ad fi.dicens ſecus eſſe, ſi tractamus de pœ-
na intrinſeca ipſius delicti, quia tũc vltimum vulnus tollere
primum.l.huic ſcripturæ.ff.ad legem Aqu.Nos autem tracta
mus ſolum de pœna intrinſeca amiſſionis feu.vbi ſufficit, ꝙ
domi.ſit mortifere vulneratus, & ſic dicit Bald. in loco pręal-
legato quod actio dictæ l.ſcripturæ.ff.ad legem Aqu.non ha
bet locum in feu. Vel aliter reſpondet Marti.Lauden.ibi, ꝙ
ibi erat dubium, an primum vulnus eſſet mortale, propterea
non tenetur de occiſo, ſed de vulnerato, nos autem loquimur,
quando certum erat domi primo mortifere vulneratum, ar.
l.ita vulneratus.ff.ad legem Aqui.iuncta.glo. in d.l.huic ſcri-
pturæ.§ primo.de qua tamen materia, an plures poſſint tene
ri de occiſione eiuſdem hominis diuerſis tẽporibus late ſcri-
bit Alexand.in conſilio decimoquinto.incip. viſo proceſſu, ĩ
j.volumi.& in conſilio decimoquarto.incip.ponderatis nar-
ratis in thema.in 3.volumi.& conſilio 46.in verſi.copioſe.in
3.volumine.
18 Decimotertio quæro,† ſi ſint duo fratres vaſal.in pręlio cũ
dom.quorum vnus reliquit dominum, alius vero ſua probi
tate defenſauit domi.ab hoſtibus an frater, qui deliquerit do-
minum priuabitur portione feud.ſui.Iſtam quęſt. format ẽt
Bal.in dicto capitulo primo.in princ.quibus mod.feu. amitt.
Et ibi breuiter determinat quod non, ſed ſuffragium præſti-
tum per fratrem proderit alteri fratri, per l.ſi is, qui duos.ff.đ
libe.leg. Contrarium ſub dubio forte tenuit Martin. Laudẽ.
ibi motus, quia delictum & culpa debet tenere ſuum aucto-
rem.l.ſancimus.Cod.de pe.l.crimen.ff. eodem titu. Secundo
quia, quod ſtatuitur ibi in duabus perſonis, intelligitur etiã
ſtatutum in vna.l. ſingularia. ff. ſi certum petatur, ſed ſic eſt,
quod ſi ambo fratres vaſal.reliquiſſent dominum, perderent
feu.d.cap.primo.in princi.quibus mod.feud.amitt. Ergo ſi v-
nus ipſorum reliquit dominum, debet pro portione ſua feu-
dum perdere, facit.l.quæ de tota. ff.de rei vendicatio.faciunt
in ſimili ſcripta per Barto.in l.fraudati.ff.de publicia.& quod
no.glo.in l.communi diuidundo.ff. communi diui.niſi ſaluã
do Bald.ſecundum Lauden.intelligimus, quãdo feudum eſt
indiuiduum, vt feud.Marchiæ, Ducatus, & Comitatus, iuxta.
d.cap.imperialem.§.pręterea Ducatus, de prohibi.feu. alie.ꝑ
Fede.argum.in d.l.ſi is, qui duos.ff.liberatione legata. nam li-
beratio per acceptilationem facta vni ex correis debendi ſo-
ciis, extenditur ad alium ſocium: Quia poſſibile eſt vnum libe
rari ſine reliquo, argum.l.3.§.nunc de effectu. ff.de lib. lega.
facit l.eandem.§.j.ff.de duob.reis.Secus autem ſecundum eũ,
ſi feu. ſit diuiduum a ceſſante ratione.d.l.is, qui duos. Ego ad-
do pro opi.Bald.facere multa ſimilia, in quib. aliquis conſe-
quitur ex perſona alterius, quod ex ſua perſona conſequi nõ
poſſet, & inter cætera bene facit gl.no.in l.fi.C.de mu.& one.
non continuandis, lib .x. quę vult quod ſi vni ex duobus ſo-
ciis concedatur vacatio a muneribus, proderit alteri ſocio
propter communionem, ſic etiam dicebat Bald.quod ſi vnus
nepos ſit in poteſtate, alter emancipatus, tenetur patruus cõ
ferre vtrique propter ſocietatem, licet regulariter non tenea
tur conferre emancipato, bene facit tex.in l.ſi communem.
ff.quemadmod.ſerui.amit.vbi non pręſcribitur feud.ꝯ maio-
rem habentem commune cum minore. Multa alia ſimi-
lia poſſent ad hoc adduci, quæ ordinate & copioſe admodũ
cumulauit Felin.in c.j.in 4.colum. & duabus ſequentib. ext.
de pręſcrip. vbi inter cætera allegat etiam deciſionem Baldi
ſupra relatam in hac.quæſtio.& cum illa tranſit. Eſt verum,
quod ipſe Fel. circa fi.illius cumulationis videtur facere diffe
rentiam inter materiam diuiduam & indiuiduam, ex quibus
verb.ſatis videtur confirmari diſtinct.Mar.Lauden.ſupra rela
ta, videnda ſunt omnino copioſe cumulata per Feli. in loco
præallegato, quia ex ibi dictis poteſt percipi veritas ĩ hac ma
teria. Decimoquarto & vltimo pro nunc circa præmiſſa op-
19 portune quæritur,† quid ſi vna ciuitas haberet feud.ab eccle
ſia vel ab Imperatore, & pars vna ciuitatis, puta populares
commiſerint cauſam priuationis feudi, an ciuitas perdat
feud.cum alia pars ſcilicet nobilium non ſit in culpa? Iſtam
dubitationem tetigit etiam Bald. in dicto capitulo primo.in
princip.& ibi breuiter determinat quod non. Quia, neque de
linquendo, neque contrahendo, vna pars ciuitatis nocet to-
ti ciuitati, arg.no.in c.j. in noſtra extra de iniit. ſed pro verita-
te huius dubitationis recurrendum eſt ad latius no. per Bart.
in l.aut facta.§.ſi vnquam ff.de pe.Secunda principaliter cau
20 ſa priuationis feudi eſt,† ſi vaſallus coitum habuerit cum vxo-
re domini tex.eſt expreſſius in d.c.j.§.j.quib.mod. feu. amitta.
Extende primo iſtud procedere, ſiue tale quid committatur
vxore volẽte, ſiue inuita, ſecundum An.de Iſ.Nic.de Nea. Al.

in dicto §.i.per l.i.§.vſque. ff. de iniur.Secundo extenditur ſe-
cundum pręſatos Doctores ſiue tale quid committatur viuē
te domino ſiue iam mortuo ipſo exiſtēte & perſeuerante in
viduitate, ſecus autem ſi tranſiuiſſet ad ſecunda vota.

Mouentur per ea,quæ habentur in c.2.in fi.de feu.ſine cul
pa non amitten.in l.apud Celſum.§.aduerſus.ff.de doli.exce.
& quod no.in l.fideicomm.& in l.ſi ſororem.C.de his, quib.
vt indig.& dicit Alua.quod licet Bald.contrarium teneat in
vidua,quod primum dictum pateat verius,ad ꝙ facit.l.fœmi
næ..in fi.ff.de ſenat.& ff.ad municip.l.filii.§.j.cum ibi no. vbi
autem vaſallus hoc commiſiſſet de voluntate, tunc non pri
uaretur ſecundum Alu.argu.in l.cum danationis.C.de tranſ.
& in d.§.vſque adeo.Ego addo,quod iſtam opi. And.de Iſer.
Nico.Neapo. & Alua. contra Bal. tenuit Alexand.in l.ſoro-
rem.in j.col.C.de his,quib.vt indig. Secundo addo bene fa-
cere illud, quod dicebat Pau.de Caſt. in l.fideicommiſ. C.de
fideicomm.per glo.ibi,vbi dicebat Pau.de Caſ.quod ſicut v-
xor,quæ cōmiſit adulterium viuo marito,& ſic durante ma.
perdet dotem.c.plerunque de dona.inter vir.& vxo.& l.con-
ſenſu.C.de repudiis, & perdit etiam bona paraphernalia, vt
per glo.in d.c. plerunque. eodem modo vidua debet perdere
ex ſtupro commiſſo in viduitate,& dicit Pau.quod ita ſemel
allegauit dictam glo.cōtra vnam viduam,& idem dixit Pau.
in d.l.ſororem.eſt verum,quod aliqui Moder.in d.l.fideicom
mi.conantur reprobare opi.Pau.ibi moti,quia iura loquen-
tia de priuatione dotis.loquuntur conſtante matrimonio,vt
d.l.conſen.& d.c.plerunque. vnde cum dicta iura ſint pœna-
lia,non debent extendi, maxime cum non ſit eadem ratio,
argum.l.cum quidam.ff.de liber.& poſthum.& regula, in pę
nis,de re.iu.in 6.& ad hoc debent bene ſecere tex.no.in ca.2.
in verbo,domino viuāte,a contrario ſenſu,quem ad hoc ibi
not.Bal.in c.de feudo ſine culpa non amittendo. vbi in ter-
minis dicit Bald.quod ſi vaſallus adulterauit vxorem domi-
ni,domino mortuo,non debet feu.priuari, ſed non addunt
præfati Mod.quod illud dictum Bald. remanet reprobatum
per And.de Iſer.Nico.de Neapo.& Aluaro.in loco pręallega
to.Item aduertendum eſt,quod omnia fundamenta Docto-
rum Modern.fuerunt fundamenta Alexan.in d.l.ſororem.in
2.col.C.de his,quib.ut indig.& ſic videtur quodammodo A-
lex.ibi contrariari his,quæ dixerat in j.col.& ideo res nō pro
cedit ſine difficultate. Reperio etiā, quod dictam opi.cōtra
Bal.ſecutus fuit Card.in d.ca.j.§.j.in 2.colum.vbi dicit, quod
Bal.poſſet ſaluari in muliere,quæ tranſiuiſſet ad ſecunda vo
ta,vt no.And.de Iſer.in d.c.1.de feu.ſine culpa non amitt.vel
poſſet ſaluari ſecundum in vidua alias inhoneſte viuente, ꝑ
tex.quem ibi no.Bal.in l.his,ſol.C.de reuocan.dona.vbi pro-
batur,quod vidua inhoneſte viuens, amitt.priuilegia primi
thori:ſed vltima ſaluatio iudicio meo, non habet ſaporem,
quia in prima inhoneſtate commiſſa militant fundamenta
ſupra dicta.Tertio extenditur hæc ſecunda cauſa principalis,
vt procedat etiam in ſponſa nondum traducta, quia ſi vaſal.
coitum habeat cum ea,amittit feud.ita decidit Aluaro.in d.
cap.j.§.j. quib.mod.feu.amitta.poſt Iaco.Ard.ibi per eum al-
legatum allegat in ar.Inſti.de nup. in §.ſi vxor.& dicit face-
re.l.ſi qua.§.j.ff.de ritu nup.& de ſpon.c.j.lib.6.& l.in legib.ff.
de teſti. Confirmari poteſt hæc extenſio per communem cō
cluſionem Doct.quæ habet,quod ſtāte ſtatuto,quod decidē-
te vxore in matrimonio maritus lucretur dotem,habet locū
etiam in ſponſa nondum traducta, prout voluit Bar.in l.ni-
hil. ff.rerum amota. Bal.l.Deo nobis.C.de epiſc.& cle. Bal.&
Fulg.in l.non ſine.C.de bonis,quæ lib.Pet.de Ancha in cap.j.
de ſpon.lib.6.Pau.de Caſt.in conſi.123.inci.ſuper primo quę
ſito:& alibi ſæpe Docto.de quib.per Fr.Aret. in l.ſi ante nup.
ff.ſolu.mat.& late Fely. in c.3.loco, extra de præſump. Quar-
to extenditur hæc ſecunda cauſa, vt non ſolum procedat,ſi
vaſal.fecerit,ſed etiam ſi opem dederit facienti. Ita dicit Bal.
in d.c.j.in prin qui.mod.feu.amitta.& probat per l. & ſi ami-
cis.ff.de adul.& ff.de verbo.ſignifi. l.ſæpè. Eandem op.ſequit̄
Alua.in d.§.j.in v.vol.vbi ad hoc adducit no.per glo.ca.3.ſed
qui delator.cum his,quæ ibi late dixit in pe.q. quę fuerit pri.
cau.benef.amit.quid autem ſi vaſal.non dederit opem,ſed ꝯ-
ſilium.d.ſuo,vt tale qui faceret, an priuetur feud. tangit Bal.
in d.c.j.in prin.in v.col.quib.mod.feu.amit.& ibi refert And.
de Iſer.dicere, quod quando aliquis perſuadet aliquod deli-
ctum,quod committitur extra perſonam perſuaſi, tunc per-
ſuaſor non punitur,ſi ille erat alias facturus, ſed quādo delin
quit̄ in perſonam ipſius perſuaſi,tunc indiſtincte punitur, vt
l.j.§.perſuadere.ff.de ſeruo corrupto, ſed pro veritate recurrē
dum eſt ad no.per glo.in c.malus ex conſi.de regu. iur.li.6.ad
magiſtralem doctrinam Bar.in l.non ſolum.§. ſi mandato.in
penu.& col.ff.de iniur.de qua materia, an & quando aliquis
tenetur ex conſilio,ponit etiam late Fely.in cap.j.in 4.col.de
offi.deleg.Limita nunc hanc ſecundā cauſam ſic, vt ſ.decla-
ratā,vt non ꝓcedat,qñ vaſal.ignoranter adulteraſſet vxo.do
mini ſui,vt puta,qa forte recipit ipsā in lecto ſuo,credēs ipsā
vxo.ſuā,qa tunc non priuaret feu.ita determinat.Alu.in ca.j.
§.j.in vlt.col.qui.mo.feud.amit.vbi ad hoc.adducit no. per gl.
in c.j.in tit.hoc poteſt eſſe titulus,qui.mod. feu.amit.ꝙ eſt ſa-
ne intelligendū ſm eum, niſi ipſius ignorantia eſſet ſupina
& craſſa,vt ibi per eū dicentē ſe latius dicturum, in c.j.Circa
hanc ſecundā cauſā contingit ēt de qbuſdā dubitari. Et in pri
21 mis,† an ea,q̄ dicta ſunt de vxore dñi, hēant ēt locū in ꝯcu-
bina.Iſtā dubitationē tetigit ēt Alu.in d.c.j.§.i.in vlt.col. qui.
mo.feu.amit.allegans ita tenere Iac.Ard.& Bal.in caſu,ī quo
concubinatus ſit licitus de iure ciuili,vt qa vterq; eſt ſolutus.
l.j.C.de concubinis.l.in concubinatu.in fi.ff.eo. tit. & ꝓbaī ī
l.itē legato.§.parui.ff.de le.3.l.iē qa ꝑturbatio timeī,cum filii
ſint ſucceſſibiles.l.ſi qua illuſtris.C.ad Orfi.qđ tñ, ſm eū, nō
eſt intelligendū,qđ ad feu.ſint ſucceſſibiles,vt in c.nāles,ſi de
feu.fue.contro.Cōtrariā opi.quod ea, q̄ dicta ſunt in vxore,
non habeant locū in concubina,tenuit Mart. Laudē.in c.j.§.
ad fi.motus primo,quia ſuus in mā pœnali:Ergo ſtricte ꝓce-
dendum eſt,arg.l.cū qdā.ff.de lib.& poſth. Secundo, qa non
eſt eadē rō in concubina,q̄ in vxore,qa dignior eſt vxor,quā
concubina,& magis fauemus vxo.q̄ concubinę,in diſpoſitio
nib.iuris.l.itē legato.§.parui.ff.de leg.3.& dicit ſe dixiſſe.in l.i.
cum auct.ibi poſita.C.vñ vir,& vxor.vbi dicit ſe tenuiſſe, qđ
illa deciſio & illud dictū non hēt locū in ꝯcubina,neq; in cō
cubinario,Ego aūt ſequor primā op.ſ.relatā, ꝓ qua, omiſſis
leuib.dico eſſe tex.in c.i.§.prędictis.quæ fue.pri.cau.benf.ami.
dum vult,qđ ex qb.cauſis filius exhæredaī, ex eiſdē priuatur
feu.Sed ſic eſt,ꝙ ſi filius coitū hēat cū concubina patris, pōt
exhæredari,vt dicit exp̄ſſe tex.in §.cās.in Auct.vt cū de appel
latio.cognoſcit̄.Ergo ēt poterit feu priuari. Secundo quæro,
22 †nunquid p̄dicta ꝓcedant in pediſſequā dñi, ita vt vaſall.eā
adulterans priueī feu.videreī dicēdū ꝙ ſic, qa dēt facere ea,
q̄ ſunt ad honeſtatē do.ſi vult dignus feudo videri, vt in c.1.
de for.fid.Et nihil dēt facere inhoneſti in domo dñi, ut not.
gl.in c.de for.22.q.v.Sed in ꝯriū determinat An. de Iſ.in d.c.i.
§.i.dicens,ꝙ ex tali inhoneſtate bñ incidit vaſal. in periuriū,
ſed tñ non perdit feu. niſi talis inhoneſtas cōmiſſa ſit in ꝑſo-
nas ꝓhibitas,& in qb.eadem vel maior eſt rō,vt ī c.i.§.ſed qa,
q̄ fuit i.cau.be.amit.In pediſſequa aūt non eſt par rō, & ideo
ex oī cā ex qua vaſallus incidit ī periuriū, venit feu.priuādꝰ,
vt in d.ti.q̄ fuit 1.cau.benef.amit.§.illud.n.Iſta.n.cā nō eēt ſuf
ficiens ad exhꝰdationē filii nec ad reuocandū donationē me
rito non dēt eſſe ſufficiens ad priuationē feudi, cū iſta a pari
ꝓcedant,vt ponaī ꝓ regula in iſta mā,vt ī d.§. p̄dictis modis,
q̄ fue. pri.cau.bñf.ami.& iſtā opi. And. de Iſer. & ſimpliciter
23 ſeqī Al.in d.c.i.§.i.in 7.col.Tertio quæro,† an prędicta proce
dant ēt ſi ꝑſonæ p̄dictæ,& aliæ enumēratæ in c.i.qb. mo.feu.
amit.ſint publicæ meretrices,an vaſal.concūbens cū eis ꝑdat
feu.iſtā dubitationē tetigit An.de Iſ in d.c.i.in ver.turpiter iuſ
ſerit.qui.mod.feu. amit. & ibi dicit,videri dicendū quod ſic,
quia tex.ibi ſimpliciter dicit (cōcubuerit non diſtinguendo,
an ſint meretrices,vel non,& ſimpliciter dictum, ſimpliciter
intelligendum.ff.de alie.l. prima.mouetur etiam, quia licet
alii velint vituperare dom. & eius vxori filiam vel nurum,ta
men vaſal.qui habet beneficium,debet abſtinere, nec eſt ex-
cuſandus, quod ideo offendat, quia alii offenderunt, nam
multiplicare inconueniens,nō eſt ſoluere: Datum enim feu.
vt defendat honorem domi. quem etiam mortuo domino
debet ſeruare.ff.de excep.doli.lege apud Celſum.§. aduerſus.
Et dehoneſtari in coniunctis non minus eſt, quam mori. l.
iſti quidem.ff.quod metus cauſa. & ideo cum vaſallus libera
liter a domino acceperit, non debet eſſe criminoſus vel cri
minari in eo, l. ſi maritus,in fi.Cod.de donatio. inter virum
& vxorem.Et dicit Gregorius in homilia Martyr. minorem
dolorem mala inferunt, quæ ab extraneis inferuntur, plus
vero ea tormenta,quæ ab illis patimur, de quorum menti-
bus præſumebamus,dicente Pſalmiſta, ſi inimicus meus ma
ledixerit mihi,ſuſtinuiſſem vtique,tu vero, &c.homo pacis
meæ,in quo ſperabam,ampliauit aduerſus me ſupplantatio
nem. Reddit rationem,quia cum damno corporis cruciant
nos damna amiſſę charitatis, nec debet quiſpiam iniuriari
ei,quem debet defendere. l. vendicantem. ff.de euic.& l.nu-
ptam vulgaritas non excuſat.ff.de adulte.l.ſi vxor.§.primo.&
C.eodem. l. quæ adulterium. in fine in non nupta ſecus. Di-
geſtis.de ritu nupt.lege,ſtuprum.ita dicit And. de Iſer.in loco
pręallegato.

24 Tertia principalis cauſa priuationis feudi eſt, † vt non
modo ſi vaſallus concubuerit cum vxo.domini, ſed etiam
ſi tentauerit concūbere. textus eſt expreſſ. dicto capitulo pri-
mo.§.quibus modis feud.amitt. Nec mirum, quia in delictis
atrociorib. punitur affectus, licet non ſequatur effect. l.ſi qs
non dicā rapere.C.de Epiſc.& cle.l.diuus. ff. ad l. Cor.de ſica.
25 Circa iſtam 3.cauſam canit neceſſaria dubitatio,† quid ſi va
ſallum pœniteat,poſtquā ſe exercuit,vt concūberet cū vxore
domini,

domini, an priuabitur feudo? Iſtam dubitationem tetigit gl. in d.c.j.§.j.in glo.quib.m o.l.feu.amit.& reſpondet, quod nõ ſi deſtitit per pœnitentiam, ſecus ſi pp impoſſibilitatem, vt l.qui falſum.ff.ad legem Cor.de fal.ſed Alu. ibi in 4.col.lati⁹ diſtinguit, quod aut vaſal. ſolum cogitauit & exercuit ſe in animo vt concumberet, & tunc non punitur.l.cogitationis pœnam.ff.de pœn.aut vltra cogitatum laborauit, ſed contra deuenit ad aliquem actum, & tunc ſi ſeipſum pœniteat nõ punitur.& ita intelligitur iſta gloſ.& quod notatur in capitu. ſi voluerit, de capitaneo, qui curiam vẽdidit: Aut laborauit & ſe exercuit perueniendo ad aliquem actum.& tunc punitur, ſed per pœnitentiã liberabitur, ut in illo tex & l. qui ea mente.ff.de furtis, & cum hac diſtinctione dicit Alua.cõcordare, Pileum, vt refert Iac.Ard.& tit.quib mod.feu. amitta ſub rubr.idem ſi cũ vxore. Secunda cadit dubitatio circa hanc tertiam cauſam, an ſolum procedat in vxore do. ſed etiam in aliis perſonis ibidem enumeratis.Bal.ibi dicit, quod illa verba (ſi concumbere ſe exercuit) ſolum referuntur ad vxorem domini.contrarium tenet Mar.Laud.ibi motus primo, qa vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare.l.quamuis.C.de impub. & aliis ſubſtitutionib.ſecũdo, quia clauſula in principio poſita refertur ad omnia ſequentia, vt no.in l.ſi idem eum.§.fi. ff.de iuriſd.omniũ iudic.in l.j.C.de liber.præter.Confirmo hanc opi.Laud. quia clauſula in principio poſita eſt magis potens ad determinãdum ſequentia, quam clauſula poſita in fine ad determinandũ præcedentia, vt Bar.in l.quiſquis.ff.de leg.3. Quarta principalis cauſa priuationis feu.eſt,† ſi vaſall. turpiter luſerit cum
26 vxore do.ita dicit tex.in d.c.j.§.i.quib.mod.feu.amit. exemplificat glo.ibi communiter approbata, puta ponendo manus ad pectus, vel ad femur Sed hic cadit neceſſaria dubitatio, an idem ſit ĩ eo, qui turpiter locutus eſt cum vxore domini ſui, non tamen tetigit eius perſonam And.de Iſer.& Bald.in d.c. j.quib.mod.feu.amit.determinat quod non:Quia tam turpe eſt colloquium, quam tactus, & maxime cum ſimus in pœnalib. & ideo non eſt trahendum ad conſequentiam.l.ſi interpretatione, ff.de pe.oportet enim fieri aliquid in perſona mulieris, vt perdatur feud.veluti concubitus, vel turpis luſio cũ tactu inhoneſto.d.c.j.§.j.idem dicit.And.de Iſer. de oſculo.& amplexu., quia non eſt minor ratio prohibitionis.l. cui.ff.de ſer.exportan.facit quod not.in l.i.ff.de extraord. cri. ita refert & ſequitur Alua.in d.c.j.§.i.in v.col.quib.mod.feu.amitta.ſatentur tamen præfati Doct. quod ex hac turpi locutione tenebitur vaſallus actione iniuriarum.& de hac quæſt.dicit Alua.latius ſe dixiſſe in c.j.§.ſed & qui delator. in ſi.op. quæ fue. pri.cauſa benef.amitten. Ego autem aduertendum puto ad ea, quæ dicta fuerunt in cauſa præcedenti, quia ex ibi dictis videtur fortiſſime probari, quod vaſallus ex turpi locutione cũ vxore dom.priuetur feu.Dictum eſt in cauſa præcedenti, qđ ſi vaſallus exerceat ſe, vt concumbat cum vxore domini, priuatur feudo:Sed ſic eſt, quod ille qui turpiter loquitur cũ vxore domini, videtur ſe exercere vt cum ea concumbat, vt patet ad ſenſum, Ergo iſta erit iuſta cauſa priuationis feudi, & ad hoc pondero illud dictum glo. in l.j.ff.de extraord. cri. dum dicit quod colloquia & baſia ſunt præludia veneris: Ergo clare vult gl.quod ille qui turpiter loquitur, dicitur ſe exercere ad venerem.Quinta principalis cauſa† priuationis feudi
27 eſt, ſi vaſallus concubuit cum nuru domini, tex.eſt clarus in d.c.j.§.j.quib.mod.feu.amit. Extendit Alu. ibi in principio 2. col.vt iſtud procedat, etiam ſi talis nurus ſit nupta filio domini, qui non eſſet ſucceſſibilis in feu.Mouetur, quia ille textus non facit iſtam differentiam, ſed ſolum conſiderat exceſſum & delictũ vaſal.aduerſus dominum.& ita etiam refert tenere And.de Iſer.ibi, per illum tex. Sed principalis cauſa priuatio-
28 feu.eſt, † ſi vaſal.concubuit cum filia domini, vel cum nepte ex filio, tex.eſt clare in d.c.j.quib.mod.feu.amitta. circa quã nihil addendum occurrit.Septima principalis cauſa priuatio
29 nis feudi eſt, † ſi vaſal.concubuit cum ſorore do.ĩ eadem domo manẽte.tex.eſt in d.c.j.§.j.quib.mod.feu.amitt. & in ca.j. §.ruſus quæ fue pri.cau.benef.ami.Contra iſtud fortiter opponitur, quia vaſallus etiam occidendo fratrem dñi, qđ plus eſt, non amittit feu.c.j.an ille qui interſe.fra.do.ſui. ergo hoc caſu multominus debet priuari. Ad iſtud reſpondent communiter Feudiſtæ in locis præallegatis, quod vaſallus, q concubuit cum ſorore dñi, vĩ plus peccare, & cum maiori ignominia, quam occidendo fratrem domini.argu.l.iſti quidẽ, qđ metus cauſa, & ideo toleratur dicta differẽtia. Circa hãc cauſam cadit neceſſaria dubitatio, quid ſi iſta ſoror domini erat maritata, ſed adhuc ſtabat in domo fratris vna cum marito ſuo, vt multoties accidit, an hoc caſu vaſall⁹ priuetur feudo. Iſtam dubitationem tetigit Aluar.in d.cap.j.§.rurus.quæ fuit prima cauſa benefic.amitten & ibi determinat quod ſic, per tex.in d.c.i.§.quib.mod.feu.amit.qui ſolum conſideraſſe delictum videtur eſſe commiſſum ĩ domo domini, quam alibi, vt ff.ad l.Iuliam de adulteriis.l.quod ait, & ita fm Aluar.dixit glo.ſuper verbo, ſciens, in tit.quib.mod.feu.amit.§.2.Sed ego in contrarium pondero tex.in d.§.rurſus, in illis verbis, quæ ĩ capitulo dicuntur, quæ videntur reſtringere tex.ad ſororẽ ad huc innuptam. Et ideo difficultas videtur reduci ad hoc, an relatiuum quod ibi poſitum in tex.ſtet reſtrictiue, an vero dmonſtratiue, circa quod Bar.& Moder.ponunt not.doctrinã in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinita. & fide catholi.ad quos me remitto.Non omitto tamen, quod Aluaro.in di.§. rurſus, extendit deciſionem illius tex. vt procedat etiã in ſoro redo.quæ remanſiſſet vidua, & poſtea eſſet reuerſa in domũ ipſius domi. Item extendit vt procedat etiam ſi eſſet ſponſa nondum reducta, ad quod dicit facere Inſt.de nu.ĩ §. ſi vxor. & ff.de ſponſa.l.tutor.Extendit etiam illum text.vt procedat etiam ſi vaſal.tale quid fecerit cum voluntate illarum mulierum, quia non conſideratur voluntas earum.l.i.§.vſq; adeo. & l.ſi quis ſeruum.ff.de iniuriis.& ita dicit tenere Iac. Ardiz. limitat tamen Alua.prædicta non procedere, quando vaſal. prædicta commiſiſſet cum voluntate domini, quia tunc non priuetur ſeu.ar.in c.j.§.& ſi clientulus. de alie. feu.& ita dicit
30 tenere Iac.Ard.Octaua cauſa priuationis feudi eſt, † quando vaſallus concubuiſſet cum matre domini, quæ non tranſiuiſſet ad ſecunda vota.Ita determinat Alua. poſt Iacob.Ard.ibi per eum relatum in d.c.j.§.j.in vlt.col.qui.mod.feu.amit. allegat in arg.in Auth.de conſul.in §.ſi autem &.C.de priuilegio
31 ſcholarũ.l.fin.Nona principalis cauſa priuationis eſt, † ſi vaſal.in dom.inſultauerit.Ita dicit text. in c.j.§ ſimiliter.quibus mod.feu.amit. Quid autem ſit inſultus & quommodo fiat, videndus eſt Bar.in l.j.§.cum arietes.ff.ſi quadr.paupe.feciſ.dica.ex cuius dictis poteſt colligi limitatio ad hanc nonam cauſam, & ad tex.in d.§.rurſus vt non procedat, quando dom.& vaſal.inuicem rixarentur item limitant Bald.& Alua.in d.§.ſimiliter.vt non ſolum procedat, quando ſunt adeo proximi vt ſe attingere poſſunt:alias non diceretur inſultus in perſonam, ſed potius inſultus ad locum, vt ibi per eos. Decima pri-
32 cipalis cauſa priuationis feu.eſt, † ſi vaſallus inſultauit caſtrũ domini.d.c.j.§.ſimiliter, quib.mod feu.ami. vel alium locum domini.c.j.§ porro.quę fuit prima cauſa benef.amit. Sed hic addit neceſſaria dubitatio, an iſtud procedat etiam ſi vaſall⁹ ignorauerit dominum ibi eſſe.Iſtam dubitationem tetigit in glo.in d.c.j.§.ſimiliter, quib.mod.feu. amitt. & ibi ponit duas opinio.& eandem ſequitur ſecundam opi. q vaſal. inſultans indiſtincte teneaĩ, ſiue fuerit ſciẽs, ſiue ignorans, eo, quia taliter delinquendo venit ꝯ ſcẽm fidelitatis, cũ hoc tendat ĩ dãnũ dñi, ut in c.j.de for.fide.& ibi rñdet gl. ad quędam obiecta in ꝯriũ deducta, & cum illa glo.tranſit Aluar. ad ibi communiter ſcribentes, ſubiicitque Alu.illum tex. eſſe intelligendũ, ſiue vaſallus ſciuerit, ſiue ignorauerit dñm fuiſſe ĩ caſtro. Itẽ ſiue dñs fuerit in d.caſtro, ſiue non, cui ſufficit quod inſultauerit caſtrum ſeu locum dñi, in eius pernicie, vt ibi latius per eũ.Secundo cadit dubitatio, quando eſt neceſſe, quod approximet vaſallus ad hoc, vt dicatur feciſſe inſultum ad caſtrum. Iſtam dubitationem tetigit Bal.in d.c.j.§.ſimiliter, quib.mo. feud.admittat.& ibi refert opinionẽ quorundã:q dicebant vſque ad duos pedes per no.in l.qdam Iberus.ff. de ſeru.vrban. præd.Bal.autem ibi ponit aliam op. vt ſatis ſit q tm ſe approximet, quod poſſit proiicere iacula, ac expugnare vel expugnari, quod facit ſecundum eum, ad ſtatutum ꝓhibens accedi ad
33 eccleſias inuadendas.Vndecima cauſa priuationis feu.eſt, † ſi vaſal.occidat fratrẽ ꝓpriũ ipſius vaſalli, vel filiũ fratris, ꝓut dicit tex.in d.c.j.§.ſimiliter qui.mo.feu.amit. Sed hic cadit neceſſaria dubitatio, quare magis puniaĩ occidens fratrem proprium, vel filiũ fris, q̃ occidens fratrem do. quia interficiens fratrem do.non priuaĩ feu.c.j.an ille qui interſe. fratrem domini ſui dicit Bald.in dicto §.ſimiliter quod interficere fratrẽ ſuum, nihil aliud eſt, quam ſanguinem ſuum prodere, & maius eſt delictum, quod aduerſus ſanguinem ſuum committitur.l.vtrum.ff.ad l.Pompeiam de parrici.l.j.C.de his, qui parentes vel libe.occidunt.Item hoc eſt ſtatutum, eo, quia quidam interficiebat fratrem ſuum, vt accreſceret ei portio paterna, ſed huic morbo lex obuiat, quia priuat eos habito & habendo, vt ibi latius ꝑ Bald.Duodecima cã priuationis ſeu.
34 eſt, † ſi vaſal.in perſonã dñi manus iniecerit, tex.eſt expſſus in c.j.§.porro, quæ fuẽ.prima cauſa benefi.amittend. quem tex. intelligit Alua.ibi.ſ.dominum vulnerando.alleg.no. in l fin. C.de reuo.do.& in §.cauſas, in Authen.vt cum de appell.cogno.iſtam duodecimam cauſam extendit Alua.in d.§.porro, in vlt.colum.vt non ſolum procedat, ſi ipſe vaſallus vulnerauerit, ſed etiam ſi per alium vulnerari fecerit, allegat ita tenuiſſe And.de Iſer.ibi ar.l.j.§.deieciſſe.ff.de vi, & vi arma.Cõfirmo hanc opi.quia ex ſolo, q vaſal.non certiorauit domi, cui ſciebat graue damnũ imminere priuatur ſeu.c.j.§ ꝓterea ſi vaſal.quæ fue. prima cauſa benef. amit ergo multo fortius hic, vbi nõ certiorauit, ſed etiam fieri fecit, vel mandauit.Itẽ

probatur, quia vaſal. non debet eſſe in conſi. vt dominus patiatur damnum in perſona, vel in reb. vt in j. de forma fideli. & de noua for. fidel. Limita nunc prædicta ſic, vt ſupra declarata procedant, quādo vaſal. actualiter verberauit: ſecus aūt ſi ſolam manum eleuauit ſupra do. ſed non percuſſit. Item determinat Alua. in d. §. porro, in vlti. colum. motus, quia talia non videntur habere vim, niſi producantur ad effectum, nec verba ſufficiūt, vt ff. de fur. l. ſi quis vxori. §. neque verbo. Item quia hic pulſatio videtur fieri ſine dolore, non verberatio, vt ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. inter pulſandum. vnde talis conatus non debet nocere vaſal. vt in c. ſi voluerit de capita. qui curi. vendidit. Item quia nō niſi de magna cauſa ſendum perditur, vt capitulo primo. §. illud enim. quæ fuerit pri. cauſa beneſ. amit. Et reſpondet Alua. ibi ad tex. in l. apud Labeonem. §. j. ff. de iniur. ꝙ ibi ſolum datur actio iniuriarum, non autem tenetur lege Cornelia qua teneretur, ſi percuſſiſſet, vt ibi not. in glo. quicquid ibi dicat Iaco. de Are. ita perſiſtit Alua. ibi. Ego autem aduertendum puto, ꝙ in contrariū fortiter ſtringit tex. in d. l. item apud Labeonem. §. j. hoc mō inducendo dicit ibi tex. ꝙ pro tali eleuatio. manus competit actio iniuriarum, ſed ſic eſt, quod quando vaſal. committit graues & inhoneſtas iniurias contra do. priuatur feu. vt dicit tex. in c. i. §. porro. quæ fuerit prima cauſa beneſ. amit. Ergo ex tali eleuatione debebit vaſallus priuari feu. & eo maxime, quia talis iniuria commiſſa contra dominum, poteſt dici atrox ex qualitate perſonę domini. Nam tex. in §. atrox. Inſtit. de iniur. appellat iniuriam atrocē ex qualitate perſonarum, puta ſi libertus iniurietur patrono. Ergo idem erit ſi vaſallus iniurietur do quia vaſallus æquiparatur liberto, vt per Bald. in d. l. liberti libertæque. C. de operis libertor. in pen. col. in fi. & alibi ſæpe Doctor. quos retuli ſupra in prima cauſa, id eſt,

35 circa quartam dubitationem. Decimatertia cauſa priuationis feudi eſt, ſi vaſallus graues & inhoneſtas iniurias intulerit do. ita dicit tex. d. cap. i. §. porro, quę fue. pri. cau. benſ. ami. Grauis autem iniuria exiſtimatur ex tribus, quæ ponit tex. in §. atrox, Inſt. de iniur. ad quem tex. & ad, ibi no. recurrendum eſt pro declaratione huius cauſæ. Decimaquarta cauſa priua-

36 tionis feu. eſt, † ſi vaſal. vitæ domini veneno, vel gladio, vel aliter inſidiatus eſt. Ita dicit tex. in c. i. § porro, quæ fuerit prima cauſa beneſ. amit. Limita ſignanter hanc cauſam, ut procedat, quando vaſallus inſidias poſuit actualiter, ſecus autem ſi ſolum iuraſſet de occidēdo dominum, & vltra non proceſſiſſet. Ita dicit And. de Iſer. in d. §. porro, quia ex hoc ſolo ſecūdum eū nō venit priuandus feu. per cap. ſi voluerit de capitaneo, qui curiam vendidit. Quoniam illud iuramentum, licet ſit de ſe malum, vt in c ſignificauit. extra de ho. tamen non videtur ſufficere, niſi ad aliū actum peruenerit, per l. ſi quis non dicā rapere. C. de epiſc. & cle. ſecus autem dicit ipſe cum aliis iuraret, vel ordinaret, quia tunc bene priuaretur feu. argu. §. conuenticulas, in titulo de pace iuramento firman. Et ita etiam tranſit ſimpliciter Aluaro. Mihi tamen in cōtrariū ſatis vrget trita regula, quæ vult, quod iuramentum denotet enixam voluntatem iurantis, vt dicit tex. quem ibi notat Barto. & omnes in l. cum pater. § filius matrem. ff. de lega. 2. Et iō dicit Bar. ibi, ꝙ iuramentum habet vim clauſulæ, vt actus valeat omni meliori modo, quo valere poteſt, ſic etiam alibi dixit Ang. in l. rationes. C. de probatio. ꝙ licet verba enunciatiua defuncti non noceant hæredi, vt ibi, fallit tamen ſi ſint iurata. multa enim ſimilia circa hoc cumulat d. Feli. in ca. cum ſuper. in penul. col. extra de offic. delega. Cum ergo per iuramentum conſtat de enixa voluntate, quod vaſallus velit tale tale quid committere, non immerito dici poſſit ipſum eſſe feu. priuandum. Et ideo cogitandum eſt. Secundo pro limitatione huius cauſæ aduertendum eſt ad illud, quod dixit gloſſ. fi. in §. porro. quę vult quod ſi ſine inſidiis vaſallus volet offendere dominum, non priuaretur feu. per capi. ſi voluerit de capitaneo qui curiam vendidit. Eſt verum, quod Aluarot. ibi latius diſtinguit, ꝙ aut vaſallus ſolum cogitauit offendere dominum, ſed non laborauit, neque inſidias poſuit, & tunc nō punitur, vt in l. cogitationem. ff. de pę. Et ita intelligitur illa glo. Aut vltra cogitatum laborauerit ſine inſidiis, ſed non ꝑduxit ad aliquem actum, & ſi ipſum pœnituit, eſt dignus venia & non punitur, vt no. glo. in d. c. ſi voluerit. Aut laborauit, cum inſidiis perueniendo ad actum oſtendendi, vt quia ambulauit cum telo, vel alios facit ambulare ad offenſionē domini, & tunc punitur, vt in d. §. porro. & in c. ſi voluerit. de qua materia remittit ad no. per Cy. & Docto. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cler. & dicit videri eſſe de mente And. de Iſer. licet non ita clare. Ego autem multum dubito circa pręmiſſa, eo, quia dicit tex. in §. p̄dictis modis. quæ fuit pri. cau. bene. amit. ꝙ ex quib cau. poteſt filius exhæredari. ex eiſdem vaſal. priuari feu. Sed ſic eſt, quod in § cauſas, ī Auth. vt cum de appella. cognoſcitur. dicitur ꝙ ſi filius tētet inſidiari vitæ patris poteſt exhæredari. Ergo etiam ſi vaſal. tētauerit inſidiari vitæ dom. videtur feu. priuandus. Tertio & vltimo ꝑ nunc limitanda eſt prædicta cauſa, vt non procedat, quando vaſallus fuiſſet inſidiatus morti domini gladio, animo ſe defendendi, cum aliter periculum non poſſet euitare. Ita determinat gloſſ. in d. §. porro, in gloſ. a. per l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. & cum illa glo. tranſeunt communiter feudiſtæ. Idem etiam tenuit glo. in §. ſi quis hominem. de pace tenenda. & facit trita regula, quia prima charitas incipit a ſeipſo, vul. l. præſes. C. de ſeru. & aqua. Decimaquinta cauſa priuationis feud.

37 eſt, † ſi vaſallus contrahat amicitiam cum inimico domini, ita dicit glo. in c. j. §. i. qui. mod. feu. amit. per l. liberi. C. de inoſ. teſta. & l. i. §. cum patronus. ff. de off. pręfe. vrbis, & vtrobique glo. idem tenet, & de hoc tex. in terminis in cap. j. quot teſtes ſint neceſſarii ad probandam ingratitudinem. Ita etiam tenet Saly. & communiter ſcribentes in d. l. liberti & in d. l. i. §. cum patronus. bene facit tex. in c. repellantur extra de accu. vbi habitantes cum inimicis mei repelluntur ab accuſatione. Sic etiam dixit Bar. in l. ſciendum. §. ſi accuſatio. ff. de leg. ꝙ amicus inimici mei dicitur inimicus meus. Ex quib. omnibus concluditur, quod ſi vaſal. habitat cum inimico dom. priuatur feud. Extende vt procedat etiam in eccleſia feudataria. ita determinat Specu. in titu. de do. §. j. ver. quid ſi aliquis Barto. limita & ſane intellige prædicta procedere, quando talis amicitia contracta in perniciem do. alias autem ſola amicitia contracta cum inimico domini ad alium effectum, non priuaret vaſal. feu. Ita limitat gloſ. in c. j. in tit. hoc poteſt eſſe tit. quib. mod. feud. amitt. quam ibi ſequuntur. communiter Feudiſtæ, & gl. in c. i. §. porro. quæ fuit i. cau. bene. ami. & vtrobiq; Al & etiam per eundem in d. c. i. §. i. qui. mod. feu. amitt. multæ rationes adductæ per eundem Alu. in d. c. i. hic poteſt eſſe ti. qui. mod. feu. amit. Decimaſexta cauſa priuationis feu.

38 eſt, † vbi poteſt pręſumi vaſal. eſſe inimicum do. Ita dixit glo. in d. c. i §. qui. mod. feu. amit. Et pro iſta concluſione licet glo. non alleget, eſt tex. in ca. i. quot teſtes ſint neceſſ. ad probandum ingratitudinem iſtam. Iſtam concluſionem ſane, vt procedat, quando eſt talis cauſa, quæ concludit inimicitiam, qa non quælibet cauſa, ex qua grauatur opi. vaſal. apud do. eſt ſufficiens ad priuationem, vt dicit tex. in §. illud. quę fuit pri. cau. benefi. amit. procedunt ergo prodicti, quando taliter verſatus eſt, vt potius credatur inimicus, quam amicus do. vt ꝓbatur in d c. i. quot teſtes ſint neceſſ. ad probandum ingratitudinem, vaſallus enim nunquam priuatur feu. niſi cognita & coniuncta culpa. c. i. de feu. ſine culpa non amittendo, vñ poſſet vaſal. pręſumptionem contra ſe inductam elidere, per aliam pręſumptionem cōtrariam. Et ideo, vbi eſſet dubium de cauſa amiſſionis feudi, relinquitur hoc ſubtilitati & diſcretioni iudicis, vt in c i §. ſed quia quæ fuit prima cauſa beneficii ami. ita declarat Alua. in d. c. i. quib. mod. feu amit. De-

39 cimaſeptima cauſa priuationis feu. eſt, † ſi vaſal occidat aliq̄ perſonam, ex cuius occiſione dicatur parricida, iuxta totū ti. ff. ad l. Pompeiā de patrici. Nā talis vaſallus, qui commiſit crimen, ꝙ parricidii appellatione cōtineatur, feudum amittit. ita dicit tex. expreſſus. in c. i. § ſi quę fue. pri. cau. beneſ. amit. & ibi ſignāter dicit Bald. ꝙ dr̄ qs parricida, ſiue ſecuta ſit mors, ſiue tractata, & in tractatu perſeueratū, licet Deo reuelante non fuerit conſummatū, vt ff. ad legē. Pompeiā de parri. l. ſi ſciente. Et ideo quærit ēt Bal. ibi, nunquid dicatur parricida ille, q non ꝓcurat mortē, ſed malam captionē, pura carcerē fratris ſui. Pone. n. ꝙ vaſal. fecit capi. fratrē ſuum, & poni ī carcere tyranni, ſicut qdā faciunt, an do. poſſit ipſum feu. priuare? dicit Bal. in pręallegato ꝙ & ſi non proprie iſtud dicaī parricidiū, tñ qa de ſiñb. ad ſiña eſt procedēdum, putat Bal. eū poſſe feu. priuari, maxime ſi captus ſit conuaſallus, qui in iuriam atrocem facit domino, qui vaſallū ipſius in carcere detinet, propter ꝙ ēt dño ſuo nomine competit actio, vt no. Inn. in c. dilecti. ext. de appell. Decimaoctaua cauſa priuatio-

40 nis eſt, † ſi vaſal. committat inceſtū ita dixit Bal. in l. j. in l. quæ. ff. de re. di. quē refert Al. in d. c. i. §. item ſi fidelis, in vlt. col. q̄b. mo. feu. ami. Sed tu aduerte, ꝙ iura ꝑ eos allegata non loquūtur de feudo, l3 dicant ex inceſtu bona confiſcari. & iō recurrendum eſſet ad ea, q̄ cōiter no. Feudiſtæ, & ibi late Alu. in c. i. an ille, q interf. fra. domi. ſui. nā ex ibi dictis ꝯſtat poſſe ſimul ſtare, ꝙ ex aliquo crīe publicentur bona, & tñ nō poſſit agi ciuiliter ad priuationē feudi, iō ꝯfirm ibi dicta debet hæc cā de-

41 clarati. Decimanona cā priuationis feudi ē, † ſi vaſall⁹ fuerit inficiat⁹ feudū, aut feudi partē, ſiue condonē ex certa ſcētia, & de mendacio fuerit ꝯuictus. Quia tūc feudo priuabiī text. eſt clarus in c. vaſal. ſi feudū. ſi de fe. fu. cōt. de cuius intellectu ad ibi ſcripta me remitto. Vigeſima cā priuatiōis feu. p̄t colli-

42 ex cōi diſtinctione Doc. q̄ poniī in illo articulo, † an publicatis bonis vaſalli publicetur feu. de qua ponit Bar. & communiter cœteri in l. ſi finita. § ſi vectigali. ff. dam. infect. in quātū inter cœtera cōcludūt Doct. ꝙ ſi vaſal. cōdēnetur ex delicto, & taliter banniatur, ut nō poſſit domino ſeruire, priuaī feu.

quod

quod ad dominum reuertitur, vt latius per Alex. in d. §. ſi de vectigalib. ideo iſta erit iuſta cauſa priuationis feudi, Vigeſimaprima cauſa priuationis feudi eſt, † ſi vaſallus committat
43 tale quid, propter ꝙ poſſit proditor appellari, ſiue iſtud faciat contra dominum, ſiue contra quamcunque aliam perſonam. glo. eſt in hoc ſing. in c. j. ſuper verbo, item ſi fratrem. quib. mod. feud. amit. quam in ſpecie ad hoc ibi no. Iaco. de Belui. & Matth. Landē. ſubiicens rationem eſſe, quia feudum dicitur a fide, vt diximus abunde in prima parte huius operis, in illa quæſt. vnde dicatur feudum, ſed proditor non hēr fidem, ergo, &c. & ideo dicit glo. præallegata, quod proditor non poteſt in curia domini comparere. Quis autem dicatur proditor, declarat Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. in extraua. qui ſunt rebelles, in ver. rebelles. Bal. in c. j. in 4. ver. quæro, quid de reb. eccleſiæ, quibus modis feu. amit. vbi exprimit plures modos per quos pōt quis rebellis appellari, & ideo notanda eſt perpetuo hęc cauſa, quia ſi bene cōſideretur, plures perſonas & cauſas complectitur. Viceſimaſecunda
44 cauſa priuationis feudi eſt, † quando vaſallus male vtitur re feudali ipſam deteriorando, quia poteſt ea priuari. Iſtud probatur ex eo, quod dixit Innocen. per illum tex. in c. ad apoſtolicæ. de re iud. lib. 6. vbi dixit, per illum textum optime probantem, quod licet vaſallus habeat vtile dominium, non tamen debet dilapidare, nec deteriorare rem feudalem: quod dictum ſequitur Bald. in c. fina. in pe. colum. extra de re iud. & Gemi. in d. c. ad Apoſtolicæ. §. ſed licet, in 3. colum. Eādem opinionem, quod vaſallus deteriorans rem feudalem poſſit expelli, tenuit Bal. de Ca. in Authen. qui rem. C. de ſacroſanct. eccle. Et pro iſta opin. eſt bonus tex. quem ibi expſſe ad hoc no. Bar. in c. j. §. ſi de pace tenenda, & probatur in ſimili arguendo de emphy. ad feud. quod argumentum regulariter procedit iuxta ea, quę late diximus in prima parte huius operis, in 4. quæſt. princi. Sed clarum eſt, quod emphyteuta male vtens re emphyteutica poteſt expelli. d. Auth. qui rē cum ibi no. C. de ſacroſanct. Eccle. Ergo etiam non poterit expelli vaſallus. Et ex iſta æquiparatione conſtat, quod eiſdē modis, quibus modificatur præmiſſa concluſio in materia emphyteutica, vt no. in Auth. qui rem. ex eiſdem etiam mo-
45 dificāda & limitanda eſt in materia feudali. † Viceſimatertia cauſa priuationis feudi eſt, † ſi vaſallus mortuo domino ab eius ſucceſſore intra annum & diem non petierit renouationem inueſtiturę tex. eſt expreſſus in cap. j. in princip. quæ fuc. prima cauſa benefi. amit. Ratio autem, quare iſtud tempus ita fuerit limitatum, eſt ſecundum quoſdam, vt dixit Spe. tit. de feu. §. quoniam verſi. 27. quod ſicut eſt duplex bonorum poſſeſſio, ſcilicet decretalis, vt in l. j. §. decretalis. ff. de ſucceſſ. edi. ita ſit duplex ſucceſſio feudi, ſcilicet edictalis, qua quis ſuccedit in feudo, & decretalis, qua debet intra certum tempus dominum agnoſcere, & fidelitatem facere, & ſicut bonorū poſſeſſio decretalis nihil operatur ſine edictali, & edictalis anno finitur. l. emancipata. C. qui admitti. Ita a ſimili fuit ſtatutum tempus anni & diei Aluaro autem in loco præallegato ſubiicit ſe putare quod non poſſit aliqua congrua ratio aſſignari, ſed ſolum ea ſit ratio, quia ita placuit latorib. legū & conſuetudinum feudalium, vt no. glo. in l. j. in §. pueriliā. ff. de poſtulan. & in c. j. in glo. 4 & ibi Bal. in fi. lecturæ ſuæ, ſi de inueſtitura inter dominum & vaſallum lis oriatur. Ratio quare inductum fuerit, ꝙ vaſallus debeat petere hanc renouatiuam inueſtituram, eſt ſecundum communiter ſcribentes, quia petere inueſtituram eſt quidam quaſi cenſus deuotionis recognitionitionis & reuerentiæ, quæ debet domino præſtari, & ſi non fiat res, incidit in commiſſum. c. j. de prohi. feu. alie. per Loth. Extende in primis hanc communem concluſionem, vt procedat etiam ſi vaſal. iuraſſet ſeruare fidelitatem domino & ſucceſſoribus eius, quia non obſtante hoc iuramento tenetur tamen petere renouationem inueſtituræ, licet non teneatur ad illud iuramentum fidelitatis, ita determinat Iacob. Ard. in tit. quib. mod. feu. acquirat. ſub rubr. quando iurare debet vaſallus & quando non. idem ſentiūt Iacob. de Belui. & Bal. in d. cap. j. in princ. quæ fuerit pri. cau. benef. amitt. & ibi clarius & latius Alua. in 3. col. † Fallit pri-
46 mo præmiſſa concluſio in minore 14. annis, qui excuſaretur a pœna priuationis, ſi non petiiſſet renouatiuam inueſtituram, tex. eſt in c. j §. pręterea, de prohi. feu. alie. per Fede. & no. glo. in cap. ſi minori. ſi de feu. fue. contro. Sed hic cadit neceſſaria dubitatio, an maior 14. annis, minor tamen 25. ſi non petat renouationem inueſtituræ tempore debito reſtituatur in integrum. hanc quęſtio. format glo. in d. c. §. pręterea. de prohi. feu. alie per Fe. & reſpondet ſub dubio forte, quod ſic. Veritas pendet ab alia difficultate, an diſpoſitio. l. fi. C. in qb. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſ. procedat in pręſcriptionibus ductis a ſtatuto vel cōſuetudine, de cuius veritate Bar. & omnes in d. l. 6. ponit etiam Alua. in d. §. pręterea, ad quos me re-
47 mitto. † Secundo limitanda eſt prædicta communis concluſio, vt non procedat, quando aliqua iuſta cauſa excuſaret vaſallum, quare non petierit renouatiuam inueſtituram tempore debito, ita probat tex. in c. ij. de proh. feu. alie. per Loth. quæ autem ſint iuſtæ cauſæ excuſationis, prout text. & ibi cōmuniter Feudiſtæ ī c. j. quo temp. miles, vbi tex. exprimit cauſam mortis, capitalis inimicitiæ, infantiæ vel iuſtæ abſentię ad cuius tex. intellectu ad ea, quæ ibi latius dicuntur, me remit-
48 to. † Tertio limitanda eſt prędicta communis concluſio circa illud, quod dictum eſt, ꝙ ſolum datur tempus anni & diei vt procedat in priuatis vaſallis, ſed milites vaſalli habent annum & menſem. tex. eſt expreſſus in capi. j. quo tempo. miles, & ita concludunt ibi omnes ſcribentes, & in d. cap. j. in prin.
49 quæ fuc. prima cauſa benef. amitt. † Quarto limita, niſi vaſallus non inueniat dominum, a quo petat inueſtituram & labatur tempus, quia tunc non debet feud. priuari, ſecundum Iacob. Ardi. in d cap. j. in prin. & ibi Alu. in 3. colum. quæ fuit prima cau. benef. amit. mouentur per l. pecuniæ. §. fi. ff. de vſuris. & l. j. §. dies. ff. quando appellan. ſit. dummodo tamen ſm̄ eum coram teſtib. proteſtetur quod per eum non ſtat, vt in l. 2. C. de his, qui per metum iudicis non appellauerunt. Sed hic cadit neceſſaria dubitatio, ſi vaſal. non reperiat dominū præſentem ad ſolitam habitationem, debeat ire ad locum, vbi eſt dominus? Iacob. Ard. in d. ca. primo. in prin. reſpondet, quod ſic, niſi eſſet nimium remotus. l. ſed a te. §. ſecundo. ff. de procuratori. l. quarta. §. ſi tam vicinum. ff. de dam. infect. Qualiter autem intelligatur locus vicinus vel remotus, dicit Iaco. Ard. quod tunc dicitur vicinus, cum poteſt de facili adiri, argum. in l. fi. ff. de iud. & quando de facili poſſit adiri, arbitrabitur iudex ſecundum locorum, temporum, & perſonarum qualitatem. l. continuus. §. item ſi ita. ff. de verborum obligat. l. ſecunda. §. ſi quis. ff. ſi quis cautionibus, & ita etiam refert & ſequitur Aluaro in cap. j. in prin. in 3. colum. quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. Ego autem multum dubito de pręmiſſa concluſione, in quantum dictum eſt dominum ī alio foro eſſe perquirendum, eo, quia in contrarium videtur doctrina Bar. communiter approbata in l. item illa. ff. de conſt. pecu. vbi inter cœtera ſignanter concludit Bar. cum quo trāſeunt communiter cœteri, quod quicquid ſit ī alia materia, quo ad euitandam moram, non debet reus perquirere actorem in Alio foro, vt ibi latius per eum, ergo idem debemus
50 dicere in vaſallo. † Quinto limitanda eſt, niſi vaſal. cleri. ſatisfactione moram purgauerit, quia non eſſet tunc feu. priuandus. ita determinat Iacob. Ardizo. in ſumma, in titu. quibus modis feu. acquira. ſub rubricella, ex iuſta cauſa vaſal. excuſatur. & c. argum. cap. potuit extra de loca. extra de reb eccle. nō alien. cap. ſi quis patronum. & ff. de alie. iudicii mutandi cauſa. l. ex hoc §. ſi quis. Eſt verum, quod Bald. in cap. primo. quo tempore miles, dixit, quod quanquam iſta opi. ſit æqua, tamē non probatur per aliquam legem vel conſuetudinem feudorum, ideoque non debemus eſſe clementiores lege, ut in Authen. de iudic. §. oportet. & ſufficit, quod ita ſit ſtatutum, vt ff. qui & a quib. l. proſpexit. & hęc opin. probatur in dicto capitu. primo. quo tempore miles, & ſuadet ratio multiplex, primo, quia contra ſtatutum legis non purgatur mora. l. ſecunda. Cod. vt intra certum tempus. l. tertia. Cod. qui accuſa. non poſſunt. l. ſecunda. Cod. de iure emphyteu. Secundo, qa iſte contract. habet quandam temporalitatem, cui ſi non obtemperetur, non purgatur, vt ff. de pact. l. epiſtola. §. fina. & ff. loca. l. quęro. §. inter locatorem. Tertio, quia quando per moram fit retro tranſlatio domini, non debet purgari mora, vt tenet Dyn. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verborum obligat. Item quia vbi fit reſolutio contractus, ibi non eſt tractandū de purgatione morę, niſi conſentiat altera pars, vt C. de pac. inter emptorem & venditorem. l. commiſſoriæ. Et prędicta refert & ſequitur Aluaro. in dicto cap. primo. in princip. in 4. colum. quæ fuit prima cauſa beneficii amittend. Sed reperio, quod Cardin. ibi, in quarta colum. poſteaquam ex aliquibus confirmauit hanc opin. ſubiicit vnum eſſe, quod facit eum multum dubitare circa prędicta, ſcilicet text. in dicto capitu. potuit, extra de loca. vbi fit reſolutio iuris & a lege, & tamē admittitur purgatio moræ. nam non ſoluens canonem intra biennium, cadit ipſo iure ſecundum communem ſententiā. Nec obſtat ſi dicatur quod cadit ita demum, ſi dominus voluerit, quia ſecundum eum idem erit in feu. cum nulla diuerſa ratio poſſit aſſignari, & ideo maxime, cum valeat argum. de feu. ad emphyteuſim, iuxta ea, q̄ late diximus in j. par. hui° operis, in 3. q. prin. Ergo c. potuit. de loca. loquens in emphy. hēbit ēt locū in feu. Cōfirmatꝰ hęc opinio ſm̄ eū, qa dicimꝰ, quod de æquitate canonica admittitur purgatio moræ, vbi partis non intereſt, prout dixit Hoſt. ti. de arbi. §. ſed qualiter. ver. ſed nunquid religioſi. Bal. in l. qui de crimine. C. qui accuſa. nō poſ. Imo. & Ant. in c. delicti. ext. de arb. facit gl. ī c. apud miſericord. 32. q. j. & in cap. beatus. 22. quęſtio. ſecunda. Bald. in l. ſi pacto quo pœnam, in fine colum. Codice. de pactis.

Deinde autem non multum intereſt, ſi vaſallus intra debitũ
tempus non cognouit, dummodo intra breue tempus velit
moram purgare, ergo videtur, quod vaſallus debeat admitti,
ſaltem de æquitate Canonica, niſi forte ſuſtinendo primam
opin. dicamus ſecundum eum, quod propterea aliud emphy
teuſi, quam in feu. quia emphyteuſis eſt contractus oneroſus.
§. adeo, Inſti. loca. feu. autem eſt beneficium. c. j. §. fi. in qui. ca.
feu amit. iam non mirum, ſi in feu. non admittitur purgatio
moræ, licet ſecus in emphyt. Et per hoc dicit poſſe reſponderi
ad dictum Hoſtien. ſupra in contrarium allegatum, quod va
ſallus potius debet cadere a beneficio, quam moram purga-
re, ideo illa æquitas forte non admittetur, & ideo cogitandũ
51 eſt, ſecundum eum. † Sexto limitanda eſt præmiſſa concluſio,
vt non procedat, quando vaſallus mortuus eſſet intra annũ
& diem, quia adhuc hæres ipſius habebit annum integrum,
ita determinat Iac. Ard. in titu. quibus mod. feu. acqnir. ſub ru
br. ex quo tempore currit annus. ar. l. ſi iudex. ff. de iudic. & ff.
de verb. ob. & ideo. in fi. Eandem opin. tenuit Ioan. An. in ad-
di. Spe. tit. de feu. §. quoniam. ver. 27. Iſtam dubitationem teti-
git etiam gl. in c. j. quo tempore miles. in glo. v. vbi glo. poſuit
duas opi. ſed Iac. de Bel. Nico. de Neap. & Alua. ibi ponũt no.
diſtinctionem, quod aut loquimur in feu. antiquo & tũc ſuc
ceſſor debeat habere integrum tempus, non conſiderato ali
quo tempore, quod ſupererat defuncto. Et ratio eſt, quia ipſe
ſucceſſor habet feu. a principio magis beneficio alterius, quã
præceſſoris, & quaſi ex ſucceſſorio edicto, vnde tempus in p-
ſona præceſſoris incœptum, non debet ipſi ſucceſſori noce-
re. argum. ff. de ſucceſſ. edic. l. j. §. quib. Inſti. de bono. poſſeſſio.
§. fi. & C. qui admit. l. fi. nam ſucceſſor agit de ſua inueſtitura,
non de inueſtitura præceſſoris, quoniam eodem modo ſuc-
ceſſor debet petere ſuam inueſtiturã a domino, ſicut ſi præceſ
ſor iam inueſtitus intra tempus debitum mortuus eſſet. & ſic
inueſtitura ſucceſſoris, nihil habet commune cum inueſti. p̄-
ceſſoris, quantum ad hoc. Sed ſi feu. eſſet nouum, vt puta, qa
pater meus acquiſiuiſſet feu. de no. a domino, & fuiſſet inue-
ſtitus, & poſtea moriatur dominus, & pater meus non petiit
renouat. inueſti. a ſucceſſore domino, & tandem pater meus
mortuus eſt poſt decẽ menſes a tempore mortis domini, tũc
ego filius ſucceſſor in dicto feu. non habeo, niſi ſolum illud
tẽpus, quod ſupererat patri meo defuncto, ad dictam reno-
uationem petendam. Et ratio eſt, ſecundum præfatos Doct.
quia a patre meo defuncto proceſſit illud feu. & ſic venio ex
perſona patris mei, vt in l. Emilius. & in l. etiam. ff. de minori.
Confirmo iſtud vltimum membrum diſtinctionis per text.
cum ibi no. in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. vbi
ille, qui habet annum ad deliberandum, ſi moriatur anno
pendente, non tranſmittit integrum annum ad hæred. ſed ſo
52 lum illud, ꝙ ſuperat de primo anno. † Septimo limitatur præ
miſſa concluſio vt nõ procedat, quando elapſo tempore ſta
tuti ad petendam reuocationem inueſtituræ, do. recepiſſet ip
ſum vaſal. ad obedientiam & ſeruitium conſuetum, quia vi-
deretur remiſiſſe ingratitudinem, & culpam, & per conſe-
quens non poſſet amplius feud. priuari. Ita tenuit glo. in c. 1.
in glo. 4. quo tempore miles. per l. fi. cum ſi. de eo quod certo
loco. quæ glo. optime loquitur ſecundum And. de Iſer. Et rõ
eſt, quia do. poſt dictum tempus recipiendo ipſum vaſallum
ad ſuum ſeruitium, videtur iuri ſuo renunciaſſe. Et cum illa
glo. tranſit etiam. Alua. ibi in 4. col. referens ita tenere cõmu-
niter Docto. cum limitatione tamen, niſi dominus recipien
do ſeruitium a vaſallo fuiſſet proteſtatus, quod non intende-
bat ius ſuum remittere, vel niſi dominus ignoraſſet culpam
ingratitudinis fuiſſe commiſſam. Prædictam etiam concluſio
nem glo. ſequitur Bal. in c. j. in prin. quæ fuit prima cau. benef.
amit. per l. poſt diem. ff. de l. commiſſoria. & dicit quod vidit
quoſdam libr. habere in tex. iſta verba videlicet, niſi ſeruierit
domino in concordiam, quia tunc feudum retinet, &c. quæ
53 verba communiter non habentur in tex. † Octauo limitãda
eſt prædicta communis concluſio, vt non procedat, quando
intra tempus anni & diei vaſal. non poſſidebat feu. ſed ab il-
lo tertio poſſidebatur, quia tunc vaſal. non eſt iure ſuo priuã
dus. Ita determinat Gui. de Arimino, in l. ſolennibus. C. de rei
vendi. motus primo per l. forma. §. ſi cum ego. ff. de cenſib. &
facit. l. quæ quiſque. ff. de acquiren. rerum domi. Secundo mo-
uetur ratione, quia adhoc vt vaſallus amittat feu. requiritur,
quod ſit in dolo, c. fi. de prohi. feu. alie. per Loth. Sed non põt
illi adſcribi dolus non poſſidendo, quia ex quo non habet
commoda feu. non tenetur ſubire onera, item quia non dẽt
ſibi imputari tempus iſtud, quamdiu litigat cum poſſeſſore.
l. quandiu. C. qui admit. ꝙ eſt multum no. ſecundum præfatũ
Gui. quem ibi ſequuntur Bal. Saly. Ful. & communiter ſcribẽ
tes. Eandem opi. ſequitur Alu. in c. j. in prin. in pe. colum. quæ
fuerit pri. cau. benef. amit. vbi pro hac opi. adducit gl. fi. in ca.
Titius filius. ſi de feu. fue. contro. vbi vſque ad 30. annos non
excluditur a reuocando feu. alienatum extraneo, Secus aũt,
ſi eſſet alienatum agnato, quia tunc habet ſolum annum, vt
ibi. Refert etiam, ꝙ eandẽ opi. tenuit And. de Iſer. in c. j. ĩ prin.
de capitulis Cor. Motus primo per tex. in c. j. in prin. per quos
fiat inueſt. qui loquitur de poſſidente: Secundo per text. in c. j.
imperialem. §. præterea. de proh. feu. alie. per Fe. qui ſiĺr p̄ſup-
ponit vaſallum poſſidere. Adducit etiam quædam alia, quæ
ibi refert Alua. referens etiam idem tenere do Fran. Za. in ca.
2. extra de feud. † Nono fallit prædicta concluſio, qñ vaſallus
54 ignorabat eſſe feudum, & ideo non petiit inueſtituram intra
tempus debitum, quia tunc non eſt feudo priuandus. ita de-
terminat Bal. in l. fi. C. ſi pendente appellatione mors interue
nerit. dicens, quod æquitas conſuetudinis feudorum con ſer-
uat vaſallum illæſum. Eandem opi. ſequitur Aluar. in d. c. j. in
prin. in vlt. col. quæ fue. pri. cau. benef. amit. dicens adhoc face-
re. cap. vaſal. c. ti. & per Iac. Ard. in ti. quib. mod. feud. amit. ſub
rub. ſi nõ petierit vaſallus inueſtituram intra annum & diẽ,
dicit etiam facere. c. j. de contro. inter dominum & emptorẽ.
Decimo fallit præmiſſa cõcluſio, quando vaſallus peteret, vt
feu. de nouo daretur, quia ad petendam nouam inueſtiturã
non eſt taxatum tempus anni & diei, ita dix. Bal. in c. j. §. præte
rea de prohi. feu. alien. per Fede. & ita etiam dixit Car. poſt Al
ua. ibi, per eum relatum in d. c. j. in prin. in j. col. quæ fue. pri.
55 cau. benef. ami. † Vndecimo fallit præmiſſa concluſio, quãdo
vaſallus ignorabat mortem domini. videtur præfatus Card. ĩ
56 dict. 2. col. † Vltimo pro complemento huius materiæ viden
dum eſt, quid ſi dominus decedat relicta vxore prægnante, a
quo petenda ſit inueſtitura. & cui fidelitas fieri debeat. Card.
in loco præallegato dicit omnia fienda nomine ventris. alle
ga. Bald. in l. qui in vtero. ff. de ſtatu hominum. Et ideo ſecun-
dum eum dabitur curator vẽtri, qui fidelitatem recipiat. Bal.
in l. fi. in fi. Cod. de teſtamento militis. Vigeſimaquarta cauſa
57 priuationis feu. eſt, † ſi mortuo vaſallo hæredes ipſius vaſalli
intra annum & diem non petierint renouationem inueſti.
tex eſt clarus in d. c. j. in prin. quæ fuerit prima cauſa benef. a-
mit. Extende hanc concluſionem, vt non ſolum procedat in
maſculo ſuccedẽte, ſed etiam in fœmina. Ita determinat Bal.
in c. imperialem. in §. præterea, ſi quis de proh. feu. alie. p Fed.
dicens primo, quod videbatur dicendum contrarium, quia il
le tex. loquebatur in maſculo, & ideo non videbatur exten-
dendus ad fœminam. l. ſi vero. §. de viro. ff. de ſol. matrimo. ta
men concludit poſtea illud quod dixi, cum quo tranſit Alua.
ibi dicens facere c. j. de beneficio fœminæ, & c. j. in §. in perſo-
nam, per quos fiat inueſtitura. Sed ſubiungit idem Bald. quod
iſtud tempus anni & diei nõ incipit illi currere, niſi poſt æta-
tem 14. annorum, per illum tex. qui tale tempus limitauit. Et
iſtam etiam opinionem tanquam æquam ſequitur Aluaro.
ibi, per c. j. de feu. cogn. licet rigor iuris ſit in oppoſitum, vt In
ſtit. quib. mo. tut. finitur, in prin. Secundo extende prædictam
concluſionem, vt procedat etiam ſi vaſallus mortuus iuraſ-
ſet fidelitatem pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quia tale iuramen
tum non releuat, quin hæres teneatur petere renouatiuam ĩ
ueſtituram, & præſtare iuramentum fidelitatis. ita tenent Io.
An. & communiter Canoniſtæ in c. veritatis. extra de iureiu.
refert & ſimpliciter ſequitur Alu. in d. c. j. in prin. in 4. col. quæ
fuerit prima cauſa benef. ami. Tertio extende, vt procedat præ
miſſa concluſio, etiam ſi validitas teſtamenti pẽderet a nati-
uitate poſth. præteriti, quia propter hoc non debet differri in
ueſtitura filii iam nati. Ita determinat Bal. in c. j. an agn. vel fi
lius. refert & ſeq̃r Alu. in d. c. i. in prin. in pe. col. quæ fue. 1. cau.
be. ami. Limitanda tñ ſunt prædicta, ꝙ non currat tp̃s anni &
diei de quo ſ. niſi poſtea q̃ filius ſe ĩmiſcuit hr̃ditati p̃rnæ. ita
vult Bal. in c. j. in prin. de cap. Corra. per illum tex. qui dicit, hæ
res, &c. quod verbum quantum ad onera hr̃ditaria ſignificat
immixtionem. l. 1. C. vt ſe ab hære. abſtineat. ergo qui dicit fi
lium priuandũ per lapſum tp̄is, dẽt ꝓbare Immixtionem p̄-
ceſſiſſe, vel ꝙ malitioſe diſtulit immixtionẽ, vt l. pen. C. ad Sil
la. hĩc debet probare ſcientiã, qa in facto alieno p̄ſumit̃ igno-
rantia, vt ff. ſi cer. pe. l. cius, q in fi. & l. fi. ff. pro ſuo & non ſolũ
dẽt ꝓbare ſcientiã feu. ſed ẽt ſciẽtiã p̄rnæ mortis, ut C. de cap.
l. nec non. Licet. n. filius ẽt ignorans ſit ſuus & neceſſarius de
iure ciuili, nõ tñ q̃tũ ad onera hr̃ditaria, vt dicunt cõiter Do-
cto. Præmiſſa refert & ſeq̃r Alua. in d. c. i. ĩ prin. in vlt. col. quæ
fue. 1. cau. benef. amit. ſubdens facere tex. in c. i. quo tẽp. mi. dũ
dixit, cui ſuccedere dẽt, &c. Vigeſimaquinta cã priuationis
56 feudi eſt, † ſi dñs, qui fecerat verbalẽ inueſtiturã, offerret ſe vel
le facere realem, & peteret a vaſallo iuramentum fidelitatis,
& vaſallus ter monitus non præſtaret, qa tũc remaneret feu-
do priuatus. tex. eſt clarus in c. i. §. eſt alia. quæ fue. prima cau-
ſa benef. amittendi. † Fallit tamen, quando eſſet tale feu. in
57 quo eſſet remiſſum iuramentum fidelitatis, vt dicit ibi textus
circa cuius intellectum vide Aluarot. ibi, ad finem. Sed
58 hic cadit neceſſaria dubitatio, † an prædicta concluſio
procedat, quando dominus feciſſet inueſtituram rea-
lem, & vaſallus non præſtitiſſet iuramentum fidelitatis.

an

an ſi iter monitus non præſtet, debeat priuari, an vero ha-
beat vaſal.annum & diem.Iſtam difficultatem tetigit glo. in
d. §.& alia glo.fi. & ibi mirabiliter cõcludit quod non debeat
priuari,cuius opi.reprehendunt Bal.& Aluar.ibi moti, quia
conueniens videtur ꝙ domi.debeat eſſe deterioris conditio-
nis,quando magis liberalis exiſtit, & maius beneficium con
tulit tradendo poſſ.feudi, quam quando non fuit ita libera-
lis faciendo ſolummodo inueſtituram abuſiuam, argu.l.ſed
& ſi §.conſuluit.ff.de pe.hæ. & c.cum inofficiis. extra de teſt.
Item quia ille vaſal.non videtur exaudiendus, cum dolo vel
fraude velle videatur iſtam dilationem, vt in c. fi.de prohi.fe.
alie.per Lotha. Item quia ſicut do. facta fidelitate poſſet cõ-
pelli omnino ad tradendam poſſ. cap.j.in fi. de noua fo.ſide.
eodem modo vaſal. habita poſſeſſione poteſt compelli om-
nino ad præſtandam fidelitatem,cum parem vicem inter ſe
ſe habeant,d.cap.j.in fi.de no.ſo.fidelita.& pro iſta opinione
ſubiicit Aluaro.facere no.per glo.in c.fi. per quos fiat inueſt.
iunctis his,quæ ibi dixi.Vigeſimaſexta cauſa priuationis ſeu.
59 eſt,† ſi vaſallus ſciens periculum imminere domino, ſiue cir
ca perſonam,ſiue circa grauem iacturam bonorum, quam
primum poteſt dominum non facit certiorem. tex. eſt expꝛeſ-
ſus in cap.j.§.præterea.quæ fue.prima cauſa beneſi.amitt.Li-
mita & ſane intellige,quando grauis eſſet iactura,ſecus ſi le-
uis.Ita Limitat glo.ibi,argum.illius literæ,quæ dixit,grande,
&c.& hoc probat per ſimile de dona.quæ non reuocatur ex
omni iniura,ſed ſolummodo,quando eſt atrox.l.fi. C.de re-
uocan.dona.Confirmo, quia tractatur de retractione actus,
non curamus de mininis,l.ſcio.ff.in inre.reſ. Quando autem
intelligitur eſſe grandis iactura.& quando leuis, dicit Aluar.
ind §. pterea.quod iſtud reliquitur arbitrio iudicis,conſidera
tis circunſtantiis,vt probatur in eo.titu. §. ſed quia.& in cap.
j.poſt prin.in titu.hic finitur lex, deinde incipiunt conſuetu-
dines regni.Secundo limita & ſane intellige prædictam con-
cluſionem,vt procedat, quando vaſal.potuit certiorare, &
non fecit,ſecus autem ſi non potuit certiorare,quia tunc nõ
eſſet puniendus.Ita tenuit glo.communiter approbata in d.
§.præterea.quod tamẽ ſublimitat ibi gl.& communiter ſcri-
bentes,quod in caſu,in quo non potuit certiorare,non excu
ſetur,ſi non fecit reſiſtentiam,quando potuit per l.item quę
ritur.§.exercitum.ff.loca item per tex.86.diſtin.cap.3.vbi di-
citur,quod ille tacite videtur aſſentire, qui negligit obuiare
peruerſo.mouetur etiam per regulam.l.ſemper.ff. de reg.iu.
& per tex.in l.2.Cod.de commer.& merca. vt latius per Al-
ua.in d.§.pręterea.Vigeſimaſeptima cauſa priuationis feud.
60 eſt,† ſi vaſallus negauerit iuſtitiam facere domino. tex.eſt ex
preſſus in c.j.ver.item ſi dom.quæ fue.prima cau. beneſ.ami.
Iſtud autem denegare iuſtitiam facere do. exẽplificatur trib.
modis per ſcribentes ibi,primo ſi conuentus in iudicio occa
ſione feu.dicat ſe nolle,comparere nec ſtare iuri, nec permit
tere vt fiat inueſtitura, & ſic, ꝙ text.loquatur in expreſſo &
vero contumace.ita intelligit Alua.ibi.Qui tamen extendit,
vt procedat etiam in ficto contumace cõcurrente lapſu an-
ni, vt dicit ſe dixiſſe in c.j.de mili.vaſal. qui contumax eſt.Se-
cundo modo exemplificatur,ſecundum An.de Iſern.ibi, qñ
do.fuit offenſus a filio,vel ſeruo vaſal.& vaſallus interpella-
tus,vt eos in iudicium deducat, ad hoc vt poſſit fieri iuſtitia,
recuſat,de quo tex.in cap.imperialem.§.inſuper,de prohibi.
feu.alie.per Fe. Tertio modo exemplificatur ſecundum An.
de Iſer.ibi,quando vaſal.erat poteſtas alicuis ciuitatis, ĩ qua
do.fuit accuſatus, & vaſallus negauit domino iuſtitiam face
re,vt quia forte noluit recipere fideiuſſores a domino in ca-
ſu,in quo debeant recipi,vt ibi latius per Aluaro.conſtituen
tem differentiam inter cauſam criminalem, & cauſam ciui-
lem. Nam ſecundũ eũ in cauſa ciuili vaſallus denegans iuſti
tiam facere domino in alia materia,quam feudali, non pri-
uaretur feu.Circa cuius opi. puto aduertendum, quia vt re-
fert Car.Med.ibi,And.de Iſer.tenuit indiſtincte, quod pœna
priuationis habeat etiam locum in vaſallo denegante iuſti-
tiam facere do.in alia cauſa ciuili.Et licet Card. etiam impu
gnet opi.And.in hoc tamen iudicio meo pro opin. Andre.
multum facit,quia iſta cauſa denegandi iuſtitiam ſumpta eſt
ex eo,quod dicit tex.in cap. j. de forma fide.dum loquitur de
honeſto,qui tex.generaliter loquitur de quacunque iuſtitia.
Item ad hoc etiam facit tex.in cap.i.de no.for.fid. vbi vaſallꝰ
iurat defendere do.in quacũque re ſibi ſubrepta,& inde etiã
vr̃ ſumi hæc cauſa.Eſt verum quod pro opi.Lau.& aliorum,
quos ipſe refert,eſt fortis tex in cap.vaſallus.el primo, ſi d̃ fe.
fuerit contro.vbi dicitur,quod vaſallus celans rem domini,
ſiue feudalem ſiue non, dummodo ipſe non teneat in feu-
dum rem illam, non priuatur feudo ꝗ ab ipſo domino te-
neat,& ideo cogitandum eſt.Vigeſimaoctaua cau. priuatio-
61 nis feu.eſt, † ſi vaſallus denegat præſtare debitum ſeruitium
domino tex.eſt clarius in c.j.§.ſed nec alia, quæ fuerit prima
cauſa beneſ.amit.Iſtud tamen ſane intellige, dummodo va-
ſallus ſit interpellatus.c.licet, ſi de feu.fue.contro. c. imperia.
§.firmiter de prohib.feu.alie.per Fed.cum ſi. Quod aũr ſubli-
mita,niſi vaſallus ſciret dominum periclitantem, quia dẽt
præbere ſeruitium non expectata interpellatione,vt c.j. §.p̃-
terea,quæ fue.prima cau.beneſ.amit.& ita tenet glo.in c.j.in
titu.hic finitur lex.Certus enim certiorari non debet.l.j.in fi.
de actio.emp. Secundo ſublimita, niſi ſeruitium deberetur
certo die,quia tũc dies interpellat pro homine. l. magnã.C.
de contrah.& omit.ſtipu.no.in l.ſi mora.ff. ſolu.ma.& etiam
tenet And.de Iſer. & communiter ſcrbentes,in d.§ ſed ne a-
lia.Secundo principaliter fallit prædicta concluſio, quando
vaſallus,ideo non præſtaret ſeruitium,quia non poſſet, quia
tunc excuſaretur propter impotentiam. ita dicit text.in di.§.
ſed nec alia.& ibi communiter.Feudiſtæ.Ad idem tex.in c.fi.
de feu.ſine cul.non am.Sicut alibi dixit Inno. quod qui non
poteſt ſoluere,non eſt periurus.extra de oſſi. dele.in c.pen.&
gl.in c.q̃relam. & in c.breui.extra de iureiur.Iſtud tamen ſub
limita non procedere,quãdo vaſallus fuiſſet in culpa, vt nõ
poſſet ſeruire,quia adhuc priuaretur feu.Ita dicunt Andr.de
Iſer.& Alua.in d.§.ſed nec alia.arg.l.de acceſſionib. in fi.ff.de
diuerſis & temporalib.præſcrip.in regula.damnum. ff.de re-
gu.iur.& probatur in d.c.imperialem.§.firmiter.dum dixit te
uere,&c.de proh.feu.alie.per Fede.Nunquid autem facta ĩter
pellatione per dominum,debeat vaſallus incontinenti ſerui
tia præſtare,tangit Alua.in c.licet.in vlt.col.ſi de feu.ſue. cõ-
tro.& ibi poſt Iac.Ard.dicit,quod bonus iudex debet hoc de
finire ex varietate perſonarum,cauſarum,& ſeruitiorum, &
ex loco ꝓpinquo vel remoto,vt in c.j.§.in tit.hic finit̃ lex.ar.
l.Męuia.in fi.ff.de annuis lega.Tangit etiam Alua. in loco p̃-
allegato, quid ſi ad interpellationem domini vaſallus nõ ex-
hibuit ſeruitium,do.tamen ſponte poſtea ſeruitium ſuſcipit,
vtrum vaſallus tunc amiſerit feudum.Et poſt Iac.Ard.deter-
minat quod non,argum.de proh.feu. alie. per Loth.in c.fi.&
ff.de arbi.l.ſed Celſus.& ff.de eo,quod certo loco.l.fina. & C.
de pact. inter emptorem & veditorem.le.commiſſoriæ. niſi
dominus recipiendo ſeruitium proteſtatus fuerit, ius ſuum
ſaluum fore, vt ibi per eum. Vigeſimanona cauſa priuatio-
nis feudi eſt,† ſi vaſallus fuerit delator domini, & ex tali dela-
62 tione graue damnum dederit domino textus eſt clarus in d.
c.j.§.ſed & qui delator.quæ fuerit prima cauſa benefici.amit-
ten.Et intellitur tex.ſecundum communiter ſcribentes ibi,ſi
ue in delatore proprie,id eſt,de eo, qui denunciat aliqua bo
na ad fiſcum pertinere,iuxta l.j.ff.de iure fiſci. intelligitur ẽt
in acuſatore,iuxta l.iubemus. C. ad legem Iuliam repetũda-
rum.Et quod vtroque modo poſſit intelligi, probatur in §.I
cauſas.in Auth.vt cum de appellatione cognoſcit.vbi in ma
teria exhęredationis pariter puniuntur accuſator & delator:
Ergo etiam idem dicit eſſe in materia primi feu.quia ex qui-
bus cauſis poteſt quis exhęredari,ex eiſdem poteſt priuari ſe.
c.j.§.prędictis modis.quę fuerit prima cauſa beneſi.amitẽ.Ad
vnum tamen aduertẽdum puto,quod quemadmodum tex.
in d.ſed & qui delator,requirit quod ex tali delatione domi.
ſuſtinuerit graue damnum,etiam requirit tex.in d. §.cauſas,
in Authen.vt cum de appellatione cognoſc.dum loquitur d̃
delatore,ſed dum loquitur de accuſatore, non requirit hoc
quod dominus graue damnum ſuſtinuerit,& ideo inquiren-
da eſſet ratio diuerſitatis circa hoc. Cogitabam dici poſſe ra
tionem differentiæ eſſe, quia accuſator principaliter iniuriã
committit circa perſonam, & ideo non conſiderato graui
damno bonorum,imponitur pœna priuationis,delator ve-
ro principaliter agitat ad bona,ideo conſideratur tunc graui
tas damni.Et ſic ſtat quod vaſal. delator vel accuſator domi.
63 priuatur feu.declarando vt ſupra.† Iſta concluſio multiplici-
ter limitanda eſt.& primo,ut procedat,quando vaſal.iniuſte
accuſaſſet, vel detuliſſet, ſecus ſi iuſte & intentionem ſuam
probaſſet.Quia tex.in dicto §.ſed & qui delator, loquitur ſo-
lum de calumniante,vt no.glo. in l.qui maior. in fin.Digeſt.
de bonis liberto.& ſenſit glo.in §. ſed & qui delator.& ita ex
preſſe tenent An.de Iſer.& Alua.quia peccata nocentum de
bent eſſe nota,vt l.eum qui nocentem,in prin.ff.de iniu.licet
ſecundum eos Dyn.vide.contrarium tenuiſſe in d.l. qui cum
maior,in fi.per l.fina.Cod.de dela.lib.10.ad quem tex.reſpõ-
dent præfati Docto.quod loquitur in ſeruo, cuius temeraria
præſumptio refrenatur.de quo in Specu.de accuſatore,verſi.
idem quod eſt libertus.Ego tamen aduertendum puto,quod
ſi bene conſideratur rõ d.l.fi.ff.de dela.lib.10.quæ conſiſtit in
hoc,quia lex hẽt odio,ꝙ ſeruus ſit proditor dñi reuelãdo eiꝰ
ſecreta,dicendum erit idem in vaſa. qui tenetur etiã ſeruare
& cuſtodire ſecreta domini.cap.primo. cum fi.de no. forma
fidelitatis Confirmo iſtud ex alio,quia ſi bene conſideramus
tex.in §.cauſas,in Authen. vt cum de appella. cognoſcit̃ ibi,
probatur, quòd etiam ſi filius delator vel accuſator patris ꝓ-
bauerit eius intentionem,dummodo non ſit crimen contra
patriam vel principem,quod eſt iuſta cauſa exhæredationis:

Ergo erit etiam. iuſta cauſa priuationis feud.di.§.prædictis
modis.quę fue.pri.cau.benefi.amit.
64 † Secundo principaliter limita prædictam cōcluſionem,
vt non procedat,quando vaſal.accuſaſſet domi.de delicto cō
miſſo in principem,vel rem publicam,quia tunc non priua-
retur,ita dixit glo. communiter approbata in di.§.ſed & qui
delator allegando tex. in §. cauſas,in Autheit. vt quando de
65 appel.cognoſcitur †Tertio etiam fallit glo. in d.§.ſed qui de-
lator.quando vaſal.non accuſaſſet criminaliter,ſed ſolum ci
uiliter.allegando tex.in d.l.qui cum maior. in § j.Sed ego pu-
to conſiderandum,vt valeat argum.l. de libetto ad vaſal.per
illud,ꝙ dicit tex.in l.de forma fidelitatis,& in c.i.de no.for.fi.
vbi vaſal.iurat in omnibus iuuare do. & in perſona & in re-
bus ideoque magis obligatur vaſallus domino, quam liber-
tus patrono. Quarto etiam limitat glo.in d.§. ſed & qui de-
lator.niſi vaſallus accuſando dominum proſequatur ſuā vel
ſuorum iniuriam. iuribus ibi per eum allegatis, ſed inquan-
tum loquitur de ſuorum iniutia, dubito per prædicta & per
tex.in cap.i.§.fi.in titu. hic finitur lex, deinde incipiunt con-
ſuetudines regni,vbi tenebitur vaſallus iuuare etiam contra
perſonas ipſi vaſallo coniunctiſſimas. Quinto limitat glo.
in d.§.ſed & qui delator.vt non procedat,quando vaſallus d
leui cauſa accuſat,ſed iudex contra ius exacerbaſſet pœnam,
vt ibi latius per glo.cum qua, quantum ad prędictas omnes
66 fallentias,tranſit ſimpliciter Aluaro.ibi.†Sexto limita prædi-
ctam concluſionem,vt non procedat,quando vaſallus ſtetiſ
ſet ab accuſatione ante ſententiam, talis enim deſiſtentia ha
bebit vaſallum excuſare. Ita etiam limita glo. in d.§.ſed & q
delator.quod tamen ſulimitat bibi gl. vt non procedat,quan
do vaſallus feciſſet, quicquid potuiſſet vt probaret accuſatio
nem,ſed quia probare non potuit deſtitit,quia tunc non par
ceretur illi.ita declarat glo.ibi.eſt verum, quod Bald poſuit
ibi diſtinctionem, quod aut vaſallus habuerit iuſtam cauſā
deſerendi,& tunc poteſt pœnitere,aut nō habuit iuſtam cau
ſam deſerendi,& tunc ſecus.Sed contra diſtinctio.Bal.obſtat
tex.in c.ſi voluerit de capitane, qui curiam vendidit. & ideo
videretur dicendum indiſtincte, quod poſſit pœnitere ante
ſententiam,vt probatur in ſimili,In l.Papinianus.§. meminiſ
ſe.ff.de inoffi. teſtam. de qua materia etiam tractatur in l.de-
ſtitiſſe.ff.de iud in l.ſi ea.C.qui accu non poſſunt,& in d.l qui
cum maior.§.accuſaſſe.vbi etiam declaratur,quid iuris ſit in
cauſa appellationis,tractatur etiam de materia per Bar.in le.
Attalus,& in l.qui falſam.ff.ad legem Corneli.de fal.per Ca-
no.in c.licet extra de accuſatio.† Septimo limita prædicta cō
67 cluſionem,quando vaſallus diceret dominum ſuum eſſe ſer
uum cauſa iuris ſui conſeruandi, vt declarat Aluaro. in di §.
68 ſed & qui delator, poſt gloſ. ibi in pen.colum.† Vltimo limi
ta prædictam concluſionem non procedere, quando vaſall⁹
accuſans vel deferens dominum eſſet minor,quia tunc eſſet
parcendum ætati,ita dixit Aluaro. in d. §. ſed & qui delator.
ad finem poſt Iacob.Ardizo.ibi per eum relatum, argumē.l.
poſt legatum.§ ætati.ff de his,qui.vt indig. & l. qui cum ma-
tor.in 2.reſponſo.ff.de bonis liber.Trigeſſima cauſa priuatio
69 nis feudi eſt,†ſi vaſallus fideiuſſit pro eo,qui accuſabat domi
num,quod proſequeretur appellationem.Ita tenuit gloſ.d.c.
j.§.ſed & qui delator.quæ fue.prima cauſa benef. amit per le.
poſt legatum.§.ſunt qui putant.ff.de his,qui.vt indi.cum qua
glo.tranſit ſimpliciter Aluaro.ibi in 2.colum.Ego autem ad-
uertendum puto,an ſit bonum argumentum de materia d.l.
poſt legatum,ad materiam feu.& videtur, quod non ꝑ illud
ꝙ no.glo.in d.l.poſt legatum.§.ſunt,qui putāt in verbo aſſuit
quę dicit,ꝙ ideo ibi eſt,quia tractatur de amiſſione legati,&
ſic meri lucri,quæ ratio non habet locum in feu. quia feudū
poſtquam eſt conſtitutum,eſt in utili dominio vaſalli.c.j.§.fi.
in qui.cau.feu. am ergo nō tractatur de amiſſione mei lucri,
ſed potius de amiſſione vtilis dominii,ideo videtur recurren
dum eſſe ad diſcuſſionem,an iſta cauſa ſit ſimilis,vel maior
expreſſis,ut dicit tex.in d.c.j.in § ſed quia natura nouas. quæ
fuerit prima cauſa benef.amit. Trigeſſimaprima cauſa priua
70 tionis feudi,eſt † ſi vaſallus induxit accuſatorem ad accuſan
dum dominum.ita tenuit glo.in d.§.ſed & qui delator, arg.l.
qui cum maior.§.ſed & ſi.ff.de bo.liber. cum qua glo. tranſit
ſimpliciter Aluaro. ibi Trigeſima ſecunda cauſa priuationis
71 feudi eſt,†ſi vaſallus perhibuit teſtimonium contra dominū
adiuuando accuſatorem, ita tenuit glo. in dicto §. ſed & qui
delator.argum.dictæ l.qui cum maior.§.ſed & ſi.ff. de bo.lib.
Iſtud tamen limitat Alua,in d. §. ſed & qui delator. in ſecun.
colum.vt procedat, quando vaſallo ſponte id feciſſet,ſecus
autem ſi fuiſſet coactus per iudicem, quia tunc excuſaretur,
vt etiam tangit glo.in d.§.ſed & qui delator,& gloſ. Accurſij
in d.l.poſt legatum.§.is vero.ff.de his, qui. vt indig.& in cap.
primo.§.ſimiliter, de conſuetudine recti feudi teſtis enim re-
gulariter poteſt cogi ad teſtificandum.l.ſi quando.Cod.de te
ſtibus.Eſt verum ſecundum Aluaro.quod vaſa.non debuiſſet
cogi,ſicut dicimus de liberto contra patronum.l.lege Iulia
ff.de teſtibus,vnde ſecundum eum debet vaſal.reſiſtere,ne ꝓ-
hibeat teſtimonium,& ſi nō reſiſtat,videtur volens,ſi tamen
non obſtante repugnatione, ipſius iudex eum coegiſſet, nō
amitteret feu. quia propter ſeueritatem iudicis excuſaretur,
vt in d.l.qui cum maior.§.ſed ſi non.nam ſi iudex forte com
pulit eum,quia dicebat, quod non reperiebatur prohibitus
per edictum de teſtibus. l.prima. ff. de teſt.de qua materia la-
tius tractatur in dicto capitulo primo.§.ſimiliter. de conſue-
tudine recti feudi.& in di.le.poſt legatum. §. is vero. ff.de his,
quibus vt indignis. Trigaſimatertia cauſa priuationis feudi
72 eſt,†ſi vaſallus fuit aduocatus contra dominum, diſtinguen-
do tamen prout dictum fuit in ſuperiori cauſa, an fuerit ſpō-
raneus,& tunc priuetur.l.fina.ff.de inoffi. teſtamen.aut vero
fuit coactus,& tunc non priuetur, prout dictum eſt de teſte.
ita determinat gloſſ. in dicto capitulo primo. §. ſed & qui
delator.quę fuit prima cau ſa benefic.amitten.& cum illa di-
ſtinctione glo.tranſeunt Nico.de Neapo.Iacob.de Bel.& Al-
uaro.ibi ſubiicens quod ſiue ſit coactus per iudicem, iuxta l.
prouidendo.Codi. de poſtulan. ſiue ex neceſſitate officii hoc
faciat,excuſabitur.l.poſt legatum.§.aduocatum.ff. de his qui
bus,vt indig.& ita etiam poteſt intelligi dicta le.qui cum ma
ior.in §.ſi patroni,ſecundum Andre.de Iſern.& no. etiam in
dicta le.fina.ff.de inofficio.teſtamen.& quod nota.in capitu.
fina.extra de poſtulando. facit ad prędicta quod habetur in
capitulo grauem.extra de exceſſio.prælatorum. & in Specu.
de aduoca.in § primo, verſicu.item quod poſtulat.ita ſimpli
citer refert & tranſit Aluaro. in dicto §. ſed & qui delator.in
tertia.colum. Ego autem multum dubito de iſta deciſione,
& videtur mihi quod vaſalllus etiam ſponte aduocans, con-
tra dominum non debeat perdere feudum,eo,quia conſide-
ro quod gl. & ſcribentes in hac materia ſemper æquiparant
vaſallum liberto,prout etiam generaliter ſolent æquiparari,
vt dicit Baldus in dicta lege.liberti libertæque,in penul. colu.
ad fin.Codi. de oper.liber.& alibi ſæpe Docto.& tamen ha-
bemus tex.clarum,quod inter patronum & libertum nō eſt
prohibita aduocatio.l. qui cum maior. §. ſi patroni.ff.de bo.
lib.& aſſignat rationem tex.neque enim aduocatus accuſat,
Ergo idem dicendum erit in propoſito. Confirmo eandem
opinionem per illud,quod dixit glo.in dicta l. poſt legatum.
ff.de his,qui vt indig.dum vult,quod aduocans contra aliquē
ſolum priuatur mero lucro,non autem eo,quod ſibi debitū
eſt,vel quaſi,Ergo vaſallus non priuabitur feudo, quod non
modo eſt illi debitum,ſed etiam dicitur eſſe in ipſius vtili do
minio.capitulo primo.§.fina.in quibus cau. feu.amitta.Niſi
ſuſtinendo pręcedentem opi.dixerimus, quod alia ratione
vaſallus aduocans contra dominum priuetur feu. quia ſcili-
cet in iuramento fidelitatis continetur,vt vaſallus non ſit cō-
ſilio,quod dominus aliquid perdat, ſiue aliquod detrimentū
patiatur,vt in ca.primo. de forma fidelitat. & de noua forma
fidelitatis,cogitandum eſt tamen ſuper præmiſſis.Trigeſima-
73 quarta cauſa priuationis feu.eſt, † ſi vaſal.in cauſa domini
iudicauit contra ipſum.& hæc talis ſententia tanquam male
lata ex eiſdem actis reſciſſa eſt in cauſa appellationis. Ita te-
nuit glo.in dicto capitulo primo.§.ſed & qui delator. quæ fu.
prima cauſa benefic.amitt. per le.poſt legatum .§.quidam.ff.
de his,qui.vt indi.& ideo dicit Andre.de Iſern.ibi, quod ſi de
tegatur vaſal.habuiſſe malum animum, qui perperam iudi-
cauit,tunc eſt puniendus: Quod intelligit Aluaro.ibi,quan-
do eſt grandis cauſa,eſt graue diſpendium,ut in tex.ibi,ſecū
dum Nico.de Neapo.Si vero iudicauit per imperitiam, quia
nedidit bene iudicare, & tunc fuit in culpa, vt ff. loca.l.ſi quis
fundum.§.ſi quis. debebat enim conſulere peritiores,quod
quia non fecit,fuit indiſſoluta negligentia, quæ eſt prope do
lum,ut in l.quod Nerua.ff.depo.vn de debet puniri, ad quod
dicit facere § pręterea.eodem titu. quæ fuerit prima cauſa be
nefic.amitten.alioquin ſi conſuluiſſet peritos, non eſſe quod
ipſi imputaretur, argumentum l.ſi ignorans. Digeſtis. locat.
& tunc non debet puniri. Subiicit tamen Aluarot.in dicto
paragrapho.ſed & qui delator,in quarta.column. ſe putare,
quod illa glo.& ſupradicta ſit intelligenda de cauſa crimina
quoniam in cauſa ciuili, ſi vaſallus non faciat iuſtitiam do-
mino in alia re,quam feudali,non priuatur feudo,vt not.gl.
in paragrapho. item qui domino. eodem titu. quę fuerit pri-
ma cauſa benefic.amit.vel ſi vellemus intelligere in ciuili, ſe-
cundum eum eſt neceſſe dicere, quod hoc contingit propter
delictum ipſius vaſalli male iudicantis, vt Inſtitu. de ob. quæ
ex quaſi delicto in princ.& Cod.de pœna iudicis, per totum
ſecus autem,quando non per delictum denegat iuſtitiam do
mino.cum ibi no.per Aluar. de quo ergo aliquid dixi ſupra,
in xx.cauſa priuationis feu.ibi dicta hic pro repetitis habean
tur circa hoc. an vaſallus teneatur iuſtitiam facere domino
in cauſa ciuili,non feudalj ſub pœna priuat. Circa vero deci-
ſionē principalem poſitam in hac cauſa 24.pro cuius funda-
mento.

mento fuit adducta l.poſt lega.§.quidam.ff.de his,qui vt indi. poteſt probabiliter dubitari, an valeat argumen. de materia illius.l.ad materiam feudalem,circa quod habeantur pro repetitis ea,quæ dicta fuerunt in cauſa præcedenti. Trigeſima-
74 quinta cauſa priuationis feudi eſt, †ſi vaſallus conatus fuerit vx.domini per lenocinium dare adulterãdam alteri.Ita tenuit glo.in dicto capitulo primo §.ſed & qui delator.in gloſſa magna,ad fi.quæ fue.prima cauſ benefic.amit.mouetur, quia ẽt ex ſimili cauſa vxor poſſet diuertere a marito.allegat aut. ſed nouo iure.C.de repud.quæ nihil facit,ſecundum Aluaro. ibi, ſed debuit potius allegare l.conſenſu.C. de repud. ſecundum eum.Illam tamen gloſſ.intelligit ibi Andr. de Iſern. procedere,quando per lenocinium vaſalli peruentum eſt vltra colloquium ad aliquem actum inhoneſtum,videlicet vel quia iupiter luſit,vel oſculatus eſt,vel aliter amplexatus,vel eam tangendo in aliquo loco pudendo & inhoneſto, ex ſolo autem colloquio non priuaretur,ſecundum Aluarot.ibi per ea,quæ dicta ſunt per eum in cap.i.§.i.quib.mod.feu.ami.& hoc ſecũdum eum videtur etiam eſſe de mente illius glo.in d.§. ſed & qui delator.dum appellauit iſtam cauſam ingratitudinis eſſe egregiam,quaſi habuerit reſpectum ad ipſum conatum cum facto ſubſecutum.Et huic ſententiæ ſecundum Aluarot.videtur etiam aſſentire Cyn. in l. ſi quis non dicam rapere, in 7. oppoſitione.C.de epiſcop.& cleric.& ibi etiam Bal. in penul. columna & Barba.in l prima,ff.de extraord.crimi.vbi tenent quod illa regula,quæ habet puniri affectum, licet non ſequatur effectus,non habet locum, quando affectus ſtetit ſolum in terminis verbi & colloquij, ſed eſt opus, vt ſit peruentum ad aliquem actum facti.Item quia non debet puniri affectus, quando nõ ſequitur effectus,niſi vbi a lege ita expreſſe diſponitur,vt probatur in l.quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſt.& tenet Cy.in dicta l.ſi quis non dicam rapere,in 9.oppoſitione ad finem.quod dicit poſſe trahi ad multa, quæ quotidie de facto contingunt.Probatur & ratione,ſecundum Aluarõ.quia ſi ipſe vaſallus voluiſſet adulterare vxor.domini,ſed tamẽ nõ peruenisſet ad aliquem actum facti, niſi ad turpe colloquiũ, non eſſet feu.priuandus,vt tenent Bal.Aluar.poſt alios ita per eum relatos in cap.i.§.i.quibus mo.feu.amit. ergo & idem debet eſſe,ſi fuerit leno pro alio,quia iſta æquiparantur.l.qui domum,ff.de adult.& not.glo.in l.is cuius eodem tit.& in l.negãda.C.qui accuſa.non poſſ.& in l.is qui reus.ff.de publ. iudi.Et pro hac determinatione facit etiam ſecundum eum, capit.ſi voluerit de Capitaneo,qui curiam vendidit & ff.de ſeruo corrupto.l.prima in fine cum l.ſequen.ſubijcit tamen Aluaro.in loco præallegato.Aduertendum, quod licet concludatur, q ex ſolo colloquio ſine alio actu ſubſecuto vaſallus leno non priuetur feud.poterit tamen alia pœna puniri.d.l.j.ff. de extra ordi.crim.& l.ſed eſt quæſitum,in fi.ff.de iniu.cum l.ſeq. & in Auctẽ.de leno.& in l.j.ff.de ſeruo corrupto.& ita dixit tenere And.de Iſer.in d.c.j.§.j.quib.mod feu.ami.& Bal.in d.l. ſi quis non dicam rapere. Trigeſimaſexta cauſa priuationis feu. eſt,
75 †ſi vaſallus ſciens dominum incluſum,non liberauit,cum potuit.tex.eſt expreſſius in d.c.j.§.ſed & qui delator.quæ fuerit prima cauſa bene.ami.Circa cuius intellectum moueo neceſſariam dubitationem, quare hoc caſu vaſallus conſtituatur in mora ſine interpellatione contra regulam.l.ſi ex legati cauſa ff.de verbo.obl.& l.mora.§.fina.ff.de vſuris.& in materia feudali,in c.licet.ſi de feudo fuerit contro. Puto dici poſſe quod illud ſit virtute iuramenti fidelitatis,quia iuramentum conſtituit in mora ſine interpellatione,vt dixit Speculato.tit. de aduoca.§.j.ver.ſed nunquid is,qui iurauit cum alijs deductis per Alex.in l.ſecunda §.ſin.circa fi.ff.ſolu. mat. quicquid tenuerit ipſe Alex.in l.quod te.in v.colum.ff.ſi cert. pet.de qua materia ponit etiam Barba.in repe.rub.de iureiuran.Iſta tamen cauſa intelligenda & limitanda eſt, ſecundum textum cum ibi not. in cap.licet.ſi de feu.fuerit controu.vbi eſt text.quod vaſallus non priuatur feudo, ſi noluit ſoluere pecuniam pro domino in vinculis conſtituto,vt etiam per Aluarot.ibi,in vlt.colum. & ideo debet intelligi prædicta concluſio ſecundum ibi nota, & præcipue quod vaſallus teneatur perſonam ſuam exercere pro redemptione domini,non autem de proprio ſatisfacere. & ideo tangit Aluarot.ibi,an vaſallus nolẽs alere dominum, priuetur feudo,de quo credo me ſupra dixiſſe.Trigeſimaſepti
76 ma cauſa priuationis feudi eſt, †ſi vaſallus reuelat ſecreta domini,tex.eſt in capitulo primo titu.quib.mod.feu.amit.Eſt verum quod glo.2.ibi declarando illum textum tenuit,quod ſola manifeſtatio ſecreti domini non ſit ſufficiẽs ad priuationẽ feu.ſed quod vltra manifeſtationem eſt neceſſe, quod fiat ad damnum domini,& animo ipſum damnificandi. & hoc probat per ſimile de liberto,qui licet contraxerit amicitias cum inimicis domini, non per hoc reuocabitur in ſeruitutem,niſi iſtas inimicitias contraxerit,vt conſpiraret contra dominum l.i.§ cum patroni.ius ff.de offi præfecti vrbis. & ideo no. Alu, ex illa glo.tria eſſe neceſſaria ad hoc vt vaſallus reuelãs ſecreta domini,priuetur feudo. Primum, ipſa manifeſtatio Secundum,quod fiat animo damnificandi dominum. Tertium,q ex ipſa manifeſtatione ſit ſecutum damnum,& cum illa glo. tranſeunt And.de Iſer.Bal.& Alua.ibi & Iac.Ardi. titu quib. feu.ami.ſub rub.ſi credentiam domini non manifeſtauerit p §.itaque Inſt qui.manu.licet,& C.qui manu.non poſſ.l.prima cum ſimilib.& fortius infert Aluarot.ibi, quod ſi uaſallus manifeſtaſſet credentiam domini,ſed non animo damnificandi, licet ſubſecutum ſit damnum,non propterea perdit feudum. Exempli cauſa, ſi vaſallus volebat laudare dominum de eo, quod intendebat facere, & hoc modo expreſſit ſecretum, qd dixerat dom.ipſi vaſallo,licet male fecerit, non tamen priuatur feudo,quia volũtas & propoſitum diſtingũnt maleficia.l. qui iniuriæ,in princip ff.de furt.Item, quia interpretatio fraudis,nõ ex euentu.ſed ex cõſilio cõſideranda eſt,l.fraudis. ff.de regul.iu.niſi ſecundum eum forte ipſa manifeſtatio procederet ex tali ignorantia craſſa & ſupina, in qua ex aliquibus circunſtantiis poſſet argui dolus,vel fraus,l.quod te ff ſi certum petatur ſecundum Iacob.de Bel. & Nicola.de Neap.Sed circa prædicta cadit neceſſaria dubitatio,ad quem ſpectet onus probandi,an ad dominum,quod uaſallus malitioſe egerit,vel ad vaſallum ſe excuſantem.Iſtam dubitationem tetigit Aluaro. in dicto capitulo in vlt.colum hic poteſt eſſe ti. quibus mod. feud.ami.qui tandem concludit quod ex quo eſt præſumptio contra vaſallum,qui facit contra formam fidelitatis, vt in capitulo primo de no.forma fidelitatis. Idcirco, quia fecit rem illicitam,ipſi incumbit onus probandi, & ita dicit ibi tenere Andrea de Iſernia. vt latius per Aluaro. ad quem me remitto.
77 Trigeſimaoctaua cauſa priuationis feud.eſt, & iſta eſt prægans,& multas cauſas ſub ſe complectitur,q ex eiſdem cauſis,ex quib.fit exhæredatio,matrimonii diſſolutio,& donationis reuocatio,fit etiam feu.priuatio.Iſta videtur probare text. in capitu.j.§.prædictis modis, quæ fuerit prima cauſa benefi. amit.& ita ex illo tex.colligunt communiter Docto. Feudiſtæ,& in ſpecie Aluarot.ſubiiciens rationem eſſe,quia eadem æquitas,quæ cadit in illis,inſurgit etiam in hac feudi priuatione,merito vniformiter iudicari debent,vt in capitulo primo, §.fina.de pace iuramen.firmand.nam vbi eſt eadem ratio, debet ſtatui idem ius,ut in l.a Titio.ff.de verborum obligation. in l.illud.ff.ad legem Aquil.In l.fina.C.ad legem fal. Refert tamen Aluarot.Iacob.de Bel.dicere,quod ille text. non probat hoc, ſed ſolũ probat cauſas ſpecificatas præmiſſas fore iuſtas & rationabiles,ſed tamen ſecundum eum bonum eſt argum. a ſimili,vel a maiori ad minus, quia cum in dictis caſibus,q maiores cenſentur hoc ſtatutum ſit, multo magis in cauſa feudali,quæ minor reputatur.Igitur magis feu ex eiſdem cauſis debet amitti ſecundum Iacob. de Bel. ad quod ſubiicit Aluarot.facere quod dixit in capitulo primo, de feud. cognitio. Ego autem aduertendum puto, licet ſcribentes ita ſimpliciter ponant iſtas regulas, tamen ſi bene conſideremus cauſæ ſpeciales exhæredationis,repudii & reuocationis donationis, multæ aliæ cauſæ ſpeciales vltra eas,quæ ſupra numeratæ ſunt poſſunt colligi,ex quibus uaſallus priuatur feu. & maxime ex eo,quod vult glo.in l.ſi.C.de reuocan.dona.in quantum vult, quod ſi donãs nõ alatur a donatario poſſit reuocari donatio, nam infertur quod etiam uaſallus priuatur feu.ſi non alat dominum egenum,cuius tamen contrarium tenent communiter Feudiſtæ relati per Aluarot.in capitu. licet, in ſecunda columna ſi de feud.fue. contro. & ideo puto ſummopere aduertendum, quod cum magna difficultate poteſt ſuſtineri prædicta regula,ita generaliter ſumpta, & illud comprobo ex alio fortiſſime, quia ſi bene aduertimus ad cauſas enumeratas in l.conſenſu.C.de repu.ſequeretur, quod ex omni adulterio,& ex omni homicidio vaſallus priuaretur feud. prout ibi diſſoluitur matrimonium,& tamen iſtud eſt contra tex. feudales,q ſolum enumerant certas perſonas,cum quibus vaſallus coeundo priuatur feudo,vt in capi.primo,in §. primo. cum ſequen. quibus mod.feu.amit.& diximus ſupra. idem etiam dicimus de homicidio, quia non ex omni homicidio vaſallus priuatur feudo,patet,quia etiam interficiens fratrem domini, non priuatur feudo, patet, quia etiam interficiens fratrem domini, non priuatur feud.capi.i.an ille, qui interfecit fratrem dom. ſui.Ideo mihi ſemper placuit illud,quod dicebat Iacobus de Bel,quod ille tex.non probat illud, ad quod ſolet ponderari, nam text. ſolum dicit & intendit demonſtrare, quod cauſæ, quæ ibidem fuerant enumeratæ, erãt iuſtæ cauſæ priuationis feudi,& vtitur eo argum.quia ſi videantur cauſæ exhæredationis repudij, & reuocationis donationis,reperietur,quod cauſæ ibidem enumeratæ ſunt tales,ex quibus lex permitit repudium,exhæredationem,& donationis reuocationem.Non tamen ex hoc generaliter vult tex. quod omnes aliæ cauſæ, ex quibus poteſt fieri exhæredatio donationis reuocatio,& repudium, ſint etiam ſufficientes ad priuationem feu.& maxime

illis

illę,circa quas contrarium eſt deciſum,vel quæ non reſpiciūt iniuriā domini, vel quia non conueniunt ad materiam feudalem,cogitandum eſt tamen, quia hæc eſt ardua difficultas, ad quam ſcribentes non aduertunt.

78 Trigeſimanona cauſa priuationis feudi eſt,†ſi vaſallus ceſſauerit triennio ſoluere debitum canonem,ita tenuit Innocen. in capitulo ad apoſtolicæ.per illum textum de re iudicata lib. 6 Ponderat enim tex.ibi,in verſic poſſet. & vbi Papa priuauit Federi.imperatorem regno Siciliæ exprimendo inter cæteras cauſas,quia ceſſauerat nouem annis & vltra, penſionem ſoluere.Eandem opinio.tenuit Bald.in cap. quæ in eccleſiarum. in v.colum.de conſtitution.dicens iſtud eſſe ſingulare dictum Innocen.in d.cap.ad apoſtolicæ.& pro iſta opin.dicit eſſe tex. vnicum & ſingularem,cui ſecundum eum nec Apollo, nec Chriſtus reſponderent,in capit i.§.ſed nec alia.quæ fuę.prima cauſa beneſ.amit.Idem etiam tenuit Bal.in cap.ſi in pen. col. de re iudica.vi dicit illud probari per d.ca.ad apoſtolicæ , & ꝙ non eſt expreſſum in vſibus feud. licet idem Bal. ſupra relatus in hoc dixerit contrarium,alleg.ando text in d.ca.i.qua fuerit prima cauſa benefi.amit. Iſtam etiam quæſtio.diſputat Marti. Laud in c.primo.in prin in 4 columin.qui feud. dare poſſunt. vbi refert,quod eandem opinionem tenuit Ioan.And. in glo. ſitis,in d.capitu.ad apoſtolicæ.Refert poſtea præfatus Martin. Laud quoſdam tenuiſſe contrariam opinio.quod imo vaſallus non cadat,vt tum Specula.titu.de locat.§ nunc aliqua.ver. lxxxv.& Gemi.in d cap.ad apoſtolicæ.& quod pro iſta opinio ne.conſuluit venerabile collegium Mediolani, cuius conſilij princeps fuit famoſiſſimus Doct.Ioan de Caſtelliono.mouetē quia nullo iure cauetur vaſal.non ſoluētem cadere:Ergo eru beſcimus,cum ſine lege loquimur vulgata.l.illam.C.de colla. nec obſt.l.ſecunda C.de iure emphyt & aut.qui rem.C. de ſacroſanct.eccle.quia loquuntur in contractu emphy non autē in feu.& iſtam opi.tanquam veriorem ſequitur Marti. Laud. in d.c.primo dicens pro hac opinio.videri caſum in c.a.licet,ſi de feu.fuer.controu.vbi vaſal.non tenetur præſtare ſeruitium dom.niſi fuerit requiſitus,etiam ſi ſtaret per mille annos. †nā ſecundum eum in recto feudo vaſal. non tenetur ſeruire domino,niſi fuerit interpellatus,vt in capitu.domino guerram. in titu.hic finitur lex.& ibi per Iacob de Belui.Præterea ſecundum Lauden.probatur hæc opinio.alio fundamento,quia in contractu cenſuali propter non ſolutionem canonis non habet locum pœna caducitatis,c.conſtitutus.& ibi glo.no.extra de religioſis domibus Ergo minus debet cadere vaſallus, cum feu nitatur honore & amore domini.c.i.in fi.de feudo dato in uicem.l.commiſſoriæ.Non obſtat ſecundum eum,text.in d.capitulo ad apoſtolicæ.quia ibi Fed non fuit priuatus feudo,ea ſola ratione,quia non ſoluit canonem feud. ſed propter multas alias rationes grauiſſimas,quas ponit text.in d cap.ad Apoſtolicæ.Nam Imperator a ſummo Pontifice non poteſt deponi ex leui cauſa,ſed requirunt̄ grauiſſimæ cauſæ, vt pulchre ſcribit Bal in l.fi.C de leg.& not.in cap.i.de renunc.lib.6 & in d. c.ad apoſtolicæ Limitanda eſt tamen prædicta concluſio,ſecundū Lau niſi feud.eſſet tale, vt in eo principaliter contrahētes feudum conſideraſſent magis præſtationem realem,quam beneficium & gratiam feudi,iuxta nota per Bald. in l. liberti. C.de ope.liber.Exemplum,ſecundum Lauden.pone,princeps inueſtiuit te in feudum de caſtr͛ , vt ſoluas annuatim accipitrem, vel enſem,vel libram piperis. Nam huiuſmodi principaliter non reſpiciunt commodum pecuniarium principis,ſed quandam præeminentiam & ſubiectionem.cap.i.in fin.de feu.dato in vicem legis commiſſoriæ.Anton.de But in c.in literis.de reſtitu.ſpol. inquit , quod ſi aliqua caſtra dant ciuitati brauium vel banderias ī feſto principali ciuitatis,ſignificatur ſubiectio caſtrorum ciuitati & quidam honor. ex iſtis poteſt procedere concluſio ſupra firmata per Mar.Lauden quando vero vaſallus pro feudo præſtaret redditus notabilis quantitatis ſeu valoris,ita vt contrahentes viderentur principaliter conſideraſſe redditum burſalem , poſſent ſecundum eum procedere optime cōtraria.Eandem opinionem in articulo principali, quod vaſallus non ſoluens canonem non cadat tenuit Ioa.de Imo. in c.2.in xx.col.de ſeu vbi dixit fortius , quod etiam ſi vaſallus ceſſaret, per mille annos, tamē nō poſſet expelli.idem tenuit Lud.Roma.in l i.§.i.fi.de publ Eandem opin.ſequi videtur Io. Fab.in l 2.circa fi C.de iure emph vbi ſimpliciter refert opi.Specu.ſupra relatam.Eandem etiam opi.tenuit Alua in d.cap i.§. ſed nec alia.in 2.colum.quæ fuerit prima cauſa bene.ami. vbi refert opinio.Specu.de qua ſupra.refert etiam,quod ita conſuluit Zabarel.prout ipſe ſcripſit in capitu.potuit,de loc.& dicit Aluarot quod ita in facto conſuluit ſimul cum Pau. de Caſt. & conatur ibi reſpōdere ad tex.in d.§.ſed nec alia cui dicebat Bald.vt ſupra relatus,quod non reſponderet,nec Apollo,nec Chriſtus.Eandem opi.ſequitur etiam Ale.in conſ.ix.inci. viſo themate ſupraſcripto.in quarto volu. Reperio etiam quoſdā Mod.inſurgere,contra limitationem & diſtinctionem Marti. Laud.ſupra relatam adducentes illud,ꝙ not. Bald. in l.item ſi verberatum.§.ſi quis rem in ſecundo no.ſuper illum text.ff.de rei vendicatio.vbi colligit argumentum,quod illud modicū quod præſtant emphyt.& cenſuarii domino, intelligitur præſtari in ſignum honoris,dignitatis,& recognitionis ſuperioritatis,& tamen ſi emphyt.non ſoluat,priuatur emphyteuſi:Ergo non videtur tutum fundamentum Lauden.Sed puto huic poſſe reſponderi,quod ideo ibi ſit,quia nullum aliud ſeruitiū perſonale præſtatur,ad quod dici poſſit habitum fuiſſe reſpectum,ideo cum ille modicus canon , fuerit ſolum conſideratus,non eſt mirum ſi vaſallus non ſoluens cadit. Secundo dicunt præfati Modern.aduertendum eſſe,quod iſta ſecūda opinio.quæ videtur magis communis,eo potiſſimum nititur fundamento,quia in vſibus feud.non eſt expreſſe deciſum,quod vaſallus non ſoluens canonem cadat. Sed iſtud fundamentum ſecundum eos non eſt tutum,quia vbi in materia feu.non habemus expreſ. deciſionem in iuribus feu. recurrendum eſt ad ius commune cap.i.de feud.cogni. dato ergo quod in iuribus, feudo.iſte caſus non ſit deciſus, cum habeamus de iure communi deciſum,quod emphyt.non ſoluens canonem cadat,vt ſupra dictum eſt, debemus idem dicere in feud cum regulariter de vno ad alterum valeat argumen.quando non reperitur expreſſe deciſum cōtrarium,iuxta ea,quæ late diximus in prima parte huius operis,in 3.quæſtio prin. Quid ergo concludēdum? dicant Docto.ſupra relati quicquid velint,in puncto iuris mihi magis placet opi.ſupra relata, quod imo vaſallus nō ſoluens canonem poſſit priuari, quia videtur mihi ꝙ pro iſta opi.ſit text.incuntab.lis,vt decidit Bal. in d.ca.primo,§.ſed nec alia.quæ fuę.prima cau.beneſ.amit.Ille enim text. generaliter

80 loquitur,†quod nulla iuſtior cauſa eſt priua feudi,quam ſi vaſallus non præſtet ſeruitium,pro quo feu.datum eſt,& ſic text. generaliter loquitur tam de ſeruitio reali, quam de ſeruitio pſonali,& ideo tenentes oppoſitum,qui volunt reſtringere illū tex.ad ſeruitium perſonale deſtruunt illum text. nec poteſt diuerſitatis ratio aſſignari. Secundo principaliter moueor per regulam, quam ponit text. ex quo ita colligunt communiter Feudiſtæ,in dicto capi.i.§.prædictis modis.quæ fuę prima cau. benefic.amit.traditur enim ibi regula, quod ex quibus cauſis poteſt reuocari donatio,ex eiſdem poteſt uaſal.priuari feudo, ſed propter inobſeruantiam pactorum poteſt donatio reuocari,l.fina.C.de reuocand.dona.Ergo etiam vaſallus poterit priuari feudo.Tertio moueor,quia conſideratio Martin. Laudē. de qua ſupra,dum loquebatur de illo minimo , quod præſtatē in ſignum recognitionis ſuperioritatis, confundit legem , eo quod ſolet dici,quod quælibet contumacia etiam ex re minima inſurgens,digna eſt excommunicatione, imo tanto maior eſt excommunicatio,quāto ex minori re inſurgit,vt dicit glo. ſingu.in c duo ſunt.c.hi. Pan.in c.i.in 3.colum extra de iud.Ergo quanto minus eſt illud,quod præſtet vaſal.domino, tanto maior eſt ipſius contumacia in non ſtando. Et ideo nimirum debet priuari.Et tenendo iſtam opi non obſtat fundamentū, quod ſupra faciebat Marti. Laud. de contractu cenſuali,quia poteſt facilirer tolli. Nam magna eſt differentia inter contractum feudi,& contractum cenſualem,quia in contractu cenſuali transfertur in accipientem omne ius & omne dominiū etiam directum,adeo vt nihil remaneat penes dantem, vt declarant glo & Docto.in d.c.conſtitutus.in gloſſ.fin.mag.extra de religio.Bar.in l prima,ff de publi & ideo non eſt mirum,ſi nunquam cadit,prout in ſpecie declarat Imo.in capitu.ad audientiam.in ſecunda colum.extra de rebus eccleſi. non alien. vbi facit magnum feſtum de hoc dicto. & ideo ceſſante hac ratione ſequitur,quod contrarium debet dici in feudo . Probatur ex eo,quod ſignanter dixit Bald. in pace Conſtantiæ.in 28.colum.in verſi.perſoluere fictum . quod quando ſolueretē cenſus pro re,cuius dominium remanſiſſet penes dantem, ꝙ tunc haberet locum pœna caducitatis,quia non eſſet proprie contractus cenſualis:Ergo quod omnia iſta poſſunt in oppoſitum retorqueri,& videntur probare,quod cum in cōtractu feudali directum dominium remaneat penes dantem,& ſolū vtile transferatur in accipientem.cap.i.§.fin.qui mo.feu.amit. quod debeat habere locum pœna caducitatis propter canonem non ſolutum.Non obſtat aliud fundamentum, quod ſupra fiebat de c.licet.ſi de feu.fue.contro.vbi requiritur interpellatio ad hoc,vt vaſallus teneatur ſeruitium præſtare, quia illud poteſt procedere in ſeruitiis , in quibus non eſt taxatum certum tempus præſtationis,ſed vbi vaſallus debet ſoluere aliquid ſingulis annis ſecus eſt,quia tunc dies interpellat pro homine.l.magnā.C.de contrah.& commit.ſtip. Remanet etiam ex prędictis ſublatum aliud fundamētum,cum dicebatur nō eſſe lege cautum,vt vaſallus cadat , quia ſupra probatum eſt eſſe optimum tex.de hoc in d.c.i §.ſed nec alia.quæ fuę.prima cau bene.ami.& quādo nō eſſet tex.in materia feudali, quod currendum eſſet ad ius commune d.c.i de feu.cogn. & iam dicendum eſſet,quod iura loquentia in emphyt. haberent locum

cum

enim in feudo,iuxta ea,quæ ſupra dicta fuerunt, & ſic conclu-
do iſtam opinio.eſſe de iure veriorem,licet contraria ſit ma-
gis æqua. Quadrageſima cauſa priuationis feudi,quæ etiam p̄,
gnans eſt,& multas ſub ſe complectitur , poteſt colligi ex eo
quod dicit tex.ī c.j.§.ſed quia natura nouas. quæ fuerit prima
cauſæ benefic.ami.dum dicit tex.quod ex omni alia cauſa nō
expreſſa,quæ poſſet dici ſimilis,vel maior expreſſis poterit va
ſallus feudo priuari,nunquid autem ſit ſimilis,vel maior exp̄ſ
ſis,relinquitur in iudicis arbitrio,vt dicit tex.ī d.§.ſed quia na-
tura nouas. Ex quo conſtat , quod vaſalli remanent ſubiecti
multis periculis,& de facili poſſunt illaqueari tanquam inci-
derint in aliquam ex prædictis cauſis,ideo bonum eſt habere
iudicem fauorabilem,cuius officium latiſſimum eſt , vt dicit
tex.in l.j.in princip.ff.de iuriſd.omn. iudi. Vltima cauſa priua-
81 tionis eſt,†ſi vaſallus alienauit feud.ſine conſenſu domini.ca.
j.de prohibitio.feud.alie.per Loth.c.imperialem, de prohibit.
feud.alie.per Feder.ſed quia materia alienationis latiſſima eſt,
& iura feudalia diuerſimode loqui ſolēt: Quæro in primis de
diuerſitate iurium,quæ circa hoc emanarunt.Circa quod bre
uiter me expedio,quia tria fuerunt principalia iura diuerſimo
de loquentia:Primum enim fuit ius antiquiſſimum.Secundū
quod in aliquibus,curiis poterat vaſal. alienare totum feudū
ſine cōſenſu domini,in quib.autem curijs ſolum poterat alie-
nare partem ſine domini voluntate,prout refertur in cap.j qd
iuris ſit,ſi poſt alienationem feud.vaſal.id recuperauit. in aliq
bus autem curiis poterat vaſallus ſolum alienare vſque ad me
dietatem & neceſſitate ſuadente,vt refertur in capi. j. qualiter
olim feu.poterat alien.Secundum,fuit ius antiquum,ſecundū
ꝙ erat reſtricta poteſtas alienandi,vt vaſal. ſolum poſſet alie-
nare vſque ad dimidiam ex contractu libelli tantum, vt dicit
tex.in c.j.de ali.feu.& in c.j.§.aut ſi libellario.qui.mo. feu.ami.
Quis autem ſit contractus libelli ponit tex.in c.j.§.donare qua
liter olim feu.pote.alie.declarat Bart.in l.ſi finita.§. ſi de vect.
in 4.colum.ff.de dam.inf.idem Bar.in l.j.in priu.& ibi late Mo
dern.C.de iure emphy.Poſtremo ſuperuenit ius nouiſſimum
Loth.& Fede.ꝙ recitatur in c.j.de prohi.feu. alie. per Loth.&
in c.j.de prohi.feu.alie.per Fed.in quib.locis generaliter diſpo
nitur,quod hodie prohibita eſt omnis alie.feu. quocunque ti.
Verum quia circa hoc diſcutiendæ ſunt quamplures notabi
les dubitationes,vt ordinate procedamus, facio tres regulas
prīcipales,& circa vnam quamque diſcutiemus adiacētes du
82 bitationes.Prima ergo principalis erit regula , †quod ſi vaſal
lus hodie alienat ſine conſenſu domini , non valet alienatio,
vt in d.c.imperialem.de prohib.feu.alien.per Fede. Et adeo eſt
nulla alienatio, quod non poteſt præſcribi etiam longiſſimo
tempore.ita concludit And.de Iſer.per illum tex.in d. c. impe
rialem.in verbo,nullius temporis præſcriptione , &c. & ita ſe
quuntur communiter Doct. vt refert & ſequitur Barth. Soci.
conſi.lxxxvj.incip.conſiliis noſtris.in i.par.in 3.colum.& adeo
vera eſt iſta regula , ꝙ feudum nouum non poteſt etiam alie
nari inter agnatos,nec inter conuaſallos,ſecundum Bald.in d.
c.imperialem.ver.quæro an vaſal. refert & ſequitur Bart. Soc.
conſi.xiv.incip.adſir. in 4.colum in prim.parte.Secunda erit re
gula,q̄ colligitur ex eo text. quod vaſallus poteſt impune alie
nare cum conſenſu domini. Tertia erit regula principalis , ꝙ
in feu.antiquo ad hoc,vt valeat alienatio,non ſufficit conſen
ſus do.ſed requiritur conſenſus agnatorum.ca.i.de aliena.feu.
paterni.Aggredior primam regulam principalem , quæ vult,
quod ſine cōſenſu do.nulla valeat alienatio, circa quam mo
83 ueo quā plures dubitationes.†Et primo , an hodie poſſit aliū
vaſallum infeudare de feud.quod ipſe habet & recognoſcit a
domino?communis concluſio Docto.eſt,quod ſic,glo. eſt cō
muniter approbata in cap.i.§.præterea,de capit.Corrad.& bo
nus tex.in cap.1.§.1.qualiter olim feu.po.alien.& text. expreſ
ſus in c.1.§.ſimiliter.& in §.ſequenti.de l.Corr.Ad idem eſt tex
tus vbi gloſ.& omnes ita concludunt in c.imperialem.in §.il
lud , de prohibita feu.alie.per Fed.Ad idem eſt glo.in c.quę in
eccleſiarum,in verbo,feudum.extra de conſt.& ibi omnes ca
noniſtæ ita concludunt.bonus tex.in c.ex tranſmiſſa.& ibi Pa
nor.poſt cæteros,de foro comp.Et profecto iſta eſt opi.ab om
nib.approbata,& tamen mirabiles , quia ex tali infeudatione
transfertur vtile dominium.cap.j.§.fi.in qui.cau.feu.ami. ergo
prohibita generaliter alienatione,videbatur etiam prohibita
infeudatio, argumen.l.fin. C.de rebus alien.non alie. & ſic vi-
debatur non improbabiliter dici poſſe,quod tex.in d.ca.impe
rialem,in prin.ex quo generaliter prohibet omnem alienatio
nem,videatur correxiſſe omnia iura antiqua,& per cōſequēs
etiam ea,quæ permittebant infeudationem,tamen quia text.
in d.c.imperialem,§.illud, poſt dictam generalem prohibitio
nem de non alienando,referens diſpoſitionem iuris antiqui
quæ diſponebat,ꝙ vnus vaſallus poterat de eodem feu.alium
vaſal.infeudare,illam non reprobat , imo potius approbat &
permittit,videtur ergo declarare illam generalem prohibitio
nem de non alienando non trahi infeudationem, quæ ſecun
dum omnia præcedentia fuit ſemper permiſſa. Sic ſtat com
munis conclu.Doct.quod licet generaliter ſit prohibita in feu
do omnis alienatio,non tamen eſt prohibita infeudatio. hæc
tamen communis concluſio multipliciter declaranda eſt. Et
primo notanda ſunt tria neceſſario requiſita ad hoc,vt valeat
talis infeudatio ſine conſenſu domini.Primum eſt, vt vaſ.hoc
faciat ſincere & ſine fraude.Secundum eſt , quod ſubinfeudet
ei,qui ſit ſimilis conditionis & qualitatis,cuius eſt ipſe vaſa.de
bet enim ſubinfeudare pari vel maiori , non autem inferiori
ſeq.Tertium eſt requiſitum, vt ſubinfeudet eiſdem pactis & ꝯ
uentionib.quibus ipſe tenebat feudum.ita declarat glo. magi
ſtra,in c.1.§.præterea,in glo.mag.circa fi.de cap.Corra. quam
ibi approbant ſcribentes.& de vltimo requiſito eſt text.in c.1.
§.profecto,de le. Corra. Primum autem & ſecundum requiſi
tum ſatis probantur in ca.i.in prin qualiter olim feu.pot.alie.
Secundo pro limitatione communis notandum eſt, quod qn̄
primus vaſal.ſubinfeudat vaſallum ſecundum de eodem feu.
tamen apud ipſum vaſallum ſubinfeudantem remanet quod
dam quaſi vtile dominium ratione iuris vaſallagii, quod hēt
in vaſallum,quem ſubinfeudauit,ita probat text.in d. §. impe
rialem.§.illud.de prohi.feu.alie.per Federic. & ita expreſſe no
tat ibi,Io.Ray.licet prima facie contrarium dicere videretur,p
no.in l.ex aſſe.ff.ad Treb.Confirmo opin.Io.Ray.per tex.in ca
pit.cum apoſtolica , extra de his,quæ fiunt a præla.ſecundum
vnum intellectum Abb.ibi,in 2.colum. dum dicit,quod ideo
potuit ibi feudatarius eccleſiæ concedere feudum alteri eccle
ſiæ non requiſito domino,quia nō deſinebat eſſe vaſallus ec
cleſiæ dominæ,ſed acquirebat ſibi alium vaſallum . & ſic vult
Panormit.per illum text. quod iſta ſubinfeudatio non ſit om
nimodo alienatio.In hoc tamē reperio, quod aliter loquitur
Bal.in c.cæterum,ad fi.extra de iud.dicit , quod quando vaſal
lus alienat voluntate domini , deſinit omnino eſſe feudata-
rius,tam quo ad poſſeſſionem , quam quo ad vtile dominiū,
vt no.in l.ſi vt certo,§.ſi duobus vehiculum. ff. commo. ſecus
ſi vaſallus acquirat ſuo nomine alium vaſallum ſibi,quia tūc
non deſinit eſſe vaſal.domini,nec cedit feud.alteri, ſed conce
dit,& ſic reperitur vtile dominium ſuperius,& vtile dominiū
inferius,vt no.in ſimili per glo.in d.l.ex aſſe , & patet ſecundū
eum,in ca.imperialem.§.illud,de prohi.feu.alie per Fed.& ſub
dit Bal.quod ſi ſum feudatarius regis, & de meo feudo acquiſi
ui plures uaſallos,orta inter eos controuerſia cognoſcam ego
& non rex,quando a me recognoſcunt feud. Ad quod etiam
videnda ſunt,quæ dicit Bald.in l.2.C.vnde cogn.cuius dictum
conatur impugnare Lud.Ro vt ibi per Ale.& Fely.in d. c.quæ
in eccleſiarum,in 27.colum.extra de conſtitutio. Ne etiam di
xit Bald.quem ſequitur Alua.in c.1.§.ſin.de contr. inue. quod
quando primus vaſallus infeudat ſecundo,remanēt penes pri
mum reliquiæ & iura ſeruitiorum,ut not.in cap.1.extra de ex
ceſſi.prelato.unde do.quodammodo dici poteſt.Tertio notan
dum eſt illud,ꝙ dicit Bald.per uerbum forte,in c.1.§.præterea
de ca.Cor. ubi dicebat limitandam prædictam communem
concluſionem,ut non procedat in feu eccle.quia uaſal.ſecun
dum eum non poterit ipſum alteri infeudare ſine conſenſu p̄
la.mouetur Bal.fauore eccleſiarum, & quia quod omnes tan
git ab omnib.eſt approbandum l.fina.C.de auc. præſtan. & ut
amputetur occaſio malignantium,ut ibi latius per eum . Con
trariam opinio.in hoc,quod imo dicta communis concluſio
habeat etiam locum in feu.eccle.tenuit Iacob. de Bel. in cap.
1.in prin.qui feu.da.poſſ. ubi æquiparat clericum & priuatum
niſi ſecundum eum feud.eſſet decimale, quia tunc ſecundum
eum fieri non poſſet per no.in c.prohibemus,extra de deci.&
iſtam opi.Ia.de Bel.refert & ſequitur Alua.in d.c.1.§. præterea
in 4.c.de cap.Cor.Reperio etiam,quod Fel. in c. quæ in eccle.
20.colum.extra de conſt.non facta mentione Iaco.de Bel.nec
Aluaro.in loco præallegato dicit,quod iſta limitatio forte eſt
contra mentem gloſ.ibi,quinimo ſecundum eum eſt contra
tex.in cap.cum apoſtolica . extra de his,quę fiunt a pręla.ſecū
dum unum intellectum Abb.ibi,in 2.colum.dum dicit,quod
ideo potuit ibi feudatarius eccleſię concedere feudum alteri
Eccleſię non requiſito domino,quia non deſinebat eſſe uaſal
lus eccleſię dominę,ſed acquirebat ſibi alium uaſallum.Mihi
etiam placet iſta opi.contra Bald. Ad cuius confirmationem
adduco ea,quę latius dixi in prima par. principali huius ope-
ris,circa pręludia in 2.q principali , dum firmaui communem
84 concluſionem,†ꝙ conſuetudines feudorum ligant etiam ec-
cleſias & eccleſiaſticas perſonas,ut tenet Alua.poſt cęteros,in
c.i.in 8.colum.in uer.ſed utrum,qui feu.dar.poſſ. cum aliis ibi
copioſe adductis,quæ hic pro repetitis habeantur.Quarta de-
claratio eſt,quia non procedit dicta communis concluſio,qn̄
appoſitum eſt pactum de non alienando in inueſtitura,ita in
ſpecie tenet Bald.in cap.1.§.præterea,de cap.Cor.mouetur,q a
pactum debet aliquid operari,iuxta not.in l.ſi quis,§.quęſitū,
in fi.glo.magnę ff.ſi quis cau.& quia quando prohibitio noua
additur prohibitioni ueteri,habet ipſam ampliare, iuxta not
in

In l.j.§nunciatio.ff.de ope.no.nun.& in §.ſanctiſſimas, in Au
cten.de alie.& emph.cum iſta limitatio.Bal. tranſit ſimplici-
ter Alu.in d.c.j.§.præterea,in 4.colum. de iſta etiam facit mẽ
tionem Fel.in d.c.quæ in eccleſia.in xxvij.colum.in ver. ſecun
da declaratio eſt.& ibi poſtquam non retulit,ſubiicit,conſide
randum eſt,quod iſta infeudatio nõ eſt alienatio, vt dicit Ab
ba.in c.cum apoſtolica extra de his,quæ fi.a præl.ſineconſen.
ca.nec verba ſunt interpretãda contra propriam ſignificatio-
nem,vt feudatarius incidat in pœnam,ideo ſubijcit ipſe cogi
tandum eſſe.

Quinto limitanda eſt prædicta communis cõcluſio, vt nõ
procedat in feu.exiſtente in curia dom. vel in loco, quo dñs
habet iuriſdictionem vel diſtrictum.Iſta limitatio probaẽ in
c.j.§.fi.qui.mo.feu.ami.vbi in caſibus,in quibus olim erat per
miſſa alienatio,erat tamen prohibita in illis locis, in quibus
dominus aliquid iuris ſibi retinuerat,puta quibus reſeruaue-
rat iuriſdictionem,vel quia ibi habebat curiam, & ita per il-
lum tex.in terminis proprijs prædictam communem conclu-
ſionem limitat Alua.ibi,& dicit,quod ita videtur ſentire glo.
ibi poſita.& ſubiicit,quod licet ille tex.ſit hodie correct°, nõ
tamen eſt correcta ratio ibidem poſita, ex qua etiam hodie
poſſumus arguere argumentum gloſſ.in l.prima,ff. de coniu.
cum emancip.liberis,vel latius per Aluaro.in d.§.fi.

85 Sexta declaratio datur in hac materia,quod ille quem vaſ.
inueſtiuit de feu.tamdiu habebit feu.quamdiu vixerit primus
vaſallus,vel eius filii,quia non potuit vaſallus plus iuris alteri
concedere,quam ipſe haberet c.Daibertum.3.q.12.Iſtam po-
nit Fel.in d.c.quæ in eccleſiarum.in 26.col.in ver.3.declaratio
eſt,vbi ſubdit ita tenere Spe.ti.de feu.§.2.ver.38.& confirmaẽ
ſecundum cum ex dicto Bal.poſt Ia.de Bel.in c.j.§ rurſus. ver.
ſed pone,miles.de contr.inueſt.vbi dicit,ꝙ ſi miles qui alteri
conceſſerat feu.moritur ſine hærede, redit feudum ad domi-
num cum omni incremẽto,per illum tex. quia materia erat
ſic ordinata naturaliter,& idem Bal.in c.cæterum.in ſi. de iu.
& in c.j.de alie.feu.Ego multum dubito de iſta limitatione ꝑ
tex.expreſſum in c.j.§.j.qualiter olim feu.pote.alie.vbi eſt tex.
clarus,quod quãdo primus vaſallus ſubinfeudauit alteri,quo
modocunque extinguatur ius primi vaſ. ſi ſecundus vaſallus
ſit paratus ſeruire priori domino & ab eo feudum recognoſ-
cere,non poteſt feudo priuari,& ideo credo,quod iſta limita-
tio ſit male relata & male intellecta per Fely. in loco prealle
gato,mea enim ſententia debet intelligi hæc limitatio,vt ſo-
lum procedat in feu.quatenus tractatur de præiudicio agnato
rum,quia ſi primus vaſal.ſubinfeudat alium,non durabit illa
infeudatio,niſi ad vitam ſubinfeudantis,mortuo autem ipſo
ſine liberis,ſi feudum ſit antiquum poterunt agnati poſtea re
uocare, quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.
c.1.§.rurſus.de contro.inueſt.l.lex vectigali fundo.ff.de pigno.
ita in proprijs terminis decidit An.de Iſer.in cap.1.§.per quos
fiat inue.& reperio quod Alu.ibi in vl. col.tangens hanc opi.
An.de Iſer.proprie conſtituit hanc differentiam inter præiu-
dicium do.& præiudicium agnatorum,vt quantum ad præiu
dicium domini non extinguatur.ſed ſolum extinguatur pro-
pter præiudicium agnatorum,& ita refert alios Docto. tene
re,ad quæ me remitto,ita etiam in effectu tenet idem Alu.in
d.c.j.qualiter olim feu.po.alie.vbi notat eſſe ibi caſum,in quo
reſoluto iure datoris,non reſoluitur ius acceptoris, & ꝓprie
conſtituit ibi differẽtiam inter præiudicium do.& præiudiciũ
agnatorum.Item notat ibi eſſe caſum,in quo dom.compelli
tur habere alium vaſal. quam velit contra regulam traditam
in c.2.de fra.de no.benefi.inue.ſed ſubiicit hoc ideo eſſe, quia
vaſallus infeudat ſuum feu.alteri ſibi ſimili & eiſdẽ modis, ꝓ
ut ipſe habet,ita vt non interſit domini potius habere vnum,
quam alium,vt ibi latius per eum.

85 †Septima datur in hac materia declaratio, quod ſi primus
vaſallus vendat ſecundo,ſecundus tertio, & tertius vendat ꝓ
allodio,reuocatio & vendicatio non pertinet ad primum, &
ſecundum vaſallum,ſed ad primum habentem directum do
minum:Quia ſecundus dans vel quilibet vlterius nullum ha
bet dominium,& ſic nulla ipſi competit vendicatio, ſecun-
dum Io.An.in ti.de feu.ĩ §.2.ver.38.& iſtam ſimpliciter refert
& ſequitur Fel.in d.c.quæ in eccleſiarũ,in 27.col.ver.4.declar.
extra de conſt.

87 Octauo limitatur prædicta communis concluſio, vt non
procedat in decimis, quia laicus habens decimas in feudum
ante concilium Lateranenſe,non poteſt eas alteri infeudare.
tex.eſt in c.prohibemus.& ibi no.communiter canoniſtæ, ex-
tra de deci.bonus tex.per locum a ſpeciali, in c.cum apoſtoli
ca,extra de his,quæ fi.a præl.ſine conſenſu cap. vbi eſt ſpecia-
le,quod poſſit concedi Eccleſiæ vel loco religioſo cum con-
ſenſu Epiſcopi,vt dicunt ibi communiter ſcribentes,& in d.c.
prohibemus,vbi etiam Panor.& in ſua diſputatione,q̃ incipit
Augerio.in.12.colum verſi.ſecundo principaliter.Ex quo ſeq
tur,quod decedente tali feudatario ſine ſucceſſore, eccleſia,
ad quam decimæ reuertuntur,non poteſt eas alteri laico ĩfeu
dare,cuius tamen contrarium in vtroque dicto tenet Cardin.
in d.c.2.in x.q.extra de feu.vbi dat cautelam,quod ſi talis vult
dare decimas alteri laico.debet eis renunciare in manus Epiſ
copi,qui poteſt poſtea alium inueſtire,& idem dicit glo. in d.
c.prohibemus.Hæc opi. præualet de conſuetudine,ſecundum
Imo.in d.colum.2.in 7.cha.extra de feu. licet communis opi.
ſit in contrarium, & ita refert & ſequitur Fely.in d.ca. quæ in
eccleſiarum.in 27.colum.in verſiculo, quinto declaratio. ex-
tra de conſt.

88 †Nona datur declaratio in hac materia, quod vaſallus va-
ſalli mei non dicitur vaſal.meus,vt notat gl.fi.in c. legitur.80.
di.& Bal.in d.c.cum dilecti.in 4.col.extra de dolo & cont.Spe
ti.de feu.§.2.verſi.14.vbi dicit, quod homo hominis mei non
eſt homo meus.per l.Modeſtinus,ff.de verborum ſignifi.ſicut
nec libertus liberti mei eſt libertus meus.l. ſi quis a liberis §.ſi
quis a liberis,ff.de lib.agno.Vnde infert,quod licet vnus Baro
ſit homo ligius regis,tamen homines illius Baronis non ſunt
homines regis,ſicut dicitur de ſubditis Epiſcopi reſpectu Arc.
3.q.9.c.nullus primas.c.paſtoralis.extra de oſt.or. & hoc refert
gl.parua,in cle.1.in verbo,exiſtere,de iureiu.& ibi Imo. in 17.
col.ad quod videnda ſunt notata per Bal.in c.1.§ rurſus,ad fi
nem de contro.inueſt & per Fel.in d. c.quæ in eccleſiarum,in
27.colum.in verſi.ſexta declaratio extra de conſtitu.

Vltra quos iudicio meo pro veritate habenda præmiſſorũ
diſcutienda eſt alia quæſtio,an dominus ſuperior poſſit com-
pellere vaſallum vaſalli ſui ad ſibi ſeruiendum?Iſtam quæſtiõ
mouet glo.in c.1.§.fi.in ti.de contr.inueſt. & nihil clare deter-
minat.alij ſcribentes in varias trahuntur ſentẽtias.Nam Bal.
ibi ad fi.commenti ſui,tenuit opi.affirmatiuam, quod domi
nus ſuperior poſſit compellere ſecundum vaſallum ad præ
ſtandum ſibi ſeruitia per ſubſtractionem beneficij,allegat no.
per glo.in § adeo.Inſt.de loc.Item, ſecundum Bal. poterit do.
ſuperior habere regreſſum contra vaſallum vaſalli ſui, tãquã
contra debitorem ſui debitoris allegat no.per gl.& Docto.in
l.pro hærede.§.ſi quid tamen.ff.de acq.hær.& iſtam opi. Bal.ſe
quitur Alua.in d.§.fi.quam corroborat per tex.in c.1.§. ſimili
ter.de l.Corra.& in c.imperialem,in §.illud,de proh. feu. alie
per Fed.allegat ẽt Iac.Ardiz.Veronenſem, in ſumma ſua feu
dorum,in titu.quib.mod.feudum ami.ſub rubricella, eodem
pacto vaſallus det in feudum.

89 †Sed contrariam opin.& ſic negatiuam,quod dominus ſu
perior non poſſit compellere vaſal.vaſalli ſui ad præſtandum
ſibi ſeruitia,tenuerunt Ia.de Bel.& And.de Iſer.in d.c. 1.§.fin.
de contro.Inue.mouentur, ꝗa vaſallus vaſalli mei non eſt ua
ſallus meus,ſicut ſocius ſocij mei,non eſt ſocius meus.in l.nã
& ſocius.ff.pro ſoc.& iſtam opi.ẽt tenuit Io.Ray. in ſuo com.
c.Imperialem,§.illud.de proh.feu.ali.per Fed.cum dicit, quod
in hoc caſu ſecundus uaſallus requiretur a ſuo proprio & im
mediato domino, & dominus ſuperior reqret ſuum uaſal.im
mediatum,ut ſibi præbeat ſeruitia,& ille uaſallus præſtabit ſer
uitia domino ſuo cum iuuamine ſui ſubuaſalli. Ad quod ẽt
faciunt notata in c.1.§.fi.de pace iur.firman. Hanc etiam opi.
ſequitur Mart.Lauden.in d.c.2.§ fin.de contro.inue.mouetur,
quia actio perſonalis,quæ competit domino,non tranſit ĩ ſin
gularem ſucceſſorem,l.1.§.ſi hæres.ff.ad Tre.l.ti.§.fi. ff. de con
trahen.empt.Item pro iſta opi.facit optime text. qui non repe
ritur in hoc correctus,in c.1.§.1.qualiter olim feu. pot. alie.Et
reſpondet Mar.Laud.ad motiua ſupra per Bal.adducta. & pri
mo ad notata ĩ d.§.adeo,quod licet ibi dicatur, quod primus
emphyteuta poſſit agere in ſecũdum emphyteutam,vel actio
ne præſcriptis verbis,uel condictione ex lege, tamen ibi non
dicitur,quod dominus directus poſſit agere contra ſecundum
emphyteutam. Non obſtant etiam, ſecundum eum, notata
in l.pro hærede,§.ſi quid tamen,quia nihil faciunt, ſolum enĩ
dicitur ibi,quod creditor poteſt petere ſe mitti ĩ poſſeſſionem
iuris libertorum & uaſallorum debitorum ſui, non autem di
cit, quod do. ſuperior poſſit compellere uaſallum uaſalli ſui
ad præſtandum ſibi ſeruitia.Iſta opi.tutior eſt melioribus fun-
damentis ſubnixa.Prædicta etiam faciunt ad deciſionem alte
rius notabilis dubitationis,an ſi primus uaſal.infeudauit ſecu
do,& ſecundus uelit alienare feudum alij,debeat reqrere con
ſẽſum primi uaſalli, & ſic domini ſui immediati, an uero pri
mi do.ſui mediati.Quam dubitationem formauit glo.in c.im
perialem,in §.illud,de proh.feu.alie.per Fede.& de ueritate ip
ſius dicam late infra in declaratione ſecundæ regulæ princip.
quam affirmatiue ponemus,quod ualet alienatio facta cum
conſenſu domini,ibi enim opportunum erit declarare, cuius
domini conſenſus ſit neceſſarius,an mediati, an uero imme-
diati.

90 Decima & ultima declaratio in hac materia,quod ſi ſecun
dus uaſal.argumentauit feu.per uiam præſcriptionis puta, ꝗa
tam primus uaſallus,quam ſecũdus fuerint inueſtiti de re alie
na,tale argumẽtum ſi feu. ad primum dominum forte reuer
tatur

tatur,non remanet penes ipſum ſecundum uaſallum , ſed ad
primum dominum reuertitur.ita decidunt Bald.& Iacob. Al
uaro.in d.c.j.§.fi.de contro.inueſt.Mouentur, quia quãdo præ-
ſcriptio venit in ſequelam titu.ad quem peruenit tit. ad eun-
dem reuertitur ius præſcriptoris,allegat l.alienam.& l.qui alie
ff.de dona.cau ſa mortis,& no.l.indebiti.ff.de condi. indebi.&
ideo ſubijciunt præfati Docto.ſecus eſſe,ſi iſte ſecundus vaſal-
lus præſcripſiſſet vltra terminos cõceſſionis ex ſe quadã igno
rantia facti abſq; aliquo titu. authoris , quia ſub dubio ſorte
tunc eſſet dicendum,ſecundum Aluaro.poſt Bald quod illud
non reſoluatur per reſolutionem authorum,ſed remanere de
beat penes ipſum præſcribentem,argum.l.debitor,in §.fi.ff.ad
Trebell. Secundo principaliter quæro,ad declarationem hu-
91 huius primæ regulæ negatiuę:† Nunquid vaſallus poſſit hodie
rem feudalem impune dare in emphyteuſim ſine cõſenſu do-
mini?videretur prima facie dicẽdum quod ſic,per ea, quæ di-
cta fuerunt in ſuperiori dubitatione,in qua fuit concluſum,
quod primus vaſallus poteſt hodie alteri date in feudum ſine
conſenſu domini:Ergo eodem modo poterit dare in emphy-
teuſim,quia non magis dicitur alienare ille, q dat in emphy-
teuſim,quam ille qui dat in feudum,cum vtroque caſu tracte
tur de translatione vtilis dominij.l.prima,§ qui in perpetuum
cum ibi no.ff.ſi ager vect.vel emphy peta. Et ita reperio intre
pide tenuiſſe Io.Fab.in §.adeo,Inſt.loc. vbi præſupponit quo-
dammodo iſtud eſſe indubitabile.Sic etiam reperio,quod Io.
Ray.in c.Imperialem.§.j.de proh.feu.alie.per Fe. refert genito
rem ſuum tenuiſſe hanc opinionem , quod ſicut præmiſſa eſt
ſubinſeudatio,ita etiam ſit permiſſa datio ĩ emphyteuſim:Cõ
trariam tamen opininionem tenuerunt magis communiter
ſcribentes,& ita in primis tenuit gl.in d.c.Imperialem,in prin
ci.de prohibita feu.alie.per Fed quam ſecuti fuerunt Iacob.de
Belui. Bertrãdus Caprioli.Bal.Iac.Alu.& cæteri ſcribentes Io.
Blanchi.de Marſilia,in ſumma ſua feudorum,in ti.quib.mod.
feu.ami.in §.emphyteuticus vero contractus. Eandem opin.
tenuit Io.Ray.in commento.d.c.imperialem,in 3.charta.mo-
uetur in effectu,qa datio in emphyteuſim eſt alienatio.§.alie
nationis,in Auth.de non alien.l.fi.C.de rebus eccle. non alie.
ad idem eſt bonus tex.in c.j.§.donare,ibi , libellario nomine,
qualiter olim feu.poterat alie. Adeo iſtud eſt verum,quod di-
xit Bal.in d.c.j.§.primo,de proh.feu.alie.per Fed.iſtud procede
re,etiam ſi fiat pactum , quod non tranſeat vtile dominium,
tanquam dicatur factum in fraude.Idem Card.in c.2. de feud.
Specu.ti.de loca §.fin.verſi.cxxv.Iac.Ardiz.in rubr.quib mod.
feu.ami.Ioan.Rayn.in d.c.Imperialem,poſt principium,vbi li
mitat hoc non procedere in feudo non habente propriam na
turam feu.iuxta no.c.j.de feu.non haben.propriam naturam
feu.tunc enim ſecũdum eum bene poterit vaſallus in emphy-
teu.concedere ſine conſenſu domini.Eandem etiam opi. ſeqt̃
Bal.in c.j.de cap.Corra.vbi etiam Bal.& alij ſcribentes, & iſta
opi.videt̃ eſſe magis communis,& melioribus rationibus fun
data.Pro ea videtur mihi,quod ſit tex clarus & ineuitabilis,ĩ
dicto capitulo,imperialem in prin.ibi,ſub quadam concluſio
ne nomine libelli,&c.vbi clare prohibetur hodie,quod vaſal
lus non poſſit rem feudalem ad libellum concedere . Contra-
ctus autem libelli in propria ſignificatione ſumptus , dicitur
quando vel vaſallus , vel emphyteuta volunt rem feudalem,
vel emphyteuticam in perpetuum cõcedere: Qui contractus
largo modo appellatur emphyteuticus, licet proprie contra-
ctus emphyteuticus ſit,quando fit a directo domino,iuxta tra
dita per Bar.in l.ſi finita,§.ſi de vect.ff.de damn. inſect. & in l.
prima,C.de iure emphyt.vbi latius per Modern. in octaua co
lum.Dum ergo tex.in dicto capitu.imperialem, in principio,
prohibet hodie contractum libelli,in effectu prohibet cõtra-
ctum emphy.Nihil enim aliud eſt cõtractus libelli, quam ſub
viliſſima donariorum penſione perpetuo vtendum concede-
re,vt dicit tex expreſſus in c.j.§.donare,qualiter olim feu. pot.
alie.Ergo eſt ibi tex.clariſſimus,quod etiam hodie eſt prohibi
tus contractus emphyteu. Et tenendo hanc opi.quæ eſt magis
communis,neceſſe eſt reſpondere ad obiectum ſupra in con
trarium factum,quod licet hodie ſit permiſſa inſeudatio ſine
conſenſu domini,non tamen eſt permiſſa datio in emphyteu
ſim Et ratio diuerſitatis poteſt aſſignari,quia quando vaſallus
ſubinſeudat , hoc facit ſub eadem conditione & qualitate, &
ſub eodem ti.ſub quo habet,ſecus autem quando concedit in
emphyteuſim:Ideo ſuccedit vulgata regula, quod in habenti
bus ſymbolum,facilior eſt tranſitus.l.in rem §. item quæcun-
que,ff.de rei vend.Præterea ex quo habemus tex.iuris noniſſi-
mi expreſſe prohibentem cõtractum libelli,qui eſt in effectu
contractus emphy.non opus eſt vlterius inſiſtere circa dictam
æquiparationem.Ideo caueant vaſalli a datione in emphyteu
ſi rerum feudalium , quia de iuris rigore poterunt a dominis
feudo priuari. Ad vnum tamen puto ſummopere aduerten
dum in hac dubitatione,quod quicquid ſit de ſtricto iure , de
generali tamen conſuetudine eſt,ꝙ vaſalli paſcua, terras ſcul
tas,& eremos concedunt quotidie in emphyteuſim ſine licen
tia domini,& conſuetudo tolerat hoc ſine pęna priuationis.
De iſta conſuetudine atteſtatur Ioan.Ray.in d.c.imperialem,
§.1.vbi etiam refert ita dixiſſe Petrum Iaco.& de iſta etiam ꝯ
ſuetudine teſtatur Io.Fab.in d.§.adeo, Inſt.loca. quod dictum
perpetuo notandum eſt, quia ex eo poſſent ſaluari plures va-
ſalli,qui dediſſent in emphyteuſim a pœna caducitatis, ſiue
priuationis feudi,retento pro vero ſingulari dicto Barto. in l.
de quib.in 4.q.principali.ff.de leg.dum dixit,quod creditur gl.
vel Doctori Excellenti atteſtanti de generali cõſuetudine ab
ſque alia probatione,per tria fundamenta , de quibus ibi per
92 eum.de cuius veritate ponunt ibi late Moder.in vi. colum.ad
quos me remitto.Tertio principaliter quæro,† nunquid uaſal
lus ſine licentia do.poſſit hodie locare feudum alteri ad mo
dicum,longum,ſeu longiſſimum tempus? In hoc omiſſa lon
ga diſputatione,facio duas principales concluſiones . Prima
erit affirmatiua,quod locatio ad modicum tempus eſt ꝑmiſ-
ſa,quia prohibita alienatione,nõ eſt prohibita locatio ad mo
dicum tempus.clem.1.de reb.eccle.non alie.cum ibi no. & in
c.fi.ne pręla.vi.ſuas.per Barto.& alios in l.cotem ferro,§ q ma
ximos.ff.de publ.per Arch.in c.iudicantem.88.diſtin. per talẽ
enim locationem ad modicum tempus non transfertur, nec
dominium,nec poſſeſſio,l.non ſolet.ff.loc.dicitur autem mo
dicum tempus,quando eſt intra decennium , iuxta notata in
rubri.& in l.1.C.quæ ſit longa conſuetud.& C.de præſcriptio.
lon.temp.Hanc primam concluſionem ſignanter limito , vt
non procedat,quando talis locatio ad modicum tempus fie
ret in potentem,ita vt non eſſet ſpes redimendi, tunc enim ꝓ
hibita alienatione , cenſetur prohibita etiam talis locatio ad
modicum tempus,ita egregie dixit Bal.quem ſequuntur Fulg.
& Mod.in l.manumiſſionis,ff.de iu.& iu.arg.l.qui habebat,ff.
de lega.3.Secundam facio concluſionem negatiuam,quod nõ
poterit hodie vaſallus rem feudalem locare ad longum tem
pus ſine conſenſu domini : Quia talis locatio æquipollet alię
nationi,cum ex ea transferatur vtile dominium,iuxta notata
in l.1.§.fin.ff.ſi ager vect.uel emphy.pe. & ita tenent Barto.&
communiter ſcribentes in l. codicillis , §. inſtituto.reprobata
glo.ibi,ff.de leg.ſecundo.Imo.& Panor.in cap.ad audientiam
per illum textum.extra de rebus eccleſię non alienan.Anton.
& communiter cæteri ſcribentes in cap. nulli. eodem titulo,
Bal.& Saly.in l.fi.C.de reb.eccl.non alien.& alibi ſæpe Docto.
Et adeo iſta communis concluſio uera eſt , quod ẽt procedit,
quando in locatione ad longum tempus diceretur quod tot
eſſent locationes,quot anni,quia non eſſet cautela tuta,qua-
ſi dicta clauſula præſumatur in fraudem adiecta , ſecundum
Bald.in cap.1.ad finem principij,qui feu da.poſt cuius opinio.
confirmatur ex eo,quod no.Spe.& Io.An.ti.de dona.§.j. verſ.
quid ſi aliquis donat.& Bar.in l.Modeſtinus ad fi.ff. de donat.
& in l ſancimus.C.eod.tit.vbi dicunt non valere donationem
vltra quingentos aureos,& ſi dicatur , ꝙ tot ſint donationes,
quot ſummæ,diuidentur in ſummas paruas,ſimiliter ſi fiet lo
ca.ad tempus non longum cum pacto de renouando de tem
pore in tempus,non valet talis cautela,quia iſtud non differt
ab alienatione,ſecundum Lapum,allegatione 12.quæ inc.diſ
putat hic,& Car.in cle.j.§.fi.in vi.q.de reb.eccl.non alie.& An
ge.conſ.clxxxj.inc.ex forma & ſerie,ad finem,vbi eleganter lo
quitur de iſto modo contrahendi,qui eſt nouus & in iure non
examinatus,ſecundum eum.& ita Alex.in conſi.68.inci.viſis
duobus elegantiſſimis cõſilijs, in primo vol.& has duas caute
las reprobat etiam Fel.in c.quæ in eccleſiarum,in xxxj.colum
na extra de conſt.Eſt verum quod ad prædictam communem
concluſionem datur vna mirabilis limitatio. de qua ego ſem
per plurimum dubitaui,ꝙ licet ſit prohibita locatio ad longũ
ſeu longiſſimum tempus,fallit quando in tali locatione eſſet
dictum,quod vtile dominium non transferatur in conducto
rem,quia tunc ceſſabat prohibitio . Ita tenet Bald. & Imo. in
d.l.codicillis,§.inſtituto,ff.de leg.2.& in ca. ad audientiam, de
reb.eccle.non al.idem Bald.ĩ d.c.quæ in eccleſiarum, extra de
conſt.vbi etiam Fel. in prælleg.col.xxxj.tranſit cum iſta limi-
tatione.Ego vt prædixi,ſemper dubitaui.& dubito de iſta limi
tatione,qa uidetur mihi quod hoc modo ſit aperire uiã frau-
dibus,vt uaſalli alienent ad longiſſimum tempus , cum dicto
pacto,quod eſt contra mentem tex.in d.c.Imperialem,§. Cal
lidis,& ideo qua ratione ſunt reprobatæ aliæ cautelæ , de qb.
ſupra,ita etiam poteſt iſta reprobari,prout ipſemet Bal.repro
bet eam,tanquam fraudulentam,in d.c.Imperialem, in 3.co-
lum.tamen in iudicando durum eſſet diſcedere ab opin. tot il
luſtrium Doctorum , maxime cum tractemus de excuſando
vaſal.a pœna priuationis. Nam dato quod opiniones Docto.
uariæ eſſent,tamen iuſta dubitatio , ſiue iuſta cauſa haberet
uaſalllum a pœna excuſare,ut late per Alc.ĩ conſi.cxjx. inc.ti
tulus quæſtionis,ĩ 4.colum.in 2.uolum.dicitur enĩ probabilis
error iuris,quando ius eſt obſcurum,ut traditur ĩ l cum prola
tis.ff.de re iudica.ĩ l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerbor. obl.

per

per Fely late in cap. de quarta,in octaua colum. extra de reſc.

93 Quarto principaliter quæro,†nunquid feudum poſſit dari in dotem ſine conſenſu domini. In hoc videtur tex.variare.nam tex.in cap.j.§.donare,qualiter olim feudum pot.alienari, abſolure videtur velle quod in tex.ibi,nec in dotem dare. In cõtrarium facit tex.in c.primo de inueſti. quam Titius accepit a Sempronio,& in c.j.de eo,qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis & fœminis.In quibus iuribus præſupponitur,quod mulier habens feudum,poſſit ipſum in dotem dare. Circa ſolutionem horum contrariorum Doctores varie ſenſerunt, quidam eñ ſenſerunt,quod textus in §.donare, loquitur in patre, cuius erat feudum:qui non poteſt illud dare in dotem pro filia,tanquam tunc cenſeatur alienatio.Iſtam opin.tenuit glo. in d.c. j.§.donare.& ibi Iac.de Bel.Nic.de Neap.& Bal. Contraria vero loquuutur, quando filia, per ſe habet feudum: quia pro ſeipſa poteſt dare in dotem, dummodo non det æſtimatum, nec faciat pactum de lucrando.Iſta diſtinctio videtur optime concordare dicta iura,quæ proprie in iſtis terminis loquũtur. Contrariam tamen opinionem, quod etiam pater poſſit pro filia feudum in dotem dare,tenuit Iaco. Ardi. in ſumma ſua; in titu.qui. mo.feu.ami.ſub rubricella,in dotem pro filia, &c. vbi dicit,quod pater poteſt feudum in dotem pro filia dare,ſi non habet aliunde,vnde ipſam dotare poſſit. & hoc probat ꝑ multa iura,quæ ibi allegat.Alia fuit opi. diſtinguens Io. Ray: in ſuo commento dicti cap.Imperialem,circa octauam & nonam col.vbi diſtinguit,ꝙ aut vaſallus dat feu. inæſtimatum ꝓ filia maritanda,& tunc poteſt hoc facere,nec tenetur ſoluere laudemium:Aut dat feudum æſtimatum tali æſtimatione, q̃ facit emptionem, & tunc debet requirere conſenſum domini,& ſoluere laudemium,vt ibi latius per eum.Repetio tamẽ quod Iac. Alua.in præallegato.§.donare,facit duas concluſiones inhærendo primæ diſtinctioni ſupra relatæ: Prima eſt, ꝙ pater non poſſit aliquo modo dare feud. in dotem pro filia, quia ita vult tex.clare in d.§.donare.Item per rationem, quia ſi non poteſt alienare etiam pro neceſſitate famis, vt probat tex.ibi,in §.donare,& infra latius dicetur, pro qua tamen neceſſitate licebat patri filium vendere.l.1.& 2.C. de patribus,q filios diſtraxerunt multo minus debet poſſe alienare ex cauſa dotis.& pro hac opi.dicit facere authoritatem Io.An.ti.de lo. §.fi.ver.cix.& quod dixit in c.nuper.extra de don.inter virum & vxorem,& ſubijcit,quod etiam in hac opi.videtur eſſe Specu.in ti.de feu.ver.33.in fi.Secundam facit concluſionẽ, quod mulier habens feu.poteſt illud dare in dotem,dummodo nõ det æſtimatum,nec aliquod pactum de lucrando apponat, ꝓ ut tenuit Iac.Ard.in d.ti.qb.mod.feud.ami.ſub rubricella, mulier habens feudum,&c vbi ad hoc adducit multa iura Cuius opi.ſequuntur etiam And.de Iſer.& Bal.in d.§.donare, & iſtã opin.comprobat ibi Aluaro.primo per tex.in dicto cap. de inueſtitura,quam Titius accepit a Sempronio,& in d colum. r: de eo,qui ſibi & hæredib.ſuis maſculis & fœminis. Adducit ẽt rationem,quia cum talis alienatio ſit ſincera & ſine fraude facta, & dominium vtile feudale quodam iure naturali remaneat apud eum,vt in l.in reb. C.de iure do. neque ipſum feudum abdicauit a ſe, imo vſufructu vtitur ad ſuſtentationem ſuam,iuxta l.vbi adhuc C.de iure do.videtur hoc ſatis iuri cõſonum.Quod ſecus eſt in patre dotante pro filia, vbi feudum ſuum abdicat a ſe,& ſubijcit quod iſta opin.videtur ſibi æqua, ne mulier ſeipſam dotando,ita de facili feudo ſuo priuetur,p̃ſertim cum dominus ipſe non ſit paſſurus aliquod damnum ex hoc,& ſubijcit facere quod habetur in ca.j.an maritus ſuccedat vxori,& quod no.glo.3.in c.j.de contro.inter dominum & emptorem.Subijcit tamen poſtremo ſe conſulere, vt mulieres volentes ſe dotare de feudo,prius notificẽt dominis ſuis ad hoc, vt ne inuoluantur iſtis opinionibus:cum etiam rationes & authoritates vrgentes ſint contra eas, vt patet in locis ſ.allegatis,& per gl.in c.i.§.præterea.de capitulis Corra.Iacob. enim de Bel.vt ſupra dictum eſt in dicto ca. j.de inueſt.quam Titius accepit a Sempronio, tenuit indiſtincte, quod mulier etiam pro ſe non poſſit dare in dotem ſine conſenſu domini. Ego autem ĩ tanta varietate Doctorum puto aduertendum eſſe,quod data paritate terminorum, non eſt in effectu differentia,an pater det dotem ꝓ filia, an vero filia ſeipſam dotet. Nam ſi bene conſiderentur ea,quæ ſupra dicta fuerunt,communis eſt concluſio,quod ita demum filia poteſt ſeipſam dotare de feudo ſine conſenſu do.quando dat feu. in dotem inæſtimatam,& non apponit pactum de lucrando,quia tunc feudum dicĩ penes ipſam remanere, quæ cum ſit effecta capax feudi conueniens eſt,vt etiam poſſit de eo ſe iuuare dando in dotem inæſtimatam.Sed concurrente iſta qualitate & modificatione,ego dico,quod pater etiam poterit dare feudum ĩ dotem pro filia,dummodo det in dotem inęſtimatam,& ſolum habeat,donec vaſallus viuit. Iſtud eſt,quod in terminis dixerunt Domini de Rota in ſua concluſione,cxcix.inc.pater poteſt dare feu.alias incipit,item quod pater.vbi dicunt, quod ſi vaſallus ſine licentia domini det feudum in dotem pro filia, talis datio non durabit, niſi ad vitam ipſius vaſalli allegãt notata in ca.nuper,extra de donatio. inter virum & vxorem, & ſic volunt,quod pater pro filia poſſit feudum in dotem dare: quæ datio durabit in vitam ipſius dantis. Iſtam opin.tenuerũt Innocen.& omnes in d.c.nuper per illum text.de donatio.inter virum & vxorem,Io.And. Anto.& omnes ſcribentes in d. c.quæ in eccleſiarum.ſuper glo.in verbo,feudum,de conſtitu. Glo.Hoſtien.& Io.And.in c.2.extra de feu.Spe.tit.de feudis,§. 2.ver.18.Cy.in l.voluntas.C.de fideicom.facit quod no. Sal.in l.fi.C.de rebus eccle.non alien. & ita in iſtis terminis quoq; tenuit Fel.in d.c.quæ in eccleſiarum.in 30. col.de conſt. Et ſic,ſi bene conſideremus data paritate terminorum, non eſt differentia an pater det dotem pro filia, an vero filia ſe ipſam dotet.Et ideo dixit Bald.in c.j.in princ.an maritus ſuccedat vxori in beneficio,quod fœmina habens feudum fœmineum, non poteſt illud dare in dotem alteri mulieri, ſed pro ſeipſa bene poteſt dare in dotem,quia non eſt ex toto alienatum, quod in dote propria retinetur, poteſt etiam dare modo prædicto ſecundum eum.Et idem dixit Ludo.Ro.conſi.cccclvij.inc.omnipotentis,circa prin.& ſecundum prædicta intelligendum eſt dictum Ioan.An.titulo,de loc.§.nunc aliqua.ver.18.vt ꝑ Imolã in d.c.4.colum.extra de ſeu.mortuo ergo vaſallo, vel muliere feudataria,reuertitur feudum ad eum, ad quem ex forma ĩueſtituræ reuerti debet,nõ autem remanebit apud maritum, ſecundum prædictos Doctores ſentientes iſtud eſſe ſpeciale fauore dotis,prout etiam dixit Felyn.in d.c.quæ in eccleſiarum, in 30.column.

94 Ex præmiſſis remanet illa quinta dubitatio,†an maritus poſſit conſtituere donationem propter nuptias vxoris *ſuæ* in feudo.Nam breuiter concludendo, dico, quod in caſibus,in quibus poteſt conſtitui dos,poteſt etiam conſtitui donatio ꝓpter nuptias,cum in ipſis æqualitas ſit ſeruanda,argumẽto authẽticæ,dos data.C.de dona.ante nup.& authen.æqualitas, C.de pact.conuen.ſuper dote.& ita voluit Bald.cum quo tranſeunt communiter cæteri,in d.cap.§.donare.qualiter olim feud.po. aliena.

95 Sexto principaliter quæro, †an vaſallus poſſit pignorare ſeu hypothecare ſine conſenſu domini. Huic quæſtioni breuiter reſpondeo,quod non,quia tex.eſt clarus in dicto capitu.imperialem.in principio,in verbo,vel pignorare, de prohibita feudi alie per Fede.

Ad iſtud tamen do quatuor notabiles limitationes: Prima eſt,vt procedat,quãdo ſubſecuta fuit traditio quia ſola pignoratio ſine traditione non facit vaſallum incidere in pœnam priuationis,ita ſignanter dixit Bal.in c.1.§.aut ſi libellario, in fin.qui. mo.feu.amit.& in l.2.in prin.C.communia de leg.mouetur per l.alienum,ff.de verborum ſignifica. vbi ſit differẽtia inter venditum & alienatum,quia alienatum, non dicitur illud,quod adhuc in dominio venditoris remãſit,prout eſt,quãdo non eſt ſecuta traditio,licet tunc dicatur venditum. Iſta limitatio perpetuo notanda eſt,quia iudicio meo eſt ſingularis Nam prima facie contrarium dicendum videbatur,eo, quod hypotheca nudo conſenſu cõtrahitur,& perficitur.§.item Seruiana.Inſt.de actio.& ideo tanquam pignoratio eſſet perfecta videbatur obtinere deciſio tex.in d.c.imperialem.in prin.Aliã limitationem ponit Bal.in d.l.1.in princip.C.communia de legat.vt regula prædicta non procedat,quando vaſallus obligaret feudum pro neceſſitatibus ex cauſa feudi incumbentibus, & pro ſeruitijs domini, allegat in argumentum. l.cum fidei, ibi,ſed neceſſitas alienandi ex cauſa neceſſitatis pendeat,ff.de fideicom.liber. Confirmo hanc limitationem, quia prohibitio alienationis feudi fundata eſt in fauorem domini, ut probat text.in dicto c.imperialem.in prin.de prohib.feu.alie. per Fed.Ergo in eius odium non eſt retorquenda,vulgata l. quod fauore,C.de legib.Tertiam limitationem ponit Ioan. Fab.in §.item Seruiana,in 14.colum.Inſt.de actio.dicens, quod licet feudum non poſſit pignorari, tamen fructus & commoditas bene poſſunt pignorari.Motus per id,quod in ſimili dixit Specu.ti.de pign.§.1.circa finem.vbi dicit, quod licet decima tanquam res ſpiritualis non poſſit pignorari,tamen fructus,& cõmoditas bene poſſunt pignorari:Bene facit, quod in ſimili dixit Bar.de vſufructu,in l.ſi is qui.§.an vſusfructus, ff.de pigno. vbi dicit Bar. quod licet vſusfructus nec vẽdi,nec obligari poſſit,tamen eius cõmoditas & vendi & obligari p̃t. Quarto fallit regula prædicta,qñ vaſallus pignoraret domino ſuo, quia tunc videtur dominus conſentire.ita Saly. in d.c.imperialem, in prin.& ibi Alua.in v.col.de ꝓhib.ſeu.alien.per Feder.& eſt tex.in c.j.vbi notant cõmuniter Canoniſtæ,ext.de ſeu. & hoc caſu dominus lucrabiĩ fructus: licet alius creditor tenetur in ſortem imputare,vt no.communiter Canoniſtæ.in d.c primo extra de ſeu.& in c.conqueſtus,extra de vſuris. per Aluaro.in c.j.primo de ſeu.dato in uicem legis commiſ. Quid autem eſſet,ſi uaſallus haberet plures dominos,& uni pignoraſſet ſine

volunta

voluntate aliorum, an valeret, ponit Aluaro poſt Bald. in d.c. imperialem. in prin. in v. colum. de prohi. feud. alien. per Feder. vbi diſtinguūt inter feudum diuiduum & indiuiduum, vt primo caſu valeat, ſecundo non pro parte aliorum dominorum argum. l. cum filius, in prin. ff. de leg. 2. & l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. Quando autem dicatur feudum diuiduum, vel indiuiduum, ſe referunt ad notata in c. j. de fratribus de nouo be
96 neficio inueſtitis. Septimo principaliter quæro, †an vaſal. poſſit tranſigere de feudo ſine conſenſu domini, quando eſt mota illi quæſtio? De hac materia tractat tex. in cap. ſi vaſallus de ſuo feu. in ti. ſi de feu. fue. controue. & expreſſius in c. 1. in titu. de contro. feu. inter vaſallum & ali. de benefi. vbi videtur velle tex. quod vaſallus poſſit trāſigere, dummodo ſyncere & bona fide tranſigat, & ita ſimpliciter dicebat Ioan. Rayn. in commento cap. imperialem, §. habito, circa 17. colum. de prohib. feu. alie. per Fede. ſubiungens, quod quando vaſallus tranſigit retinendo feu. non debetur aliquod laudemium domino, ſecus ſi vaſallus pro tranſactione transfert feu. ī alium, quia tūc ſoluendum eſſet laudemium. Iaco. tamen Aluaro. in d. c. ſi vaſallus de ſuo feudo, ſi de feu. fue. contro. refert varias opin. ſcribētium in hac difficultate. Quidam enim ſecundum eum, dixerunt, quod vaſallus poteſt trāſigere ad ſui præiudicium, nō autem domini. Alij ſecundum eum, diſtinguebant, quod aut vaſallus denunciauit do. aut non. Alij vero aliter dicebant, qđ aut dominus poſt tranſactionem vult eam infringere ex perſona ſua, & tunc poterit hoc facere, aut vero vult venire ex perſona vaſalli, & tunc non admittetur. Fuit etiam opin. aliorum qui dicebant, quod aut vaſallus tranſigit retinendo feud. & dando aliquid aduerſario, & tunc valeat tranſactio, tanquam licitum ſit vaſ. redimere vexationem ſuam, iuxta illud, redimite tempora veſtra, & vexationes, qa dies mali ſunt cap. dilectus. extra de Simonia. Aut vero vaſallus tranſigit transferēdo feudum in alium, & tunc non poteſt hoc facere ſine licentia domini, qa eſſet alienatio, l. non ſolum. C. de prædijs minorum. Et in iſtam vltimam diſt. in effectu inclinat Bald. in d. c. j. de cō trouer. feudi inter vaſal. & alium de beneficio. Et in hanc ſententiam inclinat etiam communis mens Doctor. in locis præallega. & in d. c. imperialem, in prin. de proh. feu. alie. per Fede. & ſic ex mente Moder. poſt Bal. in locis prealle. faciendæ ſunt tres concluſiones. Prima eſt, quod vaſal. poteſt tranſigere cum aduerſario, dummodo vaſallus retineat feudum. Secunda cō cluſio eſt, quod vaſ. ſine licentia do. tranſigendo poteſt dimittere feu. apud poſſeſſorem, quia hoc caſu non dicitur alienare. l. ſi pro fundo. C. de tranſ. Tertia concluſio eſt, quod vaſallus ſine licentia dñi non poteſt tranſigere transferendo feudum in alium. Mihi autem videtur, quod ſecunda concluſio ſupra facta confundatur ex dicto Bar. communiter approbato in l. nulli. ff. de tranſ. vult Bar. quod prælati eccleſiarum, quibus eſt prohibitum alienare, & per conſequens tranſigere, non pōt ex cauſa tranſactionis dimittere rem penes aduerſarium, licet ab eo poſſideretur res, quia ſecundum eum, illa eſt etiam alienatio, quæ non poteſt fieri ſine debitis ſolennitatib. Atque iō ego multum dubito de hac ſecunda concluſione, retentis tamen præmiſſis concluſionib. illud ſemper ante oculos habendum eſt quod ad hoc vt valeat tranſactio facta per vaſallum ſine conſenſu do. requiritur vt ſit facta ſyncere & bona fide, vt dicunt tex. & ſcribentes in locis præallegatis. Præſumitur autē tranſactio facta bona fide, quando dubius erat euētus litis, & magna erat dubitatio contra vaſal. ſecus ſi de facili poterat li quidari. & decidi in fauorem vaſalli, argumen. l. in ſumma, in principio. ff. de cond. indeb. & ita declarat Bald. in dicto capi. imperialem, in principio, circa x. colum. de prohi. feud. alien. per Federicum.
97 Nunquid autem †in caſibus, in quibus vaſ. poteſt tranſigere ſine conſenſu domini, præiudicabit tranſactio alijs agnatis. ponunt And. de Iſer. & Alu. in d. ca. ſi vaſal. de feudo, & ibi determinant, quod non. Quia vaſal. licet poſſit tranſigere in ſui præiudicium, non tamen aliorum cognatorum, iuxta not. in c. 1. de alie. feu. paterni. & ideo illud eſt verum, quod procedit, etiam ſi alij vaſalli notitiam habuiſſent de illa tranſactione, quia cum poſſit vaſallus etiam inuitis agnatis ad ſui ipſius præiudicium tranſigere, non potuiſſent agnati contradicēdo tranſactionem impedire. Succedit vera concluſio, quod ſcientia cum taciturnitate non inducit conſenſum, iuxta glo. communiter approbatam in l. ſi Caius. ff. de pignorat. actiou. & eſt doctrina Bart. cum qua tranſeūt communiter ſcribentes, in l.
98 quæ dotis. ff. ſolu. matrimo. Octauo principaliter quæro, †nunquid vaſallus poſſit compromittere in arbitrum ſuper re feudali ſine licentia do. De hac materia tractat principaliter text. in c. j. §. ſi inter, de lege Corra. qui videtur aperte velle, ꝙ vaſallus ſine licentia poſſit compromittere in arbitros: Ad idem eſt tex. in c. primo au apud iudicem, vel dominum quæſtio feudi terminari debeat, & in c. j. de inueſt. in maritum facta. Eſt verum, quod An. de Iſer. in d. c. j. §. ſi inter arguit primo, quod vaſallus poſſit compromittere ſine licentia domini, quia datur illi facultas litigandi actiue vel paſſiue ſuper feu. c. primo de controuerſia inter vaſallum & alium de beneficio. Ergo debet illi eſſe licitum compromittere in arbitros, quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum. l. j. ff. de arbitr. poſtea dicit, ſed cum hodie omnis alienatio ſit ꝓhibita vaſallo, & omnis machinatio, ſeu circunuentio, per quæ poſſet deueniri ad alienationem dicto cap. j. imperialem. in princ. & in §. Callidis. de prohibita feu. alienatio. per Fede. certe videtur, quod ſit prohibitum vaſallo compromittere ſine licentia domini, quia per tale cō promiſſum iuncta ſententia arbitrorū, poſſet deueniri ad alienationem feud. Et ſic difficultas videtur ad hoc reduci, nunquid iura antiqua feudorum, quæ permittebant vaſallum poſſe in arbitros compromittere ſine conſenſu domini, ſint correcta per iura noua generaliter diſponentia, quod uaſalli non poſſint alienare ſine cōſenſu domini. Communis mens Feudiſtarum eſt, quod illa iura antiqua remaneant in hoc incorrecta. Ita tenuit glo. in d. c. imperialem, §. pen. de proh. feu. alien. per Fede. dum dixit, quod prædicta iura ſunt potius diuerſa, quam aduerſa, quaſi dicat, quod loquātur in diuerſis caſib. vt ibi no. in princ. glo. primæ. & ita expreſſe concludit Aluarot. in d. ca. j. §. ſi inter. in 3. colum. de lege Corradi, vbi refert hanc opin. habuiſſe Pileum in ſumma, & Iac. Colum. in tit. apud quem, vel quos cauſa feudi terminari debeat. Iacob. de Bel. & Nicol. de Neapo. in locis præallegatis, & præſertim in titu. de inueſtitura in maritum facta. vbi etiam hoc idem ſenſit Bald. idem ſenſit Iac. Ardi. in ſumma de contentio. feu. ſub rubr. ſi contentio eſt inter vaſallos. Hoc idem ſentiunt communiter omnes ſcribē tes in materia iuriſdictionis feudalis, dū in ſuis diſtinctionibus volentes declarare, quis ſit iudex in cauſa feudi, addunt iſtud membrum, quod cauſa feudi determinatur etiam apud arbitros, iuxta ea, quæ dicuntur in d. c. 1. §. ſi inter. de lege Corra. Ex quo vidētur inferre, quod etiam hodie habeat locum deciſio illius tex. cum ſimilibus. Et quod hoc ſit uerum, ſuadetur rō ne, ſecundum Alua. quia iſte talis arbiter a iure conſuetudinario fuit habitus & reputatus cognitor, & deciſor legitimus in caſu ſuo, & ita obſeruatur, ut dixit idem Pileus & Iac. Columbi. in loco præallegato, in dicta ſumma, idē ſenſit una gloſſella poſita in d. § ſi inter quæ dicit quicquid in hoc c. dicunt, obſeruatur, quicquid dictum ſit ſupra in l. præcedenti. Præterea dicit Aluaro. ſi ipſe vaſal. poteſt agere & conueniri occaſione ſui feu. coram iudice competenti, ut in d. cap. ſi vaſallus de ſuo feu. ſi de feu. fue. contr. & hoc non eſt correctū, non video quia re etiam corā arbitro non poſſit ſimiliter agere & conueniri in caſu d. § ſi inter. cum ſimilibus, cum talia arbitraria ſint redacta ad inſtar iudiciorum, vt ſupra dictum eſt. Iſtam opin. tenuit etiam Spec. ti. de arb. §. reſtat. uerſi. ſed nunquid uaſ. ubi expreſſe determinat, ꝙ uaſal. ad ſuum, non domini præiudiciū poteſt de re feudali compromittere, per text. in d. §. ſi inter. & arg. c. cum tempore, extra de arb. c. dilectus. extra quod metus cauſa. ca. cum dilecta. §. quia uero. §. cum ſini. extra de confir. uel inuti. Subijcit tamen Spe. quod do. bene poſſet prohibere ſi uellet, argu. l. prima, ff. ſi quis ius dicen. non obtem. & ita trāſit Alua. in d. §. ſi inter. remittens ſe, an & quando tale iudiciū factum coram arbitrio per uaſal. præiudicet do. ad ea quæ ipſemet Aluaro. latius no. in d. c. ſi uaſal. de ſuo feu. ſi de feu. fue. cō tro. Ego addo, quod dictum Specula. ſupra relatum ti. de arbi. §. reſtat. uerſi. ſed nunquid uaſal. refert & ſequtur Lud. Roma. in l. 1. §. & poſt operis, in fi. ff. de ope. no. nun. & in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. j. ff. de iureiuran. Confirmo etiam hāc opi. ex eo, quod alibi dixit Bal. in l. fi. §. C. communia de le. ubi determinat, quod etiam emphyteuta poteſt de re emphyteuti ca compromittere in arbitrum ſine conſenſu do. motus, quia compromittendo non dicitur alienare, etiam poſito, quod arbiter adiudicet rem emphyteuticam aduerſario: Quia ſecundum eum, per ſententiam arbitri non transfertur dominium. c. Rayn. extra de teſta. ad quem tex. ſe remittit Bal. in l. traditionibus, ad fin. C. de pac. Reperio tamen, quod licet Doct. Feudiſtæ ſupra allegati ſic ſimpliciter teneant, uaſal. poſſe de re feudali compromittere in arbitrium ſine conſenſu dom. tamen Hoſt. An. Imo. & Panor. in d. cap. cum tempore. extra de arb. tenent contrarium per regulam illius text. Quia qui non poteſt alienare, uel de re libere diſponere, nō poteſt etiam facere cō promiſſum. Cum ergo uaſallus non poſſit alienare ſine cōſenſu domini. d. c. Imperialem. in prin. Ergo etiam non poterit cō promittere iſtud etiam procedit in emphyteuta ſecūdum canoniſtas præallegatos ī d. cap. cum tempore. Nec eſt uerum fundamentum Bal. quod per ſñiam arbitri non perdatur dominium, quia de facili poteſt contrarium teneri, quod Imo ſicut per ſententiam iudicis transfertur dominium, iuxta not. per glo. & Doct. in l. ex hoc iure, ff. de iuſ. & iute. & ī l. Pomponius, §. ſi iuſſu. ff. de acq. poſſeſſio. Ita ēt transfertur per ſñiam arbitri, quod hodie arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorū. l. j. ff. de arb. & maxime cum hodie ex ſñia arbitri oriat̄ actio

ſicut

ſicut ex ſententia iudicis ſecundum diſtinctionem.l.cum antea.C.de arb.Nec obſtat tex.in d.c.Ray.quia nihil probat, ſed tantum dicit, quod per ſententiam arbitri non poteſt prohiberi translatio dominij,prout etiam declarat Barto.in l ſiliuſ ſami.§.di i,in pen.colum.in fi.ff.de leg.i.qui dicit, quod ideo per ſententiam arbitri non poteſt impediri translatio dominij,quia arbitrium ſumit vires ex pacto:ideoq; non debet plus operari,quam ipſum pactum.Ita etiam reperio tenere Mod. in l.fi.in 9.q.C.de iure emphy.vbi abſolute concludunt,quod nec vaſallus,nec emphy.poſſit in arbitrum compromittere ſine conſenſu domini,licet non referant,nec aliquam mentionem faciant de glo.& Doct.Feudiſtis contrarium tenentibus, iuxta ea,quæ ſupra eo pioſe deducta fuerunt, & ideo deciſio huius quæſt.redditur multum dubia & periculoſa ex præmiſſis,retenta tamen prima opin.quod vaſallus poſſit in arbitrū compromittere.

99 Succedit alia dubitatio, †nunquid eodem modo poſſit vaſallus compromittere ī arbitratorem. Alua.in dicto §.ſi inter in 3.& 4.colum.breuiter concludit,quod non.Motus,quia in materia feudali ſunt deputatæ certæ perſonæ, quæ habeant cognoſcere de feu.inter quas non eſt numeratus arbitrator, ſed ſolum arbiter,merito non debet poſſe vaſallus vti iudicio vel determinatione alterius perſonæ,quam illius,cui ſit tradita ab iſto iure conſuetudinario.l.conſtitutionibus. in fi. ff.ad municip.c.j.& 2.de feu.cognit.& faciendo contrarium, videt venire contra iuſtitiam,vnde,quia non obtemperat iuri & cōſuetudinibus,merito feudum perdere debet.cap.primo, §.itē qui domino.quæ fue.prima cauſa benefi.amit. Ego autem in contrarium moueo ſtringentem difficultatem,nam ſolemus dicere,quod arbitramentum eſt quædam tranſactio, authen. ſi vero contigerit.C.de iud.ſed ſic eſt,quod valet tranſactio facta per vaſal.ſine conſenſu do.dummodo ſit ſyncere & bona fide facta,iuxta ea,quæ copioſe diximus ſupra in 7. principali quæſt.Ergo etiam deberet valere compromiſſum factum in arbitratorem, dummodo ſyncere & bona fide factum eſſet: Quia coram arbitratore non fit iudicium, ſed ad eius arbitramentum tranſfigitur,vt ſupra.dictum eſt,& hoc modo poteſt euitari fundamentum Aluar.ſupra.relatum. Pro reſolutione huius difficultatis aduertendum eſt,quod illud,quod ſupra diximus,vaſallum non poſſe compromittere in arbitratorem, debet ſane intelligi,quod vaſallus per ſimplex compromiſſū factum in arbitratorem ſine licentia dom.non amitteret feu. ſed ita demum illud amitteret,quando per ſentētiam arbitratorum transferreretur poſſeſſio feudi in aliū. & hoc eſt de mēte Andr.de Iſern.in dicto cap.j.§.ſi inter.de lege Corradi,prout ibi refert Aluarot.in vlt.colum. Et ideo ego puto,quod in caſibus,in quibus Doctor.concludunt valere tranſactionem factam per vaſallum ſine conſenſu domini,iuxta ea, quæ ſupra diximus in ſeptima quæſt principa.in eiſdem etiam caſib. valeat compromiſſum in arbitratorem, cum ſit quædam trāſactio.d.auth.ſi vero contigerit. C.de iu.

100 Decimo principaliter quæro,†an vaſallus litigans,poſſit deferre iuramentum aduerſario ſuper re feudali ſine conſenſu domini.Iſtam dubitationem apud Feudiſtas expreſſam in ſpecie non reperio,ſed eam tangit Gui.de Cug.in l.iuſiurandum ex conuentione,§.primo,ff.de iureiurā. vbi determinat,quod nec vaſallus,nec emphyteuta poſſit ſine conſenſu domini iuramentum aduerſario deferre.Mouetur per regu. illius tex.q̄ qui non poteſt alienare,vel nō habet liberam adminiſtrationem rei,non poteſt iuramentum deferre. Sed emphyteuta & uaſal.ſunt eiuſmodi.Ergo,&c.Eſt verum,quod Ludou. Rom. ibi reprehendit hanc opin.Guil.de Cu.motus, quia iuramentum & tranſactio æquiparantur.l.ſecunda,ff.de iureiuran. ſed vaſal.poteſt tranſigere ſine conſenſu domini, vt late diximus ſupra in 8.q.prin.Ergo eodem modo poterit iuramentum deferre.Mouetur & per dictum Spec.ti.de arbi.§.reſtat. verſicul. ſed nunquid vaſallus vbi vult, quod vaſallus poterit de feudo facere compromiſſum,quod dictum retulimus ſupra,in dict. ſeptima.quæſt.Ego puto veritatem huius dubitationis pendere ex his,quæ dicta fuerunt in ſeptima,quæſt.& duabus ſequē. Si enim vaſallus vellet deferre iuramētum aduerſario,vt hoc modo poſſeſſio feudi in aduerſarium trāsferreretur, credo qđ non poſſet,quia nec etiam valeret tranſactio.& ideo ſecundū terminos diſtinctionis ſupra traditæ in ſeptima, quæſt. poſſet aliquando tolerari,quod valeret talis delatio iuramenti,dum modo tamen ex ea non poſſet ſequi translatio feu.in aduerſarium,quia tunc,cum non valeret tranſactio, multo minus valeret iuramentum.

101 Vndecimo quæro,†an vaſallus poſſet permutare feud.ſine conſenſu domini.Iſtam dubitationem tetigit Aluarot.in d.c. imperialem,in princip.in vlt.colum. de prohibita feu. aliena. per Fede.& ibi determinat,quod non,poſt Iacob.Ard. ibi,per eum relatum,& Spec.ti.de feud.§.quoniam.verſiculo, 32.quē admodum dicit Aluarot.ibi, non poteſt etiam vaſallus dare feudum in compenſationem, vel inſolutum, vt ibi per eum. Sed ego in contrarium moneo difficultatem de l. ſed & permutare,cum aucto.ibi poſita.C.de ſacroſanct eccle.vbi res eccleſiæ,quæ non poteſt alienari ſine debitis ſolennitatibus, poteſt tamen permutari. Ergo idem videtur dicendum in vaſallo. Niſi ſuſtinendo primam opinionem dixerimus,ideo in vaſallo iſtud non permitti, quia p talem permutationem non poteſt dominus priuari ſuo directo dominio ſine facto ſuo, iuxta l.id quod noſtrum.ff.de regu.iu.quæ ratio ceſſat in re eccleſiæ,quia vbi fit permutatio de alia re æque bona,non fit deterior conditio eccleſiæ,ideo permittitur tunc permutatio. Qđ tamen quomodo procedat,remitto me ad ea, quæ latius notantur in d.l.ſed & permutare.cum auth. ibi poſita.

102 Duodecimo quæro,†an pignus iudiciale poſſit contrahi de feudo,vel in cauſam iudicati cap.ſine conſenſu domini.Iſtam etiam dubitationem tetigit Aluarot poſt Iacob.Ardi. ibi per eum relatum in dicto cap.imperialem.in princ.in penult.col. de prohibita feud. alie. per Feder. & ibi breuiter concludit,quod licet voluntarie,& ex conſenſu prædicta fieri non poſſint, tamen ex neceſſitate, ſi vaſal.aliud non habet,ex quo ſatisfieri poſſit creditori,prædicta fieri poterunt,argumen.ff.ſami.erciſ. l.alienationes,& l.cum putarem,& ff. de damno infect.l. cum poſtulaſſem,in fi.& illi ad quem ex dicta cauſa peruenerit feudum,poterit illud retinere,donec viuat vaſallus, argu.l.peto, § prædium.ff.de lega.ſecundo,& ff.de action.emp. l.fundus.& ita dicit determinate Iacob.Ardi.in ſumma,qui.mod.feudum amitta.ſub rubr an pignus iudiciale contrahi poſſit. Ad quod ſubijcit Aluarot. videndum eſſe, quod traditur per Bald.in l. etiam,C.de executione rei iudi.& per Bald in l.ſi finita, §.ſi de vectigalibus,vbi late tractant Alexand.& Moder.ff.de damn. infecto & in ſpecie de primo & ſecundo Decreto.§.reſtat. verſiculo,& idem in vaſallo. Eandem opinio. tenuit ibi Aluaro. In capitulo primo,§.quid ergo,de inueſtitura de re aliena. facta.& in capitulo primo §.fina. in concluſione 34. quæ fue.j. cau.ben.ami.& in c.ſi vaſal.de ſuo,in 3.oppoſitione,ſi de feu. fue.contro.

103 Decimotertio quæro,†quid ſi vaſal.alienauerit feu.ſine conſenſu domini,& poſtea recuperauerit, an euitet pœnā priuationis.De hoc habemus text.clarum decidentem, quod non, in capitulo primo quid iuris ſit, ſi vaſallus poſt alienationem factam recuperauerit vbi tex.& communiter ſcribētes firmāt hanc concluſionem, quod non obſtante tali recuperatione, feudum domino applicetur. Quæ concluſio eſt ſane intelligēda: Et inprimis limitanda,vt non procedat, quando vaſallus vendens,recuperaſſet rem vēditam antequam tradidiſſet poſſeſſionem ipſius feudi uenditi,quia tunc excuſaretur a pœna caducitatis.Ita limitat Aluarot.in dicto capitulo, primo in ſecunda columna,quid iuris ſit,ſi poſt alienationem factam uaſallus recuperauerit. Motus,quia ille text.ſecundum communiter Doctor.ibi,intelligitur de alienatione perfecta per traditionem,quia res videtur eſſe quodammodo integra ante traditionem,l.ab emptione.ff.de pact.& quia alienatio eſt actus, per quem dominium transfertur,l.prima de fundo dotali. Et hoc fit mediante traditione.l.traditionibus,C.de pactis,& nota,glo.in verbo,excogitare.in c.1.in fi.de prohi.feud. alienatione per Loth.

104 Sed circa præmiſſa cadit neceſſaria dubitatio, † an requiratur vera traditio,an uero ſufficiat ficta,puta, quia vaſallus cōſtituiſſet ſe emptoris nomine poſſidere.Pau.de Caſtro,ſignanter in l.prima,§.ſi rem, ff.depo. tenuit quod etiam per fictam traditionem uaſal.incidat in pœnam priuationis, & quod eā non euitat redimendo,niſi venditio fuiſſet ſimulata: Motus, quia quantum in ſe fuit,vaſal. alienauit ac tranſtulit poſſeſſionem & dominium. Et pro hac opinio. videtur facere quod nota in l.ab emptione,ff.de pactis,& in l.Iulian.§.ex vendito ff.de act.emp.Subijcit tamen Aluaro.in dicto capitulo primo quid iuris ſit,ſi uaſal.poſt alienationem factam feudum recuperauerit,quod ipſe non admitteret hanc opinionem iudicādo,tum quia videtur eſſe nimis dura & rigoroſa,iuxta ea,quę habentur in §.illud, quæ fue. prima cauſa,benefic.amit. tum quia iſta iura conſuetudinaria videntur habuiſſe reſpectum ſolum quando vaſal.per veram traditionem ſpoliauit ſe.probat tex.in d.cap.1.ibi,ad quemcunque peruenerit,& ī cap.1.§. præterea,de cap.Corrad.ī cap.1.ibi, exutus beneficijs, & cap. de prohibita feud.alien.per Lotha.& ī ea.1.§.de Callidis.ibi, transferam in alium, de prohibita feud. alienatio.per Feder. Item quia magis videtur deliquiſſe per veram traditionem, & realiter tradendo a ſe abdicādo,quam non tradendo realiter,iuxta not.per glo.ī d.l.1.§.ſi rem,ff.depoſit. Et pro iſta opi. adducit Aluaro.auctoritatem Specu.titu.de lo.§.nunc aliqua verſiculo.85. Ad quod etiam dicit facere not. in §. item Seruiana Inſt.de actionibus.& quod not.gloſſ.fin.in dicto.§. Callidis,& in d.c.primo,ſuper uerbo excogitata,de prohibita feudi alienatione per Lotha. Et ad hoc faciunt etiam,quæ dicentur

tur in ſequenti fallentia. Vide etiam omnino circa hoc, quæ ſcripta ſunt infra 10.q.

Secundo limitatur prædicta communis cõcluſio, vt non procedat quando vaſallus vendidiſſet, & tradidiſſet, ſed incontinenti recuperaſſet: Quia tunc euitaret pœnam caducitatis. Ita limitat Aluarot. in dicto capitulo primo, in tertia columna, quid iuris ſit, ſi poſt alienationem factam vaſallus recuperauerit. Vbi refert, ita tenuiſſe Iacob. Ardizo. argumen.l.qui poſſeſſionem.ff. vnde vi. & l. quenquam. ff. de re iudicat. quod verum intelligit Aluarotus, ſi reuocauit antequam illi eſſet mota quæſtio.argumen.l.manciplorum. ff. de optio. legata, & l. milites. §. de re milita. idem ſubijcit Aluarotus. in loco præallegato, ſenſiſſe Baldum. ibi ſuper rubrica dum dixit, quod non prodeſt pœnitentia, vbi culpa eſt executa. Secus ſi res eſt integra, vel incontinenti purgetur culpa.l.diuus.ff.de in integrum reſtitution. idem etiam refert ſenſiſſe Andre. de Iſern. ibi recitando opinion. & hoc per illum textum, dum dixit, poſtea recuperauerit, quod verbum (poſtea) ſignificare videtur interuallum, argum.ff.ex quibus cau. maio.l. ab hoſtibus, & in §. ſed qud ſimpliciter, & quidem non modicum, argument.l.ex hoc iure.§.ſi quis. ff.ex quibus cauſis maior. & l. prima.§.ſi rem.ff.depoſi.facit, quod no. in ſimili, in capitulo primo. Epiſcopum, vel Abbatem.& in capitul. primo.§.filia.de ſucceſſione feudi. & ſubdit Andre. de Iſern. quod intelligitur modicum, ſecundum quoſdam, antequam dominus conqueratur, & moueat quæſtionem: per ea, quæ dicta ſunt ſupra de milite vaſallo, qui arma bellica depoſuit, in capitul. primo. Et finaliter concludit ipſe, quod hæc opinio. ſatis æqua videtur, & maxime, ſi incõtinenti recuperet ita, vt illud incontinenti non poſſet dici poſtea: quia ea, quæ incontinenti fiunt, ineſſe videtur.l. lecta.verſicul. dicebam.ff. ſi certum petat. Durum tamen eſt, ſecundum ipſum, recedere a diſpoſitione textuum, qui contrariari videntur huic opinioni: ſed tamen pro æquitate huius opinionis ſubijcit Aluaro. vbi ſupra ſe ad ducere ea, quæ tranduntur in capitul. primo,§. ſed quia.quæ fuit prima cauſa benefi.amitten. Et in capit.ſi quis presbyterorum.extra de rebus eccleſ. non alien. & quod dixit Specul. in titu.de locat.§.nunc aliqua.verſi.xcvj.vbi in ſimili dicit ita fuiſſe obtentum.

105 Decimoquarto quæro, † vtrum vaſallus poſſit in re feudali cõſtituere ſeruitutem realem, ſine conſenſu dom. De hoc eſt tex.in capitulo primo.in §. quid ergo.de inueſtitura, de re aliena. facta. vbi notant communiter Feudiſtæ, & ibi traditur communis concluſio, quod vaſal. poſſit ad ſui ipſius præiudicium conſtituere talem ſeruitutem: ſed reſoluto iure ipſius vaſalli, & reuerſo feudo ad domi. nullum præiudicium affert domino talis conſtitutio: de quo etiam eſt glo. in capitulo primo,§.præterea in glo.magna.in princip.de capit.Corradi. Nam trita eſt regula, quod reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.l.lex vectigali.ff.de pign.capitulo primo. §.rurſus.de controuer. inueſtituræ. Ego tamen credo, quod hęc communis concluſio in diſputando eſſet periculoſa, per illud quod dicit text. in ſua generalitate: & per verba multum prægnantia & geminata.in capitu. imperialem, in principio, de prohibita feudi alienatione per Federic.Ex quo tex. tanquam iure nouiſſimo generaliter prohibetur omnis alienatio ſine conſenſu domini:Sed ſic eſt,quod vbi quis eſt prohibitus alienare, eſt etiam prohibitus conſtituere ſeruitutem.l.fin.C.de re. alien.non alienand.

Ergo iſti duo text. ſimul iuncti, ineuitabiliter probant, quod ſicut vaſallus non poteſt alienare feudum ſine conſenſu domini: ita etiam non poterit ſeruitutem imponere ſine domini conſenſu. Ideo poſſet probabiliter teneri, quod textus in dicto.§.quid ergo.quatenus huic concluſioni repugnet ſit correctus per text. in dicto.capitulo imperialem. in principio. maxime cum de mente illius text. conſtet, quod velit corrigere omnia iura antiqua, quæ quoquo modo permittebant vaſallum poſſe feudum alienare ſine conſenſu domini retenta tamen communi concluſione, de qua ſupra, quę ſaltem indubitabilis remanet, inquantum vult, quod talis conſtitutio non præiudicet domino, & quod reſoluto iure vaſalli extinguatur.

Notandum eſt ad quæſtionem, quæ alias fuit de facto in quodam vaſallo, qui pro certa pecunię quantitate ſibi tradita remiſit hominibus ſuis quoddam ſubſidium, quod ſibi ab eiſdem debebatur rationem feud. putâ de pręſtandis quibuſdam hominibus armatis: & poſtea euenit caſus, quod tale feudum ad dominum fuit reuerſum.

Nam ex prędicta communi concluſione infertur, quod dominus non tenebitur ſtare tali remiſſioni: cum reſoluto iure datoris, reſoluatur ius acceptoris: & ita expreſſe determinat Ioann.Rayn.in dicto capitulo imperialem. §. habito. de prohibit. feud.aliena. per Federic. vbi dicit ſe vidiſſe hanc q.de facto. Ad idem facit, quod notabiliter decidit Bald. poſt Cy.in l·fin.§.ſed quia noſtra Maieſtas. ad ſi.C. communia de le.vbi decidit, quod ſi vaſallus qui tenebat caſtrũ in feudum a quodam principe, alienauit quoſdam de hominib. ſuis, de hinc commiſit fœloniam, per quam feudum fuit domino apertum:decidit Bal.quod alienatio talis reſcinditur. motus regula prędicta, quod reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.Nam ſecundum eum, ille qui non habet dominium liberum, non poteſt libere transferre rem, ſed bene cum ſua qualitate.l. ſi quis domum.§.1.ff.locati. Et prædicta etiam cõfirmantur ex his, quę ſcribit Ang.in d.l.lex vectigali fundo.ff. de pig.Prędictam tamen communem cõcluſionem ſic vt ſupra declaratam limitabitis, vt procedat quando feudũ reuertitur ad dominum vt dominũ: ſecus ſi reuerteretur ad eum tanquam priuatum:Velutiquia vaſallus ipſi domino donaſſet feudum, vel eum hæredem inſtituiſſet. Nam tunc ſuccederet regula, quæ dicit quod ex qua perſona lucrũ ſentit, eius factum impugnare non debet.l.ex qua perſona.ff.de reg.iur. l.cum a matre.C.de rei vendi.ita determinat Ioan.Ray.in dicto capitulo imperialem.§. habito, in 4.charta, de prohi.feu. alien.per Fede.vbi refert ita determinaſſe Petrum de Bellap. in l.3.ff.de ſerui.tit.generali.& Petrum Iaco.in tit.de actio.in rem, quæ datur pro re, quę cecidit in cũmiſſum, in ver.item eſt notandum.

106 Decimo quinto quęro, † nunquid vaſallus ſine cõſenſu domini poſſit in re feu.alteri conſtituere vſum fruct. vel vſum inter viuos, vel in vltima voluntate.De hoc eſt glos.nota.in c.1.§.preterea.in glo.magna. in princ de capi. Cor. quæ tenet quod talis conſtitutio vſusfr.vel vſus, nõ valeat.Eandẽ opin. tenuit Alua.in d.c.imperialem.in prin.poſt Iaco. Ardizo. in ſumma,in ti.qui.mo.feu.amit.§.cum prædictum. verſi. nunquid poſſit & Io.Blanchi.de Marſilia, in ſumma ſua, in titu. quib.mod.feu.amit.verſi.nũquid poſſit vſumfr.& c.Eandem opi.ſecutus eſt Ioan.Ray.in d.§.habito, in 4.charta. motus, quia conſtituere vſumfructum, eſt alienare.d.l.fi.C.de reb.ecclesi.non alienandis.Ad idẽ inducit.l. ſed ſi pecunia.§. vſufr. ff.de reb.eorum.Item quia vſufructus eſt pars dominij.l.4.ff. de vſufr.Ergo ſicut vaſallus non poteſt alienare ſuum vtile dominium ſine conſenſu domini:ita etiam non poterit alienare vſumfructum, qui eſt pars dominij. Pro eadẽ opinione adducit tex.in d.c.imperialem. vbi inhibentur alienationes, & tranſlationes rerum feudalium, etiã quoad poſſeſſionem: & nos habemus quod vſu fructuarius dicitur poſſidere.l.3. §.vnde.vi.ff.de vi & vi arma.l.naturalem.in princ.ff.de acqui. poſ.Imo.ſubiungit Io.Ray.quod vaſallus ſine licentia domini non poſſet concedere annuos fructus, ſeu redditus in re feudali:quia talis conceſſio æquipollet conceſſioni vſufru.l. cum ita.ff.de vſufru.legato.l. Quintus.ff.de annuis leg. licet quandoq; conceſſio in annuum redditum differat a conceſſione vſufructus.l.fundi Trebatiani.ff.de vſufr. lega. Ego tamen multum dubio de hac communi concluſione Docto. ex his, quæ dicta fuerunt in præcedenti qõ.in qua retuli communem concluſionem Doct.eſſe, quod poſſit vaſallus conſtituere ſeruitutẽ prędialem ad ſui ipſius prejudicium ſine conſenſu domini: Itaq; nõ video quę poſſit eſſe ratio diuerſitatis inter ſeruitutem realem & perſonalẽ. Nam vtroque caſu debetur a re feudali, ſed primo caſu e re perſonæ inſtit de vſuf.in princ.& per diſcurſum: Secundo vero caſu debetur a re rei.l.qui in alie.§.fi.ff.de neg. Item prohibita alienatione omnis ſeruitus intelligitur prohibita. l.ſi.C. de re.alie. non alie.vbi æquiparat vſumfructum alijs ſeruitutibus. Aut ergo vtraq; debet eſſe ꝓhibita, aut vtraque permiſſa & ideo forte tutius eſt tenere, quod text. in d.§. quid ergo, ſit correctus per iura nouiſſima, vt ſtatim dixi. Aduertendũ eſt tamẽ, quod licet vaſallus non poſſit in rebus feudalib. concedere vſumfructum, vel vſum ſine conſenſu domini: tamen bene poſſet vendere fructu mrerum feudalium pro tempore, quo feudum remanet alienantur apud eum, vel ad certum tempus:quia iſta non dicitur alienatio feu. l.in edib.§. 1.ff.de dona.Ita dicit Iaco.Alua.in d.c. imperialem, in prin. & Io.Ray.in d.§.habito.bene fecit quod ſignanter dixit Bal. in c.1.circa fi.principij, de ſuc.feud. vbi dixt poſſe vaſallũ in ſuo teſtamento filium grauare, vt de vino, quod naſcetur in ſua vinea feudali, det ſingulis ãnis duas ſalmas in eleemoſynam, quia hoc modo non dicitur diſponere de re feudali, & non dicitur rem alienare ille, qui alienat fructus ſeparatos, alleg.d.l.in ędibus.§.1.ff.de do.

107 Decimoſexto quæro, † nunquid vaſallus propter aliquam neceſſitatem, præſertim famis, poſſit feudũ alienare ſine conſenſu domini:Iſtam dubitationem tetigit Bal. in c.1.inprin. qualiter olim feudum poterat alienari. Et ibi cõcludit, quod non, per illum tex.optime probantem: dum refert conſuetudinem antiquam, quæ permittebat quod vaſallus neceſſitate ſuadente, dño inſcio, vel inuito, poſſet feudi, partẽ vende-

re, retenta alia parte: quę conſuetudo vnà cū cæteris aliena-
tionem permittentib. reprobatur per iura noua, & præcipue
per tex. in d.c. imperialē. de prohi. feu. alie. per Fede. Et iſtam
opinionē Bal. ſequūtur Alua. & cōmuniter omnes ſcriben-
tes in d. cap. 1. §. Eandem opini. tenuit ipſemet Bal. in c. 1. §.
aut ſi libellario. qui. mod. feud. amit. Eſt verū, ꝙ contra hanc
communem concluſionem plura videntur obſtare, & in pri
mis: quia propter neceſſitatem famis licitū eſt patri vendere
filium. l. 1. C. de patrib. qui filios diſtr. Ergo multo magis lice-
bit vaſallo vendere feudū. Confirmatur hæc opinio ꝑ regu-
lam generalem, quæ vult ꝙ neceſſitas facit actum licitum, q
alias non liceret. l. qui potuerint. ff. de manu. teſt. & ideo dixit
Ang. in l. diuus. ff. pe. hæ. ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ nullus audeat
facere arengam, ſeu propoſitā de imponendo aliquam col-
lectam ſub tali pœna: & contingat ſuperuenire neceſſitatē,
vel propter cladem famis, vel guerræ, & aliquis faceret aren
gam de imponendo collectam propter talem neceſſitatem,
non caderet in pœnam ſtatuti: quia neceſſitas non eſt legib.
ſubiecta. c. 2. de obſer. ieiu. Sic etiam dixit text. elegans in l. tu
tor. qui repertorium. ff. de admin. tu. ꝙ ex cauſa neceſſitatis
poteſt tutor inuentario nō confecto adminiſtrare bona pu-
pilli, ꝙ alias ceſſāte neceſſitate facere nō poſſet. & per illum
tex. dicit Pa. in c. fi. in 2. col. verſ. omnia ꝓdicta. extra de eccl.
ædifi. ꝙ ſi immineret neceſſitas alienandi bona eccleſiæ ca-
thedralis, & exigit tantam celeritatem, ꝙ ſuperiorem cōſuli
non patiatur, poteſt Epiſcopus alienare, nō obſtante iuramē
to de non alienando, Romano pōtifice inconſulto. Et gene
raliter, ꝙ in caſu neceſſitatis poſſit diſcendi a regulis iuris cō
munis cumulat multa Fely. in c. querelam, in vlt. c. extra de
iureiur. Iſtas difficultates licet expreſſe non moueat: ſenſit ta-
men Baldus in d.c. 1. qualiter olim feudum poterat alienari.
& ibi pro ſolutione ſubdit, ꝙ vtile dominium vaſalli non eſt
francum, ſed obnoxium ſeruituti & ſeruitio domini: Etiam
fuit ſtatutum; ne vaſalli poſſint alienare feuda ſine licentia
dominorum, quia ꝑ tales alienationes diminuebantur feu.
c. 1. in verbo, attenuatas. de proh. feu. alie. per Lot. in d.c. impe
rialem, in princ. de ꝓhi. feu. alie per Fe. & ſic vult dicere Bal.
ꝙ allegata in contrariū loquūtur, quando ille, qui vult alie-
nare rem, habet ius integrum in ipſa re, & in ea nullum ha-
bet ſuperiorem. Sed quoniam huic ſolutioni multa ex prędi
ctis videntur reſtagari, poteſt clarius reſponderi, ꝙ feudum
fuit a prin. conceſſum illi hac tacita cōditione, ne alienetur
ſine conſenſu concedentis: quia traditioni rei ſuę poteſt tra-
dens apponere legem quā vult. l. legem. C. de pac. & ideo nō
attendimus neceſſitatem vaſalli ad hoc, vt detur illi facultas
alienandi contra conuenta, & in præiudiciū domini conce-
dentis: non nego tamen durum eſſe radicitus euacuare præ-
108 miſſas difficultates. Decimoſeptimo quæro, † an ſi vaſallus
alienet feudum ſine cōſenſu domini, ſed nulliter (puta quia
non ſeruata ſolemnitate legis vel ſtatuti neceſſaria in contra
ctu) incidat in pœnam priuationis. Iſtam dubitationem repe
rio in ſpecie tactam per Aluar. in c. 1. ad ſi. principij, quid iu-
ris ſit, ſi poſt alienationem factam vaſallus recuperauerit. Et
ibi breuiter concludit, ꝙ per talem alienationem nullam,
non incidat vaſallus in pœnam priuationis, motus ſolum
authoritate Bal. qui ita determinat, in l. 2. C. de Epi. audi. mo-
uetur Bal. quia verbum (venditiones) abſolute prolatum nō
cōprehendit venditionem, quæ nulla eſt ex defectu ſolemni-
tatis. l. 4. §. cōdemnatū. ff. de re iudi. facit. l. ex alienationis ver-
bo. ff. de verb. ſig. Ego addo pro hac opi. illud, ꝙ decidit Ang.
in conſil. clxvij. incip. ſuper puncto ſupra ſcripto. in antep. c.
vbi decidit Ang. ꝙ pœna priuationis, quæ imponitur alienā-
ti contra prohibitionem teſtatoris, non habet locum in alie
natione nulla. Fundamentum Ang. conſiſtit in hoc, quia ad
faciendum ꝙ aliquis incidat in pœnam, nō ſufficit de facto
fieri. l. ea quidem. C. ſi mancipium ita fuerit alienatum. l. con
tinuus. §. cū quis. ff. de ver. ob. Licet hęc opi. ſit colorata, ego
tamen multum dubito de veritate: Moueor in primis, quia
licet Doct. & iura videantur variare in hac difficultate, an &
quando ſufficiat de facto fieri, ad hoc vt pęna cōmittatur: ta
men magis communis videtur theorica Bar. in l. continuus.
in §. cum quis. ff. de ver. ob. vbi inter cætera vult, ꝙ quando
intereſt illius, in cuius fauorem eſt actus prohibitus, ne actus
etiam de facto fiat, quia ex tali contrauentione facti lęditur:
tunc pro tali actu licet nulliter & de facto celebrato, impo-
nitur pœna. Et iſtā opi. Bar. ſequuntur cōmuniter ſcribentes
ibi, eandem doctrinam poſuit idem Bar. vbi etiam ſequūtur
communiter ſcribentes in l. vbi pactum. in vlt. col. C. de tran
ſac. Sed ſic eſt in ꝓpoſito noſtro, ꝙ domini intereſt, ne vaſal
lus alienet feudum ſine conſenſu ſuo, etiā ſi alienatio ſit nul
la: quia ſi feudum ſit in alium tranſlatū licet nulliter, domi-
nus ſaltem priuatur poſſeſſione, & difficultatē habebit recu-
perandi. Ergo ex actu nullo patitur dominus læſionem, &
ſic ſuccedit theorica Bar. & communiter ſcribentium, ꝙ pœ
na impoſita facienti actum, habet locum etiam ꝙ actus ſit
nullus. Et per iſtam communem theoricā reperio conſuluiſ-
ſe Fran. Aret. in conſi. xviij. incip. viſa & diſcuſſa cōſulationē.
ꝙ ſi prohibitus alienare ex pręcepto teſtatoris alienet, licet
nulliter, puta quia non ſeruata ſolennitate ſtatuti, incidet tā
men in pœnam priuationis. Motus eo fundamento, quia in-
tereſt aliorum, quorū fauore erat prohibita alienatio ꝓ-
pter difficultatem recuperationis: & ſic Fran. de Are. cōſuluit
contra opinionem Ang. in conſi. pręallegato, licet de eo nō
faciat mentionem. Confirmo hanc opinionem ex eo, ꝙ ſi-
gnanter determinat Io. An. in c. Ioan. de cler. coniug. vbi vult
ꝙ clericus in minoribus contrahens matrimonium nulliter
puta, quia contraxit cum conſanguinea, priuatur beneficijs
perinde ac ſi legitime contraxiſſet. Confirmo etiam ex alio,
ꝙ dixit Io. An. poſt glo. ibi, in c. eo. tit. de cle. coniuga. vbi vo-
lunt conſtitutum in ſacris matrimonium contrahentem, &
ſic nulliter, ita beneficijs priuari ſicut legitime contrahentē:
ea ratione, ne ſit melioris conditionis, qui contraxit illicite,
quam qui licite. allegat in arg. dictum. c. cum qui. & c. nuper.
extra de biga. vbi clare deciditur, ꝙ in caſib. in quib. per ma
trimonium legitime contractum efficitur quis bigamus: ita
etiam efficitur per matrimonium nullum. Et ſic videtur, ꝙ
iſta ſecunda opinio ſit melior, melioribuſque authoritati-
109 bus & fundamentis ſuffulta. Decimooctauo quęro, † an ꝑ
ſtatutum poſſit permitti facultas vaſal. alienandi cōſenſū do
minorū? in hoc breuiter concludendum eſt, ꝙ aut loquitur
in feudis eccleſiaſticis: & tunc ſtatutum conditum a laicis de
fectu poteſtatis nihil operatur. c. quę in eccleſiarū. & c. eccle-
ſia ſanctę Marię. extra de conſtit. imo etiam legatus de latere
non poſſet hoc permittere in l. prohibere. §. plane. cū ibi no-
ta. per Bartol. ff. ꝙ ui aut clam. Si autē feuda non eſſent eccle
ſiaſtica. ſed ſecularia, ſtatutum laicorum poſſet permittere
facultatem alienandi ſine conſenſu domini, ita determinat
Iaco. Aluar. in c. 1. qualiter olim feu. pote. alie. & ibi limitat ꝓ
cedere, niſi tale ſtatutum fuiſſet factum fraudem ī alienatio-
nis. allegat tex. in c. imperialē. in prin. & in §. callidis. de prohi.
feu. ali. per Fede. Non eſt tamen omittendum vnum ſignabi-
le verbum, ꝙ circa tale ſtatutum poſuit Martin. Laud. in d.c.
§. donare, qualiter olim feudum poterat alienari. vbi ſignan-
ter dixit, ꝙ ſi ſtatutum ſimpliciter permittat alienationem ſi
ne conſenſu domini, operabitur tale ſtatutum, vt ſolum alie
natio valeat in pręiudicium domini: non autē in pręiudiciū
110 agnatorū. Decimo nono quęro, † nunquid valeat conſuetu
do, quę permittere, vt vaſalli poſſent feudū alienare ſine cō-
ſenſu dominorum. Videretur dicendum ꝙ nō, per text. in c.
imperialē. in prin. in ver. nullius temporis pręſcriptione ob-
ſtante, de prohi. feu. alie. per Federic. per q̃ uerba uidetur tolli
conſuetudo, ad cuius inductionem requiritur ſaltem pręſcri
ptio longi temporis. l. 1. & 2. cum rub. C. quę ſit lon. conſue.
Contrariam opi. tenuit Ioan. Ray. in commento. d.c. imperia
lem in § habito. circa xxiiij. colum. ubi determinat talē con
ſuetudinem ualere: & ibi reſpondet ad text. in d.c. imperialē
ponderatum, ut ſupra, ꝙ ibi tollitur ſimplex pręſcriptio, ſed
non tollitur compoſitum, id eſt, conſuetudo. nā ſecundum
eum, quando lex tollit ſimplex pactum per uerba genera-
lia (non obſtantibus quibuſcunque conuentionibus, & pa-
ctis) in tali ſermone generali non comprehenduntur pacta
ſentētiata per curſum temporis confirmata: nec etiam pacto
iuramento affirmata. allegat glo. no. in cle. dudum. alias inci
pit, ſupra cathedram. §. fi. de ſepul. no. in c. cum non deceat. de
electio. lib. 6. Ego autem aduertendū puto, ꝙ ueritas huius
dubitationis videtur dependere ab alia difficultate, q̃ ſolet
notari per Doc. nunquid reprobata conſuetudine, intelliga
tur reprobata non ſolum pręterita, ſed etiam futura. In qua
difficultate Bald. ſignanter in repetit. l. de quibus. in 2. col. ff.
de legi. dixit, ꝙ qñ lex derogat conſuetudini expreſſe non po
teſt ſine conſenſu principis noua cōſuetudo induci. Et idem
tenet Dominicus de ſancto Gemi. xi. q. 1. in ſumma. circa fin.
vbi allegat Ioan. An. in add. Spe. in tit. de inſtrumentorū edit.
§. compendioſe. verſic. ſed nunquid. Et ꝙ damnata conſuetu-
dine intelligatur etiam damnata futura conſuetudo, eſt glo.
pe. in cle. ſi vna, de rebus eccl. non alie. & ibi no. Pau. & Ioan.
de Ligna. & Card. in ſi. & Bal. in l. 2. in 2. oppoſitione. C. quę
ſit longa conſuet. Ant. in c. certificari. in 3. col. de ſepul. Imo.
poſt Ant. in c. ſi. in 7. col. de conſuet. & ibi Anto. in xij. charta,
idem Imo. in l. 3. ff. de teſta. Card. in clementi. ſtatuimus. in 2. op-
poſitione. & in clem. dudum. §. nos etenim. in 7. quæſt. de ſe-
10 Tertia principalis concluſio ſit in hac materia, †ꝙ quando vaſ.priuatur feu.ex alia cauſa, quam ex delicto vel iniuria cōcernente perſonam do.ſi feud.eſt antiquū.reuertitur ad agnatos,non autem ad do.Pro iſta concluſione eſt tex expreſſus in d.c.j.§ fina.in 2.reſp.quę fue.pri.cau.ben.ami.eſt etiam bonus tex.realiter intellectus in c.j.an ille, qui interfecit fratrem dñi ſui,& ita tenent An de Iſer.Nico.de Neapo.Bal.& omnes ſcribentes in locis pręallc refert & ſequitur Alu.in d.c.j.§. ſi in xj. concluſione, & iſta etiam per omnes eſt approbata concluſio.Sed circa hanc concluſionem cadit neceſſaria dubitatio, nunquid omnes agnati admittētur ad tale feudum? Sunt duo tex.qui mirabiliter probare videntur,ꝙ ad hoc,vt aliqui agnati admittantur ad tale feudum,neceſſe eſt vt ſint remoti a delinquente ſaltem quarto gradu ita videtur probare tex. ꝑ quē idem dicebat Iac.de Bel.in c.ſi vaſallus culpam, in ti.ſi de feu. fuerit contr.ad idem tex.in c.1.ſi vaſallus ſeu.priuetur, & ita ēt tenet Bal.in d.c.ſi vaſ.cul.dicens, ꝙ iſtud idem tenet & ſequit̄ Iacob.Ard.in ſumma,quib.mo.feu.ami ſub rubricella, quando feudum reuertitur ad agnatos ad quod adducitur c.in quibuſdam,extra de pœ.& quod dixit Specu.ti.de diſpen.§.iuxta, ver.eſt etiam.Contrariam opi.in hoc,ꝙ imo admittantur omnes agnati,etiam exiſtentes intra quartum gradum, tenuit Ia. Alua.in d.c 1.§.ſi.quæ fue.pri.cau.ben.ami. in xj.concluſione, vbi dicit ꝙ Ia.Ard non tenet illud,ad quod allegatur.Sed imo ſimpliciter dicit,ꝙ reuertitur ad agnatos,& in continenti non expectata morte delinquentis.Et reſpondet Alu.ad iura in cōtrararium allegata,vt intelligātur ꝙ habuerint reſpectum ad iura antiqua,ſecūdum quę agnati admittebant̄ vſq; ad quartum duntaxat gradum,ꝙ poſtea fuit vſurpatum vſq; ad ſeptimum gradum,vt in §.hoc quoq;.in ti.qui feu.dar. poſſ.& in §. hoc quoque.de ſuc.feu.ſed hodie extenſum eſt vſq; in infinitū vt no.gl.in c.ſi Capitanei.de feu.Marchię.& probatur in §.hoc quoque.qui feu.date poſſ.& in c.1.de natura ſucceſſionis feu, & iſtam opi.vt refert Alua.in d.xj.concluſione. videtur etiam tenere An.de Iſer.in d.c.ſi vaſal.culpam.ſi de feu. fue.contr.& ibi etiam idem tenet Alu.Reperio quoſdam Mod.dicere,ꝙ intellectus Alua.deſtruit ſiue violat tex.in d.ca.ſi vaſal.culp.& in d. c.1.ſi vaſallus feudo priuetur ſubiiciuntque pręfati Mod.quod Iacob.de Bel.in cap. 1.in tit.an ille,qui interficit fratrem domini ſui,apoſtillando ibi tex.dum dicit ad proximum agnatum, ſubaudit ipſe Ia.dummō ipſe agnatus ſit intra tertiū gradum, & ſic vult,ꝙ in caſu ꝑmiſſo agnati repellant̄ a feudo,vſque ad tertiū gradū īcluſiue,alii uero agnati, q ſunt ī tertio gradu ad mittuntur:Et ratio eſt,ſm eos,qa ratione cōiunctionis & proximitatis ꝑſumit̄ ſimilitudo, & eadē audacia, arg.l. quiſquis.C. ad leg.Iul.maie.& arg.l.humanitatis.C.de exec.rui.& ideo forte in iudicando ſm eos ſeruaret̄ iſta opi.quī vt dicit Imo.in c.cęterū.in 1.col.extra de iu.in materia feudali magis debemus ſeq q Iac.de Bel.tanq̄ magis peritum, q pluries legit libellum feudorū:Vñ ſm eos magis debemus adhęrere ipſius opi q̄ aliorū Doc.Neque valet ſm eos rō Ia.Alu q̄ in d.§ deniq; dat ad tex. ī d.c.ſi vaſal. culpā.qa ipſe arguit vſq; ad quē gradū, & nos loqmur a quo gradu veniant agnati.Cogitandū eſt,qa iſta videtur dura opinio:tamen negari non poteſt,quin iura ſupra allegata eam vrgentiſſime probent,nec video,quod poſſit realiter reſponderi.

Quarta principalis ſit concluſio in hac materia, ꝙ quando vaſallus priuatur feu.propter alienationem factam irrequiſito do.ſit diſtinctio inter feudū nouū & feu antiquū: Quia primo caſu feu.reuertit̄ ad dñm,& ita intelligit̄ tex.in c.1.§.ſi.quę fuerit prima cau.bene.ami.in c.imperiale.§.Callidis.de proh.feu. alien.per Fed.in c.1.de vaſal.q contra conſtitutionē Loth.& in ca.qd iuris ſit,ſi vaſallus feudū alienatū recuperauit.Si vero ſit feu.antiquū,tūc feudū reuertit̄ ad agnatos,& ita intelligit̄ tex.in c.1.§.hoc quoque de ſucc.feu.& ibi ita tenet gl. per omnes approbata,& ita tenent etiam cōiter ſcribentes in d. ca.1. §.fina.quę fue.prima cauſa.beneſ.amit.vbi Aluaro.in xvi.con concluſione,& ſeq.refert Docto.communiter tenere hanc diſtinctionem,licet Pet.de Ceruotis per eum relatus indiſtincte tenuerit,quod feudum ad dominum reuertatur,per text.in d. c.imperialem.§.Callidis, cū aliis ſupra ad propoſitum allegatis.Cuius opi.vr̄ ēt ſequi Bal.in d.c.1.§.ſi.dū notat ex illo tex.ꝙ ille tex.dat materiam delinquendi:qa vaſallus, qui volet fraudare agnatos,vēdet feu.& ſic reuertit̄ ad do.excluſis agnatis quibuſcūq;,ꝙ ſm eum eſt iniqſſimū,arg.l. iniquiſſimū. ff.de iuris & facti ignorantia.Et ſic vult Bal.ī illis verbis,ꝙ ēt in feu. antiquo,ſi vaſallus priuet̄ ꝑꝑ alienationem factam irrequiſito do. feudū reuertat̄ ad dñm,& ideo ſubiicit Bal.quod alias ſuꝑ hoc dedit remediū,& nūc ēt dat ꝙ filii & agnati pro eorū īteresse pñt ſe opponere,ne tradat̄ poſſeſſio,& ſuꝑ hoc ēt reqrere do. feudi,vt ꝓhibeat emptorem in poſſeſſionem ingredi.Item pōt ꝓhibere ne vaſallo tradat̄.ff.de contrah.emp.l.ſi qs ſciens.ff.de rei ven.l.ſi q̄dam.ff.de leg.pręſtand.l.Iulia.in §. ſi adierit.l. fina. ff.de lege commiſſoria.lege.hęres.ff. ad Trebellianum alias, enim do.eſt in dolo ſuo,& non debet iuuari,ſed puniri, quia

peccat in fidelem ſuum,ſi non impedit, impedita ergo tradi-
tione poſſeſſionis,feudum non perditur,vt ſecundum eum le
gitur & notatur per Dyn. & alios. ff.de verborum ſignificat,
l.alienatum.l.3.§.denique.ff.de ſtatu lib.& in l.dedi.§. fin.ff.de
conditione ob cauſam.Sed iſtam cautelam Bal.tanquam nō
generalem impugnat Mar.Laud.in d.§. fin.Quid enim ſi filij
vaſalli ignorent alienationem,quomodo poterunt prohibe-
re emptorem & vendirorem quos ignorant:& ideo ſubiicit ip
ſe poſſe dari aliam cautelam,quod filius vel deſcēdens vaſal-
li,uel etiam agnati ad cautelam compareant coram iudice
feu.& faciant proclamari , quod nullus emat feud. a vaſallo,
& ſic īterdiceret̄ alienatio a vaſallo & ideo ſi poſtea alienet,
non valebit.arg.l.ſi tempore,C.de remiſſ.pigno. cum ſimilib.
quod eſt tenendum menti ſecundum eum, cuius verba tranſ
ſcribit ibidem eo tacito,Cardi. Mediolan. Sed ego credo non
eſſe neceſſarium deuenire ad iſtas cautelas,ex quo communis
opinio Doctor.eſt,quod in feudo antiquo,ſi vaſallus priuetur
ꝓpter alienationem factam irrequiſito domino,feudum non
reuertitur ad dominum,ſed ad agnatos, vt ſupra dixi.
12 Quinta ſit concluſio in hac materia , †quod eadē diſtinctio,
quam diximus fieri in præcedēti concluſione,debet etiam fie-
ri,quando vaſallus alio modo priuatur feud.quam ex delicto
Debemus etiam tunc diſtinguere,quod ſi eſt feudum nouum
reuertit̄ ad do.ſi autem eſt antiquum , reuertitur ad agnatos.
Exemplum ſi vaſallus amittat feu, propter inueſtituram non
petitam intra tempus debitum,quia tunc ſi feu.eſt nouum, re
uertitur ad dominum,etiam filiis excluſis:Si vero eſt antiquū
tunc ad filios,ſi extant,alias ad agnatos,quibus non obſtanti.
reuertitur ad do,Ita ſentit And.de Iſern.& ibi clarius & latius
Alua.in pen.col.in c.j.quo tempore miles inueſti.pe. de idem
Alua.in d.c.j.§.ſi.quæ fuc,pri.cau.bene,ami.in 20.concluſione
Aliud exemplum poteſt dari,ſi vaſallus priuetur feu. propter
imperfectionem,puta , quia ſit mutus vel aliter imperfectus.
tunc enim ſi feu.eſt antiquum,non reuertitur ad Do.ſed alios
vel agnatos.Si autem eſt nouum,reuertitur ad dominum ex-
cluſis omnib.agnatis.Ita tenet An.de Iſe.in §.mutus.in ti. Epiſ
copum uel Abba.Idem An.de Iſer.in ca.j.an mutus,vel aliter
imperfectus,& ibi Alu.in vl.col.Idem Alua.in d.c.j.§. ſi.in 13.
cōcluſione.quæ fue.pri.cau.ben. ami. Poteſt etiam dari aliud
exemplum in feu.quod amiſit vaſallus per clericatum ſuper
uenientem iuxta ea , quæ habentur in capitu. qui clericus.
ſi de feu.fue.controuer.& latiſſime dixi in materia ſucceſſio-
nis,dum tetigi,an clericus ſuccedat in feudo , tunc enim vo
catur do.& non agnatus,ſi feudū erat nouum,niſi eſſent filii,
qa tūc filii vocaret̄ excluſo do.Secus autē ſi feu.eſſet antiquū
qa tunc vocarentur agnati excluſo dom.Ita tenet Alua.in d.
c.j.§.ſi.quæ fue.pri.cau.bene.ami.in 44.concluſione , vbi dicit
ſe hanc concluſionem firmaſſe in c.j.de mil.vaſal. qui ar. bel,
depo.ſuper tex.& in c.j.in ſi.de ben.fœmi.vbi gl. tangit. Et per
prædicta poſſunt etiam decidi omnes alii ſimiles caſus,in qui
bus vaſallus alio modo,quam ex delicto priuatur feudo
Sextus principalis ſit tractatus in hac materia , vt videamus,
13 †an & quando in feu.delictum patris habeat nocere filio. Re
perio varias diſt.Doct.in hac materia prima fuit diſtin. Dyn.
in c.non debet aliquis circa ſi.de re.iur.lib. 6,Vbi diſtinguit,ꝙ
aut feu.fuit paternum,id eſt,originem habuit & initiū in per-
ſona patris,& tunc filius perdit tale feu. ar. l.cum qui.ff.de in-
terd.& releg aut feu.fuit antiquum,vel aliorum ſuperiorum,
& illud non perdit ar.l.emancipatum.ff.de ſena.& ar.d. l.cum
qui.Secunda fuit diſt.quam poſuit.Cy.in l.2.in ſi.C,de liber.&
eo.libe.ubi dicit,quod aut qs debet habere feu. ex ſuo iure,ſi
ue ſua perſona, vt quia pater eſt ſtipulat' ſibi & ſuis filiis, & ꝑ
conſequens eſt quæſitum ius filio,vt filio , & tunc delictum
patris non nocet filio,argu.d.l.cum qui.Aut vero debet habe
re feu.ex ſucceſſione paterna,puta,quia pater ſtipulatus eſt ꝓ
ſe & hæredib.& tunc delictum patris noceret filio , argum.d.
l.cum qui.Iſtas diſtinctiones refert Bar.in d.l.cū qui,&ad ean-
dem dicit,quod videntur tex.in c.j.ſi vaſallus feu.priue.cui de-
feratur & contra no.per gl.in c.ſi vaſallus,ſi de feu. fuerit con
trouer.vbi clare deciditur,quod etiam in feudo auito delictū
patris nocet filio.Ideo Bart.in loco præallegato tradit aliam
diſtinctionem,quod aut vaſallus committit aliquod delictū
propter quod debet directo feudum priuari,vt quia delinquit
contra dominum , vel aliquid facit contra conuentionē feu.
& tūc indiſtincte delictum patris nocet filio, ita loquitur tex.
in d.c.j.ſi vaſallus feudo priuetur,cui defeatur,& no.in d.c.ſi
vaſallus,ſi de feu.fue.contro.iſtud cōprobat per ſimile , vt ibi
per eum.Iſtud primum membrum limitat Barto.vt procedat
in feudo iam patri acquiſito:Si autem erat quærendum,quia
adhuc erat apud auum ipſius nepotis,tūc delictum patris nō
noceret filio, eidemque nepoti.Imo nepos incipit tenere pri
mum locum ex perſona ſua,vt l.Gallus. §. & quid ſi tantū.ff.
de liberis & poſthumis,& facit l.non tantum.§. emancipatū,
ff.de bo.poſſ. contra tab.Secundum membrum diſtinctionis
eſt,quando vaſal.committit aliquod delictum , propter quod
directo non eſt priuandus feudo,ſed in conſequentiam cadit
ab illo,vt non delinquat contra do. vel contra promiſſiones
factas in feu.& tunc dicit Barto.tenendam eſſe diſtinctionem
Cy.ſupra relatam vt ibi latius per eum . Cum iſta diſtinctione
Bar.tranſit Pau.de Caſt.ſuo conſil.clxii.inci.circa id,quod pri-
mo quæritur.Ita etiam in effectu tranſit Saly.in l.2. C. de libe.
& eorum lib.vbi Saly.ponit in hac materia longiorem diſtin
ctionem,de qua ad eum me remitto,tamen quantum ad pro
poſitum non diſcrepat a diſtinctione Bart. cum qua etiam in
effectu tranſit Bal.in l.lege duodecim tabularum.C.de leg.hæ
re.Ego autem aduertendum puto,ꝙ veritas iſtius difficultatis
ſatis dependet ab his,quæ latius vidimus ſupra in quarta par.
principali huius tractatus,circa primam regulam poſitam in
materia alienationis,in xx.q.prin.in illa difficultate, an & quā
teſtator poſſit vni filiorum feu.prælegare,vbi fuit late diſputa
tum,an pater poſſit legando,contrahendo facere præiudiciū
filio in feu.Videtur enim quod in caſib.in quibus contrahen-
do poteſt præiudicare,in eiſdem poſſit etiam delinquēdo,cū
valeat arg.a delictis ad contractus,& econtra.l.omnem, cum
ibi no.ff.de iud.& ideo puto recurrendum ad ea, quæ ibi lati'
dicta fuerūt,maxime circa finalem determinationem illius
dubitationis.
14 Septimus & vltimus erit tra.ī hac materia, vt videamus, †an
& quando bonis uaſal.publicatis,publicetur etiam feu.Iſtam
dubitat,tetigit Bar,in l.ſi finita.§.ſi de uectiga,ff.de dam.infect.
in 2.column. ubi dicit uideri ibidem tex.quod ſic.& quod ita
uidetur tenere Spe.ti.de feu.§.quoniam.uer. undecima. Cōtra
rium tamen determinat Bart.ibi , quod imo publicatis bonis
uaſalli,non publicetur feu.ſed quod feu. ipſum reuertatur ad
do.uel agnatos,non autem fiſco applicetur,per c.j. ſi uaſallus
feu.priue.cui deferatur,cum aliis ibi per eum allegatis.
Eſt uerum,quod circa hoc fuerunt diuerſæ opi.Docto. quos
ad longū refert Ale.ad quem me remitto in d.§.ſi de vectig.in
15.col.cum duabus ſeq.Quas varietates tandem ipſe Alex.in
loco præallegato conatur ad concordiam reducere ſcilicet
diſtinctionis,dicens, quod aut propter ſententiam criminalē
cum bonorum confiſcatione non poteſt uaſallus īſeruire do
mi.ut quia uaſal.ſit poſitus in banno territorii,ubi eſt feud.&
ubi habet ſeruire domino & bona eius ſunt confiſcata , tunc
quia talis æquiparatur deportato,ut no.gl.in §.relegati.Inſti.
bus mod.ius pat.Poteſta.ſol.& plene per omnes in l. 1.de hæ ,
inſt.& hr̄ pro mortuo,l.j.§.ſi,cū ſi.ff.de bo.po.contra ta.& tunc
ſit uerum dicere ꝙ indiſtincte feu. priuetur . Tn̄ feudum tunc
non tranſibit ad fiſcum, quia ad fiſcum ſolum tranſeunt ea q̄
trāſeunt ad ſolos hæredes , cuiuſmodi non eſt feu.ut *ibi latius*
per eum.Aut uero propter dictam ſentētiam criminalē , non
impeditur uaſallus ſeruire domino,& iſto caſu dicit Alexan.
quod procedit diſtinctio Imo.ibi per eum relata,ut latius per
Alexand.cuius dicta non tranſcribo. Tangit etiam Alexand.
in dicto.§.ſi de uectigalibus.in xix.colum. aliud, quod facit ad
propoſitum præſentis materiæ,quod puto non fuiſſe tactum
15 in ſuperiorib. † quid ſi uaſallus ꝓpria authoritate inuadit rē
feudalem,quo caſu dēt puniri iure ſuo,iuxta l.ſi qs in tantam
C.unde ui.an tale feu.applicabitur domino , an uero agnatis
uiolentiam paſſo.Et refert,quod Imo.in l.eorum, eodem titu
lo de dam.inf.tenet ꝙ commoditas feudi applicabitur uiolen
tiam paſſo,apud quem durabit uſque ad uitam uaſalli , argu.
l.neceſſario,§. fina.ff.de pericu.& commo.rei uen.Dicit tamē
ibi Imo.quod Barto.ibi in 1.quæſt.ſentit contrarium, ſed non
bene,ſecundum eum, & dicit,quod iura allegata per Bar. nō
obſtant,quia loquuntur,quando propter delictum uaſalli de
bebat fieri confiſcatio bonorum uaſalli. Sed in caſu propoſi-
to,bona non ueniebant confiſcāda, ſed potius applicāda uio
lentiam paſſo. Ad eum me remitto.

SEXTA PARS PRINCI. TRACTATVS Feudorum : Quibus ex cauſis dominus proprietatem amittat.

SVMMARIVM.

1 *Dominus vaſallum offendens,quibus ex cauſis proprietate priuetur.*
2 *Vaſalli an poſſint expellere,vel offendere dominum ſuum, eos intolerabiliter opprimentem.*
3 *Dominus an poſſit vaſallos inuitos in alium alienare.*
4 *Dominus alienans ſubditos ſuos contra iuris diſpoſitionem,an priuetur proprietate.*

EXpedita quinta parte, opportu
ne ſeoffert ſexta principalis pars operis noſtri, in qua diſ-
cutiendum eſt , † quibus cauſſis dn̄s uaſallū offen-
dēs ꝓprietate priuet̄.Hęc mā breuiſſime ꝯcludit̄,qa tex.clarus ī

c.i.§

c.j.qualiter dominus proprie.prinetur.ponit claram regulam quod ex quibus cauſſis vaſallus priuatur feudo, ex eiſdem cauſis dominus priuatur ꝓprietate, ſicque in hac mateтia datur viciſſitudo.Cum ergo in quarta præcedenti parte latiſſime diſcuſſum ſit,ex quibus cauſis vaſal. feu. priuetur,quæ circa hoc dicta fuerunt,debẽt hic pro repetitis haberi. Et licet prædicta reſolutio ſufficere videatur pro expeditione huius materiæ, tñ non inutile erit aliquas dubitationes ſpecialiter diſcutere.

2 Quæro igitur in primis,†an vaſalli poſſint expellere, vel offendere dominum ſuum eos intolerabiliter opprimentẽ. Bal. in l.ex hoc iure,in 2.colum.ff.de iuſt. & iure. Iſtam dubitationem determinat arguendo in primis,quod ſic,poſtea vero cõtrarium decidit,vt ibi per eum,verſic.2.quæritur.Alibi tamen idem Bal.dixit,ꝙ licet ſubditi non poſſint expellere do.ſuum eos intolerabiliter opprimentem, illi tamen interim non tenentur obedire.Ita tenuit in prima rubrica,ff.ad fi.verſi. quicquid ſit.dixit etiam Alber.in l.bene a Zenone.C.de quadrien. præſcrip.quod poteſt do.talis priuari ab Imperatore vel Papa. Imo fortius & mirabilius dixit S.Tho.in ſecundo ſentẽtiarũ, art.pe. quod licitum & meritorium eſt ſubditis ipſum interficere.Sed contrarium in hoc tenet Auguſt.de Ancho.in tractatu de poteſtate eccleſiaſtica.q.54.ar.3.verſi.omnia autẽ iſta.& contra B.Tho.fuit deciſum in concilio Conſtantienſi, ſecundum Brixienſem in repertorio,in verbo(tyrãnus) & ita refert & tranſit Fel.in c.cum nobis colum.3.extra de præſcripr. vltra quem addo,quod Bal.in c.j.§.publici latrones de pace tenen. per illum tex.in verſi.quicunque dicit,ꝙ ſi habens caſtrum in feu.male tractat Burgẽſes caſtri, quod do.poteſt eum monere vt eos tractet modo debito & conſueto,alias Curia do.poteſt illi caſtrum auferre.Et ratio eſt ſecundum eum,quia male vtitũ ſubſtantia domini.arg.l.ſi cum dotem,§.ſi verò dotem.ff.ſoluto mat.& l.imperator.ff.ad Trebel.& extra de accu c.fin.l.fi.C. de ſen.paſ. Aut.qui res iam dictas.C.de ſacroſanct.eccl.& illud dictum refert & ſequitur Alua.ibi.Quinimo dixit Flo.in l.ſi filia nup.in prin.ff.ſa.er.ꝙ licet quis plus ſolito grauetur a ſuperiore,quod tamen per hoc nõ poterit plus ſolito grauare eius ſubditos.

3 Secundo quæro, †an dominus poſſit vaſal.inuitos in alium alienare.De hoc eſt tex.ꝙ not.in c.j.§.ex eadem.de l. Corra.in vſib.feud.Eſt verum,quod tex.ibi ſubdit alio modo ſeruare cõſuetudinem Medio.& ibi refert longam diſtinctionẽ,ſed omiſſa conſuetudine iſta communis eſt concluſio, ꝙ do. non põt vaſallos inuitos alienare.ita vult tex.in d.§.ex eadem, & in ca. imperialem,§.præterea Ducatus.de prohib.feu.alie.per Feder. ita tenet gl.communiter approbata in l.inuitus.ff.de fideicommi.liber.Hoſt.Io.An.& communiter canoniſtę in c.dilecti.extra de maio & obe.& ideo dixit Bal.in c.generali.ſi de feu.fuerit contro.inter do.& agnat.quod rex Franciæ non poteſt alienare vnam de ciuitatib.regni inuitis ciuibus,alle no.per Hoſt. in d.c.dilecti.ſubiiciens, quod quando Conſtantinus donauit vrbem Papæ Siluestro,illud fecit cum conſenſu populi, vt patet in palea Conſtan.xcvj.di.Dicebat etiam Inno.in c. auditis extra de præſcr.ꝙ ſicut intereſt domini,non perdere ſubditos, ita intereſt ſubditorum non mutarare dominos ſuos. Limitat tamen Bal.in d.c.in generali,vt non procedat,quando imminentis neceſſitatis cauſa id faceret,ar.l.patronus.& l.medicus, ff.de oper.lib.& ita etiam vr̃ velle Io.An.in add.Spec.ti.de feu. §.2.in add.inc.Et hanc rationem,&c.eſt bonus text. vbi etiam not.Alua.& Mod.in d.c.j.§.ex eadem.de l.Corra.In c. imperialem,§.præterea Ducatus.de prohibiti feuda alie. per Feder.prę miſſam concluſionem late ex multis aliis authoribus confirmat Felyn.in c.1 in 3.colum.in verſi.2.declara nota.extra proba.vbi generalius cõcludit, non valere contractum principis in præiudicium ſubditorum. Ideo ſi finita guerrá fiat pactum inter principes de reb.deprędatis hincinde, non valebit in prę iudicium ſubditorũ,& ideo emptores illarum rerum, vel detẽtores non erunt tuti in conſcientia,vt not. Hoſt.in ſumma de pœn.& remi.§.quibus & qualiter.ad fi.ver.ſed pone,guerra.late Pe.de Anch.in regula,peccatum.in 9.char.verſi.ſed moueo vnam qõnem,de reg.iur.in 6.cum aliis concor.de quibus per Fel.ibi.Et pręmiſſam concluſionem etiam confirmat,& ſequitur Ale.quem Fel.non refert,conſi.25.incip. attentis narratis. in pen.col.verſi.circa aliud dubium.in v. volu. Vbi etiam tangit aliam principalem dubitationem,an plures do.poſſint diuidere feudum in præiudicium vaſallorum, de cuius veritate ad eum me remitto.

4 Tertio quæro,†an do.alienans ſubditos ſuos contra iuris diſpoſitionem iuxta ea,q̃ dicta ſunt,priuetur proprietate. In hac dubitatione.Bal.in c.2.quo tempore mil.tenebat, quod non, motus per illum tex qui dicit,alienationem do.pro non facta haberi.Si enim contractus eſt ipſo iure nullus, & pro non facto habetur:Ergo do.non debet priuari.Sed iſtam opi. Bald.reprobant Aluar.& Mod.ibi dicentes,in contrarium fortiter facere,qa vaſallus & dñs ad paria iudicantur in modo priuationis,vt ſupra dictum eſt in prin.huius partis,& eſt tex. in c. j.ad fi.de forma fide.in c.j.qualiter dñs proprietate priuat̃.c.dño cõmittente,ſi de feu.fue.contr.gl.in c.j.§.fi.per quos fiat inueſt.& in d.c.j.in fi.de for.fide.& in c.fi.de alie.feu.pater. & dicit Alu. in d.c.2.quo tempore miles.quod iſtam opi.videtur ſequi An. de Iſer.in d.c.j.§ ex eadẽ.de lege Corra. Ideoq; dicit ſe putare, ꝙ in ſtricta iuris ratione opin.Bald.non poſſet procedere,licet æquior videatur,& mitior.Et tenendo iſtam opin.non obſtat ſecundum Aluaro.text.in d.c.2. quo tempore miles quia non eſt bona conſequentia,venditio vel alienatio dom. eſt ipſo iure nulla,ergo dom.non priuatur proprietate. Quia ſimile videmus,quod qñ vaſallus alienat feudum,alienatio eſt ipſo iure nulla,& tñ vaſal.priuatur iure ſuo.c.imperialem. de ꝓhibi. feu.alie. per Fed. & uidimus abunde ſupra in ultima cauſa priuationis feudi.

SEPTIMA PARS PRINCIPALIS
Tractatus Feudorum.Quis controuerſias de feudis diſceptet.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa feudali quis debeat eſſe iudex.*
2 *Contentione orta ſuper feudo inter duos Comites & Barones ſolus Imperator debet iudicare.*
3 *Contentione orta de feudo inter vaſallos non comites,nec Barones, quis iudicabit.*
4 *Vbi vnus tantum eſt vaſallus de aliquo feudo, de quo non eſt quæſtio, ſed quæſtio eſt de alio,non dominus,ſed pares Curiæ iudicabunt.*
5 *Contentione orta inter duos,quis eorum ſit vaſallus,ordinarius erit iudex.*
6 *Contentione orta inter vaſallos,quorum vterque dicit eſſe feudum antiquũ & ad ſpectare,dominus cum Curia cognoſcet.*
7 *Quæſtione orta inter vaſallos producentes aduerſos inueſtitores, quis cognoſcet.*
8 *Quæſtione orta inter vaſallum & alium,qui non ſit vaſallus, ordinarius iudicabit.*
9 *Quæſtione orta inter vaſallos,feudum non reſpiciente quis iudicabit.*
10 *Dominus iniuſte recuſans inueſtire vaſallum,quem tamen poſteá coactus inueſtit:an poterit deinceps eſſe iudex in cauſa vaſalli.*
11 *Si quæſtio feudi dependes a iuramento,eundum eſt ad ordinarium eccleſiaſticum.*
12 *Habens feudum ſi ſit miſerabilis perſona,quæſtio feudi vertitur coram ordinario.*
13 *In caſibus feudalibus dominus vel pares Curiæ ſunt iudices,niſi alio modo prouiſum ſit.*
14 *Domino nolente iuſtitiam facere vaſallo,quatuor remediis ipſi vaſallo ſuccurrendum venit.*
15 *Dominus feudi laicus an poſſit eſſe iudex in cauſa feudali inter clericos.*
16 *Dominus feudi in quo loco ſedere debèat, cum cognoſcere vult de cauſa feudali.*
17 *In cauſa feudali quo ordine ſit procedendum.*
18 *In cauſa feudali,ſi nõ ſit deputatus notarius qui ſcribat,quis debeat acta conficere.*
19 *Vaſalli an poſſint iuriſdictionem alterius iudicis prorogare ſine conſenſu domini feudi.*
20 *In feudo franco an poſſit vaſallus prorogare iuriſdictionem alterius iudicis ſine conſenſu domini feudi.*
21 *Dominus feudi an ſit iudex vbi inter vaſallos agitur cauſa poſſeſſorii.*
22 *Sacrilegium eſt crimen eccleſiaſticum.*
23 *Iudex ſecularis, an poſſit cognoſcere de poſſeſſorio iuris patronatus.*
24 *Cauſa poſſeſſoria feudalis terminanda eſt coram domino feudi.*
25 *Laicus non poteſt habere proprietatem nec poſſeſſionem in iure decimandi.*
26 *Duo diuerſa non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.Filiusfamilias an poſſit ſtare iudicio ſine conſenſu patris.*
27 *Si contra dominum cognoſcentem de feudo, apponatur declaratoria, & conuentus neget ſe vaſallum, an dominus cognoſcet an ſua ſit iuriſdictio.*
28 *Iuriſdictio domini feudi an ſit ordinaria,an delegata.*
29 *Sententia lata ſuper feudo contra vaſallum, an noceat agnatis illius contra quem eſt pronunciatum.*
30 *Sententia lata inter duos contendentes de feudo caſtri an præiudicet hominibus illius caſtri.*
31 *Domino feudi in cauſa vaſallorũ pronunciante ad quem erit appellandũ.*
32 *Si vaſallus inueſtitus de mero & mixto imperio deputat aliquem in poteſtatẽ,qui poſtea ferat ſententiam ad quẽ erit appellandum.*
33 *Tempora appellationũ ſtatuta a iure communi ad appellandũ, an ſint ſeruanda in cauſa feudali.*
34 *Quæſtione orta inter dominum & vaſallum pares Curiæ debent eſſe iudices,etiam ſi ſint minores litigatoribus.*
35 *Si controuerſia ſit inter dominum & vaſallũ,& pares non audeãt cognoſcere,vel nolint,vel nimiũ ſint fauorabiles dño,tunc papa cognoſcet.*
36 *Dño extorquente a vaſallo ſeruitia ĩdebita,dẽt vaſallus ĩplorare officiũ ꝓi*

37 *Controuerſia orta inter dominum & vaſallum de feudo de nouo conſtitue*
do, quis iudicabit.
38 *Si controuerſia ſit inter dominum & vaſallum, & alteri eorum pares cu*
riæ ſunt producendi in teſtes, tunc ordinarius erit iudex.
39 *Si controuerſia ſit inter dominum & vaſallum, & vaſallus negat ſe inue*
ſtitum, & prouocat ad ordinarium pares Curiæ ſummatim procedent,
& conſt. de inueſtitura procedent, alias non.
40 *Vbi non agitur condictione ex lege feudali, tunc non itur ad pares, ſed ad*
ordinarium.

SEptima & vltima principa-
1 lis pars tractatus noſtri eſt vt videamus, † quis ſit
iudex in cauſa feudi. Quæ materia ſparſim tradi
ta eſt in variis locis, de quibus infra ordine ſuo particularem
faciemus mentionem. Et vt aliquo ordine in materia ſatis cō
fuſe per Docto. tradita procedamus, faciam tres regulas prin-
cipales, cum ſuis fallentijs & adiacentibus dubitationibus, p
quas totam materiam ordinate tractabimus.
2 Prima ergo erit regula in hac materia, † quod vbi eſt conten
tio ſuper feudo inter duos Comites & Barones, qui proprie
Capitanei appellantur, ſolus Imperator eſt iudex. text. eſt cla-
rus in ca. j. apud quem vel quos controuerſia feudi terminari
debet, & ibi omnes Feudiſtæ ita determinant. Et ideo circa
iſtam regulam, tanquam clariſſima ſit, non eſt vlterius inſiſtē
dum, multa tamen dicentur in ſequentibus, duabus regulis,
quæ conferre poterūt ad declarationem huius primæ regulę.
3 Secunda regula principalis eſt, quod vbi eſt contentio feudi
inter alios vaſallos, qui non ſunt Duces, Comites & Barones
& per conſequens immediate ſubiecti Imperatori, do. feu. tūc
eſt iudex inter tales vaſallos. tex. eſt in c. imperialem, in §. pen.
de proh. feu. alie. per Fed. & in c. 1. de contr. feu. apud pares ter-
minanda. Ad iſtam regulam ordinabimus plures fallētias, ex
4 qb. ordinauimus multas deciſiones ſparſim traditas. † Primo
igitur limitanda eſt, vt procedat, quando conſtat vtrumq; liti-
gantem eſſe vaſallum eiuſdem do. de alijs feudis, de quib. nul-
la eſt quæſtio, vel eſt contētio ſolum de aliqua parte feudi, ſed
non de toto, vel de confinibus ipſius feu. ita quod certum eſt,
quod vterque eſt vaſallus, ſaltem in parte ſiue litigio Secus au
tem ſi conſtaret vnum tantum eſſe uaſal. de feudo aliquo, de
quo non eſt quæſtio, ſed quæſtio eſt de alio feudo, quia tunc
do. non eſt iudex, ſed pars Curiæ tex. eſt in c. j. in princi. in 2. rſi.
de l. Corra. Et ita intelligitur tex in ca. 1. in 2. reſpon. apud quē
vel quos controuerſia feudi terminari debeat. Et ita determi
nat glo. in c. imperialem. §. penult. de prohibit. feud. alien. per
Feder. Ita etiam probat tex. in c. cæterum, in verbo, conſtat ex-
tra de iudic. quem text. ponderant ibi domini Canoniſtæ pro
ſingulari, quod ad hoc vt dominus feudi poſſit exercere iuriſ-
dictionem, debeat conſtare litigantes eſſe vaſallos. Et ideo di
cunt Moder. ibi eſſe caſum pro eo, quod voluit Pet. de Ceruo
in c. j. in ti. de inueſtitura in maritum facta, poſt glo. ibi, quam
Bal. ibi dicit non reperiri alibi, quod licet ſoleat dici, quod qñ
eſt dubium de iuriſdictione citantis, debet citatus comparere
ad allegandum exceptionem declinatoriā, vt l. ſi quis ex alie.
ff. de iud. iſtud procedit, quando quis citatur coram iudice or-
dinario generaliter, ſed quando eſt ordinarius ſingularis vel
inter paucos ſicut eſt dom. feu. vel curia domini, non tenetur
citatus comparere, niſi vere ſit iuriſdictio citantis. Et ad hoc ēt
videatur. And. Barb. in d. c. cæterū, in 3. colum. & in 14. colum.
ad fi. & princ. ſeq. † Secundo fallit regula prædicta, quando eſt
dubium inter litigātes, quis eorum ſit vaſallus, vt quia ambo
prætendunt inueſtituram nouam alicuius feudi, ſiue ab eodē
do. ſiue a diuerſis, quia tunc iudex ordinarius vel arbiter co-
gnoſcit, vt in c. 1. §. ſi iſta. Et ibi no. communiter Feudiſtę, de le
ge Corra. Tertio fallit, quando vnus vaſallus diceret feud. eſſe
antiquum, & alter nouum, qui haberet cauſam ab ipſo dom.
Quia tunc, cum ipſe dominus poſſit prætendere intereſſe, non
poterit eſſe iudex in tali cauſa, ſed cognoſcet vel iudex ordina
rius, vel arbiter. tex. eſt & ibi no. communiter ſcribentes, in ca.
1. in prin. de inueſtitura in maritum facta. Contra iſtud tamen
videtur tex. clarus in c. 1. an apud iudicem vel dominum con
trouerſia feu. terminari debeat. vbi dicitur, quod hoc caſu ſoli
pares Curiæ debent cognoſcere. Aluaro. in d. capitu. 1. in prin-
cip. ſoluit, quod ibi do. retinuit ſibi partem, & ideo pares non
cognoſcunt. in contrario vero nullam partem retinuit, & iō
pares ſoli cognoſcunt, quia do. qui tenetur de euictione, non
debet eſſe iudex in cauſa propria, vt plane declarat Alu. in d. c.
1. an apud iudicem vel do. Eſt verum, vt refert Aluar. ꝙ aliqui
tenent quod vnus tex. corrigatur p alium, & iſtud eſt forte me
lius iudicio meo. Quia iſtud intereſſe do. non videtur in conſi
deratione, attento ꝙ etiam qñ eſt contr. inter dñm & vaſallos
pares curiæ ſunt iudices, vt late dicemus in ſeq. re. & eſt text. in
c. j. §. pe de proh. ſeu. alie. per Fe. Et iō iſta vr̃ melior opi. ꝙ vnus
tex. corrigat alium vel aliter, quod data negligentia pariū ſuc
6 cedat iudex ordinarius. † Quarto fallit, quando quæſt. vertitr̃ in
ter litigantes, quorū vterq; dicit eſſe feu. antiquum, & ad ſe ſpe
ctare: Quia tunc do. cū curia cognoſceret, vt in d. c. j. in fi. de in
ueſtitura in maritum facta. Aduertēdū eſt tñ gl. ibi & Alua. in
telligunt illum tex. qñ aliter conſtabat, quod eſſet vaſalli, quia
ſi aliter conſtaret, ſolus do. eſſet iudex, c. j. §. pen. de prohib. feu.
alie. per Fed. quod non video qualiter ꝓcedat, quia dr̃ ſatis cō-
7 ſtare, ex quo vterque fatetur eſſe feu. antiquū. † Quinto fallit,
qñ eſt qō inter vaſallos ꝓducentes diuerſos inueſtitores, quia
tunc iudex ordinarius cognoſcit, vt in §. ſi duo. & in §. ſi tres de
pace tenen. vel arbiter. vt in c. 1. an apud iudicem vel dominū,
& in c. 1. de lege Corra. De quo ēt eſt gl. & ibi can. in c. cæterū,
8 extra de iu. † Sexto fallit, qñ eſt quæſtio inter vaſallū & alium,
quē ꝯſtat non eſſe vaſallum, qa tunc iudex ordinarius rei co-
gnoſcet, vt in c. j. de controuer. inter vaſallum & alium.
9 † Septimo fallit, quando eſt quæſtio inter vaſallū & vaſallum
nō tangēs feudū, qa dñs non erit iudex. Ita dñt cōiter cano. in
d. c. cæterū. extra de iu. niſi ſm Inn. eſſet illi infeudata iuriſdō in
loco, qa tunc ſemp cognoſcet do. & ſequitur Pan. ibi in v. col.
10 in prin. † Octauo fallit, niſi dñs feu. iniuſte recuſaſſet vaſallum
inueſtire, & deinde coactus inueſtiuit. Quia in iſto caſu dñs nō
amplius erit iudex in cā ipſius vaſalli. Ita dicit Bal. in §. ſi qua ꝯ
trouerſia, ad fi. de pace Conſtantiæ. allegat tex. in c. j. de contro
11 uerſia, inter vaſal. & Epiſcop. † Nono fallit, niſi quæſt. feu. depē
deret a virtute iuramenti. Quia tūc itur ad ordinariū eccleſia-
ſticū Ita Cal. conſ. 2. poſito in ti. de iud. ꝙ forte non ꝓcedit ſm
do. Fel. in d. c. cæterū, ī 4. col. niſi qñ agens vult declinare do. Se-
cus ſi eſſet cōtentus, ꝙ do. cognoſceret, & agerer̃ ſolū de qōne
executionis iuramenti, ſecus ſi de validitate eius. Nā tunc itur
ad Epm, per ea, q̄ dicit Imo. in repetitione, ca. cū contingat. de
12 iureiu. & Pan. in c. cū veniſſent, in 4. col. de Inſt. † Decimo fallit,
niſi hñs feu. eſſet miſerabilis pſona. Quia tūc pt̄ agi qō feud. co
rā ordinario, p tex. in c. ex par. quē tex. ita ītelligunt oēs cōiter
ibi, & in ſpecie Pan. ī v. col. & cōiter Ca. ī d. c. cæterū, ext. de iu.
13 † Vndecimo pro limitatione omniū regularū aduertendum
eſt, ꝙ in omnib. caſib. in quib. dr̃ pares curiæ, vel alias perſonas
eſſe iudices in cauſa feu. iſtud debet ſine intelligi, niſi cōſuetu
dine vel priuilegio derogatū ſit, & ꝓuiſum de certo iudice. Ita
ſignanter dixit Bal. ī d. c. imperialē. §. præterea ſi inter. de ꝓh. feu.
alie. p Fed. & Pan. in c. nouit. circa fi. 3. col. extra de iu. & iam in
14 hoc Ducali do. regiū plamētum cognoſcit de oīb. cauſis feud.
† Duodecimo & vltimo pro nūc fallit p̄dicta regula, qñ dom.
nollet iuſtitiā facere inter vaſallos, qa tunc aliis remedijs eſſet
vaſallo ſuccurrendū. Et reperio quatuor remedia dari vaſallo
Primum remedium eſt, vt uaſal. faciat cogi dominum ſuum
per ſuperiorem, ad cognoſcendum de cauſa ipſa, p l. 4. §. i. ff. de
arb. iſtud remedium poſuit glo. in d. c. imperialem, § pen. de ꝓ-
hi. feu. alie. per Fed. Et confirmatur, ſm Alua. ibi, per l. ſi qs ma
giſtratus. ff. de mu. & ho. & in Auth. de def. ciuitatum, in §. in-
terim, & C. de temp. appel. l. fi. in fi. & in c. j. §. j. quid ſit inueſti
tura, bonus eſt tex. in c. j. in fi. de milite vaſallo, qui contumax
eſt. Secundū remedium eſt, vt vaſal. cuius do. non vult iuſtitiā
facere, conueniat aduerſariū ſuū corā iudice ordinario ipſius
rei, qa actor dēt ſequi forum rei. Ita enim dixit gl. in d. c. impe-
rialē. §. pen. quod confirmatur, ſecundum Alua. ibi, p tex. in c.
verum. in c. licet. in c. ex tranſmiſſa, ext. de fo. comp. & idem di-
cit Alua. ibi, ſi do. eſſet negligens in edenda iuſtitia. ar. in Auth.
de mand. princ. in §. ſocer. & in Auth. de ſanctiſſi. Epiſco. §. ſi qs
autem pro pecuniaria. & in l. Imperator. ff. de app. no. in c. j. ex
tra de ſupplen. negli. prælato. in c. cum cauſa, de offic. deleg. in
c. paſtoralis, extra de offic. ordina. Tertium remedium eſt, quia
poterit vaſal. in defectu iuſtitiæ habere recurſum ad ſuperio-
rem. §. ſi tamen contigerit, in Authentica, ut differentes iudic.
bonus textus, in capitulo irrefragabili. extra de officio ordina.
& in materia feudali in cap. primo ad finem, de mili. uaſallo,
qui contumax eſt.
Quartum & fortius remedium puto poſſe adhiberi, quia ſi
dom. denegat iuſtitiam facere uaſallo, poterit iure ſuo priua-
ri. Ita probat text. in capitulo, primo §. item, qui domino. quę
fue. prima cauſa, benefic. amit. iuncto cap. j. qualiter do. prop.
priue.
15 Circa † iſtam ſecundam regulam ſic, ut ſupra declaratam &
limitatam diſcutiendæ ſunt quam plures neceſſarię dubitatio
nes. Et in primis quæro, an in cauſa feudali dominus laicus
poſſit eſſe iudex in cauſa feudali inter uaſallos clericos. In hac
dubitatione Inno. in c. cæterum, per illum tex. extra de iudic.
& ibi Panorm. in ſecunda columna, expreſſe tenent, quod do
minus feudi laicus ſit iudex in cauſa feudali inter uaſallos cle
ricos. Et ibi generalius uoluit Panorm. quod quando per le-
gem ciuilem uniuerſaliter attribuitur iuriſdictio alicui perſo
nę prętextu alicuius qualitatis, comprehenduntur in tali le
ge tam actiue, quam paſſiue clerici, quibus competit talis
qualitas, & ideo ſecundum eum, cum lex ciuilis uniuerſaliter
tribuat iuriſdictionem in materia feudali, uel domino feu.
uel

vel paribus Curiæ,quia talis lex ciuilis poteſt ſe habere ad cō
modum & incommodum,habebit etiam locum in clericis,
& ibi etiam adducit tex.in authen.habita. C. ne filius pro pa-
tre.vbi lex ciuilis generaliter diſponit, quod ſcholares habeāt
tres iudices,& tamen illa authen.ſecundum eum, habet locū
etiam in ſcholarib.clericis.Eādem opi.quod do.laicus habeat
iuriſdictionem inter vaſallos clericos in cauſa ſeudali, tenuit
Bal.in c.1.de contro.feudi apud patres terminan. motus pro-
pter naturam cauſæ:Nam ſecundum eum,natura trahit per-
ſonam,non perſona naturam: Et poteſt cōſuetudo generalis
conferre iuriſdictionem in clericos,etiam ſi eſſemus in cōſue
tudine ſpeciali.allegat,quod no.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.ex
tra de conſti.& quod voluit Guil.de Cu.in auct.clericis,de fo-
ro compe.in nouel.& dicit ſe probare hac ratione,quia gene
ralis conſuetudo feudorum poteſt diſponere,& diſponit de iu
re feudo.Ergo & de iudicio & iuriſdictio. ſubijcit tamen Bal.
ibi,quod alij dicunt contrarium,per c.ſi diligenti,extra de fo.
competen.& ita reſidet.Eandem opin.tenuit Arch. in c.1.de
cler.coniug.lib.6.Bal.in l.fi.C.ſine cenſu vel reliquis. Nico.de
Neap.& Aluar.in c.ſtatuimus,in ti.de ſtatutis contra liberta-
tem eccleſiæ tollendis,in libr. ſeudorum. Idem tenuit ipſe Al
ua.in c.qui cle.ſi de feudo fuerit cōtrouerſia, & ita tenent cō-
muniter Doct.in locis,in quibus tractatur hæc materiā. & p̄-
cipue in d.c.cæterum.Reperio tamen,quod And.Barba.ibi in
5.colum.conatur quantum poteſt impugnare hanc commu-
nem opi.& in primis dicit ſe admirari vehementer,quod Bal.
in loco ſuperius allegato dicat,quod clericus ratione rei poſ-
ſit conueniri coram domino feudi laico, per illud dictum
Gui.de Cu.in auth.clericus,C.de epi.& cler.cum tamen illud
dictum Gui.reprobet idem Bald.in pluribus locis,maxime in
l.de his,C.de Epiſcop.& cleri.& in l.iubemus, C.de ſacroſan.
eccle.& in d.auth.clericus.& in c.2.extra de iudi.& illud dictū
Gui.etiam damnat Collecta rius in c.qualiter.extra de iud.&
vbi expreſſe Pan.vbi allegat Bar.in l.iubemus.C. de ſacroſan.
eccle.& ideo hoc primo fundamento dicit Barb. in loco præ-
allegato,ſibi videri de iure dicēdum,quod etiam in cauſa feu
dali non poſſit clericus conueniri coram laico. Secundo mo-
uetur per tex.in d.c.qualiter.de iud.vbi dicit tex.ꝙ omnino fie
ri prohibemus,& ſic prohibet tex.omnino cler.trahi coram
laico,ergo nec poteſt ratione feu.Tertio mouetur per c. ſi ex-
tra de iudi.ſecundum vnam lect. Quarto mouetur per cap.ſa-
ne.de foro comp.Quinto mouetur per c.ſi diligenti.eod.titu.
Sexto mouetur per gl.in c.ſi imperator.xcvj.di. Septimo mo-
uetur per id,quod voluit Archi.in c.ita horas.26.q.6. Octauo
mouetur quia videtur, quod non poterit lex ciuilis ratione
rei trahere clericum ad iudicium ſeculare. mouetur ex eo ꝙ
voluit Bal.in l.2.C.vt in poſſ.legatorū.vbi dixit, quod ſi teſta-
tor inſtituat clericum & grauet eum,ꝙ det Titio decem,ſubij
ciens eum foro poteſtatis ſecularis,quod non poteſt eum ſu-
bijcere.Idem ſi ſubijceret eum alteri foro incompetenti, & e
contra ſi diſponeret, quod ſub iudice competenti non poſſit
conueniri,non valet diſpoſitio teſtatoris: Quia eſt contra ius
publicum.de hoc dicit eſſe glo.ſingu.in l.nemo poteſt.ff.de le.
j.Et ideo dicit Barb.quod vellet libenter ſcire,quis ſubijcit cle.
laico ratione feu. ſi enim dicimus, quod eſt dom. feud. dicit
ipſe quod non poteſt,per legem,ius publicum. ff.de pact.& ꝑ
glo.in dicta lege,nemo poteſt.Si autem dicimus, quod eſt lex
ciuilis,& tunc etiam non poteſt ſecundum eum, iuxta illud,
Nolite tangere Chriſtos meos.ſi dicimus quod eſt lex canoni
ca,& eodem modo videtur ſecundum eum,quod non poſſit;
Quia non poteſt tollere priuilegium illud, quod clericis fuit
datum a Deo,vt voluit gloſſa.ſingu.in d.c.ſi Imperat. xcvj.diſ.
ſi autem dicatur ꝙ eſt natura feudi,dicit ipſe, quod hoc face-
re non poteſt:Quia ſit contra legem diuinam,& etiam cōtra
naturalem diſpoſitionem,vt res attrahat perſonam,quia po-
tius debet eſſe contra auct.ingreſſi C.de ſacroſ.eccle. Et tenen
do iſtam opi.conatur reſpondere ad tex.in d.c.cæterum,quod
non loquitur quādo dominus feudi erat laicus, & vaſalli erāt
clerici.poſtea ſubdit,ſoluat Apollo.& dicit, quod iſta ſunt no
ua,& ꝙ egerent declaratione Papali. Reſpondet etiam Barb.
ibi ad dictum auth.habita,C.ne filius pro patre,quod Panor.
male illam allegat ex eo,quia non diſponit de clericis,nec diſ
ponere de clericis poſſet ſi vellet,per d.cap.eccleſia ſanctæ Ma
riæ.Et licet dicat,quod ſcholares habeant tres iudices, non ꝓ
pter hoc confert iuriſdictionem laico Docto.ſupra clericum,
vel poteſtati ſupra clericos,& ideo ſecundum eum,Bar.in l.fi.
ff.de colleg.illici. tenent quod licet rector ſcholarium ſit lai-
cus,tamen clerici ſcholares non conuenientur ſub eo.Subdit
poſtremo Barb.tenenda eſſe mēti prædicta, quia in eum erāt
illuſtriora.Ego autem aduertendum puto,ꝙ licet prædicta vi
deantur colorata,tamen pro communi opi. omiſſis multis,q̄
dici poſſent circa intellectum c.cæterum de iud.eſt tex. expreſ-
ſus.in c.ex tranſmiſſa de foro competen.qui tex.expreſſe loqt̄
in iudice laico, & tamen vult,quod in cauſa feudali habeat
iuriſdictionem inter clericos. Et ideo non opus eſt vlteriori
diſputatione,quia iſta iuriſdictio eſt formata a iure canonico
Nec eſt verum illud,quod dicebat And.Barb.quod Papa non
potuerit hoc facere,tanquam hoc ſit tollere ius diuinum, qa
non eſt verum,quod hoc modo tollatur ius diuinum, ſed po-
tius limitatur in iſto caſu, quam limitationem potuit facere
ſummus Pontifex,vt dicit Fel.in d.c.cæterum.in 2.column.di-
cens ſe multa ad hoc allegaſſe.in ca.tua. el j. extra de deci.Itē
aduertendum eſt,qa vt dicit Bald. ſupra relatus, conſuetudo
generalis potuit dare iuriſdictionem do.feud. laico inter cleri
cos,quia conſuetudines feudorum generales,tanquam intro-
ductæ vniuerſo conſenſu populi, ſic tam clericorum, quam
laicorum ligant ēt clericos & eccleſiaſticas perſonas,vt late di
xi in 2.q.prin.primæ partis huius operis.

16 Secundo quæro,†in quo loco debeat do.ſedere, quādo vult
cognoſcere de cauſa feudali inter vaſallos.Iſtam dubitationē
formauit gl.in c.imperialem.in §.pen.in glo. 2.de prohib.feu.
alien.per Fed.& reſpondet, quod poterit ſedere vbi voluerit,
ſeruata honeſtate ſua,& maiorum ſuorum.allegat.l.pen.in fi
ne,ff.de iuſt.& iu.quæ glo. bene loquitur ſecundum Iacob.de
Bel.ibi:Subijcit tamen Alua.in 5.colum.iſtud eſſe ſane intelli
gendum,quod dominus poteſt eligere locum vbi vult. quan-
do haberet plura loca, in quibus maiores ipſius ſoliti ſunt iu
dicare,& probatur,ſecundum eum,in l.ſi vt proponis. la ſecū
dā C.quomodo & quando iudex. Secus autem ſi non habe
ret,niſi vnum locum,in quo iudicare ſolitus eſſet, quia tunc
non poſſet alium locum eligere,vt l.cum ſententiam.cum ibi
notatis.C.de ſenten.& interlocuto.omnium iudi.& dicta in l.
penul.Et ſi alibi cognoſceret vel ſententiam ferret, eſſet nulla
ipſo iure,vt dixit Bal.in dicta.l.pen.niſi partes eſſent contentæ
prorogando de loco ad locum,argum.l.quæro.ff.de ſol.vel ni
ſi ipſe dominus non poſſet ibi ſedere aliqua iuſta cauſa impe
ditus,quia tunc nō poſſet etiam alibi,argumen. eorum q̄ no.
in l.j.C.de ſen.ex breuiculo reci.ego addo bonum textum in
l.ſi locus,de iudi.vbi tex.generaliter diſponit, quod ſi locus in
iubendo iudicare non eſt comprehenſus,videtur eo loco iudi
care iuſſiſſe,quo ſolet iudicari ſine incommodo litigātium,
& dicit ſignanter Paul.de Caſt.ibi,quod ille tex.non habet lo
cum etiam in delegante,& ideo ego pondero eſſe. vbi ſcribit
text.contra illud, quod dicunt communiter ſcribentes in d.l.
pen.ff.de iu.& iure.vbi dicunt dictam l.pen.non procedere,in
delegato,quia ſecundum eos poteſt delegatus ſibi eligere lo
cum quem vult.

17 Tertio quæro,†quomodo procedi debeat in cauſa feu.an lis
conteſtanda,& ordo iudiciarius obſeruandus.Iſtam dubitatio
nem tetigit Alua in d.c.imperialem.§.pen.circa finem,de ꝓh.
feu.alie.per Fed.& ibi concludit libellum eſſe porrigendum,
litem conteſtandam,totumque iuris ordinem obſeruandum
Motus,qa vbi deficit ius feudorum,recurrimus ad legem ſcri
ptam.cap.j.de feud.cognitione,& refert tenere Iacob. Ard.in
ſum.in ti.de contentione feudi,ſub rubricella, qualiter in cau
ſa debeat procedi.Ego addo quod eandem opi.tenuit Innoc.
quem ſequuntur communiter canon. in d.ca.cæterum,extra
de iud.ſubijcit tn̄ Alua.in loco præallegato,ꝙ iuramentū cal.
non exigitur,vt in c.j.§.in qb.de cōſue.recti feu. Et ſi dn̄s & va
ſal.inuicem ambo conquirantur ius vaſalli prius diſcutiendū
eſt:vt tenet Iac.Cur.de contentione feu.ſub j.rub.per tex.de c.
extraord.in §.ſi contentio.

18 Quarto quæro, †quid ſi non eſt deputatus notarius qui ſcri
bat in cauſa,quis notarius conficiet acta de tali cauſa. de qua
cognoſcit dominus inter vaſallos. Iſta dubitatio deciditur ex
his,quæ ſcribit Bald.in l.non enim aliter circa medium. ff.de
adopt.vbi dicit Bal.quod quando nō ſunt notarij de publico
deputati,iudex poteſt eligere duos, etiam non tabelliones,q
ſcribant acta,quia vni non crederetur ſecundum eum l.curēt.
ff.de teſti.c.quoniam contra falſam extra de proba. Et ideo di
cit Bald.quod iſti ſcribæ ſunt boni viri approbati,non tamen
ſunt notarii,qa tunc ſufficeret ſcriptura vnius,etiam ſolius.&
ad hoc dicit facere,ꝙ no.per Inn.in c.cū P.tabell.extra de fi.in
ſtru.& iſtud dicit eſſe verius, quam illud quod ſcribit Guil.de
Cu.in d.l.nō enim aliter.Addit etiam Bal.ibi id,quod no.Spe.
ti.de proc §.ratione autē formæ.circa princ.& licet Bal.ibi nō
loquatur in cauſa feudali:reperio tamen quod Alua.formans
dictam quæſtionem in materia feudali,in d.ca.imperialem.§.
pen.ad finem,de proh.feu.alie.per Fed.remittit ſe ad nota.per
Bal.in d.l. nonenim aliter.

19 Quinto quæro, † an vaſalli poſſint prorogare iuriſdictio
nem alterius iudicis,ſine conſenſu dom.feu. Iſtam dubitatio-
nem tetigit glo.in d.c.imperialem,§.penul.de probibib. feud.
alie.per Feder. & ibi ponit duas opiniones. Prima eſt, quod
non,ea potiſſimum ratione, quia Imperator ſpecialiter de-
dit hanc authoritatem, & cognitionem dom. feudi inter
vaſallos ſuo litigantes, vnde ſi fit contrarium, fit contra
legem,& per conſequens non valebit quod actum eſt.l.non

dubium.C.de legib.Secunda opin. eſt, quod aut iſti vaſalli li-
tigantes prorogauerunt iuriſdictionem dom.in alium iudicē
per errorem,& tunc non valeat qđ actū eſt: Secus ſi ex certa
ſcientia,vt quia bene ſciebant iſtam iuriſdictionem & cogni-
tionem eſſe do.ſed tamen voluerunt,quod ille alter iudex co
gnoſceret,& tunc valebit quod actum eſt per l.primā in prin
cip.ff.de iud.Aluar.in d.§.pen. refert aliquos Docto. tenentes
hanc ſecundam opini. & alios etiam tenentes primam cum
alia ſubdiuiſione, vt ibi per eum.Communis tamen eſt ſentē
tia,quod vaſalli litigantes de ſeu.non poſſint prorogare iuriſ-
dictionem alterius iudicis ſine licentia do.Sicut dicimus ī cle-
ricis,qui non poſſunt prorogare iuriſdictionem alieni iudicis
ſine licentia ſuperioris,iuxta c.ſignificaſti,extra de foro com
petenti.Ita tenuit Bar.in l.j.in princi.ff.de iud. & idem Barb.in
l.j.§.& poſt ope.ff.de ope.no.nun.vbi Alexand.allegat priores
alias authoritates,& tandem concludit,quod iſta eſt magis ꝯ
mnnis opinio,quam etiam ſequuntur Inno.Hoſt.Io. And.&
magis communiter Cano.in c.cæterum,extra de iud.Sed præ
cipua difficultas huc reducitur,nunquid requiratur expreſſus
conſenſus domini, an vero ſufficiat ſcientia & patientia ſine
contradictione.de quo fuit diſcordia inter Ant.de Bu. & Pan.
nam tenuit Ant.in c.cæterum,de iud. non ſufficere ſcientiam
& patientiam do.ſine contradictione,quia cum agatur de p̄-
iudicio do.non vr̄ dominus conſentire tacendo, per regu. is q
tacet.de reg.iu.in 6.& l.qui patitur.cum ibi no.ff.mand. eſt do
ctrina Bar.in l.quæ dotis.ff.ſol.ma.Contrariam opi quod imo
ſcientia & patientia do.habeatur pro conſenſu,tenuit Pano.
in d.c.cæterum,de iu.Motus primo per ea,quæ habentur in c.
olim.& in c.ex parte.extra de reſcr.vbi no.Inn. quod ſi patior
aliquem agere nomine meo,videor illi dare mādatum: Ergo
idem erit in propoſito.Secundo mouetur per ea, quæ habenē
in l.ſæpe.ff.de re iud.& in c.quamuis,eo.titu.in qb.patet,quod
ſcientia præiudicat patienti ius ſuum deduci in iudicio. Ter-
tio mouetur Pan.quia hic agitur de modico præiudicio dom.
ergo tacens videtur conſentire,vt l.quam Tuberonis. §. j.ff.de
peculio.& l.Sabinus.ff.communi diui.& eſt regula Barto.in l.
quæ dotis.in fi.ſo.mat.Eandem opi.quam tenuit Pano.tenuit
etiam And.de Iſern.in c.imperialem.§.fin.de prohi. feu.alie.ꝑ
Fede.Eandem opi.tenuit Bal.in c.j.de inueſt.in maritum facta
vbi hunc articulum ſubtiliter tractat. Reperio tamen, quod
primam opi.Anto.tenuit ſubtilis Fran.de Are.in d.c.cæterum.
motus,quia ſimplex ſcientia & patientia partium non proro-
gat iuriſdictionem in iudicem,vt dicit Inn.in c.præterea, ext.
de dila.eſt caſus,& ibi hoc ponit Bald.in l. ſi quis ex conſenſu.
C.de epi.audien.vbi patet,quod ſi iudex incompetēs citet par-
tem,& patitur pars ſe poni ī banno,& procedit,per hoc non
videtur prorogata iuriſdictio.& propterea dicimus,quod qua
ſi poſſeſſio non dicitur acquiri ex tacito conſenſu ſubditorū,
ſecundum Inno.notabiliter in c.olim.el 2.extra de reſt.ſpo.&
plene declarat Bal.in l.2.circa mediū,C.de ſerui. & aqua. Pro
concluſione iſta adducit Are.tex.opt.in c.epiſc.8.q. 2. vbi tex.
dicit,ꝙ Epiſcopus ī aliena dioeceſi nō poteſt exercere iuriſdō
nem aliqd ordinando,id eſt,aliqd diſponēdo ſine voluntate
ipſius Epiſcopi,cui ſubeſt dioeceſis.Ex quo ſatis vr̄ colligi,ꝙ ñ
ſufficit tacita voluntas elicita per patientiā,ſed reqrit̄ expreſ-
ſus cōſenſus,ſaltē aliquo facto.Et tenendo hanc opi.reſpōdet
Are.ad tria fundamenta Pan.Et primo dicit non obſtare no.
ꝑ Inn.in d.c.olim.& ī c.ex parte.de reſc.Quia ſm eum non eſt
bonum ſimile,ex quo maior p̄ſumptio reſultat, quando quis
agit actum nomine meo,ꝙ patiendo videar illi dare manda-
tum,q̄ quando quis agit nomine ſuo,vnde non bene infertur
de vno ad alium. Facilius enim ratificatur actus geſtus nomi-
ne meo,quam nomine alterius,vt in l.ſi pupilli.§.hoc quærit̄
ff.de neg.ge.& no.8.q.2.cap.Longomenſis.& etiam per ſe pa-
tet,ꝙ aliquid plus videtur eſſe ad imprimendum conſenſum,
quod actus fiat nomine meo,quam ſi nō,qa facilius poſſum
prohibere ne fiat,& impedire actum gerēdum.Secundo reſpō
det Are.ad no.eſt ī l.ſæpe.ff.de re iud.& in c.quamuis,eod.ti.ꝙ
illi ſunt caſus ſpeciales,qui non ſunt trahendi ad cōſequētiā,
vt etiam dicitur in d.l. ſæpe. qb.non eſt ſimilis caſus noſter,qa
vaſalli non deducunt ius domini in iudicio,ſed ſuum.Non ob
ſtat etiam ſecundum eum, tertium fundamentum Panormi.
quod hic agatur de modico præiudicio,qa poteſt dici, ꝙ hoc
non eſt ſemper verum.Nam primo per iſtum actum turbatur
iuriſdictio iudicis,ſecundum Bart.in l.ſepulchri violati actio.
ff.de ſepul.vio.Scđo poſſet dari materia frequenter ſimilia at-
tentandi iudicio ordinario.Tertio videtur cōtemni do. & ho
nor eius,cum receditur a iudice ſuo.Ar.l.litigatores. in princ.
ff.de arb.& hoc non videtur eſſe modicum præiudicium,imo
multum conſideratur.l.reprehendēda.C.de inſt.& ſub.l.filiū,
§.omnib.ff.de leg.præſt.vnde ex iſtis rōnib.& qa forte intereſt
do.pro ſuo directo do.ſeruando,vt magis ipſe cognoſcat,quā
alius,non vr̄ agi de leui præiudicio.Reperio ēt quod eandem
opi.contra Panor.tenuit And.Barba.in d.c.cæterū.in x.col.de
iud.vbi quædā alia ſatis leuia adducit,q̄ non curo referre. Ego
autem aduertendum puto,ꝙ pro opi.Panor.fortiter ſtringere
videtur illa communis regula,quam ponit glo. communiter
approbata in l.Caius.ff.de pigno.act.& eſt communis theori-
ca Barto.& aliorum,in l.quæ dotis,ff.ſolu.mat.in quibus locis
traditur communis regula & concluſio, quod vbicunque po
teſt quis contradicendo actum impedire, ſcientia & patientia
inducet conſenſum,ſed ſic eſt,quod ſtante communi ſenten-
tia,de qua ſupra,quod non poſſint vaſalli prorogare iuriſdi-
ctionem ſine conſenſu do. feud. potuiſſet dominus contradi-
cendo impedire iudicium agitatum per vaſallos coram iudi-
ce ordinario. Ergo ſcientia & patientia inducet conſenſum.
Sed pro reſolutione huius difficultatis aduertēdum eſt,quod
ad hoc vt procedat regula poſita ī.d.l. Caius nō ſufficit quod
aliquis ſciat & patiatur,ſed requiritur præſentia & taciturni-
tas.Iſtam differentiam ponit Ioan.And.in cap.j.per illum tex
tum de deſpon.impuber.lib.6.& Barto.in l.quo enim, in prin
cipio,per iura ibi allegata ff.rem ratam habere. Idem tenuit
Bald.in l.prima,ff.de nego.geſt. Non ergo ſufficit ſola ſcien-
tia dom.qui non eſt pręſens in iudicio agitato per vaſallos co
ram ordinario,etiam quod poſſet contradicendo actum im-
pedire.Et ſic videtur, quod ex iſta regula ita declarata magis
fortificetur opinio Anton.quod non ſufficiat ſola ſcientia &
patientia.
20 Prædictam tamen communem concluſionem,quod vaſalli
non poſſint prorogare iuriſdictionem ſine coſenſu do.feudi,
limitabat ſignanter Bal.in l.j.C.ſi a non competēti iudice, vt
non procedat in feudo franco.quæ limitatio non placet Fran.
Are.ī d.c.cæterum.in 2.col.per ea quæ habentur,c.j.de feu.nō
habente propriam naturam feudi,vbi patet ꝙ quamuis natu
ra feu.ſit alterata ī aliquo. ī reliquis tamen remanet vt feudū.
Præterea ſecundum eum,ſicut dicit notabiliter Ioan. And.in
add.Spe.titu.de præſcrip.ſuper rub.licet feu. ſit francum,id eſt,
liberum ab omni ſeruitio,non tamen per hoc eximitur vaſa
iuramento fidelitatis,nec ab obligatione eorum, quæ cōtinē
tur ī ipſo iuramento,de quo in c.j.de noua forma fidel. Cum
ergo adhuc remaneat vaſallus obligatus do.relinquitur,ꝙ in
eo ſubeſt eadem ratio, quæ eſt in alijs vaſallis, cur non poſ-
ſint prorogare iuriſdictionem.
21 Sexto quæro, † quid ſi agatur cauſa poſſeſſorij inter vaſal-
los,an do.feu.ſit iudex. In hac dubitatione variæ fuerunt opi.
Doct.Nam in primis glo.in d.c.cæterum ſoluendo ꝯrium, c.
ex parte,tex.de foro compet. tenuit quod in cauſa poſſeſſorij
do.feu.non ſit iudex de neceſſitate. Et ita reſpondebat ad tex.
in d.c.ex parte, quod ibi fuit actum iudicio poſſeſſorio, ideo
potuit agi coram ordinario. Sed Inno. in d.c.cæterum.poſuit
tres opi.Prima eſt,ꝙ non poteſt dici iſta qō. feudalis:Ideo agi-
tur coram ordinario,allegat dictū c.ex parte B. Secunda opi.
eſt,ꝙ ſit quæſtio feudalis:Ideoq; agitur coram do. feudi. Ter-
tia opi.eſt,vt diſtinguamus inter laicum ſpoliatū,& clericum
ſpoliatum,vt primo caſu agatur coram dño feudi:ſecundo ca
ſu poſſit clericus vaſallus ſpoliatus coram iudice eccleſiaſtico
22 conuenire ſuum expoliatorem.Quia † ſacrilegium crimen ec
cleſiaſticum eſt,16.q.1.c. in cano. Quod procedit ſm eum, ēt
ſi ſit dubium de ſpoliatione,arg.24.q.3. in c. ſi quis de poten-
tibus.Varij varia dixerunt,ſed iudicio meo veritas huius dubi
tationis dependet a diſcuſſione alterius, nunquid cauſa poſ-
ſeſſorij, diuerſa ſit a cauſa petitorij, an vero retineat eaſdem
qualitates,quas retinet cauſa petitorij.Circa ꝙ reperio etiam
ſcribentium magnas varietates.Nam glo.reputata ſingularis,
in c.literas.de iura.calum.tenuit,ꝙ licet cauſa petitorij ſit ſpiri
tualis, nihilominus cauſa poſſeſſoria illius petitorij non erit
ſpiritualis. Ergo eodem modo vr̄ dicendum in propoſito, ꝙ
licet quæſtio petitoria feudi ſit feudalis,nihilominus poſſeſſo
ria quæſtio non erit feudalis. Ad quod bene facit,ꝙ ſignāter
dixit Bal.in l.2.ff.de iuriſd.omn.iud.vbi dixit,ꝙ ſtante ſtatuto,
ꝙ forenſis non poſſit acquirere rem immobilem in ciuitate,
ꝙ nihilominus poterit acquirere nudam poſſeſſionem, quia
eſt facti,& non iuris.bene facit tex.in l.1.§.ſi vir.ff.de acq. poſ.
Confirmantur prædicta per illud,ꝙ ſignanter voluit Vinc.in
c.fi.extra de iud.vbi dixit, ꝙ ſuper ſpoliatione iuris ſpiritualis
poteſt agi coram laico,quia talis cauſa non eſt ſpiritualis.Ac-
cedat,ꝙ alibi ſignanter dixit Bal.in c.quanto,extra de iud.vbi
23 voluit, ꝙ iudex ſecularis poteſt cognoſcere de poſſeſſorio iu-
riſpatronatus,quia licet iuspatronatus ſit ius ſpirituale,vt ibi
hr̄:tamen quæſtio poſſeſſoria patronatus, non eſt ſpiritualis.
In contrarium facit glo.in c.fi.extra de iud. quæ voluit. quod
ſi agatur poſſeſſorio de re ſpirituali, agendum erit coram iu-
dice eccleſiaſtico, quia eiuſdē naturæ eſt poſſeſſio, cuius pro-
prietas,ſic etiam dixit Bertran.in cle.diſpend.de iud.quod ſi de
beneficio agatur iudicio poſſeſſorio, quia beneficiatus dicat
ſe eſſe expoliatum, quod tunc dicitur cauſa eccleſiaſtica, &
beneficialis,& tenetur facere fidem de titulo ſuo,capitulo pri
mo,vt li.pendente,lib.6.c.ex tranſmiſſa,de reſtitutio. ſpol. Eſt
verum,

verum quod Car. ibi tenet contrarium, quod imo cauſa ſu-
per poſſeſſorio beneficii non eſt ſpiritualis, vt dicit glo. in ca.
literas. de iuramento calum. idem voluit Card. in c. conſulta-
tionibus. de officio deleg. & in d. c. ex parte. B. de foro comp.
Sed omiſſa longiori diſputatione, communis opin. eſt, quod
cauſa poſſeſſorij feudalis ita ſit determinanda coram do. feu-
di, ſicut cauſa petitorij. Iſtam opi. tenuerunt Ioan. de Imol. Pa
nor. Fran. de Are. & communiter Mod. in d. ca. cæterum. extra
de iud. & dicit Bal. ibi Docto. communiter reprobare glo. ibi,
quæ tenebat contrarium. Fundamentum ipſorum communi
ter eſt, quia ibi debet determinari cauſa poſſeſſionis, vbi cau-
ſa proprietatis, vt in ca. j. extra de cauſa poſſeſſio. & prop. & l.
nullus. C. de iud. nam etiam in poſſeſſorijs agitur ad rem feu-
dalem, & ratione poſſeſſionis intereſt dominorum, ne re ſua
vtatur extraneus. Inſtit. de interdi. §. commodum. Nec obſtat
tex. in d. c. ex parte. q. quia ibi loquitur de perſona miſerabili
oppreſſa, in qua eſt ſpeciale, quod poſſit adire iudex ordina-
rius eccleſiaſticus. Et eſt hæc communis reſponſio, quæ da-
tur ad illum tex. Eſt verum, quod Bal. fuit in hoc articulo mul
tum varius. nam c. j. §. fina. de proh. feu. alie. per Fede. ſimplici-
ter tenet, quod iudex ordinarius poſſit adiri. & idem dixit in
c. j. de inueſtitura in maritum facta ſed idem Bal. in d. c. cæterũ,
diſtinguit quod aut intentatur poſſeſſio qualificata, id eſt, feu
dalis, & cognoſcit do. alias ſecus. Sed meliorem diſtinctionẽ
poſuit idem Bal. in l. 3. C. ſi a non compe. iud. & in c. j. §. ſi ĩter
pares. de lege Cor. dicens, quod aut agitur poſſeſſorio, cuius
victoria adminiculatur proprietati: Exemplum, ſi peto mihi
poſſeſſionem ablatam reſtitui, ſi peto priuari iure, quia occu-
paſti rem meam ꝓpria authoritate: Si ago interdicto vti poſſi
detis, petens pronunciari me eſſe poſſeſſorem. quæ quidem
poſſeſſio parat magnum commodum ĩ iudicio proprietatis,
vt in §. commodum. Inſt. de interd. & in l. ſicuti. §. ſed ſi quæra-
tur, ff. ſi ſerui. vend. & tunc pertinet cognitio ad dom. quia nõ
poteſt negari, quin iſta quæſtio ſit de pertinentibus ad cauſam
proprietatis. Ideo licet iuriſdictio conceſſa do. feu. videatur eſ-
ſe reſtringenda, quia eſt conceſſa de iure ſpeciali contra regu
las iuris, quia tamen habet cauſam fauorabilem, & quia iuriſ
dictio conceſſa in cauſa principali extenditur ad pertinentia
ad ipſam, vt l. cum hi, in prin. & §. tranſactionem, & ibi p Bar.
ff. de tranſ. pro quo facit optime, quod eleganter tradit Bar. in
materia ſtatuti, & exorbitanti a iure communi, in l. ſolent, in
vltima quæſt. ff. de alimen. & ciba. leg. & quod no. Bal. in l. 1. C.
de rebus credi. Facit etiam optime, qa iuriſdictio delegata eſt
ſtricti iuris, vt traditur ĩ c. ad hæc, & in c. nõnulli. extra de reſc.
& tamen ſi committitur ſimpliciter cauſa, videtur committi
cauſa poſſeſſionis & proprietatis, vt in c. 1. & ibi not. extra de
ſeq. poſſeſ. & fruct. Ergo eodem modo ſi lex dat domino co-
gnitionem ſuper fudo, videtur dare cognitionem vtriuſque
cauſæ. Benefacit tex. in c. j. in verbo, rem reſtituat. de mili. va-
ſallo, qui contumax eſt. vbi etiam ratione poſſeſſionis vaſall9
ageret ad iniuriam, vel ad pœnam, vel ad intereſſe ſimpliciter
vel vbi pro poſſeſſiõe, qua eſt ſpoliatus, vellet agere criminali
ter, tunc cognoſcit iudex ordinarius & non dominus: Quia
hic non vertitur quæſt. feu. ita diſtinguit Bal. in locis allegatis.
24 & ſequuntur Inno. & Moder. in d. c. cæterum. †Et ſic in effectu
ex diſtinctione Bal. limitatur & modificatur communis opi.
de qua ſupra, quæ tenenda eſt, quod etiam cauſa poſſeſſoria
feudalis ſit terminanda coram domino feudi. Quæ commu
nis opinio ſatis confirmatur ex alia communi opinione, quæ
eſt in alia difficultate, de qua ſupra, quod ſicut cauſa petitoria
ſuper beneficio non poteſt tractari coram iudice ſeculari, ita
nec cauſa poſſeſſoria, quaſi ſit ſpiritualis, ex quo eſt de re ſpiri
rituali. prout tenuit glo. elegans in d. c. fina. extra de iu: Et licet
Vinc. ibi tenuit contrarium, intelligens ꝙ in d. c. fin. ageret de
iure patronatus, vel alio iure ſpirituali eligẽdi, dicẽs, ꝙ de ſim
plici ſpoliatione illius iuris potuit agi coram laico, ſed de pro-
prietate non etiam incidenter; tamen Io. And. ibi dicit Vinc.
erraſſe, quia nõ quærebatur ibi de electione rectoris eccleſię,
ſed Caſt. vt ibi in ſi. illius literæ patet ibi, tempus regiminis, iõ
agitur coram ſeculari ſecundum eum. Et ſic vult Ioan. And.
quod ſi fuiſſet actum de iure ſpirituali eligendi, licet poſſeſſo
rio, debuiſſet agi coram iudice eccleſiaſtico, & ſic ſeqtur opi.
gl. ibi, quam etiam opin. tenuerunt Landinus Bertrand. & Io.
de Lig. in cle. diſpendioſam. de iu. vbi dicunt quod tractabitur
ſimpliciter & de plano, vt cã ſpiritualis. dicunt etiam ꝙ quæ-
ſtio poſſeſſoria ſuper beneficio dr̃ beneficialis. clem. vnica. de
cauſa poſſeſſo. & propric. Nec ob. l. naturaliter. §. nihil cõmu-
ne. ff. de acq. poſ. quia illud eſt verum, vt ſentẽtia lata ſup vno
non præiudicet in alio, ſed in multis maximam habent com
25 munionem, & ad hoc facit. ca. cauſam, de præſc. †vbi ſicut lai
cus nõ p̃t hr̃e proprietatẽ in iure declinandi, ita non põt hr̃e
poſſeſſionem. Ergo qõ poſſeſſoria eſt ſpiritualis. Eandem opi.
tenuit Ioan. An. ĩ ti. de pe. & poſſ. §. 1. ver. qd ſi ago poſſeſſorio;
facit ꝙ voluit Arch. & Io. An. in c. eum q. de eo, q mit. in poſ.

lib. 6. vbi ſicut non habet locum immiſſio, quando agit̃ de be
neficio ĩ caſu illius capituli, ita nec hẽt locũ, qñ agitur poſſeſ-
ſorio, & voluit Spe. in ti. de contu. §. ſequitur. ver. & illud, refe-
rens quod Clemens Papa ita pronunciauit, & Docto. omnes
ad hoc conuenerunt, licet glo. aliter ſenſerit in d. ca. eum, qui.
Idem voluit Spec. in ti. de iuramento calumniæ. §. ſequitur, in
prin. vbi dixit, quod ĩ poſſeſſorio rei ſpiritualis nõ iuratur de
calumnia. Et iſtam opi. tanquam veriorem ſeqtur And. Barb.
ĩ d. c. fi. extra de iud. ſubdens tenendum eſſe pro certo, ꝙ ꝓprie
& ſtricte quæſtio poſſeſſoria rei ſpiritualis, dicatur quæſtio ſpi
tualis: Adducit ĩ primis tex. in l. nullus. C. de iud. ponderando
verbum (continet) ibi poſitum in tex. dum dicit, quod cõtinet
proprietatem & poſſeſſionem, & non poteſt impetrari vnus
iudex in poſſeſſione, alius in proprietate: Sed ſic eſt, quod ver-
bum (continet) adaptatur ad propriam & ſtrictam ſignifica-
tionem, ſecundum Doctrinam Bar. in l. cui eorum, §. affinita
tes. ff. de poſtulan. Si ergo cauſa ſpiritualis continet proprieta-
tem & poſſeſſionem: Ergo ſequitur, quod ſicut proprietas eſt
26 ſpiritualis, eodem modo poſſeſſio & ſtricte. †Secundo moue
tur, quia duo diuerſa non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto. l.
vbi repugnantia. ff. de regu. iur. Sed cauſa ſpiritualis continet
proprietatem & poſſeſſionem. Sequitur ergo, quod ſicut pro
prietas eſt ſpiritualis, ita poſſeſſio. Tertio mouetur p tex. in ca.
fina. de iud. in 6. vbi dicitur, quod filiusfamilias poteſt ſtare in
iudicio ſine conſenſu patris, in ſpiritualibus & dependentib.
ab eis, & glo. ponit exemplum in dote. Ad idem tex. ĩ clemen.
de iudi. Si ergo cauſa dotis, quæ eſt temporalis, cenſetur ſpiri-
tualis ex eo, quia dependet a matrimonio. Quanto fortius poſ
ſeſſio, quæ eſt pars rei ſpiritualis, dicetur ſpiritualis. Quædam
alia adducit Barb. ibi, & p̃cipue, quando iudex iudicij præpa-
rantis debet eſſe iudex iudicij præparati, & econtra, iuxta do-
ctrinam Bal. ĩ l. ordinarij. C. de rei vend. Cum ergo quæſtio poſ
ſeſſoria ſit præparatoria quæſtionis petitoriæ. c. dilectus. extra
de cauſa poſſeſſio. & propo Ergo ſicut petitoria eſt ſpiritualis,
& ſic cauſa præparata, ita erit ſpiritualis cauſa præparatoria,
& per conſequens quæſtio poſſeſſoria, quia cum iudex eccle-
ſiaſticus de ea debeat cognoſcere, & non laicus, ergo ſpiritua
lis eſt, c. quanto. de iu. Benefacit, quia etiam poſſeſſio eſt pars
rei. d. c. j. de cauſa poſſ. & prop. & d l. nullis, C. de iud. Ergo erit
ſpiritualis, ſicut & ipſa res. Membra enim ſunt eiuſdem quali
tatis, cuius eſt caput. c. cum non liceat, extra de præſcrip. Et ſic
ex præmiſſis cõfirmatur optime communis cõcluſio, de qua
ſupra, quod quæſtio poſſeſſoria feudalis ſit terminãda eo mo
do, quo cauſa petitoria.
27 †Septimo quæro, †quid ſi contra dominum cognoſcentem
de feu. opponatur declinatoria, & conuentus neget ſe vaſallũ
an do. cognoſcet, an ſua ſit iuriſdictio? Videretur dicendum,
ꝙ ſic, per l. ſi qs ex alie. ff. de iudi. & ideo tex. ĩ c. 1. ĩ fi. de inueſti
tura ĩ maritum facta, vr̃ probare, ꝙ non poſſit opponi decli-
natoria. Tamen contrarium eſt veritas, prout tenuit gl. ĩ d. c. j.
ĩ fi. & ibi communiter Feudiſtæ. & iõ dicebat Io. Ray. in ca. im
perialem. §. p̃terea ſi ĩter. de ꝓh. feu. alie. per Fede. quod aut cõ
ſtat de competentia, & tũc non hẽt locum fori declinatoria:
Secus autem ſi conſtet de incompetentia, de qua poteſt appa
rere multis modis: Primo ſi conuentus coram do. neget ſe va
ſallum. Nam tunc iudex ordinarius cognoſcet de huiuſmodi
exceptione, tanquam præiudiciali, §. præiudicialis. Inſt. de act.
argu. c. tuam, extra de or. cog. Et ſi ſibi conſtabit ipſum eſſe va
ſallum, remittet eum ad dñm, ſi vero conſtabit ipſum nõ eſ-
ſe vaſallũ, ad vlteriora ꝓcedet. Et iſta opi. verior eſt, quia ſi do
minus cognoſceret in cauſa de caſib. p̃dictis eſſet iudex in cau
ſa propria, contra rubricam, C. ne quis ĩ ſua cauſa ius ſibi di-
cat. Et tenendo iſtam opi. non obſtat tex. in d. l. ſi quis ex alien.
quia loquitur in iudice ordinario generali: nos vero hic loqui
mur de ordinario ſpeciali. Hanc limitationem ad dictam l. ſi
quis ex aliena. poſuit glo. reputata ſingularis, ĩ d. c. j. de inueſti
tura ĩ maritum facta. faciunt no. in l. de iure. ff. de municipia.
Item facit trita regula, q̃ vult quod iura cõia; ſiue generalia;
ſint fortiora, q̃ iura ſpecialia, vulgata. l. eius militis. §. militia
miſſus. ff. de teſt. mil. Confirmat̃ p̃miſſa cõis concluſio per tex:
ĩ c. cęterũ. extra de iu. ĩ verbo (conſtat poſſeſſiones tenere ĩ feu
dũ) quem tex. põderant ibi cõiter cano. ꝙ ad hoc, vt do. feudi
poſſit exercere iuriſdõnem, dẽt conſtare litigãtes eſſe vaſallos,
ideo ſi eſſet dubiũ, recurreretur ad ordinariũ, l. nemo. C. de iu
riſdictio. omn. iud. Ideo dixit in ſpecie An. Barb. ĩ d. c. cæterum
ĩ 4. colum. ad fi. & principio ſequentis, ponderandũ eſſe, quod
ibi eſt tex. pro illa glo. quam Bal. dicit alibi nõ reperiri ĩ d. ca.
1. de ĩueſtitura ĩ maritum facta, quod licet dicamus, quod qñ
eſt dubiũ ĩ iuriſdõne citantis, dẽt citatus comparere, vt l. ſi qs
ex alie. ff. de iud. ꝓcedit, quando qs citatur coram iudice ordi
nario generali, ſed quando eſt ordinarius ſingularis, vel inter
paucos, ſicut eſt do. feu. non tenetur citatus comparere, niſi ve
re ſit iuriſdictio citantis.
28 Octauo quæro †an iuriſdictio domini ſit ordinaria vel dele

 gata.

geta.In hoc breuiter conclude,quod do.feudi habet iuriſdõ-
nem ordinariam in vaſallo,reſpectu cauſæ concernentis feu-
dum,& ita probat tex.in d.c.cæterum,de iu.quem ad hoc, ibi
not.Pan.& communiter Cano.Et deducitur ſic, nam talis iu-
riſdictio competit domino a lege,vt probat tex.in d.c.cæterũ.
& in c.imperialem.de prohi.feu.alie.per Fede.& in c. verum,
de for.compet.ſed vbi lex confert iuriſdictionem, talis iuriſdi
ctio cenſetur ordinaria,vt dixit Innocen.in c.cum ab eccleſia
rum.& in cap.quanto.de offic.ordina.glo.in ca.ſuſpicionis,&
in c.P.G.de officio deleg.tex.gl.Bart.in l.& quia.ff. de iuriſ.om
nium iud.& ideo pulchre dixit Bar.in l.ſi maritus.§. primo,ff.
de adul.quod licet inquiſitio ſit remedium extraordinarium,
tamen ſi eſt permiſſa a ſtatuto, dicitur eſſe remedium ordina
rium.Eſt tamen aduertendum,quod licet dom.ſeu.dicatur iu-
dex ordinarius in cauſa feudali,dicitur tamẽ iudex ordinarius
particularis,vt dixit glo.reputata ſingularis in d.ca.j.de inueſti
tura in maritum facta.& per cõſequens iudex vniuerſalis ma
ior eo:Quod eſt bene ponderandum ad materiam l. cõtra pu
pillum.§.q ad maius.ff.de re iu.Et ex hoc infert Pan.in d.ca.cæ
terum,quod illius iuriſdictio poterit prorogari reſpectu ſimi-
lis cauſæ feudalis,ſecus ſi non eſſet conſimilis:Quia tunc non
poſſet prorogare,ſed nudam iuriſdictionem dare, ꝙ non põt
facere conuentio.l.priuatorum.C.de iuriſd.omn.iud.no.in c.
& ſi clerici,de iu.Inno.in c.1.de mu.pet.Bar. in auctẽ. & con
ſequenter.C.de ſenten.& interlo.om.iu.Ex præmiſſa etiam cõ
muni concluſione,quod do.ſeud. habeat iuriſdictionem ordi
nariam.infert Panor. in d.c.cæterũ quod cum habeat ordina
riam,poterit alteri committere,argumen.l.1.C.qui pro ſua iu
riſdictione.c.paſtoralis.de offic.ordinarij.c.vt litigantes.eod.ti.
ſubdit autem An.Barb.in d.c.cæterum.in 2.colum.ad fin.pon
derandum eſſe,quod iſtud eſt verum,quo ad do.ſeud.vt ſua iu
riſdictio ſit prorogabilis,ſed ſubdit ſibi videri, quod quo ad ꝓ
rogantes hoc non procedat,q̃a ille q eſt ſubiectus alteri non
ratione nudæ iuriſd.ſed veſtitæ reſpectu vaſalligij non poteſt
in alium prorogare.ita dixit Bart.in l.j.§.& poſt ope.ff.de ope.
no.nun.glo.in c.imperialem,§.fin.de proh.feu.alie.per Fed.Er
go ſequitur,ꝙ non poteſt fieri prorogatio , niſi conſentiente
do.feu.arg.c.ſignificaſti,de foro.compe.Conferunt etiam præ
miſſa ad deciſionem alterius dubitationis, an dominus feud.
poſſit recuſari tanquam ſuſpectus: De qua quæſt. me remitto
ad no per Alua.poſt cæteros,in dicto capitu.j.§.fin. de inueſti.
in mari.facta.

29 Nono quæro,†an ſententia lata ſuper ſeu. contra vaſallum
per quam pronunciatum eſt feudum ad alium pertinere, no-
ceat agnatis illius,contra quem eſt pronunciatum . Iſtam du
bitationem tetigit And.de Iſer.in cap.ſi vaſal.de ſuo.ſi de ſeu.
fue.contr.& ibi poſt multa concludit, quod talis ſententia p̃-
iudicabit agnatis ſcientib.illam litem , non autem ignorãtib.
per l.ſæpe.ver.ſed ſcientibus.ff. de re iud. Veritas tamen huius
dubitationis dependet a virtute quæſtionis formatæ per Bart.
in l.filiusfa.§.diui,in j.q.ff.de leg.j.vbi Bar.format quæſtionem
nunquid ſententia lata contra prohibitum alienare extra fa-
miliam præiudicet alijs de familia.Et ſub dubio (forte)dicit,
quod talis ſententia nõ præiudicabit alijs de familia,niſi fuiſ-
ſent citati.Eſt verum,quod contrariam opinion.ibi con.Bart.
tenent ibi Ange.Raph.Imo.& Ale.poſt alios ibi, per eum re-
latos:Moti in primis,quia illi ſolum ſunt citandi, qui habent
ius in re tempore iudicij,non autem illi,qui ex poſt facto ob
aliquam cauſam ius habere poſſunt.l.prima,§.pen.& fin.ff.de
ventre inſpiciend.l.ſi patroni.§.fi.ff. ad Treb. Secundo pro ea-
dem opin. adducitur gl. reputata ſingularis in l. de vnoquoq;
in prin.ff.de re iud.dum declarat regulam illius tex. quæ vult,
quod vnuſquiſque,de cuius intereſſe tractatur, ſit citandus,vt
debeat intelligi,quando principaliter intereſt. Tertio pro ea
opin.adducit Alexand.tex. in l.ex contractu. ff.de re iudicata,
vbi ſententia lata contra inſtitutum præiudicat contra ſubſti-
tutum.Et tenendo iſtam opinio.reſpondet Alexand.ibi ad ali
qua,quæ poſſent adduci in oppoſitum,& præcipue ſi diceret,
quod ex hoc videtur reſultare maxima iniquitas , quod fieri
debeat præiudicium illis,qui non fuerant citati , & quod ſine
facto ſuo debeant ius ſuum amittere,quia dicit ꝙ poterit ſub
ſtitutus appellare pro intereſſe quando erit ipſi notificata,nec
antequam ſit certificatus de tenore ſententiæ currit illi tem-
pus ad appellandum.l.prima,C.de temporib.appe.C.cum cer
tationi,cum gloſſ.de appel.in vj.l.prima,C.de tempo.appella
tio.Et ſic retenta communi ſententia,de qua ibi, videretur cõ
cludendum,quod talis ſententia in cauſa feudali præiudicaret
agnatis illius,contra quem lata eſt. Ego tamen reperio alibi
declarare illam regu.ſuper quam videtur cõſiſtere totale fun
damentum prædictorum,in quantum dictum eſt,quod illi ſo
lum citandi,quos negotium tangit principaliter , non autem
ſecundario,vt ſolum procedat,quo ad hoc vt actus valeat, q̃a
non requiritur citatio illius,cuius ſecũdario intereſt , ſed quo
ad hoc vt illi præiudicetur , oportet eum citari ſaltem per ge-
nerale proclama,vt dicebat Bald.in l.ſi eo tempore,per illum
tex.C.de remiſſione pignorum.& per Bart.in extrauaganti,ad
reprimendum,in verbo(per edictum)facit glo.in l.cum miles
in verbo,faciẽda.ff.ex quibus cau.maiores. & ita declarat Lu-
douic.in l.peregre,§.quib.ff.de acqui. poſſeſſio. & Alexand.in
d.l.de vnoquoque,ad finem principij.ff.de re iudicat.Et iſtam
declarationem repetio ſecutum fuiſſe Felyn.in c.fin. circa me
dium,extra de maior.& obediẽ.vbi pro hoc dicit bene facere
quod no. And.de Iſer.in dicto capitu.ſi vaſal.ſi de feu.ſue. cõt.
inter do.& agnatos, vbi dixit , quod ſentia lata contra vnum
vaſal.habentem feu.antiquum,non nocet ſequentib.agnatis,
ad quos illo deficiente feu.veniebat,non fuerũt citati , vel nõ
ſciuerunt cauſam agi.Et reſpondetur ad l.1.de ventre inſpiciẽ
do quod ibi non erat præiudicium irreparabile, erat enim ſal
uum ius ſubſtituto approbandi partum fuiſſe ſuppoſitum.l.1.
§.fina.ff.de Carbonia.edicto.& ad hoc dicit bene facere quod
not. Bar.in d.l filiusfamilias.§.diui.in 1.q. ff.de lega. primo.&
ideo bene aduertendum puto,quomodo prædicta poſſint pro
cedere & concordari.

30 Decimo quæro,†nunquid ſententia lata inter duos conten-
dentes de feudo certi caſtri,præiudicet hominibus & vniuerſi
tati illius caſtri?Iſtam dubitat.format Barto.in l.ſecunda,C.de
liberali cauſa,& ibi determinat quod non , etiam ſi ſciuerint
cauſam agitari. Quia cum prohibere non potuiſſent,eorum
taciturnitas non debet eis pręiudicare.Vnde cõſuluit ipſe Bal.
quod quando tractatur talis quæſtio,citãdi ſunt illi de vniuer-
ſitate illius caſtri,nõ tamen oportet ipſis offerre libellum,qui
ipſi ſunt ſubiecti iudi.Et illam opinionem Bal.ſequitur Pan.
in c.quamuis.in c.xvij.col.extra de re iu.

31 Vndecimo quæro,†ſi do. feudi pronunciat in cauſa vaſallo-
rum,ad quem ſit appellandum?Communis concluſio Docto
rũ videtur eſſe, quod appellandum ſit ad proximiorem ſupe-
riorem dom.illius feudi:Et ſi ab ipſo proximiore dom.contin
gat poſtea appellari,erit appellandum ad magis ſuperiorem,
& vltimo ad imperatorem.Ita eſt de mente Ioan.An.& com
muniter Cano.in d.cap.cæterum.extra de iudi.& ex mente Io
an.Rayn.in d.c.imperialem , §.præterea ſi inter. de prohibita
feud.alien.per Fed & bene facit tex.notabi.cum ibi no.in c.ſi.
quo tempore miles.

32 Duodecimo quæro,†ſi vaſal.ſit inueſtitus de mero & mixto
imperio,& omnimoda iuriſdõne,& ipſe deputauit Poteſtatẽ
quam poteſtas ferat ſententiam ad quem appelletur? Iſta du-
bit.vr̃ decidi ex no.per Ang.in l.j.§ q mandatam.ff. de officio
eius,cui mandata eſt iuriſdictio.vt dicamus , quod non ſit ap-
pellandum ad ipſum feudatarium inueſtitum,ſed ad do.ſupe
riorem.Quia licet princeps concedat uaſallo merum & mix
tum imperium,& omnimodam iuriſdictionem in aliquo lo
co,non tamen videtur illi cõceſſiſſe appellationes , niſi de eis
fiat expreſſa mentio in cõceſſione. Mihi autem videtur,quod
in contrarium fortiſſime ſtringat deciſio Barto.in l. prima ad
finem,ff. quis & a quo appelletur , vbi vult Barto.quod ſi ali-
quis ſit cõſtitutus vicarius alicuius caſtri,ab eius ſententia ap-
pellatur ad eum,qui dedit ipſum vicarium , non autem ad ſu
periorem. Ad idem facit deciſio Panor.in c.relatum.extra de
offi.deleg. vbi uoluit quod a ſententia vicarij foranei appellaẽ
ad epiſcopum:Ideo conſiderãdum eſt , quomodo ſaluari poſ
ſit præmiſſa concluſio.

33 Decimotertio & vltimo q̃ro , †an tempora appellationum
de iure communi ſtatuta ſint ſeruanda in caſu feudali? Cõis
concluſio Doct.in c.fi.quo tempore miles,eſt, ꝙ ſeruãda ſint
tp̃a iuris cõis:Eo ſtrictiſſimo fundamẽto,ꝙ vbi in iurib.feudo
rum non reperitur contrarium deciſum, debemus ſeruare iu
ra Ro.etiam in cauſa feudali.ca.j.§.ſtrenuus. & ibi communi
ter Feudiſtę,de feu.cogn.Cum ergo non habeamus deciſionẽ
claram in materia feudali , ſeruabimus ius commune. Non
obſtat tex.in d.c.fi.q prima facie videbatur contrarium proba
re,dum vult,quod quando appellatur in cauſa feudali, dãtur
ſex ſeptimanæ Appellanti.Quia reſpondet An.de Iſern.Bal.&
communiter ſcribentes ibi,quod ille text.ponit caſum ſpecia
lem,quando in materia feudali appellaẽ ad Imperatorẽ,quia
tũc appellans poſt ĩterpoſitã appellationẽ hẽt 6. ſeptimanas
ad p̃parandũ ſe ꝓ eundo ad Imperatorẽ , ex quo ad tã longũ
iter opus eſt multis p̃paramẽtis,& magna impẽſa. Itẽ diſpõ il
lius tex.ſolũ hẽt locũ ĩ magnis feu.puta ĩ feu.Regni,Ducatus,
vel Marchionatus:ſed ſi appellareẽ ĩ paruis feu.nõ eſſet neceſ
ſe adire Imperatorẽ,ſed ſufficeret mittere Apoſtolos,& ꝙ Im
perator deleget cãm ĩ partib. Dñt etiã Doc. ĩ d. c.fi.ꝙ illud tẽ
pus ſex ſeptimanarũ,ꝙ daẽ ad p̃parãdũ bñ poſſet augeri , ſed
ꝙ tex.in d.c.fi.quo tp̃e miles ponit aliud ſingulare ĩ materia
feudali,ꝙ licet iudex a quo fuit appellatũ, non teneaẽ ire cũ
parte appellãte ad ſuperiorẽ,ad quẽ fuit appellatũ,no.p Inn.
ĩ c.ſæpe,extra de appel.tñ ĩ magnis feudis iudex a quo fuit ap
pellatũ,dẽt ire cũ parte appellante ad ſupiorẽ, ad quẽ fuit ap
pellatũ.Itẽ probat tex.in dicto c.fin.in fi.quo tempore miles.

Licet

Licet ſecus ſit in paruis feud. vt tenent ibi communiter tribentes Et ſic remanet expedita 2. regula principalis. Tertia
34 principalis regula datur in hac materia, † quod vbi eſt cōtētio feu.inter domi.& vaſal.pares curiæ ſunt iudices.cap.imperialem.§.pe.de proh.feu.alie.per Feder. Extende primo hanc regulam, vt procedat etiam ſi controuerſia ſit ſuper inueſtitura, vt ſuper amiſſione feu.vel ſuper violētia facta per dom. vaſall.in d.feu.ita Bald.in dicto §.pe.& Innocen.in c.cœterū, extra iud. Secundo extende vt procedat etiam ſi domi.feud. non recognoſceret ſuperiorem, vt per Aluaro.in cap.j. in 4. colum.apud quem vel quos controuerſia feu. terminari debeat. Tertio extende vt procedat, etiam ſi vaſal.dicat ſe vaſallum,& dominus neget, vt in c.j.de contro.inter vaſal.& Epiſco.de beneficio.& tenet Bal.in d.§.pe. Quarto extende quod itur ad pares, etiam ſi ſint minores litigatorib. ita dicit Bald. in proœmio decretalium, in prima rubr.in 4.colum. verſic. quarto quidem vaſalli. refert & ſimpliciter ſequitur Felyn.in
35 d.cap.cœterum,in 9.colum.de iud. † Limita regulam prædictam non procedere, quando pares non auderent cognoſcere, vel nollent, vel eſſent domino nimium fauorabiles: Quia tunc cognoſcit Papa ratione peccati, vt in c. nouit. extra de iudi. Idem dicendum eſt propter defectum iuſtitiæ, vt in cap. ex tranſmiſsa.extra de fo.compe.& in cap.ex tenore. Facit ꝙ no.in cap.cœterum, de iud.& ita dicunt Andreas de Iſern.& Bar.in d.§.pe.& ſic etiam dicit Bal.in cap.primo.an apud iudicem vel Curiam.quod quando pares Curiæ ſunt ſuſpecti, cognoſcet ordinarius.† Secundo limita regulam prædictam
36 non procedere, quando dominus extorqueret ſeruitia indebita a vaſallo vltra modum: Quia vaſallus poteſt implorare officium præſidis, vt prouideat, per l.illicitas.in principi.de officio.præſid.& quod no.in l.j.§.per hanc.ff.de rei vend. ita limitat Bald.in d.cap.imperialem.§.pe.de prohib.feu.alie. per Fe.
37 Tertio limitatur regula prædicta, † vt procedat in feudo iam conſtituto. Secus autem vbi tractaretur de feudo conſtituendo. Ita limitat Panormi.in d.cap.cœterum. Quia ſecundum eum erit tunc adeundus iudex ordinarius,& non pares. Mouentur, quia non reperitur expreſſum in iurib.feudorum, ꝙ hoc caſu pares habeant iuriſdictionem: Ergo ſtabimus in deciſione iuris communis cap.primo.§.ſtrenuus, de feu.cognitione. Ex quo inferunt quod ille, qui eſt iudex ſuper iure reali procedente ex aliqua cauſa, non intelligitur iudex ſuper obligatione perſonali ad ipſum ius conſtituendum. Sed contra hoc facit, ſecundum Fran.de Aret.tex.no.& quod ibi no. Barto.in l.Gallus.§.videndum.ff.de libe.& poſthum. faciunt etiam ſecundum eum,no.in cap.quanto.eodem titu.de iudi, facit etiam ſecundum eum, optime text.& quod ibi per Bal. & Mod.in l.ſi tibi pecuniam.ff.ſi certum pe.Et propterea ſubdit quod Bald. tenuit oppoſitum in terminis.in cap. primo. §.ſi qua de pace Conſtan.in vltimis verbis. Sed poteſt defendi ſecundum Aret.opi.Abbatis per tex.in cap.j.de contentione inter vaſallum & Epiſcop.vbi dicitur, quod ſi vaſallus petit inueſtituram a domino, & dominus negat inueſtitum a prædeceſſore ſuo, pares curiæ prius debent curare, vt vaſall' inueſtiatur in genere de ſuo recto feudo, antequam cognoſcatur: quia oportet, quod prius conſtet illum, qui agit, eſſe
38 vaſallum.† Quarto limita regulam prædictam non procedere, quando dominus vel vaſallus haberent neceſſe producere, pares in teſtes: Quia tunc non erunt pares iudices, ne fungantur duplici officio, vt in cap.delicto, extra de teſtib.ſed erit iudex tunc ordinarius. Ita ſignanter limitat Fran. de Are.in di. cap.cœterum,in pe.colum.dicens de hoc tex.quem ipſe ſol' ponderat ad hoc in d.c.primo.circa med.ſi de inueſtitura fuerit contro.inter domi.& vaſallum.& per illum text. dicit determinari longam quæſt.quam faciunt ibi Docto.ſi pares curiæ deficiant, quis erit iudex? Nam communiter dicūt, quod erit iudex ordinarius,& hoc dicit eſſe verum, vt patet ex textu prædicto, & optime facit tex.in cap.primo. circa med. de contro.feudi apud pares terminanda, dum dicit, quod inter dominum & vaſallum cognoſcunt pares, ſi pares habent. & ſic patet, quod vbi pares deficiunt, remittitur ad diſpoſitionem iuris communis, ſicut optime tex. & quod ibi per Bart. in l.vbi abſunt.ff.de tu.& cu.da.ha.his,& in Auth. de mand. prin.§.ſit tibi curæ in verbo, a primatib.quem tex.alle. Bal.in l.2.C.quan.fiſcus.vel priuatus.
39 † Quinto fallit regula prædicta, niſi vaſallus coram parib. negaret ſe fuiſſe inueſtitum, & prouocat ad ordinariū. Tūc enim pares curiæ cognoſcunt ſummarium de hoc, & conſtituto de inueſtitura procedent, alias non. Ita Ange.in l.pri. C.ſi a non competenti iudice,& Bal.in c.imperialem. de p. hi.fe.alie.per Fe.refert & ſequitur Fely.in c.cœterum,in 8.co. de iudic.
40 †Sexto fallit, vbi non ageretur condictione ex lege feudali nam tūc non itur ad pares curiæ, ſed ad ordinarium, puta ſi intentaretur remedium, l.ſi quis in tantam.Co. vnde vi.ita dicit Bal.in c.j.de inueſtitu.in maritum facta. Allegat Inno. in d.cap.cœterum, ad finem.& ita tranſit ibi Felyn.in 8.colū. vltra quem ibi tenet Bal.in d.cap.imperialem.§. pen.de prohibi.feu.alie.per Federic. & in §.ſi qua controuerſia, de pace Conſtantiæ.

Poſtremo pro perfecto complemento huius ſeptimæ partis, quis ſit iudex in cauſa feudi, habui alias conſulere in noua dubitatione, quā infra ſubiiciam, cum copia conſilij.

FINIS.

IOAN. FERRARII MONTANI COLLECTANEA IN VSVS FEVDORVM.

DE ORIGINE IVRIS FEVDALIS, ET vt ex non ſcripto veniat.

CAP. I.

QVandoquidem Potētiſſima pars cuiuſq; rei principium eſt, vt inquit Caius: inconueniens erit omiſſis initiis,& ſine vlla præfatione, adeoque illotis (quod dicitur) manibus īterpretationis materiam protinus aggredi, operæ precium nobis videtur ante omnia iuris ipſius feudalis originem, atque proceſſum demonſtrare.

Et quidem vſus feudorum iuri Romano non ferūtur accepto, ſed moribus Regnorum, Prouinciarum, aliarumque Ciuitatum, rerum ve publicarum, vt ius non ſcriptum, ſunt introducti. Cuius initium alii, alio referunt. Budæus ſiquidē ad l.Herēnius.ff.de euictionibus ex veteri illa clientela oriūdum arbitratur, propter quam Romani ampliſſimum ſibi pulcherrimumque ducebant, ab hoſpitibus clientibus ſuis iniurias propulſare, eorumque fortunas defendere, apud Ciceronem libro primo.accuſationis in C. Verrem, & paſſim. Quem morem & Gallis vetuſtiſſimum fuiſſe Cæſar libro 6. de Bello Gallico ſcribit, vbi inter alia eſt: Hi autem qui propter veteres inimicitias nullo modo cum Heduis coniungi poterant, ſe Rhemis in clientelam dederunt: hos illi diligenter tuebantur. Ita & nouam, & repente collectam authoritatem tenebant. Idem Zaſius ille doctiſſimus iuris antiqui vindex, in l.ſecunda.ad verbum, curias.ff.de orig.iur. quodāmodo ſentiens, feudorum cōſuetudinem ex vetuſta illa cliētum obſeruatione, quaſi impreſſis veſtigiis ſimulacra quædā duxiſſe credit: quod & in Compēdio ſuo feudorum facit, Haloandrum quoque in ſententiam ſuam vocans, qui feuda, vulgo dicta militias eſſe contendit. Viglius de bonis literis optime meritus, ad armatos milites hoc iuris refert. Lælius Taurelius in libro de militiis ex caſu, ad limitaneos milites proprius accedere autumat, de quibus Aelius Lampridius ī Alexandro: Sola, inquit, quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus,& militibus donauit, ita ut eorum eſſent, ſi hæredes militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent, dicens, attentius militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Quaſi hæ qualitates, vt ſi hæredes militauerint, bona illa ad eos tranſirent, nec ad priuatos pertinerent, appoſite ad feudorum naturam faciant. In qua diſputatione non dubito, quin ex clientelis illis, militiarum exemplis, atque vetuſtatis obſeruatione aliquid ſimulacri & imaginis, ad ius noſtrum beneficiarium redundare poſſit. Cœterum ꝙ inde ſit oriundum, neque rei qualitas præ ſe fert, neque doctiſſimi illi uiri fortaſſis contenderunt.

Alioqui dixerit quiſpiam legem quoque decemuiralem vmbram aliquam ſuppeditare, in qua poſt ſuos hæredes agnati qui proximi ſunt ex inteſtato ſuccedunt, in hunc modum: Inteſtatorum hæreditates primo ſuorum hæredum, velint, nolint, ſunto. His deficientibus, agnatus proximus familiam habeto. Quod tamen neutiquam conuenit. Lex enim, vt domus aut cognatio perpetuari poſſit, fœminis in maritorum familias concedentibus. Ius noſtrum vero, ad hoc reſpicit, vt & domini, & res ipſorum magis ſint in tuto, atque protegantur.

Nuperum itaque inuentum eſſe nemo eſt qui non videt, quod ſuam tum rationem poſtulat, cum nihil in humanis rebus tam perfectum ſit, cui non quotidie aliquid accedat. Natura enim ſemper nouas edere formas deproperat, auto re Iuſtiniano: quæ faciunt, ut iuris conditio nunquam conſiſtens, In infinitum excurrat, legeſque oſtendat, non ſingulas ſpecies

ſpecies comprehendentes, ad quas aliqua negocia per ſimilia,& ſymbolum habentia, vt in quibus facilis tranſitus eſt, coaptanda,vel nouæ inueniendæ veniant leges. Introductis igitur feudis, oportebat & ius eſſe ad quod normam reciperent,conſtātemque vſum haberent ſortirenturque, vnde & illa politia perpetuaretur.

Vtque ad inſtrumentum perueniamus, quod nobis non eſt,referre, quomodo ab initio rebus exigentibus Imperatores, Duces, & Magiſtratus eſſe cœperint, ſed quid nobis vſu veniant, neceſſarium videtur cauſam eius demonſtrare. Et quidem cum Imperium Romanum in Carolum magnum adeoque Germanos eſſet trāſlatum, (quod demum ſub annum Chriſtianæ ſalutis octingenteſimumprimum, vt Annalibus proditur,factum eſſe dicunt)prouinciæ non tamen ita diu Cæſarum nomine adminiſtrabantur, maxime per Comites, quibus cum adminiſtratio tum iuriſdictio commiſſa erat. Vnde & a potiori functiōis parte Regis aut Cæſaris Comites, hoc eſt iudices dicti ſunt:iudiciaria ſiquidem Regis pediſſequa eſt,quare & iudicem, Regis Comitem,vt a cuius latere diſcedere debeat nunquam,prudenter fecerunt. Sic & populo Iſrael, Iudices & Rectores Domini iuſſu conſtituti præfuerunt. Iudices vt Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis,quas Dominus De⁹ tuus dederit tibi per ſingulas tribus duas,vt iudicent populum iuſto iudicio,nec in alterutrā partem declinent.Deuteron.16.& Paralip.19.Conſtituitque (Ioſaphat Rex) Iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per ſingula loca,& pręcipiens iudicibus,Videte, ait, qd faciatis:non enim hominis exercetis iudicium, ſed domini: & quodcunque iudicaueritis,in vos redundabit:Qui mos in Samuelem vltimum iudicem porrectus,a quo, vrgēte populo,Saul in regem vngebatur.j.Reg.8.

Huiuſmodi Comitum mentio in legibus Longobardicis quoque ſubinde fit:ſimiliter illo, quod Speculum Saxonicū vocant,vbi & Gograuios ſub ſe habent,ex eo dictis,ꝙ ſubdito & ſine cauſæ diſceptatione ex facti criminis ve ſolum quali quali apparentia, iudicandi condemnandique authoritatem vſurpant,Nobis etiam Centgrauij habentur iudices plerunque rurales, quaſi Centuria dari,vt quorum iuriſdictioprimo centum ruſtici ſubditi,erant.Hodie vero in certos pagos ius dicunt,non ad certo hominum numero.Sic nulla eſt Eparchia, nulla Prouincia quin in multos Comitatus (nos iudicia appellamus,)olim fuerit diuiſa,vt ſingulis iudicibus, (Schultetos etiam noſtri vocant)ſui pagi, adminiſtrandi cōmittantur:commodius quidem,vt omnis Eparchiæ multitudo ad vnum Tribunal cogi,vel debeat,vel poſſit.

Hin etiam Comites Palatini, quaſi Palatij Imperialis ſeu Regii iudices,nomen ſortiti ſunt: qui deuictas prouincias regebant,iudicabantque.Atque item Marggrauij,hoc eſt Marchiæ Comites, quibus tota Marchia ſuberat.Et Lantgrauij, Comites prouinciales, vt qui ditioni præſunt,iuriſq; dicundi vniuerſam poteſtatem habent.

Quorum nomina primitus temporaria dumaxat erant, & non perpetuæ dignitatis, a regum ſiquidem aut imperatorum arbitrio pendebant,qui eos in munere illo vel retinere, vel ab eo amouere poterant,vt quibus ſuum officium vnuſquiſque accepto ferebat, Imperij bonis nec dum laceratis, ſed vnum corpus præ ſe ferentibus.

Cœterum rebus ſic augeſcentibus, & hoſtium vndequaq; manu quaſſatis,viſum eſt Monarchiam illam Chriſtiani orbis ita conſtituere,vt ſuis ordinibus,ceu membris per gradus dignitatum diſtinctis,caputque vnum agnoſcentibus, perpetuo conſtaret:Fieri enim ſic poſſet, vt eo alacrius hoſti quiſque ſe obijceret,Chriſtianumque orbem tueretur,propagaretque,quo ſuum ipſius Territorium quoque, etiam poſteritati deſtinatum,& non magis alienum defenderet. Factum eſt vt Imperium Romanum in multas prouincias atq; Eparchias ſit diuiſum,Ducibus, Marchionibus, Comitibus,aliiſque dominis quodammodo hæreditario collatas, quarum nonnullæ Regni quoque titulum hodie tenent,& ſe ipſis maiores fieri,rerum amplitudo, & tot benemerita effecerunt.

Per Germaniam late patent, Heluita, Alſatia, Lotharingia,Flādria,Brabantia,Gelria, Phryſia,Veſtphalia, Saxonia, Heſſia,Thuringia,Holſatia,Miſia,Frācia Orientalis,Sueuia, Marchia,Pomerania,Pruſſia,Morauia,Auſtria,Stiria,Bauaria,& ſi quæ aliæ eius ſunt Eparchiæ. Nec minus Italia ſuas Regiones tenet,ſuos Ducatus,Marchionatus & Comitatus. Sic dum Longobardia, pulſis Berengariis per Otonem Magnum Imperio eſſet adiecta, per Viceconnites in Vuenceſlaum vſque adminiſtrabatur, qui Ioannem Galeatium Ducem Mediolanenſem. ſimiliter Ludouicus xj. Adelgaſium ducem Beneuētanum eſſe iuſſit, ut reliquos Italiæ Principes prętermittam,quandoquidem hiſtoriam contexere non inſtitui,ſed conſuetudinis beneficiariæ initia deſolutoriè ſaltē demonſtrare.

Vtque ad Germaniam reuertar, Guelſo primus Comes Sueuiæ per Ludouicum Pium eſt deſignatus, Balduinus primus Flandriæ Comes per Carolum Caluum, Luthardus Cliuiæ Comes per Arnulphum Cæſarem,qui Comites deīde ducatus titulum in Concilio Conſtantienſi per Sigiſmūdum obtinuere.Ludouicus ex Regis Franciæ eiuſdem nominis filia nepos,primus Comes Thuringiæ & Heſſiæ inſignitur.Cuius filius Oto Margrauij titulum Heſſiæ conſecutus eſt. Deinde vero Lotharius Cæſar, Ludouicum II.ex ſorore nepotem, Heſſiæ & Thuringiæ Principem, Comitemque prouincialē deſignat. Proinde Burgundia cum iam in centeſimum annum Regibus paruiſſet, Imperio Romano etiam acceſſit, quando Conradus vltimus Burgundiæ & Arelati Rex, Coronam,vna cum regijs inſignibus Henrico II.tranſmiſit,atque Imperio ſubiecit. Cumque Auſtria prius Marchiones habuiſſet Federicus I. cognomento Barbaroſſa, Henricum & ipſum Marchionem, primo Ducis titulum habere conſtituit Buglaus & Caſimirus primi Duces per Federicum II. Pomeraniæ creari eſſe dicuntur. Henricus Bauarus cognomento Catulus a Lothario ſocero ſuo Dux Saxoniæ inſignitus, vnde & duces Brunſuicenſes in ſuas ἐπαρχίας diuiſi ortum capiſit. Sed & Vuidikindus cui Veſtphania, Saxonia,& pleræque ditiones parebant,per Carolum Magnum è ſacro Baptiſmatis fonte ſuſceptus,Otonem I.ex filio pronepotem itidem Saxoniæ ducem poſt ſe reliquit, ex quo tot Henrici,tot Otones Romani Principes non tam vita, quam reb. bene geſtis clari, atque ex his Saxoniæ duces, & Miſniæ Marchiones,Electoratus dignitate illuſtres deſcēdentes prodierunt.

Ex multis paucos volebamus enumerare,per quos non ſecus atq; leonem ab vnguibus poſſis æſtimare, vt nouū Principium imperii inſtitutum,nouam iuris rationem ad conſeruandam illam politiam, quo perpetuum maneret deſiderauerit.Prȩterea rerum magna eſt copia per Reges, Principes, Comites,Barones,alioſque dominos, in Eccleſias collata, quas Archiepiſcopi,Epiſcopi,Abbates,Abbatiſſæ,Præpoſiti, & Prȩlati,ſimiliter,ab Imperio agnoſcunt, non principatus tantum,ſed & regna æquantes,vt ea prȩtermittam, quæ Pōtifex Romanus,etiam per bonam Italiæ partem,latiſſima tenet,& modo Regib.modo Prīcipib. modo aliis Eccleſiæ Romanæ Vaſallis,feudi iure confert.

Sed & progreſſu temporis comparatum eſt, vt imperium ſuis proceribus atque ordinibus,ceu membris cōſtet,Electoribus puta,etiam ad regia officia deſtinatis, Archiducibus, Ducibus,Marchionibus, Lantgrauijs,Comitibus,Baronib⁹, alijs Rerūpublicarum ordinibus,vnum Principem atque caput ſuſpicientibus.Ita & Regiarum dignitatum Principes, q τὰς ἐπαρχίας ditioneſque ſuas vni imperio accepto ferunt,inferioris conditionis vaſallos nobilitatis ſplendore claros, & gradibus per officia hæreditario diſtinctos,ſe habēt cuiuſmodi ſunt Marſchalci,Pincernȩ,Camerarii, & id genus alii officialis aulici.

Prȩeminent autem regna,quia Principatus,& Principat⁹, quia Comitatus & Baronias etiam ſibi incorporatas habēt, & hi rurſus nobilitatis ſedes, quibus ſi reliqua bona modo empta,modo aliis titulis parta,adieceris, videre eſt, vt ex his omnibus,ceu partibus integralibus Regna, Principatus, Comitatus,& dominia iure vniuerſitatis conſtituantur, atque ab Imperio vna cum ipſis Principatibus indiuidua ratione pendeant, quæ bona particularia licet modo ab Epiſcopis, modo a Principibus, Eccleſiarumque Prȩlatis beneficiario iure ſigillatim conferantur, temporis tamen diuturnitas facit,vt propter imperii augmentum,cuius intereſt, Regna & Principatus non ſic labefactari, dominijs accedant,ſub earumque vniuerſitate porro comprehendantur, vſque adeo princeps quando principatu inueſtitur, quæcunque ſub eo continentur,ceu adcedentia etiam cōferri videantur, quod & facit, vt beneficia publica Regaliaque & non priuata dicantur,etiam noſtro iure indiuidua conſtituta, vti Ludouic⁹ Gozadinus ſingulari reſponſo nō minus iuſto,quam æquo, & Ioannes Oldendorpius ille, in Aſſertionibus ſuis per grauiſſimas rationes doctiſſime oſtendunt. Quæ omnia iuris Romani conditores latebant, quare nihil de ijs conſtituere poterant.Sed nouæ ſunt rerum & politiarum feudalium formæ,quas nouis regulis, earum qualitatibus ſic exigentibus, comprehendere oportebat: vt longe ſecus atque res priuatorum iudicandæ veniant, in quibus,ſi quid iure conſuetudinario feudali prætermiſſum ſit, ad ius commune ſcriptum confugere iubemur.Viden.vt feuda ſint introducta,quæ cum diuerſa habeantur,non vna ratione dari atque conferri ſolēt. Porro Imperatores Regia beneficia, quȩ non ſunt Eccleſiaſtica,& quibus ſua eſt obſeruatio, ſub vexillo armis illius ditionis inſignito, & gladio porrecto propter eius poteſtatem, publice & ſub diuo conferre,proprium habent, tunc maxi-

me

me ſi feudum ſit nouum alioqui in Aula ſit inueſtitura, gladio ad præſtitum fidelitatis iuſiurãdum exhibito, atque porrecto. Alii uero Imperij Principes ſuum morem quiq; fermè tinent, & ad fidelitatis ſacramentum feudum dare conſueuerunt: quam conſuetudinem etiam ſeruandam eſſe, Bal. quoque monet, vt porro latius, quod & Eccleſiarum prælati faciunt, Archiepiſcopi puta, Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ, Prępoſiti, & ſi qui alij ſint, qui feudum eccleſiaſticum dare poſ. vt qui per annulũ ſæpenumero inſeudare ſolent. Prępoſitus in ti. quid ſit inueſt. Quibus rurſus aliæ ſunt atque aliæ conſuetudines, quibus & a genuina feudi natura quandoque diſceditur, vt in fœminas, aut conditionem aliquam mutata natura degenerent, cum propria feudi natura ab origine, ei⁹ ſit, vt ad maſculos ſolum pertineat, qui pro virili ſuo militare, hoſtilia propellere, & dominum ſuum defendere, fidelitatemq; præſtare poſſunt.

Vnde etiam feudi appellationem, vocem nuperam, & ab ipſis barbaris, forte Longobardis (vnde & bona huius iuris pars videtur mutuata, licet conſuetudine quandoque aliud & diuerſum introducente, cuius etiam. Obertus non ſemel monet) oriundam, argumenta ſunt non tam leuia, nimirũ qui Faidam, pro inimicitia, hoſtilitateque vſurpãt, vt ĩ legib. Longobardicis eſt videre, præſertim in Conſt. j. de Faidoſis. Et in Conſtitut. ſi quis liberum hominem. de homicidijs liberum hominum. Cuius amouendæ gratia vaſallus domini iuuare debet, Faidamque leuare. quod & Iacobus Columbinus in gloſſemate. cap. j. de ijs qui feudum dare poſſunt ſubdicat. Tametſi ad fin. cap. j. per quos fiat inueſt. a fidelitate, & per Antonium de Praro veteri, a fœdere, appellationem feudi duci, ſit relatum, remotius quidem quam vt nominis deriuationi reſpõdere videatur: neq; magis, ac ſi lapidem ex co, quia pedem lædat, denominare velis.

Et quidem permittamus demum, feudum exoticam barbaramq; vocem eſſe, ſed tum cum ipſa rei nouitate introductam, atque natam, quæ licet delicatulis illis auribus non ꝑ omnia conſonet, locus tamen ei etiam inter doctiſſimos hominum cœtus haud denegatur, cum propter conuenientem rerum ſignificationem ſit comparata, & latius per vſurpationem ſparſa, quam vt aboleri commodum poſſit. Suſque deque igitur ferendum eſt quod mutari ſic nõ valet, memores illius Phauorini apud Gellium, monentis, verbis præſentibus vtendum eſſe, moribus autem pręteritis, perſpicuaque erit oratio apud Fabium quę interprete non egeat, in qua vt nouorum optima erunt maxime vetera, ita veterum maxime noua verba lucem prębuerint.

QVARE VSVS FEVDORVM ſcripto excepti.

CAP. II.

Augeſcẽtibus autem rebus Beneficiarijs, oportebat eas, quia nouæ erant, & Romanis legis latoribus incognitæ, nouo iure comprehendere, ꝙ ſua æquitate pro rerum circunſtantijs introducta nititur, quam & noſtri, maxime Franciſcus Curtius Iunior, æquitatem feudalem, appellant, ex nõ ſcriptio prouenientem, tempore procedente cœperunt & cõſuetudines illæ Curias dominicales latius ſerpere, & ratione non tam ſtata, aut etiam perpetua tractari, cum non ſoleãt, quæ memoriæ ſaltem a maioribus mandantur, & quaſi pila per manus, traduntur, ſolida incorruptaque manere. Facile enim fieri poterit, vt excidant, & labentem memoriam deſtituant, quod & in hac iuris parte ſcripto nec dum excepti, futurum erat, niſi optimi viri incommodum illud præſentiſcẽtes, humeros ſuos imminenti ruinæ ſuppoſuiſſent.

Quorum numero ſunt Philibertus Epiſcopus, is cui iuriſiurandi capita accepto ferunt. iuxta c. de forma 22. quęſt. v. et eſt repetitum. cap. primo. de forma fide. Gerhardus Cagapiſti, & Obertus de Orto Mediolanenſis, qui operam ſuam publicæ vtilitati conſecrantes, quidquid iuris beneficiarij vſquã per Italiam, Germaniam, Longobardiam, aliaque regna, Curias, & Reſpublicas, longo vſu, moribus, & conſuetudine inuectum eſſet, in ſcriptum, pro temporis iniuria, qualecunque, & dictionis parum cõcinnæ redegerunt. non ꝙ ipſi autores eius eſſe voluerint, ſed compilatores tantũ, atq; [Greek] taliſmodi iuris, quod vſu receptum iam olim cognouerunt. Non tamen eodem tempore, nec manu coniuncta, ſed vt quiſque aliquid comportauit, ita poſtea in vnum Commentarium eſt compilatum, ordine non modo miſcellaneo, ſed ẽt alia aliaque phraſi. Nã ꝗ Obertus conſcripſit, tolerabilioris ſunt longe dictionis, quam quę alij, quicunque illi fuerint.

Eum commẽtarium Federicus Romanorum Imperator, abſque compoſitionis decore tantum coactum, Bononiã, vnicam ſtudiorum nutricem, melius digerendum, tranſmittit. Quod laboris Hugolinus præcipuæ authoritatis a reliqs Iuriſperitis in æde d. Petri deliberato ſuſcepit, ſibi commiſſũ: inque aliquot titulos, ſeu Rubricas digeſſit, ordine tamen ẽt miſcellaneo, & non admodum bene pro tractandorum cõtinuatione compoſito.

Nam ſub vno titulo plures ſæpe res, non modo diuerſæ, verumetiam non tam in loco exiſtentes coaceruant. Et poſt Authenticas ſanctiones iuris noſtri libris adijcens, decimam Collationem appellat.

Itaque factum eſt, vt hoc ius conſuetudinarium, quia non modo Prudentum authoritate, & Regnorum, ditionum, Rerumbulicarum, & populorum conſenſu receptum eſt, verũ etiam Imperatoribus probatum, vim legis plerunque generalis habeat, ex quo ius dicere, & cauſarũ feudaliũ ambigua decidere, fas ſit. Vtcunque iure ciuili aliud conſtituatur, cui in hoc derogari eſt manifeſtum. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. l. fina. Codi. quę ſit longa conſuetud. & cap. primo. de feud. cogn. & tradit Bald. in proœmio feud. ver. tractatus.

Sin vero caſus emergat, hoc iure non comprehenſus, ad i⁹ ciuile, quod ex ſcripto eſt, recurrimus, atque ex eo cauſas etiã beneficiarias definimus. Quapropter inanis eſt eorum diſputatio, qui hunc librum vt incerti, & non tam recepti autoris, parum probari contendunt, atque cauillantur: cum ſatis ſit moribus iuſta ratione nitentibus, inductum eſſe quod comprehendit, & inueterata conſuetudine firmatum, quam ęqui tas ſic è Republica fore optime ſuaſit. c. Obertus. §. ſciendum eſt autem. vbi interpres & Doc. de feu. cog. & Bal. docte in pręlu. feu. §. tractatus noſter.

Quibus accedunt locupletiſſimi teſtes, Pyleus Iacobus de Ardizone Veronenſis, Andreas de Iſernia, Iacobus Aluaroti, Ioãnes Antonius de ſancto Georgio prępoſitus, Franciſc⁹ Curtius Iunior: ex Germanis, Federicus à Tautemberg Baro, & Vldaricus Zaſius, cum aliis iuris Anteceſſoribus, qui hunc librum partim ſummis ſuis atque compendijs, partim iuſtis Commentarijs æditis, interpretati ſunt, atque illuſtrarunt. Tum Iacobus de Belluiſo (cui in cauſis feudalibus magis accedendum eſſe Ioan. de Imo. in cap. cœterum. de iudicijs monet) ex eo, ꝙ octies eum publice pręlegiſſet, & Bald. xlvij. ann. iura docuiſſet, per ſuos Commentarios enucleatum, comparabilem reddiderunt, & non magis vtilem, quam neceſſariũ in Republica eſſe ſunt teſtati. Vt Iacob. Columbinum de Regio interim prętermittam, qui gloſſemata, quibus pro ordinarijs vt ꝑcipuæ authoritatis poſt text. vtimur, ceu παράτιτλα adiecit.

Et licet multæ principum conſtitutiones, puta Henrici ei⁹ nominis II. Conradi. I. Henrici V. Lotharij II. Federici I. cognomento Barbaroſſæ, & Federici II. atque aliorum huic Commentario acceſſerunt, & demum tota huius iuris ratio in ſcriptum coiuerit: non tamen propterea ex ſcripto venire dicetur. Etenim principes modo iuuandi, modo emendandi noſtri iuris cauſa, id faciunt. Et conſuetudines illę, vt memoriæ citius commendentur, & ſtata earum ſit obſeruatio, neque probari iam notorias oporteat, vt ſunt compilatæ ĩ ſcriptum rediguntur.

Præter hoc, quod Oberto de Orto, alijsque Rhapſodis authoritas legis condendæ, non erat data, ſed poterant feudorum vſus vbi ius gẽtium receptos, & quaſi ſparſos colligere, inque chartam referre, quapropter ius conuetudinarium recte manet, quod ex non ſcripto uenit, prius vſurpatum, quã ſcriberetur: ſecus atque ſtatutum quoque, quod prius ſcribi, & deinde promulgari obſeruandum, ſolet: quod & Bald. probat in rubricam generalem, De conſuetudinibus feudorũ, & Prępoſitus in prçludijs Feudorum. verificu. quęro ſecũdo grauiſſimis rationibus id conuincens. Neque obſtat, ꝙ And. Barba. ad Baldum adnotat ex ca. conſuetudo. diſtin. j. Vbi eſt, conſuetudinem in ſcriptis redactam, conſtitutionem, ſiue ius vocari.

Quę verò in ſcriptis non eſt redacta, generali nomine conſuetudinem appellari. Accipiendum ſiquidem eſt, quando ſuperior interueniret conſuetudinem in ſcriptum redigẽns, nõ vt eius fieret adnotatio, ſed magis vt pro conſtituto haberetur, quo caſu nomen conſuetudinis perdit, & iuris, ſed cõſtitutionis appellatione venit, per l. magiſtratus. ff. ad muni. ff. đ leg. & l. j. ff. ad leg. Fal.

Cœterum vſus illi beneficiarij vtcunque ſcripto comprehenſi, extraque omnem dubitationem poſiti ſint, & generaliter recepti: non tamen per omnes curias eiuſdem naturę habentur, ſed alicubi variant, & ſingulares fiunt. Regulare ſi ꝗdem eſt, quod in beneficium, maſculi & ex his progeniti militis apti, tantum ſuccedant (quos & hęredes feudales appellamus) & non fœminę, niſi feudum ſit fœmineum. cap. j. de ſucceſſio. feud. cap. j. de natu. ſucceſſ. feu. & cap. j. de benef. fœm.

Id

Id quod inueſtituræ tenor ſtatim manifeſtabit, ad quam ꝓ expiſcanda feudi natura, non ſecus atque ad Lydium lapidem, recurrimus: ex qua ſi appareat, beneficium ita conceſſum eſſe, vt tam filij, quam filiæ in id ſuccedere debeant, fœmineum dicitur: tunc demum filiabus apertum ſi maſculi filij non ſuperſint, vt qui fęminis, pro origine & natura feudi, ſemper præferuntur: quibus non extantibus fœminæ veniũt admittendæ. Sin autem ipſa inueſtitura beneficium fœminæ præ ſe non ferat, primæuam ſuam naturam feudum habere intelligitur, & ad ſolos maſculos pertinebit, iuris præſumptione adiutos: adeo, vt qui fœminæ quoque id patere adſeuerauerint, probationis neceſſitate innodētur, eſt in c. j. de duob. fratrib a c. inueſt. vbi Bal. & Doc. c. j. §. filia. de ſuc. feu. & Præp. eleganter. in c. j. de benef. fœ.

Proinde beneficium fœminæ quandoque obuenit, etiam ſi a primo adquirente non ſit comparatum, vt ad fœminas quoque pertinere debeat, quandoquidem in multis Curijs dominicalibus maxime eccleſiaſticis vſurpatum eſt, vt beneficia ab ipſis collata, ceſſantib. maſculis illi⁹ lineæ ad fęminas porrigant, ægrate fortaſſe pręlatis ad hoc inductis, q̃ apud eccleſiam magis exuberare debet, quam inter prophanos: vt quæ cultrix eſt pręcipua iuſtitię & ęquitatis. Vnde etiam cognatos ob ſanguinis neceſſitudinem a taliſmodi bonis a maioribus partis, arceri, maximum vitium exiſtimat. c. j. §. j. verſ. ſed diuerſum. tit. de alie. feu. gloſſ. in c hoc ius porrectum. x. q. 2. Pet. de Ancha. in conſi. 183. Dominus Lazarus. ver. vlterius Et refert Phili. Deci. conſi. 131. Reuocatur in dubium, & quęritur volu. j.

Quæ conſuetudo in eccleſia Fuldēſi, atque item Heroſueldenſi, & multis alij Germaniæ Rebuſpublicis ac monaſterijs ſic obtinuit, vt feuda ſecundum illorum conſuetudinem cōferantur, & deſideratis illius lineæ maſculis, ad fœminas cognatione proximas deuoluantur. Et quia ab eiſdem eccleſijs etiam feuda ſecũdum ſui propriam naturam, hoc eſt maſculina, conceduntur: eorum ratio in hoc prærogatiuum habet, vt conſuetudo pro fœmina ſucceſſione allegata in dubio, & ſi negetur, probari debet. Degenerans enim eſt, & ſingulariter introducta, adeo, vt etiam ſi in apocha inueſtiturę, ſit beneficium ſecundum conſuetudinem illius eccleſię datum, & agnatus inficias iuerit, conſuetudinem eius naturę eſſe, vt fęminæ, illius cognationis extantibus maſculis, in id ſuccedãt, allegata conſuetudo, quia ſingularis eſt, a generali exorbitans, oſtendi debeat.

DE PARTITIONE COMMENTARII FEVdorum, & quomodo contrahi atque in meliorem ordinem cogi poterit.

CAP. III.

ET ne quidquam prętermittatur quod ad antiquitatis cognitionem pertinere poſſit, aduertendum eſt etiam in hac iuris parte contigiſſe, quod in re multorum iudicijs expoſita, neque adeo ſtata, fieri ſolet: nimirum, vt alij vel ſecus cōſtruere, vel aliud adſuere ſint conati, in eo maxime opere, ꝙ factum, neque ita demoliri, quia receptum publice eſſet, neque per omnia mutate, authoritatis deſiderio, liceret. Vſus etenim feudorum ĩ Commẽtarium redacti erant, & hoc neque ab vno compilatore, neque vno tempore, ſed prout qſque vt ἐγχειρίδιον, vel memoriæ cauſa, ſibi aliquid adnotauit. Quæ fragmenta paſſim collecta, demum in librum digeruntur, vt ui erant. Vnde fit, ꝙ vno titulo ſæpius res diuerſę farinę tractentur, atque eadem res pluribus titulis ſubinde, & ad nauſeam vſq; repetatur, & quaſi δὶς κράμβη θάνατος fiat. Qui commentarius, forte per Hugolinum primo ſtatim in duos libros diuiſus eſt (licet ſint qui in tres eſſe ſectum malint) ita vt Primus liberus acceperit Rubricas ſex, videlicet.

I. Qui feudum dare poſſunt, & quibus modis adquiratur.
II. Quib. mod. feu. amit.
III. De ſucceſſione feudi.
IIII. De contentione inter dominum & vaſallum, de inueſtitura feudi.
V. De feudo Marchiæ, vel, Qualiter vſus beneficij ſit tenẽdus.
VI. Quemadmodum feudum ad fœminam pertineat.

Secundus vero liber Rubricas duodecim: vt puta.

I. De feudi cognitione.
II. Qualiter iurare debeat vaſallus.
III. De fratribus, de nouo beneficio inueſtitis. vel, nouum non paternum.
IIII. In quib. caſib. feu. amit.
V. Si de feudo vaſallus interpellatus fuerit.
VI. De pace tenenda, & eius violatoribus.
VII. Hic incipiunt regni conſuetudines.
VIII. Qui debent ſuccedere in feudo. Vel, De natura ſucceſſionis feudi.
IX. De pace iuramento firmanda.
X. De prohibita feudi alienatione. Vel, de feudis & beneficijs.
XI. De forma fidelitatis.
XII. De notis feudorum.

Quæ rubricę rurſus ſuas receperunt ſectiones, atque in capitula ſecundum rerum tractationē ſunt diuiſæ, vt ſic magis diſtincte & μεθοδικῶς tradi, atque comparabiles fieri poſſint. Et hanc diuiſionem Iacobus Columbini gloſſematarius ſequi fermè videtur. Poſtremo ne Rubricę cum Capitulis cōfuſæ miſceantur, viſum eſt totum Commentarium ĩ titulos diuidere, atque item Rubricas, & earum capitula eximere, quemadmodum & Codices noſtri vulgares prę ſe ferũt: quãuis ſint, qui in titulorum locum Rubricas ſurrogare malint, præter primum ędirionis inſtitutum: vnde factum eſt, vt liber primus in viginti quatuor, Secundus in quinquaginta octo. Totus autem Commentarius in lxxij. Titulos ſit partitus.

Primam partitionem veterum nonnulli ſunt ſecuti, ex quibus eſt Ioan. Blanch. Marſilienſis, vt in fine ſuæ ſummæ ipſe teſtatur, qui fuit diſcipulus Azonis, & Accuſij Florentini contemporaneus, & Iacobus de Ardizone, qui dum textum aliquem adducit a titulo, Hic incipiunt regni conſuetudines, ad eum, qui eſt, De natura ſucceſſionis feudi perpetuo allegat eum ſub Rubrica, Hic incipiunt cōſuetudines regni: tradit etiam Iacobus de Aluaro in Rubricam de capi. Cōra. & in d. Rub. Hic finitur lex. Similiter in Rub. de filijs natis ex matri. ad morga. quem ordinem & alij quodammodo obſeruare videntur, qui in hoc noſtrum ius Epitomes ſcripſerunt.

Proinde fuerunt viri de re literaria & ciuili prudentia optime meriti, quibus compilationem hanc aut ſectionem plane inordinatam, atque elumbem, in ordinem cogendam operæprecium ſit viſum: quod laboris propterea Antoni de Praro veteri Bononienſis, prę aliis ſuſcepiſſe dicitur, quando totum hunc Commentarium in octo partes principales, & viginti ſeptem Rubricas, ordine magis compoſito digeſtum, Federico eius nominis. III. Imperatori obtulit, qui eum & probauit, & aut ſic compoſitus publicè ab *Anteceſſorib.* interpretaretur, conſtituere voluit.

Quod tamen fieri temporis iniuria non eſt paſſa, quem *librum* Gabrides Eubolius Iuriſconſultus, penes ſe habere gloriari quaſi ſolebat, vt Io. Cuſpinianus in vitam Federici III. ſcriptum reliquit. Idem fecit Bartholomæus Baraterius Placentinus, & ipſe Iuriſconſultiſſimus, qui dum vſus feudorum in ſcholis Ticinenſi, & Ferrarienſi profiteretur, librum *in ordinem* magis concinum reduxit, lucique reſtituit, & *Philippo* Mariæ Duci Mediolanenſi dedit, in cuius Bibliotheca ipſum ſeruari, Iaſon quoque in pręiudijs feudorum. §. quæ ſit cauſa materialis, ſcriptum reliquit.

Sed & noſtros quoque, ne ſua laude fraudemus, Laurentius Vueidmanus Germanus iuris eruditione clarus hunc librum paucos ante annos compoſitiorem reddens, etiam I octo partes principales non ſolum diuiſit, ſed etiam, vt & domini, & clientes beneficiatij, quos plerunque indoctos eſſe conſtat, & iuris, in quo verſantur, ignaros, eum adſequi vtcũque poſſint, Germanitate donauit.

In qua re permittimus quidem vnumquenque in ſuo ſenſu abundare, & textus ea ratione, qua nobis ob oculos ponuntur retinere, vel in aliam continuationis ſeriem contrahere, ijs tamen quæ in ſcriptum ſunt relata ſic permanentibus, idque propter receptatam textuum authoritatem, atque interpretum ex his factas allegationes. Verum qui ſtudiorũ compendium velit exhibere, tractandorumque methodum quandam inueſtigare, poſſet totum Commentarium in ſeptem Rubricas, ſeu partes principales ſecare, & cuilibet ſectioni ſuos titulos, vt proxime accedunt, ſubijcere, quarum prima ſit.

RVBRICA I.

Per quos, & quemadmodum feudum dari poſſit, & vt conſtituitur, tum de inueſtituta, formaque fidelitatis.

Quorſum ſequentes Titili pertinent.

EX LIBRO I.

De ijs qui feudum dare poſſunt, vel non, & qualiter adquiratur, & retineatur. Tit. I.

De

De feudo Marchiæ, vel Ducatus, vel Comitatus. Tit. 14.
Quibus modis feudum conſtitui poteſt. Tit. 25.
Epiſcopum, vel Abbatem, vel Abbatiſſam, vel dominum plebis feudum dare non poſſe. Tit. 3.
Quo temp. mi. inueſtituram petere debeat. Tit. 22.
Qui ſucceſſores feudum date teneantur. Tit. 3.
Qui ſucceſſores teneantur. Tit. 9.

EX LIBRO II.

Quid ſit inueſtitura feudi. Tit. 2.
Per quos fiat inueſtitura, & per qus recipiatur. Tit. 3.
Quid præcedere debeat, an inueſtitura, vel fidelitas Tit. 4.
Qualiter iurare debeat, vaſallus domino fidelitatem. Titu. 5.
De for. fideli. Ti. 6.
De noua for. fide. Ti. 7.
Quis dicatur Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, vel Valuaſo. Tit. x.
De clerico qui inueſtituram facit. Tit. 35.

RVBRICA II.

Quomodo feudum etiam ſucceſſione adquiratur, deque beneficio nouo, fratribus, collato &, vt quis feudum retinere permittitur, hæreditate defuncti repudiata.
Cui loco ſequentes Titulos ſubijcies.

EX LIBRO I.

De ſucceſſione feudi. Tit. 8.
Conſtitutiones feudales domini Lotharij imper. quas ante ianuam. D. Petri in ciuitate Romana condidit obſeruandas. Tit. 19.
De beneficio fratris, & qualiter in beneficio fratris ſuccecedat. Tit. 20.

EX LIBRO II.

De ſucceſſione fratrum, vel gradibus ſuccedentium in feudo. Tit. 11.
De fratribus de nouo beneficio inueſtitis. Tit. 12.
De duob. fratrib. a Capitaneo inueſtitis. Tit. 18.
An mutus, vel alias imperfectus feudum retineat. Titu. 36.
An agnatus vel filius defuncti poſſit retinere feudum repudiata hęreditate. Tit. 45.
De eo, qui finem fecit agnato de feudo pater. Tit. 49.
De natura ſucceſſionis feudi. Tit. 50.

RVBRICA III.

Beneficia quæ propriam feudi naturam non habent, ſed ab ea degenerant. & quę ad fœminas quoque pertineant.

Cui accedant, EX LIBRO I.

De feudo Guardiæ, & Caſtaldiæ. Tit. 2.
An maritus ſuccedat vxori in beneficio. Tit. 15.
Quemadmodum feudum ad filiam pertineat. Tit. 24.

EX LIBRO II.

De inueſtitura quam Titius accipit Sempronio. Tit. 13.
De eo qui ſibi vel hæredibus ſuis maſculis & fœminis inueſtituram accepit. Tit. 17.
De filijs natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto. Tit. 29.
De feudo non habente propriam feudi naturam. Titu. 48.

RVBRICA IIII.

Cauſas feudales apud curiæ pares atque etiam dominum ipſum controuertendas, expediendasque eſſe, & qua ratione.

Quorſum ſpectant, EX LIBRO I.

Si de inueſtitura feudi controuerſia fuerit. Tit. 4.
De contentione inter dominum, & fidelem, de inueſtitura feudi. Tit. 10.
De contentione inter me & dominum, de portione feudi fratris mei defuncti. Tit. 12.
De contentione inter dominum & vaſallum, de inueſtitura feudi. Tit. 23.
Si de inueſtitura inter dominum & vaſallum lis oriatur. Titu. 26.
Apud quem, vel quos controuerſia feudi difiniatur. Ti. 18.

EX LIBRO I.

De feudi cognitione. Tit. j.
De inueſtitura de re aliena facta Tit. 8.
De vaſallo decrepitæ ætatis, qui feudum refutauit, vt filij inueſtirentur. Tit. 14.
De inueſtitura in maritum facta. Tit. xv.
De controverſia feudi apud pares terminanda. Tit. 16.
An remoueri debeant teſtes, qui pares eſſe deſierũt. Ti. 19.
De controuerſia inter Epiſcopum & vaſallum. Ti. 20.
De milite vaſallo, qui contumax eſt. Tit. 22.
Si vaſallus ab aliquo de feudo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere nolit. Tit. 25.
Si de feudo defuncti cõtentio ſit inter dominum, & agnatos defuncti. Tit. 26.
Qui teſtes neceſſarij ſint, ad nouam inueſtituram probandam. Tit. 32.
De conſuetudine recti feudi. Tit. 33.
De controuerſia inter maſculum & fœminam de beneficio. Tit. 41.
De controuerſia inter dominum & emptorem feudi. Titulo. 42.
De controueſia inter vaſallum, & alium de beneficio. Titu. 43.
An apud iudicẽ, vel curiam domini quæſtio feudi debeat terminari. Tit. 46.

RVBRICA V.

Feudum vt alienari poſſit, vel non, eiuſque varias eſſe cõſuetudines, & ad principum conſtitutionibus ad hoc promulgatis.

Ad quod pertinent, EX LIBRO II.

De pignori dato feudo, quid iuris ſit. Ti. xi.
De alienatione feudi. Ti. 13.
De feudo dato in uicem legis commiſſoriæ. Ti. 17.
De vſu Mediolanenſium, ſecundum quoſdam. Tit. 28.

EX LIBRO II.

Qualiter olim poterat feudum alienari. Tit. 9.
De vaſallo, qui contra conſtitutionem Lotharij Regis, beneficium alienauit. Tit. 38.
De alienatione paterni feudi. Ti. 39.
De capitulis Conradi. Tit. 40.
Quid iuris ſit, ſi vaſallus poſt alienationem feudum recuperet. Tit. 44.
De Capitaneo qui curiam vendidit, an intelligatur beneficium vendidiſſe. Tit. 51.
De prohibita feudi alienatione per Lotharium. Tit. 52.
De prohibita feudi alienatione per Federicum. Tit. 55.

RVBRICA VI.

Feudum propter feloniam, aut ingratitudinẽ vaſalli amitti, vtque dominus eius proprietate priuari poſſit, tum amiſſum ad quem perueniat.

Cuius farinæ ſunt. EX LIB. I.

Quib. mod. feu. ami. Tit. 5.
De natura feudi. Tit. 7.
Quib. mod. feu. ami. Tit. 17.
De feudo ſine culpa non amittendo. Tit. 21.

EX LIBRO II.

De vaſallo milite, qui arma bellica depoſuit.
In quib. caſib. feu. amit. Tit. 23.
Quę fuit pri. cau. benefi. amitten. Tit. 24.
Si vaſallus feudo priuetur, cui deferatur. Tit. 31.
An ille qui interfecit fratrem domini ſui, feudum amittat. Titu. 37.
Qualiter dominus proprietate feudi priuetur. Tit. 47.
Quot teſtes ſint neceſſarij ad probandam feudi ingratitudinem. Tit. 57.

RVBRICA VII.

Quæ in feudis ſint obſeruanda, de rebus allodialibus, atq; item de Regalibus, & ſuper pace tenenda conſtitutiones.

Huc pertinent, EX LIBRO II.

De pace tenenda, & eius violatoribus. Tit. 27.
De pace tenenda inter ſubditos, & iuramento firmanda & vindicãda, & pęna iudicibus appoſita, qui eam vindicare, & iuſtitiam facere neglexerint. Tit. 53.
De allodijs. tit. 54.
Quæ ſint regaliæ. Tit. 56.
De notis feudorum. Tit. 57.
De ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatẽ eccleſiæ inductis. Tit. 59.

Habes fermè qui textus huius commentarij, vt vel eiſdem rei tractationem, vel inter ſe nõ tam diſſidentem comprehẽdentes, quique ſuis Rubricis ſubijci, atq; rectius. Nos ſiquidẽ nemini in hoc præiudicare contendimus: ſed veſtigia faltem oſtendere, quibus ad meliorẽ methodon cõpendio peruenîri poſſit. Quod vero reliquum eſt, etiã aliæ cõſtitutiones Principum, libris feudalibus poſtremo ſunt adiectæ, extra tamen legitimam

gitimam,& iam olim receptam corporis compaginem,qua propter nonnullis. Extrauagantes appellantur. Cuiuſmodi eſt,quomodo in læſæ Maieſtatis crimine procedatur. Conſtitutio,ad reprimendum.Henrici eius nominis ſeptimi Imper. quam Bartholus eleganti commentario primus illuſtrauit. Eſt & liber,vt vocant,ſeu tractatus de pace Conſtantiæ initia inter Federicum Imp.eiſque filium Henricum ſextum Ro regem, & quoſdam Imperij atque Regni ordines,quem Bald. interpretatus eſt.

Præter hoc,ꝙ ab aliis quoque prudentibus & anteceſſori iuris,conſuetudinum obſeruationes compilatæ receſentur: quę & ipſæ, licet quibuſam in dubium vocentur, a doctiſſimis tamen & ſummæ authoritatis proceribus,Iacob.de Ar. Io.Blancho.Iacob.Aluaro.Baldo atque alijs allegatæ, ſuum robur obtinuerit. Eius generis ſunt capitula extraordinaria, & alterius compilationis feudorum,apud Iacobum de Ardizone,in finem Summæ ſuę, relata,) quæ tamen nonnulli ἄκυρα eſſe, & haudquaquam alleganda contendunt,præcipue Franci.Curtius Iunior, ſed circa rationem,non omnia ī in Commentarium ſunt coacta, quæ in feudis vſuueniunt, verum quotidie accedunt etiam prudentum conſenſu, quæ ſuam vſurpationem habent, & quandoque iuri ſcripto magis reſpondent)vt ex conſtitutionibus Principum,Prudentū decretis,atque vſibus beneficiarijs apud varios ſparſis, colligi poterant.

Quibus,Henrici III.quoque Imp. Conſtitutionem vna cū capitulis nonnullis ad feudales cauſas pertinentibus, ab Hērici tamen conſtitutione alienis, etiam adiunges. Ea quę & Iac.Alua.ad calcem ſui Commētarij reponit, nobiſque ceu non contemnenda, quodammodo commendat.

CASVM, QVI IN IVRE FEVDALI prætermiſſus eſt,legibus,aut iure Roma.definiendum.

CAP. IIII.

EX quibus cauſæ feudales Vt decidantur,nemo eſt qui ignoret. Coeterum cum & in hac materia pleraque emergant, & quotidie ſcrupulum iniiciant, quæ per has iuris anguſtias expediri non poſſint,ꝙ ita vel induci, vel ſcribi nō poterat,vt omnes articulos, omnes denique caſus, qui quandoque accidunt,continere:quod & de legibus, & S.C. Iulianus tradit,propterea ſi quid emerſerit, hiſce conſuetudinib. neutiquam comprehenſum,ad ius commune, & ſcriptum, eſt relegandum:ſic enim textus eſt,de feudi cognititione. c.1. §.ſtrenuus autem Legiſperitus,ſicubi caſus emerſerit,qui cōſuetudine feudi non ſit comprehenſus, abſque calumnia vti poterit lege ſcripta.

Verbi cauſa:Succeſſio rerum feudalium, licet tranſuerſalibus aut a latere venientibus vltra fratres patrueles, ſecundum veterem a prudentibus conſtitututum vſum non progrederetur,hodie tamen in ſeptimum vſque gradum datur. cap.primo.§.hoc quoque ſciendum eſt.de iis qui feudum dare poſſunt.& cum gradus propinquitatum,modo ſecundum iuris ciuilis,modo canonici obſeruationem,ſupputentur,neque comprehenſum eſt,vnde graduum rationem ſumamus, ad iuris communis ſepta recurrendum venit, quod de ſucceſſionibus potiſſimum ſtatuit:& non ad ius Pontificium, qđ nuptiarum ergo etiam gradus diſcernit, geminis perſonis ꝑ vno computatis:ita vt non ſolū fratres patrueles ex tranſuerſo in feudum ſuccedūt antiquum, verumetiam ex fratre trinepos.

Vbicunque enim de ſucceſſionibus inteſtatorum, aut eorum,qui proximitatis iure vocantur,agimus, gradus ad iuris ciuilis traditionem ſunt metiendi, quod ī hac iuris parte eſt faciendum.per And.de Iſer.& Bald.in cap.primo.§.& quia vidimus de ijs qui feudum dare poſſunt. Barto. in l. ſi Auiæ.C. de ſucceſſio.ed.reſpondit.D.Franc.Aret.in conſi.ſuo pe.in eo ſum.pen.proinde ſeruo cui feudum conceſſum erat, defuncto,filij eius in feudum illud non ſuccedunt: vt qui neque iure ſcripto,neque beneficiario,& non ſcripto iuuantur:ſed ipſorum dominus, cui de iure Romano ſeruus tantum aqrit, apud Iac.de Ard.de ſucceſſione feu. §. ſed quæritur,ſi datum feudum ſeruo,

Quem locum tamen cum diſtinctione accipere debes, ne Antinomiæ difficultatem incurras, nam dicto capi. primo.§. hoc quoque ſciendum.de ijs qui feudū dare poſſunt eſt,Tranſuerſales in ſeptimum vſque gradum ſuccedere. Coeterum in cap.primo.de na.ſucceſſio.feu. tranſuerſales in infinitum, & donec ſuperſint ex latere agnati,admittuntur,quos textus ſic conciliabis,ꝓbante etiam Franci.Curtio iuniore in 3.parte tractus feudalis.§.ſucceſſiue expedito ſecundo tractu. Si feudum per communis agnationis parentem eſt quæſitum, aut tranſmiſſum,agnati in infinitum ſuccedent. Sin vero per eū qui extranſuerſo erat, partum apparet,pactione adiecta, vt ad fratres quoque & collaterales pertineret,tunc in ſeptimū vſque gradum erit ſucceſſio : & ſic vtrunque caput ſaluabis, per Ia.de Bel.Nic. Neap. & Alu. in c.j.§.ſi capitanei.de feud. Marchiæ.& d.§.& quia vidimus.

Proinde conſtitutum eſt beneficio collato incremēta quoque accedere. Sed quęſitum eſt acto feudo nunquid ſeruitia quoque & operæ augeri debeant?qui caſus cum ſimiliter vſibus hiſce non ſit incluſus,ad ius ſcriptum nos extricabimus, non quidem expreſſum, ſed vt argumenta ſuffragantur, vt And.de Iſern.contendit : quia augmentum eiuſdem naturæ eſt cum ipſo feudo , ſucceſſorio naturam ſui principalis ſequente id nullam augeſcendi ſeruitii cauſam præbere: ſed in conſuetis ſeruitiis conſiſtendum eſſe.argum.l. Campanus.ff. de operis lib.Bald.vero cum pleriſque aliis hoc addunt, ſi beneficium vltra dimidium augeatur, ſeruitia quoque pro rei quantitate augeri,& præſtanda fore.per l.ſi merces §. vir maior.ff.locat.tradit Ia.Al.in c.j. § item Si vaſallus.Si de inueſti. ſeu.controu.fuerit.

His adde,quod ſimiliter feudi conſuetudine non eſt comprehenſum,ſed pro caſu omiſſo habetur,vaſallo ſine liberis defuncto, agnati quo ordine ſint admittendi, in ſtirpes ne, vt in parentum ſuorum locum, an quiſque pro ſua perſona, adeoque in capita ? in qua cauſa licet multæ ſint altercationes doctorum, vbi pro ſua quiſque opinione non ſecus atq; pro aris videtur pugnare,magis tamen eſt,vt ſi defunctus vaſallus poſt fratrem, atque etiam ex fratre mortuo, nepotes, feudi ſucceſſores relinquat,in ſtirpes ſucceſſionē eſſe, vt frater ſuperſtes ſemiſſem vnum feudi,& fratris filij alterum, patris ſui loco, habeant.

Quod ſi nullum fratrem, ſed fratrum filios duntaxat ſuperſtites habeat,tunc quiſque pro ſua perſona ſuccedet,beneficio (modo diuiſionem recipiat) in ſingula capita diducto, aut fructibus atq; vtilitatibus eius ,ꝙ & frequentatur, ſigillatim pro virili obuenientibus, vbi ea prius deduci conueniat, quæ in operas,aliaque onera ſunt impenſa.

Quæ cum in hoc feudali compendio non habeantur definita,ne ad ſuum ſentimentum ea quiſq; torqueat,ad iuris communis deciſionem recurrendum eſt,& quod iuſtum atque ſtatum reſpondendum,iuxta Authent.de hęredibus ab inteſtato ue § ſed & ipſis.& §. ſi autem cum fratribus.ſentit. Azo. in ſumma ſua,vt Accurſius.in lege xii.tabularum. C.de legi. hæredib.& in §.hoc etiam.Inſtitut. de legit. agnatorum ſucceſſ.Franc.Curtius Iun.in 3.par. §.4. quæro circa iſtam materiam.& decidit Carolus eius nominis Impera. quinto refert, & ſequitur Vdal.Zaſius,in tit.de feudi ſucceſſio.ver. ſexta cōcluſio.

Ex multis vnum atque alterum locum ſaltem oſtendere, & quaſi per tranſennam,volebamus,qui prętermiſſi ſunt, & ad ius Ro.atq; ſcriptum veniunt expediendi:reliquos autem, qui innumeri tibi quotidie in hac materia ſeſe prodent, ipſe adnotabis, & quod iuſtum eſt, per emergentes quoque rerum ſpecies,abſque vllo erroris inuolucro reſpondebis.

Ad rem vero quod pertinet , & vt cognoſcamus quomodo, atque etiam quandonam caſus prætermiſſus ad ius ſcriptum recte conferatur,monendi ſumus, ante omnia inueſtituræ tenorem inſpici debere,ad quem,ceu ad ſacram anchoram oblatis difficultatibus feudorum perpetuo recurrimus, ut qui feudi naturam indubitato profert,omniq; conſuetudini naturam derogare ſolet.& hoc propter pacta , & contrahentium voluntatem,quæ ab initio interuenerunt,per l.1.§. ſi conuenerit.§ depoſiti.accedit l.ſemper in ſtipulationib.ff.đ regu.iur.11.Quæ ſi non fuerint,& neque ex inueſtitura, neq; ex pactis conuentis reſpondere liceat, videndum eſt quænā ſit cōſuetudo illius loci,aut curiæ dn̄icæ,ſpecialis. Puta, cōtēria eſt,ꝙ fœmina ex deſcēdēnib. defuncti liberis ī feudi ſucceſſione agnatis vult pręferri,quæ ſi ex inueſtiturę verbis docere poterit beneficium ad ſe pertinere, id vtique obtinebit, propter pacta quib. fœmineum ab initio eſſe cœpit, aut alſ eius ſit capax,& in eo caſu res non ſit,quo fœmina ſemel excluſa amplius non admittetur.iuxta c.j.§.quinetiam. Epiſcopum vel Abbatem &c. Sin autem in hoc inueſtituræ tenore non iuuetur, probandum ipſi erit, extra tamen notorium, iſtic loci naturam feudorum eſſe, vt fœminæ quoque in eo ſuccedant.facit l.de quibus.ff.de legibus.& S.C.III.Deficiēte quoque vſu ſpeciali,ad conſuetudinem generalem , cardinē rei controuerſę,confugimus, ex libris feudalibus cauſas decidimus,quos in hac difficultate iuris authoritatem habere eſt vſu conſtitutū , & demū regulare, vt cauſæ feudales adeo ex dediat. III.Vbi deſtituimur ēt ꝯſuetudine gn̄ali , emergentibus,& ꝑtermiſſis ius Ro. aut ſcriptū deciſionem ſuppeditabit,

bit, quemadmodum paulò ante oſtendimus, & pleni ſunt Commentatorum libri. Vſque adeo in regulam abijt, Caſū in vſibus feudorum prætermiſſum diſpoſitioni iuris commu relinqui. argum. l. ſi extran. ff. de cond. ob cau. v. Si caſus emergens etiam lege ſcripta non comprehendatur, ad ſimilia ꝑcedendum eſt, non omnia, ſed ea quæ ex iure conſuetudinario ſumuntur: quibus iisdem deſideratis, tunc demum ex legis ſimilitudine controuerſiam terminamus. Conſequens igitur eſt in rebus feudalibus potius ſimilis conſuetudinis inhærendum eſſe, quam illi, quod ex lege mutuamus: & hoc propter rerum ipſarum atque cauſarum ſimilitudinem.

In habentibus enim ſymbolum facilis erit tranſitus. per l. ſi acceptilatum. ff. de accepti. refertur in l. ſi. vnus. §. ſi pactus. ff. de pact. & plenius in l. de quibus. ff. de legibus. Id tamen, ꝙ iudicis & boni viri arbitrio relinquitur, qui ex argumentis, a ſimili quoque ductis, rei controuertendæ aptioribus, modo præcipue ex conſuetudine beneficiaria, modo ex legibus ſūptis, iudicium ſuum, & animi motus communire poterit, & hinc quod æquum & iuſtum eſt, pronunciare. Argum. l. ob carmen. §. fi. ff. de teſtibus. & l. fi. C. de edict. diui Andrian. tollen. Alioqui vel conſuetudine, vel lege expreſſim ſuccurrente ad ſimilia atque argumenta vſum, atque ipſum, non venit properandum.

Dùm in expreſſis atque apertis, ad emendicata ſuffragia ſimilitudinis, non ſit properandum. Accedit l. poſſunt. ff. de legibus.

Vbi Iulianus ait: Sed cum in aliquo caſu ſententia eorum manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debet. & Vlpianus: quoties lege aliqd vnum vel alterum introductū eſt, bona occaſio erit, & cætera quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certa iuriſdictioni ſuppleri.

Habes vt in cauſis primo inueſtituræ tenor ſit obſeruandus: deinde conſuetudo ſpecialis: tum vſus noſtri generales: demum ius commune: Et poſtremo ad ſimilia procedendum maxime conſuetudinis, & poſt iuris ſcripti.

Et gloſſ. Iacob. de Belu. Aluaro. & elegantiſſime Præpoſitus Mediolanenſis in dicto capitulo primo. §. ſtrenuus autē, de feudi cognitio.

FEVDVM QVID ET QAALIS ex eo reſultet contractus inter dominum & fidelem.

CAP. V.

Superuacaneum autem eſſe videretur & operæ non tam precium de bñficiario iure tractationem producere, atque cōtinuare, abſque eo vt prius cognoſcamus proprias eius poteſtates, quas per definitionem recte explicabimus, vt ſic quid ſit breuiter & abſolute diſcamus.

Definitio enim, vt Cicero in Topicis ad Trebatium ſcribit, eſt oratio, quæ id quod definitur, explicat, quid ſit, vnde ſæpenumero vocis quoque proprietatem, atque e regione, licinius Latheltas. §. calumniatores. ff. de iuſa. & l. prima. ff. de teſtamen.

Frequens igitur eſt, vt Iuriſconſultus tractationes ſuas a definitione rei propoſitæ exordiatur.

Cæterum feudi definitionem, ne longius petatur, textus, a quo temere non licet diſcedere in tit. in quibus cauſis feu. amit. cap. primo. §. fina. nobis ob oculos ponit, in hunc modum: Feudum eſt beneficium, quod ex beneuolentia alcui ita datur, vt proprietas quidem rei beneficiariæ immobilis penes dantem remaneat, vſusfructus illius rei ad recipientem trāſeat, vt ad eum, hæredeſque ſuos maſculos, & fœminas, ſi de ijs nominatim dictum ſit, in perpetuū pertineat: ad hoc, vt ille, & ſui hæredes dño fideliter ſeruiāt, ſiue illud ſeruitiū nominatim, quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue indeterminate promiſſum.

Quæ definitio quidem paſſim recipiē, licet repetio magis & deſcriptio quædam eſſe videatur, eorum quę ad feudum requiruntur, quam vt ſuccincte & iuſto artificio ſit conſtructa: cum ſatis ſit definitionem per genus & differentias dari, quę proprias rei definiendę res atque poteſtates, breuiter & abſolute complectuntur: non vt ſingulas eius partes expreſſim contineant, ſed vim earum, verborum virtute explicent. Alioqui ſi nihil omittendum foret, quod ad ſingularum partium enumerationem attinet, definitiones non ſolum eſſent fuſæ, ſed etiam tractanda ferme æquarent.

Recte igitur Cicero in j. de oratore libro inquit: Eſt autem definitio, earum rerum, quæ ſunt eius rei proprię, quam definire volumus, breuis & circunſcripta quędam explicatio. Et rurſus in 4. Rhetoricorum ad Herennium: Definitio eſt, quæ rei alicuius proprias amplectitur poteſtates, breuiter & abſolute.

Quo & Vlpianus obſeruans, ait: iuriſprudentia eſt diuinarum, atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia. Et Paulus: Tutela eſt, vt Seruius definit, vis ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatē ſuā ſponte ſe defendere nequit, iure ciuili data ac præmiſſa. Cicero quoq; in iiij. ad Herenniū: Iuſtitia eſt ęquitas, ius vnicuiq; tribuens pro dignitate cuiuſque. Quam definitionem & Iuriſconſultus quodammodo mutuatus eſt in l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iure.

Viden'ut breuiter res operoſiſſimæ explicationis, definiantur? Vbi ſi ſingula quæ earum propria, & ceu Comites ſunt, nominatim comprehendi deberent, & vti Cicero Iuſtitiæ ꝓpria, quib. ſocietas humanæ coniunctionis, ſubſiſtit, in v. definib. libro exponit, non rei tractandę explicatio ſaltem proponeretur, ſed integer tractatus. Quapropter, cum & noſtri id aduerterint, rem breuius comprehēdere ſatagētes alii al̃ꝫ, plerique tamen haud magis artificas definitiones feudi quæ fierunt, ex quib. demum conuenientior multis eſt viſa, quā Ioan. Rayn. ſuper rubrica cap. imperialem de prohibita feu. alienat. ne per Fede. tradit, & probat eum Petrus Rebuffus, eundemque ſecutus Zaſius ijs verbis: Feudum eſt beneuola conceſſio, libera & perpetua rei, immobilis, vel æquipollētis, cum tranſlatione vtilis dominij, proprietate retenta, cum exhibitione ſeruitij.

Quam adhuc ſi contraxeris, etiam per genus & differentias conſtitui poſſit, puta: Feudum eſt beneuola conceſſio rei immobilis, propter ſeruitium facta: Cuius voces recti' excuſſæ quecunque verboſis illis deſcriptionibus exprimuntur, & ipſe includunt.

Quib. ne ad tædium vſque detineamur obſeruare eſt omnium definitionum vim eſſe, vt ad conſtituendum feudum neceſſaria nobis ob oculos ponant, & eorum ſex communiter referuntur. I. Feudum beneuole & ſponte dari. II. Vt dominium rei directum penes concedentem remaneat. III. Vtilitates ſeu dominium vtile in accipientē transferre. IIII. Rem immobilem eſſe debere quę beneficij ergo datur. v. Vt perpetuo ſit apud vaſallum. vj. Seruitium propterea præſtandum.

Quę ſingula quomodo ſint accipienda, ex ipſis textib. eruta, Interpretes abunde docent, pręſertim Franciſcus Curtius Iunior in prima parte tractatus feudalis. § ſexto principaliter quæro.

In feudi igitur collatione inter dominum & vaſallum contrahitur obligatione vltro citoque inita, quo fit vt vaſallus quaſi addicatur domino ſuo, cui non ſecus atque liberti' patrono, operas, ſeruitia, atque fidelitatem debet: quam Philibertus Epiſcopus, in ſex rebus conſiſtere ſcribit, videlicet, Incolumi. Tuto, Honeſto, Vtili, Facili & Poſſibili. iuxta cap. forma. 22. queſt. v. & eſt relatum in tit. de for. fid.

Proinde ſi dominus inopia propter bellorum neceſſitatē fuerit preſſus, per vaſallum locupletem pecunia iuuari dēt, niſi bonis cedere malit: alioqui creditoribus obæratum, aut propter æs alienum vinctum, quod vaſalli intuitu non ſit cōtractum, redimere non cogitur, quod ſi præterea fecerit, gratiæ ipſi ſunt habendæ, per Ala. Prępoſitum, & Doct. in c. licet. ſi de feu. cont. ſuc. inter do. & gn. Spe. in ti. qui fil. ſint legi. §. i. ver. ſed nunquid dominus. differit Bar. in l. alimenta. §. imper. ff. de lib. agnoſc.

Et regione quoque dominus vaſallo fidem præſtare & a felonia alienus eſſe cogitur, niſi & ipſe perfidus haberi velit, & feudi proprietatem amittere, vſqueadeo in ijs, quæ ad fidelitatis capita, non autem operas pertinent, ad paria iudicantē dominus atque vaſallus, non ſecus atque libertus & patronus: ille enim ſi patronum ſuum etiam inopem deſerat, ī ſeruitutem rediget.

Hic autem niſi libertum quoque indigum ſubleuarit porrectis manib. non modò operis, ſed & hæreditate eius carebit, per l. alimenta. ff. de libe. agno. & l. diuus Claudius. ff. de iure patro. Sed videamus nos tex. de forma fid. cap. ptimo. §. dominus quoque in his omnibus vicem fideli ſuo reddere debet: quod ſi non fecerit, merito cenſebitur malefidus, ſicut ille, q in eorum pręuaricatione vel faciendo, vel conſentiendo, deprehenſus fuerit perfidus, & periurus, & accedit capitulo primū. qualiter dominus proprietate feudi priuetur. vbi etiam Doctores.

Contractus autem inter dominum & vaſallum, licet quibuſdam vti Bald. in l. fina. C. quando lic. ab empt. diſced. ut alios prętermittam, dicatur innominatus, quibuſdam verū anomalus, quaſi participans cum contractu nominato, atq; item innominato: magis tamen eſt, vt ſit contractus nominatus. Cuius, verba, cum ad ea de quibus conuenit, ſint accipienda,

da,nihilque extrinſecus ſubauditum admittant, ſtricti iuris exiſtimatur, vtcunque inter dominum & vaſallum bona fides exuberare debeat,quare & Præpoſitus bonæ fidei contra ctum dici poſſe colligit:ſentiunt Bart.in l.iuriſgetium.§.quin immo.ff.de pact. Ange in l.legitima.ff.de pact.Inno.in c.quę in eccleſiarum.de conſtit.Bal.& Iac.Alua.in c.j.de cogn. feu. & Iaſon in l.j.C.de iure emphy. Ex quo contractu actio naſcitur,quam Bar.in l.j.de condi ct.ex lege. ex feudo cognomi nat.Cœterum,quod And.de Iſer.in prælu.feu. refert , conuenientius eſt,& receptior ſententia,vt ſua diſtinctione reſpon deamus.Aut enim vaſallus in poſſeſſionem feudi eſt induct⁹, & vtilem rei vendicationem,tam aduerſis extraneum , quã ipſum dominum habet.Aut rei feudalis ipſi tantum ex promiſſo debetur,interpoſita ſtipulatione, & actioni ex ſtipulatu locus erit,Aut de inueſtiendo nulla interuenit ſtipulatio, ſed promiſſio tantum , & condictio ex moribus datur vaſallo: quæ & Baldi eſt ſententia in c.j.de contro. inueſtituræ. & in Rub.C.de condict. ex lege.tradit eleganter Fran. Cur.Iun, in j.par.tract.feu.q.9. & quæſt. x. beneficium repetendum eſt eo,ꝙ vaſallus ſeruitia præſtare detrectat, & domino condictio cauſa data,competit,per l.donaturus.cum aliis. ff.de cōdic.ob cauſ.eſt tex.in in c.j.de feu.ſine cul.non ami. Sed alibi copioſius.

Quibus adde & hunc contractum, quemadmodum alios quoque eſſentialibus ſuis, atq; item naturalibus conſtare. Eſſentialia ſunt ſine quibus vt ſubſiſtere non poteſt,ita neq; remittuntur,vti eſt ſeruitium,quod beneficij ergo pręſtatur. Naturalia vero quæ ex contractu ipſo ſubſiſtunt, ſed adeſſe eius non requiruntur,tantum abeſt,vt ex iis dependeat,veluti eſt iuſiurādum,quod pactione remitti poteſt,feudo nihilo minus ſubſiſtente,per Iaco.de Bel.& Alu.in c.j.§.eſt alia.quę fuit j.cau.benef.amit.Accedat Vdal.Za.in de intellectib.iuris ſingu.c.ſubſtantialia contractus ſunt.

VT FEVDA DIVIDVNTVR, ET QVAE cuiuſque generis natura ſit.

CAP. VI.

DIuerſæ feudorum naturæ faciunt, vt diuerſa quoque eorum ſint genera, quæ ex diuiſione ipſa facile eſſequemur: vſque adeo rerum partitio breuem & dilucidam expoſitionem ei⁹ quod tractare inſtituimus,ob oculos nobis ponit, ſine qua confuſum eſt,& miſcellaneum , quod exponendum proponitur.Excurrit autem feudorum diſtributio fermè in vigintiduo genera vta pleriſque omnib. maxime tamen ab Aluaroto,& Præpoſito referuntur:nos aliqua & magis frequētia, ſaltem referemus:ne etiam in hoc,compendij inſtitutū multorum inculcatione, excedatur.

Feudum autem,ſumma diuiſione diducitur in rectum & non rectum,aut degenerans.Rectum feudum dicimus,quod propriam feudi naturam tenet,eam videlicet, cuius intuitu, primum eſt a prudentibus introductū:nimirum,vt ſit maſculinum,gratuito ex re,quę ſoli eſt,datum,ad hęredes militaturos tranſiturum,& hoc in perpetuum, ꝙ neque agnatorum conſenſu alienari,neque ſine culpa amitti poſſit: ita conſtitutum,vt vaſallus ad fidelitatis, ſeruitiorumque præſtationē eius gratia obligetur:eſt in Titulis,de ſucceſſio. feu.de na.feu. de noua for.fid.& de feu.ſine cul.non amitt. Quæ proprietas adeo feudo inhæret,vt ſiue in iure, ſiue in facto,id in dubiū vocetur,ſemper ſit pręſumendum ſecundum rectam eius naturam conceſſum eſſe,hoc eſt, ſecundum communes regulas & conſuetudines feudorum,vt ad maſculos pertineat:niſi genuinam illam naturam eſſe alteratam atque fœminas peruenturum,aut alias degeneraſſe,dilucide probetur.Cum in tali caſu interpretatio,ex conſuetudine generali ſit petenda, quę feudo ſimplicem atque rectam naturam contribuit. Sic eſt in tit.de iis,qui feu.da.poſſ.§.hoc autem notādum eſt. ꝙ licet filię vt maſculi patribus ſuccedant legibus, tamen a ſucceſſione feudi remouentur,ſimiliter & earum filij,niſi ſpecialiter dictum fuerit,ad ea pertineat.

Vnde eſt fœminam feudi capacem non eſſe,niſi ex pacto: quod quia inſolitum eſt, & propriæ feudi naturæ aduerſum, probari debet. Eſt etiam in c.j.de natu. ſucceſsio.feu.& tradit glo.Iaco.de Bel. Bald.& Iacob.Alua.in c.j.§.preterea.quid ſit inueſtitu.

Feudum rectum rurſus diuiditur in Paternum, Antiquum & nouum.paternum dicimus, quod a patre vel aliquo aſcēdentium in abauum vſque eſt quæſitum,atque per deſcendētes liberos poſſidetur, qua de cauſa beneficium quod patri nouum eſt,& recens quæſitum, eo defuncto filijs paternum erit:quo ad fratres autem alios'ue tranſuerſales,nouum:vt q in id non ſuccedunt.c.j.de ſucceſſio.feud.c. j. de vaſal.decrep. ætatis.& reſpondet Oldrad.conſi. clxxviij. quidam nobis &c.

Antiquum feudum eſt,quod a communis agnationis parente originem cœpit,quod plerique omnes vltra quartum gradum aſcendentium, adeoque in patruum magnum extē dunt:id tamen,quod non ita paſſim obſeruatur,ſed ſecundū Curiarum mores variat,verbi cauſa: Sempronius beneficiū ſiue nouum,& ad filios eius peruenturum,ſiue a parentibus ſuis deuolutum,tenet:quo defuncto ex duobus filiis Pamphilus duntaxat in feudum illud ſuccedit, Seio altero filio aliis rebus contento.

Et ſic feudum illud apud Pamphili liberos etiam in atnepotes & vlterius,vt primi ordinis hęredes, continuo manet, deinde maſcul i ex Pamphilo deſcendentes,eſſe deſinunt,poſteris maſculis ex Seio ſuperſtitibus,quia beneficium a Sempronio communis agnationis parente deuoluitur , antiquū recte dicetur,in quod tranſuerſales illi agnati ſuccedunt , ad Seij liberos,& non ad dominum pertinens, quibus ius in eo per maiores aut parentes ſuos eſt quęſitum , quod interim dormiebat , dum à Pamphilo patruo etiam magno eiuſque liberis eſt poſſeſſum , quibus deſideratis expergiſcitur , adq; agnatos cum effectu redit. Eſt in capitulo primo.§ ſi vero. de gradibus ſucceſſio.feud. & capitulo primo. de natura ſucceſſ. feudi.

Vbi oculatos dños eſſe oportet,vt cognoſcant deſinentib. hæredibus deſcendentibus, ſi feudum antiquum ſit , & ad agnatos peruenturum,nec'ne? Nam ſi in ea linea,quę eſſe deſijt,ad tranſuerſales,aut agnatos haud pertineret, ſed domino apertum eſſet. Ea quæ ex antiquis inueſtituram Apochis (quas ob id repoſuiſſe prodetit) ſtatim apparebunt. Alioqui agnatis adſerentibus feudum eſſe antiquum , domino vero id nouum,quo ad agnatos,& ſibi apertum eſſe,vrgente,poſſeſſio eius apud agnatos relinquetur,donec oſtenſum ſit , ad dominum id pertinere.Sic eſt in tit.ſi de feu.def.content.ſit ĩter domi.& agna.vaſalli.c.j.Si de feudo defuncti multis ſit cōtentio inter dominum,& agnatos defuncti , domino nouū feudum,agnatis vero paternum eſſe contentibus , agnati in poſſeſſione feudi,de quo quęritur, cōſtituendi ſunt:eo facto, ſuper principali quęſtione cognoſcendum eſt: vtroque autē deficiente in probatione, electio iuriſiurandi agnatis danda eſt.Reliqua huius loci Ia.Al.docte proſequitur.Preter hoc q Rai.de Ferl. in Rub.C.de nouo Cod.facien.& Alberi.in l.nō eſt nouum.ff.de legib.autore Prępo.in c.j.ad ſi.epiſco. vel abba tradunt feudum antiquum duob.inſtrumentis probari. Semper tamen diutina defuncti,eiuſque parentum poſſeſſio facit vt antiquum pręſumatur,& agnati iuriſiurandi religione ſeſe in poſſeſſione tueri queant.quod commodum eſt poſſeſſionis in ea re,cuius dominium directum etiam ad alium pertinere,conſtat ex conſeſſo.accedit.c.j.de cont. inueſt.&c,ſi de inueſt.lis inter do.& agn.oriatur.

Quòd ſi dominus citra nullam aliorem indaginem ex pertinenti probare poſſit,feudum nouū eſſe, & ad ipſum reuerſum,quia vel defunctus id primo adquiſiuit,vel in eius linea partum ſit,atque conſtitutum , a qua tranſuerſales habeantur alieni:tunc agnati In poſſeſſionem feudi non veniunt ponendi, ſed ad dominum pertinebit: dolo enim facit, inquit Pau.qui petit quod redditurus eſt eidem. l. dolo.ff.de except. dol.mal.Et habet Alua.in d.c.j.ſi de feu.defuncti, &c.Ex quibus facile cognoſces verum vſque atque diſcrimen inter feudum paternum & antiquum: quorum alterum ad deſcendētes liberos ſaltem pertinet , alterum vero in tranſuerſales et deuoluitur, vt quibus per communem agnationis parētem ius in eo eſt quæſitum.

Tametſi interpretes in hoc quoque obiter verſentur , & vtriuſque naturam confuſim non ſemel accipiant. Vide Iac. de S.Geor.in verb.in feudum. verſi. tertia diuiſio.vt reliquos prætermittam.

Nouum beneficium appellamus , quod nuper eſt adquiſitum,atque ĩ perſona proximę inueſtiti initium habuit. Et ad deſcendentes ſaltem pertinet,non tranſuerſales,vt quibus in eo nihil iuris eſt quęſitum: adeo vt etiam ſi gemini fratres vna re infeudentur,altero ſine heredibus defuncto , eius portio ſuperſtiti,non adcreſcit, niſi hoc in inueſtitura expreſſim ſit dictum , vt ſic ex pacto contrahentium alter alteri ſuccedat in beneficium nouum : eſt tex.in §.ſin autem. de iis qui feu.da.poſſ.c.j.§.in alio vero feudo.de feu.ſucceſ. & c.j.de fratrib.de no.benef.inueſtititis.

Quòd ſi inueſtitura ſic fuerit concepta,vt beneficium fratrib.& cuilibet eorum feudi iure conferatur,iā actū vr̄,vt alteri ſine hæredib.decedenti,alter in feudum ſuccedat,quo vterque inſolidum vr̄ eſſe inueſtitus, per l. creditor.§.duobus.ff. mand.& l.j.C.quan.non peten.partes, &c.

Vbi de eo quæſitum eſt , feudum , quod domino propter commiſſum feloniæ,vel de cauſa apertū eſt, & eidem vaſallo

lo rurſus collatum, nũquid feudi antiqui naturam retineat, vel potius pro nouo habendum ſit, vt in deſcendẽtibus porro ſolum conſiſtat, & tranſuerſalibus non ſit obuenturum? Et licet glo. quam Dynus ſequitur in l. quod dicitur. ff. de impenſ. contendat antiquum manere, magis tamen eſt nouũ per hoc fieri. Domino ſiquidem apertum erat, & ius quod vaſallus in eo habebat, reſolutũ, deſijt, atque ex eo quod ipſi rurſus collatum eſt, noui contractus iure fiebat, in re quæ per omnia deſijt vaſalli eſſe, & domini facta erat, quapropter & feudum nouum erit. Sin autem beneficium auferri quidem potuit, & re ipſa ablatum non erat, ſed forte ex beneuolentia denuo conceſſum, renouata quodammodo inueſtitura: tunc non mutatur eius natura, ſed remanet antiquum, ad agnatos non ſecus atque antea peruenturum.

Licet enim Clientulus potuiſſet feudo exui atque priuari, id tamen per ſententiam non eſt factum, neque ad dominũ ita redijt vt nouam acceperit formam, ſed conciliatione vltro citroque interpoſita, inueſtituram ad vtriuſque arbitriũ renouari quodammodo placuit, beneficio ĩ priſtina ſua forma remanente, quapropter vt antiquum aut paternum Agnatis quoque deferetur. Eſt gloſſ. communiter recepta in capitulo primo. paragrapho. inſuper. in verbo, priuetur. de prohibita feudi alien. per Pederic. argumen. l. peculium. paragrapho. ſi ab ære alieno. ff. de pecu. refert, & ſequitur Iacob. Aluaro. in cap. primo. verſic. quæro quid ſi vaſallus de vaſal. decrepitæ ætatis. Habet Oldra. in conſi. clxxiij. incipiente: Quidam nobilis.

Prinde fieri poterit, vt beneficium nouum mutata forma antiqui naturam induat, adque tranſuerſales pertineat, ea videlicet conditione conceſſum, vt agnati quoque in id ſuccedant, quod etiam ſi nouum ſit, & in primo adhuc adquirẽte conſiſtens, pactum ei adiectum facit, vt antiqui naturam conſequatur, quo communis feudi natura alterari ſolet. Etenim ſi pacto fiat vt beneficium contra ſui naturam ad fratres quoque perueniat, quid prohiberet, quin idem ad agnatos etiam producendum conſtitueretur, cum in habentibus ſymbolum facilis ſit tranſitus. docet Iacob. de Ardizo. in tit. nouum non paternum. Rubricel. j. Accedit. cap. j. §. præterea. vbi Docto. quid ſit inueſt. & Iaco. Alu. in cap. primo. §. pri. de gradibus.

Tertio, feudum rectum, & propriam naturam habens, aut eſt regale, aut non regale. Regale dicimus, quod ſummam, adeoque regiam dignitatem habet, ab Imperatore vel alio Principe ſuperiorem non cognoſcente conceſſum: vti eſt Regnum, Electoratus, Archiducatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus prouicialis, quem Lantgraulatum vulgo appellamus, & id genus alia feuda dignitatis, ob id regalia, dicta, quod proceres illi, eandem authoritatem in ſua ditione, atque Eparchia habent (exceptis paucis, extrinſecus magis accedentibus, vt creare Palatinos, & tabelliones, ſpurios legitimare, & priuilegia generalia concedere) quam Imperator ipſe, aut Rex habere poſſet. Neque refert in taliſmodi feuda regalis dignitatis de conſuetudinis rigore, ſucceſſionem non eſſe, & ſic a filijs videri aliena, contra naturam feudi recti, nam conſuetudine poſt etiam generaliter recepta, ad hæredes quoque trãſmittuntur: vnde Ducem proprie dicimus, qui de Ducatu, Marchionem, qui de marchia, & Comitem qui de Comitatu eſt inſignitus. Vnde, quia oppoſita iuxta ſe poſita, vt Philoſophus ait, magis elucеſcunt, facile cognoſces beneficia non regalia eſſe, quibus cum talis eminentia digni tatis non confertur, vtcunque ab Imperatore etiam conceдantur. Eſt in capitulo primo. feud. Marchiæ. capitulo primo. de alien. feud. ad finem, vbi Docto. & cap. j. quis dicatur Dux, Marchio, &c.

His adde quartam diuiſionem, qua beneficium nobile dicitur, vel ignobile. Nobile appellamus, quod vel collatum, nobilitate conſpicuum reddit, vel illi ſolum datur, qui ſtemmate clarus eſt. Et Iacob. de Belu. per gradus id diſtinguit, vt nobile proprie ſit, quod ab Imperatore datur: tu Illuſtre, aut primæ nobilitatis recte dixeris, cuiuſmodi ſunt Principatus, quod feudi genus, etiam publicum dici poterit, eo quod ſit iuris publici. Minus nobile, quod ab Imperij Principibus aut Capitaneis agnoſcitur, & beneficium equeſtre dicimus, vt cuius capax non eſt, niſi qui equeſtris ordinis ſit. vnde qui plebeiæ aut popularis conditionis eſt, ad id non habet acceſſũ, niſi arma, & nobilitatis quandam vmbram a Principe impetrauerit. Deinde eſt beneficium mediocriter & quodammodo nobile, quod minoribus conceditur valuaſoribus, viris etiam conſpicuis, ſed tantæ nobilitatis, qui & ipſi feudum cõferunt, etiam ciuibus plebeis & ruſticis, quod ignobile, Iacobo de S. Georgio, Burgenſe dicitur quaſi ad ciues pertinens, de quib. in tit. de iis qui feu. da. poſſ.

Quinto loco poſſit referri feudum hæreditarium, atque item non hæreditarium: Quando hęreditarium appellatur, quod quis pro ſe & hæredibus ſui accepit, cuius ea eſt virtus, vt duntaxat qui hæres eſt adquirentis, vel ex eo adſcendens in id ſuccedat.

Adeo vt etiam ſi hoc caſu filius hæreditatem paternam adiret, inuentario cõſcripto, allodialibus non ſufficientibus teneretur creditoribus etiam ex ijs, quas res feudales commoditates præbent, ſatiſfacere. Rem ſic accipe, decedens vaſallus relinquit nepotes ex filia familiæ hæredes, atque item Agnatos in feuda ſucceſſuros, & inter alia feudum pro ſe & hæredibus ſuis conſtituitur, in quod Nepotes ex filia nati, nõ ſuccedunt, & quia hæreditarium eſt, Agnatus quoq; eius capaces non ſunt, vt qui defuncti hęredes non habentur, ſed eſt, quod apertum ad dominum debeat redire. Habent And. de Iſer. in cap. primo. qui ſucceſſ. tenean. Iacob. de Belu. capit. primo. de eo qui ſib. & hęred. ſuis maſc. & fœmi. Alexander in conſilio decimonono. Super eo, de quo quæritur, in quinto volumi. & omnium doctiſſime Franciſc. Curtius Iunior, in prima parte tract. de feu. paragrapho. octauo principaliter quæro. verſiculo quarto. ſub hac prima ſpecie feudi.

Feudum non hæreditarium tunc dicitur, quando vaſallus id pro ſe liberis ſuis accepit: quo caſu ſi deſcendentes, ad quos primo peruenit, deſierint, ad agnatos etiam non hæredes ab inteſtato pertinebit, qui licet non ſint ex defuncti deſcendentibus, ex liberis tamen ſunt eius, qui communis agnationis parens eſt, & defuncti agnati, in que feudum, quod etiam liberis eſt conceſſum, ſucceſſores: Quo caſu, ſi agnati, & proximiores, hęredes quoque fuerint, & Inuentarium confecerint pro viribus rerum allodialium & hæreditarium ſolum creditoribus obligantur, & nihil ex commodis feudalibus impertire cogentur, per Cyn. in l. ſi manumiſſus. Codi. de liber. & eorum liber. Ioan. Andre. in addi. Specula. de feud. paragrapho fina. An. de Iſern. capitulo primo. paragrapho. hoc quoque. de ſucceſſio. feud. & Alexan. in conſi. x. inci. Ponderatis, in tertio. volum.

Sextam ſpeciem præbet feudum quod ligium appellatur, alijs a ligare deriuatum, quaſi vaſallum domino contra omnem hominem dempto Imperatore deuencire ſoleat: Alijs autẽ a legalitate; quaſi legium, vt Prępoſitus legit, & ante eũ Martinus de Fano, quem Speculator de feudis ſecutus eſſe videtur. Poſſet etiam a liga, nomenclaturam ſortitum eſſe, vt ea conſideratione vaſallus ligius ſit, quod domino quaſi cõfœderatus eſſe debeat contra quemlibet hominem: vnde & effectus eius atque natura reſultat: ad quod conſtituendũ in primis requiritur, vt vaſallus iuſiurandum fidelitatis, nullius fidelitate ſalua. Deinde, vt in literis Inueſtituræ feudum ligium expreſſim dicatur.

Tertio, vt vaſallus, qui ligius eſſe vult, non ſolum feudum ſuum a domino agnoſcat, ſed etiam propria, ſeu Alaudialia bona eius protectioni atque poteſtati ſubijciat. Eſt gl in Cle. paſtoralis. §. rurſus de ſen. & re iu. vbi & mentio fit ligij feudi, nec in vllo alio iuris text. ſecundum Bald. Nam Innocent. v. ibidem Robertum Siciliæ regem Eccleſiæ Rom. ligium hominem vocat, in quem propterea Henricus eius nominis Imperat. v t i i. nullam iuriſdictionem habeat. & Bald. in cap. inter dilectos. de fide inſtrum. in vj. Spe. quoque abunde exponit hoc feudi genus in tit. de feu, §. quoniam. verſi. & notã. quod eſt homagium. Natura autem feudi ligij, quamuis ex ijs quę ſunt relata quodammodo cognoſcatur, ea tamen & eſt vt per vaſallum non poſſit refutari autore Bald. in c. cæterum. de iu. & probat. Marti. Laud. in c. j. de ijs qui feu. da. poſſ. Proinde vt ſolus dominus in eo ſit iudex, & non pares, etiã ſi cõtrouerſia fuerit inter ipſum, & vaſallum, qui propter ligiam fidelitatem ſupremi principis loco eſt, qui in propria cauſa ius dicere permittitur. per Cano. maxime Fel. in c. cum veniſſent. de iud. Similiter Doct. in l. qui iuriſdictioni præeſt. ff. de iuriſd. omn. iudic. Et quod poſtremum eſt, fœminas quoque in feudum ſuccedere, receptę eſt conſuetudinis: quandoquidem ligius homo non modo hoc genus feudi a domino agnoſcit, ſed etiam quæcunque bona ſua ſubijcit, indignum eſſe, quod ab illorum ſucceſſione fœminæ ex inteſtato hæredes ſubmoueri demum deberent. per Alexand. in conſilio trigeſimo. incip. Quoniam omne datium in primo volum. allegans capi. ſignificauit. de reſcript.

Ex quibus facile liquet in quo feudum ligium a reliquis diſtet. Quod tametſi a ſummo Pontifice tradi tantum poſſe, quidam putent, vt cuius authoritas atque eminentia in qualibet iuriſiurandi religione excipiatur, iuxta capitulum venientes. extra de iureiurã. Verius tamen eſt, id a quocunque ſuperiorem non recognoſcente recte concedi. Salua authoritate eorum, quos lex ipſa ſemper excipit, inter quos Pontifex quoque eſt, & ipſe Imperat. Roman. capitulo. Imperialem. §. fina. de prohib. ſeud. alie. per Fede. Alexan. in l frater a fratre. ff. de condict. indeb. & ſcribit grauiter Franciſ. Curtius Iunior in j. par. tracta. feu. §. nono. quęro. ver. v.

Septimo, ad beneficium rectum pertinet, quod feudum Caſtrenſe appellant, apud Germanos oppido frequens, ad hoc īntroductum, vt vaſalli, pro caſtris atque oppidis, eo loci, defendendis, euocari ſoleant. Inſuper Prętoria domus, cū iis bonis, quę ad feudum Caſtrenſe pertinent, etiamſi in ipſis ciuitatibus, earumque diſtrictu fuerit ſita, ab oneribus tamen ciuilibus libera ſunt, atque eximuntur, propter ſeruitia, quæ pro ijs fidelitatis intuitu pręſtantur.

Præter hoc quod taliſmodi vaſalli in nonnullis locis piſcandi, aucupandi, & venandi non modo lepores, ſed alicubi etiam maiores feras, authoritatem habent. Quod ex ipſa inueſtitura cognoſcimus, nimirum quando aliquid recti feudi Caſtrenſis iure conceditur.

Quo iure etiam ea Caſtra cenſentur, quę multi pręcipuæ nobilitatis vaſalli hęreditario ſucceſſores agnoſcunt, ſuis ſtatutis, atq; priuilegijs ab Imperatoribus confirmatis viuentes, inter quę Fridebургum maxime in Phedreſſia eminet, caſtrum non modo bonis & iuris dicundi authoritate dotatū, ſed etiam nobilitatis conſpicua ſedes.

Et quia feudum Caſtrenſe etiam inferioris conditionis hominibus, vt ſunt plebei, & ciues, confertur, propterea Interpretes, & maxime Baldus eumque ſecutus Franciſc. Curtius Iunior, id Burgenſe appellare videntur, atqua inter feuda ignobilia collocant, verum eius vſum non obſeruantes, neque diſcrimen illud, quod non ſecus atque reliqua feuda Nobilitati non tantum deſtinata, pro rei conditione, ad populares quoque & ignobiles transferri ſoleant, ſæpenumero ob iis dominis, qui illuſtres ſunt & Imperij Principes. Cuius exempla abunde habebunt, qui in Curiis, & Rebuſpulicis verſantur, quę omnia umbratili illo & ſedentario ſtudio non ita adſequimur, ſed vſus, Prudentię pater, ea ſuppeditabit.

Octauam differentiam conſtituunt inter feudum Eccleſiaſticum & Prophanum, noſtri ſeculare vocant, cuius ratio ſubinde oſtenditur, & ex communi tractatione obuia eſt, a cuius natura neque Eccleſiaſticum diſſidet, niſi vel rerum, vel perſonarum conſideratione id fiat, vſqueadeo & Curiæ, & illius feudi vſum obſeruandum Baldus eleganter monet.

Dicitur autem Eccleſiaſticum, quod vel ab Eccleſia vel pręlato recognoſcitur, vel quod Eccleſia ab alio feudi iure tenet, id tamen quod non ita frequentatur.

Vbi aduertendum eſt, Eccleſiam recipientem feudum, fidelitatis iuramentum non præſtare, non magis quam pupillum, ſed eius nomine Pręlatum. Ideoque nec feudo priuanda erit, niſi non ſtetiſſet pacto, quod per naturam eſt, & neminem non ligat, & ſic contra legem, ius naturę & gentium, & ipſum hominem fecerit, quod ipſi ceu iuſtitię & ęquitatis matri & cultrici minime licebit. Cœterum ſi Capitulū & pręlatus commiſerint feloniam, in ipſum ingratitudo redundabit, eccleſię iure ſaluo.

Quemadmodum ſi Capitulum & pręlatus egerint, cōtra, lege ſi quis in tantam, Eccleſia dominio rei non eſt priuanda, ſed tam Capitulum, q̄ pręlatus, vt duo rei delinquendi, pęnam quiſque pro dimidio luet. accedit lex ſi plures. Digeſt. de adminiſtra. tuto. Docto. in Authent. cauſa. Codice. de epiſcop. & cleric. quamuis ſint qui opinentur pœnam dictę legis ſi quis in tantam iure Canonum non recipi, iuxta capitulum primum. de dolo & contum. vide Bal. in pręlud. feud. paragrapho. fina. de huius beneficii genere alibi memini nos ſcribere.

Nono, eſt beneficium aduocatiæ, apud Germanos admodum frequens, quod a ſacroſanctis Eccleſijs videtur initium cœpiſſe, defenſionis ergo collatum, non modo nobilibus viris, ſed etiam Principibus, quorum multi hodie quoque monaſteriorum Eccleſiarumque ſunt aduocati & tutelares, ob beneficia quæ ab ijs agnoſcunt. Sed & ab hac conſuetudine, quodammodo eſt itum, atque aduocati propterea etiam appellantur, quod domini ſunt bonorum ad aduocationem pertinentium, in quę non ſolum habent iuris dicundi authoritatem, verumetiam in homines atque colonos taliſmodi bona poſſidentes, adeo vt ex his ſi mortuus fuerit aliquis, hęres certam aliquam rem, equum puto, taurum, quod melius caput, aut quod chariſſimum eſt, cognominā, aut pecuniam eius loco domino & aduocato ſoluere cogatur.

Perinde atque apud Vueſtphalos adſcriptiorum colonorum, qui ſeruitutis cuiuſdam ſpeciem pręſe ferunt, bona a nobilibus, & dominis ſuis per ſucceſſores redimuntur. Bona autem aduocatiæ ſubiecta nemo tenere permittitur, niſi ad ea natus, aut ſi extraneus ſit, dominum propterea agnoſcere, & aduocatiuus homo eſſe velit, cuius exempla notiora, pręſertim Germanis habentur, quam ut inculcari nobis debeant.

Sunt etiam munera, quibus res feudi iure adnectuntur, vti eſt aduocatia fiſci, ſimiliter procurationis, tabellionis officium, quæ feudi iure haberi poterunt, in rebus quæ ſoli ſunt conſiſtentia, iuxta Coſtitut. de pace tenen. paragrapho. quicunque qui tamen locus alio reſpicere videtur, licet eum ad hoc citet Aluarotus in procemio feud. verſiculo, decimooctauo habemus feudum, quod appellatur feudum aduocatiæ.

Feudum non rectum, alteram ſummæ diuiſionis ſpeciem conſtituit, quod ex ijs, quę ad feudum rectum pertinere diximus, per contrarium ſenſum facile conſequemur, vſqueadeo contrariorum eādem eſſe diſciplinam Philoſophi quoque docent. Illud nimirum quod propriam feudi naturam non habet, & hoc etiam ſi in vno tantum a recti feudi proprietate deſciuerit, aut degenerare cœperit: quod quia tædio plenum foret, per ſingula degenerandi capita repetere, lectorique ob oculos ponere, ex ſingulis feudis ſuo loco expoſitis conuenientius apparebit.

Cuius generis eſto in primis beneficium fœmininum, in hoc degenerans a feudo propriam naturam habente, quod ad fœminam quoque pertineat, maſculis deſideratis, contra genuinum feudi inſtitutum. capitulo primo. paragrapho. filia. vero de ſucceſſio. feud. capitulo primo. quemaſtmodum feud. ad filiam pert. & tractatur in capitulo primo. de beneficio fœmin.

Secūdo, feudum francum degenerat, ex eo dictum, quod ab operis, vel ſeruitiis liberum ſit. Nam vt Hunibaldus ſcribit, Franci (Germaniæ populum intelligimus, vnde Gallis nomen inditū eſſe fertur, qui Herbipolim ꝓ Metropoli hēt) ita ſeſe contra Romanos tutati ſunt, vt hoſtili iugo vnquam fuerint ſubditi quapropter & ſub franco rege ſuo, a quo id nominis acceperunt, dudum ante natum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, ſeſe liberos francos inuicem ſalutare cœperunt, quod & in Prouerbium abijt, fecitque vt Franchiſia pro libertate dicatur, apud Bal. in capitulo primo. de cap. qui cur. ven. Caſtri cuiuſdam in agro Bononienſi cognomento Franci, mentionem facientem.

Feudi Franci rarus eſt vſus, cœterum vt ſubſiſtat, opus eſt in inueſtitura francum dicatur, tum quod ad nulla alia ſeruitia obliget, pręter ea, quæ inueſtitura comprehenduntur, per Bald. in capitulo inter dilectos de fide inſtrumentorum. Ioā. Andr. in addit. Specula. in titu de præſcrip. ſuper Rubr. Cuius effectus eſt, vt Eccleſia quoque in id ſuccedat, licet ī aliis feudis id facere non permittatur. deinde quod vaſallus Francus de feudo ſuo teſtari poſſit, tum quod tale beneficii genus repudiari non poteſt. Et quod poſtremum eſt, vaſallus non prohibetur feudum ſuum, quod francū, & liberum eſt, abſq; domini adſenſu alienare, ſaluo tamen domini iure decidit Bald. in Authen. niſi rogati. Cod. ad ſenatuſconſul. Trebelli. & capitulo cœterum. extra, de iud. Hoſtien. in capitulo fina. de rebus eccle. non alienand. refert Franc. Cur. Iunior in pri. par. de feu. §. octauo principaliter quęro. ver. ſecunda principal ſpecies feudi.

Tertio, eſt feudum, quod Soldatæ cognominant, ſtipendij præſtatione, Præpoſito alijſque dictum, tametſi in alijs quoque rebus conſiſtat, quæ alimentorum intuitu annuo porriguntur, neque tamen ex Camera, neque Canena, Nobilibus, aut etiam plebeis (nobile enim feudum non habetur) qui inopia pręmuntur, in hoc a feudi recti natura degenerans, quod nec ad dantis, nec ad recipientis hæredes tranſit, ſed cum vtroque eſſe deſinit, quapropter maximum perſonale cenſetur per Docto. etiam in capitulo primo. paragrapho. ſoldata. quis dicatur Dux Marchio. & c. habet Bal. in pręl. feu. diuiſ. ſexta. & Aluaro. diuiſ. decima. Huius generis feudum putant nonnulli eſſe, quod Pontifex Roman. Duci Spoletano, Marchioni Anconitano, Comitibus Romandiolæ, & Campaniæ, conferre ſolet, vt qui Pontificis Vicarij, ſeu adminiſtratores in illis terris habentur, & annuam præſtationem ex commoditatibus & obuentionibus, quo ad vixerint tantum, accipiunt.

Vnde & ſoldatę naturam præ ſe ferant, vtcunque merum & miſtum imperium, adeoque omnimodam iuriſdictionē habeant. ſcribit Io. Ant. Præpoſitus Mediolanenſis, c. j. §. ī feudo Comitatus, & c de alie. feu.

Quarto, eſt feudum conditionale, a puro diſtans, ex eo, ꝙ ad certa & determinata ſeruitia, aut etiam commoda datur. Verbi gratia, qſi vaſallus vt dominam comitetur, eam'ue ducat, eſt obligatus. Sic Abbatiſſa apud Guiteros Heſſiæ oppidum, nobilem vaſallum habet, qui ipſam ſolennibus feſtis ꝑ cœmiterium honoris ergo ducit Sic Principes dapiferos habent, pincernas & camerarios, beneficiario iure ſibi ad officia illa certo tempore debita, quapropter etiam feuda non recta dici poſſent, cum propria feudi natura ſit, vt ſeruitia incerta, aut indeterminata, eius gratia debeantur. capit. j. ad finem.

nem. vbi glo.& Docto.de capit.qui cur.vend c.j.quib.in cau. ſeu.amitta.& habet Zaſius,de ſeu. degerantibus ver.ſecundũ concluſio.

Huius generis eſt beneficium, quod habitationis vocant, vt ſi cui domus ſeudi iure concedatur, vt ea vti frui poſſit, vbi quæſitum eſt, nunquid vaſallus domum ad habitandum conceſſam, alij poſſit locare? Et multa ſunt, quæ id prohibere videntur, pręſertim tex.in c.extraordinarijs.§.vt inter conditionalia & non conditionalia, aliqua ſit differentia, dicimus, quod ſi aliquis beneficium dederit alicui conditionale, vtpote quæ dantur propter habitationem, delerta habitatione, beneficium amittetur. Bald. tamen in pręlud.ſeu.in diuiſione ij.ver.quęſitum enim ſcio. poſt multa argumẽta ultro citroque inducta, cum hac diſtinctione reſpõdet: Aut enim domino commodat, ſi vaſallus ipſe ędes inhabitat, & aliem non poſſunt locari, vt in aliorum vſum non intelliguntur conceſſæ. Aut non commodat, & inquilinum habere non officit, quo caſu in proprios vſus non videntur collatæ.

Et licet communis Doctorum ſententia ſit, feudum ad determinata ſeruitia conceſſum inuito domino refutari nõ poſſe, quandoquidem certorum ſeruitiorum obligatio vaſallũ plus fangat, quam incertorum. per glo. Docto.Iacob.de Bel. Alu.& alios in c.j.de cap.qui cur.vend. Vdal. tamen Zaſi.uir multarum viſionum. multis rationibus eam, refellere, atque in dubium vocare contendit, vt quam in ſecreto mentis ſuæ probare non poſſit.

Quinto, degenerat bñficium ita datum, vt pro ſeruitijs annuam pręſtationem vini, frumenti, olei, pecuniæ, aut id gen' aliarum rerum exhibeat, adque alia ſeruitia non teneatur, cuiuſmodi Eccleſiæ nonnullę conferre ſolent, pręſertim in Longobardia, vt Iaſon teſtatur in pręlud.ſeud.& Clau. in tit. de del.ſeu.

Et illiuſmodi ſeudum emphyteuſi in multis comparatur, propter canonem maxime annuum, vnde etiamſi biennio ceſſauerit a ſolutione vaſallus. eſt vt priuariuari poſſit, ĩ quo etiam deterioris cõditionis eſt, quam emphyteuta, qui a triẽnio demum pellitur, niſi aliud pactum interuenerit. Eſt Bal. in c.ſi duobus.ext. de re iud.& c.quę in eccleſiarum. de cõſti. glo.in cap.conſututus de.relig.domib.& Iaſon in l.ij.C.de iure emphy.

Sexto, ſeudum, cui conceſſum, vt non ſolum ipſe, & ſui hęredes id habeant, ſed etiam cuicunque dederit, propriam beneficii naturam non haber, ſed degenerat, quãdoquidem vẽdere illud atque alienare etiam inuito domino permittitur. Attamen ſeudum manet, cum pacta illa contra ſeudi ſubſtãtiam non pugnent, ſed contra eius naturam: vſqueadeo dominium in vaſallum quoque transferri poteſt, vt cunque ad ſeruitia maneat obligatus, ſimiliter fidelitatem, per Bal.in l.ſi plures.C.de cond.inſer.& eſt in c.j. vbi Interpretes, de ſeu.nõ hab.propriam na. ſeu.

Nos aliqua ſaltem ſeudorum genera obiter expoſuimus, eam ſolum ob cauſam, vt cognoſceres veram eorum rationem, atque diſcernere poſſis inter ſeudum rectum, quod primæuam & propriam naturam habet, & ſeudum non rectũ, quod propriam naturam non retinet, ſed ab ea, vel ob pactũ interpoſitum, vel ob ſpecialem loci, cuiuſque beneficiariæ conſuetudinem, degenerat. Reliqua apud Io.Blã. Ia. de Ardi. Al. Prępoſitum, alioſque huius iuris interpretes, eſt videre, & nos ſuo loco explicabimus.

IOAN. FERRARII MONTANI COLLECTANEORVM IN VSVS FEVDORVM

LIBER SECVNDVS.

QVI FEVDVM DARE POSſunt; & qua diſcriminis ratione.

CAP. I.

HIs expoſitis, Diſpiciendum eſt, quibus nam ſeudũ conferre ſit permiſſum, id quod ex rerum ipſarum diſtributione, facile cõſequemur. Partitio enim apud Ciceronem in primo lib.de inuentione, inter alia, eſt in qua rerum earum de quibus ſumus dicturi, breuis expoſitio ponitur diſtributa, ex qua conficitur, vt certas animo res teneat auditor. Beneficium igitur aut eſt eccleſiaſticum, aut profanum vel populare, quidam laicum vocant.

Eccleſiaſticum dicimus quod Eccleſiæ pręlatus vel confert, vel agnoſcit. quod confert, a Baculo paſtorali, vulgo autem curuo, pendere dicitur, in quo vſus noſtros ſimiliter locum habere, ſæpe eſt reſponſum, per capitulũ cœterum. extra, de iudic. Et hoc dare poſſe Pontificem Romanum, Archiepiſcopum, Epiſcopum, Abbatem, Abbatiſſam. Præpoſitum, Decanum, & ſi qui alii ſint ſacroſancti rebus præſtituti, iuris eſt manifeſti. per titu. qui ſeudum dare poſſunt. paragrapho. ſeudum autem dare poſſunt. & multa huius farinæ habet Franciſ. Curtius Iunior, in parte ſecunda. tractatus ſeudalis: Quo tunc quidem facere licet, ſi bona illa antiquitus ſint beneficia, & conſuetudo interim ſit, ea in alterum per inueſtituram transferri. Alioqui bona Eccleſiæ incorporata, aut Prælati menſæ deſtinata, ſiue ex Principum, aliorumue pia liberalitatis intentione prouenerint, ſiue quondam beneficiaria, nunc vero Eccleſiæ aperta, in repertorium Cenſuale referantur, & ab Eccleſia ipſa, eiuſue Pręlato, a proximo anno vſurpentur, non poterunt in ſeudum dari, adeoque alienari, niſi Pontificis Romani conſenſus ſolenniter accedat. Et hoc ideo, quod Pontifex omnium eccleſiarum caput eſt atque Monarcha, pater patrum, vt Ioan. Monachus eum vocat: cumque quolibet Eccleſiaſtico pręlato in iuriſdictionis authoritate concurrit, qui ius & conferendi Eccleſiæ ſeuda ab ipſo Pontifice maximo habet, qui & ipſe ea dare poterit, aut concurrentis iuris. capitulo vt ſuper. de non alien. reb us eccleſ. Authentica hoc ius porrectum. Codice. de ſacroſanct.eccle. Ioan.Monachus in capitulo ſi eo tempore.de electio. in texto. Felin.in capitulo ad audientiam.de reſcript.& refert Bald. in capitulo primo.qui ſeudum dare poſſ.& capit.primo.epiſcop. vel abb.

Atque ad hunc modum accipimus dicto titulo Epiſcopum vel Abbatem, vbi res eccleſiarum beneficii iure dari prohibentur. Illæ nimirum, quas vel in ſeudum conferri conſuetudo non eſt, vel iam Eccleſię rurſus fieri cœperunt, & ſic nulla ἀντίρρησις erit, vbi ſic textus habet: Item ſi Epiſcopus, vel Abbas, vel Abbatiſſa, vel dominus plebis, ſeudum dederit de rebus Eccleſiarum, quæ eis ſubiectę ſunt, nullum habet vigorem.

Cœterum quanta temporis intercapedine, conſuetudo conferendi beneficium Eccleſiaſticum introducatur, inter iuriſprudentes necdum conuenire per omnia videtur. Sunt enim qui hoc temporis debere hominis memoriam excedere contendunt, quod & conſuetudinis vim habere ſolet.

Et hoc ea de cauſa, ne res Deo dicatę, quę etiam pauperum ſunt, in profanum vſum tenere conuerſæ, ſic interuertantur, citra longiſſimi temporis diuturnitatem. Alij triginta, vel quadraginta. annorum curriculum requirunt, in ijs maxime rebus, quæ a Pręlato dominio tenus ſaltem vtiliter transferuntur. In qua perplexit ne perpetuo hęreas, ſic conciliari poterit, vt ſi Eccleſiæ nequaquam expediat, ſed magis detrimentoſum fuerit, ea bona etiam tali vaſallo conferre, quia parum amicus ſit, vel Eccleſiam protegere, & hoſtilia propellere impotens, tunc ad vſurpandam conſuetudinis vetuſtatem tempus vltra memoriam porrectum interuenire debeat, vtilis vero inueſtitura triginta annorum intercapedine pedem figat. Quod ſi ambiguum fuerit, inſeudationem rerum Eccleſiaſticarum vtilem eſſe atque commodare, necne, ad quadraginta annorum tempus antiquitatem illam morum & conſuetudinis, ut porro conferri poſſint, referendam cenſent, quo temporis decurſu & alienationem taliſmodi rerum pręſcribi eſt conſtitutum.

Accedit lex hoc iure.paragrapho.ductus aquę.ff. de aqua. quotid.& ęſti.lege competit.Codi. de pręſcrip.xxx.vel xl.annorum.Authen.quas actiones.Cod.de ſacroſanct. eccle. Eſt glo.ſuper verbo, ſi antiquitus. paragrapho. idem iuris eſt.qui feud.dar.poſſ.& Iaco.de Bel.eleganter in eundem tit. verſic. quęritur ergo quanto tempore.& probat Iac.de S.Geo.verſ. I.in feudum. §.ſed hic cadit pulchra dubitatio. notans Bald. in hoc caſu.

Vbi monẽdi ſumus ad inducendam cõſuetudinem feudo nouo per Pręlatum collato, oportere Capituli accedere cõſenſum ad minus tacitum, maxime in ea, quam longam diximus, vt ſic fiat probabilis, & ex cauſa rationabili, cum alioqui alienatione rei Eccleſiaſticæ ſine Capituli & quorũ intereſt conſenſu facta non ſubſiſtat, duodecima. quęſtio. ſecunda.ſiue ergo.c.ſi.extra de conſuet.& l.ſi quis emptionis. C.de præſcript. triginta annorum, vtque præſcriptioni ad inducedam conſuetudinem fiat locus, oportet inſeudationem

ab eo tempore ſemel atque iterum eſſe factum, vt ſic actus ſit frequentia aliqua, per l.primã.Cod.quæ ſit long.conſuetu. Iacobus de Belui. verſic. quæritur an inducatur conſuetudo. qui feudum dare poſſunt, & Rochus Curtius, in capitulo fina.paragrapho.fina.gloſſ.magna. verſicu. ſeptimum requiſitum.de conſuetu.& Franciſc.Cur. in ſecunda.parte tracta.fe. paragrapho.quarto igitur. vnde eſt, Clericum in ſacris ordinibus conſtitutum, vti in ſubdiaconatu, (licet regulariter feudi non ſit capax, eius maxime, quod per ſubrogatum, militiam domino acceptam præſtare haud poteſt, adeo vt etiam inueſtitus ſi ſacris initietur, illud amittat, iuxta §.qui clericus capitulo primo.ſi de feud.fuer.content.vbi Doctor.& Iacob. de ſancto Georgio, in tra.de feu. §.quibuſcunque verſicu.an autem clerici ſuccedant. ſatis abunde) dare tamen beneficium poſſe. Id tamen quod non poſſim, omnibus'ne ſacrorum ordinum prælatis & clericis permiſſum eſt. Porro præter eos, qui Mendicantium numero habentur, nimirum Prædicatorios, Eremitanos, Minores, & Carmelitanos, iuxta gl. & Doctor.in capitulo primo. de religioſ. domibus in ſexto, etiam Ciſtertienſes Monachi neque feudum dare, neque homagium accipere poſſunt.c.recolentes.extra de ſtatu Mona. & refert Ioan. Blanch. in ſumma tit.de illis, qui poſſunt rem in feu.dare.

Sed & fœmina beneficium habere non poteſt, vt quæ neque militare, neque fidelitatem præſtare valet. niſi beneficium ſit regale, quod ex conſuetudine ab Imperio agnoſcere quoque ſolet dominatum feudi eſſe, & clientes beneficiarios aut vaſallos fidelitatis ſacramento ſibi obnoxios habere vtique poteſt, vt hic, & capitulo inueſtitura. paragrapho. fœminam.per quos fiat inueſt.cum multum interſit inter defendi, atque defendere. Hoc enim virile eſt, illud vero fœminis etiam neceſſarium. Exemplo.erunt tot Abbatiſſæ, Eccleſiarum, monaſteriorumque dominæ, quæ vt maſculi Prælati non modo Nobilitatis vaſallos habẽt, ſed etiam Barones, atque Principes ipſos. Ex quo rurſus conſequens eſt, huiuſmodi fœminas, quibus feudum dare permittitur, etiam iuriſdictionem ex feudi conſuetudine conſequi, atque habere, ceu iura inuicem connexa, eſt text.in §.beneficium. de capit. ex §.i.de lege Conradi. Andr.de Iſer Bal.& Præpoſitus in d.§. fœm.& c.ex quib. facile apparet, feudum prophanum, vt ita loquar, eſſe quod Laicus confert etiam ſacris initiato, & eius capaci, cuiuſmodi omnia ſunt, quæ ſecularium nomine appellantur, vbi neceſſarium ẽ de ijs diſpicere, qui pro ſuo quoque iure feuda conferre poſſunt prophana, ſeu non Eccleſiaſtica, vbi non videtur inculcandum quis ſit Marchio vel Comes, & c.ſed in titu.qui dicatur Dux, Marchio, & c.aptius & magis in loco refertur, ne κράμβην δίσεφθον apponere, aut actũ agere cogamur, tametſi non tam Aproſdionyſon eſſet.

Vtque rem aggrediamur, monendi iterum ſumus feudũ aut eſſe regale, aut non regale. Quod non regale dicimus, rurſus nobile eſſe poterit, aut plebeium. Feudum regale ſolus princeps Rom.confert, vtpote Regib. Ducibus Marchionib. Principib. Comitib. Epiſcopis, Abbatib. Abbatiſſis, Prępoſitis, Eccleſiarum prȩlatis, omnibuſq; beneficia ab Imperio agnoſcentibus, ſub eo tamen diſcrimine, quod principibus & Regni Capitaneis duntaxat feuda per vexillum. ſuæ ditionis, & gladium conferuntur, idque ſub diuo, maxime ſi fuerint noua, in ſymbolum quod quiſque pro ſua functionis dignitate militare, & Imperii hoſtem profligere debeat, quapropter & Regni Romani Capitanei, quaſi militiis præfecti, appellãtur. Ex quibus apparet omnes dignitates a Principe, non ſecus atque ex fonte manare, vnde & omnis omnium feudorum eſt origo, quapropter cum ſuis capitaneis, aliiſq; valuaſorib.etiam concurrere, authoritatemq; tacitæ prębere dr̃ conferendi beneficia. Ex nõ modo de reb. Imperio immediate ſubiectis infeudare poteſtatem habet, verumẽt de ijs q̃ aliis ſunt cõceſſæ, & ſic mediate ipſum dominum agnoſcũt. tradit Bal.in c. j.qui dicatur Dux, Marchio, &c.& Franc.Cur. Iunior, in 2.par.tract.feud.de feudis Laicorum.§.ij. principaliter videndum eſt.

Et licet Principi vt Auguſto abſoluta ſit poteſtas transferendi aut infeudandi res Imperij, in ijs tamen obtinet, quæ ad Imperij deminutionem atq; detrimentum ſic alienarentur, per Bald.de pace Conſt.in ver. Piſani.Iac.de S.Georgio in ver.princeps §.2..& licet omnia Princip.licere plerique exiſtiment, recte tamen id Barbarorum eſſe, cum Antigono Macedonum rege dixeris, inquiente, Nobis duntaxat honeſta ſunt honeſta, & iuſta quæ iuſta: vt eos ſilentio inuoluam, qui non modica Imperij.bona etiam vendere, & in ſuam vtilitatem transferre non poſthabuere. Quapropter & multi donationẽ illã Conſtantini ceu immentam, per c. Conſtãtius.96. diſt.Syluestro factam, inceſſere, ſed nimis tarde, haud verenſ, vt quæ de iure non valuerit, iuxta §.ſinemus.in Authenti.de non alienan.aut permu. rebus eccle. & habet Interpres Authen.quomodo oport.epiſcop.&c.ab exord.ſuper ver. conſentiens. vbi & Doct. Proinde ſi princeps rem alicui feudi nomine dederit, non poterit eandem alteri quoque dari, niſi in ſecunda conceſſione adiectum ſit, non obſtante conceſſione alteri prius facta, alioqui potius erit ius prioris. Quod & Iacob.de S.Geor.eleganter & multis probat modis. in de feud. in verbo, ſed an princeps.ver. quiquageſimaſecunda ſpecialitas eſt.

Quandocunque autem princeps feuda maioris dignitatis confert (quæ & publici iuris eſſe dicimus, quare nec diuidenda, neque alienanda veniunt, vt Bald.quoque monet.capitulo primo.in principio. verſicu. nota quod ſecundum rectam iuſtitiam de feud.Marchiæ.) etiam regalia concedere ſolet, præſertim ea quæ communiter conceduntur, uti ſunt vectigalia, ſalinæ, angariæ, perangariæ, piſcationum, & nauium pręſtationes ex flumine publico, confiſcationes bonorum, ius venandi, telonea, & id genus alia, in capitulo primo. in titu.quæ ſint regalia, comprehenſa. Andr.Barbat.in capitulo per tranſlationem.de officio delegat. Felin. in capitulo cauſam.de reſcriptis, & Oldradus conſilio centeſimo vigeſimoprimo.ad primam quęſtionem. Maiora vero regalia, quæ princeps ſibi reſeruare ſolet, non videntur ſic infeudationẽ ſequi, niſi ſpeciatim fuerint conceſſa, vtpote magiſtratum deſignare, extra thorum natos legitimare, Notarios creare, Comitem Palatinum facere, ſtudia vniuerſalia confirmare, Nobilitatis arma dare, reſpondet Rapha. Fulgoſius conſilio clxii.incipiente Viſa copia priuilegiorum. Bal. in *l. ſecunda.* Cod.de ſerui & aqua. Et refert D. Zaſius in *Epitome ſua,* qui feud.dare poſ.

Præter hoc, quod minora quoque beneficia, quæ non ſunt regalia, princeps dare conſueuit, ſed iuris priuati. Multa enim caſtra, multi pagi, & id genus bona ab Imperio feudi iure agnoſcuntur, & quotidie videre eſt Comites, Barones, & nobiles bona ſua Alaudialia Principi offerre, eademque in feudum recipere, ita fore arbitrantes, vt ſi vel ab hoſtibus obruantur, vel ipſi in potentiorem aliquid, etiam contra publicam pacem commiſerint, bona eis non ita poſſint adimi, quin aliquando recuperare ea detur, tradit Aluarot. capitulo primo.quis dicatur Dux, Marchio. Comes. *Sæpenumero* etiam precio dato Principes bona nobilium redimunt, & eadem in beneficium conferunt, quemadmodum & Federicum eius nominis II. dum a Gregorio IX. vexaretur, potentiſſimorum & nobiliſſimorum ciuium bona emiſſe, & rurſus feudi iure eiſdem conceſſiſſe, quo fidelitate ſibi eos addictos contra Pontificem haberet, hiſtoriæ produnt.

Sed & quilibet Rex ſuperiorem non agnoſcens, Duces, Marchiones, Comites, & Barones inueſtire, regalemque dignitatem eis conferre poterit, dominus enim eſt atque Monarcha in ſuo regno, qui id etiam dignitatibus collat*is il*luſtrare debet, accedit capitulũ ſcitote.vj.quæſtio.ter*tia. §.ob*tinet.in Authen.de exhib.reis.habet Iacob. Aluarot.c.j.verſi. nota quod collationes regalium dignitatum.de fe. Marchiæ, vel Ducatus.

Immo Pontifex Romanus ius conferendi regalem dignitatem in Eccleſiæ terris quotidie vſurpat, vt Baldus ſcribit, quod & Aluaro probat in dicto capitulo primo.de feu Marchiæ vel Ducatus, &c. Cuius exemplum eſt Siciliæ regnum, Ducatus Spoletanus, Marchia Anchonitana, & bona ditionum atque Eparchiarum Italiæ pars, quæ omnia vt Eccleſiæ Romanæ beneficia, interim quoque ſubcreſcentib.nouis, regali iure conferuntur.

Quòd autem Ciuitates & Reſpublicæ nonnullę, Venetiarum puto & Ienuenſium, Duces ſibi pręficiunt, atque eligunt, vſurpata ſit conſuetudine ab Imperatoribus ſic tolerata, quibus adminiſtratio non eſt libera, ſed ad maiorum, aut populi conſultationem: eminẽt itaque in taliſmodi politijs, ſed veri Duces non ſunt, per Docto.in capitulo expoſita. de Arb.Baldus in lege decernimus.Cod.de ſacroſanct. eccleſ. & Iacobus de ſancto Georgio, in verſi. Dux. §.quæro in primis.de feudis.

Viden'ut Duces, Marchiones, Comites, & reliqui Imperij principes, quos Capitaneos etiam appellant, ab Imperatore ſint inueſtiti, adque regalem dignitatem euecti, quibus rurſus'eſt authoritas alios quoque, modo Comites, modo Barones, modo præcipuæ nobilitatis viros, qui armatam militiam exercere valent, infeudandi beneficiis tamen non regalibus, quos Principis valuaſores, quaſi ad valuas cuſtodiæ vel reuerentiæ exhibendæ cauſa ſtantes, quemadmodum Andreas de Iſernia vocem hanc alias peregrinam cum plerifque alijs interpretatur, Compilatores noſtri iuris appellant.

Quorſum

Quorum feuda, licet regia non ſint, cuiuſmodi Principum eſſe diximus, Nobilia tamen habentur, vt quæ non de lapide emptis, ſed prerogatæ nobilitatis proceribus dari debent, noſtris Equeſtria ferme dicuntur, quorum ciues aut plebei, quia capaces non ſunt, ab Imperatore titulum, atque arma nobilitatis, vel ad numeratam pecuniam conſequi ſolent, quando ad ea ex Principum munificentia, adſpirant.

Vtque locum recte accipias, non eſt, quod Imperii feuda per Marchiones, Duces, Comites, alioſque Principes, & Regni Capitaneos, aliis conferri poſſint, publici enim ſunt iuris, quare neque diuidi, neque alienari debeant, vt ſic Imperij maieſtas conſeruetur, vtilitasque haud deminuatur. capitulo primo. de prohibita feudi alien. per Lotharium. & capitulo primo. §. preterea Ducatus. de prohibitia feud. alien. per Federicum.

Præter hoc quod ſubditorum quoque intereſt, non habere plures dominos, qui ipſos etiamſi poſſint ſuſtineri, uel morum, vel adminiſtrationis diuerſitate quam facilime grauaren tintercedere itaque permiſſum eſt, ſi dominus alium in ditionis partem Eparchum inducere velit, & quod hactenus ſolus tenuit, pro diuiſo deinceps habere, aut etiam alteri per omnia cedere. tradunt Panormitan & Imo. in capitulo dilecti filii. Extra de maiorit. & obedient. refert & ſequitur Iacobus de ſancto Georgio in ſumma de feudis. in verſicu. Dux. paragrapho. vlterius quero. Dux vult ſubmittere ſe Sed magis eſt, vt caſtrum aliquod, villam, aut prædium ad Principatum vel Comitatum pertinens, alteri feudi nomine adſignare poſſit, qui propter canon ſolum ipſi Principatui, ſed etiam Imperio addicitur. & valuaſoris loco erit, id quod per totum Imperium hodie frequentatur, Principatibus, atque Comitibus preterea vniuerſitatis iure vnum corpus interim manentibus. Nam vt Imperium Regibus Archiducibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & id genus procerum ordinibus conſtat: ita oportet Ducatus, Marchionatus, & Principatus, ſuis quoque ordinum membris, caput vnum ſuſpicientibus, conſtitui: cuius generis ſunt Comites, Barones, Maraſchalci, dapiferi, pincernæ, & cœteri Equeſtris ordiviri, qui beneficiario iure, & quandoque dignitatis ergo, per fidelitatis præſtationem Principem agnoſcunt ſuum. Et ad hunc intellectum rem ipſam adſequi, & vt dici ſolet, acu pertingere dabitur. Alias quorſum attineret dicere, Imperij Principes quempiam vel re ſua poſſe infeudare, vel beneficij partem per ſubinfeudationem transferre, cum id nō ex regalis dignitatis conſequentia obueniat, ſed cuilibet vaſallo, vtcunque ignobili, etiam ruſtico ſit permiſſum, modo liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habeat, quod Bald. in titu. qui feudum dare poſſunt verſicu. quæro ad quid ſit hic mentio. & capitulo primo §. nouit per quos fiat inueſti. & Ia. de Ramp. obſeruandum monet, niſi forte ijs ſolum, qui hic enumerātur, feudum dare tunc licuiſſet, quod & Bal. ſubindicare videtur.

Deinde vaſalli ſeu Regni valuaſores ab Imperij Principibus inueſtiti, ſimiliter alijs beneficium conferre permittuntur Nobilibus, quos valuaſores, ad maiorum differentiam, minores appellant, & ex nobilitate non tam conſpicua habentur, feuda ab ijs, qui clarioris ſunt ſtemmatis, recognoſcentes. Qui ipſi alios infeudare poſſunt, etiam ignobiles & plebeios, cuiuſmodi ſunt ciues, ruſtici, & quotquot beneficia illa vulgaria tenent, quod feudi genus Iacobinus, in verbo, in feudum. verſicu. Non nobile, Burgenſe, id eſt, ciuile compellat. Nonnulli valuaſinos vocant, voce pro rei natura quæſita, adeoque noua, vide Franci. Curtium. Quomodo feud. ineſſe ducatur. paragrapho. quarto principaliter quæro.

Ex quibus facile colliges, feudorum alia eſſe regalia & illuſtria, vt Imperij Principum atque Comitum. Alia non regalia, a Principibus collata, Equeſtria tamen & conſpicuæ Nobilitatis. Alia non tam nobilia, quæ regni valuaſores dare ſolent. Alia ignobilia ſeu plebeia, ab his, ciuibus atque ruſticis conceſſa. Vnde rurſus D. Zaſius quatuor gradus feudorum colligit, in parte quinta. Qui feu. da. poſſint. verſic. Habes itaque.

Inſuper ne in huius loci tractatione aliquid prætermittatur, ſciendum eſt, ſi defunctus fuerit dominus, qui filium reliquit, necdum vigintiquinque annorum, adeoque minoris ætatis, neque infantem, neque furioſum, eundem inueſtituram de feudo antiquo facere atque renouare poſſe vtiliter, etiam ſine tutoris interuentu, vt Iacob. de Belui. ſentit. & Io. Blanch. in ſumma ſua, de ijs qui rem in feu. dar. poſſ. propter tex. in cap. primo. per quos fiat inueſt. vbi eſt: Inueſtitura autem, aut fit veteri beneficio, aut de nouo. Quæ de veteri fit ēt a minore poteſt fieri. Iac. vero de Ard. tutoris interuentum, authoritatemque exigit, quod obtinere putant, ſi tutorem habeat, & is appareat, commodumque haberi poſſit. Similiter tutor & curator etiam abſente pupillo, aut minore, antiquum beneficium conferre poſſunt, nihil enim per hoc alienatur, ſed quod alienatum familiæque erat, renouatur, atq; ex debito confirmatur. arg. l. i. l. magis. §. ſi fundus. & §. ſi pup. vbi Doct. ff. de reb. eorum qui ſunt ſub tutel. Procuratore etiā liberam bonorum adminiſtrationem vel ad hoc ſingulare mandatum habens inueſtituram tuo nomine recte facit, quē modum & per procuratorem ſuum quis inueſtituram ſuſcipere poterit, id quod illuſtribus viris frequētatur, qui, ut ſumptib. modus aliquis fiat, beneficia maxime antiqua per procuratores petunt, agnoſcuntque, accedit l. mādato. ff. de procu. & tex. Sed vtrum ipſe vel alius pro te inueſtituram faciat, vel ſuſcipiat, nihil intereſſe putamus. Poteſt enim hoc negocium & per procuratorem ab vtraque parte expediri. in c. 1. p quos fiat inueſt. Vbi etiam eſt, Nouū feudum non recte alicui conferri, niſi ab eo qui legitimam rerum ſuarum adminiſtrationem habet. Qui enim de ſuis rebus aliquid alienare impeditur, is nec per feudum inueſtituram facere poterit. Cuius ne minor 25. annis, etiam cum authoritate tutorum, curatorūue, nec ipſi tutores, aut curatores, niſi ad cauſæ cognitionem, & iudicis decretum, inueſtituram facere permittuntur, per Doct. in d. c. j. & accedit l. magis puto. ff. de reb. eo. qui ſub tut. ſunt.

Fœminam quoque quamlibet auaram, inueſtituram facere etiam de beneficio nouo poſſe, & vaſallos habere, conſuetudinis eſt expeditæ, quæ cum in allegā. titu. Per quos fiat inueſt. tam in textu, quā apud Commentatores habeantur, hic ea ſupremis duntaxat labris deguſtare, & quaſi per tranſennā oſtendere conſtituimus.

Quibus adde, vaſallum quoque poſſe alteri beneficium ſuum per ſubinfeudationem conferre, eiuſdem videlicet cōditionis vaſallo, iiſdem pactionib. quib. ipſe id ſuſcepit, quæ infeudatio, vbi ſine fraude alienationis, aut interuertendi rē fiat, & ſubuaſallus parat' ſit eam rem a priori domino agnoſcere, ſubſiſtet quidem. Alioqui defuncto vaſallo primo, beneficium illud domino aperitur, & ſubuaſallus id perdit. Eſt c. 1. § rurſus. vbi prepo. grauiter, de controu. inueſt. §. profecto. de lege Conradi. c. Imperialem §. illud. de proh. b feu. alie. per Feder & de capitibus Conradi. §. præterea. & deinceps ſuo loco explicabitur.

DE IIS QVI FEVDVM SVSCIPERE poſſunt, aut non.

CAP. II.

VT liberale eſt eum beneficium conferre, qui id dandi authoritatem habet, ita quoque dignum, vt ab eo recipiatur, qui pro natura rei, eius ſit capax, quando actus in ſubiectum prius bene diſpoſitum, Philoſophi vtiliter fieri, docent. Neceſſarium itaque eſt, & de iis diſpicere, qui rem in feudum ſuſcipere poſſunt, atque fidelitatem domino præſtare, quod vti breuibus exponā, beneficium nemini non ſuſcipere eſt permiſſum, q non expreſſim ab eo arcetur. In primis autem maſculus beneficii ex primæua eius atq; recta natura eſt capax. Defuncto itaque vaſallo, deſcendentes filii, atque nepotes, exque iis p maſculinam lineam progeniti, quos & hæredes feudales appellamus in feudum paternum ſuccedunt, atq; infeudari poterunt, ad hoc. n. feuda ſunt introducta, vt vaſalli propterea militiam exerceāt, dominumq; ſuum defendant, & fidelitatē preſtent. Beneficium ſiquidem hoc eſt, ſed propter officium, operas videlicet, atq; ſeruitium conceditur. Eſt in c. j. de ſucc. feu. c. j. de na. ſuc. fe. c. de fo. 22. q. v. & c. de no. fo. fi. & hoc, ſi beneficium ſit paternum. Idem reſpondemus de beneficio nouo, in quod etiam deſcendentes tantū ſuccedunt c. j. de duob. fr. de feu. no. inueſt. Ad antiquum. n. quod ex eo cenſemus q a à cōis agnationis parente eſt partum, agnati tranſuerſales deſideratis mortui vaſalli liberis, etiam admittuntur, adeo vt etiam ſi cōtentio de feudi qualitāte ſit, domino id nouū, agnati vero antiquum adſerentib. quia defunctus & agnatus id poſſedit, & poſt ſe reliquit, præſumptio eſt poti' id antiquū eſſe, q̄ nouum: quapropter agnati merito & p iure ſucceſſionis beneficiariæ in poſſeſſione remanebunt, donec vel ille nouum eſſe, vel hi antiquū, probabuerint, aut vltro citroque probatione deſiderata, iuriſiurandi oblata religione, in quo agnatis optio datur, controuerſia dirimatur, & ad hoc vel cedat, vel domino ceu nouum & apertum obueniat. Oculati igitur dñi eſſe debēt, ne decedētib. vaſallis beneficia ante ad agnatos, & a latere cōiunctos ea transferant, q̄ cōſtiterit antiqua eſſe, & a cōis agnationis parēte ipſa deſcēdere, cui' īueſtigationē prudentes ex ſūma æquitate oſtēdiſſe videre eſt in c.

primo,vbi præpoſitus Mediolanenſis,& interpretes.Side feu. defunct.cont.ſit inter domi.& agnatos vaſalli. & tradit Iaco. de Ardi.in ſumma tit.de cont.feu.§.decurritur ad ſacramentum vaſalli.

Minor quoque vigintiquinque annis feudum ſuſcipere poteſt,eo tamen diſcrimine, ſi infantiam, hoc eſt ſeptimum annum exceſſerit, & de beneficio inueſtitutus ſit, id quidem retinet, ſed fidelitatem præſtare non cogitur, donec decimumquartum annum habens pubes ſit,exque Ephebis eſſe cœperit, quo ætatis tempore doli mali capax exiſtimatur, eſt textus in capitulo primo.ſi de feud.def.conte. ſit inter do. & agnat.§.ſi minori datum fuerit feudum,fidelitatem facere non cogatur,donec venerit in maiorem ætatem,in qua doli capax ſit, feudum tamen retinet. vbi Interpretes elegãter ſuper verbo,ſi minori.

Qui intellectus propterea verus eſt,quod is, qui maior eſt quatuordecim annis,ſi intra annum & diem inueſtituram a domino ſuo, vnde feudum agnoſcit,non petat,propter incuriam illam atque negligentiam in culpa conſtituitur, & feudum ad dominum reuerſurum,amittit.Habetur in conſtitutione,Imperialem. §. præterea ſi quis. vbi licet glo.ſub ambiguo adſerat tali reſtitutionem dandam,quam & Bart. ei adimit apud Aluaro.magis tamen eſt vigintiquinque annis minorem, eo ipſo,quod inueſtituram intra tempus iure feudali præſcriptum, non petiit,læſus eſt,in integrum reſtitui poſſe, ne beneficium propterea perdat, vt ſic tempus iure hoc conſuetudinario introductum currat quidem minori vigintiquĩque annis,ſed hoc detur reſtitutio, quaſi intercapedine ad reſtituendam data etiam poſthabeat, beneficio facile deſtituetur.

Sentiunt Iacobus de Belui. Andre. de Iſern. & præpoſitus in dicto capitulo primo per l.interdum.ff.de minorib.& Iac. de Ardiz.in ſumma.quib.mo.feu.amit.§. an præſcriptio anni & diei maiori quatuordecim annis per l.maioribus. C. de in integ.reſt.minor.

De infante autem(eo nimirum puero,qui ſeptimum ætatis annum necdum eſt egreſſus.l.ſi infanti.Cod. de iure.deli.) plus ſcrupuli eſt.

Quamuis enim beneficium, maxime paternum intuitu hæreditatis,vel antiquum agnationis iure ad eum pertineat, vt ipſi nec debeat,nec poſſit auferri, adeoque in eius poſſeſſione relinquendus ſit,quia tamen,non ſecus atque furioſus, propter intellectus penuriam, a negocijs contrahendis arcetur,inueſtituram recipere non poteſt, neque etiam authoritate tutoris interueniente, quod ſi fuerit factum (vt plerique dominorum conſuetudinis beneficiariæ ignari nihil non ꝑ temeritate ſua faciunt)nullius momenti erit,ſed vbi ex Ephebis exceſſerit, neceſſum eſt, renouet intra præſtitutum tempus infeudatio,niſi rebus illis priuari velit: ſin autem dominus ad eam inueſtituram, quam infanti conceſſit, conniuere,& contentus eſſe velit, æquum eſſe dixerim, vt vaſallum porro,ob tacitam illam ratificationem,etiam agnoſcat.

Igitur infans vtiliter non poteſt feudum ſuſcipere, aut inueſtiri.ſed tutor eius nomine infeudari debet, vt ſic conceſſio ipſi infanti facta intelligatur, qui etiam ad præſtationem fidelitatis,pubes factus propterea obligatur.

Accedit Iuſtinianus in l.ſancimus.Cod.ad Senatuſconſul. Trebellia.l.prima.paragrapho.furioſus.& §.pupillus.ff.de adquir.poſſeſſio.tradunt eleganter. Ioan. Blanch. Marſilienſis in ſumma.Rubrica, quib.res in feud.dar.poſſunt.§.veruntamen.Iacob.de Ardizo.in ſumma.de vſib.feud.rub.quis poſſit in feudum accipere.§. veruntamen. ver. Si vero eſt infans.& Iacob.Alu.in c.j.§.perſonam vero.Per quos fiat inueſt. vltro citroque hanc quæſtionem exantlat.

Ex quibus collige,infantem non poſſe beneficium ſuſcipere,ſed eius nomine tutorem.

Infantiam vero egreſſus vtique infeudari poterit, ſed impubes fidelitatem præſtare nequaquam cogitur.

Poſtquam vero minor decimũquartũ ætatis annum conſecutus, ex ephebis exceſſerit, & inueſtituram petere, & fidelitatis ſacramento ſtare iubetur, etiam ſine curatoris interuentu.

Sed & ſeruus inueſtituram accipere poterit, qđ itidem diſtinctionem recipit.Aut enim eius domini eſt ſeruus,qui beneficium dat,& per legem ſtatim fit liber, vt ſic fidelitatem præſtare,atque inſeruire poſſit,& inueſtituræ ſuus ſit effectus, beneficiumque pro iure hoc obtineat,quod alioqui non fieret,cum militare ſeruus non queat.lege ſuper ſeruis.Codice. qui militare non poſſ.& accedit.§.perſonam vero. per quos fiat inueſt.

Neque dominum ſeruo ſuo manſuro ſub iugo ſeruitutis inueſtituram facere conuenit,cum per hoc dominus ſibiipſi videretur dare, quando ſeruus de iure Romano domino ſuo adquirit,quare inutile eſſet, cum oporteat diſcrimen ſit inter dantem,& eum qui accipit.l.prima.ff.de rerum permutatio.& l.cum filio.ff.de le.j.

Aut ſeruus alienus domino ſuo ſciente,& patiente infeudatur, idque ſuipſius contemplatione, & itidem conſequitur libertatem,feudumque retinet, per rationes iam illatas. Aut dominus ſerui ignorat ipſum inueſtiri,id tamen domini ipſius fit contemplatione,atque intuitu,& tunc in ſeruitute manet,feudumque domino adquiritur,vt quod etiam per alium nobis obuenit. Serui enim ex qualibet cauſa dominis etiam ignorantibus adquirunt.l. etiam inuitis. ff. de adquir. rerum domi.l.ſi ſeruus vetante.ff. de verborum obligationi. & Inſtit.§.item nobis adquiritur. Per quas perſonas no.adqui. Aut ſeruo feudum datur, inuito ſeu ignorante domino, expreſſo, quod ſibi, & non domino adquiri debeat, & non ſubſiſtit infeudatio, non quo ad dominum, quia conſtat concedentem noluiſſe,vt ſerui dominus in feudum cõſequatur,ob prohibitionem contractui adiectam. per regulam in lege in re mandata.Cod.mand.& in Authenti. Excipitur.ubi Barto.Cod. de bonis quę liberis.nequetiam quo ad ſeruum, vt qui pro nullo reputatur l.quod attinet. ff. de regulis iuris. manumiſſus tamẽ videretur id retinere poſſe, propter infeudantis voluntatem.l.fina.Codi.de vſufruct.& l.hodie.ff.de capit.demi.Aut non conſtat de taliſmodi prohibitione, & obtinet inueſtitura,ſed domino adquiritur, quando feudum ſeruo ſimpliciter eſt datum.argumen.l.ſi repetendi.Cod.de condict.ob cauſ.quæ accipimus, ſi dominus inueſtiens ſciat ſeruum eſſe. Sin vero liberum putauerit, cui beneficium dat, & ſeruituti obnoxius eſt,nihil agit,tantum abeſt, vt ipſi præiudicetur,qui factum ignorauit, quod non ſemel prudentiſſimos etiam fallit, & voluntati impoſitum eſſe oſtendit. Ar ſi ab initio ſtatim dominus ſubdubitabat ſeruum eſſe uel liberum,qui beneficium accipit, atque interim ſeruo conceſſit, quia de hoc certiorem ſe facta indagine potuiſſet reddere,idque non fecit,propter ſocordiam illam nulla ignorantia pęteri valet,ſed pro ſciente, cum ſeruilis conditionis eſſe.habetur.argument.l.qui cum alio. ff. de regulis iur.tradunt Bald.& Aluaro.in titu.per quos fiat inueſti. §. perſonam vero inueſtituram accipientis,non diſtinguimus. Nam etiam ſeruus inueſtiri poterit, niſi ignorantia prætendatur [illegible] Ioã.Blanch in titu.quib.res in feud. da poſſe.ib ſeruo autem diſtinguitur,& Iac.Ard.Rub.Quis poſſit in feudum accipere. §.in ſeruo.

Quomodo autem ſeruo, cui feudum vtiliter eſt conceſſum,defuncto,filij eius ex legitimis nuptijs progeniti, & neque dominus ſuus,neque is qui feudum dedit,in id ſuccedãt, præſentis loci non eſt,ſed abunde diſputatur apud Ioã.Blan. in 4.par.ſummæ,de ſucceſſione feudi. §. ſed quæritur ſi ſit datum feudum ſeruo &c.

Proinde quod magis frequentatur, etiam ſacris initiatus aut clericus beneficio inueſtiri poterit, ſed ab Eccleſiaſtica perſona, idque ſciente eius prælato, non tamen a Laico ſecundum iuris regulam, vt plerique ſentiunt: (*tametſi* hoc non ſit perpetuum, vt alibi relatum eſt.) *Nam per* hoc iuriſdictionem ſuam prorogaret, & iudici prophano, quod ad quæſtiones beneficiarias ſeſe ſubmitteret, contra capitulũ ſi diligenti.extra de foro competen. cap.ſed nec.& c.ſecundum,vt cleric.vel monach.Iacobus de Ardizo.Rubr. Quis poſſit in feudum accipere. paragrapho.accipere autem poteſt. verſicu. item accipere poteſt perſona Eccleſiaſtica. & Ioan.Blanchus, in ſumma ſua, Quibus res in feudum dari poſſunt.paragrapho.cum ſupra dictum ſit,verſicu. item accipere feudum poteſt perſona Eccleſiaſtica. Regulare enim eſt atque Canonicum, eum qui Deo militat, ſecularibus negocijs ſe implicare non debere, neque ſeculi militem fieri. capitulo Apoſtolorum vigeſimaquarta. quæſtio. tertia.& capitulo primo.de vaſallo milite,qui arma bellica depoſuit: Adeo vt clericus etiam feudi paterni non ſit capax. Sic eſt in titul de feud.fœmin.§. ex hoc illud deſcendit, quod dicitur Clericum nullo modo debere in paternum beneficium ſuccedere, etiam ſi poſteaquã habitum religionis adſumpſerit, rurſus poſtponat. Idem in omnibus qui habitum religionis adſumunt,vt conuerſi. Hi.n.nec poſtea in feudo ſuccedunt, & ſi quod habent perdunt.

Vaſallus autem vniuerſitatis, aut Reipublicæ alicuius, beneficium ſuum non a tota vniuerſitate ſuſcipere cogitur, ſed a gubernatore ſeu Rectore, cui & denunciatio inueſtituræ petitæ fieri debet,per l.reſtituendum.Cod. de aduoc.diuer.iud.l.municipes.ff.ad municip.Ardizo in ſumma, de vaſallo vniuerſitatis.

Fœmina quoque feudum conſequi poterit, ſed id ſolum, quod ab initio ſic eſt quæſitum vt ad fœminam petineat, cui tunc eſt locus, ſi maſculi deſiderentur, de qua re eſt in titu.de benefi.fœmin.ab exordio; vbi Interpretes,& nos alibi diſſeremus.

Ex

Ex quibus apparet, quemlibet abſque nulla perſonarum diſtinctione, feudum recipere poſſe ſiue maſculus ſit, ſiue fœmina, maior ſiue minor, liber ſiue ſeruus, clericus ſiue laicus, niſi alitud ſit quod intercedat. Porro ex inceſtis atque vetitis nuptiis quæſito, pater vt nihil poterit douare, ita neque beneficij ergo concedere. argum. l. ſi quis inceſti. & l. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Similiter hæreticus, Apoſtata, infamia notatus, atque per ſacti ignominiã turpificatus, item anathemate innodatus, aut Banno Imperiali proſcriptus, beneficio infeudari non poteſt, quando neque dominus taliſmodi criminibus, ſacrilegijſque famoſus, a vaſallo agnoſci aut iuuari debeat, donec vel ab Eccleſia, vel Rege fuerit reſtitutus. facit. l. apoſtatarum. C. de apoſtatis. l. manichæos. C. de manic. c. ſi. extra de hæreticis. c. j. ab exord. In tit. hic finitur lex. & incip. reg. conſue. vbi Doct. Is quoque feudum non recipit modo, qui domino ſuo mortem intulit, ſed etiam hæredes eius in quartam vſque generationem, & ſi Eccleſiæ prælatus fuerat, qui eſt interfectus, etiam nouo beneficio non infeudatur ab Eccleſia, quod & de hęredibus eius, atque ſucceſſoribus reſpondemus, eſt textus in c. ad aures. & c. in quibus. extr. de pœnis.

Immo quecunque eius bona, qui epiſcopum vel comprehendere, vel percutere, vel a ſede eius vi expellere non ſit verius, Eccleſiæ perpetuo iure traduntur, per Alex. 2. in c. ſi quis deinceps. 17. q. iiii. & monet Io. Blan. in tub. quib. res in feu. da. poſſ. §. fina.

Quod vero pręlatus cognatis ſuis, atque etiam Eccleſiæ ſuæ œconomis bñficium conferre prohibetur, & inhabiles fiant ad feudi receptionem, aliam conſiderationem habet, vt cui ex officio non liceat res Eccleſiæ, quas adminiſtrat, cõparere Auth. de ali. & Emphy. §. Oeconomis coll. 9. & Auth. quibuſcunq;. C. de ſacroſanct. eccl. vbi glo. eam Pau. de Caſtr. limitationem quandam inueniſſe ſcribit, vt de Pontificibus turpis vitæ, & fortaſſe prodigis accipi debeat, vti eſt glo. in ca. decẽter. diſtinct. 89. quaſi boni Paſtoris ſit, iuuare fideles etiã ſanguine propinquos, cum nemo carnẽ ſuam odio habeat, & perfecta liberalitas fide, loco, cauſa; & tempore commendetur, ſicuti Diuus Ambroſius in d. officijs docet, & eſt in ca. non ſatis eſt. diſtinctio 86. cuius intuitu factum eſt, vt non modo Pontifices Rom. Cognatis ſuis Eccleſiæ bona feudi nomine conferant, ſed etiã duces & Principes eſſe iubeãt, vt Ẽpos pręteremittam, qui & ipſi carnem ſuam odio non habent, adeoq; conſanguineorum haud obliuiſcuntur, quarum rerum exempla citius referri poſſent, quam a nonnullis recipi.

DE REBVS QVAE IN FEVDVM DARI poſſunt, & vt ea quæ mobilis dicitur, tum defuncto vaſallo quis fructus rei luctatur.

CAP. III.

PLato in V. de Republica Dialogo dicit: Recte ſe habere ciuitatem in qua meum ſit, & non meum ita enim rerum vſus nobis dar̃, vt ſi op⁹, ſit etiã ꝓximo ↄtingat, memores illius Pauli ad Epheſios iiij. ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιάτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσίν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. Vbi mouemur manibus quoque operandum Chriſtiano eſſe, quo egentibus impertiri poſſit. Vt autem quiſque ſciat quid ſuum ſit, quid non ſuum, & ſic ęqualitas in rubrica manet. Ratio inuenta eſt, qua res legitime nobis adquiratur, id quod non ſolum iure ſcripto, ſed non ſcripto etiam fieri poteſt, cuius & hoc ius noſtrum beneficiarium portio eſt, & traditum eſt, quiſnam feudum dare atque item recipere valeat. Oportebat quoque referri, quę res in feudũ dari, nobiſque adquiri ex eo ſoleat, quod ſit per inueſtiturã, aut ſucceſſionem, quę beneficiaria dicitur.

In quo ne diutinus pręſemur, neceſſum eſt rem, quæ per beneficium nobis adquiri debet, ei⁹ naturæ eſſe, vt poſſit tradi, & noſtri dominij fieri, ita enim. ff. de acquir. rerum domi. Vlpian. ait l. traditio. Nihil amplius transferre debet, vel põt, quam eſt apud eum, qui tradidit. Igitur ſi non habuit, ad eũ qui accipit nihil transfert.

Quapropter monendi eſſemus, quęnam res tradi poſſint, & quę non, vt ſic diſcrimẽ faceremus inter res, quæ iure naturali communes ſunt, quę publicæ, quæ vniuerſitatis, quæ nullius, & quæ demum ſingulorum atque in noſtro patrimonio habeantur. Cœterum quia eadem in pandectarum lib: xlj. & longe concinius in 2. Inſt. libro tractantur, nos hic ea inculcare ſuperſedemus, docti cum Iulio Montano: Non minorem eſſe virtututem ſcire deſinere, quam ſcire dicere.

Vbi tamen id cognoſcere operæ eſt precium, feudum cõſtitui poſſe, non modo in rebus, quę ſoli ſunt, atque immobiles, ſed etiam in mobilibus, quę ſolo cohęrent, aut inter immobilia habentur, quemadmodum eſt in titu. de feud. cognitione. §. ſciẽdum eſt autem, quod feudum ſiue beneficiũ, non niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus, aut in ijs, quæ inter immobilia connumerantur, veluti cum de camera aut de Caneua feudum datur, poſſe conſiſtere.

Ex quibus collige proprium eſſe & regulare, vt beneficiũ ex re immobili, aut ea quę ſoli ſit conſtituatur, qua de cauſa, licet res mobilis quoque, ſimiliter incorporalis beneficij nomine detur, eius tamen conditionis eas eſſe oportet, vt ad rem immobilem quodammodo referri poſſint.

Ideoque vſu non conſumuntur, & beneficium ſuper ea fundatum interiret, id tamen quod rei conſideratione perpetuum eſſe debet, & ad omnes ex vaſallo deſcendentes filios, alioſque agnatos & hęredes, ſi antiquum ſit, pertinere. de ijs, qui feu. dar. poſſ. §. & quia. & cap. j. de inueſt. de re alien. facta ca. j. §. rei autem. & §. quamuis enim poſſeſſio. Inſuper vtile dominium & rei poſſeſſio, vnde & vindicationi vtili ſit locus, apud vaſallum in modum vſusfructus eſſe debet, qui rebus, quæ ipſo vſu conſumuntur, conſtitui non poteſt. l. ſi tibi vini. ff. de vſuſruct. earum rerum. quę vſu conſumuntur. & §. conſtituitur. Inſtit. de vſufruct. & colligit Alua. & alij in di. §. ſciendum eſt.

Res itaque ſic mobilis vt vſu conſumatur, in feudum dari non poteſt, ne re perempta vtilitas quoque cum ipſa proprietate in ſpongiam eat & perimatur, contra naturam rei feudalis cuiuſmodi ſunt pecunia, vinum, frumentum, & id genus alia, quæ in conſumptione atq; ab uſu ſunt, vt inquit Vlpianus, re itaque ſic perempta, feudum quoque corruet, aut etiamſi conſeruaretur, fortaſſis pecunia in arcam poſita, otioſaque habita, aut frumento thecæ commiſſo, tamen q a proprietas a domino interuerteretur, & nulla vaſallo hinc vtilitas obueniret, neque eſſet propter quod officium pręſtaret, beneficium recta deſinere diceretur, & porro nullius foret momenti eſt glo. pulcha in cap. j. ſuper verbo, In feudum dandos. ſi de feu. vaſal. ab aliquo interpel. fue. Andr. de Iſern. Bald. Aluar. Præpoſi. & alij in d. §. ſciendum autem.

Idem Zaſ. par. 4. Epitomes. Quę res in feudum dari poſſint. §. quarto ſunt res mobiles.

Adeo autem res mobiles vſu perituræ in beneficium nõ cedũt, vt etiam feudo euicto, dominus ſi quod mea propterea intereſt numerata pecunia ſoluiſſet, pecuniam eam feudi nomine habere non poſſem, ſed prædium ex ea comparandum eſſet, aut res ſoli, vt in feudum vtiliter cognoſceretur, per Iacob. Aluaro. in d. cap. j. ver. vbi dandos. ſi de feud. vaſal. fuer. inter.

Nec te remoretur, quod Iacob. Ardizo in prima ſummæ ſuæ parte, Rub. Res mobilis datur in feudum. §. in aliis vero rebus mobilibus, ſcribit pecuniam ex feudo per quempiam euicto, feudi loco retineri, textum enim in di. capitulũ primo. §. ſuper negocio iſto. Si de feudo vaſallus &c. quem ad hoc citat, contra ſe habet, ad toties allegatum capitulo primũ. §. ſciendum autem, accipiendum, vt feudum non niſi in rebus ſoli, aut quę ſolo cohærent, ſubſiſtat; quod & gloſſ. & plerique alij interpretes ſentiunt, & vſu ſeruatur.

Et forte cautio aut ſatiſdationis ſtipulatio, quę rem ipſam ſub eadem quantitate reſtituendam, ſaluamque aliquo modo efficit, ĩ cauſa eſſe poſſet, vt beneficium in re pecuniaria, & ſimpliciter mobili reciperetur, quod idem Iacob. Ardizo probat: Sed neque illud procedere Andreas de Iſernia in dicto capitulo primo. verſicu. cautio autem haud inargute oſtendit

Etenim ſi vaſallus vtatur pecunia, quandoquidem proprietas eius apud dominum non manet, feudum deſinit.

Si vero non vtatur, nihil commoditate ex ea habebit, qđ contra feudi eſt naturam.

Fruſtra itaque cautio quæreretur, cui ex Senatuſconſulto, durante vſufructu, duntaxat locus eſt, & non perpetuo, vti in feudo coſtituto opus eſſet.

Sic eſt apud Obertum de Orto, In quibus cauſ. feudum amittatur. capitulo primo. §. huius autem generis ſpecies quędam eſt beneficium illud, quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas rei immobilis beneficiariæ penes dãtem remaneat, vſusfructus vero illius rei, ita ad accipientem transeat, vt ad eum, hæredeſque ſuos maſculos & fœminas (ſi de his nominatim dictum ſit) in perpetuum pertineat, ad hoc vt, ille, & ſui hęredes fideliter domino ſeruiant.

Proinde, quia feudũ non modo in reb. quæ ſoli ſunt, conſiſtit, verumetiam in ijs, quę ſolo cohęrent, & inter immobilia hñr, ſciendũ eſt ea intelligi quaſi ſolo cohęrent, hoc ẽ, rei fixę, aut ĩmobilii, q̃ vel ei⁹ pars ſunt, vel ita adiunguntẽ, vt vtiliter & bonę fidei ĩtuitu ab ea diuelli nõ poſſint. Cuiuſmodi sũt fructus, q par fundi Iuriſconſulto dicunẽ, illi nimirũ, qui adhuc pendenr. l. fructus. ff de rei vendi. Aedificia quoq; ſolo

cohærere videntur,vt probat Iaco.Alua.quibus & ipſis, pleraque accedunt,vt ædium pars,vel quod propter ædes habētur,autore Vlpiano , & perpetui vſus cauſa ſunt in ędificiis vtputa labra , fiſtulæ ſalentibus aquis perpetuo iunctę Caſtella , putea, putealia, hoc eſt,opercula puteorum,vt Pomponius ait,epiſtomia,& ea , quæ ædibus ſunt adfixa,vt repagula,ſeræ, & ſi quæ ſunt alia,in l. Iulianus. ad fi.cum aliquot ſequentibus.ff.de action.empti enumerata,quæ omnia,cum perpetui vſus gratia compatata ſint, & ad rem immobilem adficiantur,in beneficium quoque dari poſſunt, & operas illas ſeruitiorum, atque officium fidelitatis merentur.

Inter immobilia connumerantur res, quæ licet per ſe mobiles ſint,vſus tamen ipſarum,cui per beneficium deſtinant̄, perpetuus eſt,vt dominium directum penes dominum ſit,& vtile vaſallo cedat.

Huius generis eſt pecunia , quæ ex Camera alicuius Principis aut Ciuitatis,feudi nomine annuo dari conſueuit,ī Germania quidem frequentius,quam vt multorum rebus fiſcalibus admodum ſit tolerabile. Ea propterea beneficia Cameraria dicere poſſumus,quæ & nonnullis conferuntur,vt Ciuitatum redditus accipiāt atque expendant,quales & Paduæ eſſe Iacob.Alua.ſcribit. Sed & feudum ex granario, aut cellaria conſtitui poteſt,quod de Cauena appellant ſiquidem Caneuam,vel ſi malis Caneam (Inter erudiros.n.nedum ferme conuenit vox illa in media barbariæ nata , vt recte proferri debeant. Nonnulli enim Cauenam , Iacobus Ardizo,Ioan. Blanchus,& antiquiores Caneuam groſcrunt , ſed Iacob.de Belui.Caueam habet,modo libris illis ſit accedēdum:) taliſmodi thecam,in qua frumenta,vina,& id genus alia reponimus, Aluar.etiam dici adſerit , quæ alicubi Canipa vocetur. Et quemadmodum cui ex Camera aut Aerario xx. aurei ſingulis annis ſoluendi,in feudū dati poſſunt,ita quoq; xx. tritici,ſiliginis,aut auenæ medimni conſtitui annuo poſſunt , & obtinet.

Vtcunque enim pecunia numerata , vinum & frumentū neque ſoli ſit,neque ſolo cohæreat,ſed res mobilis, inter immobilia tamen noſtri iuris, & ipſius contractus intuitu connumeratur,quādo vaſallus vtilitatem conſequitur, proprietate rerum apud dominum manente.

Quibus adde ſi vel camera vel caneua , adeo ſit exinanita atque exenterata, vt pecuniam aut frumentum præſtare cōmodum non poſſit , domini quoque rationem habendam eſſe ne egeat,& cunctari vaſallus debet, donec vberior meſſis contingat,atque copia cornu ſuum effundat, vt ſic in ſequentes annos ſoluatur , quod interim ob penuriam vel æs alienum eſt prætermiſſum.

Eſt in tit.de capitu.extraordin. §. notandum.accedit l.inter ſtipulantem.§.pro quo.ff.de ann.leg.l.legatum.§. vini.ff. quādo dies leg.ced.habet.Iacob.Ardizo,in par.j.ſub rub.quæ res in feudum dari poſſunt. & de feu.lo cameræ,& caneuæ.

Eadem numero habentur annui reditus, honeſti tamen non turpis quæſtus,quas etiam penſiones vocant , qui vbi ex rebus ſoli pręſtantur,fructibus æquiparantur, & inter immobilia ſunt habendi,quo caſu nihil ſcrupuli erit. Cœterum de aliis redditibus pecuniarijs annuo præſtandis,ſed non ex reb. quę ſoli ſunt,quamuis in feudum dari poſſint nec'ne,nōnulli in dubium vocant,magis tamen eſt , vt etiam in iis beneficium conſiſtat maxime ſi vel perpetuo debeātur vel ſors ſit, vnde ſolui eos oporteat etiam redemptioni ſubiectos, quo caſu decem aurei ex pecunia ducentorum aureorum annuo pendendi , beneficiario iure vaſallo conferuntur , eo pacto,vt redempta illa ſors in mutuum annuas penſiones ruſus conuertatur , aut bona ex ea comparentur beneficiario iure agnoſcenda , & feudum pro operis domino præſtandis deinceps perpetuetur,quo modo reditus illi atque penſiones rebus immobilibus recte accedunt, per Cy.in l. ſciendum.ff. qui ſatiſd.cog.eſt tex.in Clemen. exuit de paradiſo. de verbo. ſign.Doct.in l.Iulia.§.fi.Bal.Prępoſitus,& Doct.in c.i.§. ſciendum.de ſeu.cogn.

Quod idem reſpondemus in debitorum nominibus , quæ perpetuo ad aliquid dandum ex legati,donati, vel alia cauſa obligantur, vt puta Pamphilus in teſtamento paterno iuſſus eſt Sempronio eiuſque hęredibus decem aureos ſingulis annis dare,quam pecuniam Sempronius in beneficium cōferre,& clientem ſibi quęrere non prohibetur, vt ex hoc cōtractu nomina illa debitorum ſibi obligata habeat , & actioni fiat locus.

Alioqui in debitis pecuniariis,quę temporaria ſunt,feudū non recipitur , quemadmodum viginti aureos, quos Sei⁹ ex mutuo debet alteri in beneficium concedere vtiliter nō poſſum. Nam etiamſi vnus aureus in ſingulos annos ſolueret̄, poſtremo diluto,feudum deſineret, quod cōtra eius eſt naturam. Tradunt And.de Iſer.Iacob. Aluaro.& Prępoſitus,in di. §.ſciendum.autem.de feud.cogni. Claudius de Siſello in præludijs ſuis,quem & D.Vdal.Zaſ.adducit in 4. par. Quæ res in feudum dari poſſint.§.ex quib.facile conſtat.

Huc poſſent referri etiam Annonæ illæ ciuiles , quas & ipſas in feudum dari eſt receptum, vtcunque mouentium numero ſunt,vt hic earum vſus eſt,inter immobilia computentur,dominio directo apud dominum manente,vtili vero in vaſallum translato.

Dicimus autem annonas,panes illos ciuiles, qui vel ex publico,vel priuato annuatim pręberi ſolent , modo feudi iure modo ex cauſa empti,legati,donationis. Et in multis Xenodochiis,Eccleſijs & Ciuitatibus introductum eſt,vt homines ſiue nobilis,ſiue popularis conditionis fuerint,annonas ciuiles,etiam Hebdomadatim aut in certos dies præbendas cōparare permittantur, omnem penum eſculentum comprehendentes,quemadmodum & in l.iubemus nulli.C de ſacroſanct.eccle.& in Authen.de non alie.& permu.reb. Eccleſ.§. hoc ergo nos colla.ij.accipi videntur,vulgo pręb endas appellant,in iure Canonico ad ſacerdotia maiora relatas,vt ī magno illi & plauſibili titulo tertio Decretalium libri , de præbendis & dignitaribus,eſt videre,in ij.Parergon libro , capite xliij. μεταφορικῶς prębenda latinius dici poſſe exiſtimat. Veteres ſiquidem præbenda numero pluratiuo dixere ligna & ſalem &c. quæ πάροχοι cum alijs neceſſarijs , legatis publice miſſis hoſpitibusque prębebant,de quibus Horatius in ſecundo Sermonum libro: Proxima Campano ponit,quę villula, tectum Prębuit,& Parochi,quę debent, ligna ſalemque. Vnde & Pręb endarij erant, qui prębenda exercitui adportanda publice,atque ab Aedilibus conduxere, quos & *inuitos* teſtimonium non dicere, Vlpianus reſpondet , in *l.inuiti.2.ff.*de teſtibus.vbi Accurſius ipſe prębendam legit, contra veterem obſeruationem.

Ex annonis illis (quas ciuiles propterea appellare videntur,quod Ciuitatis nomine e publico dantur,id quod hodie quoque in frumentis,vt tritico,ſiligine , & id genus alijs , ad oſtenſam teſſeram frumentariam,fieri conſueuit,plerunque tamen vt vtilius emantur,) beneficia etiam conſtitui ad eum modum,quo expoſuimus, ſentit interpres in l.fina.§.prętcrea.Cod.de iur.dotium,& eum ſecuti Iacob.de Belu. *Andreas* de Iſern.Bald.Iacob.Aluaro.Prępoſitus & alii in d.§. ſciendū. & Zaſius, ſub Rubri.quę res in feu.da.poſſ.§.porro & panes ciuiles.

Decimę nunquid in feudum dari poſſint ,hodie fruſtra in dubium vocatur,cum vſibus facile doceamur, quid in hoc fieri conueniat.

Et ſcimus filijs Leui aut ſacerdotib: omnes decimas *Iſraelis* in poſſeſſionem à Domino datas, pro miniſterio , *quo in* tabernaculo fœderis ſeruire , & populi peccata portare ſunt iuſſi. Numer. 18. & Deuter. 26.quę deinceps a prima ſtatim Eccleſia apud genus ſacerdotale manſerunt , vt cui alia rerū poſſeſſio non erat,pręter decimas,primitias rerum , & oblationes,vt hinc qui altari inſeruirent , de altari quoque haberent , vnde & ipſi ſuſtentari : & egenti manus *porrigere* poſſent.

Poſt vero Eccleſiis ditatis,rebusque adfluentibus, vaſallos quęrere cœperunt iureiurandi religione ſibi addictos,qui beneficia ab ipſis agnoſcerent , eaſque tuerentur , & protegerent.

Et pleriſque ſua ipſorum bona ſic beneficiario iure obtinuerunt , nam Principes , Comites, alijque nobilitatis proceres quandoque pietatis intuitu bona ſua propria, adeoque allodialia ſacroſanctis Eccleſijs obtulerunt, quandoque initis pactionibus.

Et ne omni ipſorum emolumento protinus deſtituerentur, ea beneficij iure ſuſceperunt , e regione fidelitatem exhibituri,cuius plauſtra exemplorum Principum Argiua ſuppeditrauerint. Eccleſiæ vero alioqui locupletes de ſuis quoque bonis aliquid laicis, ſed feudi iure,conferre ſolebant , inter quæ decimę quoque erant, adeo vt non ſine detrimento Eccleſiarū id fieri apparebat, quapropter in Synodo Lateranenſi,quæ ſub Io.III.Pontifice eius nominis,anno Chriſtianæ ſalutis MCCXV.celebrata,huic vulneri,quod magis magisq; ſerpere cœpit,malagma quęſitū eſt,& decretū,ne porro laici decimas vł beneficij iure habere,vel eas aliis in feudum concedere debeant. capitulo quamuis. & capitulo prohibemus.extra , de decimis.capitulo ſtatuto.perpetuo.§ ſane.eodem titu.in ſexto.capitu.cum & plantare. extra , de priuileg & capitulo cum apoſtolica. de ijs quæ fiunt a prælat. Et ne illud ſcrupulum inicijat , quęnam decimę ante concilium Lateranenſe apud laicos fuiſſe exiſtimandę ſint , vt ſic magis tuto retineri poſſint canonica authoritate ſuffragante, nec'ne? Reſpondent Ioan.Andreas in dicto capitulo cum apoſtolica. & Pau. de Caſtr. conſilio centeſimo trigeſimoſexto. Si tanto tempore apud laicum fuerunt , de cuius initio non ſit hoīs memoria aū ɔciliū ſic fuiſſe poſſeſſas ꝑſumēdū eſſe.

Sed hodie ab hiſce canonibus ferme itum eſt, præſertim apud Germanos, qui decimas non ſecus atque alias res profanas, ſiue antiquæ ſint, ſiue nouales a popularibus atque laicis in feudum agnoſcunt, laicíſque paſſim conferunt, quæ conſuetudo cum temporis diuturnitate vltra hominis memoriam porrecti nitatur, uim tituli atque priuilegij habere, & quaſi ex legitima cauſa proceſſiſſe intelligitur argum. l. hoc iure. §. aquæ ductus. ff. de aqua quotid. & æſtiu. c. j. de præſ. in 6. & Pan. in c. peruenit. de cenſib.

Sunt & aliæ præſtationes monetium numero, quæ licet vſu abſumantur, in eo tamen pedem figunt, & radicantur, quod perpetuum eſt, in quibus beneficium conſtitui ſimiliter eſt receptum. Dominium enim directum ſeparatum habent ab vtili, & actio directa domino proprietatis loco, vtilis autem vaſallo dominij fructuarij loco erit, vti ſunt πορθμεῖα ſeu portoria, & prouentus qui ex pontonibus, aut nauibus, quibus homines de portu in portum per flumina traducuntur, præſtari ſolent. Pontonum Paulus Iuriſconſultus, in l. flumine publico. ff. de ſeruitu. ruſti. præd. mentionem facit, quamuis ibidem pro ponticulis accipi poſſint, qui vbi aſſeres uel ligna nauibus ſuppoſitis imponuntur, tranſitum præbent. cuiuſmodi Duces habere ſolent ad exercitum, & tormenta bellica, traijciendũ per flumina, quæ vado tranſiri non poſſunt. Et portorij ſignificatione quæſtum illum appellamus, quem portitores ex nauibus traiectorijs faciunt, dominis partem ex conducto reddituri. Quod & de ijs quæ ripariorum atque portuum nomine præſtantur, reſpondere poſſumus, vt in tit. quæ ſint regal. cap. j. ab exordio. Taliſmodi autem præſtationes, q̃a inter regalia ꝯprehenduntur, ab Imperatore Romano in feudum agnoſci debent, vnde & Principes atque Eccleſiaſtici Prælati eas feudi nomine habent, & deinde aliis, etiam ciuibus in beneficium conferunt. Quemadmodum Coloniæ Agrippinæ familia eſt, quæ portorium illud ex nauigijs trans Renum ducentibus, beneficij iure ab Archiepiſcopo tenet.

In hoc albo ſunt etiam vectigalium prouentus, quos olim οἱ τελῶναι ſeu Publicani, vt licitationis & conductionis iure eos redemiſſent, ex omnium rerum mercibus transferẽdis, acceptos atque depenſos fiſco ſoluebant, atque in tertium annũ taliſmodi locatio ex iure cõſtitutionum debet renouari. l. penes illum. l. omnium rerum. §. vectigalium. & l. ex pręſtatione. C. de vectigalib. vbi eſt, vectigalium nõ paruam functionem eſſe, quę ab omnibus, quæ negotiationis ſeu tranſuehendarũ mercium curam habent, ęqua ratione, ad octauas conſtitutas dependuntur. Neque tam contempti apud Romanos erant, vt a multis, & maxime Iudęis inceſſuntur, quaſi pro publicis peccatoribus & infamibus ſint habendi, ſed ampliſſimi ordinis fuere: Quod & Cicero teſtatur in oratione pro Plancio, ſic inquiens: Flos equitum Romanorum, ornamentum Ciuitatis publicanorum ordine continetur. Publicani dicti, qui q̃a publico fruuntur, quo nomine recte appellantur, qui quid a fiſco conducunt, autore Vlpiano. Sic publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus ceu e publico prouentum fiſcus capit, quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum, item ſalinarum, & metallorum, & piſcariarum. l. j. §. hic titulus. ff. de pub. & vectigal. l. eum qui vectigal. & l. inter publica, ff. de verbor. ſignificatione. Quę omnia licet regalia ſint, in priuatorum tamen vſum transferuntur, & feudi nomine dari ſolent.

His adde eas quoque res, vnde iuris intuitu vtilitatum compendium conſequimur, ſiue perpetuum id ſit, ſiue tempore indeterminato conſtitutum, quando indeterminata pro perpetuis accipiuntur. l. iuriſperitos. ff. de excuſa. tuto. Bar. in l. de pupil. §. ſi quis ipſi. ff. de no. ope. nun. quę res etiam in feudum dãtur, vti eſt ius cędendi lapides, fodiendę harenę, calcis coquendę, ius venandi, piſcandi, aucupandi, & id genus alia, ſic quęſita, vt eorum commoditas certo tempore non ſit definita, ſed beneficium porro atque porro ſuſtineant. Andr. de Iſern. Bal. & Doct. in d. §. ſciendum. & d. Zaſius in c. quę res in feu. da. poſ. §. & in ſumma.

Vnde non ſolum res quę ſui natura tangi poſſunt, quas corporales dicimus, in l. j. ff. de rer. diui. & in § corporales. Inſti. de reb. corpor. & incorpor. Verum etiam quæ corporis ſenſibus comprehendi tangique non poſſunt, ſed incorporales habentur feudum conſtituunt, quemadmodum & ea ſunt, quę in mero iure conſiſtunt, puta iuriſdictio, adminiſtratio, & coercitio. Ex quibus feuda incorporalia Prępoſitus facit, licet enim vere tradi nõ poſſint, vt ſic propria eorum inueſtitura habeat per patientiam tamen quaſi traduntur, id quod ſatis eſt ad beneficium ſtabiliendum. ar. l. omnium prędiorum. ff. de vſufru. l. ſeruus. §. incorporales. ff. de acq. rer. do. l. 1. ff. de ſerui. ruſt. pręd. & l. quoties via. ff. de ſer. vbi Iabolenus. Ego puto vſum eius iuris, pro traditione poſſeſſionis accipiendum eſſe, ideoque interdicta quaſi poſſeſſoria conſtituta ſunt. Et cum iuriſdictio non ſecus territorio adhęreat, atque nebula paludi, ut inquit Bal. Caſtro vel territorio in beneficium conceſſo, videtur iuriſdictio quoque eius conceſſa, vt ſic magiſtratus ius ſubmouendi intra fines territorii habeat. Apud Pompo. in l. pupillus. §. territorium, ff. de verb. ſig. hẽt Prępoſitus, in ca. 1. §. item ſi q̃s quib. mod. feud. ami.

Ex quibus conſequens eſt, diſcrimẽ haberi etiam quo ad originationem inter feuda, quandoquidem proprius accedũt ad propriam feudi naturam, propter traditionem inueſtitura facta, quę ex rebus corporalibus ſubſiſtunt quam quę ex incorporalibus vbi quaſi fit traditio per vſum poſſeſſionis. Ideoq; Prępoſitus in pręlud. feud. illa corporalia, hęc autem incorporalia feuda appellat. Vtrobique tamen dominium directum apud dominum remanet, & vtile in vaſallum transfertur. Hactenus oſtendimus eas res in feudum dari poſſe, quę noſtro dominio ſubiiciuntur, ſiue corporales ſint, ſiue incorporales, exceptis tñ mobilibus, quę ab uſu conſumuntur, vt in quibus beneficium perpetuari, & recte conſtitui non valet.

Nũc videamus etiam de fructibus rerum feudalium, ad quẽ vaſallo defuncto pertinere debeant. Id quod biſariam accipiẽdum eſt. Aut enim vaſallus deceſſit nullo relicto in feudum ſucceſſore, ſed illud ad dñm reuertit. Aut ſuperſtitibus, Agnato cui beneficium debetur, aliiſque hęredibus qui ab inteſtato in Allodialia ſuccedunt.

Ad primum caſum, eſt textus in ti. hic finitur lex. & incipiũt conſuetudines Regni. c. 1. § his conſequenter dicitur. Quod ſi vaſallus decedat ſine hęrede maſculo. & cõtingat feudum ad dominum reuerti, ſic diſtinguitur. Quod ſi ante Martium, omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes, ad dominum ꝑtinebunt. Si vero poſt Calendas Martii vſque ad Auguſtum, omnes fructus qui interim percipiuntur, ad hęredes vaſalli ꝑtinebunt. Si vero poſt Auguſtum, omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamen dicunt, quocunque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere.

In quo Paragrapho, quia fructus videntur diuidi ſecundum Martium & Auguſtum, tempora parum conuenientia, interpretes in eius intellectu oppido laborant, Ia. de Bel. & poſt eũ Bal. putant aut nullam eius rationem, aut omnino ruſticam fore, & in beneplacito conſiſtere, vbi dicimus cum Horatio. Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Sed Iac. Alua. quẽ & Prępoſitus ſequitur, oſtendit ęquiſſima ratione textũ figere pedem, ad eum maxime modum, quo annus ĩ duas partes diuiditur, & nõ in tres, vt vulgo exiſtimamus. Sic prior eius ſectio a primis Martii Calendis, in Calendas Septembris fiat: Secunda autem a Septembri in Martium. Vaſallo igitur intra Calendas Septembris & Calendas Martias, & ſic ante Martiũ decedente, quod ſex Menſium tempus eſt, quo futuris fructib. & quęrendis operam nauamus, ipſi fructus ad dominum pertinebunt. Sin vero inter Calendas Martias, & eas, quas Septẽbres appellamus, quod tẽporis itidem ſemeſtre eſt, & meſſem iam collectam, adeoque pręteritam reſpicit, defunctus ſit vaſallus, fructus, quandoquidem pro quęſitis habentur, hęredũ erunt, quorum ratio toto tempore, quo curãtur, & non quo accipiuntur, haberi debet. per Papin. in l. diuortio. § non ſolũ, ff. ſol. ma. Sentiunt Ia. Ard. parte prima, Rub. de eo, cuius ſunt fructus. And. de Iſer. & Iac. Alu. & Prępoſitus diſtinctius in d. §. his conſequenter.

Et licet ῥαψῳδὸς huius Commentarii tres anni ſectiones aut partes facere videatur, vt tempus quo vaſallus decedit, aut ſit ante Martium, aut poſt, & ante Auguſtum, aut poſt Auguſtũ tamen ſi mentem eius recte conſiderauerimus, duorum temporum in effectu reſpectum duntaxat habet, vt illud cuius tertio loco meminit, eius, quod primo loco dictum eſſet, cõplectionem quãdam pręſe ferat, nimirum ſi vaſallus poſt Auguſtum iam expletum, id eſt, a Calend. Septembr. vſque ad Calẽdas Martias, & ſic ante Martium deceſſerit fructus domino q̃ri: Sin autem poſt Calendas Martias vſque ad Calendas Septẽbris adeoque poſt Auguſtum, ad hęredes fructus pertinere. Ad quam diuiſionem & loci intellectum uidere eſt, vt rationem habeat, & nihil iniquitatis, vt Bel. opinatur, in ſe cõtineat, ſed quod & hoc iure ęquuum ſit, pręſe ferat.

Vnde haud obſcure apparet, ſi defuncto uaſallo ſine hęrede feudali beneficium domino aperiatẽ, ad quem fructus temporis conſideratione pertinere debeant, qui locus propterea aduertendus, quod frequens eſt, & multis nõ intellectus ſcrupulum iniicit. Neque nos remoratur, quod anni aliud aliudque apud pleroſque ſit initium, quam hic ſtatuitur, de quibus eſt gloſſema in rub. C. de indict. libro decimo. & in l. per hanc. C. de aduo. diuerſo. iud. & in clc. 1. de ſumma Tri. & fid. catho. Nobis enim de fructibus rerum feudalium negotium eſt, in quo annum ita diſtribui oportebat, ut dimidium eius fructibus futuris quęrendis ue, reliquum dimidii præteritis & iã q̃ſitis quodammodo conueniret, id temporis, quo curãtur, magis q̃ quo accipiuntur includens, Papiniano autore.

In ſecunda facti ſpecie, quando vaſallus decedens agnatos
poſt ſe reliquit,in feudũ ſucceſſuros,& præterea filias, neptes
ve aut alios proximioris cognationis hæredes, qui bona Al-
lodialia ſint habituri, de fructibus rerum feudalium ex iure
hoc conſuetudinario,non ita reſpondere datur,vt in quo hic
caſus eſt prætermiſſus, ſed ad ius Romanum oportet confu-
giamus,maxime ſecundum quoſdam,ad l.diuortio. ff. ſoluto
matrimonio.præſertim in §.interdum.vbi Dyn. vſum eius re-
fert,& ſequitur Pau.de Caſt.in quo loco eſt,vt diuiſio fructuũ
ad id tempus referenda ſit,quo maritus onera matrimonij ſu
ſtinuit,vt ſic agnatis quoque pro ſeruitiorum qualitate, fru-
ctuum portio cedat.Totus autem hic tractatus intelligitur de
fructibus q̃ a rebus feudalibus needum ſunt adempti: Etenim
ſeparati allodialibus connumerantur,& vt cum re feudali ni
hil commune habent,ita quoque ad dominum nõ pertinẽt,
ſed ad hęredes.Accedit c.1.an agnatus vel filius & probat Bal.
in conſ.33.Ad euidentiam,in 1.volum.& habet Francischin.
Curti. Iunior in tertia parte, §.expedito. pri. tracta.verſiculo
quarto.

Proinde Andr.de Iſern.hanc fructuum diuiſionem de natu-
ralibus intelligitur,vti ſunt arborum, &c. quaſi induſtriales
ex æquitatis intuitu ad hæredes pertineant, cum vaſallus vtilis
dominus fuerit,& propter adhibitam induſtriam toto tempo
re curam iſtorum fructuum habuiſſe videatur, veluti ſunt ex
agricultura quæſiti,vinum,res piſcaria,emolumenta iumen-
torum, & quicquid per hominis induſtriam nobis accedit, ſi-
ue lignorum,vitiũ,ſiue aliarum rerum reſpectu id fiat. apud
Bar.in l.ex diuerſo.ff.de rei vendi.Bald.in l.ancillæ.C.de furtis.
Vnde fit,quod ſi vaſallus etiam poſt Septembrem decedat,tũ
vindemia vini,& oliuarum,quæ in Decembrem apud nõnul
los porrigitur, quia fructus ſunt induſtriales & pendẽtis anni
ad eius hr̃des pertineant.ſentit And. de Iſer. authoritate d.l.di
uortio,§.non ſolum.ff.ſol.matr.

Et quos ſumptus vaſallus in fructus impendit hæres ante de
ducit,quam rem feudalem domino reſtituat,cum ĩ ciuile ſit,
alterum cum alterius natura fieri locupletem.per l. fundum
qui.ff.famil.erciſcun.l.prima, C. de fruct. & litium expend.&
refert And.de Iſer.omnibus ſubſcribentibus.in d.§. his conſe-
quenter.

De penſionibus quoque eſt quęſitum, ad quem debeant p-
tinere,ſi vaſallus rem feudalem cui elocauit:vbi ſic diſtinguẽ
dum aiunt,aut redditus illi in fine anni ſoluũtur,vt paſſim fie
ri ſolet,& tunc,quia penſiones in fructuum locum ſuccedũt,
idem quod de fructibus reſpondemus. Aut aliud dictum eſt,
& pactum,vt vel mẽſtruo tempore,vel alio ad hoc deſtinato,
ſolutio fieri debeat, & vaſallus ante id tempus decedit, tunc
penſio ad dominum pertinebit,quia dies needum ceſſit,vt va
ſallo ius in ea quæſitum dici poſſit. Aut moritur poſt tempus
ſolutioni deſtinatum,& propter cedentem diem, quo penſio-
nem exigere ius erat vaſallo, hæredis eius erit. iuxta l. cedere
diem.ff.de verbor.ſignifica.Cyn.in l.2.C.locati.ſentit Andr.de
Iſern.& poſt eum Iacob.Aluaro.cum aliis,in dict.§. his conſe
quenter.

VASALLVS VT REM FEVDALEM
alteri in feudum concedere poſſit,
per ſubinfeudationem,& q̃s
eius ſit effectus.

CAP. IIII.

QVamuis autem vaſallus be
neficium ſuum ſine domini,& ſi antiquum ſit, ſi
ne agnatorum adſenſu alienare non poſſit, alte-
ri tamen id per ſubinfeudationem,vt vocant,cõ-
cedere haud prohibetur, quãdo id extra alienationis cauſam
haberi pleriquc omnes ſentiant, cuius veſtigia ex antiquiori
iure beneficiario habemus,quo de ſuo feudo alterum quis in
ueſtire utiliter permittebatur,id quod & Federicus in conſtitu
tione ſua,Imperialem.confirmare videtur, tantum abeſt, vt
improbet.vt eſt tex.in c.j.§.ſimiliter.de lege Conrad.c.j.§.j.qua
liter olim feu.alie.pot.c.j.§.rurſus.de contr.inueſt.in c. ex tranſ
miſſa.vbi Panor.extra de foro competen. Et eſt ſententia om-
nium calculo probata,non ſolum obtinens in feudis propha
nis,ſed etiam Eccleſiaſticis,præterquam in decimis,quæ alioq̃
ægre feudi iure haberi poſſunt,vt alibi explicauimus. ſentit Ia
cob.de Bel.quem vt pręcipuę authoritatis Feudiſtam, pleriq;
omnes ſequuntur.in c.j.qui feu.da.poſ.vno ferme Baldo exce
pto,qui beneficia Eccleſiaſtica ſubinfeudationem admittere
ſuo adfectu atque fauore in Eccleſias,negat.in c.1.§. præterea
de capit.Conrad.vbi & hoc addit,ſi per inueſtituram dicatur,
feudum non eſſe alienandum, propter hoc pactum neque in
alium,vtile eius dominium trãſferri poſſe, quaſi noua prohi-
bitio ueteri adceſſerit,vaſallumq; fortius perſtringat,ne ſubin
feudare poſſit.

Taliſmodi autem ſubinfeudatio ſubſiſtit,quoad vixerit is, q̃
confert,nam vaſallus utilis eſt dominus.Ideoque ius,quod ip
ſe in re habet,alteri conferre,non prohibetur, ſic vt eo defun
cto ad dominum reuertatur,per topicam illam, reſoluto iu-
re datoris & acceptoris ius reſolui,atque ceſſare, quam decla
rationem Felinus quoque tradit,in capit. quę in eccleſiarum.
extra de conſ.Sed Fran.Curtius Iunior eam in dubium vocat
quaſi tunc recipiendam potius,quando agnati ſuperſunt, in
feudum,quod alii conceſſum eſt,ſucceſſuri, vt q̃ mortuo ſub
infeudatore,beneficium a ſubuaſallo reuocare poterunt, &
pro iure ſibi a primo adceptore quęſito vendicare.per Andr.
de Iſernia & eum ſecutum Iacob.Aluarot.in c.1.§.1. per quos
fiat inueſt.

Cæterum Curtius opinetur quicquid velit, quando per me
ſua cuique ſiet voluntas,illud negare haud permittitur,cõceſ
ſionem illam ad vitam vaſalli ſecundatio inueſtientis dunta
xat ſubſiſtere,ſiue domini,ſiue agnatorum pręiudicium aga-
tur.Quod qui pręcauere contendit, & ſubinfeudationem per
petuam reddere,etiam abſque domini cõſenſu factam, opor
tet tria ob oculos habere.Primum eſt, vt ĩueſtituram illam ſi
ne alterius detrimento,& ſic ſemota fraude, atque ſynceriter
faciat.Secundo,is cui feudum confertur, paris & conditionis,
& qualitatis eſſe debet cũ vaſallo,aut etiam maioris, ſed non
minoris,dum interſit domini qualem ſit habiturus vaſallum.
Tertio, non debet vaſallus beneficium aliis pactionibus, aut
conditionibus alteri concedere,quam ipſi eſt collatum,ne vel
naturam eius ipſe mutare,vel deterius reddere contra, quam
fides exigit,temere auſit.Eſt in c.j.qualiter olim feu.pot.alien.
& glo.cap.j.§.pręterea.in titu.de capit.Conrad.Quibus ſic ob
ſeruatis dominus cogitur nouum illum vaſallum, uelit nolit
recipere,tantum abeſt,vt ius acceptoris reſoluatur,modo ſub
uaſallus ille Inueſtituram a priori domino agnoſcere, & ope
ras pręſtare non detrectet,alioqui non ſecus atque vaſallus ip
ſe indignum hoc beneficio ſe redderet,quod propterea ad do
minum reuerteretur,idque ad condictionem cauſa data pro
poſitam.c.1.§.vel ſi dominis ſuis. de feudo ſine culpa nõ amit
tendo & l.ſi donaturus.cum multis aliis.ff.de cond. ob cau.&
habet And.de Iſern.Rei uendicationem hoc caſu potius tan
contendens.

Quod uero ſubinueſtitus priorem dominum agnoſcere, &
ſeruitia ei pręſtare debeat,accipiendum eſt uaſallo, & ſuo do
mino iam defuncto.Viuenti enim fidelitatis contemplatione
tantum additur,& non fit prioris domini uaſallus,p̃ commu
nem illam topicam,ſocius ſocij mei,non eſt ſocius meus, ita
non eſt ſocius meus.ita quoque uaſallus uaſalli mei, non eſt
uaſallus meus.Sed is q̃ ſubinfeudatur ius uaſallagii, ut uocãt,
ratione utilis ſui dominij in ſubuaſallum hẽt.ut ſic ĩ una per
ſona duplex ius per dominiũ utile conſiſtat,ſuperius, quo ad
dominum utilitas rerum,inferius autem quo ad ſubuaſallum
commoditas illa uaſallagii,per quod ipſum ad capita *fidelita*
tis ſibi adſtrictũ habet, unde etiam ad operas ipſum euocare
poterit & non dominus feudi directus. Cęterũ ſi dominus ua
ſallũ inſeruire iuſſerit,is ſubuaſallũ ſuum interpellare permit
tit,ut ſe iuuet,quo pacto ſeruitia illa domino q̃dem pręſtant,
ſed mediante uaſallo, q̃ dominii ſui utilitatem(directi enim
iuris nihil ſibi retinere ualet, cum nullũ in re feudali teneat,
niſi ad id iuris,qđ in ſubuaſallum quodammodo conſecutus
eſt,id referre uelis,)in ſubuaſallum duntaxat contulit, parto
ſibi per hoc iure quodam Dominico,ꝙ in ipſum exercere au
thoritatem habet,non ſecus atq; dominus in vaſallũ,etiã quo
ad iuriſdictionem,qua propter contentione inter ſubuaſallos
de beneficii confinibus,aut eius parte ſuborta,iudiciũ non pe
nes dñm directũ,ſed uaſallum ipſum,hoc caſu dominũ, eſto.
Eſt in ca.1.§.Illud.de proh.feu.alie.per Federicum. ubi Bal.ad
cedunt Ioan.Ray.& Panor.in ca.cum Apoſtolica.extra de ijs
quę fi.a prel.Aluaro.in cap.j.§.fi.de contr.inue. ubi etiam Ia.
de Bel.& Andr.de Iſer.& Mar.Lauden.facit tex.in c.1.§.1.qua
liter olim feu.pote.alie.& tradit eleganter Franc. Cur. Iunior,
in Rub.ex quibus cauſis feud.amit.§.adgredior primam regu
lam.uer.ſecundo pro limitatione.& uerſicu.nona datur decla
ratio.

In imperii tamen principibus atque Capitaneis non ita, no
uum eſt,ut feudales res alteri rurſus ex parte,beneficii iure cõ
cedantur,cuiuſmodi ſunt Caſtra,Papi,Oppida, iuriſdictiones
& quandoquidem etiam Eparchię,ita tamen ut Principatuũ,
Comitatuũ, aut aliarũ regaliũ dignitatũ pars indiuiduo iure
maneant, tantũ abeſt ut ceu priuatę res, atque vulgares in feu
dũ per ſubinfeudationem translatę,defuncto uaſallo ad dñm
redire ſoleant,ſed per Principes & Capitaneos,eorumque hę
redes uniuerſitatis & pertinentiarum iure tenentur, atque in
feudum regale recognoſcuntur,id quod non ſolum temporis
diuturnitate ita uſurparunt, ſed etiam inter regalia ſua pleri
que

que ius infeudandi ab Imperatore confertur, vnde quoque factum videtur, quod Regiæ dignitatis feuda ſecundum iuris regulam, vt publica non debeant diuidi, ne ijs diſſipatis & Imperii vires collabantur, & ſubditi tot regulos ſuſtentare pro maieſtate ſua non poſſunt, præter hoc quod neque natura permittit, vt pluribus vnum Imperium ex æquo credat, facile enim hoc inter ſe diuiſum atque diſcors deſolari poſſet, & demum corruere. Eſt in d.c. Imperialem. §.præterea. de prohibit. feud. aliena. per Fed. c. in apibus. 7. q. 1. ca. ſi ca. 25. q. ſecunda & Mattheus. xj.

His adde, licet ſubinueſtitus maiori domino non ſit iureiurando obligatus, quia tamen rem tenet iure proprietatis ad eũ ſpectantem, extra nullam eius offenſam eſſe debet, quem ſi commiſſa culpa propter quam beneficium amittitur, offendere auſit, feudo denudandus eſt, ſed per obliquum. Porro vaſallus, niſi eum ad ſatisfaciendum domino maiori, in quẽ ingratus fuit, adigat feudum ei adimetur, & ad verum dominum redibit, quo propterea vterque carere debet. Etenim vt non decebat amicitiam cum eo contrahere, qui domini eſt inimicus, ita neque eum ſub vaſallum in rem feudalem quærere atque inducere, qui domino, a quo rem illam mediate tenet, ingratus ſit futurus. Eſt in d. cap. imperialem. §. illud quoque. Docto. in cap. ad aures de pœnis. & tradit Iacob de Ardizo. in Ru. quib. mod. feu. am. §. ſi vaſallus dominum antiquiorem offendit & Bal. in l. eum qui. ff. de iureiu. & præp. c. j. §. aliud quoque. verſi. oppono. cum gl. 2.

Diximus ſubinfeudationem perinde atque olim, ita hodie quoque permiſſam, dummodo in alterius fraudem ſiue domini, ſiue agnatorum, non fiat, ſed eiuſdem cõditionis vaſallo, atque etiam eadem lege, qua tenetur, alioqui vitam dateris non excedet. Eſt tamen caſus quo libere ſubinfeudare quis poteſt, quando ita eſt inueſtitus, vt ipſe, & quibuſcunque dederit, illud habeant. Quod pactum talis conditionis eſt, vt beneficium etiam iure feudi, & quocunque alienationis etiam proprietatis titulo in alium transferri poſſit, vſqueadeo verba in contractibus noſtris ocioſa eſſe non debent, ſed ſemper aliquid operari, cum minus ſit feudum alii cõcedere, quam alienare, permiſſa itaque ex pacto alienatione, ſubinfeudatio deneganda nequaquam erit, quæ alioqui habetur permiſſa, ẽt ſi contrahentes de hac non ſint depacti. Eſt textus in ti. de feudo non haben. propriam natu. feu. cap. ſi quis ea lege feudum alicui dederit, vt ipſe, & ſui hæredes, & quibus ipſe dederit, id habeant. Reſpõdeo. Iſte qui ſic accepit, poterit id vendere, vel donare, vel aliter ſi placuerit, etiam ſine voluntate dñi alienare, explicatur per And. de Iſer. & Præpoſitum latius. facit ca. j. de vaſal. qui contra conſti. Lotha. & cap. feudum. hic finitur lex &c.

Poſtremo quæſitum eſt, nunquid beneficium ſecundario cõceſſum, ſed abſque conditionibus, ad id perpetuo transferendum, requiſitis, per ſubuaſallum ita præſcribi poſſit, vt defuncto vaſallo ad dominum, vel ſi antiquum ſit, ad agnatos non ſit reuerſurum. Vbi monendi ſumus vſurpationem quidem contra dominum admitti, eam maxime, quæ pro beneficio exceptionem ſuppeditat. iuxta. §. ſi quis per triginta. ſi de feud. defuncti conten. ſit. Veruntamen alienationem feudi præſcriptione haud iuuari, eſt in d. ti. de prohib. feu. alie. per Fed. §. nos autem ad pleniorem Regni vtilitatem prouidentes, non ſolum in poſterum, ſed etiam huiuſmodi alienationes illicitas, hactenus perpetratas, hac præſenti ſanctione caſſamus, & in irritum deducimus, nullius temporis præſcriptione impediente. Quia quod ab initio de iure non valuit, tractu temporis cõualeſcere nõ debet. Emptorꝙ bonæ fidei, excepto actione, de pretio, contra venditorem competente. Quem locum glo. cũ Bal. & Iacob. de Belu intelligunt, de præſcriptione longa decẽ annorum, quaſi Imperator præſcriptionem longiſſimam triginta vel quadraginta annorũ, quia omnis actio ſopitur, hoc caſu euitare noluerit. Pileus tamen & Iac. de Ardizo. in ti. quibus modis feu. acqui. §. ſi. etiam de longiſſima præſcriptione accipiendum putant. Etenim vt vaſallus alienare feudum ſuum non debet, ita neque pati vt præſcribatur cõtra dominũ, quaſi in fraudem eius fieri id videatur, quam vaſalli eſt præcauere cap. j. de forma fidelit. & facit l. alienatio. ff. de verborum ſigni. Sed quicquid hoc ſit, de alienatione feudi ſtatuitur, vbi a glo. ordinaria non facile diſcedendum. Præpoſitus in §. præterea. verſiculo. Oppono cum gloſſ. de capitulis Conradi prudenter monet.

Cæterum cum beneficium ſuum alteri in feudum dare, ab alienatione quodammodo ſit alienum, ideoque permiſſum, minus enim videtur peccare, qui rem feudalem ſuam alteri concedit, quam qui alienat, vt qui rem domini non cõtendit interuertere, ſed alium duntaxat vaſallum aut clientem quærere, quo caſu proſcriptioni maxime locus eſſe debeat, ſiue longa illa ſit, ſiue lõgiſſima, obſtatur domino poſt vaſallum defunctum feudum repetituro. Attamen quia vaſallus in hoc domino non debet præiudicare, neque plus iuris in alium trãſferre poteſt, quam ipſe habet, & rem feudalem ita videtur inſcepiſſe, vt neque ipſo, neque filiis eius ſuperſtitibus ad dñm redire debeat, niſi modis iure permiſſis eam alteri in feudum dederit, eſt quod defuncto vaſallo ius ſubinfeudationis reſoluatur & res præſcriptione non obſtante, domino aperiatur ẽt cum omni ſuo incremento. Sic enim eſt in titu. ſi de inueſt. contro. fue. cap. i. §. rurſus. ſi aliquis acceperit inueſtituram feudi cum omni incremento, quod ei obueniret, & aliquid adcreuerit, viuente eo, a quo accepit, ipſius erit. Et ſi ille, qui inueſtituram fecit, ſine hærede diſceſſerit, & feudum reuerſum ſit ad eum, a quo ipſe tenuerit, vel ad alium, quicquid poſt mortem eius q dedit adcreuerit, ad eum pertinebit. ad quem regreſſum fuerit. Ex quibus verbis apparet, a morte eius, qui ſecundario infeudauit, rem feudalem cum incremento etiam interim parto, ad dominum reuerti, non obſtante ullius temporis pſcriptione, quo ſubuaſallus vīuēte infeudatore eam poſſedit: Deinde quidquid idem ſubuaſallus præſcriptione ad eam rem q̃ſiuit, quia in tituli ſequelam venit, non ſibi, ſed domino priori q̃ſitum videri, quod & Præpoſitus colligit. Quod ſi dominus ſecundum vaſallum a morte prioris beneficium ad titulum ĩueſtituræ retinere paſſus fuerit inter præſentes decem, inter abſentes vero viginti annorum tempore, in quo & ab ipſo feudum recipere paratus ſemper erat, porro eum repudiare etiã iuris ſcripti ordinatione nõ permittitur, ſed quaſi conſenſum ſuum adhibuiſſet, præſcriptione tutus erit. Cum alioqui rem aliquam abſque inueſtituræ adminiculo tricenta annorum ĩter capedine vt feudalem poſſidens, pro vaſallo ſit habendus, d. §. ſi quis per triginta. ſi de feudo defuncti content. ſit. accedit l. longi temporis pſcriptio, & l. fi. C. de lon. temp. præſc. vt plauſtra ſimilium locorum prætermittam.

Sed de ea præſcriptione diſpicere eſt, de cuiꝰ initio memoria non extat, an ne domino repetenti beneficium, vel etiã agnatis ipſis ad antiquum anhelantibus obſtet. Et ſi hunc caſum ĩter prętermiſſos collocare voluerimus, & ad ius ſcriptum referre, vtique obſtabit. Siquidem præſcriptionem in re aliqua excluſam intelligimus de ea, quæ decem, viginti, aut longioris temporis eſt, idque ſecundum ea, quę proponuntur, & nunq̃ de illa cuius initii memoria non ſit, niſi expreſſim id dicatur. Eſt Bald. in l. prima, & l. omnes. C. de præſcription. triginta uel quadraginta annorum. Ioannes An. in tu. de feu. Vide Pręoſitum in d. §. præterea. de capitulis Conra. multa ẽt ad nauſeã pro hoc allegantem.

Quandoquidem huius pręſcriptionis natura eſt, vt propter eximiam illam uetuſtatem, quam a centum ſæpe numero annorum tempore cenſemus, legis conſuetudiniſque uicem teneat, & conceſſionis Principis loco habeatur, contra quã nulla probatio induci permittitur, quę & contra ignorantem ẽt ſuperiorem, & ſine ulla tituli cauſa, comparatur, l. j. §. fin. ubi glo. & Doct. ff. de aqua plu. arcen. l. hoc iure. §. ductus aquę, ff. de aqua quotidia. & æſtiua. Abba. in c. fin. extra, de pręſcrip. Iaſon. in l. ſi is qui putat, ff. de acquir. hęre. Ang. in d. l. hoc iure. ubi refert, Ciuitatem, quę ignorante etiam Principe merum imperium exercere nõ poſthabuit, intra tempus ſupra hominis memoriam porrectum, ius illud pręſcriptione quęſiſſe, & deinceps non ſecus atq; priuilegio cõceſſum exercere poſſe. Probat Bal. quoq; in c. j. quę ſint regalia. & Io. de Imo. in ca. peruenit. de cenſib.

Accepiſti quo pacto uaſallus beneficium ſuum, etiam totũ, alij quoque in feudum dare poſſit, & quis eius ſit effectus, nimirum ut alienatio ex inito pacto nõ permittatur, dñium directum apud primum conſiſtere dominum, uaſallo autem nihil reliqui manere in re feudali, pręter ius illud uaſallagii, ſ. cuius uirtute fidelitatis iureiurando ſubinueſtitũ ſibi addictũ habet, vnde ſeruitia, & fidelitatem pręcipue debet. Porro quicquid utilitatis ipſe in re alteri collata habet, id ſolum tranſtulit, tantum abeſt, quod proprietatem, quę ipſius non eſt, tranſferre poſſit. Qua de cauſa ſi beneficium pluribus per ſubinfeudationem ſucceſſiue fuerit conceſſum, & poſtremus id alienare contendat, maioris domini, directi puto, conſenſus requiritur, quãdo alii, quotquot etiam ſint, ius ſuum utile in uniuerſum tranſtulerunt, reſeruatis ſibi duntaxat reliquiis illis uaſallagij. Vnde etiam eſt, quod ſine cõſenſu alienatum taliſmodi feudum, per dominum directum reuocari tantum poſſit. Proinde moribus receptum alicubi gentium eſt, ut ſi feudum ad conſenſum per clientem in alium, uel per alienationem, uel ſubinueſtituram transferatur, aliquid pecunię pręſtetur, idq; in dominii recognitionem, (quod Laudemium uulgo appellant, cum tamen Laudatiuum, ceu Donatiuum rectius diceretur ſecundum Alciatum. Laudare enim eſt inter alia, dominũ nominare, atque approbare in rem quam ab eo tenemus, unde ea bona, quæ uulgo Allodialia uocantur, Budęus in priorib. annotationibus ad l. herẽnius, ff. de euict. Alaudia, quaſi ſine laudatione eius, cui ipſa accepto feramus, tanquam propria a

nobis

pariùm numero habentur, fiat, tum vt poſſeſſionis per eam commodum tradatur. Adeo vt inueſtituram quidam noſtri poſſeſſionem proprie eſſe contendant, non tamen vt propterea neceſſum ſit, ſemper poſſeſſionem re ipſa tradi, aut ad minus coram oſtendi atque demonſtrari (id quod nonnullis eſt viſum) verũ ſatis eſt copiam vaſallo dari, poſſeſſionem facta ĩueſtitura, ſuapte autoritate ingrediendi, quod & pleriſque obſeruatur. Eſt in titu. per quos fiat inueſti. c. j. & de noua for. fide. c. j. per Inno. in c. ex literis de conſue. Dyn. in c. j. de reg. iur. in 6. & Doct. in c. per tuas. de don. Io. Blan. in rubri. quib. mod. feu. acquir.

Quod autem dominus fidus quoque clienti ſuo eſſe debet, ſimiliter ex contractu per inueſtituram inito fit, ſed per conſequentiam quandam, cum hoc non præcipue agatur, verum bona fides, quæ & in hac re exuberare debet, facit vt pari ferme iure cenſeantur, cum relatiuorum natura ſit, vt quod in vno ſtatuitur, alteri ineſſe intelligatur, igitur quacunque commiſſa culpa vaſallus beneficio priuatur ſuo, ex eadem dominus eius proprietate. Eſt tex. in ti. ſi de feu. def. conten. ſit. §. domino committente Feloniam (vt ita dicam) per quam vaſall⁹ amitteret feudum, quid obtinere debeat de conſuetudine eſt quæſitum. Et reſpondetur: Proprietatem ad vaſallum pertinere, ſiue peccauerit in vaſallum, ſiue in alium. Idem eſt in c. qualiter do. proprietate feudi priuatur. ca. fi. quæ fuit prima cauſa benefi. ami. glo. in c. de forma. xxij. q. 6. & Aluaro. in ca. j. de forma fidel.

Et ne ignores, culpa, propter quam dominus feudi proprietate exuitur, eamque ad clientem, maxime ſi prophanum ſit, & non Eccleſiaſticum, apud Aluaro. transferri vtileque cum iure directo coire atque conſolidari facit, non leuis commiſſi eſſe debet. Puta ſi vaſalli vxorem dehoneſtarit illicita conſuetudine, cum ve verberare, atroci ue iniuria afficere auſus ſit. Proinde ſi fratrem eius interfecerit, ſimiliter filium ex eo natum, aut parricidium committat vel tale quidpiam, quod etiã ſi in vaſallum non ſit paratum, in ipſum tamen redundat, vt propterea dedecoroſum ſit taliſmodi dominum agnoſcere, vel in Curia eius verſari. per Doct. in §. j. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. & §. item ſi fratrem. quib. mod. feu. amitta. & cap. 1. an ille qui interfe. fra. dom. & porro latius explicabimus.

Ad rem quod pertinet, quando beneficium inueſtitura conſtitui dicitur, de feudo nouo proprie accipimus, quod domini beneuolentia, cui obuenit, atque cõtingit, quo caſu poſſeſſio etiam vacua alio detentore, vaſallo eſt tradenda. Inueſtiturã enim proprie poſſeſſionem dici, eſt relatum in c. j. ab exordio. quid ſit inueſtit. & qualiter iur. deb. vaſal. c. 1. reſponſo j. & habet Iaco. de Ardizo. in Rubric. quibus, mod. feud. acquir. §. 1. de inueſt.

Quæ inueſtitura noua præſentibus paribus & conuaſallis fieri debet, quibus & probatur ad minimum duobus, adeo vt ſi coram haberi non poſſint, duorum mẽſium tempore venit expectandi, propter qualitatem illam atque formam moris. in probanda noui feudi inueſtitura ſic inductam, qua prætermiſſa, nullius erit momenti. in ti. qui teſt. ſint neceſſ. ad proba. no. feu. inueſt. vbi ſic eſt. Siue clericus, ſiue laicus ſit dominus, ad probandam nouam inueſtituram, ſemp pares Curiæ ſunt neceſſarii. Et ſi ſine eis facta ſit inueſtitura, etiam ſi dominus ꝯfiteatur factam, quia tamen ſine hac ſolennitate facta eſt, nõ valet.

Sin vero pares abſint peregre, vt commodum haberi nõ poſſint, aut forte dominus pares non habeat, tunc extranei & ꝗ non ſunt vaſalli poterunt adhiberi, ſed idonei, idque ęquitatis intuitu, ne dominus benemeritum, ſibi beneficio aliquo, etiã officiũ ergo, deuincere prohibeatur, ob id quod deſiderantur pares, quibus teſtibus hoc vtiliter fiat. in ti. de conſue. recti feu. c. j. §. quod autem dictum eſt, vt per pares prohibetur inueſtitura, intelligendum eſt, de eo domino, qui alios habet vaſallos. Cæterum ſufficiunt extranei. Et in ti. quid ſit inueſti. §. ſi vero inueſtit. ab eo qui vaſallos non habebat, dicatur facta, tunc per quoslibet idoneos teſtes, aut per publicum inſtrumentum probari poteſt, aut inopia probationis emergente res decidat̃ per iuſiurandum. Ex quibus conſequens eſt, inueſtituram nouam teſtibus, qui non ſunt pares, probari, quod in nonnullis Curiis dominicalibus obtinet, etiam ſi fuerint pares & non adhibeantur. Proinde inſtrumento publico probatur, præſertim parium teſtimonio & conſignatione roborato, quod & breue teſtatum propterea vocant, aut etiam aliorũ teſtium. Sed & ſi dominus ſit fide dignus, ad inſtrumentum eius vnius teſtimonio & ſigillo munitum, quandoque ſuffugimus, & beneficii inueſtituram probamus. Conſtantior enim dominus eſſe vult, quam vt id quod dilucida voce teſtatus eſt, & fecit, ſic cõuelli & in dubium vocari velit. accedit allegatus verſi. aut per publicum inſtrumentum. & l. generaliter. §. nimis enim indignum. C. de non nu. pec. Eſt apud Fran. Cur. in 2. par. ti. 2. princ. §. circa iſtam inueſtituram.

Per hanc inueſtituram vaſallus dominium vtile in re feudali conſequitur, directo tantum penes dominium remanente, vnde & fructus percipit, atque vtilem rei vendicationem contra poſſidentem quemlibet, etiam dominum ipſum, nanciſcitur, in ſumma, vt rem eodem iure, quo dominus, præter ſolum directum, habeat, vt in quo domini loco eſt, cuius autoritate quoque fungitur. cap. 1. §. item eadem lege. in ti. de c. extraordi. c. j. §. rei autem. qualiter iura. deb. vaſal. facit l. in ſpeciali, § ſuperficiario. ff. de rei uendication. & habet Iacob. de Ard. in tit. qb. mod. feu. adqui. Rub. quod commodum habeat vaſallus per inueſtituram.

Poteſt tamen aliquid loco inueſtituræ fieri, quod eam non obſcuræ repræſentet, per quod poſſeſſio rei feudalis æque acquiritur, & feudi nomine habebitur. eſt tex. de conſue recti feu. ſic cantans: Sciendum eſt itaque feudum acquiri inueſtitura, & ſucceſſione, vel eo quod habeatur pro inueſtitura, vt ecce ſi dominus alicui coram parib. Curiæ dixerit: Vade in poſſeſſionem illius fundi, & teneas illum pro feudo. Licet enim non interceſſiſſet inueſtitura, tamen tale eſt, ac ſi interceſſiſſet, q̃a ille eius voluntate poſſeſſionem nactus eſt, feudi nomine. Quod etiam procedit ſi vaſallus eum fundum annuo tempore dño ſciente & patiente continuo poſſederit, & iureiurando adfirmare auſit, ſe vt feudum tenuiſſe, quãdo etiam præſumptio militat pro poſſidente, & feudi iure, cæteris paribus, deinceps habebit: Niſi forte aliud dominus allegare poſſet, ad præſumptionem illam contra vaſallum elidendam, vt ſic pręſumptio præſumptionem abſorberet. c. 1. ſi de feu. ſit contro. c. 1. §. ſi qs. ſi de feu. inter do. & uaſallis. oria. accedit l. fi. ff. de in inte. reſ. & gl. in l. j. C. qui & aduer. quos.

Eſt etiam inueſtitura per quam non traditur poſſeſſio reipſa ſed tantum debetur, & impropria, ſeu abuſiua appellatur, qua haud diſſimiliter beneficium nouum cõſtituitur. Et fit modo per haſtam, modo annulum, modo enſem, quandoque etiam per librum, aut aliam rem corporeã, quæ vaſallo in ſubharrationis ſymbolum porrigitur, ceu nexus aliquis futuræ fidelitatis, ad quam ſi iuſiurandum fuerit præſtitum, & beneficii poſſeſſio ſit uacua vaſallus per hoc ius in eo quæſiuit, dominus ĩdelinenter poſſeſſionem tradere tenetur, non obſtante ullo pœnitentiæ prætextu, neque liberatur, etiam ſi intereſſe eius offerat, quod adeo obtinet, ut ex mora prouenieus damnum, & ſic omne rei feudalis emolumentum præſtare cogatur, eſt in cap. 1. §. abuſiuo autem modo. Quid ſit inueſt. ca. 1. §. ſi facta. de feudo. inueſt. ubi præp. & Docto. in ti Si de feu. def. conten. ſit inter do. & agn. a. c. 1. de no. for. fidel. ubi Alua. accedit ca. per tuas. extra. de do & l. cum res, C. de prob.

Quod obtinet in eo beneficio, quod non poſſidetur, & pure conferri poteſt. Sin uero alterius ſit adhuc poſſidẽtis, quia duo eandem rem in ſolidum etiam utiliter tenere non poſſunt, ꝑ l. poſſideri. §. ex contrario. ff. de acquiren. poſſeſſio. & l. ſi ut certo, § ſi duobus, ff. commo. in uanum alteri pure daretur. Alioqui ſic dari poterit ſi poſſeſſore defuncto, uel alias deſiderato, domino aperiatur, qua propter conditionalis eſſe intelligitur aut in tempus cõceſſio facta, ut pote ſi feudum poſſeſſore uacuum ad dominum reuerſum fuerit, quod propterea non modo ad inueſtitum ſpectat, ſed ius illud conditionale, ſeu ad tẽpus porrectum, ad hæredes eius, ante cõditionis euentum, uel cedens tempus, quoque tranſmittatur, & dominus defuncto patre inueſtito (niſi Eccleſiæ Prælatus ſit) eis deinum uacuam poſſeſſionem tradere ſit cogẽdus. Ex eo ſiquidem, quod filius eadem perſona cum patre eſſe intelligitur, ut cuius pars eſt, & per ſe homo non integer, iuris a patre quęſiti & tranſmittẽdi recte ſit capax. Eſt in titu. qui ſucceſſores teneantur. ubi Alua. & Docto. & d. c. 1. quid ſit inueſt. ar. l. cum ſcimus, C. de agr. & cenſit. lib. xj. l. is cui. ff. de actio. & obliga. & Authen. de iure iurando, a mori. pręſtan. cum l. hęreditas. ff. de regu. iur.

In quo inſeudationis genere utcũq; abuſiuo dominus haud diſſimiliter ad tradendam poſſeſſionem iam uacuam præciſe tenetur, tantum abeſt ut ablato intereſſe liberetur, eſt ſecũdũ communem intellectum, in de noua for. fidel. §. in inueſtitura uero facta, & fidelitate ſubſecuta, omnimodo cogatur dominus inueſtitum in uacuam poſſeſſionem mittere, quod ſi differat omnem utilitatem ei præſtabit. Et in titu. ſi de feu. defuncti ſit cõtentio, §. ſi facta de feudo inueſtitura pœniteat dominum, antequam poſſeſſionem transferat, an præſtando intereſſe uaſallo liberetur, quæſitum fuit. Reſponſum eſt: Prætermiſſa illa condemnatione (ad intereſſe puto) dominum poſſeſſionem feudi, de quo inueſtituram fecit, tradere compellendum. Vide Iaco. de Ard. in rub. utrum dominus neceſſario dẽt rem tradere.

Habes ut uaſallus inueſtitura facta tradẽdæ poſſeſſionis neceſſitati ſubiiciatur, quod intellige, ſi id facere poſſit, alioqui cum impoſſibilium nulla ſit obligatio, dato eo, quod uaſalli propterea intereſt liberatur, uel etiam ſi dederit, quod ſit æquipollens, ut ſic propter neceſſitatem illam obligatio dandi in

factum

factum tranſeat,& ſic in id,quod intereſt inueſtiti, ſuccedat, Tradunt Aluaro.& Docto.in d.§. inueſtitura de no. forma fidel.iuxta l.ſi quis ab alio,§.ſi quis promiſerit.ff. de re iudi. ubi interpretes.

Idem reſpondemus, vbi dominus promiſiſſet ſe tantum infeudaturum inueſtitura necdum facta.Nam & tunc dando in tereſſe euadet,abſque eo vt feudum per traditionem cōſtitue re ſit compellendus per locum a cōtrario ſenſu, ut ſi facta do mum inueſtitura traditionem facere tenet,ea nō facta, haud tradet,ſed ex ſtipulatu intereſſe ſoluere cogetur. ſentit An.de Iſern.& probat Ioan.And.Præpo.in d. loco, & paſſim obſeruatur.

Cumque nihil adeo firmum ſit,quin diſſolui queat.& vt ob ligationes mutuo conſenſu nectuntur, ita pari diſſenſu tolli poſſunt,facta inueſtitura,& iureiurando eam,vt moris eſt,ſecuto,contractus ille per contrariam pactionem recte ſoluit, vt neque dominus ad tradendam poſſeſſionem, neq; vaſallus ad fidelitatis pſtationem ammodo ſit obligatus. Suffragat.§. ſi.de forma fide.a conſenſu contrario,vbi Præpo. argu. l.cum proponas.C.de pactis.

Hic quæſitum eſt,cui nam poſſeſſio debeat obuenire,ſi plures vno beneficio recens inueſtiantur,ex quo omnes in ſolidū id poſſidere non queant.Et magis eſt,vt is poſſeſſionem hēat, qui prius eſt inueſtitus.Etenim qui prior eſt tempore, & iure potior eſſe debet,& dominus alteri intereſſe dabit, ad ſimilitudinē eius,qui vnam rem duobus vendidit:Primo.n.tradet.ī tereſſe alteri obueniente.Eſt in gl.& referunt interpretes in d. §.ſi facto.per l.quoties.C.de rei ven.

Quod ſi contentio ſit inter eos,quorum vterque adſerit poſ ſeſſionem ſibi traditam,in dubio etiam videtur potioris iuris eſſe,cuius inueſtitura apparet eſſe prior, niſi aliud probetur, qua cautela ſimiliter fieri poterit ſecundum Baldum, vt alteri intereſſe duntaxat debeatur,altero in poſſeſſione manente. per Cynum.in d.l.quoties.facit c.qui prior eſt tempo.vbi Dyn. de regul.iur.in 6.& eſt Bald.in rub.C.de reuo. iis quæ in frau. credi.

Quibus adde clauſulam illam,quam domini ſæpius cautelo ſi,ne ad intereſſe alteri ex pluribus vaſallis obligentur, ſe feudum illud Titio conferre, alterius iure ſaluo &c. inueſtituris adiicere ſolent,eis non prodeſſe,tantum abeſt, vt ab intereſſe non tradentibus poſſeſſionem releuet, quin ad iuſiurandum in litem præſtitum, quo intereſſe hoc quoque caſu liquidari ſolet,id præſtare ſit cogendus,ita in faciēdi obligationibus intereſſe quandoque in traditionis locum ſurrogetur. Sentit et Iacob.de Ardiz.in ti.quib.mod.feu.acquiritur.Rubricel.Quid iuris ſi dominus rem non tradat.& Præpo.abunde in d.§.ſi facta.ſi de feud. defuncti &c.facit l.ſi quis, ff.de re iudica. & Bartol.in repetitio.l.ſtipulationes nō diuiduntur.ff.de verborum ſignifica.

FEVDVM SVCCESSIONE QVOQVE ADquiri,& quo ordine id fiat,inter deſcendentes,tranſuerſales,& eos qui aſcendentium ſunt numero.

CAP. II.

Qvandoquidem feudum & inueſtitura,& ſucceſſione adquiritur, vt per inueſtituram,compendio tenus eſt relatum, cōſequēs erit oſtendere, quemadmodum in feudum detur ſuccedere, vbi aduertendum eſt antiquitus feudum ſucceſſione non fuiſſe perpetuum,ſed in domini poteſtatem collatum id quando cunque colliberet adimere,poſt annale cœpit,deinde ad clientis vitam prorogatum,tandem filiis quoque delatum, poſtremo per Conradum Imperatorem cognomento Salicum,niſi Annales nos fallant,conſtitutum eſt, nepotes quoque defuncti,& iis deſideratis,fratres beneficium quod a parente initiū habuit,conſequi poſſe,vnde & ſucceſſioni ianua eſt reſerata, quam conſuetudo ita propagauit,vt inter liberos in infinitū, inter tranſuerſales vero in ſeptimum vſque gradum,atque et ſi feudum paternum ſit,perpetuo & donec agnationis ius durat,permittatur ſucceſſio.Eſt in titu.de iis qui fed. dare poſſ.§. & quia vidimus.de perſonis,& de feudi cognit.§.ac feudum.c. j.de ſucc.fratrum,vel gradib.ſuccedentium in feudum . & c.1. de ſucc.feu.ab exordio.

Quæ ſucceſſio inteſtatorum proprie eſt, quando vltima defunctorum elogia,quæ legis prouidentia introducta ſunt, in vſibus feudorum non recipiuntur,vt quæ non tam vaſallo & iuri ſucceſſionis accepto feruntur,quam domini & concedentis beneuolētiæ atque liberalitati,tantum abeſt vt teſtatione ius illud tolli,vel domino nouus vaſallus ad defuncti volunta tem obtrudi debeat.Sic eſt in ti.de feu.ſucceſſ.ca.j.§.nulla ordinatione defuncti,in feudo manente vel valente. Per hoc tamen quod beneficium ſuum vaſallus teſtamento incluſit, illud non perdit,quia alienatum in extraneum re ipſa non eſt. Oldra.conſil.cclxx. Quamuis autem feudum etiam ſucceſſione adquiratur,vt meminimus,id tamen ita non eſt accipiendum,quaſi abſq; inueſtitura procedat, quæ in hoc potior eſt, quod ſiue paternum ſit beneficium,ſiue antiquum, vt ſic ius in id ſuccedendi quæſitum habeas, oportet per inueſtituram a domino recognoſcatur.Per ti.quibus mod.feud. conſti.cap. 1.ſciendum enim eſt feudum ſine inueſtitura nullo modo eſſe poſſe.adeo vt ſi eam intra annum & diem, ex eo quod reſciuiſti uaſallum de functum,feudumque tibi delatum, non petieris,cum id facere potuiſſi, beneficio etiam ſi antiquum ac [illegible] ius ſit,priuari poteris.in tit.quo tempore miles inueſt.pe. deb.c.j.& prohib.feudi alien.per Feder.§.præterea,& c.1.de ca. Conrad.

Quapropter cum feudum neque teſtamento,neque per om nia ex inteſtato tantum,& ſine inueſtitura, eiuſue renouatione acquiraſ,ſucceſſio illa,qua cui obuenit pleriſque [illegible], ceu inæqualis,& a regula deuenians appellatur, quaſi neque ex teſtato,neque perfecte ex inteſtato detur, vnde tertiam ſuc ceſſionis ſpeciem forte feceris.per gl.in verbo,Succeſſio.Inſt. de eo cui lib.cau.b.add.

Et recta quidem vaſallus in tabulis ſuis teſtamētariis, de feu do [illegible] diſponit quicquam , verum per obliquum iis vtique adficit , vt pote filius per patrem legitime exhæredatus,in feu dum patris quoque non ſuccedit,ſed ab eo ſubmouetur.cum patris vt accepioris,cuius contemplatione ſucceſſio deberet, obſtante eius poſtrema voluntate, hæres non ſit, verum ma gis eſt ut nepos defuncti,per eum qui exhæres eſſe iuſſus eſt p genitus,modo in patria poteſtate ſit,cuius ſuum illibatum re manſit,interim in feudum ſuccedat,per And.de Iſern.ca.j.§. præterea.quæ ſit prima cau.ben.amit.Accedit l.cum [illegible] nus §.j.& l.ſi operarum.ff.de ope.lib.& l.quæritur,ff.de bo.lib. & Fran.Cur.iunior plene titulo,ex quib.cauſis feu.ami.§. [illegible] dicta regu.

Id quod tantum virium non habet,quin filius in certa hæreditatis parte inſtitutus,quia non arcetur a iure ſucceſſ[illegible] cunque in partem ſit tantum vocatus cum fratre in [illegible] inſtituto.in feudum ex æquo veniat admittendus,non [illegible] te quod feudum maxime paternum inter bonorum [illegible] tatem,aut hæreditatem etiam comprehendatur in caſu,quo hæres eſt,qui alioqui in feudum eſſet ſucceſſurus . Nam hic titulus nominis ſufficit,vt in eas etiam res quis admittatur, quæ extra hæreditaria ſunt bona.Refert & ſentit Ia.de Bel. Docliſſimus iuris noſtri interpres.in c.j.An agnatus &c.

Sed & de fructibus beneficii teſtatio vtique fieri poterit, [illegible] ſalli etenim ſunt, de quibus pro arbitrio, maxime ſi a fundo ſint auulſi,& eius amplius non pars, ſic hæres annuo aliquot frumenti medimnos ex vtilitatibus beneficiaris dare iuſſus, eſt vt pareat,& defuncti voluntati obſecundet.per l.in adib. [illegible] §. ex rebus,ff.de dona.Et habet Alua.cum aliis.in d.§.nulla dinatio.de feu.ſucc.

Vt autem proprius rem accedamus,ſucceſſio in beneficium duplicem conſiderationem habet,quo ad dominium [illegible] & eos contingit,apud quos inueſtiendi eſt poteſtas, ac ſæpe numero neceſſitas.Porro feudi dño defuncto, hēdes eius clienti,qui ius in re quæſitum habet, inueſtituram eius dare citra ullam controuerſiam tenētur,vt qui in ius defuncti ſuccedūt, etiam ſi de alienare infeudatio abuſiue atque improprie [illegible] ſet facta,præſertim a populari ſeu laico,aut eo,qui non ſit Eccleſię Prælatus, de quo ſua ſunt capita in Commentario feudali.capi.j.qui ſucceſſores teneantur. cap.j.per quos fiat inueſtitura.ca.1.§.moribus,Si de feud.defun.conten.ſit &c.&,Qui ſucceſſores feu.dare teneantur.ca.j.§.laici vero iiſdem modis, quibus ſupra dicti,ſi aliis inueſtituram dederint,heredes eorū ſi rationibus clauerint omnimodo eam adimplere compellantur,per l.ſi ab eo,C.de liber. cauſ. & l. ex qua perſona . ff.de regulis iuris,& l.cum a matre,C.de rei vēdicatione,cum ſimilibus ſimilibus.

Deinde datur ſucceſſio in feudum,quo ad ius utile, quemad modum vaſallo hęres eius ſuccedit, id quod noſtrę tractationis eſt,ante quoque relatū. Qui hęres in dubio maſculus ſemper intelligitur,qui ſolus dicitur hæres feudalis, ad quem om nis inueſtitura hęredes comprehendens,eſt referenda. & hoc ad primęuam feudi conſtitutionem , cuius natura propterea recta & maſculina eſt,adeo ut ſi beneficium ſit degenerans ad fœminam,& ea reliquiſſet maſculum & fœminam poſt ſolus filius in beneficium ſuccedet, ſorore interim excluſa. Filia vero non ſuccedit in feudum, niſi inueſtitura fuerit facta a patre,vt filii & filię ſuccedant in feudum, tunc.n.ſuccedit filia filiis non extantibus.c. 1.de ſuc.feu.

Cęterum per ſucceſſionem beneficium paternum atque id quod antiquum diximus ſolum acquiritur, non autem quod nouum

nouum eſt,& recens partum. Et hoc propterea, quod etiam conſtitutum eſt,feudum a parête adquiſitum ad filios,& por ro deſcendentes pertinere,unde etiam viuo parête. vel etiam agnato iam poſſeſſore ius in eo habent,quod demum ſucceſ ſioni locum facit,domino vtcunque inuito, vt cui domus il la ab initio placuit, ex qua vaſallum fidelitatis religione ſibi deuinctum habere velit. Ex quo factum eſt, quod Inueſtitura illa,quæ fit de beneficio paterno,ſeu antiquo,non proprie in ueſtitura,ſed eius quædam renouatio quibuſdam dicatur, cũ per eam poſſeſſio rei non tradatur,vti in nouo eſt receptum, ſed per hæredem prius quam in..eſtitus eſſet,ſucceſſionis iure & re ipſa tenetur,quam per inueſtituram illa non conſequit, ſed domino eã quodammodo recognitione accepto fert, ita fit vt vaſallus rem,in cuius poſſeſſionem dudum etiam ſucceſ ſit,a domino ſuo agnoſcere,& dominus de eadem inueſtituram facere teneatur. Alioqui hic proprietate, & ille vtilitate eius priuabitur.iuxta capitulum primum. Qualiter dominus propriet.feud.priuat.& dicto,§.præterea.de prohi.feu.alie. per Fed.& c.j.quo tempore miles inue.pet.deb.

Ex quibus apparet in quod nam beneficium ſucceſſione p-ueniatur,& quis eius ſit effectus,ne hoc vnum ad conſtituen dum feudum,quis ſatis eſſe putet,& in hunc modum accipiẽ di ſunt textus,de feudi cognitione.§.feudum neminem poſſe adquirere,niſi inueſtitura,& ſucceſſione. & exordium ca.j.de gradibus ſuc.in feudum. Per ſucceſſionem quoque,ſicut per inueſtituram,beneficium ad nos pertinet.

In qua ſucceſſione ſuus ordo quoque eſt,& ſui gradus, non per omnia vt in iure Romano. In primis enim ſuccedunt filij & deſcendentes in feudum: Secundo loco,Tranſuerſales, qui agnatorum habentur numero atque albo: Tertio, Aſcendentes. Ad deſcendentes quod pertinet,illi ante omnes alios ſuccedunt. Sic enim eſt,de gradibus ſuccedentium in feudum.c.j. Mortuo enim eo,qui beneficium tenebat,prima cauſa liberorum eſt. Filijs enim exiſtentibus maſculis,vel ex filio nepotib. vel deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri remouẽtur agnati. Ad filias vero,ſeu neptes vel proneptes,vel ex filia nepotes,ſeu pronepotes ſucceſſio feudi nõ pertinet. Et de ſucceſſ.feu.ab exordio. Si quis igitur deceſſerit,filiis, & filiabus ſuperſtitibus,ſuccedunt tantum filii æqualiter, vel nepotes ex filio loco patris ſui.

Et in hoc,quod filii filias & ſorores ſuas in beneficiaria ſucceſſione excludunt maſculini ſexus intuitu, hoc ſaltem eo fit iure,cui res feudales ob fidelitatis præſtationem, quod virile eſt officium,concedi regulariter eſt viſum, non attenta etiam Diualium conſtitutionum ſanctione, qua fœminæ æque vt maſculi,citra ullam cognationis differentiam,ad ſucceſſionẽ inteſtatorum vocantur.l. maximum vitium. cum ſimilibus. C.de lib.præte.l.lege duodecim tabularum.C.de legit. hæred. & §.inteſtatorum.Inſt.de hæreditatibus,quæ ab inteſtat. defe. Hic enim recipimus,quod noſtro iure nõ ſcripto eſt introductum,patrocinante textu in ti.de iis qui feudi dare poſſunt,§. hoc autem notãdum eſt,ꝙ licet filiæ,vt maſculi patribus ſuccedant,legibus tamen a ſucceſſione feudi remouentur, ſimiliter & earum filij.

Veruntamen fieri poterit vt filius nõ ſuccedat in beneficiũ, quia legitime ſit exhæredatus,vt paulo ante eſt relatum, vel paternam hæreditatem adire ipſe contempſerit, quo caſu beneficii quoque iure a patre manante ſe indignũ reddit. Apud Iacob. Alua.& Interpretes.in tit. An agnatus,vel filius. Niſi forte beneficium pro ſe & liberis ſit conſtitutum, tunc enim repudiata paterna hęreditate,ad feudum nihilominus eſt aditus,quod non modo ex ſucceſſionis iure debetur, ſed etiam ex inueſtitura,quę hoc pactum admiſit. Poſtremo filius ꝗ dominum indigne offendit,eique needum eſt reconciliatus, vt ingratus etiam magisque futurus,a beneficij ſucceſſionẽ redditur alienus. Quid enim fidelitatis ex eo dominus ſperaret,ꝗ ſtatim ipſas curię fores ingratas perfidusq; ingredi non ſit veritus? Eſt in conſt.imperialem.§.inſuper.de prohib.feud. alien. per Fed.& adeo nõ ſuccedit, vt ſi pater monitus talem filium vt domino pro illata iniuria ſatisfaciat non pellexerit, vel a ſe abdicauerit, ipſe quoque feudo exuetur. Sic enim conſtitutio habet. Inſuper ſi filius vaſalli dominum offenderit, pater a domino requiſitus,deducat filium ad ſatisfaciendum dño, vel a ſe filium ſeparet,alioqui feudo carebit.

Quę deſcendentium ſucceſſio perpetua eſt, atque in ſtirpes. Verbi gratia, Vaſallus deceſſit relicto filio, & ex altero filio duobus nepotibus,filius beneficii ſemiſſem,& nepotes, quia in patris locum vocantur,alterum ſemiſſem habebunt.per d. cap.j.ver.ſi quis.vbi filii iubentur ęqualiter in feudum ſuccedere. Nepotes autem ex filio,loco patris ſui,quibus & ius ſcriptũ patrocinatur.in § cum filiis. Inſtitu.de hęre.que ab inteſta. l.2. C.de ſuis & legitim.hę.e.lib.& §.ſic tamen.in Authen.de hęredib.ab int.ven col.9. diximus teſtamentariam ordinationẽ, quod recta in beneficio nõn poteſt, per obliquum operari feudumque afficere. Etenim ſucceſſio in beneficium, licet hę redi poſtremo voluntatis elogio adimi non poſſit,tamen ſi filius legitime exhęredatus fuerit, neque in feudum ex eo iure, quod a patre ſucceſſorium habeat,admitti,ad quod pro mortuo,propter culpę execrationem,exiſtimatur, niſi feudum ſit auitum, a quo non habeatur exhęres factus. Filius tamen eius & exhęredantis nepos vtique ſuccedet,vt qui patris iniquitatem portare non cogitur. Argum.l.ſi patronus teſtamento.§. ſi filius.ff.de bo.liber.l.cum patronus §.1.ff.de ope.lib. Tradit Io.Blan.in ſumma ſua ti.de ſucceſ.feudi.ver. adhuc quęrit, an filius exhęredatus,&c.

Inter filios habentur etiam adoptiui,ſed legales,quaſi per legem nati,non per naturam,qui in beneficium patri adoptanti non ſuccedunt,cum ꝙ intereſt domini clientem habere ex ea familia,ꝗ primo eſt ſelecta,tamen quia vaſallus non debet vaſallum ex quocunq; lapide emptum, aut extraneum,de cu ius fide nullum ſpecimẽ forte eſt exhibitum,domino ſuo obtrudere, vſq; eo in materia feudali filiorum appellatione nõ veniunt,ideoque in feudũ non ſccedunt. Eſt in titu. Si de feu. defuncti contentio ſit inter dominum & agna.§.adoptiuus filius in feudũ non ſuccedit. Quod idem Bal.& Alua. de filio in arrogationem dato,reſpondent,qui licet in arrogatoris poteſtatem concedat,tamen qa iura ſanguinis naturalia in eo deſiderantur,in beneficium patris ſui ciuilis non admittitur. Cęterum qui emancipatus eſt,ſi poſt adoptetur per auum maternum,quãdoquidem iura tam naturalia, quã ciuilia adoptionis in hoc conueniunt,ſucceſſionem feudi obtinebit.per An. de Iſern.in d.§ adoptiuus.& Io Blan.in ſumma.de ſucce.feud. adoptiui vero. Similiter ex pactione fieri poterit,quę ẽt ꝓptiã feudi naturam degenerare facit,ut adoptiuus feudũ cõſequatur.c.1.de feu.non hab.prop.feu.natu.

De naturalibus liberis quęſitum eſt,nunquid in feudũ ſuccedant. Et magis eſt,etiam ſi legitimi fiant, tamen neque ſolos, neque cum aliis eos admitti. Patrem enim, quando extra nuptias ꝗrebantur,oſtendere non poſſunt,tãtum abeſt,vt agnationis iura habeant,ſed cognatorũ tantum,ꝗ matrẽ reſpiciũt ſunt numero.l.in hac parte,ff.vnde cognati. & §. vulgo quęſitos.Inſti.de ſucc.cogna. Quod ſi per Principem legitimationis iura habere fuerint iuſſi,tunc & ſucceſſioni videntur reſtituti; modo naturales & legitimi ſucceſſores nõ ſuperſint. Idem reſpondemus,ſi per ſequens matrimonium, vel in poſtrema vitę hora legitimi efficiantur. Quod enim Principi permittĩ nuptiis quoque tam diuino, quam humano iure nitentibus, debet concedi,& ſub tali moderamine intelligendus eſt,in ti. ſi de feud.defuncti ſit contentio inter do.§.naturales filii.licet poſtea fiant legitimi,ad ſucceſſionem feudi nec ſoli,nec cum aliis admittuntur.

Proinde ſi feudũ eo pacto cõcederetur,vt & ipſe, & filii eius nati atque naſcituri ad id veniant, & dominus ſciret naturalem,aut extra legitimum thorum natum illi eſſe, capax erit beneficii,vt quem inueſtitura ex pacto comprehendit, quod & ſeruo poſſet contingere.c.1.§.perſonã. Per quos fiat inueſt. Bal.in l.eam quam.C.de fideicom.& Alua.in d.§.naturales filii.& Ioan.Blan.in ſumma.ti.de ſucceſſio.feu.§.naturales uero filii.

Fœminam quoque feudum adquirere,ſed degenerantis naturę,porro latius explicabitur,in quod ſimiliter eius filię ſuccedunt deſideratis maſculis ex deſcendentium ordine, maxime ſi feudũ ſit nouum & maternum.per ti.nouum non paternũ.§.qui ſibi.& § duo fratres.vbi eſt, filiam fratris fratrem nõ excludere,in beneficio nouo,multo minus igitur fratris filius id faciet.per topicam. Qui excludit excludẽtem te, magis eſſe vt te excludat. Secus eſt in feudo fœmineo antiquo, vbi ius a primo adquirente in hęredes defluit,& exiſtentibus maſculis fœminę dormire coguntur atque abſtinere, donec maſculi ſucceſſores defecerint. Nam in hoc πατραδέλφη ſeu amita, fratris filio, aut fratrueli cedit, apud Ioan.Blan.in rub.de ſucce. feudi.§.vel dic quod maſculo relicto. & ante eum Iacob.de Ardizo.in ſumma ſua.de ſucc.feud.§.ſic ergo nepos.

Id tamen quod legitime natis accipimus. Naturales enim filii,& toro non legitimo quęſiti, licet a materna ſucceſſione non arceantur,eius pręſertim fœminę,quę ſpectabilium titulo non ſplendet.l.ſi quas.C.ad Senatuſcon.Orfitian.& §.finali.Inſt.ad Senatuſcon.Tertul.tamen quia ex matre ius conſanguinitatis ſeu agnationis(cuius fauore feuda ab initio ꝯſtituũtur,& genuinam naturam recipiunt)non ducunt, ſed cognationis tantũ,communis ſententia ferme eſt,eos matribus ſuis in beneficiũ non ſuccedere,ſed illud ſi antiquũ fuerit ad tranſuerſales,nouum vero ad dominum redire.per d.§.naturales ꝗ inter feuda non diſtinguit,ideo nos quoq; diſtinguere non debemus,l.proſpexit.& l.ſed ſi maritus,ff.qui & a quib.manu.li. non fi.& l.de pretio.ff.de pub.& ſentit Ioan.Blanch.

Quibus adde,inter filios ex diuerſis nuptiis eos tantum matri in beneficiũ ſuccedere,qui ex prioribus ſunt nati. Eſt in tit. ſi de

ſi de feud.cont.ſit inter dominum & agnat.§. mulier habens
feudũ,relictis filiis ex duobus matrimonijs,deceſſit.inter quos
feudi quæſtio,aliarumq; rerum maternarum vertebatur.Ob-
tinuit filios prioris matrimonii,tam in ſeudo, quam in cæte-
ris potiores eſſe.Quod caput Ioan. Blanc. cum pleriſque aliis
non diſputat,ſed vti verba cantant,ſimpliciter intelligit. Iaco.
Aluaro.in filios ad Morganicam natos etiam torquet,cõmu-
niter Interpretes id & ratione,& æquitate carere putant, & ꝓ-
pterea ad ſingularem conſuetudinem referũt,quæ forte apud
Longobardos,aut Mediolani eſſe poſſit, quaſi in alijs Curia-
rum obſeruationibus non recipiatur, ſed filii tam ex priorib.
quam poſteriorib. nuptiis ſuſcepti, perinde atq; in aliis bonis
maternis,exceptis lucris nuptialibus, ita in beneficiis quoque
matri ex æquo ſint ſucceſſores.& hoc per ca.j. de gradibus ſuc
ceden.in ſeu.& ca.j.de natura ſuc.feu.vbj eſt, primam cauſam
ſuccedendi in ſeudum eſſe liberorum,nulla facta diſtinctione
vel feudi,vel filiorum,quare ſuperuacaneum ſit nos diſtingue
re velle,inter filios primi & ſecundi matrimonij.per l. Præſes,
ff.de offi.præſid.& l.2.§ conuenire.ff.de iudiciis. Et verum qui-
dem eſt,in diſtinguẽdis rebus,nos extra legis conſtitutum ſol-
licitos,curioſos ve eſſe non debere:Sed in præſentiarum ius ip
ſum diſcrimen facit inter vtriuſque matrimonii liberos, id qđ
pro iure,non ex diſtinctione legis, ſed ex moribus receptum
haberi debet.Proinde ad ſucceſſionem feudi paterni adeoque
maſculini adijcitur nihil,ſed prima ſuccedendi cauſa liberorũ
manet,ſiue ex primis,ſiue ex ſecundis nuptiis deſcẽdãt, quod
& ſic obſeruamus,Verum quia ab hoc iure exorbitat, quod
fœmina quoq; feudum habere debeat, atq: in id ſucceſſores,
quomodo poſſet tam abſurdum videri,ſi prudẽtibus vſus feu
dorum autoribus placuiſſet,filios prioris matrimonii matri in
beneficium duntaxat ſucceſſuros,neque eſt vt omnium bene
cõſtitutorum rationem nos exigere debeamus, quam legiſla-
torem, vt νομοθέτην, & publicæ vtilitatis vindicem atque re-
gulatorem ſemper ob oculos habuiſſe non dubitamus, alioq
multa ex ijs,q̃ certa ſunt ſubuerterẽtur. Per Iulianum in l.nõ
omniũ.& Neratiũ.in l.& ideo,ff.de legib.& S.C.Cum alioqui
nouum non ſit,moribus,& iure nõ ſcripto ſucceſſiones quo-
que modũ recipere,ẽt ſecus atque legib. aut cõſtitutionib. or
dinatur,quemadmodum alicubi gentium, p̃ſertim in Heſſia,
ex liberis diuerſarum nuptiarũ,qui ex primis ſunt, quæcunq;
bona immobilia ab vtroque ſuo parente parta, ex conſuetu-
dine cõſequunt̃ ſpectali in qua re moribus q̃dem cõcedimus
(quorũ in hoc magnã vim eſſe neminẽ latet)a iure ſcripto in
terim deſcendentes.Tractatur in l.cum antiquioribus.C.de iu
re delib.l.hoc iure,ff.de iuſt.& iu.c.Raynutius.de teſt.& Io.An.
in add.Spe.ſuper Rub.de ſeud,

Secundo ordine in ſeudum ſuccedunt tranſuerſales, qui de-
functo vaſallo a latere,& vti agnati vocantur,cuiuſmodi ſunt
fratres,fratrũ filii,& ſic deinceps.Eſt in ti.de grad.ſucc.in feu.§.
his vero deficientib.(filijs puto)vocãt̃ primo fratres,cũ fratrũ
præmortuorũ filijs,deinde agnati vlteriores, ꝙ ita intelligen-
dũ eſt,ſi feudũ ſit paternũ,hoc eſt,ſi illius fuerat parẽtis, q ei⁹
fuit agnationis cõis.Idẽ eſt in c.j.§.& fra.qui feu.da.poſ. & paſ
ſim in hoc ſeudorũ commentario, adeo vt in dubiũ non vo-
cet̃,nñ abeſt vt plauſtris allegationũ lector(ſi q̃s ſit futurus)ve
niat in re manifeſta onerandus.

Sed eius monendi ſumus,diſcrimen conſtitui,quo ad collate
raliũ ſucceſſionẽ ĩter feudũ paternũ,& id ꝙ antiquũ dicimus
In paternũ ſiq̃dẽ,prima cã eſt filiorũ, ſcđa conſanguineorũ,
hoc eſt,eorũ,q ex fratribus recta deſcendentes ſunt progeniti,
vt a quorũ parẽte feudũ illud ad ipſos eſt deuolutũ. Tertia ve
ro ſuccedendi cauſa erit agnatorũ,eorũputa,q vaſallo, ſeudi
poſſeſſori(vñ ĩ maſculos & hæredes ſuos deſcẽdẽtes deuenit)
a latere cõiungunt̃,p eũ qui cõis agnationis parẽs erat, a quo
ius ſuum in ſeudũ hoc,ꝙ ipſe poſſedit,& nunc antiquum pro
pterea dr̃,ſunt conſecuti,vt nũc demũ hr̃dib.deſcendentib.de
ſideratis,ipſi ad feudũ,ꝓ iure ſuo ab antiquo q̃ſito,p agnatio-
tionẽ ſuccedant.Quib.modis fit,vt idẽ feudũ ſit & paternũ &
antiquũ,& hoc reſpũ ſucceſſorũ ad id adſpirantiũ. Verbi gr̃a,
Sẽpronius caſtrũ quoddã feudi iure tenet, quo defuncto,Ti-
tius & Seius filii eius familiã herciſcentes,ita ſunt pacti, vt Ti
tius caſtrũ illud hr̃e debeat, & Seius bona alaudia, vel ẽt feu
da.Titius itaque vaſallus,cui caſtrũ cõtigit, filijs eſt auctus, &
ex ijs nepotib. pronepotib.& deinceps vlteriori poſteritate, pe
nes quos caſtrũ illud,vt primã cãm ſucceſſionis habentes,iure
beneficiatio permanſit,& feudũ paternũ eis appellat̃, q̃a per
parentẽ,ſiue auus is fuerit,ſiue proauus,ſiue alius adſcenden-
tis ordinis maior,ad liberos recta deſcendit.

Quib.porro deſinẽtib.q̃a caſtrũ illud a Sẽpronio, cõis agna
tionis parente,feudi iure poſſeſſum peruenit, & Titio filio cõ
tigit,oportebat Seiũ eiuſque liberos ĩterim dormire, & pmit
tere,vt Titij liberi,deſcendẽtiũ p̃rogatiuo, illud ad vltimũ vſ-
que haberẽt,quo itidẽ defuncto,agnationis iura reſuſcitant̃,a
primo adquirente,Sẽpronio,videlicet,q̃ſita,& ad Seij liberos
maſculos,atque ex maſculino ſexu prognatos, vt agnatos dẽ
redire,q̃bus ꝓpterea Antiquũ dr̃,vt a tranſuerſalibus interim
poſſeſſum,& non a Sempronio cõi parente immediate deſcẽ
dens.Cuius rei,licet paucis aduertat̃,ea eſt vtilitas,vt in feudũ
paternũ ſucceſſio ſit in infinitũ,in antiquũ vero in ſeptimũ vſ
que gradũ,ſupputatione ſm̃ ius ciuile, vt in ſucceſſionib. ſieri
cõſueuit,facta.in ti.de natu.ſuc.feu.§.paternũ ãt voco. & §.ex
latere omnes p maſculos deſcendẽtes vſque in infinitũ,ſi feu-
dũ ſit paternũ.& in ti.qui feu.dare poſ.§.hoc quoque ſciendũ
eſt,quod beneficiũ hoc ad venientes ex latere, vltra fratres pa
trueles,non progredit̃,ſucceſſione,ſm̃ vſum ab antiquis pru-
dentib.cõſtitutum,licet moderno tp̃e vſque ad ſeptimũ gradũ
ſit vſurpatũ.Quod in maſculis deſcendentib.hodie nouo iure
vſque in infinitũ extendit̃,vbi An.de Iſe.monet in vetuſtis co
dicibus legi,vſque ad ſeptimũ geniculũ, forte Longobardorũ
more,qui geniculũ pro gradu ponunt, vti in Conſtitutione
de ſucc.habent.Parentibus ĩ ſeptimum geniculum ſuccedi.

In qua parte ne impingas,& ſucceſſuris a latere gradum adi
mas,ſciendum eſt An.de Iſer.vſque excluſiue intelligere, qua
ſi in ſexto gradu agnatorũ ſucceſſio in ſeudũ antiquũ cõſiſte
re dẽat,& in ſeptimo non extendi,exẽplo Honorij Papæ,q in
cauſa rebellionis Siciliæ Regis ꝯ Eccleſiã,ita ꝓnuntiarit, ꝙ a
Principe factũ legis uim hr̃e dẽat,ad cõſequentiã producẽdũ.
l.ſi.C.de legib.Sed plerique alii cum Mar.Laud.textum ſua in
terp̃tatione ceu fauorabili & ſucceſſionis cõmodũ ꝓmouẽte
excipiunt,& agnatos in ſeptimo quoque gradu, uſu ſic intro-
ducto,admittũt,non obſtãte Honorij ꝓnunciato, ꝯ iuris cõi
conſtitutũ ſit prolatũ,quare uim legis non poſſit hr̃e,ſed vſq;
ponatur incluſiue,vt ſemp ĩ graduũ ſupputatione fieri ſolet.
Probat Bal.in c.1.§.ſi q̃s de manſo.de contr.inue.Alex. in cõſ.
inc.Circa primũ.vol.3.& ſeq̃tur Frã.Cur.Iunior, in de feu.ſuc.
§.ſucceſſiue expedito ſecundo tractatu.ver. circa iſtam ſecun-
dam regulam.

Eſt tñ ꝙ in tranſuerſalibus vix in quarto gradu ſuccedere cõ
tingat tunc,qñ beneficiũ culpa vaſalli,non tñ in dñi pſonam
commiſſa,amittitur,& ad agnatos reuertitur eos, qui quarti
demũ ſunt gradus,& non citerioris apud Iac.de Bel.in ca.ſi
ille qui interfe.fratrem do.ſu.& Fran.Cur.in ti. feudũ amiſſ.ad
quem &c.§.tertio princ.conclu.

Neque impigre hactenus uelitatum eſt de ſucceſſione tranſuer
ſalium agnatorũ,nunquid in ſtirpes eſſe dẽat,vel potius in ca
pita.Iac.de Ard.in ti.de ſucc.ſeu.§. veruntamen. contendit eã
in capita eſſe,q̃ ſententiam Bal.quoque probat in Aut.ceſſan
te.C.de leg.hæ.qui a proportione commodi, atque incommo
di ratiocinatur,q̃a ſeruitiũ ſeudi p capita diuidat̃,æquũ videri
vt res ipſæ quoq:per capita hr̃dibus obueniant. per l. ſecundũ
natu ram eſt.ff.de reg.iur.

Andr.de Iſernia,de gradibus ſucceſſ.in feu.c.j. tranſuerſales ĩ
ſtirpes ſuccedere mauult,quam opinionem communiter pro
bari Iaco.Aluaro in eodem loco tradit.Franciſ.Curt. in vtran
que partem colligit,ſed tandem in eorum ſn̄iam,ꝙ in ſtirpes
ſuccedatur,manib.pedibuſque concedit, a qua in iudicando
deſciſcendum nequaquam eſſe monet.

Cæterũ cum hic caſus in iure beneficiario ſit p̃termiſſus, ad
iuris Romani trutinam venit ponderandus, ex antlanduſque,
vbi ſimiliter de hoc ſucceſſionis genere inter doctiſſimos iuris
Interpretes parum conuenit,ſed in magnum quaſi conflictũ
ſcholaſtica illa contentio excreuit,& forum in litigatorum in
tolerabile diſpendiũ ſuſpenſum,non ſemel tenuit,qñ Azo fra
trũ filios patruo in capita ſuccedere iuris eſſe reſpõdet, & Ac
curſium alioſque adſeclas habet.Bar.vero (quẽ Cy.Bal. Paul.
de Ca.Ang.Rap.Ful.Alex.Barbatius, & pleriſque alii ſequũt)
in l.poſt cõſanguineos,§. agnati,ff.de ſuis & leg.hæredi. in ſtir-
pes,adeoque parentũ locum ſucceſſionem hãc eſſe,multis rõ
nib.probat.Demũ Carolus eius nominis Imp. V. hanc litem
in Imperij Comitiis ædita cõſtitutione diremit, vt ſi patruus
vna cũ filiis ex altero fratre ſucceſſurus ſuperſit, in ſtirpes id
fieri,vt patruus vnam bonorũ partem,nepotes autem ex fra-
tre,in patris ſui locum vocati,alteram habeant. Sin vero nul
lus ex fratribus defuncti in viuis exiſtat, ſed ex fratribus filii tã
tum numeri vtcunque inęqualis,in capita,atque ex ęquis pat
tibus ſucceſſionem eſſe debere. Quod & in feudis ex iure ſcri-
pto reſpondendũ venit, vt in caſu hoc prætermiſſo agnatos
in capita ſuccedere,nõ in ſtirpes,niſi fratres quoque ſuperſint
illi enim cum præmortuorũ filiis in ſtirpes vocantur. Iuxta d.
§.his vero. de gradib. ſucceſſ.quę ſententia hodie recepta eſt,
& eandem Vdal. Zaſius docte (vt omnia) probat, in Epitome
ſua Feudorum. de ſeudi ſucceſſione,in ſexta concluſione.

Proinde in hoc ſucceſſionis genere nihil refert fratres ex
vtroque parente ſint coniuncti, aut ex uno patre tantum, &
diuerſis matribus,nam æque admittuntur, cum feudum iure
agnationis & conſanguinitatis,quod a patre ducimus,& non
a matre,nobis debetur,tantum abeſt,ut alter alteri ſit p̃ęferen
dus,ex iis,qui unum parentem feudi autorem habent.Sentit

Ia

Iacob. de Ardizo.in ſumma,de ſucceſſione feu. § ſed nunqd frater ex vtroque parente.Bal.& Alu.in d.c. i.de gradibus ſucced.in feudum,cum multis aliis, quos Francif. Curtius allegat,in tertia parte,de ſucceſ.feudi.§. ſexto quæro de notabili qõne. Qui & hoc addit ceu notatu dignum. Beneficium, qđ quis pro ſe & fratre ſuo accepit,non videri pro tota linea fraterna conceſſum ſed pro fratre tantum.Nam in diſpoſitione hominis qua pro adquirendo per ſucceſſionem agitur, non veniunt filii fratrum fratris appellatione.Idem ſentit Bal. in c.quæ in Eccleſiarū.de conſti.quaſi frater propria appellatione,is qui deſignatur,ſolum veniat,& nullo alio gradu per extenſionē interpoſito,vnde inueſtitura pro ſe & fratre recepta,fratrem tãtum includat,& nõ fratris filium, aut patruelē. Quare defuncto fratre eius filii in tale feudū non admittentur,quēadmodū in materia feudorum appellatione filiorū, non veniunt nepotes.notat ēt Iac.Butr.in l.i.C.de ſucce.edic. eſt tex.in c.i.§ & quia vidimus.qui feu.dare poſſunt.

Quo caſu ſi agnatus gradu proprior, feudū ſibi delatum repudiauerit,quia omnibus, qui agnatorū numero ſunt, ius a primo adquirent eſt quæſitum, is qui proxime repudiantē ſequitur illud habebit,& ſic deinceps,donec nemo ex trãſuerſalibus ſucceſſurus ſuperſit, tunc enim ad dñm reuertetur.ꝑ Iac.de Ardi.de feu.ſucceſſione.verſi.vbicunque tñ defertur.

Tertius ordo ſuccedendi in feudum poſſet conſtitui in aſcendentib. Nam primam cauſam liberorum eſſe diximus,et & ſecundam collateralium.Verum per naturam feudi eſt, ꝙ aſcendētes in id non ſuccedunt. per tex.in tit.de natu.ſucceſſ. feu.vbi eſt,ſucceſſionis natura talis eſt,ꝙ aſcendentes nõ ſuccedunt.Verbi gratia,pater filio.Inferius vero filius patri ſuccedit,cum quod per feudum clienti, eiuſq; deſcēdētib.filiis magis proſpicitur,per gloſ.& Alu.in d.ca.i.tum quod aſcendentes ceu ſenio magis confecti,non ita uegeti exiſtimentur ad iuuandum dominos.& ſeruitia præſtanda,uti ſunt adoleſcētes,& illi,qui ſanguine magis incaleſcunt, atq; viribus ſunt præſtantiores.Quamuis enim inueniantur nonnunquam ſeniores,qui iuuenibus & corpore, & animo ſint vegetiores, id tamen non ita frequens eſt,ideoq; placitis hiſce minus cõprehenſum.Tradunt Iaco. de Belui.Nico. Neapolitanus, & pleriq; omnes in d.c.i.

Sed & fieri poteſt, vt parenti ex pacto aditus pateat in feudum filii,nimirum qñ ea conditione feudo ceſſit,vt filius de hoc inueſtiretur, quo ſine filiis defuncto pater in hoc ſuccedat,id tamen quod magis fit iure prouiſionis, quã ſucceſſionis.habet Iaco.de Ardiz. in ſumma ſua.in §.aſcendentes.tit. de ſucceſ.feu.per l.fi.C.de emancip.libe.& eſt caſus in §.quodam vſu traditum.de capi.extraord.

II. Succedet pater,ſi filius eius contemplatione fuerit inueſtitus,puta ob benemerita patris in dñm,ſine quib.beneficium non obtinuiſſet,quod & Alua.probat.

III. Licet in beneficium nouum aſcendentes non ſuccedant, ad antiquum tamen admittūtur,maxime ſi ſit ex linea ſi tranſuerſali.Apud Iaco.de Ardiz.in tit. de ſucceſſ.feu. §.an aſcendentes.allegans tex.in c.i.ti.Imper.Lotharius.Euge.papæ, qui tamen non admodum quadrat.Reliqua huius farinę habet Francif.Cur.Iunior,in 3.parte,de feud.ſucceſ. §.expedito primo tractatu ſucceſſionis deſcēdentium.Quæ res,cum ad certam diſtinctionem ſit accipienda, vt pro ſua varietate diuiſionem admittat,ſine qua nihil,quod ſimplex non eſt, bene explicari poteſt eius hoc παράδειγμα ob oculos,tyrocinii ergo q nouus accedis,tibi ponam,vt quæ interpretes tradūt,abſque, difficultate adſequaris:Alioqui,cum non ita frequens ſit, vt parentes,aut deſcendentes iis qui deſcendentium ſunt numero in beneficiis ſuccedant, facile tibi remora hoc loci fieret, & niſi progymnaſmate quodam iuueris, non ita prompte daretur,quid iuris ſit conſulentibus reſpondere.Itaque Senis vaſallus decedens reliquit duos filios,quorum alter Titius puto beneficium illud obtinuit,alter vero Pamphilus aliis bonis contentus,fratri in feudo conceſſit,vterq; filiis auctus etiã Deo naturæq; concedit,qui ex Titio natus eſt, ēt filium eius nepotem,feudi hęredem poſt ſe relinquit,quo defuncto,feudum illud qa antiquum eſt, a Pamphili patre,eiuſque ſuperſtitis filii auo proueniens,ad eundem ex linea tranſuerſali aſcendentem,pro patruelem videlicet,pertinebit.Sin autē feudum ſit paternum,in deſcendentibus,adeoque liberis conſiſtens,defuncto nepote,qui id poſſedit, ad auum regulariter non redit,niſi eius pactū ſit interpoſitum, in quem modum d.c.j.de nat.ſucce. feud.eſt accipiendum, rationibus contra auum,& facti infrequentia, militantibus. In nouum autem beneficium,quia pro ſe & filiis adquiri ſolet,ſi non,ut ad eis quoq; defuncto acceptore pertineat conueniſſet, aſcendētes haud ſuccedunt, ſiue parentum, ſiue tranſuerſalium ſint ordine,cum etiam frater in fratris ſui feudum recens partum, non admittatur.

DE BENEFICIIS, IN QVAE NON DATVR ſucceſſio,ſed cum vaſallo,& quandoque etiam ſuperſtite ipſo euaneſcunt. Cap. III.

Qvamuis Conradi Imper. conſtitutione,& vſu recens introducto ſit factū, vt feuda ad hæredes non ſolum deſcendentes,ſed etiam tranſuerſalis lineæ pertinere debeat, vnde & ſucceſſioni præter ius in iis quæſitum ſit locus,id tamen in multis beneficiis ex natura rei non obtinet.Præter hoc,quod ex delicto,modo vaſalli,modo eius ſucceſſoris,etiam non de uoluitur,vt ſuo loco de feudi amiſſione explicabimus.Ad noſtrum inſtitutum ꝙ pertinet,Imperium Romanum ad poſteros non tranſmittitur,licet hoc ante conſtitionem,quam auream vocant,atq; Carolinam,factum ſit in Pipino, Carolo magno,Ludouico.Lothario,& nõnullis aliis, qui a patribus in Principatum videntur ſubrogari. Hodie tamen electione Imperator Chriſtiano orbi cõtingit,Deo ſic largiēte, cui magiſtratum in tuitionem bonorum, & uindictam malorum, accepto ferimus maxime hunc,qui ſupremus eſt,l.i i. §. quia vero Imperialem.C.de vete.iure enucl.c.venerabilem.de ele. & elect.pote.Et quidem Cęſarem Imperii Electores principes deſignare poterunt, ſed Imperatoris iura ante inſulam Imperialem ſuſceptam exercere,non ita fas eſt l.fi. C. de quadrien. præſcrip.& Auth. de conſul. §.fin.de quibus latius videre eſt apud Petrum de Mõte uenen,in Monarchia, & Io. Hugonē Seleſtadium,in tractatu de officio quatuor Prælatorum.

Sed & feuda regalem dignitatem habentia,vt ſunt principatus,Marchia,Comitatus,Ducatus,& c.ſucceſſione non acquiruntur,adeo ut etiam diuiſionem non recipiant,licet hodie ſecus ſit vſurpatum,in ti.de aliena.feu §.in feudo Comitatus,vel Marchiæ,vel aliarum dignitatum non eſt ſucceſſio ſecundum rationabilem vſum, ſed hodie hoc eſt vſurpatum, de feudo Marchię, Ducatus, vel Comitatus. Hæres enim nõ ſuccedit ullo modo, niſi ab imperatore per inueſtituram adquiſierit,& de prohi.feu.alie.per Fed. c. Imperialē.§.pręterea Ducatus,Marchionatus,Comitatus, de cętero non diuidantur.Et bene quidem factum eſt, in principatus ſucceſſionem eſſe non debere. Quandoquidem principis uita, vt Plinius teſtatur,in Panegyrico ad Trayanum,Reipublicę cenſura eſt ad quam ceu communem normam diriguntur ſubditi, conueniens erat, non ſanguini, quo nonnunquam ſtolti & improbi contingunt,ſed vitæ & morum honeſtate conſpicuis viris magiſtratus deferri,ad quod pulchre reſpondent c.X V I I. Deute.vbi Regis officium eleganter eſt depictum.c. Moſes.c. ſi ergo.& c.licet viiii.& l.i.C.ut omnes iud.tam ciuiles quam militares,a quo tam vſurpatione ipſa iam eſt,& principatus hæreditaria quoq; ſucceſſione liberis ex æquo obueniunt, in ueſtitura tantum imperio ſalua. ut in d. §. in feudo Comitatus.Interpretes magis abunde ſcribunt,quam vt hic aliquid ĩculcari,& noctuæ Athenas ferri debeant,vt eſt in prouerbio.

Feudum ſoldatæ ad hæredem non pertinet,ſed morte tam domini quam vaſalli finit,quod alimētorum contemplatione quodammodo præſtari diximus,& inter pſonaliſſima, vt vulgo loquar,habetur,quia non ſolum recipientis,ſed & dãtis vitam non excedit,per Doctor.in c.i. §. ſoldata.quis dicat. Dux,& c.Bal.Alu.atque alios in præludiis feudorum.

Similiter quod Caſtaldiæ,& Guardiæ beneficium dicimus, & quod pro mercede confertur in hæredes non prorogatur, ſed quia officii ergo datur,annuo tempore durat,poſt vero a poſſeſſore auferri iure poterit.Pro pretio autem datur beneficium aduocationis,Cãcellariatus,procurationis, & id genus alia, quæ functioni accidunt,& in dubio annalia habentur, ne officia perpetuo conceſſa in tyrannidem atque expilationem ſubditis,intuitu prorogationis illius immodicæ,exeant. Cum & Romani id cauentes magiſtratus ſingulis annis mutare, & Calendis Ianuariis nouos ſubrogare ſolebant, promulgatis etiam legibus Iulia, Cæcilia, Seruilia, Acilia,Cornelia, & rurſus Iulia, repetundarum pecuniarum, quas magiſtratus etiam a ſociis pro auaritia ſua extorſiſſent. Apud Ciceronem, quarta in Verrem actione, Liuium libro tertio Decad. v. Cornelium Tacitum, libro 15. & ſcribit eleganter Ioan. Vlricus Zaſius in Catalogo legum antiquarum, vt iuris veteris obliuiſcar.Recte igitur taliſmodi feuda temporalia ſunt,& ab ſucceſſionis neceſſitate aliena.Sic eſt in titul. de iis qui feudum dare poſſunt.§.item illud quod datur nomine Caſtaldiæ, vel Guardię, & pro mercede alicuius rei, tranſacto anno poteſt iure auferri, etiam pretio pro eo dato non reſtituto. Vbi And. de Iſern.Iacob. de Bel.Bald.Aluarotus,& alij, & Iacob. de Ardizo in ſumma, de ſucceſſione feudi.§.item in ſoldatę feudo nulla eſt ſucceſſio.

Beneficium vſuſfructus nomine,vel pro annua præſtatione conceſſum, nulla hæredum mentione facta illud cū ſtu-

ctuario,hoc vere poſt annum deſinit, & ſucceſſorem nõ admittit.arg l.quintus.§.ſingulos. C. de vſufruct. l.duobus. & l. annum.ff.de annu.leg.& l.ſancimus.C. de donatio.Cæterum tale beneficium vel Eccleſiæ, vel vniuerſitati collatum propter corporis illius ꝑpetuitatem, etiam perpetuũ ĩtelligitur, aut ad minus in centeſimum annum,quæ hominis ætas eſſe ſolet,ſubſiſtere poteſt Autore.etiam Iacob.de Ard.in d.tit.de ſucceſſ.feud.§. item vſufructus.

Poſtremo ea res, in cuius poſſeſſionem iuſſu domini quis peruenit,vt feudi nomine eam haberet, circa tamen inueſtituram in ſucceſſorem non transferetur, per Bald.etiam in l. ſi liberti.C.de oper.libert. Sin autẽ præſentibus paribus,adeo que teſtibus poſſeſſionem illam ingredi ſit iuſſus,quia actus ille pro ſolenni habetur, atque perinde ac ſi per inueſtiturã feudum rectũ eſſet cõſtitutum,hæredibus acceſſum facit: apud Doct.in c.quib. mo. feudum conſtituitur. accedit.c.1.§. naturam.de cõſuetud.recti feudi, tametſi Pileus in dubium vocet,ſi beneficium cuius poſſeſſionem quis ſine inueſtitura domini iuſſu obtinuit, præſentibus etiã paribus, in hæredes ſit transferendum.allegans.d.c.1. quaſi ſine inueſtitura nullum feudum conſtituatur.

Minus negotij faceſſit beneficium perſonale, quin cum perſona ipſa deſinat, cuiuſmodi poterit eſſe aduocationis, Cancellariatus,& id genus alia, non functionis intuitu, ſed perſonæ datum.l.petitionem.C.de aduo.diuerſo.iudi.l.fordidorum.C.de excuſ mu. lib.x.& l. in omnibus cauſis.ff. de regulis iuris.Poteſt tamen fieri, vt tale beneficium ad ſuos hæredes tranſeat,non autem extraneos.l.1..C. de priuile.eo.qui in ſacro cõſiſto.lib.xij.facit.c.filius.xvj.q.vij. Secus eſt in beneficio perſonali,ꝙ collegio datur, perpetuum enim eſt & ad poſteros transfertur.arg.l.an vſumfru.ff. de vſufruct.Quod & denuum ceſſat,ſi collegium corruat, vel eſſe in corpore ſuo deſinat.l.ſi vſufructus.ff.qb.mod.vſusfruct. amit. & tradit Io. Blanch.in ſumma,de conceſſio.feu.§.itẽ ſi perſonale benefi.

VT DEFVNCTO DOMINO IN IVRE VAſallagij ſucceditur, tum pluribus hæredibus exiſtentib. quomodo inueſtitura, atque à quibus agnoſcenda. C. IIII.

DE eo non eſt quærendum, quo pacto hæredes domini, in bona feudi nomine alijs conceſſa,ſuccedant,vt quorum proprietas iure directo eis ſalua eſt,& ſucceſſorẽ non ſecus atque Alaudialia admittunt, ſed illud ſcrupulũ inijcere poterit,ex quo dominium vtile propterea in vaſallum transfertur, vt domino fidelitatis,ſeruitiorumque præſtationem debeat,& ſic cũ vaſallum,& iure aliquo ſibi addictum habeat,ꝙ vaſallagiũ, ſeu,vt Blanchus, vaſallaticũ ſuo vocabulo apellant, pro eo iure,ꝙ dominus in ſuum vaſallum ratione feudi fidelitate ſibi obſtrictum habet,quomodo in hoc ius per conſuetudinẽ beneficiariã ſuccedatur, cũ legibus Romanis ſit incognitũ.

Vbi quæſitum eſt, ſi dominus decedens reliquiſſet filios, quorum alij rerum feudalium, & ſic in vaſallagium, hæredes ſunt,alij vero non,an ne,omnibus fidelitas ſit præſtanda. Et magis eſt, vt omnibus ſinguliſque vaſallus habeatur fidelis,eo tamen caſu, quo domino adhuc viuenti eiusque liberis ſe fidelem fore iurauit, vt q̃ño filiis etiam non hæredibus, propter iuriſiurandi religionem fidelitatem debeat, cuius argumenta petuntur ex.l.ſi quis operas. ff. de oper. libert.l. quicunque.§.ſi quis.ff.de verbor.oblig.verum ꝙ vaſallus propterea ad ſeruitia illi, qui neque hæres eſt, neque iureiurando, aut feudali contractu ei obligatur, addictus eſſe deberet, inciuile plane videretur,æquum ſiquidem eſt, vt illi officium exhibeamus,vnde beneficiũ agnoſcimus, quo ablato & ſeruitia optimo iure ſubtrahuntur. Nam ceſſante cauſa, Imperator effectum quoque ceſſare reſcribit.in l.ſi pater.C.de hæredib.inſtitu.& l.generaliter.C.de epiſcop.& cler. Iacob.de Ardiz.in tit.de ſucceſſ.feud.§.ſed quæritur.de filijs domini.

Ioan.Blanch.in ſumma, tit.qui poſſunt domino in iure feudi ſuccedere,vnde hoc eſt ꝙ quæritur, ſub diſtinctione reſpondet,vt ſi vaſallus promiſiſſet certa ſeruitia, iureiurando domino & non liberis etiam præſtito, defuncti domini liberis fidelitatem non deberi,ſed hęredibus.Sin vero incerta ſeruitia debeat, tunc filij domini ſui, in vaſallagij iura ſuccedent,etiam nõ hæredes, modo legitime exhæredati nõ ſint, ꝙ & in hærede extraneo,aut ſcripto procedere contendit, q̃ ſuccedat,ſiue certa debeãtur ſeruitia, ſiue incerta. arg.l. tale pactum.ff.de pact.& l.venia.C. de in ius uoc.

Alioqui dominus plures hæredes relinquens, poterit vnĩ ex ijs vaſallagium adſignare,ſed circa teſtamentariam ordinationem,& is ſolus dominus feudi erit, cui & fidelitas præſtanda (id ꝙ hodie conſuetudo maiori natu attribuit, qui etiam aliorum cohæredum nomine inueſtituram facit) ita tamen vt alij propterea non excludantur à iuris illius commoditate:Sed eo,cui adſignatio erat,facta,defuncto,ſuperſtites ius inueſtiendi exercebunt, interim fidelitate ipſis ſalua. arg.l.1.ff.de adſigna.libert.& §.1.Inſtit.eod.tit.& l.fi.ff.de ope. liber. Quæ adſignatio ſi non fiat, omnes in ius illud dominicum ſuccedent,hæredes pro hæreditaria portione,non hæredes pro virili, quo tamen caſu vaſallus non ab omnibus inueſtituram recipere tenetur, neque cunctis inſeruire,ne qui prius cum vno contraxit, iam multos dominos agnoſcere, & ſeruitia ſua multifariã partiri, atque adgrauare cogatur, cum iuris ſit manifeſti, ex hæredis perſona non mutandam eſſe obligationis conditionem,præterea iniquum,ꝙ hæredes plus commodi, etiam cum alterius iactura, ferre ſatagant, quam defuncto debebatur.arg.l.3.ſi plures.ff. ſi quid in frau. pat.l.de pupillo.§.ſi plurium res.ff.de no.oper. nunt.l.2. ff. de verb.obli.& l.fi.ff.ſi fa.fur.fe.di.

Vnus itaque ex cohæredibus inueſtituram facere debet, ac fidelitatem recipere,idque ad conſenſum aliorum, proinde vaſallus omnibus nuntiare tenetur, pro facienda inueſtitura,per vnum, cui fidelitatem præſtet, atque vt in eum conſentiant, ꝙ niſi fecerint magiſtratus pro officio ſuo cogere eos poterit,etiã acceptis pignoribus, vt vni id cõmendent, vel ipſi poteſtas erit eligere ad hoc eum ex cohæredibus, qui ſit magis idoneus.Aut etiam vaſallo liberum erit optionem illam in ſe trãſferre,& ex cohæredibus eligere,cui in hoc gratificari velit,& inueſtiturã ab eo recipere, & qui ſic electus, vel etiam per ſe paratus fuit infeudationem facere, quæ de iure debeatur, primas in vaſallagio habebit. Quod ſi vaſallus optionem illam nõ fecerit,omnibus fidelitatem præſtare coget,& ex æquo in dominos agnoſcere,ſeruitiaque vt oportet præbere,tamen pro vna fidelitate exhibita,plures ſiquidẽ domini, etiamſi feudum inter ſe diuidant, nullo modo niſi vnam fidelitatem ex eodem habere poterunt, & accedit l. in venditione.ff.de bon.auto.iudi. poſſi.§.itaque.& §.fin.Inſtitu. de ſatiſda.tut.d.l.de pupillo.§.ſi plurium res.ff.de operis noui nuntiat l.ſi res quæ ſibi.§. 1. ff. de euictio.l. ſi quis ſeruum.ff. de legat.2.tradit Iacob.de Ardizo in ſum ma, de ſucceſſione feudi.§. debent enim omnes conſentire in vnum. §. veruntamen puto.& §.ꝙ ſi non ſint parati.& §.& ſi vaſallus.

Et licet vni ad aliorũ conſenſum præſtiterit iuſiurandum fidelitatis,omnium tamen vaſallus erit, quibus & operas atque ſeruitia exhibere debet, ſed iuſto moderamine ad boni uiri arbitatum adhibito,qui beneficij ipſius vires, ad ſeruitia petita referre,& compenſare recte poteſt, ne oneris grauitas exuperet rei emolumentum, adeoque domini, *vtilitatis* cõpendium,cum vaſalli maxima iactura quęrere non *ceſſent.* Eſt in § ſeruitia vero. de capit. extraord. niſi forte beneficio renunciare, & ad nullam fidelitatem porro adſtrictus eſſe malit,ꝙ citra nominis periculum.non obſtante iuriſiurandi religione facere non prohibetur iuxta. §. cum plures. de extraordinarijs capit.arg.l.ſi cuius.§. Iulianis.ff. de vſufru.& *l.ſi* duo ſocij.ff.de hæred.inſti.l.is cui.§.ſi plures.ff.vt in poſ*ſeatur.*

Sed hæc ſeruitia nunquid cuilibet dominorũ in ſolidum facienda? Reſpondetur diſtinguendo: Aut enim ſeruitia conſiſtunt in faciendo,vel non faciendo,& factũ ipſum eſt diuiduum,& cuilibet in ſolidum debentur. Si vero in dando,& domini ea,quaſi duo, non ſunt ſtipulati, & pro parte duntaxat ſeruitia illa,modo diuiſionem recipiant, debentur ſingulis.arg.l.2.ff.de duobus reis ſtipul.l.fi.ff. ſi fami. fur. fec.di.& l.1.ff.ſi tab.nul.ex.ſentit Iac.de Ardizo.in tit. de ſucceſſ. feud. §.poſſet etiã dici.& §.ſed quæritur.& habet Pileus, ĩ qõ.ſuis.

FEVDVM PRAESCRIPTIONE ETIAM ACquiri,& quis ſit eius effectus in materia feudali. CAP. V.

PRæſcriptioni non ſecus in rebus beneficiarijs, atque ciuilibus locũ haberi,humanum eſt, atque rationi congruum, vt in quibus iura uigilantibus etiam ſubuenire, Scębidio Scęuola monente,non eſt inconueniens. Et pro rerum, exigentia modo contra dominum, modo contra vaſallum, modo contra alium inſtauratur.Contra dominum, vt ſi res pignori per dominum vaſallo ſit data, & poſt feudi nomine accepta,atque ab eo tempore, vt feudũ, xxx.annis poſſeſſa, demum vt pignus aduerſus vaſallũ vindicetur, obſtabit pręſcriptio illa longiſſimi temporis,& res porro feudi iure apud vaſallum remanebit.Eſt text.in cap.1.ab exordio. de vſu mediola.Item vaſallus pędium poſſidet vt beneficiarium,ſeruitia enim,& fidelitatem domino per triginta annos eius nomine præſtitit, quod dominus tandem vt Alaudium vendicate contendit, quia vaſallus pręſcriptionem triginta annorum pętexit,eamque probat contra dominum, etiam ſi de eo non ſit inueſtitus,ſe longiſsimæ pręſcriptionis obiectu tuebitur,quemadmodum eſt in tit.ſi de feu.defun.ſit contẽ.

inter

inter dom.& agnat. §.ſi quis per triginta annos rem aliquã, vt feudum poſſederit, & ſeruitiũ domino exhibuerit, quamnis de ea re non ſit inueſtitus, pręſcriptionę tamen triginta annorum ſe tueri poteſt.

Vbi monendi ſumus præſcriptionis initium, non à poſſeſſione inchoata, vt quæ abſque operis ad feudum conſtituendum non eſt ſatis, ſed à præſtito ſeruitio faciendũ eſſe, ꝙ poſſeſſorẽ hoc caſu, vbi inueſtitio nulla eſt, bonæfidei facit. Nec opus eſt per tantum tempus continuo ſeruitium eſſe, ſed vel ſemel, ab eo tñ tempore id ſactum ſufficit, vt præſcriptio interim decurrat. Paratus enim fuiſſe præſumitur inſeruire, qñcunque à dño eſſet interpellatus. iux. d. tit. Si de feud defun. §. licet vaſal. dño ſeruitium non offerat, dummodo petenti ſeruire paratus ſit, beneficium non amittit. Vide Andr. de Iſer. in d. §. ſi quis per xxx. cum Bal. Alua. atque alijs. & accedit. c. cum Eccleſia. de poſſ. & proprie.

Aduerſus vaſallum; quoque præſcriptionem currere hic oſtẽditur. Caſtrum aliquod poſſidet, ꝙ dñs pp feloniæ commiſſum ſibi apertũ cõtendit, & repetit, vaſallus excipit Alaudium eſſe, ꝙ ingratitudinis uitio non adficiatur, quia dñs probat ſeruitia ſibi de eo, vt de feudo à tempore triginta annorum exhibita, quapp feudũ ſit ꝓprietatis iure ad ſe ſpectans, & recte amiſſum erit. colligit & ſentit Bald. per. l. fi. C. de indict. vid. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. ff de iureiuran. & habet Specul. in tit. de feud. §. 2. & Alua. in dicto. §. ſi qs per xxx. Etenim cum dñs, & vaſallus pari iure cenſeantur, quod vaſallo commodat, à domino non debet eſſe alienum.

Similiter, re feudali bona fide ab aliquo vendita, ſi emptor lõgi temporis ſpatio atq; intercapedine eam inter præſentes poſſederit, pp bonam fidem, qua iuductus eſt, vt eius traditionem acciperet, præſcriptione tutus erit, ẽt ꝯ vaſallũ interim in utramuis aurem dormitantem. Eſt in, de capitulis extraordinarijs. §. in beneficijs, vt in cæteris ꝯctibus, præſcriptionis currere ſatis humanum, & rationi cõgruum eſſe vr̃. Si quis ergo feudum alienum bona fide ab aliquo iuſta traditione acceperit, licet dñs non ſit, cum verus dñs in traditione putetur, longi temporis præſcriptione ius ſibi acquirit. Si vero malam fidem habuerit, nulla ſe poterit tueri præſcriptione, nec ẽt de euictione agere poterit. Et qñcunq; ius vaſalli. ſic per alium pręſcribitur, neque dño, neque agnatis pręiudicare debet, vtili rei vendicatione ppea competẽte & ſalua, niſi & ꝯ ipſos aliquid interceſſerit, vnde ẽt conſenſus tacitus elici poſſet. Per. l. alienationis. ff. de verborum ſignificatio. notatur in l. vbi lex. ff. de vſucap. & Alua. in c. 1. ſi de feud. fue. contro. & c. 1. de ſucceſſ. feud.

Tamẽ Ioan. Blanchus, in titulo. de cauſis, pp quas ius dñi, ꝙ habet in feudo, amittatur. §. & nunquid. exiſtimet vaſallũ ꝯ eum, qui præſcriptionem conuentus opponit, ex dñi perſona, cui defenſio illa non obeſt, iuuari poſſe. per c. ad audientiam. ext. de præſcriptio, ꝙ forte obtinet, ſi ex mandato agat, aut denuo inueſtitus.

Sed & cohæredi, qui ſciat rem beneficiariam ab alio vſucapi, periculo erit, vt qui de iure ſibi in ea quæſito parum circumſpectus fuit, & negligentiæ ſuæ cauſam merito fert. Sed ignoranti non obſtabit, niſi triginta vel quadraginta ſit annorum, qua omnis actio impeditur. l. omnes. & l. ſicut. C. de præſcript. triginta vel quadraginta annor. & refert Iacob. de Ardiz. in tit. Quibus modis feudum amittitur. §. vtrum præſcriptione feudum adquiratur. & §. ſed nunquid præſcriptio obſtabit cohæredi.

Tunc autem in rebus feudalibus ad pręſcriptionem recurritur, qñ de inueſtitura non conſtat, alioqui ſi vaſallus aliqd de inueſtitura propoſuerit, vnde vel coniecturis ſm eam fiat locus, & per continuum annum in poſſeſſione fuerat, ſola iuriſiurandi religione ſe ꝯ dñm quoque tuebitur, modo ſciuiſſet, & non ꝯdixiſſet dñs rem ſic vſupari. Eſt textus. in §. ſi autem aliquis in poſſeſſione feudi ſit. Si de inueſtitu. inter dom. & vaſall. lis oriatur. & capit. 1. de conten. inter dom. & vaſall.

Et ad hoc, vt præſcriptione res feudalis quæratur, duo ſunt neceſſaria. Primo, vt res tanquam beneficiaria ſit poſſeſſa, nimirum ſeruitijs olim (vt à tempore triginta annorũ primo ſit inſeruitum) exhibitis. Secundo, vt id, triginta annorum, & ſic longiſſimi temporis intercapedine ſit factum, quam præſcriptionem ppea formalem noſtri appellant, ad quam rem non ſatis eſt temporis longitudinẽ allegare, cum tempus nõ ſit modus inducendæ, vel tollendæ obligationis, ſed oportet cauſa ſit, quam ſm propoſitam materiam expendimus, ſuper qua fundetur, ſic in noſtro caſu oportet triginta anni effluxerint, qñ de re illa primum opæ, vt de feudali, dño ſint præſtitę, à quibus per continuam poſſeſſionem præſcriptio recte currit. Per gloſſ. in c. 1. de feudo dato inuicem leg. commiſſ. & facit. l. fin. ff. quemad. ſeruit. amittatur. Cynus. in leg. cõpetit. C. de pręſcri. triginta annorũ. vbi & Bartolus & Sali.

Cuius vſucapionis effectus eſt ex fide, aut tituli munimine accipiendus, vt, ſi quis bona fide rem beneficiariam triginta annis vſurpaſſet, & demum à poſſeſſione eius deijciatur, pręter hoc, ꝙ exceptione ꝯ quemlibet agentem ſibi parta defenditur, eſt ꝙ ẽt actionem habeat aduerſus quemcũque poſſeſſorem, ſolo domino excepto cuius ius directũ non ita pręſcribendo interuertitur. Sin vero malę fidei ſit vſucapiẽs, qa tituli munimine nõ iuuatur, ſed ſola temporis diuturnitate, exceptionem quidem ꝯ quemlibet actorem habet, ſed experiundi nullum erit ſubſidium, niſi ꝯ violentum deiectorem. Tractat Iacob. de Ardiz. in d. §. vtrum pręſcriptione acquiratur feudum. §. ſed quæritur ſi uaſallus. arg. l. ſi quis emptionis §. hic. & §. ſed & ſi quis. C. de præſcript. xxx. anno.

Neque obſtat acquiſitioni per triginta annorum præſcriptionem, c. imperialem. Nos autem. de prohib. feud. alie. per Feder. vbi eſt, alienationes rerum feudalium illicitas caſſari, nullius temporis præſcriptione impediente: quia ꝙ ab initio de iure non valuit, tractu temporis conualeſcere non debet. Emptori bonę fidei, ex empto actione de pretio, contra venditorem competente, quaſi prohibita alienatione, & vſucapioni non debeat eſſe locus. Vnde & Pyleus inductus nullam præſcriptionem in feudis admittere videtur. Sed conſtitutionem plerique omnes de præſcriptione longa intelligunt, cum noſtra ſit triginta annorum, multũ prærogatiuæ in iure præ ſe ferens. Præter hoc, ꝙ ſæpenumero, & ferme regulariter tanta vſucapio pro feudo conſti ꝯ endo, neque in domini præiudicium ita admirattur, neque vt propterea feudum alienatum habeatur, ꝙ conſtitutio interdicet. Doctor. in d. §. ſi quis per xxx.

Ea de cauſa decretum eſt, & communis eruditorum conſenſus, beneficium per vaſalli negligentiam pręſcriptum, ꝙ in domini fraudem fieri exiſtimatur, & alienationis ſpeciem pię ſe ferre, ad dominum, per rei vindicationem redire, nulla temporis etiam præſcriptione impediente Iaco. de Ardizo. in titu. Quibus modis feudum amittatur. Rubricella. Vtrum ſi vaſallus patitur vſucapionem procedere & cõpleri, amittat feudum. Per. l. ſtatus liber. §. 1. ff. de ſtatu lib. l. alienationis verbo. ff. de verbor. ſignificat. & l. ab eo emas. ff. de vſucap. eũ l. 3. §. 1. ff. quæ in fraud. credit. Vide Ioan. Blanch. in tit. de content. feudi. § ſi enim res commiſſa non ſit.

INVESTITVRAE BENEFICII PETENDAE quantum temporis ſit datum, quando currere incipiat, & quibus. Cap. VI.

RElatum eſt feudum non tantũ ſucceſſione acquiri, vt eunque iuris aliquid in eo tribuat, propter ꝙ hr̃s excludi ſine culpa nõ poſſit, ſed opus eſſe vt inueſtitio quoque accedat, per quam domino obligatur, & vaſalli iura etiam vtilia conſequitur. Cæterum ne domino in hoc remora fiat, & cliens ſine vlla fidelitatis agnitione bonis eius vtatur fruatur, etiã per Conſtitutiones, quæ vſibus feudorum acceſſerunt, tempus pręſtitũ eſt, quo inueſtitura peti, & dominus eius cauſa per vaſallum, idque in beneficio ꝙ paternum vel antiquum eſſe diximus, interpellari debeat, quo non facto, ingratus eſſe videatur & eo priuari poſſit. Quod tempus anno & die plerunq; includitur, & vſu magis eſt admiſſum. Fed. Imper. in l. Imperialẽ. de prohibita feudi aliena. §. prętere a ſi quis inſeudatus, maior quatuordecim annis, ſua incuria vel negligentia, per annum & diem ſteterit, ꝙ feudi inueſtituram à ꝓprio domino non petierit, tranſacto hoc ſpatio feudum amittat, & id ad dominum redeat: Quod ne ab eo diſſentire videatur, ꝙ in Lotharij conſtitutione eſt tit. Quo tempore miles inueſtituram petere debeat. c. ſancimus vt nemo miles vltra annum & menſem vadat, & inueſtituram beneficij ſui à filio, vel ſucceſſore domini ſui non petat. Plerique omnes interpretes hanc Lotharij. conſtitutionem de eo vaſallo intelligunt, qui armatus ſit milicię, cuius intuitu annũ & meſem habere debeat (niſi eam iam antiquaram cum Andre. de Iſernia dicere malis) & alteram Fed. de vaſallo non militante, ꝙ & vſurpatur.

Vaſallus igitur quatuordecim annorum (nam de pupillo, qui ex ephebis necdum exceſſit, vt recipere feudum non cogatur, alibi, & de ijs, qui feudũ ſuſcipere poſſunt, eſt relatum) niſi inueſtituram beneficij ſui vel à parente, vel ab agnatis delati, intra annum & diem ab ipſo domino, vel eius hęrode petierit, priuari eo poterit. Tamen uigeſimumnonũ annum ętatis, ſi non ſit egreſſus, quia per ętatis illius lubricitatem atque inconſiderantiam deceptus atque lęſus videri poſſet, reſtitutionem petere ex ęquitatis ſubſidio non prohibetur. l. 1. C. de tempo. in intregum reſtit. & l. interdum. ff. de minoribus & Ioan. Blanchus in ſumma. tit. Quibus modis feudum acquiritur. §. eſt autem feudi inueſtitura petenda.

Cæterũ ne ille reſtitutionis p̃textus fraudi ſit dñis, poterũt maiorem xiiii. an. & xxv. minorẽ pñtib. quibuſdã ex paribus,

ad minus duobus, aut etiam per ipſos pares, qui ſi non ſint, alijs legitimis modis in teſtium fide dignorum conſpectu monere officij,&,vt feudũ præſtita fidelitate agnoſcat, hortari, ꝙ ſi tertium quoque monitus non fecerit, doli mali inſimulatur,& propter contumaciam illum inexcuſabilem, vt ingratus,beneficium amittit, abſque eo, vt per in integrum reſtitutionem id recuperare porro queat. per.l. ſi ex cauſa.§. ſi in commiſſum.ff. de minoribus.§. ſi unum de prædictis.in Nouell.Vt cũ de apell.cognoſc.Tradunt Bald.& Iacob.Alu. in d §.præterea ſi quis infeudatus. & Iacob. de Ardizon.titu. Quibus modis feu.amittit.§.ſi dominus fecerit vaſallũ citari,

Quod tempus quiſque vaſallorum integrum habere debet,vt cui in beneficium ſucceſſuro per conſtitutiones,quoque eſt conceſſum, quapp ſi defuncto vaſallo patruus eius ſuperſtes hæres,ſemeſtri tempore decurſo prius, quam feudi inueſtituram recepiſſet,deceſſerit,filius eius, quẽ iura agnationis proximiorem ad hoc faciunt, annũ & diem integre habebit ad inueſtituram petendam,non obſtante,ꝙ ante ſeſquiannum defunctus ſit vaſallus patruelis, vt ſic ſemeſtre illud patri decurſum,ei nõ imputetur: Vſque adeo antiquum beneficium maiorum contemplatione magis obuenit, iure ad id iam olim quæſito,& dñi munificentia, quam adminiculo anteceſſoris vaſalli, à quo inchoatum tempus, ſucceſſori, de ſua inueſtitura, atque diligentia ſollicito, non debet imputari atque obeſſe.Secus eſt in feudo nouo,ꝙ à patre ſolum deuoluitur, cum quo eadem perſona hr̃.Ideoque tempus ꝙ pater currere paſſus eſt, filio quoque imputandũ erit. Per Iocabum de Bello. & Nicolaũ Neapolitanum in dicto capitulo,1.quo tempore miles inueſtit.peter.deb. argument. l.1.§.quibus.ff.de ſucceſſio.edict.l.final.C. qui admitti ad bonor.poſſeſſ.poſſunt.l. Aemilius. & l.etiam.ff.de minoribus.

Sed & tempus illud quo ad initiũ eius, atque natiuitatem vtile dicitur,non enim,niſi ſcienti,atque ei qui abſentia, aut alioqui iuſto impedimento non detinetur. Verum vbi ſemel cœperit curſum,quia vaſallus iam dñi mortem, aut vaſalli reſciuit,aut ſe repræſentare præpeditus nõ eſt,quo ad progreſſum ſuum continuum erit,dies tam feſtos, quam pro feſtos complectens.l.1.& l.regula.§.ſed facti.ff. de iuris, & facti igno.l.omnes.& l.annus.ff.de calumnia. & l.cum ſeſſ.ff.de ædilit.edict.Per Iacobum de Bello.in dicto.§ præterea.& Iacob. de Ardizo.in titul.Quibus modis feud.adquir.§. qñ currit annus vaſallo ad petendã inueſtituram. Neque in poteſtate eſt dñi illud conſtringere,& breuius ſtatuere, niſi vaſallo cõſentiente,& iuri ſuo renũnciantẽ,itaq; interpellari quidem vaſal. poterit, vt inueſtit.anno & die nedum decurſus recipiat,tñ ſi hoc poſt habeat,q̃a lex id,ꝙ amputatũ eſt,ſupplere ſolet, beneficio priuandus non erit.Per auth. hodie.C. de tẽp.app.

Tum quia & dominus & vaſallus,maxime quo ad ius priuatiuum,ad paria adſtringuntur, tempus illud annuum, ad petendam inueſtituram præfixum,ẽt dño fatale eſſe ſolet;qñ quidem qui vaſallum petentem, atque ſupplicẽ intra id temporis infeudare ſine cauſa legitima recuſarit,feudi proprietatem ſententiæ neceſſitate perdet.Per cap.1.qualiter dominus feud.propri.priuatur.c.Domino committente. & de feu.fu. cont.& c.1.de forma fide.Attñ ſi dominus poſtea ad ſe reuerſus,inueſtituram offerat, vaſallus nõ debet eam detractare, & ingratitudini locum facere, apud Iac.de Ardi.in tit.quib. mod.feud. amit.§.quid ſi duo contendant. verſi.ſed pone.

His adde interuallum eius temporis ſcienti currere,.& è regione ignoranti prorogari,vbi quæſitum eſt, Si vaſallus pp temporis lapſum vt ingratus conueniatur, & ipſe ignorantiam prætexat,atque excuſationem, cuius nam ſit inter alterutrum probare.Et magis eſt,cum igorans quis, præſertim ſuper facto alieno,præſumatur,vt dominus ſcientẽ fuiſſe oſtendat.Per Caium,in l.qui in alterius locum ſuccedit.ff. de regu. iuris.l.verius.ff.de probationib.l.item ueniunt. ff. de petit.hæredit.& l.quidã decedens.ff.de adminiſtrat.tutor.Ioan.Blanc. in titul.quib, mod.feudum adquiritur. §.& currit iſte annus.

Eſt tñ ꝙ vaſallus iuſtam cauſam allegare poſſit, ob quam feudi inueſtitura interea temporis non ſit petita; vt ſic excuſationem mercatur,& beneficio nõ veniat priuandus:cuiuſmodi eſt ignorantia de morte vel dñi, vel prioris vaſalli:niſi ea ſit craſſa,quaſi ignorare velit, ꝙ nemo eius loci neſciat; aut quia hactenus fuerit infans, & xiiij. annis minor:iuſtus metus,quia per inſidias non licebat dñm accedere: ſimiliter inimicitiæ capitales erga vaſallum,à dño ſuſcitatę.Timor ne aliquid mortalitatis ipſi contingeret, vel ab hoſtibus obrueretur:quia dominus in eo reſidet loco, qui peſtilitate eſt correptus, vel ad quem præ hoſtili incurſione non ita pateat acceſſus: & abſentia iuſta,quæ publicæ utilitatis gratia; aliave cauſa neceſſaria contingit.Sic eſt in titul.quo temp.miles inueſtit.petere deb.§.niſi iuſta cauſa interuenerit,quare non petierit:veluti mors,vel capitales inimicitiæ, vel infantia;vel iuſta abſentia;vbi Aluarot.& alij interpretes,& Iacobus de Ardizo.in titul. quib.mod. feud. acquir. §. q̃bus ex cauſis vaſallus excuſatur,ſi non petat intra tempus inueſtituram.

Inſuper beneficium ſic taciturnitate perditum,ſi antiquũ ſit ad agnatos, filiosve ſi ſuperſint,peruenit, vt qui & ipſi ius in eo quæſitum habent,ꝙ circa culpam ipſis adimi facto alterius,ẽt dñi,non põt:quibus nõ exiſtentibus ad dñm. Nouũ autem, ꝙ à ſolo patre pendet, cuius culpa hoc caſu in filios quoque redundat,ad dñm reuertetur.ſentit Andr.de Iſern.in dict.§.præterea ſi q̃s.& capit.1. quæ fuit pri.cau.benefic.amit.

Proinde,ꝙ multis ſcrupulũ iniicit, & à paucis explicatur, quæſitum eſt,nunquid vaſallus habens inueſtituram impropriam vel abuſiuam, teneatur dño defuncto eam ab hærede eius intra annum & diẽ petere, atque agnoſcere, idque ſub amiſſione eius iuris ꝙ in re,ſibi ẽt non tradita, quæſiuit, & omiſſis Brocardis atque diſputationũ gryphis, breuiter erit reſpondendum, non videri ad id temporis renouationem illam adſtringi,ſed ẽt poſt admittendam. Primo ꝙ tempus illud à iure petendæ inueſtituræ deſtinatũ eſt, ne vaſallus rem feudalem à dño,cuius directum eſt dñiũ, non agnitam, diutius & eo inuito vſurpet. deinde vt fidelitatis ſacramento in tempore,eius gratia,dño obſtringatur, quapp feudũ datum eſt,vt ſeruitium ꝑ beneficio bona fide exhibeatur,quę rationes in tali ĩueſtitura ceſſant,impropria enim eſt, & poſſeſſio per eam non eſt tradita,ſed ex conditionis euentu,aut cedente tempore adhuc pendet,ea ſpe,propediem vacuã futuram, ideo cum nihil tale vaſallus poſſideat,vnde facta petendæ renouationis procraſtinatione, ingratus haberi poſſit,ẽt nihil in conſequentiã amittet, vt ſic legis ratione ceſſante,ipſum eius quoque ceſſat,& caſum ab eius ſanctione alienum non comprehendit,adeo cauſa non operante,nullus eſt,vt ſequatur effectus,maxime in ijs quæ priuationem inducunt,& pœnã in ſinu ferunt.l.fin.ff.ad ſenatuſconſ. Syllani.l. ſi maritus. ff.de adulterijs.l filia.C.de præſcript.long. temporis.& l.ſi pater.C.de hæredibus inſtituendis.Proinde textus ipſi in d.c.præterea.& cap.ſancimus.ſatis ſtringunt, tempus illud de inueſtitura vera,adeoq; poſſeſſione deuoluta accipiẽdũ. Etenim ſi is,qui inueſtituram intra id temporis nõ petit, feudum amittere debet,oportet infeudatus ſit, atq; in media poſſeſſione, alioqui nihil perderet.qui nihil haberet,cũ, & per naturam ſit,& philoſophorũ ſcholæ quotidie clament. Priuationem præſupponere habitum.Accedit.l.decem.vbi Bartol.& Fran. Aretin.ff.de verb.obligat colligit Bald.erudite, in l.mouemur. C.ſi ſeruus export.ve.Ita ſit,vt quemadmodum ꝯctus,ita lex quoque,nam futuris negocijs formam dare ſolet, accipienda ſit,vt aliquid operetur, & non relinquatur otioſa.in l.leges & conſtitutiones.C.de legib.

Poſtremo monendi ſumus, duobus de hæreditate defuncti dñi contendentibus,à quo demum inueſtitio veniat petẽda,nedum alter conferr,alter qui hęreditatem cõſecutus fuerit, offendatur,& quaſi contemptus infeudare detrectet, & ſic vaſallus,inter ſacrum & ſaxum poſitus,periculo exponatur. In qua ambiguitate ne impingas, proſpecte tibi agendum eſt,nimirum vt ab eo inueſtituram petas, qui poſſidet, ſm quem,in pari cauſa ſtat præſũptio potiundæ hæreditatis. Quod ab eo facere poteris qui petitor eſt, propterea ꝙ eam ipſam quaſi hr̃e videat̃,ſed adhibenda erit conteſtatio, te ſine fraude illud facere,& ob id tibi indemne, & poſſeſſori ſine præiudicio eſſe debere Sin autem neuter poſſideat,pp incertitudinem cunctari poteris, donec quæſtione diſcuſſa,appareat vter ſit ſuperior, & hæres declaretur, à quo feudum recipere tutiſſimum erit, & vtriuſque tam dñi,quam vaſalli iuris conſeruatiuum.Habet Ia.de Ardiz. in titul. quib. mod. feud.amit.per.l.ſi.C.de petit.hæred.& l.ordinata.ff. de liberal. cauſ.& l.prætor ait.ff.de dam.infect.

VT VASALLVS INVESTITVRAM RECIpiens,fidelitatis iuſiurandum præſtare debet, & qua forma. C. VII.

EXplicauimus quemadmodum inueſtitura ad beneficium conſtituendum ſit neceſſaria, atque item temporis modum præſcriptum eſſe,intra ꝙ peti debeat, Verũ ad hoc fidelitas quoque requiritur, quã maxime præſtito iureiurando vaſallus debet, operæpretium eſt ẽt de hac tractationem proſequi.Contractum enim beneficiarium ſua principia habere diximus,Eſſentialia videlicet, vti ſunt ſeruitia ex fidelitatis obligatione pp rem feudalem debita, ſine quibus beneficium regulariter non ſubſiſtit.Et naturalia, inter quæ iuſiurandum quoque cõnumeratur, ꝙ ẽt cõſtante feudo remitti poteſt,fidelitate nihilominus durante, vt quam Vaſallus,ẽt circa iuriſiurandi vinculũ,dño ſuo, cuius bonis ppea vtitur fruitur, naturali æquitate,& ea fide,qua beneficiũ in ipſum collatũ,benemeritis compẽſare iubetur, ductus ſynceritate, vt uir bonus,præſtare nunquã non contendit,de quib.Ia.Al.

etiam

etiam c.j. ad finem.in titul. ex quib. cauſis feudum amittaẽ.

Quapropter ſi iuris ſubtilitatem intueri velimus, non videtur per omnia quadrare, ꝙ Rhapſodi huius Commentarii ſtatuunt, & Interpretes plerique ſequuntur, iuſiurandum & fidelitatem idem ſignificare, iis verbis: Fidelitatẽ autem dicimus iuſiurandum, quod à vaſallo præſtatur domino.in ti.qd præcedere debet &c.Iuſiurandũ enim ſemel præſtatur, ſed fidelitas ſemper conſtante beneficio debetur, præterea etiam ſacro remiſſo, ut ſine quo inter dominũ & vaſallum nihilominus contrahitur, adhuc tamen feudum manet, cuius gratia vaſallo dño fidem eſſe, & operas præſtare oportet Ea ꝑꝑ eſt, vt ad largam ſignificationem recurramus in hac traditione, quæ magis ab effectu, aut fine petitur, quam a natura verborum efficiente. Vſq; eo ſacramento datur, vt eo magis vaſallus ad fidelitatis obſequia dño addicatur, memor, ſi ĩ hoc fallat ſe non modo beneficio priuatum iri, ſed etiam Deum ipſum periurii vĩdicem habiturũ, quo caſu fidelitatis in ſacri conſequentiam debetur, quam ẽt ſine eo bonus uir violare atque proſtituere haudquaquam velit.

Conſequens igitur eſt, inueſtituram ſine fidelitatis vinculo non ita poſſe fieri, quæ iuriſiurandi religione dñm maiori fiducia adficit, ꝑpea modis inducẽdus erat quo inſeudatio fieret, atq; forma quæ ſacramenti illius capita comprehendat, vnde dñs ſciret ad quæ nam clientem ſibi addictum habeat, & vaſallus quid debeat, ne fidelitatis officiis poſthabitis, culpæ ingratitudinis inſimuletur, & beneficium perdat, quo cõſtante ad fidelitatem & ſeruitia habetur adſtrictus, a quibus ſi liberari uelit, beneficium dño ſuo reddat, ꝙ citra iuriſiurãdi violati metũ facere permittitur, & dño amplius non erit obligatus ad quidquã, qñ contractus ille feudalis propter beneficium initus eſt, & licet per naturam ſit, aliquid eo modo quo eſt colligatum, reſpondet Vlpianus etiam diſſolui, vt ſic contractus, qui conſenſu initus eſt, contrario conſenſu tollatur, tñ in beneficiariis id nõ obtinet, vbi dñs nõ ꝑmittiẽ reſilire, & clienti feudum ſine culpa adimere. Vaſallus autẽ qñcunq; voluerit fidelitatis vinculo diſſolui beneficium ſuum refutare & domino ſolenniter poterit reddere, & ſeruitia, ad quæ naturaliter obligatur cum non ſint certa promiſſione, & ſic ciuiliter debita, amplius præſtare non cogetur, in qua re domino minus incommodatur, ex quo vel rem ipſe retinere, vel alium vaſallũ per nouam inueſtituram ſibi quęrere authoritatem habet.gl.And.de Iſer.& Præpoſitus, ſatis abũde, in cap.i.§.ſimiliter, de prohib.feu.alien.per Loth.Bal.in ꝓlud.feu.&c.quæ in eccleſiarum.de conſti.Hoſtien.in ſumma de feu.§.fi.ver.eſt etiam.

Inueſtiendi ratio ita ſe habet: Dñs petitã infeudationem facit, atq; fidelitatis ſacrũ ſtatim, & ſine interuallo delatum recipit, qui actus, cum unus ſit, & ſine alio interiecto celebrari ſoleat, nõnullis in dubium uocatum eſt, inueſtitura iuſiurandum, vel iuſiurandum inueſtituram præcedere debet. Sic Obertus, in ti.quid præcedere debeat.an inueſtitura, vel fidelitas. Vtrum autem præcedere debeat fidelitas. inueſtituram an inueſtitura fidelitatem, quæſitum eſt. Et ſæpe reſponſum eſt inueſtituram debere præcedere fidelitatem. Idem ex titu. de noua forma fidelitatis apparet ca.i.§. inueſtitura vero facta, & fidelitate ſubſecuta, omnimodo cogetur dñs inueſtitũ in vacuam poſſeſſionem mittere, vnde liquet inueſtitionẽ ẽt fieri poſſe ſine iuro, quo caſu, nõ cogatur dñs vaſallum poſſeſſorem facere, vt qui ad fidelitatis exhibitionem, neceſſitatemq; deficiente ſacramento tantopere non adſtringatur.

Ordo per infeudationem obſeruandus, ſcilicet, ꝙ primo ĩueſtitura ſit facienda, deinde ſacramentum recipiendum, vt dñs ſeu principalis, prius conferat beneficium, propter ꝙ vaſallus deinde fidelitatem iurat, veluti ex breuibus, ſeu Apochis inueſtiturarum paſſim inſinuatur, vbi dñs diſerte fatetur ſe vaſallo rem, feudi nomine conferre, cumque iuſiurãdum fidelitatis propterea præſtitiſſe, in hũc modũ: Hiſce fatemur atque reſtatum volumus, nos Titio prædium Seianum feudi iure contuliſſe, atque conferre, quapropter & iuſiurandum nobis præſtitit fidelitatis, quod damnum noſtrum pręcauere & commodum promouere velit: qñq; adiicitur. Se quoq; illum vt vaſallum ſuũ tueri, atq; defendere velle. In qua tñ re conſuetudini Curiarũ, quæ pleriſq; ſua eſt, cõcedendũ venit.

Capita autem iureiurando comprehenſa, licet expreſſim per inueſtituræ apocham non dicantur, hæc ferme ſunt, vulgo forma fidelitatis appellatur: Incolume, Tutum Honeſtum, Vtile, Facile, & poſſibile, quibus ſex verbis omnia includi poſſunt, quę cliens domino ſuo iuratus debet, quę in ſcripto quodam Philiberti, Epiſcopi forte Mediolanenſis, aut quiſquis ille fuit, notantur in c.de forma.xiij. quæſt.5.& deinde in hunc quoque commentarium rediguntur, ſub ti.de forma fide.iis verbis: De forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus, hæc uobis quæ ſequuntur, breuiter ex librorum autoritate notaui. Qui dño fidelitatem iurat, iſta ſex in memoria ſp habere debet, Incolume, Tutum, Honeſtum, Vtile, Facile & Poſſibile. Ea verba licet in textu explicentur, ſingula tamen clarius, & aperta enucleatione ſic accipere poteris, vaſallus nihil auſit vel ipſe facere, vel alteri facienti conuenire, quin dño id ſignificet, ꝙ eius vitę atq; corpori ſit inſidioſum, & parum colume. Sic dñi arcana in eius detrimentum, aut alia, ꝗbus res eius conſiſtunt, prodere non debet, eumq; periculis, vnde tutus non agat, nequaquam exponere. Sed & quę honeſta ipſi ſunt faciet, quapropter neque in ipſius perſonam, neque in vxorem, neq; in filias, neq; in alias perſonas quicq̃ turpiter audebit, vnde dñs iniuria, aut contumelia adſpergatur, ex quibus conſequens eſt vaſallum nihil moliturum aduerſus dominũ, ꝙ non ſit vtile, ſiue id more ſtoicorum pro honeſto, ſiue rerũ cõmoditate acceperis, vſq; adeo ſeniori neque in externis & fortunis ſuis incõmodare debet, etiã quauis coloris ſpecie quæſita, aut fuco. Proinde non debet ſe difficilem præbere in iis, quæ ad domini vtilitatẽ pertinent, faciendis, promouendisq;, tantum abeſt, vt dño ipſi intercedere, remoramq; facere auſit, vt in iis impediatur. Quo pacto ẽt ea, quæ in dñi rem erunt iuuabit, & factu poſſibilia, vel ipſe reddet, vel ne impoſſibilia fiant, cãm ꝓbebit. Quæ oĩa non ſolum curabit, ſed etiam conſilio atque auxilio ſynceriter, & probe promouebit, & hoc eſt, quod dicimus. Non ſatis eſſe abſtinere a malo, niſi etiam fiat, quod bonum eſt, et ex bona fide debetur. Quę omnia vno verbo Fidelitatis continentur, quod qui candide expenderit, nõ opus habet multa explicatione, ſed ſibi ipſe magiſter erit, & iuſiurandum re ipſa, quod eſt viri boni, magis erga dominum ſuum pręſtare ſtudebit, q̃ vt multos coniculos quęrat, quib. vel euadat, vel inſidioſam interpretationem, vt id feciſſe videatur, ꝙ ne facere quidem in animum unquam induxerit ſuum.

In qbuſdam inueſtituris capita ipſa exprimuntur in ſpecie, quę vaſallus iurat, quorum veſtigia etiam videre eſt, in c.i.§. ego iuro.de noua for.& cap.i.§.ego iuro.qualiter iurare deb. vaſall.fide.& in c.tibi domino.&c.ego Ludou.lxiii. diſt. licet alterius ferme conſiderationis res, ſpeciali ſacramenti formã circunſepta. Imperii Principes ſub qua forma Imperatori iurant Spec.colligit in ti.de feu.xl.qõne.ver. formam autem iuramen.ex cap.ego N.extra, de iureiur.

Sed tamen in pręſcribenda iuramẽti forma, dominus morem Curię ſuę obſeruare debet, neque eam egredi permittitur, cum id per inſidias, & non ſine fraudandi intentione fieri poſſet videri. Cum, vt vaſallus domini cauſam deteriorem reddere non debet ita quoq; dominus uaſallum grauare nõ eſt permittendus. Perperam igitur, & contra quam iure eſt cautum domini faciũt, qui uaſallos ſuos nouis, atq; inſolitis capitulis fidelitatis onerare ſolent, & rerum ſuarum compẽdium, cum alterius diſpendio ſubinde quęrunt.cap.conſuetudinis.extra, de conſuetud.cap.dilectus.de maior.& obe. Spec. in ti.de feud.§.quoniam.verſi.& nota, quod non debet. Similiter Bal.& Iac. Aluarotus.in c i.qualiter iur.deb.uaſallus.

Adeo autem fidelitatis iuſiurandum beneficio accedit, vt ſi vaſallus inueſtitionem recipere ſit paratus, iurare autem detrectet, bis atq; tertium monitus, ſi in pertinacia illa manſerit, feudo vt ingratus priuari poterit, non ſecus atq; ſi inueſtituram ipſam recuſaſſet, fidelitatem ipſam ſi quidem detractare intelligitur, ſine qua beneficium proprie non ſubſiſtit, niſi pacto aliud fuerit cõſtitutum, cap.j.§.eſt & alia ingratitudo.que fuit prima cauſa benefi. amit. Porro cauſa ceſſante, deſinet ꝙ effectus.l.generaliter C.de epiſ.& cler. l.ſi pater. C. de hęred.inſt.Iac.de Ardi.in ſua ſumma ſua, tit.quib.mo.feu. amit.§.ſi vaſal.nolit iurare.& Franciſc.Cur.in 3. par. ex quib. cauſ.feu amit.§.vigeſimatertia cauſa.

Et licet dominus non cogatur vaſallo e regione fidelitatẽ iurare, in quo eius conditio melior eſt, quam ſit vaſalli, qui non ob culpę commiſſum beneficio carebit, verumetiam ꝑiurii qñq; inſimulatur. Attamen ex natura contractus, quẽ a bona fide non abhorrere diximus vaſallum mutua fide cõplecti dẽt viceſq; fidelitatis reddere, alioqui ſi in ulla pręuaricatione ꝯ vaſallum deprehenſus fuerit pro perfido, & ꝑiuro etiam hẽ, quaꝑꝑ dominus vaſallum ꝯ atrocem iniuriam ꝓtegere debet, cui, ſi per conuaſallũ in carcerẽ fuerit coniectus, propterea actio cõpetit vt vaſallus redimaẽ. Per Inn.in c.dile. extra de ap.vide Iacobinum in verbo, & promiſerunt.ver.an aũt cꝰ.& ver.23.de feu. Eſt textus in ti.de forma fid.§.dñs quoque in iis omnib.vicem fideli ſuo reddere dẽt. Quod ſi nõ fecerit, merito cenſebitur male fidus, ſicut ille, qui in eorũm pręuaricatione, vel faciendo vel conſentiendo, deprehenſus fuerit, perfidus, & periurus. Eſt etiam in cap. j. qualiter dominus proprie feu.priuet.

Hic quærũt multi, ex quo vaſallus domino ſuo fidelitate addictus eſſe debet, nunquid idem locum habet in eo vaſallo, qui maioris ſit dignitatis, quam dominus ipſe? Verbi gratia, Bona feudalia à Comite quodam beneficiario iure pen-

dentia, Principi, aut Duci ad domini conſenſum venduntur. Dux ipſe a Comite ne ea feudum agnoſcere, & fidelitatem præſtare cogatur? Er magis eſt, vt ſi vaſallus eſſe velit, fidelitatem, quæ eſt feudi natura, etiam præſtet. Per c j. qualit. vaſall. iura. deb. fidel. Simile cui eſt, vt ſi princeps, qui feudũ ab alio agnoſcit in Cæſarem ſit electus, & quem dominus fidelitatis ergo interpellat, ipſe vero adſerat ſibi oē hominum genus fidelitate ſubiectum, ſe vero nemini. Cæterum quia feudi vtilitatem habere non detrectat, vel fidelitatē præſtare, vel aliũ vaſallum in locum ſuum ſurrogare debet, qui ſeruitia præſtet. Eſt tex. de feud. & benefic. Conſtitutiones Imperiales. ca. ex facto incidiſſe ſcio, Federicũ Principem noſtrũ apud Iaco. de Ardi. poſt ti. de capitulis extraordin.

Inſuper eſt iuſiurandum, quod ſubditi pro homagio dominis ſuis præſtare ſolent, ratione ſubiectionis, quod ſimiliter fidelitatis ſacramentum dicitur, quod facit vt ad multa dominis ſuis obligentur ſeruitia, puta reuerentiam, ſubſidia, & id genus alia, de quib. deinceps. Et habet Iac. de Sãcto Georg. in elegãtiſſimo tractatu ſuo, de homagiis. & Prępoſitus in p̃ludiis feudorum. §. non habemus homagium. & ſeqitenib. aliquot, quod ſacramentum quia ſeparatum eſt ab eo, quod vaſalli iura, ad illud idem quoq; præſtandum obligantur, nõ impediente, quod antea feudali iuramento erant deuincti, niſi domini forte aliud non exigant, quam quod ante ſit p̃ſtitum. Etenim quod Homagii gratia iuratur domino Prouinciæ, fit vniuerſalis iuris atque etiam publici cauſa, quod vero beneficii ergo, vt domino feudi tantum præſtatur, & vtrumque iuſiurandum fidelitatis recte dixeris, contra quã Interpretes ſentiunt. Etenim iuramentum quod adſecurationis dicũt, a domeſticis magis, & familiaribus præſtatur, quib. curæ eſſe debet, vt domini vita, corpus atque honor ſit in tuto & ſecuro, quemadmodum & Principes domeſticos & familiares ſuos iureiurando ſibi adſtringunt. Tractatur in ca. i. §. ſi vero domeſticus. qual. iura. deb. vaſal. domino fide.

FOEMINA QVEMADMODVM IN BENEFIcium ſuccedat, & ut ſemel excluſa, ſemper habeatur excluſa. CAP. VIII.

QVia feuda ſui natura, & vti ab initio ſunt conſtituta, ad maſculos pertinent, non ſolum moribus, ſed & communi prudentũ conſenſu fœminæ in ea non ſuccedunt, cuius rei licet, antea quoque mentio ſit facta, tamen quia vtilis eſt & pulchra, atque Plato id quod pulcrhum eſt iterum atque iterum repetendum eſſe monet, non pigebit eam hic quoque vbi de feudi ſucceſſione tractatio eſt, in ſuo loco inculcare. Regulare autem eſt beneficium ad fœminam non pertinere. in ti. de iis qui feudum dare poſſ. §. hoc autem notandum eſt, quod licet filiæ, vt maſculi patribus ſuccedant legibus, tamen à ſucceſſione feudi remouentur. & in ti. de ſucceſſ. feu. ca. i. ſi quis igitur deceſſerit filiis, & filiabus ſuperſtitibus, ſuccedunt tantum filii æqualiter.

Sed cum omnis definitio, autore Vlpiano, in iure ſit periculoſa, rarum enim non eſt vt ſubuerti poſſit, & hanc regulam noſtri nõ ita ſtatam atque inconcuſſam eſſe voluerũt, vt fœmina nullo pacto ad beneficium venir admittenda. Igitur in beneficium etiam ſuccedit, ſed non vna conſideratione. Porro beneficium ad quod ipſi eſt acceſſus non ſemper fœmineum dicitur, vt naturam recti perdat, & degenerans fiat, ſed maſculinum manens extraneam ſucceſſionē, et eam temporariam ſaltem recipit, donec maſculo renato, ad hæredem ſuum proprium ſucceſſorem reuertatur. Conſequens igitur eſt, feudum, quod ſi quis pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis accepit, naturam feudi recti non mutare, & ꝙ fœmina ſuccedit, oportet ad ordinem ſucceſſiuum referri, vt demum maſculis deficientibus, fœminæ id habeant donec maſculus renaſcatur ex eadem cognatione, qui fœminis deinceps præfertur, tantum abeſt, quod filiæ cũ filiis vna admittantur, vtcumque in Inueſtitura ſit, pro maſculis & fœminis. Nam copulatiuus ille inueſtituræ tenor ſecundum generalem iuris beneficiarii diſpoſitionem, quæ eſt vt maſculi fœminis in ſucceſſione præferantur eſt accipiendus, quando feudum magis eum reſpicit, a quo incœpit, quam in quem deuoluit. Habet Alex. in conſi. 9. inc. ponderatis. in 5. vol. quē refert & ſequitur Franciſc. Curtius, Iunior, in tractatu feudali. tertia parte principali. §. circa primam. ver. decimoſeptimo ad declarationes præmiſſorum. & valde grauiter Præpoſitus in ti. de eo qui ſibi hæred. ſuis maſcul. & fœmin. c. j. ab exor. allegans. l. ſi. conſtante. ff. ſol. mat. & Bart. in l. nõ dubium. C. de legib. & conſtit. Princip.

Idem reſpondemus, ſi vaſallus id quoque priuilegii, vel a Principe acceperit, vt deficientibus maſculis filiabus debeat obuenire, cuiuſmodi Richardus Romanorum Rex, qui Regis Angliæ filius, & Cornubiæ Comes erat, Diethero Cattorum Comiti dediſſe fertur. Et Carolus quartus eius nominis Gerhardo Comiti Diceno, vt alios omittam, qui ſimiles ſuccedendi cõceſſiones filiabus ſuis quotidie impetrant, neq; n. per hoc intelligēdus eſt Princeps, niſi in priuilegio expreſſim dicatur, feudi naturam uoluiſſe ſubuertere, & contra quam generalis feudorum ſit conſuetudo, conceſſionem facere, ſecundum quã hiſce caſibus interpretationem quærimus, vt beneficium ad fœminam perueniens, non perdat primæuam illam, & recti feudi naturam, ſed ea magis dormiens concedat interim, donec maſculus ſuperueniens illud recuperet, atque in primi adquirentis ueſtigia reuocetur. Teſtis eſt Iacob. Alu. in c. i. §. prætetea. quid ſit inueſti. iis verbis Princeps concedendo alicui priuilegium, non intelligitur derogare ſolennitati iuris, & ſubuertere ſolidum ordinem conſuetudinis, niſi in quantum in ipſo priuilegio cautum eſt. per l. ſi quando. C. de inof. teſ. Et latius in c. naturles. ſi de feu. ſue controuer. Item vbicunq; vertitur dubietas in conceſſione feudi, dēt relinqui interpretationi conſuetudinis, vt ſm conſuetudinem & ſimplicem feudi nãm, videaẽ facta conceſſio per dñm, & vaſallus quoq; ſe ad id obligaſſe videaẽ, niſi ꝯriũ probetur, quod & uerũ eſt, ſiue ſit dubium iuris, ſiue facti, ſentit ēt doctiſſimus & præcipuæ autoritatis iuris feudalis Interpres, Iaco. de Bel. atque Bal. in eundem locum.

Quibus adiicere placuit quæ Io. Anton. cognomento Prępoſitus, in c. j. de eo qui ſibi hæredib. ſuis maſculis & fœminis inueſt. accepit, ſcribit. Et ſic nota, ꝙ licet feudum deſcendent in genus fœmininũ, tñ non efficitur feudũ fœmininum, ita vt paſſim ſuccedant fęminæ, quinimo ſi poſtea naſcaẽ filius certe maſculus excludet fœminã. Ita Bal. hic per tex. & Pa. de Caſt. in conſi. clix. inc. in præſenti. Et ſic nota, ꝙ feudũ natura ſui magis reſpicit eum, a quo incepit quam eum, qui in id deſcendit. Nam fœmina deſcendens in quam tranſiuit feudum non extinguit naturam feudalem, quin imo dormit natura feudalis, donec ſuperuenerit maſculus. Ex quibus nihil obſcure demonſtratur, beneficiũ nõn propterea fęmineũ fieri, ꝙ mulier in id ſuccedit, ſed initium eius ſpectãdũ eſſe, ꝙ & doctiſſimos non ſemel feſellit, qui taliſmodi feuda ſine ullo diſcrimine, fœminea eſſe opinantur.

Tu rē ſic partire, & eam recte aſſequeris. Feudũ ꝙ ſm propriã nãm a primo adquirente partũ eſt, & vt rectũ ad maſculos peruenit, licet poſtea, vel ex priuilegiali cõceſſione. vel legitimo pacto ad fęminas deſcenderit, niſi dicatur in inueſt. ꝙ porro fęmineũ eſſe dēat, priſtinã naturã retinere, & rectũ interim eſſe, eamq; naturã, dũ a fęmina poſſideẽ, ſopitã haberi atq; dormire, donec maſculus ex ea cognatione ſuperueniat qui eam reſuſcitet, & fęminas ſuccedendo remoueat, quapp̃ nihil refert, ꝙ beneficium mó ex priuilegio, mõ ex pactione concedentis gratia atq; liberalitate, fœminæ pateat, ꝙ hactenus rectum eſt, quin maſculinæ ſucceſſionis, atq; naturę maneat, ſi non in conceſſione illa, aut paciſcente uaſallo cautũ & inueſtiturę in fęminam factæ tenor, ad quē feudi naturam regulamus, prę ſe ferat fęmineũ id eſſe debere, & ſic degenerantis forę naturę, ꝙ cognouiſſe ad multa proderit, quę reſponſurum alioqui fallent.

Sed beneficiũ fęmineũ illud proprie appellamus, ꝙ ab initio ſic quęſitum, vt fœminę quoq; in id ſuccedant, ꝙ propterea nõ rectũ & ĩpropriũ eſt, & a primęua & vera feudi natura deſciſcit atq; degenerat, neq; ullo alio pacto opus eſt, aut ſingulari conceſſione, vt fęminę ſuccedãt, ſed a principio ita eſt conſtitutũ & talē naturam induit, quare alio adminiculo non indiget. in ti. de feu. fęminę c. i. ſi fœmina habēs feudum deceſſerit, q̃a fœmineũ eſt feudum, ēt ſine pacto ſpeciali deficientib. maſculis, ad filias pertinebit, ſm Obertũ, & Cachapiſtũ. Ex his ni fallor, verum diſcrimē habes inter beneficiũ fęminę, ꝙ ab initio ſic eſt conſtitutũ, vt ad fęminã pertineat & abſq; vllo pręſidio in id ſuccedit, & rectũ, ad ꝙ licet fęminę ſit acceſſus, naturã tñ natiuã non perdit, in ꝙ fęmina dũ ex pacto, vel priuilegio ſuccedit, illudque tenet primęua eius natura, dormit donec per maſculũ poſt natum reſuſcitetur, in id, vt a primo adquirente quęſitum erat, ſucceſſurum

Vbi monēdi ſumus, ēt ſi fęmina ĩ beneficiũ ſuccedere poſſit, nõ tñ admittitur ſuperſtite maſculo, quo caſu neq; ſola, neq; eum ipſo ſuccedit, vſque adeo feudũ ſemper intelligitur magis ſm p̱priam naturã cõſtitui, vt maſculi illud habeãt, quã vt fęminis, ordine degenerante, cedat: Qua de cã conuētio, p̱ quam maſculi, & fœminę ſimpliciter, & ſine adiecto ad bñficiũ ſucceſſionē admittunẽ, & ĩtelligēda erit, tũc demũ fęmina ſuccedere, ſi maſculi eius capaces nõ ſupſint. Eſt tex. ĩ ti. de eo q̃ ſibi & hære. ſuis maſculis & fœminis, & c. c. j. vbi facti ſpecie propoſita demum reſpondetur, in §. cumque inter ſapientes ſæpe ſuper hac queſtione ſit diſputatum, tandē pro maſculo pronuntiatum eſt. Non enim patet locus fœminæ

in ſuc-

in ſucceſſione feudi, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc feudo fuerat inueſtitus.accedit c. j.§. quinetiam. Epiſcopum vel Abbatem.reſpondet Alexand.in coſi.xxix.incip.quoniam abunde,ſecunda parte. Secus ubi beneficium eſſet collatum maſculis ſimul cum fœminis, vel vt perinde, fœminæ ad id venirent,atque maſculi aut pro certo ſeruitio quod per fœminam æque pręſtari poſſet,tunc maſculus nulla eſt prælatio,ob inueſtituræ tenorem,ſed fœminæ cum ipſis pariter vocantur.apud Franc.Curt.Iuniorem, in 3.parte tracta.feu.§.circa primam.ver.decimoquinto,& decimoſexto,id declarantem.

Proinde ſi conſuetudo ſit aliquo gentium, vt fœmina feudi habeatur capax,ab eo nequaquã uenit attenda;cuiuſmodi diximus eſſe conſuetudinem Eccleſię Fuldenſis.Heroſuel denſis,& multarum aliarum,vbi maſculis illius lineę deficiẽtibus,fœminę ſuccedunt,quod & Andr. de Iſer.ad §. & quia uidimus.qui feud.dare poſſunt,in §.Siciliæ regno. & Iacob. de Beluiſ. Paduę moris eſſe ſcribunt, vt maſculo deſiderato,fœminæ vocentur. Et non ſine ratione, quando conſuetudo ſpecialis,generali derogare ſoleat. Probat etiam Iaco. Alua.& Bal.in conſil.cxliiij.incipien.quod pro regula parte j.& Alexand.de Imol.in d.conſilio 29.incip.quoniam abunde.ad fin.in 2.parte.

Similiter fœmina in feudum ſua pecunia redemptum ſuccedit, non autem ſi patris ære fuerit comparatum, nouum enim eſt tale,& patre ſine filio decedente, domino aperitur. per Andr.de Iſern.etiam in d. §. hoc autem notandum. qui feud.dare poſſ.Succedit itaque fœmina non ſecus atque maſculus in tale beneficium, præſertim ſi ſeruitio virili non ſit obnoxium,vt Odoſred.ſentit,in ſumma ſua, tit. qui poſſunt ſuccedere in feudum:quem & Bald.ſequi videtur, atque etiã Fran.Cur.Iun.ſingularum opinionum amator,in 3.parte.d. §.circa primam.ver.ſexto limita.Sed nunquid hoc, ſi textus nõ diſtinguit,ſed vult fœminam in feudum patris à domino emptum admitti,quæ etiam in id,quod patris intuitu,dominus ei gratificaturus,confert a nouo a patre reuerſum, vtiq; ſuccedit.in tit.quemadmodum feud.ad filiam perti. c. j. ſi q̃s ſi quis ſine filio maſculo mortuus fuerit,& reliquerit filiam, filia non habebit beneficium patris, niſi a domino redemerit:Si autem dominus ei dare uoluerit,propter ſeruitium, & amorẽ patris,non reuocabitur ab illo ex parentib.ſuis(agnatis puto)neque(ad reſtitutionem)damnetur.

Quod nonnulli adſuunt de feudo ligio, atque item Franco,& eo quod exiguum dicimus, quaſi fœmina in id ſuccedat,nobis tantum negotii non faceſſit,maxime quod ad Feudum ligium,& Francum attinet,vt quæ nõ ita frequentatur. Sed qui & in his bonas horas vtcumq; collocare velit, apud Franc.Curt.in tractatu ſuo feudali,allegato c.circa primam. ver.quinto limitate.& verſi. decimo fallit.ea inueniet abunde repetita.

Quibus accedant vtcunq; ἀπροσδιόνυσα, quotidiana tamẽ, etiam in caſu quo filia in beneficium non ſuccedit,ſed in paternam duntaxat hæreditatem,apud quam bona inueniunt quę agnatus & hęres feudalis beneficiaria filia vero Aluadia eſſe,aut eius conditionis,vt ad ipſam quoque pertineant, & propterea in eorum poſſeſſione manere contendit, aut ad minus poſſeſſionem ſibi tradẽdam. Inter paterna ſi quidem bona inueniantur relicta,quorum ipſa indubitata ſit hæres, pro qua leges quoque præſumunt,propter continuationem maxime illius ſucceſſionis,quam viuẽte patre quodammodo cœpit. Cui vt citra diſputationem ullam reſpondeamus (non enim commentarium quæſtionibus inuium,compilare nobis inſtitutum eſt,ſed quandam introductionem huius iuris Tyronibus ſaltem oſtende.)filia recte colligit,& ea propterea in poſſeſſione,etiam rerum feudaliũ, de quib. prompte non conſtat,quod ad agnatos pertineant,remanebit,aut in eam mittenda venit, non impedientibus agnatis qui hoc caſu legitimi interceſſores nõ ſunt,& interim quæſtio habeatur de iure ſuccedendi.in tit.ſi de feu. defun. conten. ſit inter do.& ag.§.inter filiam defuncti,& agnatos eius, de quodam prædio mota eſt quæſtio.Agnatis feudum filia vero allodiũ; ſiue libellarium adſerentibus ſuper poſſeſſione, apud quem manere debeat, quærebatur. Reſponſum eſt apud filiam poſſeſſionem interim collocandam. Eſt etiam in capitulo 1.§. ſi conten. fue. inter filiam. de capita. qui cur. uendidit. Io.And.ſingulariter in addi.Spe.tit.de teſtam.§.pe.Alexan.in l.fin.C.de edict.d.Adri.toll.Bald.in c.j.de contro. inter maſc. & fœ.& Alua.in d.§.inter filiam defuncti.vbi addit.Etiã ſi filia alaudium dixerit,& ſuccumbat, eſſe ꝙ adhuc emphyteuticum illud prædium,aut etiam feudum fœmineum allegare poſſit,neque rei iudicatę exceptionem in hoc impeditur. per l.ſi mater.§.ſi quis iter.ff.de excep.rei iudi.glo.in l.at ſi q̃s. §.ſed interdum.ff.de relig.& ſumpt.fune.

Illud magis in loco eſt, ex quo tunc demum fœmina in feudum:cuius eſt capax,ſuccedit, quando maſculus non ſupereſt,qui fęminæ in beneficio ſemper præfertur,nunquid ſemel per maſculum excluſa & a ſucceſſione ſubmota, perpetuo excluſa maneat:Et Mart.Laudenſis innixus gl.in §.quin etiam.Epiſcopum vel Abbat.quam Iac.de Bel.ſequitur, contendit maſculo ſuperſtite,fœminam non ſuccedere,ſed tunc demum ſi maſculus amplius non ſuperſit,allegans.c.j.§.filia vero.de ſucceſſio.feu.& ca.j.de eo qui ſibi vel hęredibus ſuis & c.j.de feu.fœ.vbi rotundi ſunt tex.deficientib. demum maſculis fęminas ad feudi ſucceſſionem pertinere, tantum abeſt vt excluſæ maneant,quem & intellectum eſſe.d.c.quinetiam multis rationibus ad hoc corraſis adſeuerat. Sed verior eſt ſẽtentia,& communiter recepta.Andr.de Iſern.Bal.& Aluaro. Quod fœmina ſemel per maſculum a feudi ſucceſſione excluſa perpetuo ſit excluſa,per text.tit.Epiſcopum vel Abbat. qui ſic habet:Quinetiam ſi quis feudum eo tenore accepit, vt eius deſcendentes maſculi & fœminę illud habere poſſint relicto maſculo,vlterius fœminę non admittuntur. Quam ſententiam doctiſſimi quique ſequuntur,Calder.in conſil.3. in Rub.de feudis.Petrus de Anchar.ccxxi.incip. Hæc quæſtio vulgaris eſt.Odoſred.in ſumma,in ti. qui poſſunt in feudum ſuccedere.Ioan.Blancus in ſumma titu.de ſucceſſ.feu. ver.vel dic,quod maſculus.& Barto.in l.fina.ff. ad Senatuſconſult. Tertyllia.dicens,quod filia fœmina non ſuccedit extantibus maſculis.Et ſi tempore mortis patris ſuperſunt maſculi, fœmina erit excluſa,nec poſtea deficientibus maſculis poterit admitti.Idem Bal.in l.ſi quis.ff.de li.& poſth.

Et ne textus, quibus utrinque ſententię ſtabiliri videntur male intellecti perpetuo conflictui manus porrigat,quia textus quo Iacob.Columbinus gloſſematarius & Laudenſis nituntur,in dicto c.j.§.filia.de ſucceſ.feudi.fœminas ad ſucceſſionem admitti filiis non extantibus, & non quod demum maſculis,quibus excluſæ fuerint,deficientibus,ſint admittendæ,quare non ſtringit.Ita etiam textus.in cap.j.de eo,qui ſibi hæredibuſque ſuis, ad rhombum nihil facit, ubi cum filia eius,qui feudum ſibi,vel hæredibus ſuis maſculis & fœminis adquiſiuit,defuncto patre feudum cõſecuta eſt, & duas filias poſt ſe reliquit,quarum altera filium vnũ, altera filias duas ſibi ſuperſtites habuere,illis de ſucceſſione feudi materni cõtendentibus,ſapientes pro maſculo reſponderunt, quaſi fœminę in feudo non pateat locus,donec maſculus ſupereſt,ex eo qui primus de hoc feudo fuerat inueſtitus, cum quo textu Iaco.de Ardizone,quoque tranſit,in ti.de ſucceſſione feudi.§.& quod dico de filio.Cuius tota uis reſidet,in verbo,Donec(quod præterea non ſemel ſuum ſchema habet, vt Matthęi primo,& quinto Geneſeos & octauo capite)nõ ita accipiendum,vt tempus finitum includat,quaſi deficientibus maſculis,qui fœminam a ſucceſſione ſubmouerunt,ipſa demũ debeat admitti ſed ita,vt tunc ſucceſſura ſit ſi maſculus non extet,qui ei pręferri poſſit,quam interpretationẽ ex d.§.quinetiam petere debemus,ne abſurdi aliquid committatur, ubi in caſu,quo in feudũ maſculi & fœminæ ſuccedere poſſunt, ſuperſtite maſculo,fœminæ vlterius non admittuntur,ſed ꝑpetuo maneant excluſæ; vt ſic donec maſculus ſuperſit, hoc eſt,eo relicto in feudum ſucceſſore, fœmina non ſuccedat, quem modum niſi nos extricauerimus diuerſum reſpõdere & textus interim genuino intellectu,altercando nimiũ,non quæſito,conflictus illi etiam in foro,non ſine litigatorũ maximo diſpendio,ceſſabunt nunquam.

Sunt tamen etiam ſpecies in quibus fœmina excluſa ſemel maſculo deſiderato,rurſus admitti debeat vt ſi maſculus ille ſubito fuerit mortuus,& perinde habendus acſi non extitiſſet.per l.poſthumus.ff.de iniuſto rup.& irrit.fact.teſtamento.Aut ſi inueſtitio hoc pacto fiat,vt fœmina etiam per maſculum excluſa ſemel,eo deficiente ſuccedere debeat,vt uidere eſt apud Baldum & Doct.in d.c.quinetiam.Et Franciſ.Curtium in tertia parte.d.c. circa primam. §. vigeſimoprimo, quæro.tametſi & ipſi,in verbo,donec hæreant,& rem nõ ita dilucide explicent

Hic rurſus quæritur,ex quo fœmina, quæ beneficii poſſeſſionem re ipſa non eſt conſecuta,per maſculi exiſtentiã excluditur,& ſic excluſa vlterius non amittitur,ſed perpetuo ipſa & proles eius ſubmoueantur.Nunquid fœmina iam beneficium tenens,per maſculum ſuperuenientem, aut renatum excludatur? Verbi cauſa Anna & Catharina ſucceſſerunt in beneficium maternum maſculo non ſuperſtite, deinde Catharina obiit relicto filio Pamphilo, matre in ſuam feudi partem ſucceſſore,qui vt maſculus, cui in hoc ceſſionis genere prælatio eſt. Annæ matertera ſuæ partem etiam habere contendit, Et Andreas de Iſernia, ſecundum maſculum reſpondet, ex gloſ.in dicto capit. primo. de eo qui ſibi & hęredibus ſuis,&c. quaſi fœmina hęres ſit conditionalis, ſi maſculus non naſceretur, qua propter maſculo renato beneficium Annæ materteræ videatur nunquam pleno iu-

re finiſſe, ſed tantum donec conditio exiſteret. Proinde rem ad ſui naturam facile reuerti, vt ſic quoq; feudum excluſa fœmina, vel poſſidente ad maſculum ex primæua eius conſtitutione redire debeat, per l.dies incertus.ff.de cond. & demon. l.quod ſi pendente.ff.de pericul.& commod.rei venditæ.& l. ſi vnus.§ pactus ne peteret.ff.de pactis.& probat Matt. Laud. vindex penè opinionum. Sed è contrario magis eſſe videtur, & æquitati feudali conſonãtius, quod Pamphilus ſuperueniens, materteram ſuam in poſſeſſione exiſtẽtem, non debeat ſubmouere. Sentiunt Iacob.de Bel.Nicol.Neapolita.& Bal.in d.c.j.de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis. Enimuero fœmina non ſolum ius ī feudo a primo eius autore adquiſiuit, verum etiam eius poſſeſſionem nacta eſt, & domina vtilis facta, æquum eſt, vt in ea relinquatur. Cum natura dominiorum ſit, vt perpetua habeantur, & amplius non eſt quæſtio de beneficio te ipſa adquirendo, vt fœmineum ſuccedendi ius conditionale eſſe videatur, & per maſculi exiſtentiam purificatum, per Leges in contrarium allegatas, ſed de iure per poſſeſſionem iam plene adquiſito, quod propterea purũ eſt, & non conditionale ammodo, atque etiam conſeruando. Sequitur etiam & probat Præpoſ.in d.c.j.verſic.quæritur, an hic filius & Franc.Cur.doctè, vt omnia, in ſumma ſua, parte 3.& tit.circa primam §.28.quæro.

Quæ omnia, vt Epilogo demum contrahamus, & tyronibus magis obuia fiant, ſic adſequere. Quod fœmina in beneficium admittitur, fit, quia eſt fœmininum, & improprium, & degenerans, aut rectum, ſed ea conditione conceſſum, vt deficientibus maſculis fœminis obueniat, ſiue hoc domini liberalitate, ſiue pactionis modo contingat. In vtroq; autem maſculi prælationem habent, & hoc ob primæuum feudi inſtitutum, quo ſexui maſculo eſt proſpectum, quibus non exiſtentibus eo tempore, quo feudum erat transferendum fœminis locus patebit, ſed maſculo ſuperſtite fœminæ excluduntur, niſi ſtatim ſit extinctus, & ſic non extitiſſe legi videatur, aut beneficium ea conditione acquiſitum, vt fœmina ẽt prærerita, deſinente demum maſculo vaſallo, ad id redire debeat, alioqui perpetuo habetur excluſa. Id tamen quod in beneficio fœminæ aliam rationem habet, quam in recto, in illo enim per maſculũ fœmina etiam excluditur, ſed tamen propterea beneficium non deſinit eſſe fœmininum: Porro ſi maſculus ille filiam, aut deinceps ſobolem fœminini ſexus relinquat, ad eas beneficium pertinebit, non autem ad amitam eiuſque prolem deſcendentem etiam maſculini ſexus, fœmina enim excluſa ſemper manet excluſa, vt eſt relatum.

Si autem defunctus duas reliquiſſet filias in beneficium fœmininum ex æquo ſuccedentes, & altera filium, altera vero filiam ediidiſſet, Filius ille, neque materteram, quæ iam eſt in ſui feudi partis poſſeſſione, neque ex ea filiam, quaſi poſſidentem, & matris iure per omnia gaudentem, à re iam poſſeſſa ſubmouebit, ſed pars illa inter collaterales, donec & ipſi eſſe deſierint, remanebit propter ius a primo autore quæſitum, quo ſine legitima culpa priuari non debent. Sin vero beneficium fuerit rectum, in quod fœmina ex priuilegio ſingulari, aut pacto admittitur, & exiſtat maſculus vaſallo defuncto, adeo fœmina ſubmouetur ab eius ſucceſſione, vt neque ipſa, neque eius proles maſcula etiã, adceſſum ad id porro habeat. Quod ſi poſſidere cœperit, & demum filio atque filia fuerit aucta, qua natura feudi recta non per hoc extinguitur, ſed dum ipſa poſſedit, ſopita dormit, defuncta matre filius tãtum ſuccedit, & non filia, quia feudum ad natiuum ſuum ſtatum, quaſi poſtliminio redit, & ad maſculum pertinebit, ammodo etiam ad filias eius non peruenturum: quia fœmina ſemel excluſa, vlterius non admittetur.

SI QVIS VTRANQVE SEXVS NATVram habeat, quem Hermaphroditum vocarit, vt in feudum ſuccedat. C. IX.

VIdimus de iis, quibus beneficium ſucceſſione quoque defertur, ſiue maſculi ſint, ſiue fœminæ. Cæterum ſunt quibus vterque ſexus contigit, vt dubium ſit inter mares ſeu fœminas habeantur, vnde & ἀνδρόγυνοι Græcis, de quib. Plinius lib.vij.c.iij.& vulgo ἑρμαφρόδιτοι appellantur, quorũ cauſam Ouidius lib.4.Metamorphoſeos graphice deſcribit, ubi & hæc ſunt.

Sic vbi complexu coierunt membra tenaci,
Nec duo ſunt, ſed forma duplex, nec fœmina dici,
Nec puer vt poſsit, neutrumque & utrumque videtur.
Ergo vbi ſe liquidas, quo uir deſcenderat, undas
Semimarem fecisſe uidet, mollitaque in illis
Membra, manus tendens, ſed iam non uoce uirili,
Hermaphroditus ait, nato date munera veſtro,
Et pater, & genitrix, amborum nomen habenti.

In dubium uocari cœpit Hermaphroditus ne beneficii capax eſſe poſſit? Et ut breuiter quæſtionem reſoluamus, ſi beneficiũ ſit fœminæ, non eſt ambigendum quin ad id detur adceſſus, ita maſculus non ſuperſit, qui eum anteuortit. c.j. de eo qui ſibi & hrdib. ſuis maſculis & fœminis &c. Niſi maſcula natura ita in eo exuberet, vt virilibus præualentib. inter mares meritò ſit cenſendus. Quod ſi feudum rectum ſit de cuius ſucceſſione eſt contentio, cum lege nobis diſtinguendum venit, nimirum quando ſexus maſculinus in eo præponderat, & marem eſſe oſtendit, à beneficio non veniet arcendus, ut qui ſeruitia adeoque fidelitatem domino præſtare ſit potens, quorum deſiderio fœminis res illæ non patent. Aut ſexus fœminam eſſe oſtendit, & imbellem, & tale vas quod diuus Paulus fragile cognominat, & in feudũ propriam habens naturam, haud ſuccedit, vt qui neque fidelitati ſit idoneus. Facit l.ſed eſt §. ſi.ff.de li. & poſthum. l. quia, de ſtatu lib. & l.reputandarum. §. j.ff. de teſti. & reſpondet Iacob.de Ardiz in titu.de feudi ſucceſſione.§.eodem modo poteſt quæri de Hermaphrodio.

IOAN. FERRARII MONTANI COLLECTANEORVM IN VSVS FEVDOR.

LIBR QVARTVS.

VASALLVS QVIBVS EX CAVSIS FEVDO priuatur, & quando ipſo iure, vel per ſententiam.

CAP. I.

ARiſtippus Philoſoph. Cyrenæus interroganti, qui poſſit fieri, vt homines æqualiter uiuerent? reſpondiſſe fertur Si omnes leges ſublatæ eſſent, æqualem fore inter mortales vitam, vt quibus mali a bonis ſecernuntur, & æqualitas in humana ſocietate conſtituatur, non quidem vt ſuæ libidini quiſque relinquatur, ſed magis ut ad legum præſcriptum uitæ ſit inſtitutum, ad quod & uoluntatem noſtrã reformare, debemus, & hoc eſt, cuius Cicero in Paradoxis monet, Eum viuere vt vult, qui legibus non propter metum paret, ſed eas ſequitur atque colit. Cæterum cum id propter naturæ prauitatem, in Republica, & hominum cõione, non ita paſſim cõtingat. & hoc per legis autoritatem, qua fit ut malos à bonis ſeparemus, & tanquam paleam a tritico cribremus, itidemum inter politicos & bonos quoſque æqualitas conſtituatur, quod legibus ſublatis inter bonos & malos æque fieret, propterea Philoſophis ſapienter, atq; ut nunc ſunt homines, grauiter dixiſſe exiſtimandus eſt, id tantum legibus extinctis inter omnes futurum, quando nos lateret, quis bonus, quis malus, quid denique tuum, aut non tuum eſſet, & ſic æqualitas aliqua admitteretur, ſed agreſtis, & legitimæ politiæ parũ conueniens perinde atque impoſſibile fuerit, durante legum ordinatione inter omnes homines æqualitatem inueniri, vt per qnas mali longo interuallo a reliquis diſtent. Vnde & illud apud Macrobium, bonas leges propter malos hominũ mores inuentos eſſe, adeoque niſi lex eſſet, peccatum non eſſet, vt diuus Paulus ad Romanos docet.

Hinc etiam fit ut qui beneficium habere velit, ad normã morib. & conſtitutionibus proditã id habeat, oportet: Alioqui, ſi contra fecerit, ſe indignum eo reddit, & priuationi cauſam præbet. Idem enim ius quod rationem oſtendit, qua beneficium conſtitui atque conſeruari poſſit, etiam culpas perſequitur, quibus amitti debeat, quas niſi vaſallus deuitet, ſecdum haud retinebit. Qua propter cum expoſitum ſit, qui nã ſint modi, quibus feudum acquiritur, neceſſarium etiam eſt referre culpas, quarum cauſa amitti ſolet, ut & hic æquabilitate inter dominum & clientulum conſtituta, ille ſciet, quid ex beneficio in ſilum collato expectare, hic vero quid eius gratia præſtare debeat, ne eo etiam cum perfidiæ nota exuatur. Et quemadmodum Epimenides dicere ſolebat: pecuniã auaro eſſe ſupplicium liberali decus, proditori vero Parricidium, ita beneficium, quo liberaliter atque ingenue uti poſſit habet, ipſi quoque ſupplicium fiat, & nominis proſtitutio.

Tametſi beneficium habeatur, quod nulla culpa aut Felonia ſolet amitti, nimirum ex eo conceſſum, ꝙ uaſallus dominum à mortalitate, hoſtib. aut latrunculis liberarit, quod pro-

propterea Felonia non perditur Bal. in c.j. Si uaſal.feud.priuetur.cui deſe.per tex.ſi pater. §.j. ff.de dona. refert Franciſc. Curt.in ti.Feu.amiſſum cui debeat applicari.ad fin.

Culpæ denique propter quas beneficium amittitur, nõ omnes ſcripto ac definitione rotunda explicari poterunt, ſed arbitratui boni viri ſæpe numero æſtimandæ relinquuntur, ſi ſatis ingratitudinis præſeferant, propter quam beneficium adimi debeat, quod non ſolum æquitatis & legum intuitu eſt faciendum, ſed etiam ad Curiarum mores expiſcandum, ne ad quamlibet occaſionem per quam fidelis accepti beneficii immemor eſſe videri poſſit, priuetur, ſed ex ea, quæ egregiam ingratitudinem præſefert, pœna ſtatuatur. Itaq; cauſas quibus feudum adimitur partim ex moribus in ſcriptũ redactis, partim ex boni uiri arbitratu, aut Parium laudatione petuntur. Accedit Obertus in titu. Quæ fuit prima cauſ. beneſi.ami.§.ſed quia natura nouas deproperat ædere formas, poteſt multis modis contingere, vt aliæ emergant cauſæ, quibus uideatur iuſte adimi poſſe feudum. Ideoq; iudex ſolers, & diſcretus, & æquitati obſecundare ſollicitus, cuncta ſubtiliter diſpẽſans, prouideat, ſi quæ fuerit antiquioribus cauſis ſimilis, ſeu maior, ut prouide ſciat, verum beneficium ſit amittendum, an nihilominus retinendum. Eſt etiã in c.j.ab exor. Ex quib.cauſ.feud. amit. & in vtroque loco interpretes.

Poſſent cauſæ illæ cum Iacobo de Ardiz. aut ex faciendo, aut ex omittendo colligi, ſed ut breuitati nos ſtudeamus, generaliter ingratitudinis appellatione ueniunt. Et ſi aliquid contra fidelitatis capita peccetur, Feloniã dicamus (ſic enim noue & barbare Culpam uocant, eã maxime propter quã feudi eſt amiſſio, aut ſi domino proprietatis). Et non ſolum committitur, quando in dominũ delinquitur, quia in eum ſit inſultus, ſed etiam ſi ĩ aliũ quodammodo adſpergat, ut ſi uaſallus fratrem ſuum interfeciſſet, quemadmodum & delicti atrocitas facit, ut indignus habeatur qui fidelium clientulorum albo eſſe debeat, puta læſæ maieſtatis crimen, & uiolatæ publicæ pacis, hæreſis, parricidij, & ſi quæ alia ſunt quæ ſalua nominis ſtatuſq; honeſtate committi non poſſunt. Et cum non ſatis ſit a delicto abſtinere, niſi etiam fiat, ꝙ bonũ eſt, & fidelitatis iuſiurandum pleraque complectitur, quæ ſi omiſſa fuerint, æquæ culpæ adſimilantur, & cauſam priuationis præbent.

Licet autem ex ipſo feudorum Cõmentario cauſas amiſſionis cognoſcere ſit obuium, quia tamen ſparſim tractantur, eas hic contrahere uiſum eſt, & breuitatis compendio comparabiles facere. Prima igitur ſit ea, quam uaſallus committit, vbi dominum in acie pugnãtem, neque mortuum, neque letaliter vulneratũ deſerat c.1.§.item qui dominum. Quę fuit prim.cauſ.c.1.qb.mo. feud.amit.& c.1.§. ſi quis miles de feu. ſine culpa non amit. Ad quã ſi plures quæſtionũ ſpecies uidere cupis, apud Franciſc. Curt. habentur abunde, in parte quarta, ſub tit.quib.mod.feu.amit.§.circa primũ.& porro in decimamquartam vſque dubitationem.

Si cum domini vxore conſuetudinem habuerit, ſiue in viuis ſit dominus, ſiue mortuus, ipſa tamen adhuc vidua.d.c.1. vbi Doct.quib mod. feudum amit. Quod procedit etiam ſi domini vxorem ſaltem de adulterio interpellaſſet, vel turpiter eam attigiſſet. Quando in delictis atrocioribus affectus punitur, etiam ſi effectus non ſequatur.l. ſi quis, non dicam rapere.C.de epiſc. & cle.& l.Diuus.ff. ad leg. Cornel.de ſica.

Vaſallus qui domini ſui filiam, matrẽ, ſororem in domo eius, neptem ex filio, aut nurũ uitiaſſet, ꝙ (Rhapſodus Commentarij feudalis cucurbitare verbo ſignificat, ꝙ eſt turpiter dehoneſtare. Cucurbitam enim uocant, qui ſciens vxorem aut filiam mœcho ſupponit. Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo, apud Iuuenalem) & ipſe feudum amittet. Siquidem in perſonam domini non ſit peccatum, ignominia tamen in ipſum redundat, quã clientulus pro fide ſua non debebat irrogare. Per d.cap.1.§.item ſi fidelis.vbi Alua.Præpoſit.& Doctor.quib.mod.feudum amitt. Et Ioan.Blanchus in ſumma.titul.quibus mod.feud.amit.§.item cum vxore.cum aliquot ſequentibus. Adeo autem harum perſonarum contumelia dominum adficit, ut nõ ſolum adulterij accuſationem earum nomine habeat, ſed etiam mœchum quandoque interficiendi poteſtatem. Eſt etiã capit.1.§.rurſus.quę fuit prima cauſa.

Quia nefas eſt in republica ad legis normam formata, alterum vi adoriri, idq; per inſultũ, quo caſu defenſio permiſſa eſt, quam per naturam habemus, ut ſi ad vitæ ſuæ, atque corporis tuitionem obtinus, etiã homicidium perpetraſſet; ſed cum inculpato moderamine, iure id factum exiſtimetur, & lege Cornelia non perſtringat. Maxime autem vaſallus, qui in dominũ ſuum, ita cominus inſultum facit, ut inuicem committere poſſint, aut etiã in Caſtrum domini, ſiue dominus adſit, ſiue nõ, ita acceſſum, vt vel telo ei vim inferre poſſit. Sic enim Bald. Alua. & plerique omnes textũ intelligunt in titul. quibus mod. feudum amitt. §. ſimiliter ſi dominum adſilierit, vel Caſtrum eius domini, ſciens dominũ vel dominam in eodem eſſe. Eſt etiam in cap.1.§. porro ſi dominum adſilierit. Quæ fuit prima cauſa benefic.amitend. Et magis eſt, ut feudum amittat ſi dominum occidiſſet, apud Iacob.de Ardi.in tit.quib. mod.feud.amit.§.amittit autẽ quis feudum.

Amittit beneficium, qui fratrẽ ſuum, vel ex eo nepotem occidit, in hoc atrocius delinquens, quam ſi fratrẽ domini occidiſſet, per ꝙ feudo non priuatur, ꝙ parricidij reus habetur per leges.l.1.ff. ad legem Pompeiam, de parricid.c.1, an ille qui interfecit fratrem domini, Porro fratrem ſuum conficiens videtur id quaſi eius bonis inhians facere, quapropter & beneficio exuetur, ꝙ ſi paternum ſit, & antiquũ ad proximum agnatum pertinebit. d. c.1 §. item ſi fratrẽ ſuum occiderit. quibus mod.feud.amittitur.& c.1.§.ſed ſi fratrem ſuum interfecerit. An ille, qui interfe.frat. dom. vbi Doct. & habet Iaco.de Ardi.in tit.quibus modis feudũ amittitur §.amittit, ſi fratrem proprium, vel filium fratris occiderit.

Et non ſolum ex eo, ꝙ fratrem ſuũ confecit, feudo priuãdus eſt, verumetiam ex omni parricidij cauſa, utcunq; non ſit perpetratum, ut committeretur, ſiue gladio, vel telo id fiat, ſiue ueneno vel toxico, conatus irreuocanter ſtabilito ad hoc tractatu acceſſerit.l.ſi ſciente. & toto tit. Pandectarum. Ad legem Pompeiam de Parricidijs. accedit.c.1.§. prædictis modis.vbi Bal.& Doctor. Quæ fuit pri. cau. benefi.amit.

Vaſallus proditionis, aut deſertionis inſimulatus, qa propter infamiã in Curia domini ſui, ſalua eius exiſtimatione, aut honeſte uerſari nõ poterit, a feudo ſit alienus, ut de quo ſeruitia ſua inter honeſta fidelium conſortia, præſtare non poterit. Cum & moribus receptum ſit, ut ſi talis infamia proditionis, aut qa domini, aut uexilli deſertor, turpiter ex acie, aut ex caſtris quoq; miſſione non impetrata, aufugerit, inſignis menſæ honeſtorum ſe adiunxerit, ut inciſo gauſapo habeant, eiusq; ſodalitio ſeſe ſtatim ſubtrahant. Cũ & legib. & conſtitutionibus tales, ut infamia notati, deuitentur.l. deſertor.§.1.ff.de re mili.& l.1.C.de deſertoribus.lib.xij.Bartol. in l.reſpiciendũ.§.delinquunt.ff.de pœnis. Eſt gloſſ.in §.item ſi fratrẽ.vbi Iacob.de Bel.& Mart. Laudenſ. quib. mod. feud. amit.& Franciſc.Curt.in 4.par.§.vigeſima prima.

Quod etiã obtinet ſi vaſallus ſecreta domini ſibi commiſſa, ut ipſi noceat reuelaſſet, vulgo credentiam dicunt, ex eo ꝙ ſecreta ſic credantur cõmiſſa.c.1.uer.vel credentiam.quib. mod.feud.amit.vbi Aluarot.

Idem reſpondemus in eo, ꝙ per Principẽ eſt proſcriptus, aut banno Imperiali, ut uocant, ſic innodatus, ut bona eius etiam publicentur, ꝙ in ijs quotidie eſt videre, qui vel maieſtatis ſunt rei, aut rebellionis, ſimiliter qui publicam pacem contra Imperij conſtitutionem violarunt. apud Nellũ de S. Gemin.in de Bannitis.Bart.& Alex.in l.ſi finita.§. ſi de vectigalib.ff.de dam.infect.

Qui domino graues & inhoneſtas iniurias intuliſſet, aut vitæ eius telo, veneno, aliisve machinationibus inſidiatus fuiſſet, beneficio priuari poterit, cum & iiſdẽ de cauſis filius exhæres ſcribi poſſit, & donatio facta reuocari. Eſt in cap.1. §.porro.ver.vel alias, graues vel inhoneſtas iniurias &c. Vbi Aluarot.quæ fuit prima cauſa. facit l.propter inſidias.C. qui accuſare non poſſ.& Nouell.ut cũ de app. cognoſ.§.cauſas. Idem reſpondemus in vaſallo, qui propter rẽ beneficiariam in ius per dominum vocatus non ierit, ſed vere contumax, etiam ex confeſſo emanſerit, propter quem contemptũ, & ingratitudinis notam, quia iuſtitiam domino ſuo denegat, & iudicio ſiſti nõ vult, feudi poſſeſſione iure optimo priuatur, licet intra annum contumaciã purgare, & poſſeſſionem ſuam recuperare permittatur, ꝙ ſi non fecerit, etiã dominiũ vtile perdet.dict.capi.1.§. illud tamen nõ lateat te. vbi Aluarot.eleganter, quæ fuit pri.cauſ.benefic. amit.

Vaſallus, qui domino capitaliter inimicus eſſe probatur, aut cum inimico capitali fœdus, aut amicitiam in domini perniciem inire, beneficio ſe etiam indignum facit, & cauſa cognita eo priuatur.gloſſ.in d.c.1.vbi Doct. quib. mod feud. amit.& Franc.Curt.parte 4.tit.quibus mod.feud.amit.§.decimaquinta.

Quandocunque vaſallus rẽ, aut eius partem, quam ſcit feudalem eſſe, & a domino ſibi collatam, feudalem, eiusve conditionem negauerit, quia per hoc domino ſuo eam, cõtra fidelitatis iuſiurãdum interuertere contendit, propter ingratitudinem illam egregiã conuictus, feudo priuandus erit. Neque profuerit inficiatione diſerte facta pœnitere, & rem feudalem eſſe fateri, niſi inficiationem per iuſtum errorem factam doceat, quia ex eo, ꝙ coram iudice, & conſtanter feudum eſſe inficias iuit, domino ius in re quæſitum eſt de iure, ꝙ eo inuito in ſpongiam ſic ire nõ poteſt. Eſt in §.Vaſallus ſi feudum, vel feudi partem, aut feudi conditionem, ex certa ſcientia inficietur, & deinde conuictus fuerit, eo ꝙ abnega-

uit

uit feudum, vel conditionem eius, expoliabitur. ſi de feud. fuerit cõten.inter domi.& agnat.vbi Andr.de Iſer.Iac.de Beluiſ.Bal.& Aluar.& Iac.de Ard.in tit.,quibus mod. feud.amit. §.ſi ſciens vaſal.ꝙ ita accipiendum eſt,ſi totum feudũ negaſſet, totum perdet,ſi partem,eandem tantum amittet,ne pœna excedat delicti modum.cap. 1.de vaſallo,qui cont.conſti. Lotha.feud.alien.& l.ſancimus C. de pœnis. Attamen ſi nõ prodat alium vaſallum beneficiũ negantem, aut forte rem quam domini eſſe nouit,ſed non feudũ celando, non ſignificauerit domino,feudum ſuum haud amittet,quãdo tacendo minus peccatur,quã diſerte negando, ut qui in ficta tantum, & quaſi ingratitudine deprehenditur.d.c.1.§. Vaſall. ſi feu.uer.alius autẽ vaſallus.ſi de feu.cont. patrocinatur.l.eum qui celauit.C.de falſ.& l presbyt.C.de epiſc.& cler.

Neque hoc admodum nouum eſt,ꝙ vaſallus rem feudalem abutendo deteriorem facit, quando etiã ipſam perdit, ex eo ſiquidem fieri poſſet,ut per talem negligentiam & ſocordiã res, aut omnino periret, quia abſorbentes aquarum decurſus, aut uehiculorum incommoda non prohibet. aut ita deminueretur, ut poſtremo nihili reliquias inueniret, & feudum in feudo deſideraretur,& facile Senecã verum dixiſſe ſentiet,Seram parſimoniam in fundo eſſe, vbi non ꝙ minimum eſt ſolum remanet,ſed & ꝙ peſſimum.per Imo.in c. ad Apoſtolicæ.de re iud.in l.1.Bal.in c.ſi.de re iud.accedit tex. quem Bar.quoq; allegat in c.1.§ ſi. de pace tene.tradit Fran. Cur.quib.mo.feu.amit.§.vigeſimaſecunda cauſa.

Quia inter fidelitatis capita eſt, quomodo vaſallus periculum,ꝙ domino incumbit, quantum poterit impedire, ꝙ ſi non detur,ut dominum de eo certiorem reddat, ꝙ vbi facere neglexerit,ingratus eſt, & beneficio priuandus,id ꝙ nõ ſolum de rerum iactura imminente, ſed etiãſi perſonæ eius aut nominis cãdori quis inſidiari laboret,iniuria atroci atq; graui.Eſt text.in c.1.§.et ſi ſciuero.de noua for.fidel.vbi Alu. & Doct. Idem in §. præterea.quæfuit pri.cauſ. vbi in tex.

Delationis vitium multis incõmodare ſolet, ut quibus aperte noceri non poteſt,clanculũ traducti,non leue diſpendium,præſertim apud potentes ſępenumero incurrant.Et qa proditores illi plerunq; ſunt falſi,a Principib.non ita admitti debent,id ꝙ in Alexandro præcipue laudatur.Cum alioqui malos Principes faciat.Per Vopiſcum in Aureliano:iam primũ nimia licentia,deinde rerum copia, amici præterea improbi, ſatellites deteſtãdi,& aulici vel ſtulti, vel delatione quoque deteſtabiles.Recte itaq; factum eſt,ꝙ & delator, qui domino ſuo graue damnum inferre clanculum niſus eſt, beneficium amittat.in d.c.1.§.ſed & q delator. Quæ fuit pri. cauſ. & §.cauſas.in Nouell.vt cum de app. cogno.Franc.Curt.in d. tit.ex quib.cauſ.feu.amit.§.vigeſima nona.

Vaſallus qui contra dominum præſertim accuſatum teſtimonium præbuiſſet in gratiã aduerſarij, per iudicem non coactus,etiam beneficium perdit: Proinde qui aduocationis patrocinium ſpõte contra ipſum exercuerit, aut etiam ſi perperam contra dominum pronunciaſſet,ſententia demum per appellationem reſciſſa,feudo priuandus erit,ut per quæ domino non modice noceatur, per eum qui propter fidelitatis debitum, potius a domino ſuo ſtare ſit iuſſus, quam ut animo ſic nocẽdi & ingrato ſeſe erga eum oſtenderet, atq; venditaret,glo.& Doct.in d.c.1.§.ſed & q delator. quæ fu.pri cau. be.amit.Franc.Curt.abunde in alleg.tit.ex qb.cauſ.feud.ami. §.trigeſima ſecunda,trigeſima tertia, & trigeſima quarta.& Ardi.quib.mo.feu.ami.§. vtrum vaſallus amittat feudum, ſi contra do.accuſat.teſtimonium.

Quandoquidem fidelis dominum ſuum in omni cauſa neceſſaria,& graui iuuare cogi͂, & incolumitati reſtituere, quarum numero Carcer quoq; eſt,& corporis cuſtodia,feudalis æquitas ſuadet, ut vaſallus dominũ ſuum cuſtodiæ incluſum, ſi poſſibile eſt, redimat, liberũq; faciat,etiamſi propterea non fuerit interpellatus, ut quem fidelitatis iuſiurandum in mora conſtitueret,& pro domino interpellaret.tex. eſt in d.§.ſed & q delator. Et licet induſtria,labore, & ſolicitudine eo niti debeat,vt liberetur,pecuniam tamen ſuam in redemptionem eius exponere (niſi ex certa cauſa ad id quoque pietatis induceret) non debet cogi, tametſi in ſumma egeſtate eum quoq; alere debeat,aut beneficium cedere.per Aluar.in d.§.ſed & qui. differit etiam Barba.in Rubr.de iure iur.& Iacob.de Ardi.in tit.qnib.mo.feu.amit.§.vtrũ vaſallus teneatur dominum egenum alere.

Inter præcipuas ingratitudinis cauſas eſt, quãdo vaſallus beneficium ſuum, ſine domini voluntate alienare non ſit veritus, ꝙ licet antea & veteri iure quodammodo eſſe permiſſum,Principum tamen conſuetudinibus quæ feudalibus cõſtitutionibus acceſſerunt,id facere nequaquã licet. Quinimo pretium ex illicita hac venditione comparatum,ſi emptor ſciẽs feudum eſſe,& mala fide emiſſet, fiſco obuenire debet,ꝙ demum ſi bonæ fidei emptor ſit, euictionis beneficio ex venditore recuperare poterit, feudo ad dominum ipſo iure reuerſo.Eſt in titul.de prohib. feud. alien. per Lotha. §.ſi quis verò.& de prohib.feud. alie. per Federi.c. imperialẽ. §.habito ergo conſilio.& §.callidis inſuper.

Adeo autem feudum alienari prohibetur, vt etiam omnia quæ alienationis verbo continentur,a beneficio, niſi domini acceſſerit conſenſus,habeantur aliena,qua de cauſa in Emphyteuſin inſcio domino per vaſallum dari nõ poterit, maxime ſi propriam habeat feudi naturam. Per Iac.de Bel. Bertrand.Capreoli.Bal.Iac.Alua.& alios in d.c.1. de prohib. feu.alien.per Fed. accedit.§.alienationis.in Auth.de non alie. & l.ſi.C.de reb.alie.non alie.

Neq; res feudalis iure locationis in alterum tempore longiſſimo poterit transferri,ita vt vtile dominium quoq; conductori cedat, quia talis locatio æquiparatur etiam alienationi propter temporis diuturnitatem.notatur in l.1.§.ſi.ff.ſi ager vectigalis.Bal.& Imo.in l.codicillis.§.Inſtituto. ff. de lega.2.colligit eleganter Franc.Curt.in d. tit. ex quib.cauſ. feu. amit.§.tertiò principaliter quæro.

Feudum ſine amiſſionis periculo neq; pignori dari abſq; domini conſenſu valet,propter inhibitam alienationẽ, maxime vt ſequatur traditio poſſeſſionis,alioqui ex cauſa beneficio neceſſarie incumbente,vaſallus id facere non prohibetur.Et ne impigneratio feudi ſit perpetua,domini etiamſi cõſentiant, tamen in aliquot annos adſenſum illum ſuum ſæpenumero reſtringunt, vt ſi vaſallus illud pignus intra id tẽporis non redemerit,liceat domino vt id ſuo ære luat, & ipſe interim retinebit,ad tempus enim alienationi tantùm cõſenſit,quo præterito,deficit eius voluntas, & beneficium reddito pretio aperitur.Eſt text.in c.imperialem.in verbo vel pignorare.de prohi.feud.alien.per Feder.vbi And.de Iſer.Alu. & Doctor.adde Marianum Socinũ in conſil. xix.in 1. volu. Bald.in c.j.§.aut libellario.quib.mod.feu.amit.

Igitur feudum nec permutari debet,ꝙ ſimiliter eſt aliena re,re tamen pro re data,quæ vltro citroq; in alterius tranſit dñium.Cùm verò vaſallus inuito domino,proprietatem feudi interuertere non poſſit, præter hoc ꝙ neq; alium vaſal. ipſi nolenti quærere,aut obtrudere datur, permutare quoq; beneficium nõ permittitur.Eſt Iac.de Ard. in d.tit. Quib. mod.feu. amit.§.item prohibetur pmutare.& Alu. in dict.c.imperialẽ. de prohib.feu.alie.per Fed.

Tranſigere quoq; vaſallus de beneficio ſuo abſq; domini conſenſu non debet,in caſu quo in aduerſarium eſſet transferendum,quando ſine maximo domini præiudicio id fieri non poſſet.Sin verò cõtrouerſia vaſallo fuerit mota, vt redimat illam vexationem,& moleſtias fori porrò deuorare nõ cogatur,permiſſa eſt tranſactio,per quam ipſe feudum retinet,& è regione trãſactionis nomine aliquid pecuniæ, vel ſuæ rei aduerſario cedat.Tempore.n. redimere iubemur, & inanes vexationes,quia dies ſunt mali.c. Dilectus. ext.de Simonia.Et mirum eſt quam petulantia hominum in foro, quæ tamen iuſtitiæ officina eſſe debet, ſeſe ante omnia prodat,vbi conſpectior ſemper eſt, qui aut bene eſt veſtitus,aut litigatores artificè æruſcare poterit,ſed de legum diſciplina ne mentio quidem habetur, tantum abeſt, vt eius vſus aliquis eſſe debeat, omnibus in vniuerſum bene conſtitutis, vel in fraudem corruptis, vel penitus contemptis, adeo vt etiam boni uiri inter eos ſtrepitus bene viuere non permittantur. Recte itaque Iſocrates interroganti, quare forenſibus negotijs ipſe quoque operam non nauaret, reſpondit: Quæ locus ille callet, ego neſcio, & quæ ego calleo, locus ille neſcit.Explicatur in cap.ſi vaſallus de ſuo feud. ſi de feud. fu.contro.& magis in c.1.de contr. feu. inter vaſall.& ali.& Doct.communiter in d.c. imperial. de prohib. feu. alien. per Fed.& expendit late Fran.Cur.Iu.in d.tit. ex qb.cau.feu.amit. §.ſeptimo principaliter quæro. Ad ultimã cauſam.priua.feu.

Proinde feudum alienatum & reip ſa traditum,etiamſi vaſallus poſtea recuperauerit,id tamen nõ retinebit, ſed ad dominum reuertetur, ex quo enim dominiũ ſuum vtile ſemel tranſtulit,& ſic eſt extinctũ,& à ſubſtantia ſua diuulſum,ad id regreſſum non habebit,propter cõſtitutiones quibus feudi alienatio ſub priuationis pœna omnino eſt interdicta,vtcunq; veteri iure id non amiſiſſet,ꝙ nunc demum eſt abrogatum.facit.l.ſi vnus.§.ꝙ & in ſpecie.ff.de pact.l. ſolita. C.de remiſſ.pign.l.quæ res.§. aream.ff. de ſolut. & tractant noſtri abunde.in titul. quid iuris ſi poſt alie.feu. vaſall.id recup.

CAVSAM PRIVATIONIS FEVDI NON ſolum ex ſcripto,ſed etiam ex bono & æquo petendam. C. II.

NOs ex multis cauſis, quibus beneficium adimi poteſt,ſaltem aliquas referre volebamus,& eas magis frequentes,reliquas ipſe ex Commentario conquirere poteris, cui

cui & Iacob. de Ardi. Ioan. Blanchus, & Franciſcus Curtius admodum manus porrigent, vt qui ad vnguem eas cõprehendunt. Cæterùm, cuius etiã monendi ſumus, quia cauſæ illæ, autore Oberto, omnes certo modo definiri, & ſcripto includi non poſſunt: Cùm ꝙ ſm Curiarũ mores, qui non vbiuis ſunt iidẽ, ingratitudinis cauſæ aliæ, atque aliæ ſeſe reſponſuro ingerunt, quibus feuda adimuntur, tum ꝙ hominum prauitas nouas quotidie culparum formas nobis obtrudit, non leuiores, ſed qñque atrociores iis, quę etiã ſcripto comprehenſæ ſunt, propter quas, vt ad boni viri arbitratum, ſimiliter æquum eſt beneficio quis exuatur. Cùm per naturam comparatum ſit, vt nouis morbis, nouum remedium, & malagma eos propellens, opponatur, Non ſecus atque de veritate teſtimonijs eruends Iuriſconſultus ſcribit, ꝙ ſine publicis monumentis ſæpe inueniatur, quemadmodum Calliſtratus. ff. de teſtibus. l. 3. §. eiuſdem quoque Principis Adriani, & c. quæ argumenta ad quem modũ probandæ cuiuſque rei ſufficiunt, nullo certo modo definiri poteſt. Sicut enim non ſemper, ita ſæpe ſine publicis monumentis, cuiuſque rei veritas deprehenditur. Qua de cauſa iudicis eſt ex bono & ęquo æſtimare, ſi qua culpa ſcripti monumento non cõprehenſa obijciatur, ſatis ne ſit, vt vaſallus propterea beneficio moueri debeat. Quod ex natura culpæ, conditione perſonarum, & delicti grauitate, alijſque bonũ virum mouentibus circumſtantijs pro ſolertia, & diſcretione ſua citius, & prouidè tandem deprehendet, & ꝙ æquum eſt ſtatuet. 1

Et licet ſint, qui eas culpas ſufficere autument ad beneficium adimendũ, quas leges exhęredationibus, nuptijs diſſoluendis, & donationum reuocationibus præſtituũt. iuxta. §. cauſas. in Authen. vt cùm de app. cog. l. conſenſu cum ſimilibus. C. de repud. & l. fi. C. de reuoc. dona. Idque ex. §. prædictis modis in titul. q̃ fuit prima cauſa benefic. amit. Tamen hoc non procedit, neque ea eſt Oberti ſententia, qñ non colligit ex ijs cauſis per omnia feudum adimendum, quibus exhęres quis ſcribi, matrimoniũ diſſolui, & donatio reuocari poſſit, ſed æquum eſſe, vti ex prædictis culpis beneficij ſit priuatio, cùm ob leuiores quis exhæredari non debeat, &c. Quapropter iudicis deliberationi committit, ſi cauſa propoſita ſimilis ſit aut maior his, quæ in monumentũ ſunt relatæ, ut propterea beneficium adimẽdum veniat, aut nihilominus retinendum, & non ꝙ ea commiſſa, quibus exhæredatio, aut repudium permittitur, etiam feudo quis ſemper priuari debeat, ad ꝙ ſingulares cauſę recipiunt, quibus vaſallus erga dominum ſuum ſe egregię exhibet ingratum, & nõ omnis culpæ occaſio, qua vel nomẽ, vel vita hominis grauare poterit. Ita eſt in d. tit. ex qbus cau. feud. amit. §. non enim ad hoc ſufficit omnis occaſio, per quã fidelis adcepti beneficij videtur ingratus, ſed ſunt quædam, vt ita dixerim, egregiæ ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſm mores Curiarũ ſolet adimi. Quomodo enim vaſallus, & quã fideliter erga dominũ ſuum debeat ſe habere, potius ex naturalibus, & bonis Curiarum conſuetudinibus poteſt percipi, quam lege, aut ſcripto aliquo poſſit comprehendi. Sentit. Iac. de Bel. & ſequitur Alua. quoque in d. §. prędictis modis. & cap. 1 de feu. cog. c. 1. §. illud enim. quę fuit pri. cau. & habet Franc. Cur. docte in ti. ex quib. cau. feu. amit. §. 38. cauſa.

AD PRIVATIONEM QVANDO SENTENtia declaratoria opus eſt, vel non. C. III.

ACcepimus quę ſint cauſę ex qbus vaſallus beneficio ſuo cadit. Cęterum ne aliquid prętermittatur cognitu neceſſariũ, diſpiciendũ eſt, nunquid ipſo iure hoc fiat, vt dominus ſtatim commiſſa culpa beneficiũ ſua autoritate adimere poſſit, vel potius ſententiã expectare debeat, qua declaretur id amiſſum eſſe. Vbi vt rem breuiter cõſequaris, ita diſtinguendum: Ad omnem priuationem beneficii, in cuius poſſeſſione vaſallus adhuc eſt, & ſic non finiti, opus eſſe cognitione iudiciali, & ſententia declaratoria. Licet enim delicti cauſa ipſo iure ſit definita, quę feudũ adimit, quia tñ multa ſunt, quę delinquentem excuſare poſſunt, & vt cauſam dicat, admittere, propterea cognitione opus eſt, ne iniuſte priuetur, vſqueadeò dominus infeudare quidem abſque ſententia permittitur, ſed non disfeudare, aut beneficium auferre. Iudicem enim quempiam in ſua cauſa fore, eſſet inciuile, & conſtitutionibus contrarium. Audi titu: hic incipiunt conſue. reg. §. ad hæc. quantocunque tempore ſtetit, vaſallus ꝙ domino non ſeruierit, ſm vſum Mediolanenſiũ, beneficium non amittit, niſi ſeruitium facere renuerit, vel niſi à domino ei denuntiatum ſit, & ille cùm potuiſſet, ſeruitium nullum ei fecerit. Bonus tamẽ iudex varie ex perſonis cauſiſque definiet, & finget vaſallum remotum eſſe, vel propinquum paratum eſſe, vel dominum guerram habere, vel non, vtrũ etiam magnam vel paruã, & anuntiauit ei dominus, vel non. Hęc omnia vertũtur in cauſæ cognitione, & promptiores ſumus ad abſoluendum, quam ad cõdemnandũ. Item Lotharus Imp. de feudo ſine culpa non amittendo: ſancimus, ut nemo miles ſine cognita culpa, beneficium ſuum amittat, ſi ex culpis iis, vel cauſis conuictus non fuerit, quas milites uſi ſunt nominare, qñ fidelitatẽ faciunt dominis ſuis, vel per laudamentum parium ſuorum.

Ex quibus apparet cauſam propter quam vaſallus priuari debet ad cognitionem producendam. Vtcunque enim ex his ſit q̃ ipſo iure ſtatuente priuare ſolet, poterit tñ facti ſpecies ea eſſe, q̃ excuſationẽ mereatur & pro felonia non hr̃, iudicis erit circumſtantias eius, & delinquentis propoſitum expẽdere, & demum ex eo pronunciare ꝙ ęquum viſum ſit. vt ſic nemo miles, niſi cognita culpa & conuictus condemnetur. Non enim ex omni cauſa, qua vaſalli opinio grauetur, beneficium amittitur, ſed ex ea tantum, quæ perſpicuam in ſe habet perfidiam, vt priuationẽ merito inducat, alioqui feudũ etiam culpa commiſſa non adimetur. Docent grauiter And. de Iſer. Bal. Alua. & Præpo. in d. §. ſanci. & in §. illud enim eſt certum. quæ fuit pri. cau. be. amit. accedit Bat. cum Doct. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper. ff. de re iud.

Sin autem vaſallus commiſſa culpa in poſſeſſione eſſe deſierit, & dominus eam vacuam reperiat, iure ſuo vti poterit, & rem feudalẽ, non expectata vlla ſententia, qua habita culpę cognitione declaretur, beneficium domino apertum, eique reſtituendum ingredi, & ad ſe recipere, ita tñ vt vi nihil agat, quæ legibus tã inimica eſt, vt quæ maxime, & per vim ſunt leges & plebiſcita coactę, ſcribit Lucanus. Verbi gratia, Vaſallus beneficium ſuum ſciens vendidit, domino non conſentiente, idq; in emptorem tranſtulit, ꝯ Principũ ſanctiones: Et quia beneficium ſuum re ipſa alienauit, id quo ad ſuum ius vtile pro derelicto habens, ſeque ipſo iure alienũ ab eo fecit, & emptor illud ex titulo emptionis retinere non poterit, quia ꝯtractus eſt prohibitus, & iure ipſo nullus, nec etiam vlla præſcriptione iuuandus, domino apertum habetur, qui illud ſine vllo declarationis ſubſidio ad ſe recipere poterit, emptori actione ad repetendũ pretium per euictionem reſeruatur, modo bona fid. emiſſet alias nõ. Eſt tex. vbi glo. & Doct. in c. 1. §. ſi quis miles. de feu. ſine culp. non amitt. & c. Imperialem. §. callidis. de prohi. feu. alie. per Fed. Imo. in c. ex parte. extra, de feud. Niſi forte alienationem non ita factam vaſallus cauſaretur, quo caſu etiam audiendus, & de cauſa cognoſcendum, aut emptor forte cedere nolit, tunc enim ſententia executionis declaratoria opus eſt per officium iudicis danda, ne ꝯ inauditum aliquid ſtatuatur, natura quoque refragante, cuius beneficio defenſionem accepio ferendã habemus, per Bal. in d. §. ſi quis. arg. l. ſi pecun. §. ſi ſeruum. ff. de condi. ob cau. & c. licet. de pręb. & dig. lib. vj. Item vaſallus vitiauit domini filiam, aut aliud commiſit propter ꝙ beneficio eſt priuandus, & dũ cognitio illa pendet, moritur ſine hęrede maſculo dominus poſſeſſionem illam vacuam nõ expectata ſẽtentia declaratoria ingredi permittitur, & dominium vtile cum directo iam plene dominus coniungere, quia feudum eſſe deſijt, & pro iure ſuo id inuadit. Quod ſi tertium in eius poſſeſſione inueniat, qui cedere ita nolit, manu ipſum non debet eijcere, ſed per rei vendicationẽ ordine iudiciario obſeruato, eũ ſuperare, atque ad reſtitutionẽ cogere. Per Andr. de Iſer. in c. fin. quo temp. mil. Præpo. in c. 1. §. ſi. de ijs qui feuda. pot. & d. c. ſancimus. de feu. ſine cul. nõ amit. Ex quibus ſtatim cognoſces de omni cauſa, quacunque beneficium adimitur, cognitionem iuris ordine ſeruato habendam, vt demum ſententia interponatur priuationis declaratoria, non vt propterea de cauſa ſtatuat, quæ de iure eſt priuatoria, verum vt declaratio iudicis ad eſſe priuationis accedat, & culpam hanc ita commiſſam, vt feudum merito adimendum per hanc eſſe decernat, qua propterea non eſt opus, vbi ſine tergiuerſatione notoriũ eſt, ꝙ culpæ nomine obijcitur, aut feudum eſſe deſijſſet, quo caſu ſuapte autoritate poſſeſſionẽ re ipſa adripere, aut ſi ꝯdictor ſit, ſententiam executionis ꝑ iudicis officium petere valet. Reliqua huius farinæ Frã. Curt. habet in tit. ex quib. cau. feu. amit. §. poſt enumeratas cauſas priuationis: vbi multa notatu digna adducit, quæ horas ſuas non ita male collocaturus, diſpicere poterit.

Tametſi abſurdum videri poſſit eum, q̃ nihil commiſit in aliqua Republ. pœnæ ſubijci, præſertim in beneficiaria, vbi conſtitutum eſt, quibus ex culpis feloniæ & ingratitudinis quis inſimulari debeat, vt beneficio priuetur. moribus tamen receptum eſt, vt is qui per corporis vitium ſeruitia commode præſtare non poſſit feudi, vel non ſit capax, vel eo exuatur. Porro qui ſic imperfectus, aut mutilus naſcitur, & id per naturã, q̃ ipſi in hoc, vt multis nouerca eſt, neq; noui feudi, neq; antiqui eſt capax, verũtñ ſi inops eſt, & aliũde nõ habet vnde alatur, tantum ex beneficio reliqui habere debet,

vt pro

vt pro feudi qualitate, & ipſius conditione ſuſtentari poſſit. Per And.de Iſer.in §.mutus. epiſcop. vel abb. quē.§. ex Longobardis conſtitutionibus.l. ſi quis terrā cenſualem . in titu. de beneficijs, & terris tributarijs tranſumptum putat. Aut ꝑ accidens ſit imperfectus, mutus videlicet aut cæcus, cum tñ ſine vitio corporis ſuerat natus, neque vlla medicorum ope curari poterit,& tunc ſeudum nouum perdit,ꝙ debilius eſt, & radices in ſamiliam non tam egit,ob id citius amittitur,& ita,accipiendus eſt in titu.epiſcop.vel abb.§.mutus ſeudū retinere non poteſt,ſcilicet qui nullo modo loquitur, ſed ſi ſeudum ſuerit magnum,quo ei ablato, ſe exhibere non valeat, tantū ei relinqui debeat,vnde ſe ſuſtinere poſſit, ſed ſeudum paternum ſeu antiquum, modo ſeruitia per ſubrogatum aliquem vel ſubſtitutū præſtare poſſit,retinebit,cuius poſſeſſionem re ipſa habet: in hunc modum vr̄ intelligendum, ꝙ eſt in tit.an mutus, vel alias impetfectus ſeudū retineat,his verbis:mutus & ſurdus,cæcus, claudus, vel aliter imperſectus,ēt ſi ſic natus ſuerit,totum ſeudum paternū retinebit,ſecundū Obertum,Gerhardum,& multos alios. Et ſi forte utrunque locum conciliabis, qui alias interpretibus multum negotij faceſſit,vti apud Iac.Alu.præcipue eſt videre.

Sed ꝙ in dubium vocari poſſit de Eunucho, qui teſticulis exectis cuiratus eſt,nunquid & is ſeudo debeat priuari?Et magis eſt,cum non priuari,ſed eius per omnia capacem eſſe,cū ſeruitia ſtrenue præſtare poſſit,licet ei generandi vis virilibus exectis,ſit adempta, maſculus tñ animus ei illibatus permanet.Cuius cum multa nobis ſint præclata exempla,unum tñ hic referre libet,ꝙ & apud Procopiū eſt , de Narſete patritio Eunucho , quem cum Iuſtinianus Imper. Italiæ præfeciſſet, Gothos omnes , vel deleuit , vel Italia cedere coēgit . Totila quoque ipſorū rege interfecto. Quæ omnia tanta prudentia,tanta fortitudine perſecit,vt nulli non Heroi æquādus eſſet.Sed vt Principum fauor non ita durat, malā tandem gratiam tulit.Nam dum eum Romani apud Iuſtinianum Principem,atque Sophiam vxorem falſo traduxiſſent, & is Longinum in eius locum in Italiam Præfectum miſiſſet, Sophia ſcripſit ſe caſtratum illum in Gynæceum ſuum coacturam , vt ex colo lanam ſilet inter puellas.Ad quæ exaſperatus Narſes reſpondit,ſe eam telā breui orſurum , quam nec Sophia quoad vixerit retexere deberet. Quod & factum eſt,qñ Longobardos in Italiam pellexit, quos nulli unquam Principes ab ea,conſtituto ſibi regno, arcere poterant.

NEQVE DOMINI HAEREDEM VASALL. neque dominum vaſalli hæredem poſtulare de ſelonia. C. IIII.

SEd dominus forte non poſtulauit vaſallū ſuper cōmiſſa ſelonia , eo defuncto nūquid hæres eius id facere poſſit , & beneficio eum exſpoliare? Communis ſententia eſt ius priuandi vaſallum beneficio, non trāsferri ad hæredē domino non poſtulante,dum eſſet in viuis,ex quo odia , & quæ pœnā præ ſeferunt,reſtringenda ſunt. Eſt gloſſ.in c.1.§.1.quib.mod.feu. amit.& in c.1.§.porro, quæ fuit pri. cau. benefi.amit. & in c. imperialem.§.inſuper.de prohib.feud.alie.per Fed.per text.in c.fin extra,de donat.Sed Iaco.de Bel.exquiſitiſſ.iuris noſtri interpres tunc eam ſententiam admittit,qñ dominus vbi in viuis eſſet,ſciuit ſeloniam commiſſam,& eā , dum tempus ad id haberet,non eſt perſecutus , quia iniuriam illam tacite vr̄ condonaſſe,ab hærede non debeat refricari.Sin vero ignoraſſet , aut tempus poſtulandi non fuiſſet reliquum,ius illud ad hæredem tranſmitti,qui vaſallo beneficium adimere ſit permittendus.in d.cap.1.§.1.quib.mod. ſeud. amitt.arg.l. mater decedens.ff.de inoffic.teſta. ſentit Ioan. And.in addit.Spec.in tit.de feud.§.fin.verſic. ſed quæritur.

Similiter dominus qui vaſallū ſeloniæ non poſtulauit,hæredem eius priuare non poterit. Etenim ꝙ dñi hæredi nō eſt permiſſum ꝯ vaſallum, id domino quoque non licebit ꝯ vaſalli hæredem. Actio enim quæ ad pœnam,atque vindictam eſt expoſita,ꝯ hæredem delinquentis non trāſit.l.ſi cum.§.iniuriarum.ff.ſi quis caut.& l.vnica.C.ne ex delict. defun.Quare dñs à vaſalli hęrede beneficium ꝑꝑ defuncti.delictū nō reuocabit.Per Alua quoq; in c.1.§.1.quib.mo.feud.amit.refert Fran.Cur.in tit.qb. ex cauſ.feu.amit.§. tertia princ.reſtrictio.

FEVDVM SINE AGNATORVM CONSENſu,quando inutiliter alienatur,& quid ſi plures ſint diuerſi gradus. C. V.

REctè factum eſt in Repub.beneficiaria, ꝙ feuda in domos,& ſamilias eorum, quibus primo adquiruntur, debeant deſcendere, & agnationis ſepta nō egredi tm̄ abeſt,vt alienare poſſint, ēt dño permittente, niſi agnati ipſi quoq; adſenſum ſuū prębeant.In tit.de alien.feu.pr̄ni. Alienatio feudi pr̄ni nō valet, ēt dñi voluntate,niſi agnatis conſentientibus, ad quos beneficium qñque ſit reuerſurum.Nec immerito,cū agnatorum, ꝑꝑ ius,ꝙ in feudo illo paterno , & antiquo habent quæſitū, interſit illud non alienari.Nam ꝙ omnes tangit, ab omnib. debet approbari.l.fin.C.de auto.præſtan.

Verumtñ cum inter trāſuerſales non ſecus feudi ſucceſſio proximo agnato deferatur,atque inter ſuccedentes iure ciuili,vt is potior ſit iure,qui gradu eſt prior. Verbi cauſa,Vaſallus relinquit poſt ſe ex fratre nepotem , ex altero autem fratre pronepotem,vaſallus beneficiū ꝙ habet paternum, pronepoti vendit,domino conſentiente,ex quo autem id defuncto vaſallo ad nepotem ex fratre pertinebit , à latere proximiorem,quæſitum eſt,nunquid eius conſenſus ēt requiratur ad hoc,ꝯ̄ctus alienationis vt ſubſiſtat, & defuncto vaſallo reuocari nō poſſit? In qua difficultate diuerſi diuerſum reſponderunt.Martinus ſiquidem Laudenſis ſcribit,in c.Titius.ſi de feud.ſue. contro. Scholam Papienſem in huius facti contingentia conſuluiſſe, Alienationem beneficij in agnatū remotiorem factam per eum q proximioris ſit,conuelli , aut retractari non poſſet.Idemque Chriſtophorū Caſtellioneum reſpondiſſe.per text.in d.c.1.de aliena.feudi paterni . quaſi & ad remotiores agnatos feudum qñque ſit reuerſurum . Proinde ceſſante cauſa prohibitionis feudi,in extraneum videlicet.ēt ipſam prohibitionem ceſſare,quaꝑꝑ in agnatos eius conſortes vtique fieri poſſit,non conſiderato propinqui ſint, vel remotiores.& c.1.de cap.Contadi.cum ſimil.Contrarium autē reſpondiſſe Scholam Bononienſem,videlicet alienationem beneficij in remotiorem agnatum fieri non poſſe,proximiore & eum præcedente ēt non conſentiente, adeo vt *niſi* medius quoque conſentiat,ꝯ̄ctum reuocari poſſe , idque demū defuncto vaſallo.per text.in §.Titius.filios maſculos non habens,partem ſui feudi Seio,partem eiuſdem agnato ſuo conceſſit, Sempronius proximior agnatus mortuo demum Titio partē illius feudi , nullo dato pretio recuperare poteſt. in tit.ſi de feu.defun. ſit contro.inter do.& agna. Quæ ſententia ēt obtinet,& communis eſſe cœpit, non ſolum propterea ꝙ doctiſſimi Gymnaſij teſtimonium habet, verumetiam quia nititur autoritate Iac.de Bel.in c.1.de prohib. feu.alie.perfe. & And.de Iſer.in c.1.de ſucceſſ.feu. Io.Saſoli, Piſani,in ſumma ſua feudorum:in tit.de alie.feud.vbi eſt : Renouationem de ſucceſſione feudi de gradu,in gradum(quem dicimus ordinem ſucceſſiuū) fieri,vt ſi remotiori ſit facta , proximiorem poſſe intercedere,qui vbi ēt conſenſit, medio reuocationem eſſe ſaluā.Idem ſentiunt Bald.& Alu. in d.c.1. de alie.feu.pt.

Et talis reuocatio per agnatum,qui *non conſenſit*, *ſiue* ꝓximus ille ſit,ſiue medius,tunc demum fieri poterit, ſi vaſallus alienator ſuerit defunctus , ea ꝑꝑ ꝙ ſucceſſio eius iure agnationis, & quodāmodo pactione maiorū ad ipsū ſpectat agnatū,cuius fructus vaſalli ſunt iure directo , quib.emptor eo viuente vti frui permittitur, vt ſic agnatus retractare alienationem non poſſit , niſi defuncto vaſallo , cui tunc *demū* ēt proximiore repudiante,aut per conſenſum cedente,in beneficium ſuccedere poterit , & illud ab emptore remotioris gradus,per vtilem rei vendicationem reuocare,ēt circa precij reſtitutionem,quia fructus tulit,ſm̄ Bald. Nam ſoluto iure venditoris , æquum eſt,vt emptoris quoque ius deſinat,& reſoluatur.arg.l.Statius Florus.§.fin.ff.de iure fiſ. & c.1. ſi vaſal.feu pri.ad quem deferri debeat.

Delibauimus ea aƈtionum genera , quibus vaſallus experiri poterit,reliquum eſt eas quoq; aƈtiones referre,quæ domino dari ſolent,vt penes quem direƈtum rei dominium remanet. Quapropter vt vaſallo aƈtio rei vendicationis vtilis, ita domino direƈta pro vindicanda re competit. Vtroque igitur rem ab extraneo vendicante,quod fieri quidem poterit,neuter videtur præferendus,ſed illi res per executionem reſtituetur,ſin quem ſententia prius eſt prolata,accedit l.arboribus. ff.de vſu fruƈt ff.de ſuperfi.l.j.§.quod ait.& l.ſi de fundo.ff.de vi & vi armata.& l.ſiue adhuc.ff.de pecul.& l.a quo ſeruus.ff.de rei vendicatio.

Vbi quæſitum eſt,ſi dominus rem vendicet,nunquid & fruƈtus in ea aƈtione comprehendi videantur,ex quo ad vaſaliũ vtilem dominum puto,illi pertineãt,& non ad dominum directum.In qua difficultate ne hæreas,ſic diſtingue:Aut contra vaſallum agit,ad quem cum fruƈtus ſpeƈtent,dominum exceptione,vt ſine iure agentem,ſubmouebit.d.l.j.§.quod ait.ff.de ſuperfic.Contra extraneum vero plenum vindicandi ius dño competit,ideoque etiam fruƈtuum in eo habetur ratio,& nõ eſt,ꝙ per reum conuentum poſſit repelli.Quanquam enĩ vaſalli ſint fruƈtus , extraneus tamen eius intuitu ſe tueri haud valet,vt cui defenſionis malitiam leges tantum impertiant,ꝑter hoc,quod aduerſus petentem dominum aliud nõ habeat niſi vt petat ſibi caueri,quo erga vaſallum defendatur.l.creditor qui hypothecam.ff.qui pot.in pigno.habeantur.l.loci corpus.§.cuius ædes.ff.ſi ſer.vindi.l.in fundo . & l.is a quo.ff.de rei vend.& l.dolo.ff.ad leg.Fal.Vſqueadeo iuris eſt expediti, eum qui rem iuſſus eſt reſtituere,cum omni cauſa, atque etiam cũ fruƈtibus id facere debere.Idem ſiquidem ius eſt de acceſſorio quod & de principali.l.cum principalis.ff.de reg.iu.& l. eos q. C.de vſur.& eſt in l.qui reſtituere,ff.de rei vend.Habet Io.Blã. qui Roffredum allegat.in ti.de cõt.feu.§.ſed vbi dominus agit contra extraneum.

Proinde vaſallus ſi dominum interpellatus iuuare poſt habeat,per condiƈtionem cauſa data,& cauſa non ſecuta,poſtulatur,& beneficiũ perdet.eſt in ti.de feu.ſine culpa non amitt. §.vel ſi dominis ſuis,deſeruire noluerint,tunc condiƈtio cauſa data proponitur,ad repetendum feudum,ex quo nõ ſeruierunt domino.accedit l.ſi donaturus.cum pleriſque alijs . ff.de cond.ob cauſam.Quamuis Andr.de Iſer.contrariis iuribus adduƈtus,rei vendicationem potius competere exiſtimet,quando erga furem condiƈtio ſuæ rei tantum detur.§. ſic itaque.Inſti.de aƈtio.

Cõtra vaſallum autem qui Felonia commiſſa, beneficio eſt priuandus,rei vendicatio direƈta per dominum proponi poterit,& obtinebit,dominus ſiquidem eſt,& feudum commiſſum ipſi apertum eſt,ꝙ propterea reƈta vendicat, apud Ioan. Blanc.de conten. feu. §. quid ſi eſt cõmiſſa res feudi. l.fruƈtus, ff.& d.l.a quo ſeruus,ff.de rei vendi. tradit etiam Iacobinus de Sanƈto Geo.de feudis.in verbo,& diƈti vaſalli.§.ſed ponamus quod dominus agat rei vendicatione. Vbi eſt dominum offiñ iudicis implorare poſſe, contra vaſallum qui beneficiũ recognoſcere poſthabet.Qui tamen ſi tertio vocatus, id non fecerit,vt beneficio priuari poſſit,ante me dicere memini.

Sed in eo quod vaſallus præſtationem annuam perſonalẽ, vti eſt Procuratio,Aduocatio,&c.exhibere recuſat, cuius tñ dominus poſſeſſionem,vel quaſi,pluribus annis habuit,Ioannes Blanch.admodum deſudat,quaſi dominus neque interdiƈto,neque alia aƈtione ſine contradiƈtione iuuari poſſit,attamen colligit demum cum Goff.et Pil.vtile interdiƈtum vnde vi dandum,aut ẽt ex benignitate Canonica poſſeſſoriũ.in d.titu.de conten.feu.§.ſed quid erit.

Haud diſſimiliter beneficium illi datum militi,qui id præſtare non poterit,de quo Thraſo ſe multum apud dominum iaƈtauit glorioſulus,non ita,vt indigno auferri debet: Idem Blãchus multis colligit : Ex Roffredi tamen ſententia reſpondet, tandem reſtitutionis beneficio iuuandum eſſe,maxime cauſa expreſſa,quæ non ſit ſecuta.ꝑ l.ſed repetendi.C.de condiƈt.ob cau.l.ſi maiores,C.de tranſ.

Poſtremo monendi ſumus reconuentioni quoque etiam ſuper alia re apud pares locum eſſe, ex quo enim aƈtor corã eo iudice experiri cœpit,de quibuſque aliis rebus pulſatus , & reconuentus,apud eundem iuri parere,& litem ſuſcipere debet. per Authen.Et conſequenter cum l.fi.C.de ſen. & interlocut. om.iud.& extra de mutuis pet.toto ti.Eſt latius apud Io.Blan. in ti.de cont.feu.§.item quæritur ſi conuentus.& Bald.in §.ꝑterea.ver.quæro vtrum coram paribus.de prohib. feu. alien.per Feder.

DE PROBATIONIBVS RERVM FEVDAlium,& qñ a iure communi deſciſcunt.

CAP. IIII.

IVs in cauſa poſitum eſſe Alphenus ſcribit, ideo ſi iudex quid iuris ſit reſpondere atque ꝓnunciare debeat,oportet rei controuerſæ, noſtri faƈti dicunt,cognitionem habeat,ne ex ijs quæ non liquent, aliqd ſtatuere audit,quod & in hac iuris nõ ſcripti parte facere cũ in ciuile,& naturæ prope aduertimr.,vnde igniculos quoſdam nobis inditos eſſe,Cicero in legibus oſtendit,quibus , ut ad id quod æquum eſt & iuſtum propẽſi ſimus, commouemur. In omni itaque cauſa quæ diſceptanda proponitur,faƈti qõ ucritur,quam Gallus ille ad Ciceronem remittere ſolebat, cum nimirum,qui oratoris parte fungeretur , & negotium examinandum ſuſcepit,cuiuſmodi hodie ſunt patroni cauſarũ,quorum officij eſt,ita rem iudici proponere, vt liquida reddatur, & pronuntiationi feneſtram aperiat,quod cum in faƈti qõne conſiſtat,& faƈta probari debere,iuris ſit indubitati, ſcire nos oportet,qua ratione probationem in controuerſijs beneficiarijs inſtaurare conueniat.

Id ꝙ modo ex conditione litigatorũ,modo ex natura rei ꝓbandę petimus,non tñ ea ſemper ratione,q̃ iure ciuili eſt oſtẽſa,ſed plerunq; alia.q̃ feudalis æquitas conſuetudinis autoritate nobis obſeruandam introduxit.Fit autem non ſolum teſtibus & inſtrumentorum fide,ſed etiam iuſiurãdi ſuffugio,aliiſque monumentorum adminiculis,quæ vt reƈte conſequaris, ſingula in ſpeciem exponemus.

Vbi diſpiciendum eſt beneficium, cuius nomine eſt contentio,nouum ſit an paternum. Porro vaſallus beneficiũ nouũ vendicans vtiliter,contra dominum,adſerit ſe inueſtitum , & propterea poſſeſſionem re ipſa tradendam . Dominus autem inueſtituram it inficias,quia aƈtoris eſt probare, ẽt ſi reus conuentus nihil ꝓſtiterit,oportet vaſallus de inueſtitura ipſa iudici fidẽ faciat,q huius qõnis cardo eſt, quæ probatio nõ ad cuiuslibet de lapide empti hoĩs depoſitionem recipiẽ, ſed a iure beneficiario ſuã legis qualitatẽ naƈta eſt , ſine qua inanis hĩ, nimirũ ut ꝑ pares fiat,& conuaſallos quinq; , vel ad minimũ duos,in quorũ ore,& hoc teſtimoniũ ſtare ꝑmittimus, ꝙ teſtes ſint neceſ.ad prob.nou.feu.inue.§.ſiue clericus, [illegible] cus ſit dñs,ad ꝓbandam nouam inueſtiturã,ſemꝑ pares ſunt neceſ.Et ſi ſine eis faƈta ſit inueſtitura,ẽt ſi dominus [illegible] fiteañ faƈtam,quia tñ ſine hac ſolennitate faƈta eſt,non va[illegible]

Quod obtinet, niſi pares dño non ſint , aut peregre pro[illegible] commodũ haberi non poſſint,tunc.n.extranei adhiberi dẽnt, ſed idonei,vt veritas in apricũ veniat,& non occulterur,q buſ teſtib.ſimiliter fieri poterit , ne dñs indeliberato aliqd faciat, aut ꝑ hoĩes ſuſpeƈtę fidei inueſtitura faƈta falſo dicatur. eſt in tit.de cõſue.reƈti feud.§.ꝙ autem diƈtum eſt, ut per pares ꝓbetur inueſtitura,intelligendum eſt de eo dño , q alios hẽt vaſallos.c.i.c.j.§.ſi uero.quid ſit inueſ.Cęterũ ſufficiunt extranei. Pares autem ad probãdam inueſtituram nouam adhiberi nõ caret ratione,vt qñ caueatur,ne teſtibus aliis per gratiam,odiũ aut qnãlibet corruptelam quęſitis,in dñi diſpendium [illegible] cogitetur,ꝙ in paribus iuſiurãdi rẹligione addiƈtis,non ita ſuſpicamur.Quapropter pleriq; pares hoc loci eos uaſallos intelligunt,q æqualis cum aƈtore ſunt conditionis,iuxta cap.i.§ ꝙ autem. & §.idcirco.de notis feu.Et de numero teſtium ne hæſites,duo idonei,& omni exceptione maiores, hoc caſu reƈte probant,cum receptum ſit , ubi certus teſtium numerus lege non eſt ꝑſcriptus,ut in duorum teſtimonio conſiſtamus.l ubi numerus,ff.de teſtib.& c.licet.de teſtib.eſt in c.j.§. quæ ſiquidẽ quid ſit inueſt.Iac.de Ardizo.in ti.de conten.feu.§. ſi uero uaſallus non deficiat.

Neque refert teſtes illos pares eſſe, & forte ſuſpicione carere quin iuramentum præſtare debeat teſtib.commune , quod ꝓ utraque parte uerum,ſcienter neque tacere,neque falſum dicere uelint,ad quod etiam cogendi ſunt , ſiue per dominum, ſiue alios pares iudicis officio fungentes,ſiue demum per iudicem ſuperiorem,aut,nec hoc procedente, per Principem Romanum rei magnitudine id ẹxigente . Extranei uero per Comitem,hoc eſt,iudicem ordinarium , uel eum magiſtratum, cuius iuriſdiƈtioni ſubijciuntur ad iuſiurandum, & ne a ueritatis teſtimonio ſeſe temere ſubtrahant,compellentur.Singuli itaq: & iurati deponere dẽnt.eſt tex.in ti.ſi de inueſtitu.inter do.& uaſal.lis oria.§.teſtes uero ſint pares eius,& qui ab eodẽ dño feudum teneant , qui ſi tempore inueſtitionis abſuerint etiam extranei ſunt recipiendi,qui etiam ne ueritatem celare uelint,forte amore uel ꝓtio,uel alia qualibet ex cã a Comite uel populo iurare ꝯpellãẽ,ꝙ ex ea cã falſitatẽ nõ dicẽt,nec ue ſa ſciẽtes tacebũt,&c.facit Aut.ſed iudex.C.de epi.& cle. l.nullũ.C.de teſt.& c.uene.ext.de te.§.notandũ.de notis feu.Id tñ ꝙ in feu.eccle.nõ hẽt locũ,q̃ nonnũq̃ ex induſtria ꝓlatorũ, ſine fratrũ præſentia,conferunẽ.Eccleſiiſque incommodatur, qua propter pręſentib.tam parib.q̃ extraneis,aut iis qui non ſunt uaſal-

vaſalli, id fieri conſueuit. Per tex. in c. j. §. in cler. feud. Si de inueſti. int. do. & vaſal lis oria. Niſi forte Alaudium & propriam rem ſuam cui dare velint feudi iure, quod non ſecus atque laici, deſideratis Paribus, extraneis teſtib. facere permittuntur. tradit eleganter Ioan. Blan. in ti. de conten. feud. §. ſi vero do. non habet alios vaſallos.

Antiqui feudi inueſtitura tantum negotii in probando non faceſſit, vt ꝑ quam domino minus decedit, cum res iam olim in feudum fuerat conceſſa, & a progenitoribus vaſallo quæſita, præter hoc, quod de clientuli conditione, fruſtra eſſet ſollicitus dominus, quem ex eadem domo ſelectum Parentes ſui optarunt, quapropter quibuſcunque teſtibus vetus beneficiũ probatur, ſiue pars ſint, ſiue extranei, qui domino nullo iureiurando feudi ergo adſtringuntur, ſolis fœminis excluſis, vt q̃ imbecillis ſunt naturæ, & fallere quandoq; paratæ, & ſic ad ꝓbandum feudũ, cum quo ipſis ab initio nihil commune erat, non admittuntur, quemadmodum nec teſtamentis adhibent̃ l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam. Vide Ludo. Ro. in l. admonendi. ff. de iureiurãdo. textus eſt in ti. qui teſtes ſint neceſ. c. j. §. de veteris autem beneficii inueſtitura, quæ ſit vel a domini ſucceſſore, vel vaſallo ſucceſſori, etiam extranei recipiunt̃ ad teſtimonium, præter fœminas, ſecundum vſum Mediolanenſium.

Non tamen lateat te, quod inueſtitura beneficij nuper adquiſiti etiam per inſtrumentum publicũ probatur, ſiue illud Parium teſtimonio ſit vallatum, ꝙ breue teſtatum appellamus, ſiue domini, vel eius, q ex pluribus dominis pro dignitate atque ſenio, feudi conferendi autoritatem habet, ſigillo munitum ſit, atque ſignatum. Aut dñs confiteretur inueſtituram eſſe factam, tunc enim licet Pariũ teſtimonio beneficium nouum non probetur, tamen obtinet, & dñs id tradere cogitur, non obſtante textu in d. §. ſiue cle. Qui teſtes ſint neceſ. vbi eſt. Etiam ſi dominus confiteat̃ factam inueſtituram, quia tamẽ ſine hac ſolennitate facta eſt, non valet. Quod de iuris rigore ita ſe habet. Verum æquitas ipſa aliud quoque perſuaſit, quod pręterea in Curijs beneficiarijs frequẽtatur. Eſt in titulo, Quid ſit inueſtitura. ca. j. §. ſi vero inueſtitura. habet Alu. in c. j. vbi gl. Quot teſtes ſint neceſſ. ad prob. inue. allegans c. inter dilectos. de fide inſt. vbi Doct. & Fran. Cur. eleganter, par. 2. ti. Secundo principaliter vidẽdum eſt. §. circa iſtam ĩueſtituram. ver. Quarto limita, & decimo limita.

His obiter adde, vaſallos non ſemper Parium nomine dici, ſed pro ſubiecta tantum materia, maxime quando de iure dicundo, vel de probationibus agitur, ſiue per teſtes, ſiue inſtrumentorũ documentum, ſiue per luſiurandi religionem, tunc enim quibuſdam Pares, quaſi æqualis conditionis cum litigatore, quibuſdam, quia eiuſdem domini clientes, & quaſi vaſalli iurati, aliis autem ꝙ inter ſe paris ſint cõditionis & vni domino addicti, extra hunc caſum vaſalli appellari ſolent, & nõ Pares, vt alibi exponemus, & facient ad conſil. 79. Alexand. de Imo. vbi plurima inculcat.

Quando dominus beneficium ob Feloniam dicit cõmiſſũ, idque ſibi apertum a vaſallo vendicare contendit, neceſſum eſt quinque teſtibus culpam illam probet. c. j. quot teſtes ſunt neceſ. ad prob. ingra. ſeu. Sin vero de Felonia famam iudex ita ſparſam cognouerit, vt vaſallum a ſuſpicione non omnino alienum ponat, & tamen conſtãti probatione per dominum conuictus non eſt, tunc rerum circunſtantiis expenſis vaſallo permittet vt Sacramentalium, puta triũ teſtium, qui Parium numero habentur, aut 12. conſanguineorum teſtimonio, ſe ab hac diffamia purget. Iurante vaſallo ſolenniter, ꝙ Feloniã illam neque per ſe, neque per alium commiſerit, neque ſciat alium eius nomine id feciſſe. Sacramentales autem quos coniuratores appellant, ſiue Pares ſint, ſiue propinqui, iurabunt ꝙ credant ipſum verum iuraſſe. Eſt in conſt. Henrici 11. de militum beneficiis &c. §. ſi vero ſupradictis. Quæ licet nonnullis inter Apocrypha habeatur, a Io. Blan tamen, atque Iacob. de Ard. ſummæ autoritatis viris in teſtimonium vocatur, & pro Auth. habetur.

Si autem feudum propter certarum operarum ſeruitia nõ præſtita, aut annuam penſionem non ſolutam, commiſſum eſſe atque deperditum dicatur, tunc demum vaſallus liberabitur, ſi probauerit ſe cenſum illum proximis trib. annis ſoluiſſe quo facto, quod reliquum eſſe dicitur, etiam intelligitur ſolutum, niſi ſoluendum reſtare liquido probetur. Atq; etiam ſeruitiũ certum exhibuiſſe. arg. l. qcunq;. C. de Apochis li. x. Alioqui ſi incerta debeat ſeruitia, niſi ꝑ dominum de culpa ſit legitime conuictus, beneficiũ nõ amittet. per c. j. §. licet vaſ. de feu. ſine culpa non ami. habet Io. Blan. in d. ti. de cõten. ſeu. §. cum igitur inter ipſos ſit quæſtio.

Cumq; in dubio de ijs actum eſſe præſumatur, quæ fieri conſueuerunt. Apud Paulum in l. in obſcuris, ff. de regu. iur. Si dñs Vaſallum ſuum ex conuentionis inſolita aliqua adiectione poſtulauerit, puta quod dominum etiam extra Prouinciam ſuis propriis ſumptibus debeat ſequi, & clientulus eam neget, domini erit id actum eſſe probare, alioqui vaſallus iureiurando ſe defendet, & inficiationem corroborabit. in titu. quid ſit inueſtitura §. præterea ſi aliquis tenor præter communem ſeu di rationem in ĩueſtitura, a domino dicatur interueniſſe &c. omni facultate probandi domino adempta, habeat vaſallus poteſtatem defendendi ſe per ſacramentum: Vbi etiam eſt, ſi vaſallus pactum ſpeciale contra feudi recti conſuetudinem alleget, ueluti de ſucceſſione filiarum, cum pactum illud probare debere, alioqui ſecundum cõſuetudinem communiter receptam reſpondemus, quam & optimam legis interpretem Calliſtratus eſſe reſpondit. in l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Alioqui ſi coniecturas pro ſe habeat vaſallus iudicem mouẽtes, dominum iureiurando ſe defenſurum, & hoc quia alter poſſidet. Quod ſi neuter poſſideat, deficientibus probationib. reus abſoluetur, cum propenſiores eſſe debeamus ad abſoluẽdum, quam vt condemnemus. l. Arrianus. ff. de action. & obli. c. inter. de fi. inſt. & l. qui accuſare. C. de eden. & c. cum eccleſia. de cau. poſ. & prop. & ſentit Pileus.

Haud diſſimiliter vbi quæſtio eſt de vaſallo, quem dominus ſuum eſſe adſerit, ipſe vero id neget, ſi alia ratione oſtendi nõ poſſit, & dominus eum ſibi ea ſeruitia hactenus pręſtitiſſe medio iureiurando probauerit, quæ vaſallus domino ſuo præſtare ſolet, modo rem habeat, vnde debeantur, pro vaſallo erit, & non ſecus atque res, cuius nomine triginta annorum tempore dominus ſeruitia beneficiaria accepit, pro feudali erit, iuxta §. ſi qs per triginta. Si de feu. vaſ. interp. arg. l. j. C. de lat. libe. tollen. & l. Barbarius. ff. de offic. pręt.

Inſuper in ea facti ſpecie, qua dominus beneficium defuncti contendit eſſe nouũ, & ſibi apertũ. Agnatus vero paternũ & antiquum. Si agnatus poſſideat vel totũ, vel eius partem, dñi erit probare id nouum eſſe. §. ſi vero dominus, vel alius beneficiũ defuncti nouum eſſe dicat: Agnatus autem illius ꝓximus, paternum eſſe contendat, tunc onus probationis incumbit illi, q nouum dicit. in ti. de ſucceſſio. fratrum. Si vero vaſallus nihil pudeat, nec ipſi, nec domino ſacramentum deferetur, ſed dominus obtinebit, niſi vaſallus ꝓbauerit paternum eſſe, aut poſſidens. & domino in probatione deficiente iureiurãdo adſeuerauerit patrem ſuum de eodẽ beneficio ĩueſtitum fuiſſe. Iudex tamen vt bonus uir cognita cauſa diligenter, & rerum circunſtantiis expenſis, ſcrutabitur cuius nam iureiurãdo qõ ſit dirimenda. per ti. de contentione ſuper portio. feu. fra. d. c. j. & de ſucceſſ. frat. §. bonus enim iudex.

Præterea ſit qõ de beneficij augmẽto, dominus enim defuncto cliente ad ſe quoq;, vt feudi acceſſoriũ, id ꝑtinere ait. Hæredes vel agnati vero iure proprietatis aut feudi ſibi competere adfirmãt, vbi ſi dñm nihil ſibi in beneficio reſeruaſſe ex inueſtitura apparet, hęredũ vel agnatorũ, abſque eo vt aliquid probare cogantur, erit, incrementũ. Nam ex quo dominus in re feudali nihil ſibi retinuit, videtur totam voluiſſe transferre & ſibi ipſe pręiudicat. Ex inueſtitura itaq; quam vaſallus, q in poſſeſſione non eſt, vel per Pares Curię, vel Breue teſtatum ꝓbare debet, apparebit, dominum ſibi nihil reſeruiſſe, & vaſalli erit. Sin vero in poſſeſſione quoque illius incremẽti vaſallus ſit, non opus eſt vt probet quicquam contra dominum, qui apertis documentis non nititur, iureiurando ſe defendet, vt ẽt ſi in beneficio aliquid ſibi reſeruaſſet, id tamen de incremento, ꝙ uaſallus poſſidet, non ſit accipiendum eſt textus in §. ſi quis de manſo. Si de inueſt. feud. content. fue. vbi Aluar. & Doctor. Cuius & alia diſtinctio eſſe poterit vtcunque a ſuperiori aliena. Vt ſi tale incremẽtum cõtrouertatur, quod defunctus per ſe ſubſiſtens, uti eſt pars agri, atque etiam iuriſdictio, quę & ipſa ſeparabilis eſt, adiecit, id hęredum, ſi ꝓbetur, ſucceſſionis eſt, ut feudo aperto dominus, aut ſorte ad tranſuerſales deuoluto, agnati ęſtimationem eius hęredibus luere cogentur. Si uero per ſe nõ ſubſiſtit, uti eſt ſeruitus, feudi pars erit, & domino vel agnatis accedet, vna cum feudo, cuius acceſſorium eſt, & principalis naturam ſequitur. Vaſall⁹ enim beneficii ſui conditionem meliorem facere poterit, ſed ſyluas excidere, fructiferas arbores eradicare, uel aliquid facere unde feudum deterius fieret, non permitteretur. l. 2. ff. communia prędi. l. ſi ex toto. ff. de leg. 1. Alua. ẽt in cap. j. de capita. qui Curiam uendi. & Inno. in c. dilectus. de app. Idem reſpondemus de incremento ꝙ citra uaſalli induſtriã ꝑ naturam latenter adcreuit, ut ſit ꝑ alluuionẽ, ꝙ ſimiliter domini erit, aut agnatorũ, utcunque per ſe ẽt ſubſiſtere dicatur. Apud Iac. Alua. in d. §. ſi quis de mãſo. & §. e contrario autẽ. de Inſt. de re alie. facta.

Quib. adde, Si uaſallus adiectione illa ſeu incremento per ſe ſubſiſtente atque ſua opera quęſito, triginta annorũ tpe non ſecus atque feudali fuerit uſus, ſeruitiaque eius nomine etiam auctiora pręſtiterit, feudi iure cẽſeri, & uel domino uel agnatis id cedere. ſentit An. de Iſer. in §. ſi quis per 30. Si de feu. fite. cont. & eum ſecutus Ia. Alu. in d. §. e contrario autem.

Sed & hoc notandum erit, licet ἀπροσδιόνυσον, eum

cui domus aliqua, vel fundus in feudi augmentum cõfertur, propterea no adſtringi ad ſeruitia noua, vel auctiora, niſi hæc ex inueſtituræ tenore ſic deberi, appareat: Sed dominus pro liberalitate ſua id donaſſe creditur. Sin vero beneficium pro dimidio auctum ſit, ſeruitia quoq; augeſcere plerique æquitatis intuitu arbitrantur apud And.de Iſer.Bal.& Aluar. in d.§. ſi quis de manſo.

Nos aliqua probationis genera referre ſaltem volebamus, ĩ iure hoc beneficiario magis frequentata, ſed a iuris Romani nonnunquam obſeruatione diſcrepantia, q̃a vaſallus etiã poſſidens vel probare, vel iureiurando ſe defendere cogitur, quo ex eo fit, q̃a permittit rem feudalem eſſe, & ſic iure dominii directi ad dominum pertinere, qui ob id multis coniecturis, & præſumptionibus iuuatur, & in fidelem etiam poſſidentem probationis onus, aut defenſionem ſæpenumero reijcit. Reliq probationum modi ex iure communi petuntur, vt in quibus conſuetudo nihil ſpecialitatis eſſe voluit.

DE IVREIVRANDO, QVO CONTROVERſiæ feudales in ſubſidium probationis dirimuntur, & eius vſu.

CAP. V.

MAximum remedium expediendarum litium, vt inquit Caius Iuriſconſultus, in vſum venit iuſiurãdi religio, qua vel ex pactioctione ipſorum litigatorum, vel ex autoritate iudicis deciduntur controuerſiæ, maiorem quandoque habens autoritatem quam res iudicata, quapropter confeſſionis loco eſt nolle nec iurare, nec iuſiurandũ referre.l.j.& l.manifeſtę ff de iureiurando.l.fina.C.eodem. Quod & in controuerſiis rerum feudaliũ vſuuenit, in ea nimirum iuris parte, quam a Longobardis ferme initium ſumpſiſſe multa indicio eſſe diximus: Præſertim ãt Iuriſiurandi ratio erit, cum & Maiores noſtri cauſis expediendis ſacrm præſtituere cõſueuiſſent, q maiori religione cuſtodiebant, quam noſtra ętate fieri ſolet, in qua, vti ad extremũ corrupta, non ſolum pietas, & religio peſſum it, ſed ẽt timor Domini, quem recte Salomon initiũ ſapientiæ appellat, ĩ hoc dubio procul, quo cognoſcamus demum nos ipſos condemnationis, & excidii noſtri cauſam eſſe, iuſto iudicio in nos demum animaduertat. Quippe ita ſi res habent, inquit Paterculus, vt plerunq;, qui fortunam mutaturus Deus, cõſilia corrũpat, efficiatq: q miſerrimũ eſt, vt q accidit, etiam merito accidiſſe videatur, & caſus in culpam tranſeat.

In ſubſidiũ itaque probationis ad iuſiurandũ recurrimus, q nõ ſecus atque in ciuilibus, modo litigator litigatori, mõ lex & conſuetudo, modo iudex ipſe deferre ſolet, litigatorũ alter alteri, q iuſiurandũ eam vim habet, vt niſi vel præſtetur, vel referatur, confeſſionis loco habeatur, & pronuntiandi copiã præbeat. Similiter qui per cõſuetudinem iurare iubetur, victoriã obtinet, ſiue hoc ſit in perſequendo, ſiue in defendendo, vſqueadeo per legem iurare iuſſus intentionem ſuam probare dicitur, & iudici ſcrupulũ, quem in cauſa, de qua non ita liquebat, iniectũ habet, exemiſſe. Sed iuſiurandũ, q iudex pro ſua deliberatione cui defert, plus conſiderationis hẽt, vbi diſpiciendũ eſt, quæ nam ſint rei probandæ circunſtantiæ, q̃ perſonarũ conditio, ne ad quẽlibet iuſſum faciles, eadẽ temeritate peierare, qua iurm præſtare æque collocent, & periurij cãm Iudicem non bene liberatũ præbuiſſe, oſtendant, neque Deũ periurij vltorem, neque orcum pœnarũ officinam, veriti.

Rem ipſam vt per ſpecies ſingulas quodãmodo explicemus Si controuerſia ſit inter dominum & vaſallum de inueſtitura feudi noui. q dominus poſſidet, & vaſallus petitor adſerit eodem ſe inueſtitum, poſſeſſionemque reſtituendam, Dñs vero conuentus id negat, & q̃a agentis eſt probare, niſi vaſallus per Curiæ Pares, aut his deſideratis, alios teſtes idoneos, aut ẽt inſtrõ Pariũ teſtimonijs roborato, q noſtris Breue teſtatũ dicitur, alijs ve pbatis modis oſtenderit inueſtituram liquido, obtinebit nihil. Sed ex quo coniecturis ſaltẽ iuuatur, dñs propter poſſeſſionis commodũ iurare pro moribus permittit, ſe inueſtituram hanc non feciſſe, & conſuetudine receptũ eſt, vt cũ duodecim ſacramentalibus illud præſtetur. Eſt in ti.de contentio.inter do.& vaſal.de inueſt.feud.c.j.§.cæterũ ſi dominus poſſideat, ẽt per ſuum iuſiurandũ, cũ duodecim ſacramentalibus dirimatur. Hoc ita, niſi clientulus ſit Caſtaldus, vel actor domini, tunc.n.tantum ſuæ religioni ſtatur. Idem habetur in ti. ſi de inue.feu.contro.fuerit.§ ſi autem non fuerit in poſſeſſione.&, ſi de inueſt.lis oria.§.ſi quis ſe &c.

Et in domini eſt optione vel iurare, vel iuſiurandum actori referre, qui cum 12.ſacramentalibus, hoc eſt, qui cum ipſo ſacramentum, ſed de credulitate præſtant, iurat ſe vel patrẽ ſuũ hoc beneficio inueſtitũ fuiſſe, vt ipſi poſſeſſio reſtituenda veniat. Si vero iurare detrectet, dominus conuentus abſoluetur apud Ioan.Blan.in ti.de conten.feud.§. etſi dominus non vult iurare.

Si autem vaſallo poſſidente lis orta ſit de inueſtitura, domino negante eam eſſe factam, quia vaſallus fatetur rem, quo ad ius directum domini eſſe, & qualitatem adijcit, nimirum ſe eadem eſſe inueſtitum, vel patrem ſuum, & ſic vtilitate ſuã eſſe, non viſum eſt inconueniens, vt qualitatem illam forma iure præſcripta per Pares, vt pote, probet, vel ſi illi non ſint, p alios idoneos teſtes. Alioqui teſtibus deſideratis, lis per vaſalli poſſeſſoris religionem dirimenda eſt. in ti.de conten.inter do. & fideli.de inueſtitura feud.c.j.§.inopia tamen probationum dirimatur per religionem Clientuli poſſeſſoris. vel cum 12.ſacramentalibus. Quem locum accipimus in eo vaſallo, qui pximo anno in poſſeſſione fuiſſet, bona fide & citra fraudem, dño ſciente & patiente.c.j.ſi de inue.inter do.& val.lis oriatur arg.l.cauſa, C.de lib.cau.

Præterea, quãdo vaſallus aliud beneficium a domino agnoſcit, & adſerit illud, quod dominus poſſidet, etiam ſuum eſſe, ſed inueſtituram legitime non probat, dominus propter reuerentiam a vaſallo debitam iurare non cogetur, ſed iuſiurandum ex æquitate ei remittitur, tantum abeſt, vt hoc caſu ſe defendere debeat, vaſallo interim concedente, niſi forte Clientulus tantum oſtenderit, vt iudici dominum ſuſpectum reddat, quo caſu oportet aduerſam præſumptionem iureiurando diluat, &, ſi Iudici videatur, etiam cum 12.ſacramentalibus. Eſt etiam.de feu.pater.alie.§.j & de conſue.recti feu.§.ſacramentum.arg.l.iuſiurandũ, §.qui iuſiurandũ.ff.de iureiur. Andr.de Iſern.& Bal.in c.1.§.ſi vero feudum.ſi de inueſt.feu. contr. fue. tex.ſi uero feudum aliquis habuerit, de quo nulla controuerſia eſt, & dixerit ſe inueſtituram alterius feudi accepiſſe, ab eodem domino, nec in poſſeſſione fuerit, nec prædictis rationib. probare poterit, licet domini eſſet defenſio ex ordine, tamen quia aliunde vaſallus eſt, remittitur domino ex æquitate defenſio.

Proinde in beneficio Camerę, vel Caneuę alia ratio moribus hiſce eſt introducta. Porro ſi dominus neget quem de Camera vel Caneua infeudatum eſſe, quia taliſmodi *beneficia* fragilis ſunt naturę, & temporaria, p quaſi vſufructu, *aut ſeruitute* cenſentur, vnde vere non poſſidentur, tantum abeſt, ut ſolenni, & hactenus quęſita probatione indigeant: Verum ſi pſtationem ex Camera uel Caneua proximis tribus annis ſe recepiſſe iureiurando adſeuerarit, utique obtinebit. *Etenim* q cenſum aut Canonem tribus annis proxime pręteritis ſoluiſſe ſe probat, retro etiam ſolutionem feciſſe *intelligitur. l.*quicũque.C.de apoch.publ. Permittitur tamen ut *dño iuſiurãdũ* ſibi a lege impertitum referat, & ipſe vel ſacramẽti religione ſe defendere, uel beneficiũ deinceps pręſtare compellit̃. in tit. q̃d ſit inueſtitura, §.ſi vero uaſallus quę poſſideat, uel ſi feudũ Camerę aut Caneuę in duabus uel tribus acceptionibus quietis, quaſi poſſideat, dñs autem feudum negans eſſe, rem *ſuam* perat, uel quod ſolutum eſt, deinceps ſoluere renuit, *tunc non* ed opus probatione, ſed poſſidenti data electione, *aut iuret*, ſuum eſſe feudum rectum, aut domino referat iuſiurandum. ubi Iacob.de Bel.& poſt eum Iaco.Alu.monent, in quaſi poſſeſſione feudi incorporalis, per duos aut tres actus percipiendi iure feudi pręſtationes, & ſic pręſumptionibus ſuffragantibus feudũ pro conſtituto haberi, & iureiurando ſaltem probari.

Sed & controuerſia inter dominum & agnatos defuncti orta, illo beneficium nouum, his uero antiquum adſerentibus, quia defunctus uaſallus id inter reliqua bona poſſeſſum poſt ſe reliquit, pręſumptione iuris agnati iuuantur, qui & in poſſeſſione erunt, donec uel p dominum oſtẽdatur eſſe nouum, uel per agnatos antiquum aut paternum: Quod, ſi in quęſtione principali deficientibus probationibus, non fuerit expeditum, agnatis optio erit uel iurare, uel iuſiurãdum domino referre.

Sin autem domin⁹ intercedere uelit, ne poſſeſſio agnatis tradatur, audiẽdus eſt, ſi incontinenti probet feudum eſſe *nouũ*. Eſt in c.j.ſi de feudo defuncti ſit contentio inter dom. & uaſallos. ubi And.de Iſer.per l.dolo.ff.de reg.iur.l.ſi is a quo, ff. vt in poſſ.catur.& Iac.de Ard.in tit.de conten.feu.§.ſi uero ſit cõtẽtio int.do.& uaſal.& §.ſi uero nullam part.ubi copioſe.

Vbi monendi ſumus, illi qui iuſſus eſt iurare, terminum per Iudicẽ dandum eſſe, ut interim deliberet iurare uelit, aut iuſiurandum referre, aut demum cedere. In qua parte ſimiliter ſeruilibus cõſtitutionibus itum eſt, quibus ſtatim q̃s delatũ ſacramentum iurare cogit̃, niſi forte deliberare uelit, quid ſit iuraturus, non an id faciet.l.non erit.§.fi.ubi Bar.ff.de iureiu.& accedit.l.iuſiurandũ.& ad pecunias. Vbi Alex.eo. Reliqua Ioan. Blan.refert.in ti.de conten.feu.§. q̃ritur in caſu &c. arg.l. mancipiorũ.ff.de opt.legat.l.ſi duobus.§. ſed & ſi quis. C. communia.de legat.

Cæterum ne & hoc Tyrones remoretur, de iuriſiurandi for-

ſorma eſt videre, quæ ſecundum rerum ac perſonarum exigentiam, alia atque alia nobis venit obſeruanda, ita enim fiet, vt ſacramentum recte concipiatur, & negotio expediendo ſit conueniens. Porro dominus, ſi de inueſtitura vertatur quæſtio, ſancte iurabit inueſtituram a ſe non eſſe factam, quo defuncto ſucceſſor eius, ſiue filius ſit ſiue agnatus, de credulitate iurare debet, ſuper facto videlicet alieno, ne anceps periurium ſubire cogatur. l. Marcellus. §. j. ff. rerum am. & l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. iurabit itaque ſe non credere inueſtituram illam ab anteceſſore ſuo factam. Ex quibus conſequens eſt, iuſiurandum principalis longo interuallo diſtare ab eo, quod hæres vel ſucceſſor præſtat, quando ille de veritate iurat, vt in proprio facto, quod neminem latere coijcimus. l. quanquam. ff. ad ſenatuſ. Velle. Hic vero de credulitate, vt qui probabili ignorantia ducitur, cum in alterius locum ſuccedat. l. qui in alterius, ff. de reg. iur. & l. videamus. ff. de in litem iuran. Tamet ſi in filio ſucceſſore id fallat ſecundum legem Longobardam qui ob id, quod eadem perſona cum patre ſit, & viuēte patre quodamtenus eius bonorum dominus, veritatis ſacramentū præſtare debeat. Sic eſt in ti. de notis feu. §. cum datur de defenſio domino, iurare debet, ſe inueſtituram non feciſſe. Cum vero datur ſucceſſori eius, iurare debet, ſe nō credere inueſtituram factam eſſe ab anteceſſore ſuo.

Vaſallus in facto quod ſuum eſt iurare debet de veritate, puta, ſe inueſtitum eſſe, vel ita eſſe vt adſeritur, tantum abeſt, vt de credulitate iurare, & ſic conſcientiæ mentionem facere, vt Ioannes Blanc. cum textu vocat, ſatagat. Succeſſor vaſalli, aut hæres propoſita conſcientia de facto alieno iurat, hoc eſt, quod credat inueſtituram ab anteceſſore vel parente ſuo eſſe factā vel id ita ſe habere, vti adſirmatur. per l. 1. C. de ſecundis nub. & c. ſtatu §. adſeſſores. de reſcrip. in 6. Eſt in ti. de conſuetudine recti feud. c. j. §. & iurabit vaſallus ſine mentione conſciētiæ, dominus quoque de ſuo facto ſimiliter. De facto vero patris vel aui, aut alterius aſcendentis, iuramento conſcientia præponetur, hoc eſt, vt credat, conſcientia ſuā ad hoc motus, rem ita eſſe, neque aliter ſciat. Alias enim ſi de alieno facto recta aut præciſe velit iurare, quia id ſucceſſorem plerunq; latet, anceps periurium facile incurreret, quod perpetuo eſt deuitandum. d. l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & d. §. cum datur. in titu. de notis feudorum.

Et refert a quo nam ſacramentum cui deferatur. Nam ſi dominus vaſallo id detuliſſet, vel vaſallus domino, quia voluntarium eſt, in optione eius erit, cui delatum eſt, id vel iurare, vel ipſi iurandum referre: quorum alterum neceſſarium eſt, niſi ſuccumbere velit, & turpem caſum facere. iuxta l. manifeſtæ turpitud. ff. de iureiur. A iudice autem delatum, quia ex cauſa cum mouente id factum eſt, & ſi de deliberato, non ita referetur ſed iurari ab eodem, cui iniungitur, debet, niſi fuerit, propter quod grauatus, maiorem iudicem appellare permittatur. iuxta l. generaliter. § ipſe autem. C. de iureiuran. & habet fuſius d. Iaſ. in l. admonendi, ff. eod. neque iudex paſſim, atque ſemp in ſacramenti delationem illotis, vt dicitur, manibus irrumpere dēt ſed demum coniecturis, & rerum circumſtantijs, atque perſonarum conditione adiutus, illi deferendum arbitretur, quem minus in periurii ancipitio eſſe, & plus iuris habere viderit, alioqui peierare temerarium potius impellet, quam cauſam ſacramenti religione liquidiorem redderet. l. in bonæ fidei. vbi gl. Bal. & Doc. C. de iureiu. & c. i. extra. de proba. & §. ſacramētum. de conſuetu. recti feu.

Quia vero dictum eſt, iuraturos in certis rerum ſpeciebus ſibi Coniuratores, Sacramentales appellant, adiungere, id qua ratione ſit introductum diſpiciendum quoque erit. Et dicunt Sacramentales, ex Longobardorum legibus voce mutuata, quod iurantem ſuo quoque ſacramento iuuantes, extra omnem ſuſpicionem ponere contendunt, quos alij cum Ardizone, Coniuratores, vulgus Conſacramentales, alij cum Ioanne Blanc. Compurgatores, & Iuratores, in eundem effectum nominare ſolent. Qui eius honeſtatis, vitæ atque fidei eſſe debent, vt neque amore, neque odio, neque vllis pecuniæ decipulis, illecebris at que ſordibus teſtimonium ſuum venale habere credatur. Proinde qui iuraturi vitam, mores, & cōuerſationem ab antiquo vſque in hunc diem etiam propter viciniam, non ſecus atque digitos ſuos cognouerint. in capitu. cum P. & C. extra de pur. canon. & ca. dilectus. c. quoſdam. & capit. quando. de præſum ptionibus.

Sacramentales eliguntur ex aſcendentibus aut cognatis eius qui eſt iuraturus, vt cui nec graues, nec inimici creduntur. Cuiuſmodi ſi non fuerint, vicinia eos dabit, argumen. c. laudabilē ext. de frig. & malefi. & c. videtur. qui matri. accu. poſſ. de numero eorum, atque eligendi modo Iaco. de Ardiz. in ti. de contē. feudi. §. & decurritur ad ſacramentum vaſalli: Singularem rōnem ex Longobard. de debitis, & Guald. l. ſi quis alij. & Qualiter quis ſe defendat. l. ſi qualicūque. tradit, hac diſtinctione adhibita, vt ſi feudum ſit triginta ſolidorum, vel pluris, vaſallus cum duodecim ſacramentalibus iuret, quorum ſex dominus eligat, vaſallus autem quinque, & ipſe duodecimus erit. Si vero feudum duodecim ſolidorum ſit, aut pluris, vſque ad viginti, ſacramentales ſex eſſe debeant, quorum tres dominus eligito, duos autem vaſallus, ipſe vero ſextus erit. Iudex quoque compurgatores quinque deligit, vt ſi miles dicat ſe a ruſtico violata pace vapulaſſe, ruſticus cadenti ferro, aut frſuenti aqua innocentiam ſuam oſtendit, vel ſeptem teſtibus, quos Iudex elegerit, ſe purget. per text. de pace tenenda & eius violato. §. ſi miles ruſticum. argum. ca. ſi extra de purgatio. vulga. & cap. ex literis. de excell. prælat. a vulgari tamen illa purgatione hodie eſt itum.

Sed vſibus noſtris comparatum eſt, vt Vaſallus iurat cū duodecim ſacramentalibus (quod Canones duodecima manu iurare dicunt. in c. inter ſolicitudines. vbi glo. in verb. 14. manu. de purgatione cano.) quorum ſex conſanguinei eſſe poterūt, & ſex extranei, dominus vero cum parentibus ſeu conſanguineis, aut cum vaſallis ſolis, vel cum extraneis parentibus mixtis. Sic eſt tex. in titu. de conſue. recti feud. c. j. §. & cum dat & c. Vaſallus cum ſex parētibus, cæteros, ſi vult, habeat extraneos, dominus vero, ſi vult, cum parentibus, aut cum vaſallis, aut cum parentibus vaſallis, vel cum extraneis miſtis parentibus vel vaſallis.

Et quia de facto vaſalli iurantis, adeoque alieno, ſacramentales iuſiurandum præſtant, non præciſe de ueritate, ſed de credulitate iurare poterunt, ut pote, quod credunt uaſallum uerum iuraſſe. d. §. cum datur domino. de notis feud. adcedit c. de teſtibus. extra, de purga. cano. & l. 2. §. 1. C. de iur. cal. Iaco. tamen de Ardizo. ſingularem iurandi formam coniuratoribus præſcriptam in lege Alemannorum refert, in tit. de iuratoribus, quales & quantos, uidelicet, ut prius iuret uaſallus uerum eſſe, uel ita ſe habere ut adſerit, deinde ſacramentales manus ſinguli dextras ſuper capſulam, in qua reliquię continentur, ponant, quibus ſuam ſupraponat manū, dicens, ut ſe Deus ita adiuuet aut illæ reliquię manibus, quas ipſe tenet, comprehenſę, quēadmodum eius culpę, cuius inſimulatur, nocens ſit, aut quod aſſeuerat ita ſe hēat, quę tamen formula ſolēnitatis etiam inter Germanos inoleuiſſe uī iuris magis ignorantia, quam ut tam inepta haberi debeat.

DE SENTENTIIS ET APPELLATIONIbus, in cauſę feudalis expeditione.

CAP. VI.

DE ſententijs proferendis in cā feudali ī ſpecie, nihil morib. introductū eſt, ſed ex iure ciuili earum formę ſunt petendę, ut uidelicet cā iam nunc teſtib. uel inſtrumentorum fide, iureiurādo, uel alijs adminiculis pſumptionū atq; circunſtantiarū, iudicem indubitato mouentiū, liquida, & in notionē, quantum ſatis eſt, pducta, iudex pro officio ſuo, quod in iuſtitię ſacroſanctę miniſteriū datū eſt, de iure ſit ſolicitus, ut ſm ea, quibus feud. Principū cōſtitutionib. huius iuris parti accedentib. aut his deſideratis, legib. aut iure Romano ſunt introducta, ſniam (quidam laudamentū, quaſi a ſpeciali iudice perinde atq; ex arbitrio pnūtiatum dñi) proferat, & quod æquū & iuſtū eſt, pnuntiet: Ita. n. fiet, ut & in hac iuris & æquitatis officina, unuſquiſq; quod ſuū eſt cōſequatur, & de re ad alterū pertinēte manus abſtineat, de qua re paſſim in iuris libris eſt uidere, & nos cū in alio loco fuſius tractare meminimus. cui accedit quod eſt in l. propeiādū. C. de iudi. l. nemo iudex. C. de ſen. & interloc. omn. iud. l. hac lege, C. de ſenten. ex breuic. recit. & l. illicitas, §. ueritas, ff. de offic. præſi.

Et cum diuinū prope ſit, & non hominis, in nulla re errare, atque ęquilibrium in definiēdis negotiis per omnia, & nunquā non, tenere modo diſputationum inuolucris, modo circunſtātiarum uarietatibus, modo humanis uiſionibus iudicem fallentibus: Ne propterea quiſpiam inique grauatus, ſniæ reformandę ſubſidiū habere non deberet, etiam in cauſis feudalibus, eſſet inciuile, quapropter permiſſum eſt, non ſolum a Pariū ſed etiam ipſius dñi pronūciato prouocare, idq; ēt ſm formā a iure cōi petitā, demptis paucis, quę noſtris morib. ſunt introducta. Etenim ſnia feudalis ēt abſq; eo, ut diſerte maior iudex appellet, in ſuſpenſum agitur, ut qua prolata, ſi is, contra quē pronuntiatur, dixerit, per odium, uel inique, & iniuſte iudicatū eſſe, id pro appellatione erit, & ſuſpenſa ſententia executioni non debet mandari, donec appellationis iudicium ſit expeditum, & ſententia adprobata. Per Io. Blan. in ti. de cōten. feu. §. ueruntamen circa hanc mat. & Iaco. de Ardi. in ti. de contē. feu. §. idem ſi iudicatum eſt.

A Parium tamen ſententia non appellamus dominum feudi, cum uideatur eſſe idem tribunal, & ſeipſo non maius, ad quod prouocatio hoc caſu fieri non poteſt, ut quam a minio-

a minori iudice ad maiorem eſt permiſſa,ſed ad eum, qui eſt domino ſuperior. Cuiuſmodi ĩ dubio Princeps eſt Romanus, a quo omnia beneficia,ceu ab originis ſonte ortum capiunt, quo caſu miles appellans ſex hebdomadas habere debebit,vt præparet ſeſe ad iter arripiendum, quo Principem adcedat. Et ſic plerique omnes intelligunt.in titu.quo tempore mil.Inueſtit.pet.debe.§.ſancimus.verſi.ſi autem dixerit miles, quod ſui Pares iniqne iudicaſſent, miles in poſſeſſione maneat per ſex hebdomadas,& ad noſtram veniat præſentiam,cum illis,qui Laudamentum atque iudicium fecerint, & ante nos definiemus. Quod caput in hoc ſaltem ſpeciale eſt, quod prouocationem ad Principem interponendam eſſe ſubindicat, & ad adcingendum ſeſe ad iter ſex hebdomadas appellanti concepit, intra quod tempus in poſſeſſione rei moleſtari non debet, ſiue appellationem ſit proſecuturus,ſiue non, quod tempus ex conſtitutione habet,cum alias tempus ad repræſentandum ſe iudici ad quem,arbitrarium ſit,& pro rerum qualitate, itinerisque longitudine ex bono & æquo præſtitui debeat. in c.peruenit.de app.cap.cum cauſam.de re iudica.& Bald.in l præſes. C.de appel.ſimiliter Specu.in titu.de app.§.nunc autem. Ad ꝓſequendam autem appellationem quilibet appellans vnius anni fatale tempus habet,atque ex cauſa biennii, in quo per conſuetudinem beneficiariam nihil eſt immutatum.l. præcipimus.C.de appel.l.fi.C.de tempo.app.& in c.cum ſit Romana.extra,de app.habet Ioan.Blanch.de contentio.ſeu.§. deinde in cauſa appellationis.

Inſuper quod ĩ cauſis feudalibus Imperatorem appellamus, accipi poterit,ſi ad eum appellatio immediate, ſit facienda, vti ſit quando ex capitaneis ſit,aut Imperii vaſallis,qui prouocat,& nihil ſcrupuli locus habet. Alioqui ſi ab eo,cius ve paribus fiat prouocatio,qui alium dominum agnoſcit,præſidem vel Comitem,ad eum ceu medium venit prouocandum, nõ ad Imperatorem,vti & legibus cauetur,& moribus eſt recept. l.imperatores,ff.de app.in Authen.de appel.§ fina.colla.4. Reliqua apud Iacob.Alua.eſt videre in d.§.ſancimus, §.ſi autem dixerit. Et non ſolum a iudice grauamen inferente ad appellationis præſidium recurrimus,verum etiam ab eo, qui vt iniquæ ſententię,ſeu laudamento pareas, cogere non ceſſat, & taliſmodi iudex per hoc,quod vaſallus dixit, iniq; iudicatum eſſe,eo ipſo per legem eſt citatus, vt ad ſuperiorem veniat, & definitionem interpoſitæ appellationis expectet. Ita enim cõſtitutio habet,& ad noſtram veniat præſentiam, cum illis qui laudamentum atque iudicium fecerint, & ante nos definiemus. Omnis ſiquidem dilatio a iure pręſtituta,peremptoriæ citationis vim habet, & quidquid interea etiam alio citationis edicto non emiſſo,fuerit innouatum,reuocari debet.per Inn. in c.innotuit.extra,de arb & ca.ſi.quo temp.mi.inueſt.pe.deb. allegans etiam ca.j.de dol.& cont.

Neque tam nouum eſt,a magiſtratus,qui iniquam ſententiã exequi contendit,iuſſu appellationem interponere, cum etiã extra iudicium canones permittant.prouocari, vbi cui grauamen infertur,aut metuit id illatum iri, in eum maxime effectum,ne pendente illa appellatione aliquid adtentando innouetur. Nam quidquid eius eſt,in eum ſtatum, quo tempore interpoſitæ appellationis erat,iudicis officio reduci debet. Et quoties etiam ex eadem cauſa grauatur, prouocare datur,q̃ appellationem propterea ad cauſam appellant, quia ad ius ꝓuocatur,in eum finem,vt grauamen illud ſi illatum fuerit,in iudicio perſequi velis,idq; tempore ad proſequendam appellationem dato,& aduerſarium,ne vi & de facto in te machinet quidquam,per iudicum officium arcere. Et qui ad ius prouocat cauſam grauaminis probabilem quidem,licet non ita neceſſariam libello appellatorio (ſic enim interponi debet) cõprehendet,non ſecus ac ſi ab interlocutione prouocatur,alioqui inutile eſt,quod prætexis. Eſt in c.non ita.vbi gl.2. q.7.c.cũ ſit Romana.vbi gloſſ.c.bonæ memoriæ.extra,de app.in c.cordi.de appel.in 6.habet Guido Papæ in tractatu de ap.q. 75. Qđ appellationis genus tametſi in iure ciuili non ita paſſim recipiatur,ſunt tñ caſus ĩ quibus vſurpari etiam ſoleat, de quibus in l.aperriſſimi & idem gl.C.de iud.

Poſtremo qui ſententiam feudalem inique prolatam dicit, poterit ad ſuperiorem iudicem refugere,vt ſententia eius,ceu boni viri arbitratu, in melius reducatur, quod appellationis loco eſſe tradit.Iacob.de Bel.d.§. ſi autem dixerit miles. ſuper verbo,iudicaſſent. Et iudex ille reductionis,ſiue appellationis ſit,ſiue litigatorum ordinarius, laudamentum illud ſeu arbitramentum Parium,nullum pronuntiare poterit,& ad æquitatis atque iuris formam reducere. Porro vt ſententia nulla de facto grauat,vt quæ in iure nullum habet præſidium,& eſt reformanda,ita quoque grauamen ſententia illatum, per iudicem etiam ordinarium via reductionis debet reſcindi, atq; ad æquitatem redigi.per Bald.in dicto,§.ſancimus.§. verſicul. ſed nunquid iudex.quo temp.mil.inue.pet.deb.

Cæterum quod de eo quęri ſolet, nunquid Pares ſententię feudalis executionem facere poſſit, cum inane ſit proferre ſẽtentiam,niſi in effectum quoque perducatur. Et licet Io.Blan. hunc locum vltro citroque diſputet, in eo tamen reſidere vĩ. quod Curię,quę pronuntiauit,id facere conueniat. Per capi. de mili.qui contumax eſt,iis verbis. Quod ſi neque uenerit ad tertiam vocationem,hoc ipſo feudum amitrat. Et ideo debet Curia dominum mittere in poſſeſſionem. Cuius tamen ſimiter forma & nõ ex iure ſcripto eſt petenda, ne quis impingat, aut illotis manibus executionem adgrediatur. Eſt etiam apud Ioan.Blanchum,in ti.qualiter feudum commiſſum poteſt a vaſallo auferri,§.& ita videtur.

INTER REGALIA QVAE HABEANTVR, atque item de bonis alaudialibus. Emphyteuticis,cẽſualibus,& conductitijs.

CAP. II.

HIc.quod nõn tam πρὸς Διόνυσον fuerit, adiicere libuit quarundam rerum diſcrimen, quę licet feudi iure non ita cenſeantur, earum tamen in iſtac tractatione non ſemel ſit mentio,qua propter nõ leue operę ſacturus eſt pretium,qui ſuam ſingulorum naturam diligẽti obſeruatione ſit conſecutus, vt qui in ſuum quęque locum collocare, & ius perſequendi actionibus recte diſcretis, ſi quando opus eſt,in promptu habere poſſit,prouidus magis,quam vt in foribus,monente Ariſtotele,ſtatim impingat.

In primis autem ea ſe offerunt,quę appellamus regalia,Grecis βασιλικὰ ſunt,propterea quod Regibus ſtipendij quemadmodo loco debeantur,maxime autem Romanis,qui vniuerſi orbis Principatum diuinitus ſibi commiſſum gerũt, & publici ſunt iuris,in quo a reliquis priuatorum bonis diſtant, ſiue feudalia ſint,ſiue emphyteutica,ſiue cenſua. accedit Vlpi. in l. inter publica.ff.de verb. ſig Neque fruſtra regibus huiuſmodi iura,pſtationes,& tributiones ſolis cedunt,ſed ea ꝓpter,q ſubditos ꝯ vim tueri atque ꝓtegere, & ad iuſtitię tramitẽ regere debeant,vnde & ποιμένες λαῶν,hoc eſt, populi paſtores Homero dñr,quia paſcere eorum ſit officium,& non deglubere nu tum,quod male obſeruant principes illi,quibus aliud in aio non voluitur,niſi vt bellis latrocinia quoque miſceant,haud ceſſantes,donec tam ſui,quam alieni ſint exuſti,deprædati,& poſtremo ad internecionem coacti, hominis vitam nõ ſecus ęſtimantes atque pulicis. Sed de his in ſuo loco, neque paucis referri poterũt,quę communibus orbis Chriſtiani lachrymis excipienda,deplorandaque veniunt.

Igitur regalia ad principem Romanũ,vt vniuerſi orbis dñm regulariter ſpectant,& ab eius autoritate ſolũ pendẽt, qui ea aliis vel concedit,vel hr̃e permittit,idque vel tacite, vel nominatim. Porro ſi aliquem principem regia dignitate eminere iuſſerit,eidem quęcũq: regalia in ſuo regno tacite cõcedit,ex eo cũ q Rex ſolutatur ab Imperatore, oĩa ipſum ſequunt,q regię ſunt vſurpatiõis,vt eſt Rex Vngarię,Bohemię,Polonię, & ſi qui alij. Similiter Reges, q principatum illum ſupremũ antiquitus tenuerunt,& ſuperiorẽ non agnoſcũt,vt regna ſua ita & regalia tpis diuturnitate & cõſuetudine q̃ſierũt,quorũ numero ſunt Reges Hiſpaniarum,Gallię,Portugalię,Anglię, Danię, Suetię, & pleriq: alij. Idẽ ſpõdemus de qbuſdã Rebuspublicis,Venetis puto,atque alijs,q̃ & ipię regalia pſcriptione ſunt conſecutę,& quaſi conceſſione tacita vſurpant. Nam ad hoc vt regalia quis pſcriptione, vel magis a cõſuetudine quærat,oportet id temporis cum vſu ipſorũ interuenire, de cuius initio nulla extet memoria,q ſciente principe fieri intelligit, & de iure cõſtituẽdo.per tex.in c.ſuper quibuſdam.§.pręterea extra,de vſu.verb.ſig.Inn.in c.bonę memorię.1.de poſtulatione pręlatorum.accedit l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quot.& ęſti.Bar.rñdet.in conſ.lxxij.inc.ex facto.& Doct.in c.j. quę ſint rega. Sin vero contra priuatũ fiat vſurpatio, puta cũ, qui ꝯtendit ſe ex certa cã vectigal, aut pedagiũ nõ debere,ſiue tpore triginta annorum id dederit,aut ad tituli pſidiũ x.iã vſucaptũ eſt & porro dare cogeẽ,id tñ,q aliis libertatem habentibus nõ pıudicat,cũ vſucapio illa ſit perſonalis. Idem reſpondemus in pręſcriptione,q̃ ſit cõtra habentẽ ius percipiẽdi,etenim ſi qs uectigal,pedagiũ.portorium,& id genus alia, longiſſimi tpris inter capedine nõ ſoluerit,ſciente eo cui debeẽ, non mõ exceptione tutus erit,aut ẽt ſi urgeaẽ, negatoriã inſtaurare poterit.per l.quibus diebus. ff.de cond.& demonſtra. habes Bar.in d.conſi.ex facto.Inn.in c.inter quatuor.de maio. & ob. Iac.But.& Doct.in l.1.C.noua uect. & tradunt Bal. & Prępo. in c.1.ti.quę ſint regal.ubi late.

Regalia adhuc bifariam ſe habent, alia ſiquidem ad ſupremam Principis autoritatem ſolum pertinent, quę maiora appellant, & non intelliguntur ulla conceſſione comprehendi, niſi expreſſim, cuiuſmodi alibi diximus eſſe

extra

extra legitimum thorum quęſitos legitimare, magiſtratū deſignare, tabelliones creare, ſtudia vniuerſalia, ceu omnium bonarum literarum emporia confirmare, nobilitatis arma dare, Comitem Palatinum facere, quam autoritatis prærogatiuam Bar. noſter ſe a Carolo eius nominis Imperatore 1111. habere gloriatur, vt, Doctorem ſalutare, Laurea Poetica donare, quæ prima inter Germanos Conrado Celti Maximiliani Cæſaris beneficio contigiſſe dicitur, atque alia id genus munera ac priuilegia, quæ paſſim a Principibus petuntur, prætermittam. habet Bal. in l. 2. C. de ſer. & aqua. & Raph. Fulg. in cōſi. clxij. viſa copia priuilegiorum.

Alia vero regalia vti ſunt, quæ in ti. quæ ſint regalia numerātur, Ducibus, Comitibus, & reliquis Imperij Principibus per inueſtituram conferuntur: Siue expreſſim, vt in multis conceſſionibus eſt videre: Siue ad generalem clauſulam pertinentiarum, & iurium comprehendantur, & ad ea referuntur, quę cōmuniter beneficia regalia concedi ſolent. Per Oldra. Lauden. in conſ. cxxj. incip. ad primam quæſtionem, qua quæritur. Bar. in ca. per tranſlationem. de offic. delega. & Fel. in c. cauſam. de reſcrip. Taliſmodi autem ſunt, Portoria, Vectigalia, Telonea, Riparia, Monetæ, Salinæ, Angariæ, Piſcationum, & nauium prouentus, confiſcationes bonorum, & pleraque alia.

Portum a portando deriuamus, & eſt locus cōcluſus, in quē portantur merces atque inde exportātur, ad quem etiam Nauium ſtatio eſſe ſolet, ex quo ſi quid portorij aut vectigalis recipitur, Cæſaris eſt, & ad regalia pertinet, apud Vlpianum in l. portus. & l. inter publica. ff. de verb. ſign.

Ex fluminibus quoque nauigabilibus, atque ijs, quæ ex nauigabilibus deriuantur, multæ commoditates proueniunt, quæ & ipſæ Cæſaris ſunt, vt ad cuius tuitionem pertinēt flumina, & publici ſunt iuris, nec quiſquam alius vtilitatum earum prouentus legitime inuaſerit, niſi a Cæſare, vel conſuetudine id iuris ſit cōſecutus, quorſum adtinent Rhenus, Danubius, Albis, Moſa, Necarius, & pleraque. l. quo minus. ff. de fluminib. Arc. in c. eccleſias. 13. q. prima, & Docto. in ca. j. quæ ſint regalia. cū Iacob. de ſancto Georgio. de feudis in verbo, ibi fluminibus debitis.

Sunt & Riparum commoda, vulgus Ripatica appellat, quæ & ipſa regalium iure habentur, ſimiliter ex fluminibus nauigabilibus, non enim vbiuis portum inueniet, ſed in pleriſque locis naues ſunt traiectoriæ, quibus vehicula, iumenta, homines, atq; etiam merces naulo dato, tranſportantur de ripa in ripā, eamq; ſępe aduerſam, quemadmodum apud Vuiſnauu, Gernsheim, & Reinfelſch, Lantgrauius quoque Heſſiæ tenet, vt aliarum riparum obliuiſcar, vbi redemptores quoq; ſunt, & ceu τελῶναι, portorium colligunt, & dominis ſuis certum rependunt, ſiue Imperij ſint Principes, ſiue liberę reſpublicę ab Imperatore ea agnoſcentes, aut conſuetudinis iure vſurpantes. apud An. de Iſer. Alua. & Doct. in d. c. j. ſuper verb. ripatica. quę ſint regal.

Vectigal, a vehendo id proprie dicimus, quod vectura penditur, & lata ſignificatione omnis prouentus appellatur, qui ex ijs, quę publici ſunt iuris, tribuit, atque cedit. Neque parua functio eſt vectigalium, quę ab omnibus qui negotiationis, ſeu transferendarum mercium curam habent, ęqua ratione depēdi debent, & plerunq; licitationis atq; cōductionis iure ab eo, qui plus offert, redimuntur, & ſecūdum conſtitutiones 8. mercium pars ſoluebatur, vnde octonarij dicti. l. penes illum. l. omnium rerum. §. vectigalium. l. ex pręſtatione. & l. a legatis, C. de vectigal. Quia vero vectigal. Principi debetur, atque ijs qui ab ipſo habent, nemini licet id fraudare, ſed commiſſum bona publicari facit, niſi ſint aliena. per l. licitatio, §. dominus. ff. de publica. Bat. in l. 2. C. de naui. exhibi. libro vndecimo & habet Prępoſ. in d. capitu. primo ſuper verbo, vectigalia. quę ſint regal. Neque hic locus eſt referre de publicanis, τελῶνας Gręci vocant, qui publicos reditus, cōſtituto pretio a Fiſco redimebāt. iuxta l. primā, ff. de publica. & vectigalib. quos Iudæi quidem cōtemptibiles habebāt, ſed Romanis ampliſſimi ordinis erāt, Ciceroni in Oratione pro Planco: Flos ęquitum Romanorū, ornamentum Ciuitatis, firmamentum Reipublicę, Publicanorum ordine contineri dicitur. Vectigalia noua (quibus hodie quoque totus orbis premitur) ſine cauſa Rempublicam vrgente, imponi non debent, extraordinarium enim eſt ſubſidium. l. prima, l. non ſolent. vbi Doctor. C. vectigal. noua inſti. non debere.

Monetam dicimus νόμισμα, ex eo quod ſigni impreſſione & autoris, & valoris nos moneat, cuius cudēdi autoritas ad Principem pertinet, ideoque regalis eſt iuris, qui & alijs magiſtratibus monetam cudendi authoritatem prębet, quę & ipſa conſuetudine per temporis diuturnitatem introducta, vſurpatur. l. prima, ff. de contrahen. emptio. l. j. C. de veter. nomiſ. poteſt. l. quintus. §. pen. ff. de auro & argen. leg. cap. quanto. extra de iureiuran. gloſſ. Cyn. & alij. in l. penult. C. de falſ. monet. reliqua Ioan. Aquila colligit in tractatu de monetis. Quiſquis igitur monetam per ſe fabricare auſit, etiam probam, per legem punitur. Et quam grauis pœna ἀργυροκόπους illos & monetarios expectet, qui monetam vel falſam atque adulterinam faciūt, vel probam detondunt, & forcipe aut aquis deteriorem leuioremque reddunt, nemo eſt qui ignoret. Eſt autem in l. ſacrilegii. §. primo, ff. ad legem Iul. pec. l. j. C. de falſ. mo. Bartol. in l. qui falſam, ff. de falſ. & gloſſ. in l. fina. C. de vete. nomiſ. libro vndecimo.

Tametſi ius piſcandi in fluminibus, atque etiam mari, omnibus ſit commune. l. ſecunda, & l. 3. ff. de rerum diui. & flumina Inſt. eod. titu. Adminiſtratio tamen & dominium maris, publicorumque fluminum inter regalia vſurpatur, quapropter quicquid vtilitatis & quęſtus ex fluminibus prouenit, Principis eſt, aut eorum, qui a Principe, vel per conſuetudinem id tenent. Quod & vectigal piſcatiarum Vlpianus dicere videtur. in l. inter publica. §. publica vectigalia, ff. de verbo. ſignificatio. Doct. in l. ſi quiſquam. ff. de diuerſ. & tempo. pręſcriptio. tradit Iacob. de San. Georg. de feud. in verſi. & cum piſcationibus aquaticis & fluminibus.

Salinarum prouentus Federicus Impera. etiam inter regalia collocat, nec immerito, vt quarum ingens ſemper fuit quęſtus atque lucri compēdium. Exactis regibus vectigal illud Romanos aliquandiu deminutum erat donec per M. Liuium Cenſorem reſtitueretur, vnde, vt aliquam gratiam reportaret, Salinatoris cognomen eſt ſortius. Ab initio itaque ſtatim Salinę Principum eſſe cœperunt, qui in multis locis ipſi ſal vendere ſubditis ſolēt, vt decimarum, & vectigalium aliorum obliuiſcar, & ſubditi id comparare, ob publicam vtilitatem cogūtur. per Bar. in l. j. C. vt ne liceat in emp. ſpecierum. idq; p rationis identitatem, cum tex. de frumento ſtatuat.

Ex reb. metallicis, fodinis puto, ſiue auri, ſiue argenti, ſiue alterius ſit metalli, ingens quęſtus compendium quęritur, cuius vectigal etiam inter publica, & ea, quę regalia habentur, eſt cōprehenſum. d. l. inter publica, §. publica vectigalia. ff. de verbo. ſignifi. Et quia in conſtitutione Fed. Imper. ſub ti. quę ſint regalia. argentaria eſt pro metalli fodinis, valde inconuenienter (cū illa vox pro re numularia apud Latinos accipiatur. vnde argentariam facere, eſt menſariam exercere, quod Trapezitarū eſt, quos ob id ἀργυροπράκτην quidam vocant.) rectius Vlpianus argentifodinas appellat. in l. ſed ſi pecunia. ff. de rebus eorum qui ſub. Quidam argenti duntaxat fodinas inter publica vectigalia collocant, & Aluarot. ad argentariam quoque torquet, quam numularii ex publica autoritate quoque exercere debeant. per l. quędam §. numularios. & l. argentarius. §. j. ff. de edendo. Sed magis eſt, vt quidquid metallorum ſit, ſiue auri, ſiue argenti, ſiue ęris, inter regalia habeatur, & niſi principali conceſſione, vel conſuetudinis vſurpatione in totum percipi non poterunt, ſed etiam de metallis in loco priuato inuētis, decima eorum pars fiſco debetur, in qua tamen re conſuetudini ſępiſſime concedimus. eſt in l. 1. & l. cuncti. C. de metal. & metallis. li. xj. & Doctor. in c. j. ſuper verbo, argentaria. in tit. quę ſint regal.

Sunt & alia munera quę princeps pro ſua autoritate exigit, a ſubditis neceſſitate quadam pręſtanda, veluti curſus vehicularis, cura emendi frumēta pro commeatu, baleni publici calefactio, cuſtodia corporis, venationum labor, quas angarias appellāt, ſic & Suidas ἀγγαρεῖαι pro coacta ſeruitute accipit voce a Perſis deflexa, quando ἀγγαρίζω ſit cogo. Angarię autem dicuntur, quę Principis ſumptu præſtātur. Sed perangarię quæ magis onerant, & propriis ſumptibus eduntur, a quibus etiā ſi Imperator abſtineat, ſubditi tamen magis magiſque per prīcipes ſuos his non raro grauantur, de quibus in l. munerum. §. perſonę munus, ff. de muneribus & honoribus, l. neminem ab angariis. C. de ſacroſanctis eccleſiis. l. nullus, C. de curſu publi. lib. duodecimo. Quorſum & plauſtrorum, & nauium pręſtationes referri poterunt, quę non ceu veredi ſolent, celeri curſu tranſportant, ſed ad recipiendum ſarcinas, & Imperatoris res dari iubentur. accedit l. 2. & l. curſum. C. de curſu publi. lib. 12.

Federicus quoque Impera. eius nominis primus theſaurum inter regalia numerat, vt ſi in Cæſaris loco, vel religioſo non data ad hoc opera inueniatur, eius dimidiū, ſin vero de induſtria, totus Cęſaris eſſe debeat, id quod per Conſtitutiones ita ſe habet, alias enim quod ad veteris iuris obſeruationem pertinet, quia theſaurus dicitur pecunia recondita ab eo tempore de cuius initio hominis memoria non extat, in dominio nullius eſt, ſed inuentoris eſt, vt inquit Paulus Iuriſconſultus, idq; occupationis iure in ſuo, vt Inſtitut. de rerum diuiſionē. §. theſauros. latius exponitur. Sed repertus fortuito in loco ſuo, aut eo, qui in nullius eſt bonis, eius eſto, qui eum reperit. per Cyn. & Bal. in l. lapilli, ff. de rerum diuiſion. Cęterum quando pęnarum compendia Principis ſint, & prohibitam artem exercere impune nemini eſſe debeat, recte factum eſt, vt ſi qs p magicā artē theſaurum q̄ſierit, nō ſolū vt magus & maleficus vlnmo

ſupplicio uenit adficiendus,ſed etiam theſaurũ perdit, qui fiſco eſt inferendus.l.ſingulari,C.de the.li.x.l.nemo. C.de male. & Mathe.reliqua ſunt apud Aluaro.in c.j.§ theſauros.in titu. quæ ſint regalia.& habet Hugo Seleſtadienſis,in,de officio 4. Prælatum.cap.erant etiam,§.theſaurus.

Ad ea,quæ Regi debentur,& ijs quoque obueniunt, qui regalem habent dignitatem,pertinere videntur,quæ ex ouibus, bobus,& id genus armentis,terrarum dominis præſtari ſolẽt, ex eo,quod partim inter paſcua publici iuris,partim ad tuitionem Principum atque Comitum enutriuntur,in quibus prouentibus regionis conſuetudinem ſimiliter ſpectare iubemur.Et huc forte non tam inepte retuleris verbum illud vtcũque exoticum & Longobardicum,Armandia,ex Barbariæ triuio deflexum,cuius in d.Conſtitutione,quæ ſint regal.ab exordio ſtatim fit mentio.vbi mirum,ꝙ An.de Iſer.lectionẽ variet & ſui ipſius reddaẽ diſſimilis, quas ineptias ex ipſo petere magis licebit,quam vt hic inculcentur:Et facilius tanto ex armẽtis præſtationes quæ Principi debentur, per Armendiam non ſecus atq; Armentiam ſignificauerint, quanto promptiores ſunt etiam puriſſimas Latinæ linguæ voces pro Barbarię ſua corrumpere,& ad ſuum Idioma deſlectere atque proferre.

Huc forte referri & ea bona poſſent,quæ And.de Iſer. Dęmania vocari ſcribit.in l.Imperialem,§.nec dominus feudi. de ꝓhibita feudi alienatio.per Fed.præſertim in Siciliæ regno,ea nimirum,quæ Reges ab antiquo ad neminem alium, neque ꝑ infeudationem,neque donationem,aut ullam alienationem tranſtulerunt.Melius autem dominica bona dicerentur.Nam Imperator ea bona,quæ in ſacræ domus vſum priuatum deſignauit dominica nominare ſolet,ſiue in terra,ſiue in ſaltibus ſiue in hominibus conſiſtant,de quorum conſeruatione multas conſtitutiones habemus editas.in titu. de fundis rei priuatæ,& ſaltibus diuinæ domus.& in titu.de fundis,& ſaltibus rei dominicæ.C.lib.11.Sic Robertus Guaguinus tradit terram Salicam Francorum Iuriſconſultos eam dicere,quæ ſolius Regis ſit,de qua ſic in lege Salica. Nulla hæreditatis portio de terra Salica ad mulierem venito.Eamq; a lege Allodij diſtare,quæ ſubditos comprehendit,quibus datur per hanc legem, rei alicuius liberum dominium,non excluſa Principis maieſtate.Id ꝙ & nos obſeruamus,cum ea quæ Principis ſunt in bonis allodialibus priuatorum pactionibus neque vendi, neque immutari poſſint.

Ex hiſce paucis(nam omnia referre non eſt noſtri inſtituti) quomodo ea,quæ principis ſunt,modo feudi,modo conſuetudinis iure,ab aliis quoque vſurpentur,& poſſint fiẽri, liquet.

Supereſt,vt de Alaudiis quoq; referamus,a regijs bonis, ceu priuata,diſcretis,vulgo Allodia dicimus, de quibus paſſim in tractatione feudali etiam fit mentio,vbi receptum eſt, bona feudalia,ijs quę allodialia ſunt,opponi: In qua conſideratione,omnia bona aut beneficiaria eſſe dicimus, aut allodialia. Non ſecus atque vbi de teſtamentis diſſerimus, quod Paganicũ eſt,militari opponimus.Sic Antoninus Imperator.in l.1.C. de teſt.milit.Frater tuus miles, de bonis quę in Paganico habebat,hr̃dem fecit,bona quę in Caſtris reliquit,petere nõ poteſt.Ita Paganum cum dicimus, qui non eſt militię addictus. Et quia teſtamentum militare ſuam formam ex principũ cõceſſionibus duntaxat accepit,omnibus aliis teſtamẽtis ad vnã cauſam redactis derogat, ea propter quodlibet teſtamentum aut eſt Pagani,aut militis.Sęuola,ad legem Falc.l.ſi dum paganus erat,fecerit teſtamentum, militię tempore Codicillos. Lex Falcidia in Codicillis locum non habet,in teſtamento locum habebit.Tradit etiam Iacob.Spigelius,haud diſſimiliter ſucceſſionem aut ex teſtato,aut ab inteſtato conſequimur.Et licet multæ ſint res,quę in extremis illis non ita conſiſtãt, ſed ex mediis quandoque cenſeantur,viſum tamen eſt, iis vti verbis,ꝙ ſubiectam materiã explicatius comprehendant, & ꝑ cõpendium ad eius intellectum inducere nos poſſint.

Allodium vero ea res noſtris dicitur,quę proprietatis iure ad nos pertinet,quam vocem barbaram eſſe nemo nõ videt.Rectius autem Alaudium diceret̃, quaſi ſine laudatione alteriꝰ domini,cui accepto ferri deberent, iure proprietatis teneant̃. Laudare ſiquidem apud Iuriſperitos eſt nominatim adprobare,vnde Laudum & Laudamentum in Commentario feudali,pro parium ſententia,quaſi arbitrio quodam accipitur, & Laudare,pro arbitrari.Etiam in c.j.de feudo ſine cul.nõ amit. & c.i.§.ſed laudatum ſępe ſcio de milite vaſallo, qui cõtumax eſt.& de controuerſia inter Epiſcopum & vaſallum.ex eo forte,quod iudicium beneficiarium ſpeciale ſit,& quodammodo propter bona receptum,cum & vulgo arbitri ſententia Laudum dicatur.apud Iaſonem in l.1.ff.de re iudica.Sic etiam qui bona a domino directo agnoſcit,haud obſcure fatetur ea ipſius eſſe,adeoque eum vt dominum ex confeſſo nominat atque probat.E regione autem qui ipſe proprietarius eſt,aut dominus directus,non opus habet alium dominum recipere atque adprobare in ea bona,quę pleno iure tenet, quę propterea Alaudia rectius dicuntur,& Barbari, ſeu etiam ipſi Longobardi,Allodialia ſuo more protetũt, atque peregrinam vocẽ nobis obtrudunt.Eiuſdem farinę verbum Laudemium,ſimiliter a laudare ĩ hac ſignificatione deriuãt,quod Alciatus Laudatiuũ potius dicendum contendit, & non ineleganter, non ſecus atque Donatiuum deflexum, quę eſt pretii pars ſecundum loci conſuetudinem vel quinquageſima,vel plus,minus quam vaſallus aut emphyteuta rem alienans domino laudato,vt ad ſenſum ꝓbeat,recognitionis ergo dare ſolet, de quo eſt apud Specu.in titu.de locato.Bartol.in l.& ideo. ff. de con.ſur.& Doctores in l.fin.C.de iure emphyteutico. Vide Budęũ in prioribus Annotationibus.ad l.Herennius,ff.de euict.& Alcia.Parerg.lib.1.cap.45.

Conſequens itaque eſt,quemlibet rei ſuę,quam alaudialem habet,dominum eſſe,& arbitrum,eamque libere vendi poſſe. Vnde quęſitum eſt,ſi ita dixerit: Fundum meum Seianum libere tibi emptum habe,nũquid a principis iuriſdictione,aliiſque oneribus realibus diſtricte domino competentibus, liber venditus eſſe videri debeat?Et magis eſt,quo ad ea,quę vel iuriſdictionis,uel territorii ſunt,nihil alienatum videri, vt quę ad principem pertinent,& publici iuris ſunt, & rei intuitu debentur,tantum abeſt,vt priuatorum pactionibus fieri poſſit, vt res in diſtrictu alicuius ſita, eius tribunali non ſubiiciatur, aut ab oneribus ex re debitis libera ſit.argumen.l.primę,§.ius publicum.ff.de iuſtitia & iure.& l.apud Iulianum.§. fina. ff.de legat.primo,& eſt in titul.de pace tenenda.capit. hac edictali, §.ad hęc,qui allodium ſuum vendiderit,diſtrictum, & iuriſdictionem Imperatoris vendere non pręſumat, & *ſi fiat*, non valeat:Vbi quidam Codices titulum habent.de *allodiis*,ſed inconuenienter.

Quo caſu,ne contractus in ſpongiam eat, ad hęc referri debet,quę venditione comprehendi ſolent,vt quo ad ea, quę vẽditoris ſunt,fundus ille,liber alienatus eſſe intelligatur, non in iis,quę ſunt Magiſtratus,quapropter etiam ſi dictum ſit iuriſdictionem quoque & reliqua onera realia vendita eſſe debere,adiectio illa nullius momenti eſſet, neque venditor propterea de euictione obligatus eſſet, cum emptor ſcire debuit, ſe illicitum mercari, & venditorem non poſſe plus iuris tranſferre,quam ipſe haberet.l.conſtitutiones.C.de iur.& facti ign. & l.quemadmodũ.C.de agr.& cen.li.xj.

Neque refert Imperatorem totius orbis dominũ eſſe,& omnes in vniuerſum res ei ſubiici, id quod ad protectionem eius atque iuriſdictionem rectius eſt accipiendũ, quin & ſub hoc dominio quiſque ſuam rem alaudialem, & *proprietatis iure* habere poſſit.Eſt in l.deprecatio,ff.ad leg.*Rho*.de iactu.& glo. & Doc.in l.bene a Zenone.C.de quad.pręſc.

Sunt & bona quę iure Emphyteutico ad nos pertinent,neq; empta,neque conducta,ſed pro annuo canone nobis, hęredibuſque noſtris ita conceſſa, vt ſi quid in his plantatũ, meliuſque redditum ſit,noſtri iuris habeat̃, dominio apud proprietarium remanente directo,ἀπὸ τοῦ ἐμφυτεύειν,quod eſt inſerere atque plantare, nomine deriuato, vnde ἐμφυτευτικὸς contractus ipſe dicitur,qui a feudali licet non per omnia diſſet, attamen ſimilis ei etiam in vniuerſum non eſt,inter venditionem & locationem,quaſi medius.Hinc appellatione deflexa,ꝙ ab antiquo bona tãtum inculta,atque ſterilia iure Emphyteuticos colenda,plantandaque elocabantur,vt quidquid plantaſſet,inſeuiſſet,meliuſue cultura,vel ędificatiõe reddidiſſet Emphyteuticarii,eiuſque hęredum eſſet,ꝙ & libere alienare, ſed hodie ad modum Cõſtitutionibus pręſcriptum,licebat.iure directo apud dominum conſiſtente.l.fina. C.de iure Emphyteut.& § adeo autem.Inſt.de loca.& conduct.

Eſt autem Emphyteuſis rei immobilis conceſſio, pro annuę pecunię & certę vel alterius quantitatis pręſtatione, in perpetuum vel ad vitam alterutrius facta, ꝑ quam vtile dominium in accipientem transfertur,directo apud dominum remanente,unde facile apparebit in quibus cum feudo,uel conueniat, uel diſcordet.Feudum ſiquidem datur propter ſeruitium perſonale.Emphyteuſis uero,ut certa pecunia, uel alia quantitas in pondere,uel menſura conſiſtens, annuo canonis nomine detur,l.ſecunda,C.de iure Emphyteutico.& cap.potuit,de locatis, & conductis. Proinde feudum ſui natura ad maſculos ſolum pertinet,& non ad fœminas.Sed emphyteuſis ad quemcunque heredem etiam extraneum,ſiue maſculus ſit,ſiue fœmina,tranſit.d.l.ſecunda,& l.uiam ueritatis, C. locati. Poſtremo non refert ſeruitia etiam in multos niſi interpellatus fuerit non pręſtari.Cęterum qui Canonem Emphyteuticum per triennium ſoluere ceſſat,iure ſuo priuatur.d.l.ſecunda,& dict. capitu.potuit.Sunt etiam in quibus conueniunt, quãdoquidẽ ſicut feudum in re,quę ſoli eſt atque immobilis, conſtituitur ita & Emphyteuſis.d.l.ſecunda,& l.1. cum aliquot ſequent.ff. ſi ager uectiga.uel Emphyteut.pe.Item,ſicuti per contractum feudalem utile dominium tantum trãsfertur, ita etiam ius directum ad Emphyteutam perducitur. l. fina. ff. de iure Emphyteu

phyteut.& d.l.prima. ſi ager vectigal. Item ſicuti feudum non poteſt vtiliter alienari, niſi domini conſenſus adceſſerit, ita neque Emphyteuſis.l.ſecunda & l.ſi.C.de de iure Emph. Res ita in perpetum collata, Emphyteuſis eſt, quę niſi ex ſpeciali pacto alteri perpetuo locari non poterit, quia nec alienari eam licebat. Per d.l.ſi.vbi Iaſon & Docto. C.de iure Emphy. & reſpondet Roffredus Beneuentanus in Sabbatinis, quæſtione viij. Reliqua apud interpretes, maxime Iaſonem eſt videre in d.l.ſecunda.& l.fina. atque etiam toto titulo C.de iure Emphyt.

Monendi tamē hic ſumus quæſtionis illius quodianæ, do minus cogatur ne Emphyteutæ petēti bona deſignare, vnde canonem ſoluere iubetur, aut etiam emphyteuta bona quæ in emphyteuſim tenet. Et ad dominium quod pertinet, cenſus ſine vlla tergiuerſatione ipſi vt poſſeſſori ſoluendus eſt, quo facto ſi, triginta annorum tempus cōſtituta emphyteuſi, necdum ſit elapſum, bona illa oſtendere cogitur, vnde reditus ſibi deberi contendit.

Sin vero ad longiſſimum triginta annorum tempus ſolutionem percepiſſet, deſignationem taliſmodi facere non eſt vrgendus, ſed tuebitur ſe poſſeſſionis diuturnitate, quia præſumptio eſt poſſeſſorē ea interim ſcire. iuxta capitulū querelam. de elect. adcedit capitu. peruenit de cenſibus.& l.litibus. C.de agrico.& cenſit.lib.vndecimo. habet Specu.in titu.de locatio.verſi. lxxij. E contrario autem emphyteuta vrgente domino compellēdus eſt res vnde cenſum ſoluit demonſtrare, vt ſi a ſolutione per triennium ceſſarit, dominus ſciat, quænam ſint bona, quibus per cōſtitutiones debet priuari. Alioqui ſi id bona fide neſciat, quia cum patrimonialibus vel Alaudijs forte habeantur commiſta,& temporis longitudine ſeparatio eorum inoleuit, licet in hac facti ſpecie ſint, qui totum patrimonium emphyteuſeos loco eſſe velint, & pro canone obligari, æquior tamen eorum eſt ſententia, qui ad boni viri arbitratum recurrunt, vt ad quantitatē præſtationis, atque loci conſuetudinem bonorum fiat ſeparatio, & certa deſignentur, quæ emphyteutica eſſe debebat, ad dominum, rebus exigentibus, reditura. argumen. ff. de dona.inter virum & vxo.l.cum hi.§.modus.ff.de tranſactio.Spe in diti. de loca.verſi.62.& 63. per l.ſemper in dubijs. & l.ſemper in ſtipulationib.ff.de reg. iuris.

Habet Iacobus de Ardizo, allegans Pyleum in titu. quibus modis feudum amittitur. Rubric. Quid ſi dubitetur, quid ſub forma libelli, quo agitur ad ficti præſtationem in verbo, Super ſolutione dicti ficti.& paulò ante a nobis eſt relatum.

Quòd ſi emphyteuta eius fuerit perfidię, vt plerique hodie ſunt, vt neque hactenus ſolutum dare velit, neque bonis cedere, tantum abeſt, vt ipſa deſignare cūret, ſed contendit ea ſibi apropriare, & dominum ſubmouere, ne locator ſua poſſeſſione ſic proterue exuatur, cogendus etiam iudicis officio implorato emphyteuta Canonem, fictum vulgo dicunt, ſoluere, & res ipſas domino reſtituere, quarum propter inficiationem, ſeſe indignum fecit, quo facto dominij quæſtio eſt expediēda, in qua re, niſi iudicis imperio ſit paritum, per dominum conuentus ſi vſque ad ſententiam in ea temeritate perſeuerare nō ceſſet, tanquam violentus alienæ rei inuaſor condemnandus venit, non modo ad reſtitutionem rerum, verumetiam ad earum æſtimationē. Eſt in l.ſi quis cōductionis.l.ne cui.& l.conductores ff.locati.in c querelam. de elec. Reſpondet Cynus in l.ſi certis annis.C.de pactis.& facit l.nō abs re.C.vnde vi.

Poſtremo quęſitum eſt, ius emphyteuticum nunquid pręſcriptione adquiri poſſit, ī caſu quo illud iuris p īueſtituram non eras conſecutus, vt porro emphyteuta ſis habendus. Et gloſſ.in l.in emphyteuticarijs contractibus in ver. Repellere dicit ius illud poſſe præſcribi C.de iure emphyteut. quod tūc procedit, ſi quadraginta annorum tempore vt emphyteuta, ſeu colonus perpetuus, ea re ſis vſus. ſecundum Ioan.de Are. atque palam fiat num vt emphyteuta poſſederis, ad cōiecturas eſt recurrendum. Etenim poſſeſſor ſi quolibet anno canonem ſoluiſſet certi valoris, qui neque ī annos deminuitur, neque augetur, vt fit in pecunia, aut alia quantitate eiuſdem valoris, tunc præſumitur vt emphyteuta id feciſſe, & poſtea pro certo illo reditu non debet ſubmoueri, ſed emphyteuta erit. Sin autem id quod Canonis nomine dedit, non ita eſt certū, ſed quandoque minoris, aut maioris eſt, ut fit in fructuum quantitate, quibus pro tempore aliud atque aliud p̄cium accedit, tunc colonum temporarium, & non emphyteutam eſſe pręſumptiones ſunt, quam diſtinctionem, ęquitatis plenam, Cynus facit in l. comperit. & probat Salicetus. Codi.de præſcript.triginta. vel quadraginta. annorum. vbi & Bar. videas.

Sunt & bona cenſitalia ab his, quæ in memoriam reduximus aliena, neque eſt vt hic reputamus quomodo Cæſaris ſemper fuerat cenſum imponere, vt qui nullum non territorium ſibi tributum dare per edictum imperabat, vnde factum eſt vt cenſus pro tributo & publica penſione habeatē: Ita enim cenſus agebatur, vt profitentium bona atque facultates æſtimarentur & tributum illud publicum darent, quod Seruius Tullius Rex quinto quoque anno ſub cenſoribus faciendum inſtituit, eorum autem, quibus bona non ita eſſent, capita cenſebantur, vnde Capitecenſi Romanis dicuntur, qui ęris exigui atque cenſus eſſent, a qua tributione nullæ prouinciæ exemptæ erant, præter eas quæ Italici iuris, aut alias a Principe immunitatem obtinuiſſent, quemadmodum Celsus Coloniam Agrippinenſem in Gremania inferiore, Italici iuris eſſe reſpondet. Sunt in Cod.de agrico. & cenſit. libro vndecimo. l.j. C. in quibus cau.pign.taci.contrah.l.forma.& l.cum poſſeſſor.§.cum pro pecunia. ff.de cē ſibus.& l.de creationibus.C.de epiſcop.aud. tradit Hoſt.ī ſumma ſua.de cenſ.

Ad noſtrum inſtitutum quod pertinet, Cenſus aliam habemus conſiderationem, nimirum, vt priuati eſt vſus, niſi eo quoque referri velis, quod eccleſiis & magiſtratui ex bonis annuo penditur, quaſi & ipſum publici iuris eſſe dēat: Quapropter eam rem dicimus cenſualem, quę in hoc vendita, aut alienata eſt, vt aliquem reditum dominus ex ea percipiat, & non intereſt pecuniarius ille ſit, vel in frumento, vino, oleo, vel altili, capone, videlicet, gallinis, gallis, butyro, aut id genus rebus conſiſtat, quæ victui eſſe ſolent, & ad vitā ſuſtentandam neceſſaria, vnde etiam omnium fortunarum ſubſtantiam Cenſus nomine appellamus, quemadmodum cēſum equeſtrem ſeſtertiis quadringentis conſtare Romani voluere, qua ſignificatione etjam patrimonii nomine dicitur.

Cenſus non vno modo conſtituitur. Aut enim quis agrū, pratum, domum, aliamue rem alienat, quo ad dominium tā directum, quam vtile, ita vt ex ea in ſingulos aliquid cenſus nomine per poſſeſſorem præſtetur: Aut dominus rei certum & perpetuum redditum, ex re ſua præſtandum, cūi vendit, id quod & frequentatur: Aut ex re ſua quis annum cenſum dari conſtituit, quod pietatis ergo ad Monaſteria, Eccleſias, Noſocomia, Orphanotrophia, & id genus pium vſum cōtingit, quod & vbique quaque vſurpatur, vt paucæ ſint ædes, pauci horti, pauci denique agri, qui non tali cenſu a nobis hominibus pietatis intuitu onerentur. accedit capitulū primū. cū aliis. vbi gloſſ.& Docto.de cenſibus exactio. &c. & reſpōdet Barto.Socinus in conſilio centeſimo ſexageſimoſeptimo. nō inutilis. par.2.

Pręterea Cenſitus, & qui præſtationem illam debet tametſi ius tam directum in re, quam vtile habeat (in quo & cōtractus cenſualis ab eo, quem feudalem atque item emphyteuticum diximus, differt, vbi dominium vtile tantum in clientem, vel in emphyteutam transfertur) cenſum tamen ab eā non poterit ſeparare, vt qui a re, aut fundo inſeparabilis eſt, adeo vt etiam ſuperficie ſublata, cenſus e fundo atque area ipſa ſit ſoluendus. Et ſi penſio non ſoluatur, bona ipſa intercipi poſſunt, iuris tamen atque conſuetudinis, ſi qua eſt ſingularis, ordine obſeruato, pręter hoc quod cenſus tam petitorio, quam poſſeſſorio iudicio peti ſolet. apud Innocent.in capitu.literas.de litis conteſta.& tradit Specu.in tit.de feud.§. primo.vt reliquas vtilitates pretermittam, quæ dominus in reb.cenſuis habet, quas apud Interpretes, & cōſuetudines municipales eſt inuenire.

De bonis, quæ ex conducto obtinentur, monere tantum lectorem volebamus, ad hoc, vt appareat, qua ratione ab iis, quæ relata ſunt diſcriminentur, & locationem atque cōductionem contractum eſſe venditionis non per omnia diſſimilem, niſi in hoc præcipue, quod domnium directum non transfert in conductorem, iuris eſt expediti.l. non ſolet.ff.loc. l.qui rem.C.eo.§.j.Inſt.de loc.& condu. & l.ſi rem aliquam. ff.de adqui.poſſ.

Ius conductitium, ex rerum, perſonarumque conditionē variat, & legem ex contractu, & inita conuentione recipit, quod ſeruandum eſſe pactorum natura monet. Porro qui ædes alienas conducit. Inquilinus proprie dicitur, quaſi incola priuaturam ædium, vnde & inquilinare pro ἐνοικεῖν, atque incolere eſt. Rurſus autem, quia hic contractus non eſt perpetuus, ſed temporarius, propterea finito inquilinatu, ædes alteri poſſunt locari, l.legem Lædem. & l. ne cui. Cod.eo. de locat.

Similiter ius colonarium non eſt ſimplex. Is enim, cui prædium locatum eſt, vt partem aliquam fructuum, ſiue tertiā, ſiue quartam, ſiue de qua ſingulis annis ſecundum meſſis fertilitatem conueniſſet, reddat. Colonus partiarius vocatur, & ad ſocietatis quaſi rationem pertinere videtur.l. ſi merces §.vis maior.ff.locati.& l.emptorem.Cod.eodem. Alioquin de prædio, vel agro, qui certam frumenti partem, puto medimnos

nos

nos tres aut quatuor,ex conducto præſtat, Colonus vtique dicitur,ſed ad contractus innominatos pertinet,quo caſu datur actio præſcriptis verbis.l.naturalis.Digeſtis. de pręſcriptis verbis.

Quia vero contractum locationis, emptioni proximum eſſe diximus,ad pecuniariam præſtationem proprie conſtituitur,vt ſic alter ex locato, alter ex conducto iudicium habeat.l.locatio.ff locati.& l.prima.§ item ſi quis ſeruum.ff.depoſiti.& defuncto prius conductore, quam locatio ex inita pactione finiat,in hæredem eius iuris participem, & ſucceſſorem,reliquum temporis ſubrogatur,qui & ſubmoueri ante conductionis terminum non debet. l. viam. Codice.de locato.

Illiuſmodi bonorum exegeſim ſaltem aliquam facere volebamus, vnde cognoſcamus quę ab aliis agnoſcantur, necne,& ſingularia quoq;,ex quo regalia ſunt, publici iuris habeantur,& a reliquis cuiuſcunque generis, quæ priuatorum ſunt,diſtent.

IOAN. FERRARII MONTANI COLLECT. IN VSVS FEVD.

LIBER SEXTVS.

DE HOMAGIO, QVOD SVBDITI DOMInis ſuis præſtant,& vt inuicem obligantur.

CAP. I.

ADrianus Imper.dicere Solebat, ſe ita Rempublicam adminiſtraturum,vt nemo non videre deberet, rem populi eſſe, non ſuam, quod dubio procul & Auguſtus Octauianus fecit, qui talem Reipublicæ ſtatum quæſiuit atque reſtituit, vt & ciuem & bonum virum diceret, qui eum mutari non velit,gloriari etiam ſolitus, ſe Romam lateritiā accepiſſe,marmoream autē relinqueer. Ita enim oportebat cōcentum aliquem eſſe inter magiſtratū & ſubditos, vt qſq; in ſuo officio conſiſteret, & magiſtratus quod publice vtile eſt,duntaxat ob oculos habeat. Nam facere recte,vt Paterculus in ſecundo lib.Hiſtor.Rom.ſcribit, ciues ſuos Princeps optimus faciendo docet,qui cum ſit Imperio maximus exēplo maior eſt.Subditi vero magiſtratum ſuum diuinitus ſibi præſtitum ſuſpicere debent,& iuſſa facere,non metu pœnæ, ſed virtutis amore, quæ non ſolum humanis traditionibus eſt complexa,ſed etiam diuinis præceptionibus radicatur.

Vnde concordia illa ducitur,atque ſtabilitur in Republica, qua paruæ res in immenſum creſcere ſolent,quando diſcordia maximæ quoque dilabuntur. cuius exempla ad potentiſſimorum Regnorum quoque interitum ſumpta, notoria ſunt,quam vt hic ea inculcari,admodum ſit neceſſum.

Diximus autem hactenus de ſacramento fidelitatis, quod vaſalli dominis ſuis præſtant,ob eas res,quas beneficiario iure recognoſcunt,vnde ad operas euocati obſtringuntur, adeo,vt ſi eas præſtare detrectauerint,rebus ſe indignos faciāt. Eſt & quod ſubditi in alicuius territorio habitantes fidelitatis iuſiurandum domino ſuo pręſtent, etiam ſi nihil bonorū ab eo teneant,ſed magis in fidem ſubiectionis, & iuriſdictionis,cui porro ſubeſſe volunt.

Et quemadmodum per ſacramentum a vaſallo præſtitū vaſallagium proprie contrahitur,ita per id quod ſubditus iurat,Homagium,tametſi Guliel.Durandi in Spec. ſuo,de feudis.paragrapho. quoniam ſuper Homagijs, id quod Iacobi, de ſancto Georgio,cum pleriſque ſequuntur,Homagium etiam vocet, quod inter dominum & vaſallum fidelitatis ergo contrahitur.

Cœterum Homagium nuperam quoque vocem eſſe, vt vaſallagium, inter omnes conuenit,ſed quare dicatur pauci ſunt qui attingunt,niſi quantum ex ſignificatorum circumſtātiis colligere datur, ipſe autem conijcio hinc vſurpatum, ꝙ is,qui iurauit,ſe fidelem mihi futurum, homo meus fieri dicitur,in quem mihi ius fidelitatis comparatum, quod Homagium,quaſi ab homine meo debitum, appellare cœperunt,cuius intuitu dominus quoque ipſe fidelis ei eſſe debeo. Quod Germani ſuo verbo, ſignificanter tamen, exprimere ſolent holdungen.

Quando ſubditi fidelitatem iurāt,& domini e regione ꝓmittunt,& quandoque pro more gentium iurant ſe ſubditis quoque fidos fore, & quidquid libertatis atque conſuetudinis habeant,id eis ſaluum fore, vnde in verbū quodammodo abijt,Fidelis dominus,fidelis ſeruus,quaſi ex domini fidelitate, ſubiectorum quoque fidelitas ſit æſtimanda, alioqui cum Domitio oratore dicere poſſet: Cur ego te haberem vt Principem,cum tu me non habeas vt Senatorem. cuius domi.Hyeron. meminit,ad Nepotianum,& Valerius Maxim᷒, lib 6.capitulo ſecundo.Lucio Craſſo ſummæ dignitatis viro tribuit,inquienti:Non es mihi Philippe Cōſul, quia nec ego tibi Senator ſum.

Et quamuis non ſolum iure naturali doceamur, ſed etiā domino,qui ſubditus domino,atque e diuerſo dominus ſubdito debeat,moribus tamen & diuturno vſu,vnde conſuetudini locus eſſe cœpit,factum eſt,quod qui ſub alterius dominio atque iuriſdictione agere velit, ei fidelitatis iureiurando addictus eſſe debeat.quapropter eo,quod inter dominum & ſubditum de fidelitate fit conuentio, vltro citroque contrahitur,quod vſu quidem comparatum eſt, ſed iure Romano iuuatur,quando Prętor ea pacta,quæ neque contra leges, neque dolo malo,neque quo fraus cuique fiat, ſunt inita,ſeruari iubet.l.iurigentium.§.prætor ait.ff.de pact.& Spec.in allegato loco.verſi.ſecundo quæritur.& eſt argumen.in cap. grandi.de ſupplen.negli.pręlat.in 6. vbi tria verba in vnam ferme ſignificationem accumulantur,Fidelitas, Homagium, Iuramentum,ſeu pactū.Ex iure Romano igitur taliſmodi ſacramentum fidelitatis inter dominum & fidelem, non proſilitur,vt cui Homagium verbum incognitum fuit,magis, quā Canonib.cuius vocis mentio eſt in c.ex diligenti.ext.de Sim.c.ſi.de reg.iu.in antiquis.& c.grandi.de ſupp.negl. præl.li.6.atque etiam in vſib.feudo.pręſertim in tit.de capitulis extraordinariis.à Bal.Alua.Iacobi.& pleriſque alijs,vti Authentica, allegatis.

Homagium itaque ius illud dicimus,quod dominus in hominis ſui perſonam ſacramento fidelitatis ſibi adſtricto adquirit,cuius intuitu,& ipſe fidus eſſe iubetur.

Quam fidelitatem licet Bald. in capi.quæ in Eccleſiarum. de conſti.ſubiectionem in libero capite, pręter naturam appellet,nihil tamen impedit, quin a libero homine ſalua eius libertate fieri poſſit.Cum hoc interim adſequatur,vt a domino protegi,atque defendi,non modo quo ad perſonam,ſed etiam quo ad bona in eius territorio ſita debeat,ſic inter bonos bene agere,& domini ſuæ inoffenſus, inque media tranquilitate honeſtam,operam nauare,recte proſpicere permittatur.

Siquidem Princeps & magiſtratus, quibus vniuerſale dominium in ſuis ditionibus eſt,vt quenquam ſua bona iure proprietatis habere libere permittunt, ita quoque eorum libertati,quos ſacramēto fidelitatis ſibi addictos, deuinctaſque habent,nihil detrahunt,vſqueadeo ſubiectio illa quam dominus ex Homagio conſequitur,licet incorporalem, & quaſi poſſeſſionem in homine pariat, & ſic quandam,ſeruitutis ſpeciem præ ſe ferre videatur, nihil tamen commune cum iugo illo ſeruitutis habet, ſed ingenuitatem illibatam conſeruat.accedit glo.in l.ſi cuius,ff.de vſuſt.glo.in §.j.ad verbum.Aut ſeru.Inſti.de iur.perſon. & in dubio ſemper pro libertate reſpondemus.per l.liber.ff.de reg.iur.ſentiunt Bart.in l.talem.§.i.ff.de hære.inſti.& Bal.in l.j.C.de hęr.decur.& Spe. & Bald in eius addit.d.titu.de feud.§.quoniam ſuper Homagijs.verſi.j.autem.

Forma ſacramēti, quod fidelitatis ergo a ſubditis iuratur, quamuis conſuetudini municipali magis adcepto feratur, ꝙ vt certis regulis includi poſſit,pleriſque tamen ex cap.j.titul. qual.iura.debeat vaſallus domino ſuo fideli. ſumītur. vbi ſic eſt:Si vero domeſticus,id eſt,familiaris eius ſit, cui iurat fidelitatem,aut ſi ideo iurat fidelitatem, non quod habeat feudum,ſed quia ſub iuriſdictione ſit eius,cui iurat, nominatim vitam,membrum,mentem,& eius honorem cuſtodire iurabit. Quæ verba licet paucis capita quædam fidelitatis nobis ob oculos ponant,fœcunda tamen ſunt, & Iconem ab vnguibus æſtimandum proponunt. Porro qui vitam cuſtodire debet,nihil admittet,quod vitæ domini inſidiari poſſit, quā & euocatus corpore ſuo contra hoſtilia tueri, non poſſhēt, ſimiliter ne animi atque mentis anguſtijs adficiatur, quod malum vitæ quoque bonam partem quandoque auferre ſolet,quantum ipſi poſſibile eſt,curabit, & ſic quod ad eius exiſtimationem atque honorem pertinet, nō ſolum præſtabit, ſed etiam inſidiatorem auertere atque reprimere ſtudebit. Proinde quia vita, mentiſque integritas in ſano corpore rectius conſeruantur,propter condolentiam illam,qua anim᷒ ex corporis dolore adficitur,pręter hoc,quod corporis integritate præſtans ad ſubditos etiam armis protegendos, adminiſtrationiſque munus,aptior eſſe plerunque videtur, quam qui mutilus fidelis eſt proſpicere ne vel membrum domini

rum.

rumpatur, vel quiſquam ei inſidias ponat, vimque faciat. Ex *quibus* reliqua fidelitatis capita ipſe conijcere poteris. Nam quidquid fidei eſt in bono viro, quicquid obedientiæ, ſiue in *præſtan*do illud ſit, ſiue in omittendo, aut non faciendo, ne videlicet dominum ĩ ius vocet, ſiue venia impetrata, ne mo*liatur* quod fidelitati ſit aduerſum, ſubditus domino ſuo debet, magis boni viri arbitratu, quam certis regulis comprehendendum. Quapropter Andr. de Iſer. & Bald. putant reliqua eius farinæ ex cap. primo. de forma fide. & cap. primo. de noua forma fide. & c. tibi domino. lxiij. diſtin. eſſe ſupplenda, quod non videtur tam inconueniens.

Quæ forma, vt capita illa nominatim exprimantur, non paſſim recipitur, ſed conſuetudo diuturno vſu comparata, ſingularem plerunque præbet, ita vt ſinguli ſubditorum de forma iuriſiurandi in vniuerſum moniti, datis manibus fidelitatem promittant, & deinde flexis genibus, vel etiam ſtantes iurent, præter hoc, quod alicubi in domini manum, fidelitatem ex ſtipulatu promittunt, & dominus promittentem oſculo excipit, quod ſymbolum eſſe debeat, vt Spec. ſcribit, mutuæ vltro citroque fidelitatis.

Et hæc ſimplicitas fidelitatis ſiue ad iuſiurandum, ſiue ad ſtipulationem præſtitę, nihil ab ea differt, qua capita ipſa nominantur, ſed eandem vim habet, propter conſuetudinem diuturnam quæ legis vicem tenet, & omnibus eſt obſeruanda, & vel teſtibus, vel inſtrumentis, in dubium vocata, recte probatur per Bald. in l. prima. ff. ad ſenatuſcon. Velleia. & ſentit Iacobi. de ſancto Georgio, in de Homagijs. verſic. ſed hic cadit vna pulchra dubitatio.

Quod iuſiurandum ab omnibus ſubditis ſiue nobiles ſint, ſiue ignobiles ratione iuriſdictionis præſtari debet, etiam ab iis, qui propter rem feudalem domino homagium fecerunt, cum diſcrimen ſit inter vtrunque, quandoquidem quod propter beneficium iuratur, beneficio deſinente, etiam deſinit, ſed quod ex cauſa ſubiectiõis prę́ſtatatur, vim retinet, donec territorium immoratur, etiam ſi bñficio ſit exutus. per Doc. in d. capit. primo. qual. vaſal. iura. debeat. In hoc tamen ex eo non tenentur, quod ad operas & præſtationes populares pertinet, quando ratione feudalium rerum neque ſeruitia alia, neque præſtationes debent, quam quę ob vaſallagium exhibere ſolent: in alaudijs autem & proprijs rebus nihil immunitatis prę aliis ſubditis habent. per Alber. de Roſa. in Rubri. de muneribus & honorib. & colligit Iacobinus, in de homagiis, verſiculo videamus. & ver. item quod dixi.

Et licet vxor vaſalli per maritum quodammodo adficiatur atque ob id domini fœmina, aut Homenga, vti quibuſdam appellatur, etiam fiat, vt quę mariti radijs coruſcare dicitur, ab eoque & dignitatem & cognomentum recipere. l. fina. Codice. de nupt. Authen. de coſulib. paragrapho. ſi vero. colla. quarta. l. fœminæ. ff. de ſenato. & l. fina. Cod. de agen. in reb. libro duodecimo. mariti tamen infortunii, aut culpæ *non* debet inſimulari, aut propter eum periculo ſubijci, quãdo neque pro ipſo obligari ſolet. l. res vxoris. Codi. de donat. inter vir. & vxorem. l. ſi. C. de agri. & cenſi. c. ex parte. extra, de conſuet.

Eadem de cauſa vxor eius quæ homagium fecit, etiam domini fit iuriſdictionis, qui non modo ipſam, ſed & bona eius ſub tutela habet, vtcunque iuſiurandum fidelitatis non prę́ſtiterit. Nam id iurare neque fœminæ, neque clerici coguntur, illæ ſiquidem fragiliores ſunt, quam vt eis fidelitas credatur, aut operæ, quę viriles ſunt, imputentur. Hi vero Deo militare debent, & Eccleſiaſticum magiſtratum agnoſcere. Bald. in dicto titulo de pace Conſtantiæ. verſiculo vaſalli noſtri. Spec. de feud. di. paragrapho. quoniam ſuper homagijs. verſic. vigeſimo quæritur. & Iacobinus de Homagijs. ver. tertia ſpecies ſacramenti & c. vt plauſtra allegationum prætermittam.

Fidelitatis ſacramentum non ſemper ab vnoquoque ſubditorum Principi ipſi, aut domino præſtatur, vt. qui tunc Homagium per territorium recipiunt, quando, priore defuncto, nouus in adminiſtrationem ſuccedit. Sed moribus introductum eſt, vt qui ciuitatis ius conſequitur, iuſiurandum præſtet, in quo fidelitatis capita modo expreſſim, modo tacite (vt conſuetudinis eſt) etiam continentur, & ex eo pro fideli atque iurato habetur, vtcunque ſimpliciter & prę́ter hoc, quod capita fidelitatis nominatim dixerit, aut cauſam obligationis adiecerit, quod tamen in eo qui perſonaliter ſe obſtringit, fieri ſolet, bona fides ſiquidem & in hanc conuentionem ſubrogari debet, ne falſa animi intentio fraudi ſit domino, & perfidiæ ianuam aperiat, quod & vſurpatur. & ſubindicat Spe. in d. loco. ver. 4. quę́ritur. arg §. fi. Inſt. de lib. & l. ſi tem. ff. quod vi aut clam.

Subiectio etiam alia ratione adquiritur, puta in eo, qui bona poſſidet, quę ab antiquo operis & iuriſdictione obſtringuntur, quod in ruſticis vſuuenit, quia abſque vlla ſacramẽti religione bona territorialia tenent, & operas atque præſtationes eorum nomine continuo exhibent. atque edunt, & pro ſubditis, perinde atque iurati, & fidelibus ſunto. Sin vero in dubium vocetur, Homagij iure quis obſtringatur nec'ne, & oſtendi poſſit bona eius a parentibus ſuis poſſeſſa, & ipſos parentes quibus ſucceſſit, fidelitatis iure ſubiugatos fuiſſẽ, paternam fortunam agnoſcit, & fidelitatem debet. per Spe. qui Marti. de Pha. ad hoc citat. Aut dominus ſe fundat ſuper tempore cuius initij non extat memoria, vnde etiam conſuetudinem inducimus, & non dubites, quin ipſe quoque ſubditus ſit. per Barto. & Salicetum in l. ſecunda. Cod. de ſeruit. & aqua. Aut oſtenditur ipſum vt ſubditum ſeruitia præſtitiſſe, tempore triginta annorum, vel vt nonnulli reſpondent decẽ annorum intercapedine, quia agrum dominicum exarauit, curru ligna aduxit, iter fecit, venationibus interfuit, & id genus operas pro more ſubditorum prę́ſtitit, Homagium in eo præſcriptione quæſitum eſſe conijcimus, & fidelem ſeſe per omnia gerere porro conueniens erit. l. cum ſatis. § cum autẽ. C. de agr. & cenſi. habet eleganter Iacobinus, in de homagiis ver. 4. quę́ro quomodo probatur homagium. & Spec. in di. §. quoniam.

Vbi monendi ſumus intereſſe, domini ne ſit probare Homagium, an ſubditi libertatem, vbi Mart. de Phano ſic diſtinguit. Aut dominus eſt in quaſi poſſeſſione, quia ſeruitia vt a ſuo homine ſibi prę́ſtita ſunt, vel alia munera, & ſecundum eum pronunciandum erit, niſi ſubditus ſe exemptum probet. per l. circa. ff. de probat. & cap. querelam. de elect. Aut homo nullas operas, præſtationes ue exhibuit, vnde fidelitatis argumentum duci poſſit, & ſic liber erit, & domini eſt probare ſubiectionis iugum. lege cauſa eadem. Codice de liberal. cauſa.

Quo caſu, ſi temporis lõginquitate alteruter nitatur, tunc qui probatur tempore triginta annorum operas, aut prę́ſtationes vt ſubditus feciſſe ita vt tricesimus annus ſit, ex quo primo ſeruitum eſt, etiamſi interea non interpellatus quieuiſſet, cum intelligatur ſemper paratus fuiſſe; vt poſſeſſio illa incorporalis cauſam quaſi continuam habere videatur) pro eo qui homagij iure ſit deuinctus habetur. l. cum qui. Codi. de fund. rei patrim. lib. vndecimo. l. fina. ff. quemadmodum ſeruit. amitta. & l. foramen. Digeſtis. de ſeruitu. vrbano. prædio.

Similiter q probat triginta annos decurſos, ex quo nihil, quod per homagium deberetur, præſtitit, cum tamen alii p vicinjam id fecerunt, ammodo liber erit, & a præſtationibus immunis. Idem reſpondemus, ſi iuſſus ſit operas præſtare, & facere recuſauit, & ab eo tempus longum interceſſit, quod nihil prę́ſtitit, liber enim erit & longa prę́ſcriptione ſe tuebitur. per nota. in l. qui luminibus. ff. de ſerui. vrb. præd. & in l. 2. §. ſi ſeruus. ff. de acqui. poſſ. ſcribit Iacobinus de homagiis. verſi. item quod dixi.

Sic etiam tempus decem vel viginti annorum ad inducendum homagium non ſatis, niſi & tituli munimen acceſſerit, puta ex ſtipulatu, vel alio contractu interueniente, cuius gratia operæ a decimo anno ſint prę́ſtitæ, quando longi temporis curſus facit, vt ex cauſa homagii ſit inſeruitum. per l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. l. diuturna. C. de prę́ſcr. triginta anno. tradit Spe. in tit. de feu. §. quoniam ſuper homagijs, verſic. tertio quæritur.

Neque homagium ipſis Principibus dominis prouincialibus ſemper & coram præſtatur, verum etiam alijs ad hoc mandatum ſpeciale habentibus, & non minus ligat, cum in hoc caſu quod quis per alium facit, ipſe feciſſe intelligitur. c. qui facit per alium. de regu. iur. in ſexto. accedit. l. quod iuſſu cum ſimilib. ff. de reg. iur.

Et iuſiurandum fidelitatis ſiue ex iuris præſcripto, ſiue ex moribus diuinè introductis formam recipiat, ſui ſimile eſſe debet, tantum abeſt vt nouis atque inſolitis capitibus, & ſecus quam hactenus iuratum eſt concipi debeat, aut vrgeri. Nam ex eo ſubditi nouo etiam onere implicarentur, & dominus commodum ad alterius iacturam quę́reret, quod nullo iure eſt permiſſum. Etenim quando ſubditus alicuius domino atque iuriſdictioni ſeſe ſubmittit ad eam homagij atq; fidelitatis formã id facit, quę ab antiquo ĩ territorio illo eſt recepta, ad quam & cõueniſſe intelligimus ĩter dñm & ſubditos, alioq ſe nõ ſubmiſiſſet ſed verſo ſolo tolerabiliorẽ ſibi q̃ſiuiſſet dñm, ſub quo opas ſuas ſine libertatis diſpẽdio exhibere eẽt datũ, neq; fieri põt, vt ſuperior, qui libertatis rationẽ in ſuis minus habet, ſeruitutis iugo non inhiet, & demum quot ſubditos, tot etiam ſeruos, & quot ſeruos, tot hoſtes habeat, & adminiſtratio in vim atque tyrannidem exeat, Cæſaris verſ ex Euripidis Phœniſſis, in animo voluens.

εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ τυραννίδος πέρι
κάλλιστον ἀδικεῖν. τ᾽ἄλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών.

Nam ſi violandum ius eſt, Imperij gratia violandum eſt.

In

in aliis rebus pietatem colas, vſqueadeo Imperium pietatis iura neſcit. Quicquid igitur contra ſubditos noui quæritur, violentum eſt, atque per concuſſionem extorqueri intelligitur. l. ſi per impreſſionem. C. quod met. cau. capit. ſanè. de exceſſib. prælato. l. cum ſatis. paragrapho. caueant. C. de agrico. & cenſi. Specu. in titu. præallega. ad fi. verſic. & nota. & Iacobinus, de homagijs, verſi. vnum notetis. Bald. in cap. j. qualit. vaſal. iura. debeat fide Et in commentario ſuper titu. de pace. verb. vt antiquo.

Diximus per homagium domino ins ſtatui atque adquiri in hominem etiam liberum, quo fidelis eſſe iubetur, citra tamen ſeruitutis iugum, & ut æqualitas aliqua vltro citroque ſit, dominum ſubdito etiam obligari, non ſolum per naturã, quæ & brutis duces præficit, vtque eis præire debeant, impellit, verum etiam diuinis traditionibus, cum non ſit poteſtas, niſi a Deo, quæ ſine cauſa gladium non portat, ſed Dei miniſter eſt in hoc ipſi ſeruiens. Ad Roma. 13. Quapropter, licet ſubditis fidelitatis ſacramento onerentur, id tamen ad dominos etiam in hoc redundat, quod & ipſi e regione ad mutuam fidem obſtringuntur, vt aliud in eos non ſtatuant, quã ipſis iure & diuino & humano ſi eſt permiſſum, Dei. n. miniſtri ſunt, & hoc, ſuper populo qui Dei eſt. Pro more itaque regionis quandoque domini homagium recipientes, & ipſi ſancte iurare ſolent, ſubditis libertates, priuilegia, & quidquid probæ conſuetudinis habent non ademptum, neque diminutum iri, quandoque id eis ſaluum fore promittunt, tantum de maioribus beneficiis impẽdendis ſpem inijcientes, vbi rurſus ad ea quæ vſibus introducta habentur, recurrimus, qui ſingulis fermè Prouinciis ſuam conſuetudinẽ pepererunt. Cuius vt ex innumeris vnum exemplum tibi ob oculos ponam, ad ipſam antiquitatem referendum. Aeneas Syluius ſcriptum reliquit, quod & incolæ tradunt.

Quando Princeps in Carinthia inauguratur, ruſticum, cui id iuris hæreditario debetur, marmoreum lapidem in parẽtibus pratis erectum, conſcendere, cui a dextris bos nigri coloris & macer adeſt, a ſiniſtris vero equa pari macie deformis, circum autem frequens populus, cum omni ruſtica cõcione. Tum Princeps ex aduerſa pratorum parte procedit, purpuratis ſuis, vexillum & Principatus inſignia, ambientib. ruſtici habitum præ ſe ferens, vt cui agreſtis ſit veſtis, agreſtis pileus, calceuſque, & baculus in manu, non ſecus atque paſtor ſit, geſtatus.

Hunc vbi ruſticus è lapide conſpicatus eſt, ſermone Sclauico, quis hic eſt, clamitat, quem tam ſuperbe incedentem video, cui circunſtantes reſpondent, Principem terræ aduentare, tunc ille, iuſtus ne iudex eſt, ſalutem patriæ quærens, liberæ conditionis, honore illo dignus, & Chriſtianæ fidei cultor atque defenſor, & reſpondentia vniuerſim, eſt. Ille rurſus: Quo iure me ab hac ſede dimouebit? cui Gorcyæ Comes, qui Palatij curam gerit, & inter xij. minora vexilla præcurrit.

Sexaginta denariis hic locus a te comparatur, præter hoc, quod iumenta hæc, bouem atque æquam oſtendens, tua erunt, veſtimenta quoque Principis, quæ paulo ante exuit, accipies, domuſque tua libera, & abſque tributo erit: Quibus dictis ruſticus leui alapa excipit Principem, bonumque & iuſtum iudicem eſſe monet, ſtatimque deſcendens iumenta ſecum abducit, & loco cedit. Princeps vero conſcenſo lapide gladium nudum manu vibrans, ad omnem ſe regionis partem conuertit, & æquum iudicium populo promittit. Præterea, vt quidam addunt, aquam ruſtico pileo adlatam, deguſtat, quaſi immodicum vini vſum apud barbaros quoque damnatum oſtendens. Deinde, poſt ſacra apud Eccleſiam Solienſem diuo Petro dicatam, ſolenniter peracta, princeps ruſtica veſte depoſita, & paludamentum indutus, in pratum cum proceribus ſuis reuertitur, & pro tribunali ſedens, ius dicit, feudaque vaſallis confert. Habes antiquam inaugurandi Principis obſeruationem, in hoc maxime ob oculos habendam, quod ſub agreſtibus illis ceremoniis atque ritibus illud maxime ſignificatur, quod veræ adminiſtrationis eſt ſymbolum, iuſtum videlicet iudicare, & Patriæ ſalutem quærere, & ſic paſtorem agere: ea enim quiſquis princeps obſeruare in animum pro officio dicit, populi paſtor rectè dicetur, tantum abeſt, vt ſubditos deglubere tantum, & viliſſimi mãcipij loco habere ſibi licitum velit.

SVBDITOS DOMINIS SVIS AD OPERAS & præſtationes obligari.

CAP. II.

Etiam ſi fidelitatis ſacramento Prouinciales dominis ſuis atque magiſtratibus nequaquam addicerentur, non tamen ſolum iure humano, ſed etiam diuinis præceptis iubemur ipſis eſſe ſubiecti, idque Chriſti ſaluatoris noſtri exemplo, qui & cenſum ſoluit, & Cæſari danda, quæ Cæſaris ſunt, diuinitus præcepit. Omnis enim excellens poteſtas a Deo eſt ordinata; cuius dicto qui non obedit, ſed reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & ſibi ipſe iudicium accipit: ad vindictam enim malorum, & laudem bonorum præfecta eſt, omnibus reddere debemus quod debetur, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timor, timorem: cui honor honorem. διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργήν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε, λειτουργοὶ γὰρ θεοῦ εἰσιν εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες. Ideoque oportet nos ſubditos eſſe, non modo propter iram, verum etiam ob cõſcientiam, propter quod & vectigalia ſoluimus. Miniſtri n. Dei ſunt ipſi præſides, & in hoc nobis ſeruiunt. Apud diuũ Paulum ad Roma. cap. 13. ad Titum cap. 3. Per. Epiſtol. j. cap. ſecundo. vndecima. quæſtio prima. cap. magnum. xxij. q. j. ca. monet te. §. ſed obijcitur.

OPERAE VT A' PERSONIS DEBENTVR, & de earum differentijs.

CAP. III.

Cœterum homagium illud facit, vt iurati deuinctiores dominis ſuis exiſtant, non modo in operis præſtandis, atque ſubſidiorum exhibitionibus, verum etiam in fidelitatis perſeuerantia. Et ea quæ debent, vel ĩ operis conſiſtunt, vel in præſtationibus, operę, ad munera perſonalia quodammodo pertinere videntur, ex eo iure debitæ, quod domini per homagium in ſubditorum perſonam ſũt conſecuti (& non diſſimiles habentur, ab ijs operis, quas liberti patronis ſuis debent, quare ad eaſdem leges referuntur) quę certa ratione definiri non poſſunt, ſed pro conſuetudine ſæpenumero, atque etiam ad libitum inducuntur, in quibus tamen diſcrimen habetur inter prouinciales. Porro qui ius Ciuitatis habent, dominum contra hoſtem iuuare, atque expeditionem cum armis, & militari apparatu ſequi coguntur, ſiue hoc ſit viritim, ſiue certo armatorum numero, quæ expeditiones magis ad patriæ defenſionem fieri debent, quã vt externa bella, & aliorum hominum excidium, atque terrarum deuaſtationes quærantur.

Nam qui vicinis arma infert, neque ſuis admodum parcit, ſed interim ipſos egregie exuit, & ad reſtitui demum redire cogit Horatiani illud non immemores.

Quidquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

Qua de cauſa dominus non debet ſubditos ſuos per longinquum ad arma ſumenda euocare, niſi ſolitus ſit eminus quoque educere & pugnare, atque expenſas quodamtenus ſuppeditauerit, quod iuri videatur reſpondere, adiicio, non quod vel conſuetudine, vel de facto ſibi quiſque licere prætendit. Specu. in dicto titu. de feudis paragrapho. quoniam ſuper homagijs. verſiculo vigeſimo tertio quæro. vbi Ioan. An. quoque. argumen. l. operæ. l. ſuo victu. ff. de oper. liber. & l. Mequia. paragrapho. fina. ff. de annuis lega. Sed & caſtrum atque munitionem domini vbi periculum immineat, neceſſitatis, tempore, cuſtodire tenentur, quando fidelitatis iuſiurandũ facit, vt quemadmodum perſonam domini quiſque ab imminente periculo defendere debet, ita eius quoque bona, ne ipſi auferantur, vel intereant, alioqui extra talem neceſſitatẽ ad hoc adigendi non ſunt, aut inſolitis operis grauandi. Bal. l. aduocati. C. de aduo. diuerſo. iudic. & in l. ſi tuis. C. de ope. libert. ſentit Iacob. de ſancto Georgio in de homagijs. §. an autem domini terrarum.

Vbi monendi ſumus, quando certus armatorum numerus a prouincialibus exigitur, inter numera perſonalia id collocandum, & viritim per ſingula capita contribuendum eſſe, ex quo onus illud non rebus, ſed perſonis imponitur. Pecunia vero ad hoc inducta, vt milites aliquot ad prælium armentur, reale eſt onus, ex bonis per æs & libram, vt vocãt, hoc eſt, pro eorum quantitate ſubeundum, in hoc notatu dignum, vt cognoſcamus, quando vel ad perſonas, vel ad res ipſas, atque patrimonium, taliſmodi præſtationes ſint conſerendæ, eſt apud Bal. in l. etiam. C. de execu. rei iud. & Bar. in l. 4. ff. de re iud.

Sunt alia munia, atque obſequia, quibus ciues Reipublicæ ſuæ obligantur, morum diuturnitate, & quaſi conſenſu quodam introducta, & non ex ſacramenti vinculo vtcunque apud quoſdam inoleuerit, vt qui in ius ciuitatis recipiuntur, eorum, inter alia, moneantur, a quibus tantum immunes ſunt, qui publicum magiſtratum gerunt, Reipublicæ operã ſuam perpetuo collocare coguntur, quapropter taliſmodi obſequia franca, quod eſt libera, dicuntur, vulgo Frondienſt, vt

vt Iacob Spieg. quoque in Lexico ſuo meminit. Igitur quæ ad communem ciuitatis vtilitem pertinent, & vulgari labore offici poſſunt incolæ, ob ſumptum compendium præſtare ſæpenumero viritim ſolent, vt ſi quando ligna in ciuitatis vſum ceduntur, plateæ a ſordibus expurgantur, viæ muniuntur, & ſi opus ſit pontes reficere, aut tale quid operari, quod publicè ſit vtile.

Et adeo neceſſarium eſt talia fieri, vt etiam vicinales pagi in adiutorium, pro pontibus, vijs publicis, ſtratis, alijſque id genus reficiendis, aggeribuſque, vt aquarum irruptio impediatur, extruendis, tenautandiſue, euocari, atque cogi poſſint, maxime ſi ipſis quoque eorum ſit vſus, præter hoc, quod magiſtratus intereſt curare, ne inuicem fiat vnde vectigal ſuum ab agentibus, tranſeuntibuſque per horam expectat. l. ædiles. ff. de loco publi. l. ad inſtructiones. Codi. de ſacroſanc. eccle. l. eum. Cod. de vſufruct. Authent. de ecleſ. tit. §. ad hoc. colla. 9. & cap. non minus. vbi glo. extra de immu. eccleſ. Proinde ſi opus fuerit ſumptibus in reſtaurationem murorum, viarum pontium, atque neceſſariarum munitionum, clerici quoque aut ſactis initiati contribuere debent, vt fiat, quod ipſis æque eſt proficuum.

Præter hoc, quod neceſſitatis tempore, quo omnis iuris diſpoſitio ſuſpenditur, etiam vigilias agere & ciuitatem aut munitionem, in qua degunt, contueri debent. ca. peruenit. c. non minus. de immunita. eccle. vbi Docto. late, dicta l. ad inſtructiones. C. de ſacroſanct. eccle. cap. magnum. xj. quæſtio. j. capitu. tributum. vigeſimaſecunda. quæſtio. octaua. l. de iis. C. de epiſcop. & cleric. l. Imperarores. ff. de public. & vectigal. l. caſus. vbi Bald. C. de teſtamen. & l. vbi Bartolus. C. de oper. libert.

Vſque adeo autem publicè vtile eſt viam neque ruptam eſſe, neque impeditam, vt ſi aquis abſorbeatur, inundetur, ue, per vicinum fundum agere, atque commeare ſit permiſſum, donec viæ rurſus pareat vſus, tãtum abeſt, vt de damno actio ni fiat locus, niſi perniciose & dolo inferatur. l. ſi cu. ff. de ſer. l. ſi locus. §. fina. ff. quemamod. ſeruit. ami. Bal. in l. per agrum. C. de ſeruit. & aqua. Quod ſi quiſpiam viam ſuo fundo deflectere, atque in vicinum reijcere auſit, neque hoc, vt obiter eius mentionem faciamus, ferendum eſt, ſed aduerſus eum actio viæ reiectæ eſt expoſita, qua petimus vicinum in id cõdemnari, quod noſtra intereſt viam illam in fundum noſtrũ non fuiſſe rectam, & vbi conſecuti fuerimus intereſſe petitũ, quia precium accepimus, quod in rei locum ſubrogatur, viã illam per noſtrum ammodo ſuſtineamus oportet, quam oc cludere fas non eſt, quam alioqui poſthabito actionis præſidio impedire etiam propria authoritate licebat, cum per id loci publica non ſit: Ex duobus itaque alterum eligendum, aut, vt via per noſtrum impediatur, aut vt ea admiſſa, intereſſe exigatur. glo. in l. ſi in agrum. ff. de via publ. l. quemadmodum. §. ſi protectione. ff. ad leg. Aquil. l. & quod in hærede. §. eligere. ff. de trib. act. habent Odof. atque item Otto Senonẽſis, ſub Rub. libel. de actio. viæ reiectæ.

Expoſuimus ferme quibus oneribus, ciuitatum ius habẽtes, ſubijciantur per perſonas debitis. Rusticolas autem officioſiores eſſe oportet, quapropter ad operarum munera, pro ſuis perſonis, etiam ſi nihil rerum poſſideant, plures obligantur. Nam præter hoc, quod arma quoque ſumere, aut alias ĩ bellicis expeditionibus facere coguntur, quæ lixarum atque calonum ſunt, ſimiliter vallum & foſſas, domi tamen nunquam non vrgentur, & ſi principes permittant vt reſpirent, per miniſtros tamen aut Officiales nulla quies datur, qui ita etiam precibus inſtare ſolent, vt ipſorum rogare, violenta ſpecies ſit iubendi. Vnde fit quod miſelli homines tam extra ordinem, quam iis, quæ ordinarie debent, quotidie grauentur, quamuis non ſit dominis ſine periculo ſuos nouis, atque ab antiquo non impoſitis oneribus ſubiugari, etiam legibus in tercedentibus. per tex. in l. cum ſatis. §. caueant. C. de agric. & cenſi. lib. xj. & habet Spe. in de feu. d. §. quoniam ſuper homagijs. verſi. ergo talis iura. & ver. item nota.

Ordinaria ſeruitia quiſque in ſua Eparchia edere debet, ſiue non, quemadmodum in dominorum ędificia extruenda, atque reficienda, in fœniſecium, in meſſes, in linum, ĩ fimũ, ſtercorationem, venationes, & quicquid vſquam operarum manualium eſt, ſecundum conſuetudinem, aut etiam vrgentium intemperiem in ſe recipere coguntur.

Id tamen quod tolerabile tandem eſſe poſſet, ſi non extra ordinem quoque ad munera perſonalia non modo Officialibus, ſed etiam principibus in munitione caſtra, ædificia, & id genus opera in longinquum abſoluenda, nõ ſine magno rerum diſpendio, euocarentur: Sed quia ſubditorum eſt obſequi, & poteſtati, adeoque Dei ordinationi morem gerere, tãtum abeſt, vt recalcitrare debeant, propter ea, quæ merito nobis grauia accidunt, verum ſi intolerabile ſit iugum, quod imponitur, & nihil non per vim atque impreſſionem extorqueri pergatur, domini ſuppliciter veniunt compellandi, quibus ſi officij aliquid atque pietatis erga Deum iuſtum vindicem omnium, atque ſuos fuerit, res ſuas contrahere, & iugũ ſubiectorum relaxare, & tolerabilius reddere non deſinent, ne clamor miſerorum ex Aegypto illa in cœlum tãdem eleuatus, vindictam deſuper accelari. Alioqui legibus viam oſtẽſam ingredi poterunt, eam nimirum vt dominum ſuperiorẽ ĩterpellantes iugum illud violentum querelis ſuppliciter oblatis deprecentur. l. ſi per impreſſionem. C. quod met. cauſa. c. ſane de exceſſibus prælato. d. l. cum ſatis. §. caueant. C. de agr. & cenſi. libro xi. l. prima. §. cum patronus. de offic. præf. vrb. habet Bald. in cap. primo. §. publici latrones. de pace tenend. & eius viola. & cap. primo. qualiter dom. prop. feud. priuet. & Iacobinus, in de homagijs. §. octauo. homo, & ſubditus meus per tex. in l. ſecunda. ff. de iis qui ſunt ſui, vel alien. iur, ubi d. Pius autore Vlpiano, reſcribit, ſeruos qui durius ſint habiti, quã æquum ſit, in domini poteſtatem reuerti non debere. Sic & diuus Andrianus Vmbriciam quandam matronam in quin quennium relegauit, quod ex leuiſſimis cauſis ancillas atrociſſime tractaſſet. Profecto ſi dominis non fuit impune ſeruos ſuos, in quos & necis authoritas quandoque erat, durius tractaſſe, quid de ijs ſtatuendum in nouiſſimo die cenſes, qui ſubditos ſuos ſibi a Deo optimo max. commiſſos, non ita deglubẽdos, ſed fideliter paſcendos, cum Pharaone magis magiſque adfligere, & viliſſimi mancipij, aut, vix pulicis loco, habere non ceſſant.

Eatenus autem munera illa perſonalia poteſtati debẽtur, vt ſi ſtatuta ſint atque certa, puta die vno, atque altero fœnũ ſecare debet, aut agrum ſtercorare, ea alteri facienda delegare aut cedere poſſit, ad quę & ſubditus ſe obligare tenetur, ſed ad rationem æqualem, & non vt deterior ſua fiat conditio, quod facile committeretur in ſeruitiis incertis, qualia vaſallus domino ſuo propter feudum rectum præſtare ſolet, quoties quoties fuerit interpellatatus. Neque raro fieri poſſet, vt alius in exigendo munia illa incerta modum excederet, hominemque alienum adfligeret, contra quam inter dominum & ſubditum conuenille videtur, vbi alter in hoc eſt electus, vt obſequia debita præſtaret, alter vero, vt ea tantum recipiat, & hominem ſibi commiſſum eſſe, cujus proprius ẽ, agnoſcat. per l. ſi non ſortem. §. libertus ff. de condictio. indeb. vbi & Bar. & l. i & l. ſi creditoris. C. de nouat. & Io. And. in ad di. Spe. in tit. de ceſſ. actio. §. j. ad finem. & Io. de Imo. in l. 2. ff. ſo luto matrimonio.

Proinde certa illa ſeruitia perſonis inhærentia in pecuniariam præſtationem ęqualitate tamen obſeruata, commutare fas eſt, ita vt ſeruitijs aliquandiu omiſſis, pecuniam illam pro regionis moribus, aut boni viri arbitratu, æquantem interim recipiat, & deinde repudiata pecunia, ad ſeruitia ſibi debita pro arbitrio reuertatur, niſi forte conuentione inita pla cuiſſet ſeruitia illa pecunia ſemel numerata, vel annuo dan da, in perpetuum redempta eſſe debere. Pacta enim & prætor iubet ſeruari, atque illibata eſſe. per Bald. in l. I. ad ſi. Co. de oper. liber. & in capitulo primo. §. fina. de pace. iur. firm. & refetit Iacobus de ſancto Georg. in tract. de homagijs. §. de materia operarum dic.

Sed & hoc quęſitum eſt, ſi anno vno aut altero a muneris pręſtatione ſit ceſſatum, nunquid pręterita quoque peti recte poſſint? de qua re inter iuris Interpretes non bene cõuenire video. Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. oblig. reſpondet quandoquidem impoſſibile ad factum præſtari, adeoque operas iam olim præteritas, ex quo factum, pp temporis interpretationem, non poſſit eſſe idem ſed alterum ab altero diſtet. per l. ſi non ſorte. §. libertus. ff. de condictio. indebit.

Sed Rapha. Cuma. in l. ſi ſeruum. §. fin. ff. de verborum obliga. eam ſententiam reprobans, contendit, ſeruitia præteritis omiſſa repeti vtique poſſe. per l. ſi quando. & l. quoties. ff. de ope. libe. vbi operę libertorum pręteritæ compenſari permittuntur, aut peti. Et ne diutius in ſuſpenſo hæreas, videndum eſt, num ſubditus interpellatus operari neglexerit, & ſua culpa moram commiſerit, vel potius dominus neque ſeruitijs opus habuit, neque pro ijs interpellauit.

Et primo caſu reſponderim, quia culpa illa doli loco erit, qui nemini patrocinari debet, ſubditũ ad pręteriti quoque tẽporis ſeruitia obligari. eſt textus apud Scæuolam, in l. ſi libertus. ff. de operis liber. vbi fideiuſſor tenetur, ſi libertus in operis vel certis, vel incertis, ſed indictis, moram fecerit, quod nõ fieret, ſi præteritarum operarum non eſſet commiſſa mora. accedit l. cum patronus. & l. a duobus. eodem titu. In ſecundo autem caſu, quando ſubditus non eſt ĩ mora, ſed paratus fuit ſeruire, dominus vero non indigebat, verum puto qđ Barto. ſenſit, non eſſe æquale vtrunque factum, ſed inter ſe ratione debitoris diſtare, vt cuius magis intereſt operas ſuo tẽpore feciſſe, quo & paratus erat, quam vt nunc demum his

moleſtari

moleſtari debeat, tempore parum cōuenienti. Quo caſu idē ſentio, quod & Iacobinus de Roydis, & operis. §. Sed pone æquius eſſe vt æſtimationem prçteritarum operum ad loci conſuetudinem, vel boni viri arbitratu ſoluendam petas, quā ipſas operas iam olim præteritas.

Hinc eſt, quod ſubditus non ſit cogendus extra prouinciā operas edere, niſi ab antiquo ſit factum, & conſuetudo aliud oſtēdat, quæ & legis, in obſcuris facit interpretationem, aut forte bonorum ratione inſeruiendum ſit, tam extra, quam ītra territorium, alioqui iuris præſumptio eſt vltro citroque pactum eſſe, vt operç in ea Eparchia debeant fieri, vbi ſubditus degit, commoratur'ue, aut bona habeantur ſita. Per l.qđ niſi & l.operas.ff de ope.lib.vbi Iabolenus ait: Operas in eo loco edi debe re, vbi patronus moratur.

Quibus adde, munera illa, quia vacua manu expediri non poſſunt, inſtrumenta requirere, vt ſunt foſſaria, ruralia, & id genus alia, quibus operç fiunt, & xxxiii. Pandectarum lib.de fundo inſtructo multa enumerantur, qua in re ſubditum Inſtructum eſſe oportet, ad efficiēdum id, quod debet, ſecurim itaque, furcam, terebrum, aratrum, raſtrum, currum, rhedū, eſſedum, & alia quibus opus habet, ad ſeruitia pro moribus præſtanda, ipſe comparabit, & fracta, rupta'ue reficiet. Eſt tex. in l.2.ff.ad legem Rhodi. de iact.& gl. in l.quoniam liberi.ad finem.C.de de teſtibus.& tradit Iacobi.in de Roydis, & operis.§.addite quod ſi homo.

De ſumptibus etiam quçſitum eſt, ſed abſque ſingulari ſcrupulo, vt cuius reſolutionem & ipſa conſuetudo ſuppeditabit, & dominorum benignitas. In alijs enim aulis ſubditi operas prçſtantes, quantum ſatis eſt aluntur, in alijs vero tenuiter, iuſculo, atque potu datis, eſt etiam vbi nihil conſequunť, aut ſi aliquid, vix panis & potus exiguum, & hoc, quia domini culina ibidem non fumat, aut quod miniſteriales pçnum ſubtrahunt, vt porro inueniant, quod furari & ipſi deglutire poſſint.

Alias ſi neque conſuetudine, neque dominorum liberalitate operarij iuuentur, & ad ſeruitia non ex rogatu ſeu precario, ſed ex obligatione euocantur oportet ea præſtari etiam ſuo victu atque impenſis. l.ſuo victu. ff.de oper.liber. ſentit Bald.in l.liberti C.de oper.liber.argum.l.in rebus. ff. commo. accedit.l.ſi non ſortem.§.libertus. ff. de condi.indeb. Et licet ſint qui operas certas domini ſumptu, incertas vero ſubditi impenſis edi uelint, inter quos etiam Azo eſt, conuenientius tamen eſſe videtur, vtræque ſubditi ſumptibus fiant, niſi inops ſit, & ſe alere non poſſit, quando alimenta a domino prçſtanda ſunt, non ſecus atque a patruo, & ſic conciliabitur d.l.ſuo victu.vbi gl.cum l.operæ.alioqui pugnaturæ.

Sed quid ſi Caſtro, ad quod munera debētur, diruto, aliud in loco non tam remoto ædificetur, ſubditi nunquid cuſtodiam, atque operas ad illud quoque cogantur præſtare? Et licet non videatur illud idem Caſtrum eſſe ad quod vel cōſuetudine, vel ex conuētione (quam etiam fieri dicimus, vbi qſpiam domino prouinciali ſe ſubijcit) inſeruiendum erat, magis tamē eſt, vt operæ etiam ad nouum illud præſtari dēant, vtcunque identitatis ratio inter vtrunque non ita ſuperſtitioſe colligi poſſit.

Etenim quod nouum eſt extructum, in veteris caſtri locū ſufficitur, & ab eo non tam longe, ſed in eam aream, quæ aut munitioris ſit loci, aut commodioris, modo quod ſubrogatum eſt, eius naturam, cui ſubrogatur iuris intellectu ſapit, tantum abeſt, vt pro ſeparato ſit habendum, & ſeruitia rei debita, in domini vtilitatem comparantur, quam ſubditus intuitu omnibus modis curare atque promouere adſtrictus, non ſecus atque legatum in vnam cauſam datum, ſi ex ea nullus ſit vſus, in aliam pro legatarij vtilitate vertatur, nihil eſt, quod intercedat, vt Albe.de Roſ.colligit, in l. ſi vſusfr. ff.quibus mod.vſufruct.amitt.& accedit l.ſi eum. §.qui iuriū. ff.ſi quis cautio.l.legatam.ff.de adminiſt.rer.ad ciuit.perti.& l.fi.ff.de operib.publ.per Iacobi.in de Roydis §.vlti. quæro.

Ex quibus cōſequens eſt ſeruitia ad eum locum, & in eū modum, ad quem conſuetudo eſt, vel conuenit vt fierēt, facienda eſſe, vt ſic pacta vltro citroque, vt interueniſſe ea ius fingit, obſeruentur, quapropter non deberent ſubditi contra quam conſuetutum eſt, cogi, vt pro aliis ædib.vel extruēdis, vel conſeruandis, ſuſtinendiſque operas ſuas edant, indebitæ ſiquidem ſunt & per metum atque concuſſionem videntur exigi, quas etiam ſi facere cogantur, & in hoc quoq; moleſtias quotidianas deuorare oporteat, in dominos tamē redundant, qui adflictis, adflictionem ſuperaddere non verentur, & ſuos inique grauare, tametſi apud multos non tm̄ conſcientiæ ſit, vt hominis rationem habere, & miſerorum miſereri poſſint. facit l.ſi per impreſſionem, C.quod met.ca. l.cum ſatis § caueant.C.de agrico.& cenſit.capitulo ſane.extra de exceſſibus prælato. & Bald. in titu. de pace Conſtant. verſicu.pactiones.

In ea quoque facti ſpecie ſcrupulus quandoque inijcitur, ſubditus Deo naturæ concedit, relictis duobus filiis, nunquid ſinguli ex his, domino ſuo ad eam operam, quam pater edere ſolebat, in ſolidum teneatur? Et licet Iacobinus de ſancto Georgio hanc quæſtionem vltro citroque examinet, in de Roydis & operis.§.nunc formo vobis quçſtionem, in hac tamen Epitome nō eſt viſum, per diſputationes diuagari, quas in ſuis locis perſcrutandas, hic prætermittimus. Porro ad rē quod pertinet operæ debentur, aut ex Homagij iure, aut ex bonis. Si ex homagio, perſonales, ſunt, & quotquot perſonæ fidelitate domino obſtringuntur, tot etiam ſeruitia in ſolidum debent, pater itaque vbi ſolus arma ſuſcipere, dominūque iuuare ſolebat, iam vterque filiorum id facere tenetur, quilibet per ſe atque in ſolidum.

Nam quilibet pro ſua perſona obligatur, id quod & paſſim vſurpatum, & rationi eſt conſonum. Sin vero ſeruitium ex re paterna debetur, prædium ſiquidem eſt, quod in territorio principis ſitum, eius iuriſdictioni atque tuitioni ſubijcitur, tunc qui in prædia ſuccedit, munera eius nomine vt poſſeſſor edet. Res enim quælibet cum ſuo onere trāſfertur. l.viam conſtitui. § ſi fundus. ff. de ſeruit.ruſtico.prædio.l.ſecūdum naturam.ff.de regu.iu. & c.cum non ſit extra. de deci. Sin vero vterque filiorum in prædium hoc ſucceſſit, & operæ ſunt diuiſibiles, tunc quiſque pro virili obligatur, & ſua parte edita, non amplius obſtringitur, ad operas autem indiuiſibiles vterque in ſolidum eſt obligatus, & quilibet in ſolidum conueniri poterit, quas ſi vnus præſtitit, alterum liberabit, quem ad legitimam compenſationem iuris actione cōpellere valet, in qua cauſa conſultum fuerit, vt vnus ex cohçredibus (quod maiori natu, aut primogenito plerunque incumbit) deligatur, qui operas illas ex re vel communi vel ꝑ diuiſo, debitas, ſolus præſtet, & earum compenſationem aliū de accipiat. per l. quoties. ff. ad Trebellia. l.cum pater.§.hæreditatem.ff.de lega.2.l.hæredes.§.contra ſi promiſſor. ff. famil.erciſcun.& l.ſi duo.ff.depoſiti.

Neque illud nouum eſt, quod plures domini ſubditos inter ſeſe diuidunt, ita vt quiſque ſuos habeat, quos & iuriſdictione & operis ſibi tantum addictos recognoſcat, & non obſtat, iuriſdictionem rem incorporalem atque indi[illegible] eſſe, quandoquidem exercitium eius corporale eſt, & [illegible] vtique poteſt, tametſi quo ad munera & præſtationem ea' diuidi ſoleant, & ſub communi iuriſdictionis adminiſtratione contineri, quam vt quiſque dominorum per ſe, iuri dicūdo, & in ſuos duntaxat prouinciam atque auditorium aperiat, & plus ſumptus, quam commoditatis interim faciat, vt curarum obliuiſcar, quibus premi ſolent, qui iuſtitiam recte adminiſtrare ſatagunt. Eſt Barto.in l.inter tutores. ff.de adm. tutor.Imo.& Panorm.in cap.prudentiam.id in facto tractātes.de offic.delega.

Relatum eſt quo pacto ſubditus domino ſuo per Homagium ſubiiciatur, qui nexus non tam firmus eſt quin [illegible]ſolui etiam aliquo modo poſſit, quod & ipſum diſtinctio[illegible] admittit. Nimirum fidelitati propter rem aliquam [illegible] renunciare licet, reipſa domino ſolenniter oblata atque relicta, niſi iureiurando adſeueraſſet, ſe contra non venturum. Bald.in cap.quæ in eccleſiarum.extra.de conſtitu.alleg.l ſi pecuniam.in verb.neceſſe habeas. ff. de condicti.ob cauſ. Sed obligatio ad fidelitatem perſonalis non ſtatim renunciatione, aut refutatione ſoluitur, cum per Homagium illud vltro citroque contractum videatur īter dominum & ſubditum, ad officia inuicem reciproca, quæ alter alteri debet, quapp cum nudi conſenſus obligatio conſenſu ꝯrio diſſoluatur, vt inquit Vlp.non conuenit, ſubditum inuito, domino, ſe a fidelitatis vinculo liberare, ſed oportet eius conſenſum accedere, vel expreſſam remiſſionem, & neque per hoc omnino ſolutus eſt, quin ad reuerentiæ exhibitionem teneatur, ad ſimilitudinem liberti, ei, a quo manumiſſus eſt, reuerentiam debentis.l.fina.verſi.reuerētia. C.de bo. libe.accedit l.nihil tam naturale.ff.de regu.iur.cap.j.de regu.iu.in antiquis. colligunt Dy.& Bart.in l.1.ſcum quo.ff.de aq.plu.arcen.Haud diſſimiliter Homagium perſonale prçſcriptione diſſoluitur, ſed ea, de cuius initio memoria non eſt, quæ conceſſionis & priuilegij vim habet.

Nam qui tanta temporis diuturnitate fidelitatis operas nō edidit, ab eis remiſſionem obtinuiſſe intelligitur, & ammodo liber erit.l.hoc iure.§.ductus.aquæ.ff. de aqua quotidia.& æſti.cap.ſuper quibuſdam.§.præterea.de verborum ſignifi.& Docto.in cap.ad audientiam.de præſcrip.

Quibus adde.quorum Bart.meminit in l.in filiis.C. de decu.lib.x.& in l.cum ſcimus.C.de agric.& cenſ.lib. xj. & Flo. in l.hęc autem iura.de ſeruit.vrb.præd.vbi tamen etiam conſuetudini obtemperamus. In multis enim prouincijs receptum eſt, vt ſubditis liberum ſit ſolū vertere, & ī alterius territorium commigrare, quo facto deſinit fidelis eſſe, etiā abſ-

que

abſque eo vt dimiſſione ſit, opus quod in Heſſiæ Principatu hac libertate conſpicuo frequentatur. Alioqui ſine tali conſuetudine ſi quis emigrarit, durante fidelitatis nexu vindicari a domino poſſet, vt Iacobinus de Roydis & operis. §. nunc videndum eſt an ſubiectus &c.

DE OPERIS ATQVE PRAESTA-tionibus, quæ ex rebus territorialibus eduntur, & earum differentijs.

CAP. IIII.

Iuriſdictionem atque domina ab vno Imperatore, ceu fonte quodam manare legibus eſt proditum vnde, quidquid iuris poteſtates in Eparchiis atque diſtrictibus ſuis habent, illi accepto fertur ſecundum regularem obſeruationem, cum & temporis diuturnitate vſurpari poſſit, vt in Venetis, multiſque Regibus, & Rebuſpublicis liberis eſt videre. Et de cauſa inter antiquæ nobilitatis viros introductum eſt, vt, ſi Caſtrum aliquod ſuis bonis dotatum, in principis aut regis territorio, ceu Alaudium, aut proprietatis iure habeant, neque ab alio agnoſcant, vt domini illius ſalutari velint, quaſi liberos & ſui iuris poſſeſſores, cuius intuitu & Comites atq; Barones no nnulli liberorum appellationem, hæreditario etiam conſecuti eſſe videntur. Igitur cũ princeps vniuerſi orbis dominus ſit, eique cunctæ bona, quo ad tutelam maxime, ſubijciantur, præmiſit demum ne pſes eiuſdem rei domini eſſe videantur in ſolidum. Per l. ſi vt certa. §. ſi duobus vehiculum. ff. commod. quiſque ſua bona etiã habere poſſit, eorum tamen iuriſdictioni ſubiecta, in quorũ territorijs ſunt comprenſa. Nam vt olim terræ orbis in regna atque prouincias erat deſcretus, & per reges, Præſides, aliosue magiſtratus adminiſtrabatur, ita hodie quoque ſingulis diſtrictibus ſui Principes, Comites, Barones, alijue magiſtratus iure feudi contigerunt, qui eandem authoritatem propemodum in iis conſequuntur, quam ipſe Imperator haberet, etiã in priuatorum bona. Eſt in l deprecatio. ff. ad legem Rhodiã. de iactu. l. omnes. & l. bene a Zenone. vbi Bald. Salicet. & alii. C. de quadrien. præſc. & in c. quæ ſint Regalia. & Old. Laud. in conſi. 121. incip. ad primam quæſtionem. & And. de Bar. in c. per translationem. ext. de præſcrip.

Et quemadmodum poteſtatib. regalia in ſuis territoriis debentur, ſtipendiorum loco, vt adminiſtrando, & Iure dicendo, malos arcere, bonos aũt tueri, & quæ publicæ pacis ſunt, quotidianis impenſis conſeruare poſſint, ita quoque ex bonis illis, quę ſubditorum ſunt, & vniuerſalis iuriſdictionis ergo ſubiecta habent, munera non ſolum ſtata ſeu ordinaria, vt vocant, exigere, ſed etiam non ſtata, atque extra ordinem, fas eſt, quibus & in hoc tributum atque præſtationes dare et propter conſcientiam diuinitus iubemur, abſque eo, vt temere ſoliciti eſſe, atque ipſi ſcrutari debeamus, quorſum collocentur, vt quorum illi ipſi rationem dabunt, & dicuntur munera realia, atque etiam patrimonialia, etiam ſi pro rerum neceſſitate extra ordinem indicantur, vſque eo ad quemcunque poſſeſſorem transferuntur, etiam ſacris initiatum, vt ſic res cum onere tranſeat ſuo. l. traditio. ff. de acquir. rerum. domi. c. primo. de cenſibus. & Iacobinus, in de Royd. & operis. §. nunc formo vobis quæſtionem, quę ſæpe contingit. ver. quid dicendu m.

Omnia itaque bona, illi, in cuius territorio ſita habenẽ, munera, præſtationes atque operas debent, quorum rurſus alia debentur ex iis, quæ in ciuitatum collimitio ſunt, alia ex paganis atque ruſticis. Ciues enim annuo aliquid tributionis ex bonis ſuis, pro more, & vt inter eos conuenit, quando ea profitentur, ſæpenumero iuriſiurandi religione adacti, præſtare ſolent, vnde principibus & dominis, bona pars numeratur, reliquum in publicos Ciuitatis vſus cedit, quę præſtationes non ſecus atque cenſus aliquis, ad aliquot annos ſtatæ manẽt, donec auctis ciuium rebus, atque patrimoniis, aut etiam deminutis, ſecus iudicantur.

Preterea ad pręſtationes non ſtatas, & quæ extra ordinem ponuntur, bona in ciuitatum collimitijs comprehenſa, ſunt obnoxia, exactiones puto, in quamcunque dominorum, & quandoque publicam vtilitatem neceſſarias, vt quibus, & indicendi eas ius eſſe ſtatim referemus.

Cœterum bona, quæ villatica ſunt, & a ruricolis cuiuſcũque conditionis poſſidentur, maioribus operis, atque oneribus ſubijciuntur, quæ ad manſos, & iugera agri apud pleroſque impoſita habentur, idque ad equorum numerum, quib. coli prædia poſſunt, ſic integrum prædium appellant, quod vno aratro, & quatuor equis, aut duobus boum iugis recte coli, atque exarari poterit, quod propterea ſua munera etiã certa & ordinaria habet, ad quam rationem adſcenſus eſt, & deſcenſus, porro quod quinque aut ſex equis colitur, plus onerum habet, quod tribus vel duobus, minus. Et ea bona tam operas, quam præſtationes debent, ſiue ordinaria ſint, ſiue extraordinaria. Ordinariorum numero habentur, vt ex ſingulis coloni aliquid tritici aueuæ, pecuniæ, & id genus aſa, pro regionis conſuetudine, ſingulis annis & ſtato tempore pſtent, agros dominicos fimo illato ſtercorẽt, aratro ſcindãt, ſeminent, raſtro planent, meſſem faciant, in horreũ vehant, trituram alicubi faciant, fœnum ſecent, inuehant, ligna vehiculo apportent, currus & bigas ad quamcunque vecturã ſiue frumentorum, ſiue vini, ſiue cereuiſiæ, aliarumque rerũ neceſſariarũ prębeant: In ſumma ad quidquid muneris ĩterpellantur, vt id edant, oportet ſint parati. Pręter hæc, ſunt onera extra ordinaria, quando exactiones ruricolis indicuntur, non ſolum patrimoniales, verumetiam ex ſingulis boũ, equorum, ouium, caprarum, & parum abeſt, quin etiam anſerum, & gallinarum capitibus pręſtandæ. Pręterea currus ad expeditionem bellicam, vna cum equis, & ſeruis, aliaſque res per longinquum, & extra, non ſolum ſuam Eparchiam, in qua bona ſunt, ſita, & degunt, ſed etiam extra ipſum territorium tranſuehendas, quandocunque opus ſit, dare coguntur.

Et quod ſimiliter ordinarium eſt, neque paſcua libera habent, propter quorum vſum ſingulis annis aliquot boues p quaſque villas, pręſertim in menſe Maio, & nonnulli veruces per ouilia ſingula ſub Iunio, aut ei proximo tempore, dari ſolent. Paſcua enim domini Territoriales ſibi vendicant, ruricolis, vt ſe ſuſtentare, & agrum colere, onuſque ferre melius poſſint, vtenda neceſſario permiſſa. Quibus adijce, ea quæ Decimarum nomine præſtantur, ex frugum primitijs atque quadrupedum, licet munerum numero non habentur, ſed vt alia conſideratione irrepſerint, vt ſuperius me referre memini.

A quibus oneribus nulla bona ruri, atque intra villarum collimitia comprehenſa eximuntur, ſiue Nobilium ſint, ſiue clericorum, ſiue ciuium, niſi vel antiquitus, vel ex ſingulari conceſſione libertatem fuerint cõſecuta, quemadmodum bona feudalia, & nonnunquam Alaudia ab ipſis Nobilibus poſſeſſa, quorum nomina ſeruitia equeſtria adeuntur, a reliquis oneribus aliena, quod & vſurpatur.

Præſcriptione libertas munerum etiam adquiritur. Porro quando ſubditus de operis, aut pręſtationibus interpellatus, cauſatur bona ſua libera, & nihil præſtare, & ſic tempore lõgo quietus manſit, ammodo pręſcriptionis obiectu ſe tuebitur, cauſam ſiquidem habet, vnde pręſcriptio cœpit, per ea quæ referuntur, in l. qui luminibus. ff. de ſeru. vrba. pręd. & in l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acqui. poſſeſſio.

Idem reſpondemus ſi titulum alleget remiſſionis puto, aut ſimilem, cuius intuitu pręſcriptio longa nitatur. per l. cũ de in rem verſo. ff. de vſuris. Cœterum ſi nullum titulũm prætexens, ſola temporis prolixitate ſe fundet, qa legitimam vſucapiendi cauſam non habet, & tempus non eſt modus, aut inducẽdæ aut tollendę obligationis, nihil obtinebit, ſed oneribus ſubijcientur bona, non ſecus atque vicina. l. obligationum ferẽ. §. placet. ff. de action. & obliga. ſentit Alberi. de Roſa. in Rub. Pandectarum. de muneribus, & honoribus. verſic. Sed pone, quod aliquis habet homines cenſuales. & refert Iacobinus, in de homagijs. §. item quod dixi. verſicu. addite ad proxima. Extra aleam tamen eſt, ſi bona oneribus illis, ſiue ordinariis, ſiue extraordinariis tanto tempore exempta fuiſſe dicanẽ, de cuius initio nulla hominis memoria extet, quo caſu nullo titulo eſt opus, ſed ea temporis diuturnitate probata conſuetudinem libertatis inductam intelligimus, quæ priuilegij vicem tenet, atque decreti. apud Innocen. in capit. nonii. extr. de iud. l. viros. C. de diuerſ. offic. lib. xii. & Bald. in c. j. in titu. qui feud. da. poſſ.

Cõſequens itaque eſt, ſex eo, quod domini territoriorum vniuerſalem iuriſdictionem, atque tutelam habent in ſuo quiſque diſtrictu, vnde tributum deberi diximus, omnia bona operis & præſtationibus obnoxia haberi dominoſque in iuris recipiendi eas quaſi in poſſeſſione eſſe. pro quibus lex etiam præſumit, & facit, vt inficians probandi neceſſitate pmatur, tantum abeſt, vt in tali quæſtione, allegare, quis velit, omnia bona videri libera, niſi probentur ſerua, & muneribus obnoxia, id quod aliam habere conſiderationem alibi expoſuimus: Quapropter ſubdito non probante libertatem, ſecſidum dominum in quaſi, adeoque incorporali poſſeſſione exiſtentem iuris illis percipiendi munera & pręſtationes, erit pronunciandum per l. circa. cum ibi notatis. ff. de probat. & c. querelam. de electio.

In tantum autem bona ſub alterius iuriſdictione ſita dominico iure adficiuntur, vt in nonnullis Eparchiis atque territoriis etiam libere alienari non poſſint, niſi dominis quoque nõnihil pecunię de pcio cadat, vtpote pars tertia, quarta,

ta,aut alia ex cõſuetudine,vel iure municipali debita, quod Laudemium vocant,licet rectius Laudatiuum, ceu Donatiuum Alciatus quoque dici velit. Eſt autem Laudemium pecuniu,quæ domino ex re feudali, vel Emphyteutica vendita datur,in hoc,vt alienationi conſentiat,vel pro ſuo iure ratam habeat.Et proprie dicitur,quando alium rei dominũ directum agnoſcimus,adprobamuſque id,quod Laudare inter alia quoque ſignificare ſuperius de Alaudij nomenclatura eſt relatum. Modo ea bona quæ etiam ſubditorum propria exiſtunt, quia vniuerſali iuriſdictioni dominicæ ſubijciuntur,& eius ratione ſua munera debent, non per omnia libera eſſe videntur, ſed magis ſpeciem quandam ſeruitutis præ ſe ferre, vt ſic & Alaudia, & ſuo modo ſerua eſſe dici poſſent,quę propter Laudemium, & aliquam venditionis partem,eo loci,vbi conſuetudinis eſt, aut ſtatutarij iuris pręſtare non ſecus atque beneficiaria, ac emphyteutica ſolent. Verbi gratia, Pamphilus prædium Seianum Titio vendit ꝑ aureis trecentis,quia in Sempronij diſtrictu eſt ſitum, ipſi ex conſuetudine centum,hoc eſt,tertia venditionis pars Laudemij ergo cedunt,& ratus erit contractus.ſentit etiam Iacobinus,in de Roydis.§.habent etiam domini terrarum. & apud Nobiles quoſdam etiam vſurpatur.

Et adeo inoleuit, vt etiam ſi contrahentes cancellato ſeu inducto inſtrumento venditionem nullam eſſe vltro citroque iuſſerint,non tamen facere poterunt, quin domino Laudemium debeatur, id quod ſimul atque contractus perficitur,eſt factum,ideoque in præiudiciũ eius diſceſſus ille nõ vergit,immo quod ſemel deberi cœpit,& illuxit,ſine eius facto adimi atque inopacari non debet, quemadmodum nec fiſco obeſt,quod contrahentes ab emptione reſiliunt, quin tributio ex ea detur, quæ deberi cœpit. accedunt relata in l. iuriſgentiũ.§.adeo.ff.de pact.Ang.& Ioan. de Imo. in l.acta. ff.de re iudica.

In ea autem alienatione vnde Laudemium debet̄, oportet precium interuenire, qua de cauſa neque in rerum diuiſione,neque permutatione ei locus eſt,quandoquidem conſuetudo, aut ſtatutum diſponens de portione illa dominica ſtricti iuris,neque prorogari extẽdi debet; ad permutationẽ, aut diuiſionem,in quibus nullum eſt precium,neque venditioni proprie æquiparantur,ſecus vbi in contractu venditionis res in ſolutum datur, aut rebus vltro citroque datis plus pecuniæ ex altera parte datur,quam valeat res permutata.In hunc modum:Titius & Seius duo prata habent,quæ alienare contendunt inuicem,ita vt quidquid vilioris alterius pratum ſiet,ille pecunia compenſet,atque reſarciat. Igitur Seio traditur ex contentione Titij pratum ducentis aureis valẽs. Seij autem,quod Titio obuenit, quinquaginta ſolum venit, quo caſu Seius ſeſquiducentos aureos ſuperaddere cogitur, vt rerum valor ad æquilibrium reducatur, & tunc contractum venditionis celebratum eſſe intelligimus, & non ꝑmutationis,Laudemiumque domino eſt reddendum. l. quidqd adſtringendæ.ff.de verborum obliga.l.de quibus.ff.de legatis. l.ſemper in ſtipu.ff.de reg.iu. Panormitan. in cap.ad quæſtiones. extra. de rerum permuta. vbi monet id obſeruandum, cum ſæpius in dubium vocatur contractus permutationis ſit,an venditionis, vt ſi de contrahentium animo non conſtet,ad coniecturas nobis ſit confugiendum, precium enim quod minus re eſt permutationem eſſe arguit, maius autem vẽditionem. Refert eleganter Iacobinus de ſancto Georgio, in de Roydis. §. ſed ponamus quod fiat permutatio, vt quia vna res plus valeat.

Proinde re translata, Laudatiuũ peculiariter, ex perfecto illo contractu dabitur,etiamſi breui tempore ſæpius alienaretur.Soluta igitur portione illa, re ſub conditione vendita aut in tempus,quæ demum ad conditionis euentum,aut cædens tempus traditur, non eſt quod Laudemium iterum veniat dandum,in executione contractus,quando id ab initio eius ſit factum,cum traditio vna ſit;quæ ex ſolo venditionis titulo non fit,tantum abeſt,vt dominium ex eo transferatur. l.ſi ager.ff.de rei vendicatione.C. de pact.Bar. in l.fina.§.quoties.ff.de publ.& Pau.de Caſt.in conſi. 187. inc.in Christi nomine amen.videtur dicendum.

Ex rebus autem ſoli proprie debetur ille Canon, & non iis,quę mobilium ſunt numero, aut in ſuperficie habentur, quapropter qui vendit partes ædium ex quibus conſtant, vt demum area quoque alienata dominus minus pecuniæ cõſequatur,quia fraude hoc fieret, quam leges in Republica non ferunt,ſed explodunt,venditor tum nihil efficit, vt etiã conuictus multæ ſit ſuſpiciẽdus.Cum alioqui tegulæ,trabes, columnæ,tigna,poſtes,aliæque partes & fixa,ex quibus ædificia integrantur,eximi non debeant, ne dirutis ædibus Ciuitates deformẽtur.Senatus enim cenſuit,ne quis domum villãue dirueret,neue negociandi cauſa eorum quid emeret, venderetue,pœna dupli in eum qui emit,conſtituta,& vt inanis eſſet venditio,cum per hoc publicus deformetur aſpectus,vt Imperat.Alexander reſcribit. Eſt in l.Senatus.ff.de contrahẽ. empt.& vendi.in l.cœtera.ff.de legat.primo.& in l.negociandi.cum l.nemini.C.de ædifi.priuat.Cuius intuitu magiſtratus merum & miſtum Imperium habens, omnimodamque iuriſdictionem,ſtatuto propoſito ĩhibere poſſet, idque ſub certa pœna,ne quis trabem,tignum,aut aliud minnctum, adfixumque negociandi cauſa ita eximere auſit vt publicus vrbis adſpectus per hoc deformior redderetur. per di.l.ſenatus & l. negociandi. tradit etiam Iacobinus. de Roydis & operis.§ adhuc formo vobis aliam quęſtionem.& verſicu.ex premiſſis,vt alios prętermittam.

Omnia vero iſta munera ex rebus debentur,vnde & patrimonialia vocantur,& ſecundum bonorum quantitatem indici debent, quod per æs & libram fieri Bartolus tradit quib. propterea nemo vlterius grauari debet.l.2.C. ſi vnus ex pluribus hæred.& l.ſi vxor.C. de bon.auto. iudic.poſſid. Ea præter ſi vni ex ſubditis ab operis atque præſtationibus realibus remiſſio detur, id non debet reliquis graue eſſe, quaſi iiſdem oneribus ipſi ſint premendi, quibus etiam,dum exemptum collegam & coadiutorem habent, ſed domino ipſi decedunto,cui tanto minus præſtandum erit. Inique igitur faciunt domini,qui alios liberos a muneribus realibus & ſtatis eſſe iubent,& nihilominus ex alijs integrum munus vrgent. quo pacto ſtatim fieri poſſet,vt reliquis bonis exemptis, vni duntaxat prædio,aut manſo totum onus vtcunque intolerabile imponeretur,contra ea quę tradunt Ange.in l.ſi vnus.§. item ſi pactus vbi & Bald. in §.ſed ſi generaliter.ff. de pactis. Specu.in titu.de cenſib.§.nunc dicendum.ver.quid ſi vniuerſitas.& rurſus Ange.in l.inter debitorem.ff.eo. tit. Pręter hoc quod beneficium alicui etiam per principem exhiberi poterit,verum ſine alterius iniuria, adeo, vt etiamſi impetratum fuerit,licere in publico ædificari,idque a principe,qui de pertinentibus ad publicum diſponere poteſt, ita tamen id conceſſum accipimus,ne cuiquam per hoc Incommodetur,quę & humanior eſt ſententia, ſecundum quam in obſcuris reſpõdemus.l.2.§. merito. & §.ſi quis a principe.ff.ne qd in loc. public.l.& qui duas.ff.de ſer.vrba.pręd io. & in l. ſeruitutes.§. publico ff.de ſeruit.

MVNERA ATQVE TRIBVTA extra ordinem indici poſſe,& a quibus, tum vt præſtetur.

CAP. V.

Non ſolum ea munera poteſtati Debemus,quæ ſtata ſunt,& modo ex rebus,modo ex perſonis eduntur,verumetiam quæ obiter, & neceſſitate exigente nobis fuerint inducta,ea ſubſidium,cenſum,vectigal, pedagium,ſuperindictum,collationem,præſtationem,tributum, exactionem,collectam,gabellam, talleam, alii aliter appellant vocibus promiſcuis: Sed non modo apud ſeculi principes,verumetiam ſacroſanctis Eccleſijs præpoſitos, magis frequentatis,quam vt ſubditis admodum ſit proficuum,aut tolerabile. Porro quod ordinarijs contributiones ex bonis noſtris damus,fit propter tuitionem domini, cuius adminiſtrationi atque iuriſdictioni,quę vniuerſalis eſt,ſubijciuntur.Extra ordinẽ vero,quia Magiſtratum reuereri debemus, nõ ſolum propter iram(vt inquit D.Paulus) ſed etiam propter cõſcientiam.Miniſter enim Dei eſt nobis pręfectus, ob id & tributum ipſi dare cogimur,& ea ſubſidia,quibus ſuſtẽtari, atque rebus exigentibus,publicæ vtilitati proſpicere poſſit.Neque indicere hoc vectigal paſſim & omnibus permiſſum ẽ, ſed principi tantum Romano,aut illi, ſin quem princeps authoritatem ſuam in eo territorio exercendam per regalia cõceſſit,tributum quidem adeo neceſſarium, vt Imperatores id non amplius extraordinarium eſſe velint,vt hactenus,ſed Canonicum atque ordinarium. Nulla igitur domus,nulla cauſa,nulla res ab hac neceſſitate ſeiuncta eſſe debet.l.4.vbi glo.ad rubricam.C.de indictio.lib.x.& l.1.C.vt nemini.liceat empt.ſpecierum.eo.li. Pro quacunque autem re neceſſariæ indictiones illæ edebantur,maxime Græcis adhuc imperantibus & olim per luſtra imponebantur, vel in quintum quemque annum.Glareanus tamen ad Dionyſium Halicarnaſeum luſtrum quatuor annorum tempus eſſe contendit, quam indictionem appellant,de quibus in x. Codicis Iuſtinianei libro, atque alis locis,& in Auth.de collatorib.colla.9.& inter pecunias fiſcales,aut res fiſco inferendas,habentur.

Et non temere ad extraordinaria illa ſubſidia principi eſt recurrendum,ſed tunc demum ſi extrema neceſſitas(propter quam iuris diſpoſitionem ſuſpendimus.l.caſus.vbi Bal. C.de teſta.)ea vrgeat.vti eſt,quæ ex defenſione,bellis,famæ, publicis

cis onerib.reſtaurandis,munitione facienda,& id genus aliis, q̃ ineuitabiliter ĩminent,ſeſe ingerit,tñ abeſt, vt voluptatis, aut gariſtamgriæ cã,indici dẽant:ꝑ l.abſit.C. de priui.do.Auguſtæ.l.ad portus.C.de ope.publ.habet Albe. de Roſa. rubr. C.ſine cenſu &c.& l.ędiles.ff.de loco publico.

Cæterum ꝙ princeps ſuperiorem agnoſcentes exactionẽ extra ordinem indicere poſſunt, de iis accipiendum eſt,q regalem habent dignitatem, vnde in ſua quiſque prouincia eãdem obtinet autoritatem quam Imperator ipſe haberet,quę per regalia propria obuenit, vt in c.j. quæ ſint regalia abũde tractatur,per quæ & quaſi poſſeſſionem iuris collectandi, vt vocant,conſequitur, qua deſtitui non debet.

Sed qd ſi ꝓuinciales intercesſerint , ſubſidiũq; dare recuſarint.Iacobi.in de Homagijs. §. ſed pone,dñs eſt ĩ poſſeſſione vel quaſi faciẽdi q̃ſtã.Hanc rẽ late exponit & ferme Brocardã reddit,tandẽ Pilei diſtõni ſubſcribit, in hunc modũ : Dñs iudiciũ poſſeſſoriũ ꝯ̃ ſubditos,q ſubſidiũ indictũ p̃ſtare detrectãt, & ſic vĩ ꝯmittũt,ꝑponẽs,ſi ꝓbauerit anceſſores ſuos,& ſe antea quoq; indictionẽ feciſſe,poſſeſſionẽ iuris illius ĩcorporalis,vel quaſi oſtendiſſe intellit̃,& reſtituendus venit,per hoc,ꝙ ſubditi ꝯpellunt̃ ſubſidiũ dare: ꝙ & Ober.de Bonoc. ꝯdõne ex morib.faciendũ exiſtimat.per l.litib. C.de agr.& cẽſi.li.xi.c.pueniṫ.de cenſib.q̃relã.de elect.& no. in l.ſi certis annis.C.de pa.Si vero petitorio egerit,& ad allegatũ titulũ aliquẽ,ꝯceſſionis puta vel aliũ,ꝓbat a decennio ẽt p̃ſtationẽ ſibi factã eſſe, p̃ſcriptione iuuabit̃.l.cũ de in rẽ verſo.ff.de vſu. Quod ſi tp̃s ſolũ inducat,nullo ti.ĩnixus,qñqdẽ tp̃s nõ ẽ modus vel ꝓducendæ vel tollendæ obłonis , ſuccumbet , vt qui cãm adquirendi iuris illius ꝯ̃.ꝓuinciales non ꝓſert.l.obłonũ fere.§.placet.ff.de obli.& actio.Niſi forte eam tp̃is diuturnitatem allegauerit,de cuius initio non extat hominis memoria, quam ſine tituli munimine non ſolum procedere,ſed etiam priuilegij & decreti vim habere ſępe eſt relatum.

Ex qb.facile colligimus,ius indicendi vectigal aut canonẽ illũ extraordinariũ Imperij principib. qa regalẽ dignitatem obtinet,ꝯceſſũ videri,qua de ca , & ꝓ quaſi ipſorũ poſſeſſione eſſe p̃ſumendũ,qñ & retro principes id fecerũt, & paſſim in ꝓuinciis fieri ꝯſuetũ ſit,adeo vt gabellam detrectantes,iudicis offõ aut ẽt ꝯdõne ex morib. ſeu lege , ad p̃ſtationẽ ſint adigendi,cũ ius habeant ẽt deinceps indicendi.iuxta Io.Ray. de Penna.forti.& Ober.de Bona.per c.ſeruitium.18.q.6.puenit.de cenſib.l. de vſu.ff.de var. & extraord.cogn.l.litib. & l.ſi collo.C.de argi.& cenſi.li.xi.

Sed ne minori magiſtratu eſt diſpicere nũquid ille,ex quo regali dignitate non fulgeṫ,tñ abeſt, vt ſup̃mã autoritatem in ſuos hẽat,ſubſidiũ aut tributionẽ imponere ꝑmittatur.Et qa taliſmodi ex actiones extraordinariæ ſunt,& ſubditis abſque grauamine nunq̃ indicunt̃,odiis ſunt plenæ,ideoq; poti' eſtingenda fuerat illa indicendi audacia,qua vt cuiq; ꝓ libidine,auaritia atq; luxu ſuo expoſita eſſe , non licet inferiorib. dñis ſuis id oneris imponere. Huius gñis ſunt viri ſtemmatis nobilitate inſignes,ſiui caſtra,oppida,& Eparchias,vł officia, vt vocant , cũ mero & miſto imperio a principib. feudi ĩure agnoſcunt, qui & ipſi ius imponendi colectã in ſuos qñque vſurpant,idq; mõ ꝓ filiab.ſuis nuptui dandis,mõ in munitionis faciendæ , aut ædificii inſtaurandi , mõ bellici apparatus ſubſidium,ꝙ tñ niſi vel per legitimam conceſſionem, vel ꝯſuetudinem,vel pręſcriptionẽ facere non ita poſſunt,vt quorũ poſſeſſio allegata,præſũptione non ita iuuatur,ſed oportet lt̃ime ſit quęſita.Cuius ẽt multę cãę adſeri poterũt.In primis,ꝙ ſubditi non dẽnr nouis onerib. p̃ter ea quæ ex Homagio,& quaſi ꝯuẽtione dẽnt̃ idq; antiqtus , grauari,tũ ꝯtentos eſſe oportet, iis munerib.atq; operis q̃ in cõceſſione bonorũ dicuntur.Poſtremo non dẽt quis ius ſibijpſi dicere , ꝙ dñs faceret,ſi ſubiectos ad noua onera ꝯcuſſionis tyrannidiſue metu ꝯpelleret.l.cum ſatis.§.caueant.C.de agric.& cenſi.li.xi.l.i. C. ne quis in ſua cau.eſt Bald.in c.i.de pace Conſtan.c.j.qua. vaſal.iura.deb.& c.j.de cap.qui cur. vend. & ſæpe reſponſum eſt Iacobi.de S.Georg.vt tradit in de Homagiis.§. iuxta prædicta quarto.ver.in q.prędicta ego ſæpe conſului.

Non tñ per omnia extraordinariæ indictionis commodite nobiles illi carent,ſed eſt, vt vel ex conceſſione principali, vel pręſcriptione id iuris ſint conſecuti.Imperaror enim, qui orbem terræ,vt vnicus dñs,cenſere poterit,id iuris in alium quoque inferiotis authoritatis transferre non prohibetur,d̃ quo paulo ante expoſitionem quoque habuimus. Nobilis itaque conceſſionis,vel alterius legitimi tituli vigore penſitationem ante decennium percepit , porro autoritatem habet neceſſitate vrgente,eam rurſus indicere atque exigere , & ꝯ̃ terga vertentes prę́ſcriptione longa tutus erit poſſeſſione, vł quaſi interim redintegtata,non enim ſolo tempore nititur, ſed et in titulo,cuius intuitu bona fides accedit , vnde iuris ĩcoporalis quaſi poſſeſſio etiam procedit.l.ſolent.ff.de of.p̃cõſul.& leg. glo. & Bar.in l.cum de in rem verſo. ff. de vſu.Bal, Ang.in l.qui in alie.§.ſed ſi non adierit.ff.de adquir.hæred.& l.j.C.de fideicommiſſ.

Idẽ rñdemus, ſi ꝓduxerit p̃ſtationẽ illã extra ordinẽ indictã a tp̃e 30.anno.q̃ ſubditi ex reb.vt in territorio,ꝯphẽſis & iure ſubiectionis,ñ p̃cario , aut ꝓ familiari offõ ediderũt. In hoc.n.ꝙ bona ſua ceu ꝓuincialia ſunt ꝓfeſſi,dñm ĩ poſſeſſione,vel quaſi, iuris tributũ imponendi, ẽr abſq; alia tituli ĩductione,tp̃is longiſſimi interuallo eſſe ꝑmiſerunt,cui iugo deinceps quoq, colla ſubmittere cogent̃, niſi exẽptionẽ oſtendãt.docet Inn.in c.cũ eccleſia Sutrina.de cã poſſ.& ꝓprie. Et monet Iacobi.de Homagiis.§ adde ꝙ licet in mã p̃ſcriptiõis. ver.eſtote tñ cauti.Sin aũt ſe,& eos q retro fuerunt, dños ab eo tp̃e,de cuius initio nulla hoĩnis eſt memoria, indicẽdi autoritatẽ habuiſſe,docueris,ammõ neq; de ti.neq; de fide q̃rẽdũ eſt,ſed diuturnitatẽ illã tp̃is priuilegij,& ꝯſuetudinis vim hr̃e iuris eſt indubitati.ꝑ l.2.C.de ſeru.& aq. vbi Bar. & Sal.& Bal.in c.ſi diligenti.ext. de p̃ſcri. Et huc referenda ſunt onera illa,q̃ nobiles ex̃ ordinẽ a ſuis exigunt, q̃ niſi ex cauſis iam dictis,ñ dẽnt̃,tñ abeſt,vt ex eo ꝙ ꝓfitent̃ miſelli ſubditos , dñi intentionẽ quaſi poſſeſſione iuris dicendi,fundatã hẽant , vt qui hoc caſu p̃ſũptione nõ iuuant̃,ſed oportet, vel titulum, vel ꝙ tituli loco eſt,interuenire p̃ſcriptioni,q̃ tp̃is diuturnitate ñ fulcitur , alioqui vim committunt , qui aliquid inſolitũ extorquent,atq; ad reſtõnẽ,tanq̃ indebiti,tenẽtur. arg.l.illicitas.C.de offi.prę́ſi.l.ſi dominus.ff.de iis,qui ſunt ſui vel alie. iu, habet Roffr.ſub tit.de offi.iud.

ꝑſcriptione, qual. olim pot. feu. alien. hi vero duo Imꝑatores
ꝓhibuerunt, ne id in futurū ammodo fieret. c. i. §. ꝑterea. d̄ cā
Conra. c. de ꝓh. feu. alie. ꝑ Loth. Cæterū Fed. ſequens Imꝑera
tor, nō ſolū, futuras, ſed ēt ꝑteritas ante Conrad. & Lotha. ſa
ctas ꝑſcriptiones aboleuit. c. i. ver. vnde Imp. Loth. de ꝓh. feu.
alie. ꝑ Fed. referens ſe ad oīa feuda antea ꝑſcripta. Sic olim cū
vſurpatū eſſet ꝯ rōnabilē vt filii in feud. regalib. ſuccederēt,
& ita feudū licite diuiderent, vbi alias in iis nec ſucceſſio, nec
diuiſio admittebat̄. c. i. in fi. de alie. feu. iunct. c. i. de feu. march.
hoc tñ rurſū correxit Fede. in c. i. §. fi. ver. ꝑterea, de ꝓh. feud
alic. ꝑ Fe. admittens qdē ſucceſſionē, ſed negans diuiſionem,
ne feudū tale ī nihilū redigeretur, vt mox de origine tractā-
tes, demonſtrabimus. Cū ergo ī ꝑdictis Imꝑatores ꝑdicti vete
ra illa iura feudalia in aliqb. correxerint, ratificauerint, ſciē-
tiāq; aliorū iuriū feudaliū plene habuiſſe diffireri nequeat,
certe (vt ante diximus) cætera oīno ꝯfirmaſſe negare nō poſ
ſumus. d. l. prętor ait. ff. de iu. † Nā ſi Imꝑator notitiā hēns ali
23 cuius, nō īꝓbādo approbare cēſet̄. vt vult gl. in l. quo. n. q̄ ſe
quunt̄ Dd. ff. rē ra. ha. multo ergo magis hic, vbi ꝑtē correxit,
vt antedictū eſt. Secundo accedat, ꝙ multæ Pontificū quoq;
decretales ſequunt̄ feudales deciſiōes libri huius, vt ꝯſtat ex
canonib. multis, poſtea citandis: nulla. n. ꝑt eſſe maior appro
24 bō, q̄ ſūmorū Pontificū. Bal. in l. fi. C. de ll. † Tertio nō deſūt
q affirmant Federic. Imꝑatorē miſiſſe has feudales ꝯſuetudi
nes ad vniuerſitatē Ticinēſē vel Bononienſē (vt aliq volūt
Cur. in j. par. ſui tra. feu. & Zaſ. in ſuis ꝑlu. feu.) ordine vt ſingu
la capitula ſub ꝯgruis & debitis titulis collocarent̄, ꝙ magnū
quoq; argm̄ eſt, ab Imꝑatore fuiſſe ꝯfirmatas. Sed hic ſtatim
ergo qs obijceret, ſm ꝑdicta, le. potius eſſe q̄ ꝯſuetudines ꝑ
exꝑſſā vel tacitā approbōnē Imꝑatorū: Sed huic obiectioni
rñderi poſſet, Imꝑatores ſolū approbaſſe ſm qualitatē qua
erant ſeruatæ prius, & in eſſe ꝑductæ, & ſic ſolū vr ꝯſuetudi-
nes, vt ēt Bar. tenet. in d. l. de qb. ff. de ll. ꝙ non eſt nouū: † nā ſi
25 Imꝑator exꝑſſe ꝯfirmat alicuius ciuitatis ꝯſuetudines bonas
ob id tñ non cēſebunt̄. l. factæ, ſed ꝯſuetudines, vt ante erant:
nihil ergo obſtabit. Poſtremo cū cōis Doctorū aſſertio hēat,
eē iſtas ꝯſuetudines feudorū gñrales, & publice oīb. ī vniuerſi
tatib. legant̄, & ſic in ꝯſultationib. Doctorū, & iuris d̄ciſiōib.
allegent̄, nec qō ſup eo fuerit vnq̄, nos ergo ī eo nihil quoq;
dubitabimꝰ. Et hæc ſatis. Nūc, quoad tertiū mēbrū, an ī vtroq;
foro tā eccleſiaſtico q̄ ſeculari ꝑdictæ ꝯſuetudines ſeruari de
26 beant, paucis. † Oīb. reiectis dd̄m in vtroq; foro ſeruandas, vt
late Dd. Cōſt. in c. cęterū, ext. de iud & maxime Pano. Et hoc
iō, qa multa capitula iuris canonici ēt deciſiones hēnt feuda
les, vt paſſim videre licebit. in d. c. cęterū. & nouit de iud. c. q̄ i
eccleſia. de ꝯſt i. c. ad aures, c. cū qbuſdā. ext. de pe. & c. grauē. e.
ti. c. grauē. de ſen. excom. c. ex tranſmiſſa. c. verū, ext. de ſo. ꝯpe.
27 cū ſi. † Et ego clerici hñtes feuda a ſecularib. dñis, coram illis
quoq; ꝯueniri dēbunt. ꝯ̃ c. diligenti. & ea q̄ Dd. notāt. ext. de
fo. cōp. q̄cq̄d dicat And. Barb. in d. c. cęterū, ext. de iu. q nullo
mō vult admittere, vt corā ſecularib. ꝯueniant̄, & hoc etia n

ſi

ſi papa conſentiat, ſed errat: Nam quoadprimum,eſt textus
apertus, coram domino ſeculari debere illos conueniri,
28 in d.c.j.extrâſmiſſa,c.verum de for.com. † Nec obſtat ſecun-
do,quod dicit, Papam non poſſe contra ius diuinum aliquid
ſtatuere: quia reſpondeo,non poſſe quidem diſponere con-
tra ius diuinū merū,ex quo peccatum oriretur, & quæ ſunt
fidei,ſecus alias: Et ergo licet de iure diuino matrimonium
non erat olim prohibitum inter patrueles, vel conſobrinos,
hoc eſt,fratrum vel ſororum filios,vt Iacob & Racheli, To-
bia & Sara ſacræ literæ teſtātur,tam papa hoc licite correxit.
29 c.non debet,c.fin.extra de conſangui.& affin.† poſſit ergo li-
cite papa in hoc aliquid ius diuinum limitare.vt Fe.in c.tua,
ext.de deci.Profecto ſi conueniri volunt coram dño vel Cu-
riæ.& ſic iudicibus ſecularibus,caueant ergo a ſecularib. feu
da accipere,& ſecularibus rebus ſe immiſcere, quod iidem tam
a canonib.q̃ ipſo Chriſto prohibitum eſt. authore Hierony-
mo in c.clericus.& c.duo ſunt genera chriſtianorum 12.q.i.
& toto tit.ne cle.ſecul.nego.ſe immiſ. quæ elegantiſſima sūt
ad hoc,ſed ſatis.

Nunc ꝓ quarto mēbro ad feudi originem conuertamus
gradū.Orſurus itaq; de feudi origine, ꝑmittendū puto,parul-
eſſe momēti & friuolum in hac re inueſtiganda ſe nimiū fa-
tigare, cū ad rē ipſam parū aut nihil faciat, & nemo fere ſit
ſcriptorū, q ſolide eius rei veritatē doceat: Apparet.n.nuſq̃
apud hiſtoriographos vera huius origo,& rei certitudo:cum
itaque in reb.dubiis coniecturis ſit locus,& nos cum cæteris,
30 qui hac de re diuinarunt,coniecturabimus:† Vt interim ve-
teres relinq̃, & neotericorū opiniones adferā, maxime dñi
Zaſij.Zaſ.in j. par.ſui tracta feu. qui aliquāto ꝓprius ad ſco-
pum,& rem acceſſiſſe ſibi vr̄.Is putat ſecutus opinionē mul
torū veterū Doctorū,a Romanis originem taxiſſe,† atq; id
31 a primo Romanorum Romulo, q quo minus plebei Patri-
ciorū & diuitū iniurios ſupplantarent, conſtituit, vt plebei⁹
qſq; ſib vnū quē vellet ex Patriciis eligeret in cauſis ſenden
dis patronū,ac defenſorē.pulchre hęc tractat Halica.li.2.an-
tiqtatū.Leges quoq; ꝑſcribens,qb.viuerent.Primo, quod ad pa-
tronos attinebat,non ſecus ꝑſtare clientib.oĩa in cauſis dſen
dendis,iniuriiſq; ꝓpulſandis voluit,atq; pr̄ filiis ꝓpriis ſolet:
Et (vt pauca ꝓ multis dicant) omnē eis quietē,tā priuatorū
q̃ publicorū negociorū,cuius maxime indigerent,exhiberi.
Econuerſo vero, vt clientes patronis ſuis ad filiarū elocatio
nē dotē cōtribuerent,pecuniis ſi indigerent, Itē ꝓ redēptio-
ne patroni capti vel filiorū ab hoſtib.pecunias cōferrēt, rur
sū multas publicas patronis indictas,ære vt ꝓprio gratis ſol
uerent:in ſumma,vt clientes in oĩb.ſumptib.ꝓ re publica fa
ciendis ꝑ patronos,participes impedii eſſent.Poſtremo, cōe
hoc conſtituit,neq; piū neq; fas eſſe accuſare ſeinuicē, nec
aduerſus teſtimoniū dicere,nec ſuffragiū aduersū ferre, nec
cum inimicis confœderari, q̃ oĩa late ab Halicarnaſſæo d lo-
co narrantur,q̃ cū ſint vicina admodum,& ſiſitudinis pluri-
mū cum feudorū iurib.vaſallis,& eorū dñis habeant, illinc
originem tract.Zaſi.exiſtimat.Nā cōſtat,dños & vaſallos nul
lā accuſationem, nec vllū ꝯriū teſtimoniū aduerſus ſe mu-
tuo admittere.c.j.§.in qb. de cōſu. rec. feu. nec cum inimicis
alterius feudū & amicitiā poſſe facere.c.j.quor teſt. ſunt ne-
ceſ.ad ꝓban.Præterea mutuo ſe iuuare teneri. c.j.§.cū dño.ſi
de feud.defunc.cont.ſit inter do.& agn.vaſa. Rurſum ad dñi
filiam elocandā dotis noĩe cōferre, obligari, vt Zaſius vult.
in d.j.par.Hoſt.in ſum.ſua de feu.& Spe.in tit.de feu.q̃ tñ par
tem nullo modo admitto, vt ĩ. indiſcurſu ſuo loco patebit.
Nā non tenetur dñm ære alieno grauatum liberare ſua pe-
cunia.c.j.§.licet,ſi de feu.defun.cont.ſit inter do.& agn.vaſa.
c.j.§.non eſt cōſuetudo.& ibi gl.de ali.feu. pater. ergo multo
minus ad elocandam eius filiā conferre. Inquit ēt patronos
Zaſ.quondam Clientes inuitare donatione feudorū conſue
uiſſe,ex prouinciis,vt ſe illis ſubiicerent:quod ēt veriſĩe mihi eſ-
ſe non vr̄: Nam vt iſtud nuſq̃ apud Hiſtoriographos ꝓbari ĩ-
uenio, ita quoq; nec rōne ſulcitum,nec verum putauerim.
Nam vltro clientes auide patronū quæritabant, ſuo q illos
patrocinio defenderet, vt opus non erat ad hoc fundos con
ferre,& inuitare,vt dictus author Halicarnaſſæus d. loco te-
32 ſtis quoq; eſt.† Quare equidem originem breuib.aliunde tra-
ctam exiſtimarē, non minus tñ a Romanis priſcis, atq; dñs
Zaſius putat,q̃ tñ inueſtigandam duco non ab exemplis, vt
dñs Zaſius,ſed ex cā quare feuda inuenta fuere,quæ legātiſſi
me deſcribitur a Lotha.Impera.in c.i.de prohi.feu.ali.ꝑ Fed.
q in effectu feudum dari docet & eſſe inuentum,† vt ad Im-
33 perium defenſandum ſtrenuus & exercitatus haberi miles
poterit:certe is haberi nequit facile gratis, vt lubens nemo
ſuis militat ſtipendiis: Tales ergo principes priſci, vt deuin-
ctiſſimos haberent,ſeruitioq; paratiſſimos,tum fideliſſimos,
donatis aliquot fundis,ſeu territorio,vel ſĩrib.fidelitatis iur̄o
ſibi aſtrinxere,ne maiore q̃titate pecuniæ ab aliis forte illecti
& corrupti(vt oĩa pecuniæ obediunt. Saluſtio teſte; & fere
fit) aliqñ exercitato tali milite deſtituerentur.Sed vnde,quæ-
ſo,originem traxit?certe a priſcis Romanis,qui nō ſecus ſtre
nuo viros fundis,iugerib. & id genus ſĩrib.inuitare conſueue
34 re:† huius exemplum claret in Coclite Horatio,cui ob factū
illud memoriale in exercitum Hetruſcorū,ſeu Porcennæ re
gis pręſtitum,tñ fuit agri publice datum,quantū vno die cir
cum arari potuit. Liuius lib.2.decad.primæ.Is miles ſtrenu⁹
non horruit ēt ſolus pro ponte Sublitio inter mortuorum
cumulata cadauera conſiſtere, ſolus hoſtium aciem ſuſtine-
re donec ponte rupto Romanorū res ſalua eſſet,ſed pro Re
pulica in Tibrim ſaucium deiiciens. † Accedat huic nobilis
35 ille Mut.Scæuola Coradus,qui quoq; vitæ periculum nō for
midādo,ꝓ republica Romana purpuratum Quæſtorem pro
rege Porcenna inteficere non expauit,Quare prata trans Ti-
brim illi data,atq; ſtatua eius honoris gratia, in virtutis ꝑpe-
tuę memoriā ędificata.Halicar.li.3. antiquitatū. & Liuius di.
lo.Quid de Marco Curio Dētato adferā:cui ob bñ merita de
Republica agri iugera quingenta publice data fuere. primus
de viris illuſtrib.in Marco Curio Dentato.Vt hic omittaā Lę
lium Fabiū,Marcū Petreū,Affraniū,Labienē,Hannibalē,&
id genus ſtrenuiſſimos. Non quoque ignotum eſt,Tribunis,
Præfectis,Comitib. Ducib.qui militia pro augendo Imperio
cōſenuerāt,agros,villas, & ſiſa dari ſolere, ante Conſtatinū
Imperatorem, neceſſaria vt ſuppterent,quoad viuerēt, quas
Parochias appellabant,quas ille et ad eorum hr̄des trāſmit-
ti ſanxit, vt magis ſibi deuinctos hr̄ēt & obnoxios. Author
Pompon⁹ Lætus in cōpend. Ro.hiſtorię In Conſtantino,Cō
ſtantii Pii filio. At hic obiicet qs facile ſtatim, donatos qdē
fuiſſe hos iugerib.villis,& territoriis nuſq̃ tñ hēri, ſub fideli-
tatis iur̄o hoc fieri ſolere, vt hodie in feudis acceptandis con
36 ſpicim⁹.† His ego rñdeo,olim nudā fidē apud Romanos plus
valuiſſe,hodie q̃ forte ēt iur̄m.vt apud Halica.li.2. antiqtatū
in fi.videre licet:† Et certe q̃ fuerit tū graue fidē fallere,exem
37 plo eſt ille Rom. Attilius Regulus, mori morte crudeliſſima
q maluit,hoſti q̃ fidē fallere:Cic.li.i.offi.Eutro.li.2.rerum Rō
manorū.Rursū Marcus Curius Dē. q rapis ligneo ex patino
veſci maluit,hoſtiū q̃ ſplendiſſimis donis argenteis corrūpi.
Plinius de viris illuſt.i M. Curio Dent.Val. Max.li.4.c.3.Hāc
fidē cū poſteritas ĩuenire nequit, neceſſitate tādē coacti iur̄o
(datis ēt territoriis)ſibi illos deuinciuit. † Oĩa.n.tū patriæ de-
38 fendendæ & ſaluandæ grā fiebant, hodie nihil non pecuniæ
39 hēndæ ca:† Quis.n.nūc ꝓ patria, vt Curt. Roman.ille in hia-
tū ſe coniiceret?Val.li.v.c.4. vt quoq; de Anicharo Midæ regis
Lidiorū filio Calliſthenes in hiſtoria tradit, qs ſe vt Phileni,
40 viuū ꝓ patria in terrā defodi ſineret?† Quis nunc Traſibulū,
Codrū,Athenienſes,Aeliū Prætorē,Publiū Deciū inueniret?
quorū meminit Vale.eodē loco.Quis ꝓpriā filiā inculpatam
ꝓ patriæ ſalute,vt Caius Marius Cōſul Romanus, ſacrificio
mactādā traderet?Auth or Doroth.Græcus lib.3.Italicarum
rerū. Quis vt Mutius Scæuola patriæ amore manu ꝓpria ad
Principē plene in exercitu ſolus interficiendū iā ire tentaret?
41 Halicar.li. v.antiq. † Quis Coclitis Horatii iā factū ꝓ ſaluan-
da patria ſubire vellet.Liuius li.ii.deca.i. Pli. de viris illuſtrib.
d.lo.non maxime ante ſtipendiat⁹?Certe nemo:Paucis ergo,
vt ad ꝓpoſitū redeā,a Romanis feuda ſumpſiſſe originē, re-
cte exiſtimauerā, ac tū incæpiſſe, cū Romanū impriū intñ
eſſet adauctū,vt ꝓuinciis pręſides conſtituere,& in limitibus
42 Liminarchas ſeu Marchiones neceſſe hērent:† eo tū mittebā
tur duces,quorū ps ꝓuinciæ illis aſſignata,Ducatus poſtea di
ci cæpit a Duce,vt Marchionat.Marchioni,Comitat.Comi-
ti aſſignata,vt ĩ.alio loco lati⁹:Hæ tñ ptes,vt olim ad vitā tñ
abſq; ſucceſſione ꝯcedebant,vt ex Pōponio Lęto ante recē-
43 ſimus,† Ita quoq; poſtea tractu tꝑis ſolū ad vitā in feudū Du
cib.Comitib.Marchionib.Ducatus,Comitat⁹, Marchionat⁹
tradebant.tex.in c.i.de feu.Marc.nec abſq; graui rōne, vt ar-
bitror:Nā intereſt Imperatoris & Regis, non quēlibet hr̄e in
ſuis territoriis pręfectū,Ducē,Comitē,vel Marchionē.Et q̃q̃
hodie aliter vſurpat,nēpe quod illis ſuccedat, ꝯ rōnabilē vſum,
lnqt tex.in c.i.in fi.de alie.feu. (vbi glo.mala illā primā cōſue
ſuetudinē fuiſſe aſſerit)ꝯ tex.ibid.Putarē tñ illā fuiſſe rōnabi-
liſſimā,vt ipſe tex.refert,& hoc ob duo potiſſimū:Primo,ne
quēlibet princeps hēat Ducē,Comitē,vel Marchionē,aut ꝑ-
fectū,vt ſ.diximus, quod fieret haud dubie, ſi ſucceſſio admiſſa
fuiſſet:Nā tunc ꝯtingeret princi aliqñ ignauus Dux, aut Co-
mes recors,ꝓ ſolerti,& exercitato,qb.Imperiū defendere,pa
triā ab hoſte tueri,in pace oĩa & tranqllo ſeruare, impoſſibi
le quaſi eſſet:quę oĩa ſecus ſe hēbūt,princeps ex multis(prio
44 mortuo ſi deligere quēlibet poterit ac ſurrogare. † Secūdo,
ne Ducatus, Comitatus,Marchionatus redderet ĩ nihilū,Nā
Ducatu,Comitatu, Marchionatu ꝑ ſucceſſores diuiſo ſæpi⁹,
tandē in nihilū redigeret,vt multis in Germaniæ Comitib.in
dies cernim⁹. Hīc ꝑterq̃ quod ſtēmata & gētilitates pirēt, ipſum
quoq; Territoriū hoſte magis ĩterno q̃ externo feriret. Quis
q̃ſo prīcipat.ibi erit,tot vbi capita regnāt,ꝑ sūt,atq; gubernāt

Quis naſci bella inteſtina & nota indies ibi inficiari pōt: vbi
ptāte æquali, eorum quilibet dominandi libidine rapitur p̄ a-
lio? Quis non hoſtis extraneus illā facile euertet patriā. Et qđ
ſummū eſt, quis tandē ciuis imo ruſticus aliqualiter etiam di
ues, his Comitib. ſic de pauperitatis multa ſucceſſiōe diuiſio
neque crederet, aut regi ſe ab ijs pateretur. Quæ, quæſo, va-
ſallorum quantitas cum Duce euocato à Principe ad expedi
tionem prodiret? quos expectaret ſtrenuos & exercitatos mi
lites? Certe nullos: nam depauperati illi, nec equos alere, nec
arma emere, multo minus ſe in futurum ad expeditionem
45 exercere poſſent. † Hæc certe proſpicientes & ſimilia, ad hęre
des tranſmitti non patiebantur, & recte: non enim ignora
bāt Politiam optimam eſſe, quæ a paucis conſeruaretur, dif-
ficillimam & periculoſam, quæ a plurimis. Plato libro 16.
de regno, Ariſto. in Politicis. & ſecundo Metaphyſicorum.
Quo tamen id minus fieret, (licet poſtea vſurpatum fuit, vt
ſimul omnes ſuccederent) d.c.j. in fine, de alien. feudi, iuncto
46 c.j. §. firmiter. ver. pręterea. de prohib. feu. alie. per Fede. † mul
tis in locis rurſum conſuetudine ab illa deſitum eſt, vbi ſolū
maior natus filius, vel alius vnus ex omnibus in Ducatu, Co-
mitatu, vel Marchionatu ſuccedit, vt vnꝰ maneat, quem ſub
diti tanquam caput reuereantur, & per quem gentilitatis ſtē-
ma per omnia conſeruetur: † Nec minus ipſe quoque Impe-
47 rator Fede. poſtea inhibuit, ne feuda Regalia, a quibus ita ter
ritoria dependent, de cętero diuiderentur. in d.c.j. §. firmiter,
verſi. præterea, de prohib. feu. alien. per. Fede. Illam ſecundam
malam vſurpationem (de qua ſupra) derogans, ſucceſſionem
tamen non emendando, ſed ſolum diuiſionem, iudicans, &
quaſi pręcipiens, penes vnum ſolide manere, debere, atque is
vt cohæredibus aliis ex patrimonialibus ſeu allodialibus tan
tundem pro rata percipere ſineret. argu. c.j. verſic. paternum
de nat. ſucc. feu. quod ī aliquibus etiam patrijs obſeruari cer-
nimus. atque ita d. §. firmiter, verſi. præterea, de prohi. feu. ali.
per Fed. intelligendum cenſeo. Et hæc obiter de feudi orgine
dixiſſe ſuffecerint: Nūc ad feudi ipſius definitionē (quæ pars
erit ſecunda) properemus.

SVMMARIVM.

1 *Feudi proprii deſſinitio ſeu deſcriptio.*
2 *De ſubſtantia fendi eſt, eſſe beneuolam conceſſionem.*
3 *Definitio beneficiū.*
4 *Verus intellectus c.i. de feu. da. in uicem leg. Comiſſo.*
5 *Ratio quare ob debitum non ſolutum, pignus pro feudo accipi non poſſit.*
6 *Feudum per vim uel metum acceptum uel datum, non eſt feudum.*
7 *Duo neceſſario requiruntur vt ſit feudum, & quod ſit beneuola conceſſio*
ex parte dantis, & quod gaudium tribuat accipienti.
8 *Feudum emptum eſt proprium feudum, contra opinionem Docto.*
9 *Beneficium non ſemper eſt gratuitum.*
10 *Beneficium etiam ex affectione metimur.*
11 *Beneficium ex eo dicitur quo benefaciat.*
12 *Quo modo intelligi debeant illa verba, feudum non ſub prætextu pecunię,*
ſed amore & honore domini conferendum eſſe.
13 *Pactum vt debito non ſoluto creditor pignus in feudum teneat, addito iu-*
ſto precio, non valet.
14 *Feudum requirit beneuolentiam.*
15 *Rerum mobilium non poteſt conſtitui feudum, & eius ratio.*
16 *Res quæ inter immobilia computantur, quæ tamen re uera immobilia nō*
ſunt, in feudum recte dantur.
17 *Feuda ad hæredes transmittuntur etiam hodie regalia.*
18 *Differentia inter feudum & vſufructum.*
19 *De natura propriu feudi eſt ſolum maſculos admittere.*
20 *Differentia contractus feudalis a contractu emphyteuſeos, locationis ad*
longum tempus, & ſuperficiarii.
31 *Differētia cōtractus emphyteuſeos, & contractus locationis ad logū tpſ.*
22 *Differentia contractus ſuperficiarii a contractu locationis ad longum tē-*
pus.
23 *Legitimi hæredes in feudo paterno vel antiquo dicuntur ſolum, qui per*
virilem ſexum a primo acquirente deſcenderunt, non alii.
24 *In nouo feudo ſolum deſcendentes legitimi ſunt hæredes, non collaterales.*
25 *Differentia contractus feudalis & contractus libellarii.*
26 *Quis ſit contractus libellarius.*
27 *Differentia contractus libellarii a contractu emphyteuſeos.*
28 *Inueſtitura eſt de ſubſtantia feudi.*
29 *Differentia contractus feudalis a contractu precarie.*
30 *Quomodo fiat contractus precarie.*
31 *Differentia contractus feudalis a contractu cenſuali.*
32 *Differentia inter contractum cenſualem, & contractum emphyteu-*
ticum.
33 *Fidelitas eſt de ſubſtantia feudi.*
34 *Iuramentum fidelitatis poteſt remitti.*
35 *Dominus vaſallo nolenti fidelitatem iurare, licite inueſtituram negare*
poteſt.
36 *Vaſallus domino in inhoneſtis & iniuſtis ſeruire non tenetur.*
37 *Feuda franca non ita libera ſunt, vt a delicto excuſent.*

PARS SECVNDA, QVAE EST DE feudi definitione ſeu deſcriptione.

A Definttione ſeu deſcriptio
ne feudi (cognita origine) iam auſpicari hanc
partem optimum fuerit, vt Cicerone teſte, intel-
ligatur quid ſit, & quale, de quo poſtea ſumus di
cturi. Feudum ergo a nobis in hūc modū deſcribitur. † Quod
1 ſit beneuola rei immobilis, vel æquipollentis cōceſſio alicui
facta, ſuiſque hæredibus, maſculis, legitimis, per īueſtituram,
cum vtilis dominii tranſlatione, retenta proprietate, ſub fi-
delitate & exhibitione ſeruitiorū honeſtorum. Hæc definitio
ſeu deſcriptio Oberti authoritate probatur. in c.i. §. huius au
tem generis in quibus cau. feu. amit. Alii alias adferunt deſcri
ptiones, nos iſta contenti erimus, explicaturi ſingula huius ſe
2 paratim verba: † Feudum igitur eſſe beneuolam conceſſio-
nem aſſeruimus, quia de ſubſtantia contractus feudi eſſe be-
neuolentiam putamus. per c.i. in fi. de feu. dat. in uicem. l. cō-
miſſo inuicto c.j. §. beneficium, in quib. cau. feud. amit. Eſt. n.
feudum ſpecies beneficij, ipſum beneficium genus. d. §. bene
ficium verſic. huius autem generis, in quibus cau. feud. amitt.
3 Quum enim Beneficium a Seneca definiatur, qđ nihil aliud
ſit, quam beneuola actio: tribuens gaudium capientibus ca-
pienſque tribuendo in id quod facit prona & ſponte ſua pa-
rata. d. §. beneficium, in quib. cau. feu. amit. † Merito & feudū
4 beneficii ſpecies, beneuolentiam in ſe neceſſario habere de-
bebit: Et ideo pignus eo pacto datum, vt niſi debitum certo
tempore ſoluatur, pro feudo a creditore habeatur, non erit
feudum. c.j. de feu. dat. in vicem leg. commiſſ. † quia amore,
5 beneuolentia, & ſponte ſua non conceſſit, ſed coactus ex pa-
cto quodammodo, quæ vera eſt & genuina ratio dubitabilis
textus. in d.c.i. de feu. dato inuicem l. commiſſ. quare ibidem
feudum eſſe non poſſit, vt vel ex verbis finalibus dicti textus
facile colligitur, dum inquit, feudum non ſub prætexu
pecuniæ, ſed amore & honore domini acquirendum eſt, nō
ob id quod pactum legis Commiſſoriæ eſſe ſuper pignore aſ
ſeritur, vt alii Docto. volunt: Nam illud alia ratione *omni-*
bus in contractibus improbatur, nimirum, neceſſitate coa-
cti, re ſua infra precium iuſtum deſtituantur debitores. l. fi. C.
de lege Commiſſo. iuxta l. ſi fundus. §. fi. ff. de pigno. quod hic
ſæpius non ſit, vt infra patebit, (non tamen negamus & hāc
6 partem ſub lege Comiſſoria contineri) † Hinc ergo inferetis
rurſum ſi per vim, metum, ſimilique modo coactus rem vel
in feudum dare dominus, vel vaſallus feudum accipere coa-
ctus fuiſſet, non eſſe feudum. per d.c.i. de feu. da. in vicem. leg.
commiſſo. Et ergo quia de ſubſtantia eſſe diximus beneuo-
lam eſſe, ideo priuatorum pactis immutari non poſſe dice-
mus, manente contractus feudi natura. l. fi. §. fi. ff. de ſuis & le-
git. hęred. l. nec ex pętorio. ff. de reg. iu. cum ſimil. Tranſibit
7 ergo in aliam ſpeciem contractus, Duo ergo hac in *parte ne*
ceſſario requiruntur, & quod beneuola ſit ex parte *dantis, &*
accipienti tribuat gaudium, d. §. beneficium, in quibus cau.
feu. amit. Nec huic obſtat textus ille in c.j. § fi. de cap. qui Cu-
riā. vendid. vbi Gerardus & Obertus eā de re diſſentiunt, quia
Oberti opinio recte reprobari ibidem videtur. in gl. d.c.j. §. fi.
de capita. qui Cur. vend. nam eius procedēte opinione, feudū
non procederet ex beneuolentia, quod feudum requirit ſpe-
ciem beneficij, vt ante dictum eſt. Addunt Doctores omnes,
iſtam conceſſionem beneuolam etiam liberam eſſe debere
reſpectu accipiētis, hoc eſt, vt nihil det pro feudo, alioqui nō
eſſe proprie feudum, Nam vt beneficium debet eſſe gratui-
tum (vt volunt) merito quoque feudum ſpecies eſſe debere,
quod etiam clare & aperte textus innuere videtur. in di. c.i. in
fi. de feu. da. in vicem legis commiſſ. dum inquit, feudum non
ſub pretextu pecuniæ, ſed amore & honore domini acquirē
dum eſſe. Certe ſi non ſub prætextu pecuniæ acquirendum
eſt (quum appellatione pecunię etiam omnes res veniant. l.
pecuniæ nomine. ff. de verborum ſign.) videtur ergo omnino
gratuitum eſſe debere: Atque ideo non pauci ſunt qui vo-
lunt, feudum omnino non eſſe, ſi non gratuite conceſſum
ſit, quorum numero eſt Iacobus de Beluiſ. ſummus feudiſta,
ipſeque Nicolaus de Neapo. in cap. j. de benfic. fratris & qual.
frat. fratri. a quorum tamē opinione deſciuit D. Zaſius, in tu
ſua parte feudali. & plerique alij ante eum, vt Aluaro. & Præ
poſitus. in d. cap. pri. de benefi. frat. & qual. frat. fratri. aſſerētes
quidem nomen feudi mereri, feudumque eſſe, verum non
proprium, & hoc ideo, quod multis in locis feudum emi poſ
ſe conſtet. in cap. primo. de benefic. frat. & qual. fra. frat. cap.
j. quemadmodum feud. ad filiam pertin. cap. i. in princi. de in-
ueſt. in marit. facta. Et certe quāquam omnes, quotquot ego
legi, Docto. in ea ſint ſententia, emptum feudum, vel alia re
acquiſitum, non eſſe proprium feudum. Mihi tamen, vt nū-
quam hactenus, ita nec iam quoque placuit, in ea eſſe opi
nione

8 nione cum cęteris,†cęterum exiſtimo, feudum emptum pro
prium eſſe feudum,quicquid Doc.ipſeq; Zaſius probari clami
mitent,ex d.c.i.de ſeu.dat.in uic.leg.com.& c.i.§ beneficium,
in quib.cau.feu.ami.atque iſtic ut probem,p̄ſuppono primo,
nuſquā in iurib.feudalib.probari, feudum gratuitum eſſe de
bere,niſi ex Capitulis ſup.in margine ad hoc citatis. nempe.c.
i.de ſeu.da.in uic.leg.com.& ex c.i.§. beneficium in quib. cau.
feu.am.quę cc.ſolum Doc. allegant. Verum ſi qs recte intro
ſpiciat textus illos,tēq; ipſam penitus perpēdat, inueniet faci
le,text.illis nuſquā id p̄bari,ſed potius contrarium. Nā ut or
diamur a deſcriptione benefici ,qua putant iſtud probari, Vi
deamus quid illa uelit & requirat ut ſit beneficium,inquit Se
neca,in d.c.1.§.beneficium, Beneficium eſt nihil aliud quam
9 beneuola actio gaudium tribuens accipienti, &c. † Hic li
cet Beneficium eſſe beneuolam actionem dicat,gaudium tri
buens accipienti,ergo non dicit, nec ſequitur, beneficiū eſſe
debere gratuitum,nam ſufficit ſaltem, ſi conceſſio ſit talis,q̄
gaudium præſtet accipienti,& ex animo beneuolo procedat.
Si ergo vendo tibi feudum centum,quod mille valet,nunqd
iam ſatisfacio diffinitioni Beneficij? Poſito quod ex beneuo-
lentia facio,accipientiq; gaudium præſtet: quis dubitat. Siue
vendo,loco,in Emphyteuſim, vel alio modo alicui rem mi-
10 noris quam valet concedo,facio illi beneficium.† Et eſt bene
ficium,quicquid veræ æſtimationi rei excedit, imo etiam ꝙ
ſola affectione,quod nemo negare iuſte poſſit. Vt ergo bene-
ficium genus,nō requirit plenam gratuitatem,ita neque ſpe-
11 cies feudum ſcilicet.† Et ergo,ſi quis tāti feudum emeret,quā
ti communi æſtimatione re vera valet,ſi tamen eius affectio
erga rem talis eſt,quod gaudium ei præſtet, optimo iure erit
beneficium & feudū ex ſupra dictis,& vocabuli etymologia.
12 Nam beneficium ex eo proprie dicitur, ꝙ bene faciat. † Nec
obſt. ſecundo prædictis textus ille d.c.j.in fine. de feud.datis in
vic.leg. commiſſ. qui habet, Feudum non prætextu pecuniæ,
ſed amore & honore domini acquirendum eſſe, quia ſuo in
caſu intelligi debebit,nempe,feudum omnino ex beneuolen
tia domini fieri debere,alias feudum eſſe non poſſe, vt ſupra
dictum eſt,non etiam vt gratis dari debeat. Et ideo,ſi creditor
dicto in caſu d.c.j.de feu.dat.in vicem leg.commiſſ.vel ſimili,
mille,debitori ſuper pignore addere vellet, etiam ſupra iuſtū
pretium,vt in feudum teneret,ex tali tamē pacto,non vt feu-
dum acqreret nec poſſideret,quamuis pactum illud legis Cō-
miſſoriæ ſuper pignore admitteretur, imo iuſtum pretium ſi
addiceretur,textus in l.ſi fundo,§.fina.ff.de pigno. & ratio eſt,
quia ex amore & honore domini acquirendum eſt feudum.
c.j.de feu.dat.in vicem legis commiſ.in fine. Nunc ſi ex pacto
deberet ſeruare,& in feudum illi relinquere, cum ſtato tēpo-
re,cum ſtato tempore ex neceſſitate ſoluere non potuit, iam
non volens daret,& ita non ex beneuolentia, quod feudū re
quirit. Recte ergo textus inquit feudum non ſub prætextu pe
cuniæ,ſed amore domini acquirendum, quaſi diceret, Pecu-
nia non facit feudum,ſed beneuolentia domini,cum gaudio
accipientis,non quod feudum pecunia emi non poſſit, nam
hoc eſt falſiſſimum per omnia illa cc. per me ſupra in margi-
ne allegata,vbi recte feudum emitur. Conſtat igitur ex prædi
ctis,iuſte particulam, Liberam,(quam alii vbique apponunt)
omiſſam. Diximus ſecundo noſtra in diffinitione,Feudum eſ
ſe beneuolam conceſſionem rei immobilis. Et hoc ideo, qa
rerum mobilium feudum conſtitui non poteſt.c.1.verſi.ſcien
dum de feudi.cog.& huius ratio eſt,quia mobilia per vſum ꝯ
ſumuntur,proprietas ergo rei feudalis, quæ manere neceſſa-
rio penes dominum deberet,domino tandem periret. Cōtra
c.j.§.quamuis,de inueſt.de re alie.fac.& c.i.§. beneficium in q
bus cau.feud.ami. Nec obſtat, vſufructum conſtitui poſſe(cui
aſſimulatur feudum c.j.in fi.in quibus cauſis feu. ami.)rerum
mobilium quaſi conſumibilium §.conſtituitur.Inſt.de vſufru
ctu,vt pote ſeruorum,iumentorum,& ſimilium, quia & illæ
res tandem vſu conſumerentur & domino perirent,nequirēt
que penes hæredes manere perpetuo, quod feudum exigit.d.
c.j.in fi.in quibus cau.feu.amit. Adiecimus tertio deffinitioni
noſtræ verbum, Vel æquipollentis,quia annui reditus, penſio
nes ex Camera vel Canena,ſuperficies ſolo non cohærentes,
(vt ſunt plerunque ædes ruſticæ) licet immobilia non ſint,iſi
inter illa computantur.d.c.j.§. ſciendum de feudi cognit. Item
rurſus prouentus ex Vectigalibus,Thelonijs,Pedagijs,& ſimi
libus. Sic quoque prouentus fundorum, vt fructus. Item ius
piſcandi,venandi,lapides cedendi,iuriſdictiones, & ſimilia id
genus alia. Et ergo recte in feudum dati poſſunt, d.§.ſciendū.
vbi late Alua. & Doct. de quibus etiam ordine infra in Octa-
ua parte tractabimus. Subiunximus prædictis, Facta alicui ſuis
que hæredibus,& recte: Nam hęc verba ad feudi cognitionē
maxime pertinere putamus. Eſt enim de huius feudalis con-
tractus natura ad hæredes tranſmittere.c.j. de natura ſucceſſi.
feu.c.j.in fi.in quib.cauſis feu.ami.non tamen ignoro, etiam
aliquando feuda ad hęredes non tranſmitti ſolere, vt Rega-

lia,c.j.de feu.March.& Duca,tamen quia in reliquis omnibus
feudis propriis tranſmiſſio fiat,atque etiam hodie in Regalijs
c.j.in fi.de alie.feu.recte adiecta exiſtimabitis. atque per dicta
18 verba excludimus vſufructum.† Nam, licet & ille contractus
beneuolentiam habeat, ſimulque gaudium accipienti p̄ſtet
in immobilibus conſiſtere poſſit,tamen ad hęredes tranſmit-
ti poſſe impoſſibile eſt,ſeruata contractus vſufructus natura.
19 §.finitur,Inſt.de Vſufru. Sequitur, Maſculis,& bene:† nam feu
da eius quoque ſunt naturę, maſculos ſolum regulariter ad-
mittere,excluſis fœminis,niſi pacto prouiſum eſſet.c.j.§.& ga
ver.hoc quoque notandum de ijs qui feudum dare poſſ.c.i.§.
filia de ſucc.feu.c.j.de natura ſucc.feu.c.j.de feu.March. Et hoc
etiam ſi feudum fuerit fœmininum, dummodo maſculus ſu-
pereſt,c.j.de feudo fœminę. de quibus infra in parte non a la-
20 tius dicemus.† Atque hac rurſum particula excludimus con-
tractum emphyteuſeos,contractum locationis ad longum tē
pus,contractum ſuperficiarium,qui omnes contractus, licet
beneuolentiam dantis in ſe aliquando contineant, gaudium
accipienti pręſtent,in immobilibus conſiſtant, vtile dominū
transferant, ad hęredes tranſmittant. Tamen quia in his hę-
redes promiſcue tam fœminæ quam maſculi ſuccedunt,a feu
do differunt,in quo pręterquam maſculi ſuccedunt regulari-
21 ter nulli.† Et differt Contractus locationis ad lōgum tempus
a Contractu emphyteuſeos in eo potiſſimum, quod Emphy-
teuſis vendi poſſit,l.fi.C.de iure emphy. res locata ad longum
tempus minime. Secundo, res emphyteutica ad hoc datur,vt
melior fiat,quum plerunque conſiſtat in re ſterili,d.l.1.2.3.C.
22 de iure emph.non ita res locata.† Superficiarius vero contra-
ctus a locatione ad longum tempus nihil differt, niſi ꝙ alter
in ſuperficie fiat,l.1.& 2.ff.de ſuperficie.alter ſuper re qualibet
23 mobili vel immobili.† Adiectum quoque fuit, Hęredibus le-
gitimis,quę verba etiam faciunt ad intelligendam feudalis cō
tractus naturam,nā in his non omnes ſucceſſores promiſcue
ſuccedunt,qui appellatione hęredis veniūt, nec illi qui vt ma
ſculi agnati hęredis appellatione continentur.l.hęredis appel-
latione.ff.de uerbo. ſigni. verum ij tantum qui ab acquirente
primo feudum per virilem ſexum deſcendere, excluſis etiam
omnibus agnatis aliis,qui ab eo progeniti non ſunt,c.1.de ſuc
ceſſ.fratrum & grad.ſucceſſ.in feu.quod eſt notandum.& hoc
quando feudum eſt paternum. In nouo enim feudo agnati
collaterales non ſuccedunt,c.j.de fra.de nouo benefi. inueſti.
c.1.§.& quia,ver.ſin autem vnus,de iis qui feu.dar.poſſ.ca.1.de
ſucc.fra.& gra.ſucceden. in feudo deſcendētes vero omnes,vt
24 infra in 4.& 9. parte latius docebimus.† Hac ergo rurſum par-
ticula omnes alii prędicti contractus & ſimiles excluduntur,
in quibus ſemper omnes agnati ab inteſtato, iterum omnes
hęredes extranei ſuccedunt.d.l.hęredis appellatione,ff.de uer-
25 bor.ſign.† Et maxime contractus libellarius, qui licet ad legiti
mos hęredes aliquando libellum tranſmittat (vt infra parte,
12.vbi de alienatione agimus,doceo,) tamen appellatione hu
ius hęredis legitimi,ſolum venit maſculus filius ex parte acci
pientis,non etiam nepotes vel vlteriores,c.i.verſi.& ſi clientu-
lus,de alie.feu.vt clare innuitur certo aliquo textu,d.c.i. verſi.
& ſi clientulus,de alie.feu.in verbis, Sine legitimo hęrede ma
ſculo,quod verbum ita intelligendum eſt in feudo,id eſt, ſine
26 filio maſculo,& ſic eſſet ſpeciale in illo contractu.† Eſt enim
Contractus libellarius(de quo hic) quando vaſallus feudi me
diam partem domini ſui alteri alicui concedit ſub penſione
annua in perpetuum,vel ad tempus c.1.§.donare, qual.olim
27 feu.pot.alie,vbi Doct.iuncto.c.1.de alie.feu. † Et differt quoq;
ab Emphyteuſi,quia iſte contractus fit ſuper re feudali tantū,
& non ſterili. Contractus vero emphyteuſeos ſuper re quali-
bet,& ſterili,ut ſup. Item Emphyteuticarius non poteſt rurſū
rem emphyteuticariam alteri in emphyteuſim dare, irrequiſi
to prius domino,l.fi.C.de iure emph.uaſallus licite etiam, ir-
requiſito domino,ad medietatem in libellū dare potuit.d.c.i.
28 de alie.feu.c.1.qualiter olim potuit feu.alie.† Sequitur, per in-
ueſtituram,quę certe particula ad feudi naturam cognoſcen-
dam,neceſſaria eſt. Denotat enim ſubſtātiam feudi,nam abſ-
que inueſtitura feudum conſtitui poſſe impoſſibile eſt,ca.i.q-
bus mod.feu.conſt.poteſt.c.i.qui teſt.ſunt neceſ. ad nouam in-
ueſt.proban.debet enim illa ſolenniter fieri, uel per rei ipſius
conceſſę in feudum traditionem,uel per aliud quippiam cor
poreum,haſtam ſcilicet,enſem,annulum, uel ſimile traden-
do,& hoc coram paribus Curię omnino, ſi habet, alias non
ualeret.c.i.quid ſit inue.d.c.i.qui teſt.ſunt neceſſ.ad nouam in
ueſti.prob.iuncto c.i.quib.mod.feu.conſt.pot. Et quid ſit inue
ſtitura,& quomodo fiat, infra in parte 9. tractabo. Per hanc
quoque particulam ſupradictos contractus excludere poſſu-
mus,qui inueſtitura tali non fiunt,atque iſte feudalis contra-
ctus. Subiungitur, Cum utilis dominii tranſlatione, retenta p̄
prietate, Nam licet feudum eius ſit naturę,ut tranſmittatur ad
hęredes omnes legitimos. tum quod hęredi uel uaſallo acci-
pienti auferri nunquam poſſit ſine culpa,c.i.in fi.in quib.cau.
feu.

feu.aml.c.j.de feu. ſine culpa non amit. tum plenum non trāſ
fertur dominium,ſed ſolum utile.c.i.§.quamuis. de inueſti.de
29 re alie.facta.c.1.in fi.in quib.cau.feu.ami.His†rurſum particu
lis excludimus primo Contractum precarię in fœminino ge
nere,qui Contractus plenum transfert dominium in accipiē
tem,apud alienātem uero nudum uſufructum relinquit, uel
30 aliud quippiam nomine illius uſufructus.c.precarię.x.q.2 †Fit
enim Contractus precarię,cum quis Eccleſię rem ſuam im
mobilem dat,ut ſibi uſumfructum illius rei ad uitam ſeruare
poſſet,tum pręter hoc ab Eccleſia tantum percipere fructuū,
atque fructus ſuę rei exiſtunt, uel triplum fructuum eius no
mine.d.c.precarię.10.q.2.Alterius uero Contractus precarię.
meminit Panorm.alibi.in c.extra,de preca.ubi uidere licebit.
31 †Secundo his uerbis excludimus Contractum cenſualem,q
etiam vicinitatis plurimum cum feudo habet, nam ex bene-
uolentia aliquando procedit,gaudiumque accipienti p̄ſtat,in
rebus immobilibus cōſiſtit, tamen dominium vtile non ſolū
tali Contractu transfertur, verum etiam directum plerumq;
dominium,adeo vt nihil etiam iuris illa in re, penes conce-
dentem quaſi remaneat,præterquam quod cenſus annuus,vt
antiquior dominus in memoria maneat,ei ſoluatur. ita glo.
communiter approbata in c.conſtitutus,in verbo,iuxta ratā,
ext.de reli domi.In hoc quoque a feudo differt, quod etiam
ſi in concedentem delinqueret,per hoc tamē cenſualem fun-
dum non amitteret,ſecus in feudo d.glo.vbi Panor.iuncto to
32 to ti.quæ fuit prima cauſa benefi.amit.†Sic quoque differētia
eſt inter Contractum cenſualem, & Emphyteuticum: nam
Contractus emphyteuticus,directum quoque dominium nō
transfert,ſed vtile.l.j.C.de iur.emph.Cenſualis maxime, vt di
ximus,Item Emphyteuta penſionem ſoluit,Cenſuarius vero
cenſum,quæ differunt:nam Cēſus ex re noſtra,Penſio ex alie-
na datur.d.gl.in verbo,iuxta ratam.Iterum non ſoluta penſio
ne intra tempus lege definitum, res emphyteuticaria in com
miſſum cadit.l.2.C.de iure emph.c.potuit,ext.de loc. Cenſua
lis nullo tempore, etiam ſi per mille annos Cenſum non ſa-
tisfeciſſet,d.gl.& ibi Pano.quæ bene ſunt notanda. Addimus
poſtea in deffinitione quoque verbum,Sub fidelitate,q̄ parti-
cula quoq; recte addita cenſeri debebit:nam impoſſibile quo
que eſt,feudum abſque fidelitate conſiſtere.Feudum enim ab
ipſa fidelitate dicitur,ca.1. § nulla, per quos fiat inueſti. aut a
33 fœdere,vt Zaſius vult.in j.parte ſui tractatus feudorum.†Atq;
adeo neceſſariam hanc putauerim, vt nec pacto remitti poſ-
ſet,vt ea quæ de ſubſtantia contractus eſſe dicuntur, priuato-
rum enim pactis iuri publico vel ſubſtantialibus derogari ni-
hil debet.l.fi.in fi.ff.de ſuis & legit.hęred.l. nec ex prætorio,ff.
34 de reg.iu.ar.l.nemo poteſt.ff.de lega.j.†Non tamen negamus,
iuramentum fidelitatis remitti poſſe,dum tamen ipſa ſubſtā-
tia fidelitatis integra maneat,iſtud enim fieri poſſe expreſſum
eſt.in d.§.nulla,per quos fiat inueſt.Iuramentum ergo remitti
poſſit,manente fidelitate.Eſt enim multis viris grauibus reli-
gio iurare, non minus tamen bene & fideliter omnia agere.
Vt ergo pactum reiicitur ne dolus præſtetur l.contractus.in fi
ne.ff.de reg iu. ita a ſimili pactum non valere intelligimus ne
fidelitas præſtetur,quum vtrobique per hoc ad delinquēdum
35 inuitaretur.†Atque ideo conceſſio feudo(non remiſſo iura
mento,ſi vaſallus fidelitatem,hoc eſt, iuſiurandum domino
exigente pro fidelitate ſeruanda præſtare nollet)licite illi inue
ſtitura a domino negari poſſet.d.ca.j.§.nulla,per quos fiat in-
ueſti.Quatuor ergo in diffinitione. iſta neceſſaria in feudo fie
ri ſeu ſubſtantialia requirimus, Beneuolentiam nempe dātis,
Gaudium ex parte accipientis,Inueſtituram,& Fidelitatē.Po-
ſtremo,adiecimus,Sub exhibitione ſeruitiorum honeſtorum
profecto vt rei turpis ſtipulatio,mandatum,nullam parit ob-
ligationem,l.generaliter.ff.de verb.oblig.l. ſi remunerandi,§.
rei turpis,ff.manda.cum ſimilib.ita quoque ſeruitij obligatio
turpis in feudis,multo minus nulla horum,ſi promiſſio facta
36 eſt.†Et ideo vaſallus domino in rebus turpibus, inhoneſtis,in
iuſtis,iuuare,obedire,tum obſequio eſſe neceſſe non habet.ar
gu.l.hę demum,l.eius,ff.de oper.libert0.c.1.in princ.hic fi.lex.
Nec putet quis partem hanc ſuperflue appoſitam,cum feuda
eſſe libera poterunt, ſeu franca,quia diffinitio noſtra ad ea ten
dit quę ſæpius,non quæ rarius contingunt,rarius enim franca
ſæpius vero ob præſtanda ſeruitia feuda tribuuntur.c.1.in fin.
37 in quibus cauſis ſeu am. †Et licet franca feuda externi ſeruitij
præ ſe nihil ferunt,nec ſeruitio vaſalli ſint aliquo aſtricti, te-
nebuntur tamen poſſidentes ad obſequialia ſaltem ſeruitia,
vt Libertus Patrono.arg.c.i.& ibi glo.de uaſal.qui contra con
ſti.Lothar.reg.Rurſum ad hoc, ne in dominum delinquant,
& ad ſimilia,de quibus infra ſuo loco, Et hæc quoad deffini-
tionem ſufficerint.Nunc ad tertiam partem contendamus.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio feudi in ſuas ſpecies.*
2 *Feudum nouum quid ſit.*
3 *Feudum paternum.*
4 *Feudum antiquum.*
5 *Feudum eccleſiaſticum,& quotuplex.*
6 *Feudum ſeculare.*
7 *Feudum regale.*
8 *Capitanei regni qui dicantur.*
9 *Feudum non regale.*
10 *Feudum nobile.*
11 *Qui per feuda nobilitantur.*
12 *Regni Valuaſores qui ſint.*
13 *Minores valuaſores.*
14 *Feudum ignobile.*
15 *Ruſticus rerum ſuarum adminiſtrationem habens,feudum dare poteſt.*
16 *Nobilitas ex militia potiſſimum proceſſit.*
17 *Quintus Cincinnatus a raſtris ad Dictaturam vocatus.*
18 *Strenuiſſimi quique milites ex agris.*
19 *Feudum ligium.*
20 *Feudum ligium non ſuſcipitur niſi ab Imperatore,vel rege.*
21 *Homo ligius quis dicatur.*
22 *Feudum non ligium.*
23 *Feudum maſculinum,& quotuplex.*
24 *Feudum fœmininum,& quotuplex.*
25 *Feudum francum.*
26 *Feudum de Camera quid,& feudum Cauenæ.*
27 *Feudum in Curte domini quid ſit.*
28 *Curia vel Curtis domini quæ dicatur.*
29 *Feudum extra Curtem domini quid ſit,& quando dicatur.*
30 *Feudum emptitium,& feudum gratuitum.*
31 *Feudum certorum ſeruitiorum.*
32 *Feudū incertorum ſeruitiorum.*
33 *Feudum Guardiæ.*
34 *Feudū Caſtaldię.*
35 *Feudum quod pro mercede datur.*
36 *Feudū quod pro ſe & hæredibus,& quibus dederit,datur.*
37 *Feudum Soldatæ quid &,quale ſit.*
38 *Feudum habitationum.*

PARS TERTIA, DE FEVDALI DIVISIONE in ſpecies diuerſas.

1 HActenus †declarauimus quid feudum ſit
in genere,& unde dicatur, nunc
genus in ſuas ſpecies diuidemus.Et quāquam dua
bus ſolum ſpeciebus omnia complecti poſſem, di
cendo,Feudum aliud eſſe proprium,aliud improprium,tamē
ne nouus videar,ęquidem etiam aliquot ſpecies enumerabo,
vt & alii Doc.fecere.Primo ergo,feudum aliud nouum,aliud
paternum,ſeu antiquum dicitur.Secundo, feudum aliud Ec
cleſiaſticum,aliud ſeculare.Tertio,feudū aliud regale, *aliud*
non regale.Quarto,feudū aliud nobile,aliud ignobile. *Quin*
to,feudum aliud ligium,aliud non ligium.Sexto,*feudū aliud*
maſculinum,aliud fœmininum.Septimo,feudum aliud fran-
cum,aliud non francum.Octauo, feudum aliud de Camera,
aliud de Cauena. Nono, feudum dicitur aliud eſſe in Curtę
domini,aliud extra Curtem Domini.Decimo, feudum aliud
emptitium,aliud gratuitum.Vndecimo, feudum aliud certo-
rum ſeruitiorum,aliud incertorum.Duodecimo,feudū aliud
Guardiæ,aliud Caſtaldię.Decimotertio, feudum aliud quod
pro mercede datur,aliud quod Ita datur, vt vaſallus, vel eius
hęredes,vel quibus dederit,habeant.Decimoquarto, feudum
2 aliud Soldatę,aliud habitationum.His contentus ero.†Nouū
feudum dicitur reſpectu antiqui ſeu paterni,& dicitur nouū,
quod de nouo acquiſitum fuit.Et habet initium a perſona in
ueſtiti,nec prouenit per ſucceſſionem a maioribus.c. i.qui te-
3 ſtes ſunt neceſ.ad proban.nouam inueſti.†Paternum proprie
dicitur,quod a patre,vel ab aliquo aſcendētium vſq; ad quar
4 tum gradum incluſiue obtentum eſt.c.i.§.de feu.ſucceſſ.†An-
tiquum vero proprie, quod a moribus etiam ſupra quartum
gradum acquiſitum fuit. Hodie tamen promiſcue paternum
vel antiquum dicimus,quod ab vno ex maioribus noſtris pro
uenit.c.j.de ſucceſſ.frat.& grad.ſucceden.in feu.& ca. j.§.pater
5 num,de natura ſucceſſ.feud. †Feudum Eccleſiaſticum tripli
ter dicitur. Primo, vel quod ab Eccleſia, vel Epiſcopatu,vel
Abbatia,vel ſimilibus,datur.c.i.de ijs qui feud. dar. poſſunt.c
1.Epiſcopum vel Abbatem.c.2.extra de feud.Secundo, quod
ab Eccleſia,Abbatia,Epiſcopatu,vel alio pio loco ſuſcipitur,
dum tamen id fiat ab aliquo Abbate,Epiſcopo,vel Eccleſia,
vel ipſo Papa,quę duo mera Eccleſiaſtica vocantur.Tertio,q
datur vel ſuſcipitur a Clerico,vel eccleſiaſtica perſona,non tā
quam ab Eccleſia,ſed de ſuis propriis patrimonialibus bonis,
quod tamen ſeculare dici poteſt.ca. i.de cleri.qui inueſti.facit.
6 †Seculare dicitur, quod a ſeculari principe vel domino acci-
piatur,ſiue a laica ſiue eccleſiaſtica pſona, reſpectu Eccleſię,
Abba-

Abbatiæ, vel Prælaturæ. Nam hi poſſunt etiã a laico feuda ac
cipere.c.i.§.fi.de capit.Conrad.ca.j.de iis qui feu.dare poſſunt.
7 †Feudum Regale dicitur, quod a Rege vel Imperatore reco-
gnoſcitur, habens annexam dignitatem, vt feudum Ducatus,
8 Comitatus, Marchionatus.c.j.de feu.Marc. † Et hi qui illa ſu-
ſcipiũt, Duces, Comites, & Marchiones dicuntur, & regni Ca-
pitanei c.i. quis dicatur Dux, Comes Marchio. c.j. de ijs qui
9 feu.dare poſſ †Nam Regale dicitur, quod vel ab inferioribus
a Principe recognoſcitur, ſeu Rege, vel a Rege quidem, non
tamen habens ita annexam dignitatem.c.i.de ijs qui feu.dare
poſ.vbi Aluar.& alii, & c.j.ver.qui vero a principe, quis dica
10 Dux, Comes, March.†Feudum nobile dicitur ab eo, quod ac-
cipientem nobilitat, veluti cum ab Imperatore, Rege, vel Pa-
pa confertur.c.j.quis dica.Dux, Co. Marchio. & ibi Docto. Et
hi regni Capitanei dicuntur, c.2.de ijs qui feu.dare poſ. vt an-
11 te diximus.†Nobilitantur quoque, qui ab iis rurſum infeudã-
tur, qui ab Imperatore, Rege, vel Papa habuere primum, velu
ti a Ducibus, Marchionibus, Comitibus, minus tamen quam
12 principales.†Et hi proprie regni Valuaſores, & Capitanei tan
tum dicuntur.tex.in d.c.j.de ijs qui feu.da.poſſ.& d.c.j.quis di-
ca. Dux, Co.March. Rurſum, qui ab ipſis iterum infeudantur,
per hoc nobiliores fiunt, ſi antiquitus aliquid nobilitatis ha-
13 buere.de quo Aluar.in d.c.j.quis dica. Dux, Com. March.†Et
hi proprie dicuntur minores Valuaſores.c.i.de iis qui feu.dar.
14 poſſ.c.i.quis dica.Dux, Co March.vbi Docto.†Ignobile dicit̃,
quod a minoribus Valuaſoribus, vel a priuatis in feudum cõ
ceditur, d.c.1.de iis qui feu.da.poſſ.inquit enim Bal.in d.c.1.de
15 iis qui feu.da.poſſ.†ruſticum poſſe feuda dare, dummodo ſua
rum rerum adminiſtrationem habeat.c.i.§.noui, ꝑ quos fiat
inueſtitura. Iſti tamen per hoc non nobilitantur. Late de his
alibi Doct.& maxime Aluaro.in c.i.§.cæteri, quis dica. Dux,
Comes, March. Non tamen dubito, ſi ruſticus ſuo cum Vaſal
16 lo ſub Principe egregie militarent, quin fierent nobiles:†reſpe
ctu enim militiæ nobilitas acquiritur, & contingit, ut optime
ſentit quodam loco Alciatus.in ſuo tract.de ſingula. certami.
Non enim proſapia, ſed virtutis egregia facta, nobilẽ efficiũt,
quæ non ſecus a ruſtico, quam ab alio quolibet fieri queunt,
17 †vt clare patuit in Lucio Quintio Cincinnato, quem miſſi le-
gati nudum trans Tibrim arãtem Dictaturæ inſigniis, reiectis
raſtris, ligone, cæteriſq; ruralibus inſtrumentis decorauere, vi-
de Liuium lib.3.dec.1. Val.Max.lib.4.c.4. quam is verum ege-
rit militem, cæteriſque in re militari præcelluerit, nemo eſt q
18 ex hiſtoriis ignorat, vt hic non opus ſit Vegetium adferre, †q
ex agris dicit potiſſimum milites eſſe diligendos, ac ſtrennuiſ-
19 ſimos fore atteſtatur.†Feudum Ligium dicitur, quando iurat̃
fidelitas ſuper feudo contra omnem hominem mundi, nullo
20 excepto.†Et iſtud non ſuſcipitur, niſi ab Imperatore, vel Re-
21 ge, qui ſuperiorem nõ agnoſcũt. †Dicitur enim homo ligius
quaſi ſuo domino plane alligatus; ita alibi gloſ. in clemen.
paſtoralis, de re iud. quæ ſolum de eo mentionem facit, & alio
loco Specu.in § quoniam, verſi 1.de feu. & huius quoque fit
mentio in c.ſi quis inueſtitus, in ti.de feu.& benefi.conſt.Imp.
22 in extraor.†Non ligium dicitur, quando in iuramento fideli-
tatis, prior ſeu antiquior dominus excipit̃. c. l.de noua forma
fidel.c.1.§.fi.de prohi.feu.alie.per Fed.c. 1. In fi.hic finitur lex,
23 dein.conſue.regni incip.†Feudum maſculinum dicitur dupli-
citer, vel quod ad maſculos tantum tranſmittitur, non ad fœ
minas, c.i.§.i.verſi hoc autem notandum, de iis qui feud. dare
poſſ.c.1.§.filia, de ſucceſſ.feu.vel quod ſolum a maſculis prius
acquiſitum eſt, licet ea conditione, vt quoque ad fœminas trã
ſeat.c.i.de eo qui ſibi vel hęr.ſuis maſcu.& fœmi.inueſt.accep.
24 †Fœmininum quoq; dicitur dupliciter, vel ad fœminas trãſit,
licet a maſculo prius acquiſitum eſt, d.c.l.de eo qui ſibi uel hæ
red.ſuis maſc. & fœm. inueſt. acc. vel quod ad fœminas prius
25 acquiſitum eſt.c.1.de feu. fœminæ. † Feudũ Francum dicitur,
qđ ita vaſallo datur, vt ab omnibus ſeruitiis ſit immunis: Fran
cum enim (Gallico idiomate) liberum dicimus. Cum ergo in
in ſtro feudali vel inueſtitura inuenitur hoc modo: Titius cõ-
ceſſit tale caſtrũ, territoriũ, vel ſimile Petro, in feudũ liberum,
ſeu francũ, hæc conceſſio importabit feudum oĩ ſeruitio eſſe
liberũ. Et licet de iſto feudo in iuribus his noſtris feudalibus
mẽtio non fiat, alibi tñ meminit tex. huius. In ca. ſi cui militi,
in ti.de feu.& benefi.conſt.imperial.in extraordi. quem ponit
26 Alua.in fi.comment.ſuorum, de feu.†Feudum de Camera di
citur, vel etiam Cauena, cum aliquid annuum ex Camera fiſ
cali, vel ex alio aliquo loco, vt pote Theſaurario, vel ex Vecti
galibus, vel menſa Argentariorum, vel ſimilium, in feudum
confertur. Mar. Lauden.in c.i.§.item ſi fuerint, quib. mo.feud.
amit.tit.1. Alua.& alii in c.1.ver.ſciendum de feu.cog.& Zaſi.
in vl.parte 8.concl.& huius fit mentio in c.i.ver.ſciendum, de
27 feu.cog.& in c.i.§.ſi vero vaſallus, quid ſit inueſt.†Feudum in
Curte domini dicitur, quãdo dominus habet dominium, vel
poſſeſſionem totius villæ, vel territorii alicuius, ita quod om-
nes ruſtici & coloni d. villæ recollectos fruct⁹ villæ neceſſe ha-
bent deferre ad domum dominicalem, hoc eſt, ipſius domini
28 exiſtentem, in dicta villa†quæ domus proprie Curia ſeu Cur
tis domini dicitur. Et ergo ſi dominus concederet partem il-
lius villę, alicui in feudum, dicitur ille qui ab illo accepit vaſal
lus ex Curte domini, & feudum in Curte domini eſſe. Aluaro
tus in procemio in 14. ſua diuiſione & Zaſi.in princ. xi. partis,
& fit huius mentio in c.1.§.fi.in fin.quibus mo.feud.am.& in
c.1.§.ſi quis de manſo, ſi de inueſt.feu.contro.fuerit, vbi etiam
29 Docto.†Extra Curtem feudum eſſe dicitur, quãdo dominus
non habet dominium totius villæ, ſed poſſeſſiones pro maio
re parte ſunt ruſticorum vel aliorum, & dominus ſolum poſ
ſidet ibi modicum, puta, duas vel tres poſſeſſiones, ita ꝙ ꝓptę-
rea ibi Curiam vel domum non habeat, tunc ſi dictas poſſeſ
ſiones, quas ibi habet, daret alteri in feudum, iam diceretur va
ſallum habere extra Curtem ſuam, & feudum eſſe extra Cur-
tem ſeu Curiam domini.c.i.§.pen.& ulti.quibus mo.feu.ami,
ti.i. Sed paucis putauerim feudum in Curte domini tunc dici,
cum dominus ibi ſolum habet Curiam iuriſdictionalem, re
ſpectu feudi illius, etiã ſi ibi nullas alias poſſeſſiones retineat,
quod innuit textus alibi ſatis in c.j.§. pręterea uer. ſimiliter q-
bus mo.feu.ami.tit.i.in uerbis. & Dominus diſtrictum habue
rit uel alium honorem, ubi prohibetur libelli nomine aliena
re propter ſolum diſtrictum uel alium honorem, etiam cum
30 non eſt in curte domini feudum, & ſic a ſimili, †Feudum em-
ptitium dicitur, quod pecunia, uel alia aliqua re acquiſitũ eſt.
31 Grauitum, quod gratis collatum eſt. †Feudũ certorum ſerui-
tiorum dicitur, quod ad certa aliqua ſeruitia pręſtanda datur,
ueluti, ut uaſallus ſit ſuper re præſcripta, ut puta uxori ſuæ ut
præcedat, eam expectet, uel ſeruiat, uel ſimile agat. Feudum
incertorum ſeruitiorum dicit̃, cum nullum certum ſeruitiũ
32 deputatur, ſed ad ſeruitia in genere feudum confertur, †Feudũ
33 Guardiæ dicitur, quod dominus alicujus caſtri uel territorii ꝓ
cuſtodiendo caſtro uel territorio alicui concedit. Nam Guar
34 dia dicitur cuſtodia, & Guardiani, cuſtodes † Feudum Caſtal
dię dicitur, quod dominus eligendo rerum ſuarum guberna
torem, pro gubernatione ei aſſignat, ut in feudum hẽat: Ca
ſtaldia enim dicitur gubernatio, & Caſtaldi gubernatores. de
35 his duobus feudis Doct.in c.2.de feu.guar. & Caſtald.†Feudũ
quod pro mercede datur, dicitur, quod dominus pro officio
aliquo uili, ut pote Coci, uel ſimili alicui aſſignat. de quo in
36 c.4.ubi Docto.de feu.Guard.& Caſtal.†Feudum quod ita dat̃
ut uaſallus uel eius hęredes, uel quibus dederit, habeant, dr̃ ꝙ
dominus alicui confert, dando poteſtatem eo faciendi quod
lubet. de quo in cap. j.de feud.non haben.propriam nat.feud.
37 †Feudum Soldatę eſt pſtatio quædam annua gratuita immo
bilibus conſiſtens, & dicitur ideo Soldatę, quod plerunque in
ſolidorum donatione conſiſtat, quãdoque etiam in uino, bu
tyro, & ſimilibus conſtituitur. de eo habetis in c. i. in fi. qui.
dica. Dux. Com March. Solent enim talia feuda aſſignari no
bilibus depauperatis pro uitę ſuſtentione. Docto. in d.capit.i.
38 †Feudum habitationum dicitur, quando dominus alicui ha
bitationem in feudum largitur, de eo quanquam nihil in no
ſtris iuribus feudalibus habeatur, fit tamen eius mentio alibi.
in c.feuda habitationum, in ti.de feud.& benefic.Conſt. Imp.
in extraor. Et hęc ſufficerint, quo ad hanc partem tertiam, de
feudi diuiſio. eiuſque ſpeciebus.

S V M M A R I V M.

1 *Natura diuerſorũ feudorum enucleantur.*
2 *Feudi proprii natura.*
3 *Feudo proprio quæ natura in dubio ineſſe præſumantur.*
4 *Contra feudi naturam qui aliquid adſert, dictũ ſuũ probare debet, quũ præ ſumptio ſit contra ipſum.*
5 *Feudum non habens propriam naturam, quando proprie dicatur.*
6 *Feudũ ſolum alteratur in iis, a quibus pacto receſſum eſt, in aliis nihil mutatur.*
7 *Feudũ nouum cuius ſit natura.*
8 *In feudo nouo collaterales non ſuccedunt, ſed ſolum deſcendentes.*
9 *Feudũ nouũ regulariter non nobilitat.*
10 *Nobilitas in ictu oculi non naſcitur.*
11 *Ex feudo nouo aliquando quis nobilitatur.*
12 *Feudũ nouum an pater in præiudicium filii refutare poſſet.*
13 *Feudũ paternum vel antiquũ cuius ſit natura.*
14 *In feudo antiquo ſeu paterno tam collaterales quam deſcendentes ſuccedunt.*
15 *Feudum eccleſiaſticum cuius ſit naturæ.*
16 *Epiſcopus, Abbas, vel Prælatus non poteſt ſucceſſorem in officio grauare inueſtiendo, vt ex vi pacti feudum poſt mortem poſſidentis det, cui illi addixerant.*
17 *Ratio quare Epiſcopus, Abbas, aut ſimilis perſona modo prædicto ſucceſ ſorem grauare non poſſet.*
18 *Hæredes laicorum factum defuncti præſtare debent.*
19 *Inueſtitura noui feudi eccleſiaſtici non requirit pares curiæ neceſſario, & ratio*

ratio quare.
20 *Feudi natura a quo mutari poſſet,& a quo non.*
21 *In feudo,quod habet eccleſia, culpa non punitur, niſi ad vitam eius qui illud eccleſi.nomine tenet.*
22 *Feudum regale cuius ſit naturę.*
23 *Feudum Regale non diuiditur.*
24 *Super controuerſia feudi Regalis,ſolus Imperator vel Rex cognoſcit.*
25 *Feudum Ligium cuius ſit natura.*
26 *Super feudo Ligio ipſe dominus ſemper cognoſcit.*
27 *Feudum maſculinum cuius ſit naturæ.*
28 *Feudum fęmininum cuius ſit naturæ.*
29 *Feudum fęmininum a maſculo acquiſitum cum pacto vt maſculi & fęminæ ſuccedant,cuius ſit naturæ.*
30 *Feudũ Francum cuius ſit naturæ.*
31 *Feudũ Francum non poteſt tranſmitti ad eccleſiam,monaſterium, vel ſimilem locum.*
32 *De feu.franco.non magis vaſallus teſtari poteſt, quam de quouis alio feu. nec etiam poſſet alienare,inuito domino.*
33 *Feudum in curte domini,cuius ſit natura.*
34 *Feudũ de Camera vel Cauena cuius ſit naturæ.*
35 *Feudum Cameræ uel Cauenæ morte damis non finitur, contra Doct.*
36 *Feudũ Cameræ uel Cauenæ dicitur rectum feudum.*
37 *Feudum emptitium cuius ſit natura.*
38 *Feudũ emptitiũ fęminas non admittit contra Odofre.& alios.*
39 *Feudũ certorum ſeruitiorum cuius ſit natura.*
40 *Feud.cert.ſer.eſt proprium feudum.*
41 *Feuda aliqua licet a naturis propriorum feud.in aliquo degenerent,nõ tamen ob id impropria dici debent.*
42 *Qualitas ſubſtantiam non mutat.*

QVARTA PARS, DE NATVRIS feudorum proprium.

1 HActenus †docuimus in parte ſecunda, qd
ſit propriũ feudum,in tertia par
te iam quoque ſpecies feudi. Reſtat nunc in quar
ta parte; ſingularum ſpecierum enumeratarum
naturas paucis enucleare. Vt enim contractus alij ſua ſubſtã-
tialia & naturalia habent,vt (exempli gratia) emptio, pretiũ,
quod eſt de ſubſtantia.§.precium,Inſt.de emp.& venditio.rur
ſus euictionem,quæ natura cõtractui emptionis ineſt, etiam
ſi de ea cautum non ſit.toto ti.de euict.ff.& C. & l.pacta, vbi
glo.ff.de contrah.emption.Ita quoque iſte contractus feuda-
lis:Quæ enim de ſubſtantia feudi ſunt, in diffinitione, ſupra
ſatis declaratum eſt.Hic nunc quæ ſint de natura feudi ꝓprii,
dicemus. Priuſquam tamen ad ſingularum ſpecierum natu-
ras deſcendam, primo, quæ ſemper natura proprijs feudis in
ſunt,enumerabo,quæ tamen in diſcurſu, ſuo loco vbique la-
tius explicabuntur. Sufficerit enim hic ſaltem obiter eius fa-
2 cere mentionem. †Natura ergo proprij feudi eſt quædã qua-
litas,feudis a principio innata ſeu cognata,ex qua virtus cõ-
tractus proficiſcitur,& regulariter ſemper cenſetur ineſſe feu
do,niſi per pactum contrarium factum ab aduerſa parte pro
betur.Aluaro.& alij omnes præludijs feud.& tex.in c.1.§.fi.qd
3 ſit inueſt.†Primo ergo(natura)proprio feudo ineſt, quod ad
fœminas non tranſmittitur.c.j.§.j.verſi.hoc autem notãdum,
de ijs qui feud.dare poſſ.c.j.§.filia,de ſucceſſ.feudi,c.j.de ſucce.
fra.& grad.ſucceden.in feudo.c.1.de natu.ſucceſſ.feu.& ergo ſi
filia,neptis,vel ſimilis defuncto exiſtẽte in proximiori gradu,
dicere vellet feudum ad ſe pertinere,hoc ꝓbare haberet, cũ
ſit contra naturam feudi, ad fœminas tranſire, dictis cc.cita
tis,& c.1.§.fi.quid ſit inueſtitu.& ſic in ſimilibus poſtea dicen
dum,ne ſit opus ſæpius idem repetere.Secundo, eius eſt natu-
ræ,quod nunquam in eo ſuccedunt aſcendẽtes in recta linea,
& ſic pater non ſuccedit filio,nec auus nepoti, & ſic deinceps
c.j.de natu.ſucceſſ.feu.Tertio,eius naturæ eſt, quod tranſmit-
tatur ad legitimos hæredes.d.c.1.de natu.ſucc.feu.c.1.de ſucce.
feu.c.1.de ſuc.fra.& grad.ſucce.in feu.Quarto eius naturæ eſt,
quod ſine culpa vaſalli ſemel datum auferri non debet.c.1.de
natu.feu.c.j.de feu.ſine culp.non ami.Quinto, quod ad ſerui-
tia præſtanda teneatur.c.3.in fi.in quib.cau.feu.amit.Sexto, ꝙ
ſine conſenſu domini feudum alienari non poteſt.c.1.de pro
hib.feu.alie.per Fed.c.1.qual.olim po.feu.alie. Septimo, quod
etiam dominus non poſſet alienare dominium directum feu
di,ſine conſenſu vaſalli.c.1.§.ex eadem,de lege Conr.c.2.quo
tempore miles inueſt.pe.deb:Octauo,eius quoque naturę eſt,
vt licite poſſit vaſallus acceptum feudum alteri in feudum da
re.c.1.§.ſi vero,qualiter olim feu.pot.alie.c.j.§.Callidis,de pro
hib.feu.alie.per Fed.& §.illud,eod.titu.c.1.§.ſed etiam res,per
quos fiat inueſt.Nono,quod ſolum ijſdem legibus quibus ip
ſe habuit,in feudum dare poſſet.c.j.§.ſimiliter,de lege Conra
di.Decimo,quod ſolũ æquali ſibi.d.c.i.§.ſimiliter.Vndecimo,
eius naturæ eſt,quod ſecundum ius feudale, hęredes legitimi
deſcendentes in eodem gradu æqualiter ſuccedant.c.i.§.& qa
de ijs qui feu.dar.poſſ.c.j.de ſuc.feu.Duodecimo, eius naturę
eſt,quod hęredes vnius gradus,licite inter ſe diuidere feudum
poſſent,c.1.§.paternum,vſque ad fi.de natu.ſucceſ.feu.c.i.§.ſi
quis per triginta,verſi.omnes filii,ſi de feu.defunct.conten.ſit
inter do.& agnatum vaſ.Decimotertio,eius naturę eſt, quod
pater vaſallus de eo nihil diſponere poſſit in pręiudicium le-
gitimorum hęredum.c.i.de ſuc.feu.c.i.donare, qualiter olim
feu.po.alie.c.i.de prohib.feud.alie.per Feder. Decimoquarto,
eius naturę eſt,quod per habitus clericalis aſſumptionẽ amit
tatur,c.j.§.ſi quis per triginta verſi.qui clericus,ſi de feud. def.
conten.ſit inter do.& agnatum vaſal.ca.i. de vaſallo mili.qui
arma bellica depo. nec poſſint Clerici in feudo ſuccedere.c.i.
in 2.reſponſo,de feu.fœminę.c.i.in fi.an mut.vel ali.imperfec.
Decimoquinto,eius naturę eſt,quod muti, ſurdi, & ſimiliter
imperfecti,plane incurabiles in feudo non ſuccedant.ca.j.§.
quinetiam,ver.mutus epiſcopum vel Abb.c. i. an mu.vel ali
imperfe.Decimoſexto,eius eſt naturę,quod regulariter natu-
rales legitimati filii in eo non ſuccedant.c.i. §.naturales,ſi de
de feudo defun.conten.ſit inter do. & agna. Decimoſeptimo,
eius eſt naturę, quod quandocunque a vaſallo erga dominũ
delinquitur,quod tunc ſtatim feudum ad dominum reuerta-
tur,excluſis omnibus legitimis hęredibus:Quando vero erga
alium delinquit,tali tamen delicto ex quo feudum amitti de-
debet,quod tunc ad legitimos hęredes deuolui debeat,in c.1.
§.fi.quę fuit prima cauſa benefi.amit.c.1.ſi vaſal.feud. pri. cui
deſe.ſecundum diſtinctionem a nobis datam infra in princi-
pio duodecimę partis, vbi de his latius. Decimooctauo eius
naturę eſt,quod euicto feudo ab alio, dominus teneatur ad
aliud ęquiualens,reiecta pręſtatione intereſſe.c.1. de inueſt.de
re alie.facta,iuncto c.1.§.ſi facta,ſi de feu.defun.conten.ſit in-
ter dominum & agnatum.vaſalli.Decimonono, eius naturę
eſt,quod licite poteſt a vaſallo refutari domino, eo etiam in
uito.c.1.de vaſallo qui contra conſtit.Lothar.reg.feu.alie.Po
teſt quoque refutare in aliquem legitimorum hęredum, etiã
inuito domino.c.2.de eo qui finem fecit agna. ſuo de feud.pa
tern.c.1.de alie.feu.pater.Vigeſimo,eius eſt naturę,quod fide-
litas iuramento cõfirmari debet a vaſallo.c.1. §.ſed etiam res
verſi.nulla per quos fiat inueſt.cap,1.quid pręcede.debeat.Vi-
geſimoprimo,eius eſt naturę feudum,quod cum ſuper eo cõ-
trouerſia ſit inter dominum & vaſallum, nõ poſſint a ſemu
tuo exigere iuramentum calumnię.c.1.§.in quibus de cõſue.
rec.feud.Vigeſimoſecundo,eius eſt naturę feudum,quod pro
hibeat(feudo accepto)poſſe vaſallum dominum vel accuſa-
re,vel vllum contra eum teſtimonium dicere extra feudi cau
ſam,& econtra dominum accuſare vaſallum. vel vllum teſti
monium contra dicere.d.c.1.§.in quibus de conſue. re. feu.Vi
geſimotertio,eius eſt naturæ,ꝙ vaſallus ſuper feudo, etiam in
pręiudicium domini,poſſit trãſigere.c.1.§.ſi vaſallus feudum
ver.ſi vaſallus ſi de feu.defun.cont.ſit.c.j.de contro.int.vaſa.&
alium de feu. Et hęc ſufficerint(quanquam multo plura poſ-
ſum accumulare)de quibus poſtea ſuo loco, vbi res exegerit,
tractabimus latius & diſcutiemus,Pręmiſſa omnia ineſſe feu-
4 do ex natura dicetis. †Quicunque ergo aliquid contra pręd-
icta naturalia vult aſſerere,is neceſſe hoc habet probare, ſiue
dominus ſit,ſiue vaſallus,cum ſemper pręſumptio ſit contra
5 illum.c.i.§.pręterea quid ſit inueſt.†Quandocunque ergo pa
cto ab aliquo naturalium (de quibus iam dictum eſt) a parti-
bus receſſum fuerit,non male dici poſſet tunc, illud eſſe feu-
dum non habens propriam naturam feudi (non tamen im-
proprium feudum,vt Docto.volunt,vt infra in fine huius par
6 tis dicam).†In ijs tamen tantum dicetis tunc a recti natura de
generare,in quibus pacto receſſum eſt; in aliis vero omnibus
ſeruare propriam naturam feudi,velut,ſi quis feudum ea con
ditione & pacto acciperet, vt tam fœminę quam maſculi in
eo ſuccederent.Hic iam licet in eo degeneret a recti feudi na-
tura,quam fœminę quoque in eo. ſuccedant, in aliis tamen
non degenerat,& ergo fidelitatem æque pręſtabũt, ex culpis
amittent,& omnia facient,quę naturalia requirunt, de qbus
iam diximus.c.i.de feu.non habente prop.nat.feu.In quo om
nes etiam Doctor.d.c.i.& Ludo.Roma.in conſilio x.& Deci.
conſi.193.conſentiunt.Nunc ergo redeamus,his pręmiſſis ge
neralibus,ad ſpecies feudi, ante a nobis ordine enumeratas,
explicantes ſeparatim earum naturas.Et primo diximus, feu-
dum aliud eſſe nouum, aliud eſſe paternum, ſeu antiquum.
7 †Feudum nouum eius eſt,naturę in ſpecie,†quod in illo non
8 ſuccedant niſi deſcendentes,non etiam collaterales,ca. i.§.&
quia,verſi.ſi autem vnus,de iis qui feud.dar.poſſ.c.1.§.ſi duo
fratres,de feu.March.c.1.de duo.fra.de nouo benefi. inueſt.c.
1.de benefi.fratris.Secundo,eius eſt naturę,quod non acquiri
tur ſine inueſtitura.c.i.quib.mo.feu.conſt.poteſt.Tertio,quod
inueſtitura fiat coram paribus Curię.c.i.quid ſit inueſt.& hoc
ſi habet,ſi vero non habet pares,tunc extranei ſufficiunt.c.1.
9 §.quod autem,de conſue.rect.feu.cum ſimilib. †Quarto eius
naturę eſt,quod regulariter non nobilitant,niſi ab Imperato.

Rege,

Rege,Duce,Marchione, & ſimilibus conceſſum fuerit, per
tex.& Doc̃to.in c.j.verſi.cæteri, quis dicat. Dux,Com.Marck.
10 de quibus in parte præcedẽte diximus,†quia nobilitas in ictu
oculi non naſcitur Bal.in proœmio feu.in x.ſua diuiſione.Pe
trus de Ferra.in ſua pract.de reuo.feu.Alua.& alij in d.verſic.
cæteri.ſi tamen dudum ſuper illo nouo feudo ſtrennue mili
taſſet,& facta militi digna exhibuiſſet,putarem & iam nobi-
lem fieri,vt ſupra etiam alibi tetigimus.per d.c.1.verſi. cæteri,
quis dica.Dux,Co.Marchio.dum inquit textus,cæteri vero,q
ab antiquis temporibus beneficium non tenent,licet nouiter
a Capitaneis,ſeu Valuaſoribus acquiſierint, Plebei nihilomi
nus ſunt,quaſi diceret.ſi antiquitus tenuerunt etiam nouum
11 feudum,non erunt plebei. †Et certe cum ex militia nobilitas
procedat(vt ante diximus)quis dubitat emẽritum militem et
in nouo feudo non fieri nobilem, cum etiam abſque feudo
12 nobilitatem conſequeretur.†Quinto,eius naturæ eſt,ꝙ pater
vaſallus,refutando nouum feudum,præiudicat liberis ſuis,ꝓ-
poſpoſt glo.in c.1.de vaſal.decrep.ætat. & alij ibi communi-
ter Docto.& Zaſi.in 3.parte.& hoc ideo,quod patre viuente,
iuris filijs nihil eſt acquiſitum. Sed certe ab iſta ſententia pla-
ne deflectimus infra in 13.parte circa finem,vbi tenemus,pa
trem nouum feudum non poſſe refutare, in præiudicium li-
13 berorum,quo fuerit recurrendum. †Antiquum feudum ſeu
paternum eius eſt naturæ,quod tam collaterales quam deſcẽ
dentes in eo ſuccedant.c.j.de natu.ſucc.feu.c.j.de ſucc. frat.&
gra ſucced.in feud.Secundo,eius eſt naturæ, quod in eo agna
tus ſeu collateralis,qui ex ſtipite eius, qui primo acquiſiuit,
non prodijt,non ſuccedat,c.j.verſi.his deficientibus,de ſucce.
14 in feu.quod eſt notandum.†Tertio,eſt eius naturæ,quod in li
nea collaterali potius ad deſcendentes, quam ad aſcendentes
tranſmittatur,licet omnes a primo ſtipite prouenerint, & er-
go,fratris nepos,qui eſt in quarto gradu defuncto,excludit de
functi patruum,licet ſit defuncto in tertio gradu,elegans tex.
& bene notandus in c.j.§ paternum,vſque ad finem, de natu
ra ſucc.feu.de quo poſtea late in Nona parte infra, vbi de ſuc
ceſſione tractabimus.Quarto,eius eſt naturæ, quod tali ſolen
nitate inueſtitura non fiat cum paribus Curiæ, atque in no-
uo feudo diximus. Sufficit enim ſolam renouationem illam
inueſtituræ intra tempus lege præſcriptum petere,& hoc etiã
ſolis adhibitis extraneis teſtibus.c.j.in 2.reſpon.qui teſtes ſunt
15 neceſſa.ad nouam inueſ.proban.†Secundo,diximus feudum
16 aliud eſſe Eccleſiaſticum,aliud Seculare.†Feudum Eccleſiaſti
cum eius eſt naturæ,quod epiſcopus, Abbas,vel ſimilis,qui in
ueſtituram dat,grauare non poſſet ſuum ſucceſſorem, vt ſe-
cundo,cui feudum addixit poſt mortem poſſidentis, ex vi pa
cti prædeceſſoris feudum dare illi teneatur:c.qui ſucc.feud.da
re tenent.c.j.§.vbi vero,de cleri.qui inueſt.facit.hoc tamen ve
rum,niſi ipſe ſucceſſor conſenſerit.d.c.1.qui ſucc.feud.dare te
nent.Ipſe tamen Epiſcopus,uel Abbas, vel alius qui ita dedit
ſecundo(primo adhuc poſſidente)omnino iſtud pactum ſer-
uare tenetur,mortuo poſſidente.d.c.j.qui ſucc.feu.dare tenẽt.
17 Et ratio eſt, †quare ſucceſſor Epiſcopi ratum habere non te-
neatur,quia ſucceſſor ex prædeceſſore non habet feudum iu-
re aliquo hæreditario,ſed iure proprio.Nam hæreditaria ſuc
ceſſio in Eccleſiaſticis locum non habet.c.j.de præbendis ext.
18 †Laici tamen,ſi ita alicui feudum darent ſeu addicerent, alio
adhuc poſſidente,certe iam eorum hęredes ſeu ſucceſſores ra
tum habere deberent,d.c.j.§.laici qui ſucc.feu.dar.tenent.ꝙ
etiam obtinet in caſu,vbi Clericus de proprijs bonis patrimo
nialibus alicui feudum dedit,alio adhuc poſſidente.c.i.in prin
ci.de clerico qui inueſt.facit.& ratio eſt; quia factum illius ꝓ-
bare debent,a quo lucrum habuerunt.l.ex qua perſona, ff.de
19 reg. †Secundo,eius eſt naturæ,quod noua inueſtitura huius
feudi neceſſario Curiæ pares non requirit; & ſic quoque ad
eam probandam nec neceſſario teſtes pares Curię;vt in Secu
lari nouo feudo,ſed ſufficiunt teſtes extranei,tex. in c.1.verſi.
in clericorum,ſi de inueſt.inter dominum & vaſallis oriatur.
& ratio eius redditur;nimirum quod abſconſe ſępe & ſine ꝓ-
ſentia ſuorum confratrum facere nouam inueſtituram ſtu-
dent,d.c.1.ver.in clericorum.non mirum ergo, per quoſlibet
teſtes etiam probare poſſe.Nec obſtat prędictis alibi textus,q
pares,vt videtur,requirit,ca.j.qui teſt.ſunt neceſſ.ad noua in-
ueſt.proban.quia loquitur de Clerico, qui de proprijs bonis
feudum dedit; quo caſu etiam neceſſario pares requiruntur.
Ceſſat enim tunc ratio,d. verſi. in clericorum. ſecus quando
Clericus de bonis Eccleſię,Abbatię, vel Conuentus dedit,vt
20 pulchre Alua.d.loco.†Tertio eius naturę eſt, quod Eccleſia-
ſtica perſona primam inueſtituram a maioribus factam alte-
rare non poſſit in deteriorem conditionem Eccleſię, Abba-
tię,Cõuen tus,vel Capituli,veluti efficere,vt feudum ꝙ ad ſo
los maſculos tranſire ſolet,nunc quoque ad fœminas trãſeat
ita Iaco.de Belu.in c.1.& poſt eum Alu.de ijs qui feu. da.poſ.
Seculares verò ſucceſſores hoc licite poſſunt, veluti, ſi meus
Auus,Proauus,vel alius ſuperior, primo feudum conceſſit,vt
ſolum ad maſculos tranſeat,ego qui ex ſucceſſione dominus
feudi iam factus ſum, libere poſſum,ſi forte ad me redit, iã
vaſallo meo ita concedere,vt in poſterum quoque tranſmit-
21 tatur ad filias †Quarto, feudum illud quod Eccleſia, Abba-
tia,vel Epiſcopatus a Rege,vel Principe,vel alio aliquo Epõ,
Abbate,vel priuata perſona habet,eius eſt naturę, vt cõmiſſa
culpa ab illa Eccleſiaſtica perſona, quę feudum nomine Ec-
cleſię,Abbatiæ,vel Prelaturę adminiſtrat,non tamen per cul
pam ſuam faciet Eccleſiam illud feudum plane amittere, ſed
ad vitam ſuam tantum,& ſic poſtea,eo mortuo, feudum ad
Eccleſiam reuertetur tex.eſt ad hoc elegans & ſpecialis in c.j.
§.ſi.de cap.Conrad.quod non obtinet in aliis feudis,vt inf.ſuo
22 loco docebimus.Tertio,diximus†feudum aliud Regale,aliud
non Regale eſſe.Regale eius eſt naturę,quod in eo nemo ſuc
cedit,niſi hoc a Rege vel Imperatore per inueſtituram vaſal
lus acceperit.tex.in c.1.in prin.de feu.March.vel Duca. Hodie
23 tamen ſucceſſionem admittunt.c.j.in fine,de alie.feu.†Secun
do,eius naturę eſt feudum Regale,quod non diuiditur,tex.eſt
in c.1.§.firmiter ver.pręterea,de prohi.feu.alie.per Fed. quod
in aliis licite admittitur.d.verſi.pręterea & c.1.verſ.paternum
de natura ſuc.feu. Et ratio eſt huius, ne per diuiſionem in ni-
hilum tandem redigatur,& per hoc patria vel territoriũ ſub
uertatur,vt alibi docuimus.Tertio,eius eſt naturę,quod ſi cõ
trouerſia inter duos habentes talia feuda Regalia fuerit de
24 feudo, †quod ipſe Imperator vel Rex ſolus ſimpliciter de eo
cognoſcere debet,excluſis paribus, etiam cum res concernit
ipſum Imperatorem vel regni dominum,tex.in c.1.apud quẽ
vel quos controuer.feu.defini.c.i.in principio de lege Conra.
& huius rationem infra in xiiii.parte dabimus.Et hęc omnia
in non Regalibus feudis non obtinent, vbi pares quoque iu-
dicant,& dominus ſemper excluditur,quando cauſa eum cõ
cernit,de quibus late infra in parte dicta tractabitur.Quarto;
diximus,feudum eſſe aliud nobile, aliud ignobile, quę cum
nulla ſpecialia habeant,niſi quod nobiliorem faciãt; de quo
ſupra diximus,nihil adſerentus.Quinto, diximus feudũ aliud
25 ligium,aliud non ligium.†Feudum ligium eius eſt naturę,ꝙ
ſolum vnum admittit, & ergo nemo poteſt eſſe homo ligius
duorum.Iurant enim contra omnes, nullo etiam excepto,ꝙ
(iuris impoſſibilitate)alteri facere quoque non poſſit.ita Alu.
in proœmio ſuo diuiſione 13.& late de hoc feu.& ligio hoĩe
apud Specu. in §. quoniam extra de feud. Poteſt tamen vnius
bene eſſe ligius homo,& alterius vaſallus,ſeu nõ ligius, quia
in altero ſemper excipiet alium ſuum dominum in fidelitatis
iuramento,quod etiam tenet Speculator.In d.§.quoniam ver
26 ſi.xj.†Secundo,eius eſt naturę feudum ligium, quod ſuper cõ-
trouerſia eius etiam inter ipſum dominum & vaſallum, tan-
tum dominus ipſe recognoſcere debet,licet alias pares regula
riter de eo cognoſcunt.§.prætcrea fin. de prohibita feu. alien.
per Fed.& hoc probatur arg.c.i.in principio, de l.Conrad. &
c.i.apud quem vel quos,ita tenet quoque Baldus in c.cęterũ,
extra de iud.& ſequitur Curtius in i.ſua parte fol.71. mihi. Et
non mirum,quia hęc feuda locum habere non poſſunt, niſi
in Imperatore,Rege,uel Papa,qui ſuperiores non habẽt(qc-
quid Curtius dicto loco dicat)alii enim vaſalli a quocunque
etiam acceperint feuda,ſemper neceſſe habẽt in fidelitate,uel
Imperatorem,uel Regem ſuum,uel Papam excipere. ca.i. de
noua for.fidel.c.j.§ ſi.in ſi.de prohib feu alien.per Fed.Tertio,
eius eſt naturę,quod licet in aliis feudis uaſallus poſſit feudũ
licite refutare domino,& ſic ſe liberare a ſeruitio,c.i.de uaſal.
qui contra conſt.Lotharii regis feu.ali.tamen hoc non poſſet
in feudo ligio.ita decidit Bal.in d.c.cęterum,de iudi.quem ſeq
tur Martin.Laud.in ca i.de iis qui feudum dare poſſ. Sed certe
cum nullo iure uel aliqua ratione probetur, non poſſim in-
duci,ut id credam, cum ſit contra generales naturas feudi, a
quibus non eſt recedendũ ita facile,niſi ualidiori ratione hoc
probari poſſit. Quarto, eius eſſe naturę uolunt, quod omnia
bona uaſalli ligii(quę non habet ſaltem ab alio in feudum)in
poteſtatem huius ueniant,licet ſecus ſit in alio feudo; & hoc
ex autoritate Specula.in d.§.quoniam,uerſi.17.quem rurſum
ſequitur Martin.Laud.in d.c.i.de iis qui feu.dare poſſ. Sed cer
te,ut prędictum nulla ratione ſubſiſtit, nulloque iure proba
ri poſſit,ita quoq; nec iſtud ulla ratione fulcitur.Nam ſi uerũ
eſſet,nunc omnes qui ab Imperatore uel Rege feudum poſſi-
derent,neceſſe ſtatim haberent alia ſua bona poteſtati Impe-
ratoris uel Regis ſubiicere,quod eſſet abſurdum.Sequatur igi
tur hanc opinionem quiſquis uolet,noſtro palato non ſapit;
Iaſon tamen cum cęteris tranſit, qui etiam alios effectus hu
ius feudi Ligii alio loco ponit.in ſuo tractatu feud. in 7.ſua di
uiſione.& Cur.in i.parte ſui tractatus.Quinto,eius naturę eſſe
quoque uolunt,quod licet in aliis feudis, fœminę non ſucce
dant,hic tamen ſuccedere.ita Bal.in l.quoties,C.de iuis & leg.
hęred.ubi quinq; dat rationes. Et ergo cum ſint hęc prędicta
contra naturas feudi,antea a nobis enumeratas,non puto ita
ſimplici aſſertioni Docto.aſſiſtendum.Interim quiſque ſequa
tur

turq volet.Sexto, feudum diximus Maſculinum aliud eſſe,
27 aliud Fœmininum.† Maſculinum feudum eius eſt naturæ,ꝙ
ſolum maſculi in eo ſuccedunt,(vt ſupra diximus)& reliquas
28 habet naturas a nobis ſupra enumeratas.†Fœmininum vero
feudum,quod a fœmina prius emptum ſeu acquiſitũ eſt, eius
eſt naturæ,quod etiam ſi pacto prouiſum non eſt, vt fœminæ
ſuccedant, nihilominus tamen ſuccedent,maſculis non extã-
tibus.c.j.de ſeu.fœminæ.Si tamen maſculi ſunt, iam haud du-
29 bie excludẽtur.d.c.j. cum ſimilibus.†Fœmininum vero feudũ
quod a maſculo acquiſitum eſt.pacto,vt hæredes ſui,maſculi
& fœminæ ſuccedant,eius eſt naturæ:Primo,quod licet copu
latiue in inueſtitura ſit comprehenſum, vt filij & filiæ ſucce-
dant,non tamen ſimul venient:ſed demum, non extantibus
maſculis.cap.j.§.filia de ſucceſſ.feud.ca.j.§.quinetiam Epiſco-
pum.vel Abbatem.Secundo,eius eſt naturæ illud feudum ſic
acquiſitum,ſecundum Docto.quod ſi maſculi extant, qui ſe-
mel feudum acquiſiuerunt,etiam ſi ſtatim accepto feudo mo
riantur abſque liberis., iam tamen non venire fœminam ſeu
filiam,ſed penitus vlterius excludi.tex.eſt in d.ca.1.§.quinetiã,
epiſcopum vel Abba.in princi.vbi Aluaro..quem alij omnes
ſequuntur.Sed paucis, puto eorum aſſertionem non veram,
& ergo contrarium tenuimus infra in Nona parte,vbi de ſuc
30 ceſſione tractauimus. †Septimo, diximus feudum aliud eſſe
francum,aliud non francum.Feudum francum volunt Doct.
eius eſſe naturæ, quod licite poſſit tranſmitti in Eccleſiam,ꝙ
in aliis feudis non admittitur.ita vult rurſum Bal.quem refert
Cur.in 1.parte ſua.Sed paucis,putabimus contrarium verius,
per rationem expreſſam,quæ alibi datur.in c.1. de aliena.feu.
31 †Propterea feudum Eccleſię dari non poſſe, quia nunquam
ſpes eſt redeundi ad dominum,quę ratio tam militat in feudo
franco quam non franco,non enim ratio ibi eſt,quare in Ec-
cleſiam tranſmitti non poſſit,quod ſeruitium non tenetur p̃-
ſtare,vt in feudo franco,ſed quod nunquam ab ea reuertitur,
32 & nunquam ſine hærede moritur.†Cum ergo ſimpliciter pro
hibitum eſt,poſſe pro anima feudum alienare in quemlibet,
ſine conſenſu Domini,vel eorum quorum intereſt.ca.j.§.do-
nare,qual.olim feu.pot.alien.iuncto cap.1 .de alie.feu.patern.
non puto adhærendum.Secundo, etiam eius eſſe naturæ pu-
tant,quod vaſallus libere de eo teſtari poteſt. vt tenet Bald.in
authen.niſi rogati.C.ad Trebellia. quem ſequitur Curt. in d.
parte 1.Tertio, eius naturę eſſe putant quod vaſallus poſſet
alienare,irrequiſito domino,vt refert Curtius in dicta ſua par
te,quem ſequitur etiam ipſe Zaſius in decima ſua parte, ꝙ ẽt
tenet Hoſt.in c.ſi.ext.de rebus eccleſię alienandis vel non.Sed
paucis,puto contrarium,videlicet nec poſſe teſtari,nec aliena
re etiam poſſe in pręiudicium aliquorum,quicquid illi dicãt,
per tex & hoc per tex. elegantem qui ſemper contra talia alle
gari poſſet in capitu.j.de feud.non haben.propriam natu.feu.
qui in effectu vult, quod in ſolis alteratis, quo ad propriam
naturam feudi, feudum deficiat, in aliis vero ſemper ſeruare
propriam naturam feudi,quod etiam ſequitur Andre.de Iſer.
qui expreſſe dicit,quod quando feudum conceditur, vt nõ p̃-
ſtentur ſeruitia,hoc excepto,in reliquis ſeruãndam naturam
feudi in c.1.circa finem in quibus cauſis feud.amitta. & bene.
Imo ſi poſſet alienari ita, iam non eſſet tranſitorium ad hęre
des legitimos,quod potiſſimum exigit natura feudi,vt expreſ
ſe in cap.1.in fine,in quibus cau.feud.amit.Imo,vt illi volunt,
eſſet plane liberum,& nihil quaſi iuris relictum domino,nec
legitimis heredibus,quod ſatis eſſet abſonum. Nã licet iſtud
feudum ſit liberum,quo ad ſeruitia, non tamen ita liberum
eſt,quod a maleficijs quoque excuſat ſi forte tacuerit inſidias
domino paratas,quas indicio obſtitiſſe potuiſſet. Pręterea,
nec ita liberum feudum francum eſt,quod a felonia in domi
num,eius vxorem,vel filiam commiſſam,vel ſimilem, excu-
ſaretur.Nam in his ſi committat, feudum non minus amit-
tet,atque ſi francum feudum non eſſet, ita quoque tenet Fel.
in c.cęterum,ext.de iud.quia ſi in iſtis caſibus feudo nõ priua
rentur,ſeu plane liberum eſſet,iſta conceſſio feudi illius potius
donatio quam feudum haberetur. Paucis ergo dicetis, in eo
ſolum denegare a natura recti feudi,quod ſaltem non teneatur
ad externa aliqua ſeruitia,in reliquis non alteratis rectam na
turam tenere,& ergo fidelitatem iurare debet, & alia omnia
facere,quę in rectis feudis requiruntur,de quibus ſupra in prin
cipio diximus.Octauo, diximus feudum aliud eſſe in Curte
33 domini,aliud extra Curtem domini. †Feudum quod in Cur-
te domini vaſallus habebat,eius erat naturę olim, quod non
poterat pars ſine conſenſu domini alienari, vel ad libellum
dari,c.1.§.fin.in fi.quibus mo.feu.am.cum alias extra Curtem
domini feudum bene potuit,dummodo diſtrictum,vel hono
rem ibi non habuiſſet,d.c.j.§.fin.c.1 .de alie.feu.quę tamen ho
die ſunt correcta,cum omnis alienatio ſit prohibita.per ca.1.
de prohib.feudi aliena.per Lotha.cap.j.de prohib.feu.alie.per
Fede.Secundo,eius eſt naturę,quod ſi vaſallus feudum in Cur
te domini habeat,& dominus ſibi aliqd reſeruarit in illa Cur
te,quod tum ſi feudo vaſalli per incrementum accreuerit ali-
quid,erit domini,ſi vero dominus nihil ſibi ſeruarit, iam va-
ſallum totum incrementum ſibi iure feudi lucriſacere. tex.eſt
in c.1.§.ſi quis de manſo.ſi de inueſtitur.feu.controuer. fuerit.
Nono,diximus,feudum aliud eſſe de Camera,aliud de Caue-
34 na.†Feudum de Camera & Cauena eius ſunt naturę, quod ſi
Camera penuria premeretur, quod ſoluere non tenetur an-
nuum,quouſque vires non patiantur.tex.eſt in capi. i.de notis
35 feu.in principio.†Secundo,quoque eius naturę eſſe Doct.vo-
lunt,quod morte dantis extinguantur.Sed paucis, reiectis om
nibus,non puto eos recte ſentire,cum de natura feudi ꝓprii,
ſiue improprii ſit,ad hęredes tranſmitti,& eſſe perpetuum,ni
ſi c.vel l.contrarium de eo ſtatuat,& hoc per ca.i.§.beneficiũ
in quibus cau.feud.amit.cap.i.§.pręterea quid ſit inueſt. & per
d.capitu.i.de feud.non haben.propri.natu.feudi.ex quibus ge-
neralis a nobis tractata fuit ante regula,ſolum impropria feu
da tantum mutari in alterata in aliis minime, quod perpetuo
ſeruandum,quicquid Aluarot.& Iacob.de Bel.in cap.i.de no-
36 tis feud.teneant,†qui putant morte dantis finirĩ, vt quoq; ma
le tenent,pręd̃icta feuda ad hęredes accipientis non tranſmit-
ti,cum text.alibi dicat expreſſe,iſta feuda eſſe recta feuda.in c.
primo,§.ſi vero vaſal.quid ſit inueſtitu.Si rectum feudum er-
go neceſſario admittere debent ad hęredes debere tranſmitti.
vide capitu.1 .in fine,ex quibus cauſis feud.amitta.Tertio quo
que eius naturę eſſe iſta feuda dicetis, quod vaſallus in poſſeſ-
ſione huius feudi dicetur eſſe,cum bis vel ter ſoluta fuerint il-
li annua,quę ex Camera vel Cauena debentur.ita habet tex.
in d.cap.i.§ ſi vero,quid ſit inueſt.Et hoc releuat eum ab one
37 re probandi.†Decimo,diximus feudum aliud Emptitiũ,aliud
Gratuitum eſſe.Iſtud feudum emptitium plurimi(vt ĩ deffini-
tione feudi diximus)non eſſe feudum volunt,dum putãt om-
nia feuda debere eſſe gratuita.ex cap.i.§.beneficium, in qbus
cauſis feud.amitta. cap.i.de feud.dat.in vicem le. commiſſ.Sed
cum ſatis ibi illorum Doctores.opiniones refutauerimus, hic
actum agere opus non eſt.Sunt tamen qui volunt,eius naturę
iſtud feudum emptitium eſſe, quod fœminę etiam in eo ſuc-
cedere poſſent, licet pacto id non eſſet expreſſum a maſculo
38 vaſallo acquirente,†in qua ſententia eſt Odofredus in ſua Sũ
ma feudi,in ti.qui ſucced.in feudo poſſunt,& poſt eum Goff.
qui putant,magis ex natura contractus, quam natura feudi
ſuccedere.Sed paucis,vt ĩ deffinitione id refutauimus, ita quo
que hic non aſſentimur,per certiſſimam feudi regulam, ꝙ fœ
minas a feudis excludit,niſi nominatim illis pacto ſit ꝓuiſum
capitu.i.filia,de ſucceſſ.feud.cap.i.de natu.ſucceſſ.feud.cum ſi-
milibus.Cum igitur in pręd̃ictis illuc quoad feudum emptum
a maſculo non inuenimus mutatum,quare ſtare prohiberẽt,
ac ſeruare,vt in aliis feudis,etiam propriam naturam feudi nõ
habentibus:textus enim non excipit vſpiam cap.i. de feud.nõ
haben.propriam natu.feud.iſtud feudum, nec aliquod aliud
capitulum.ſeruet ergo naturam ſuam, ſecũdum alia iuris feu
39 di placita,quę fœminas excludunt. †Vndecimo, diximus feu
dum aliud eſſe certorum ſeruitiorum,aliud incertorũ.Feudũ
certorum ſeruitiorum eius naturę Doctor. eſſe volunt, quod
id ſine domini voluntate illi rurſum refutari nõ poſſit,& hoc
ideo,quia inquiunt,ſeruitiorum certorum expreſſionem plus
vaſallum obligare, quam vbi ad incerta ſeruitia ſe obligauit.
gloſſ.in cap.i.in fine,de Capitan.qui Curi.vendi. & ibi Aluar.
40 Beluiſ.& alii Docto.†Sed paucis contrarium verius eſt. Nam
licet ad certa ſeruitia datur feudum nominatim, ſiue non,nõ
eo minus erit proprium feudum.tex.eſt apertus in cap. i.in fi.
in quibus cau.feu.amitta.& per d.cap.1.de feu. non haben.pro
pri. natur. feud.Et in illa ſententia quoque eſt Zaſi. in decima
ſua parte.Et hactenus pręd̃icta a nobis feuda enumerata,non
male recta & propria quaſi dici poſſent,licet alii Docto. mul-
ta enarrata impropria dici volunt,vt feudum Fęmineum,Em
ptitium,& ſimilia.Nam ſi quis recte introſpexerit feudi deffi-
nitionem,in capit.i.§.huius autem generis,in quibus cau. feu.
amittat.is negare non poſſet, feudum etiam fœmineum dici
proprium feudum,cum pacto ita eſt acquiſitum, vt ad eos de
uolui quoq; debeat,quia nec illa minus, vt alius quilibet va-
41 ſallus,pręſtare debebit,& in feudo ſe exercere. † Quare licet
feuda aliquando a naturis ſupra a nobis recenſitis deflectant,
propterea tamen non ſtatim dici debebunt impropria,& non
recta feuda,ſed potius feuda propriam naturam non haben-
42 tia.†Sunt enim qualitates ſolum,quæ ſubſtantiam nõ ita mu-
tant.Ad quartam ergo partem pręd̃icta ſufficerint,quo ad na
turas feudorum propriorũ,ſeu quaſi propriorum.Nunc ergo
ad Quintam partem contendamus, vbi docebo pauciſſimis
naturas feudorum vere impropriorum.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum Guardię,& Caſtaldię ſunt feuda mere impropria.*
2 *Feudũ Guardię & Caſtaldię cuius ſint naturę.*

3 *Feu*

3 *Feudũ Guar. & Caſtal anno vno finito ad vaſallo auferri poteſt.*
4 *Sibi imputet qui feudum temere accipit, vnde emolumentum non conſequitur.*
5 *Feudum Guard. & Caſtald. non tranſmittitur ad hęredes etiam intra annum.*
6 *In alteratis mutatur impropriũ feudum, in aliis vero ſeruat naturam ꝓprii feudi.*
7 *Feudum quod pro mercede datur, cuius ſit naturæ.*
8 *Feudum quod datur vaſallo ſuiſque hæredibus, & quibus ipſe dederit, cuius ſit naturæ.*
9 *Nemo ſibi cauſam poſſeſſionis mutare poteſt.*
10 *Feudum Soldatæ, cuius ſit naturæ.*
11 *Feudum Habitationum, cuius ſit naturæ.*

QVINTA PARS, DE NATVRIS FEVDOrum vere impropriorum.

1 PRimo †hic ſe offert nobis feudum Guardiæ & Caſtaldiæ, quæ vere impropria feuda ſunt, habentia quoque feudi impropriam naturam, de quibus ſupra in tertia parte meminimus
2 & eſt tex. in cap. j. de feud. Guard. & Caſtald. †Primo illius naturæ ſunt hæc feuda, quod anno tranſacto, iure auferri a vaſallis poſſunt, etiam precio pro illis dato non reſtituto. text. eſt in d. c. j. de feud. Guard. & Caſtald. Nam licet feudum Guardię & Caſtaldię in mercedem laboris dentur, nihilominus tamen ꝓ
3 ecta pio huiuſmodi feudis ſeu beneficiis dari poſſunt. †Nec iniquum videri debet, quod anno finito precium etiam non reſtituatur, reuocato feudo, quia quiſque deliberare a principio debet, an ſibi expediat habere tale officium, cum ſua qua-
4 litate. †Poteſt ergo ſibi imputare, quod temere aggreſſus eſt, cum lucri nihil, aut parum officio ineſſe ſcire potuiſſet. Ex pręcedentibus quoque inferunt Docto. quod igitur ſi reſpectu procurationis Aduocatiæ, ſeu etiam Cancelariatus, vel ſimilis officij, feudum conſtitueretur alicui, exacto anno auferri poſſe, ita Aluarot. in d. capitu. j. de feud. Guardię & Caſtald. cum iſta quoque pro mercede, cuſtodia, vel gubernatione concedantur. Hæc tamen prædicta non ita intelligetis, quod neceſſario anno finiri debeant. Nam dominus tempus prolongare poterit pro lubito. d. cap. j. de feud. Guard. & Caſtald. Ante annum tamen ſine iuſta cauſa reuocari non poſſet. ita Aluaro. in d. cap.
5 1. de feu. Guar. & Caſtald. †Sed quid ſi Guardianus ſiue Caſtaldus ante annum moreretur, an etiam ad hæredes vſque ad annum tranſmittant? tenet Rebuffus. in ſuo tracta. feuda. in 8. diuiſione; quod non, & ſic non eſſe tranſitorium ad hæredes, quod puto verum, quia eſt hic mere perſonale reſpectu accipientis. Ex prædictis clare patet, hæc feuda eſſe impropria, cum ad hæredes legitimos non tranſmittantur, quod deffinitio in cap. j.
6 in fin. in quib. cauſ. feud. amit. plane requirit. †Hoc tamen ſemper hic ſeruabitis, ſolum alterari in parte mutata a iure, in reliquo tamen ſemper ſeruare naturam propriorum feudorum ex d. cap. 1. de feud. non habent. propr. nat. feud. Fidelitatis ergo iuramentum æque hic pręſtabitur, & ex culpa quoque feudũ amittet, & fructus intra annum lucriſaciet, vt in aliis rectis feudis. Secundo eius naturæ ſunt, quod Caſtaldi ſi aliquid nomine veri & proprij feudi poſſederint, etiam ab eodem domino, non tamen per hoc valebunt poſſeſſionem feudi huius ſibi defendere, dicendo in verum feudum datam Guardiam vel Caſtaldiam, per d. cap. 1. verſi. ſi vero de feud. Guard. & Caſtal. c. 1. verſ. cæterum ad finem de contention. int. dom. & fidel. de inueſtit. feud. quod in alijs feudis non eſt, vbi ſi vaſallus in poſſeſſione alterius feudi eſt, & aliud feudum ſibi deberi aſſerit, illud primum poſſeſſum feudum defendet poſſeſſionem quoque alterius feudi, ita quod probare paribus curiæ inueſtiturã neceſſe non habet. de quo in d. cap. 1. §. ſi quis, in verſi. ſi autem aliis in poſſeſſione, ſi de inueſt. inter dominum & vaſ. lis oriatur. & in cap. 1. §. cum autem, ſi de inueſtitu. feud. controuerſi.
7 ſit, de quib. latius infra. in 14. parte. †Secundo, eſt feudum, quod pro mercede datur, illud eius quoque eſt naturę, cuius eſt feudum Guardiæ & Caſtaldiæ de quo in d. c. 1. de feud. Guar. & Caſtal.
8 anno ergo etiam finitur. †Tertio, eſt feudum quod ita datur, vaſallus & eius hæredes, vel quibus dederit, habeant: quod plane quoque eſt improprium, vt ipſe text. quoque confirmat in d. capitu. 1. de feud. non habent. proprie. nat. feu. Illud feudum eius eſt naturæ, quod ſine voluntate domini, in quamcunque perſonam ſiue maſculum ſiue fœminam, ſiue agnatum, ſiue extraneum alienari poteſt, non ſolum vt feudum, ſed etiã vt allodium. d. capit. j. Propria enim natura feudi eſt, vt dominium penes dantem maneat, vſuſfructus vero illius rei ad accipientem tranſeat. Secundo, vt ad ſuos hæredes. vel agnatos tranſmittat, vt fideliter pro eo ſeruiant, capit. i. §. huius autem generis, in quib. cau. feud. amitta. quę omnia hic corruunt: Secundo, illius eſt naturę illud feudum, quod licet a vaſallo in quamcunque perſonam alienari poſſit, ſine conſenſu domini, tamen quamdiu apud illum primum vaſallum fuerit, qui hac conditione accepit, habebit recti feudi naturam, & ergo fidelitatis iuramentum pręſtare tenetur, Item ſeruitia exhibere, & propter culpam amittet, vt in aliis propriis feudis, ꝑ textum. capi. primi, in 2. reſpon. de feud. non haben. propri. nat. feud. qui vtitur his verbis, nimirum licet propriam naturam feudi non habeat, iure tamen feudi cenſebitur, vt ex his cauſis amittat ipſum, quibus & verum feudum. Non enim loquitur de tertio, qui a primo vaſallo accepit, quia is non amittet ob vllam culpam, quia vt allodium iam poſſidet, vt ſtatim ibi ſequitur. Tertio, eius naturę eſt, ſi moritur vaſallus iſte, & non alienauerit, vt potuit, tranſmittitur tunc ad ſolos maſculos, vt alia feuda, ſecundum regulam quam dedimus; ex d cap. i. de feud. non haben. prop. natu. feud. quod feuda propria ſiue impropria in alteratis ſolum degenerant, in non alteratis ꝓpriã tenere feudi naturam. Prędicta vera ſunt, ſi verba Inueſtiturę concepta fuerint, atque propoſuimus. Cęterum, ſi dominus dixiſſet, ſeu dediſſet, Do tibi & tuis hęredibus, & quibus in feudum dederis, hoc caſu vt rectum feudum cenſeretur datum, & venirent omnia quę in aliis feudis requiruntur, excepto eo ſaltem, quod vaſallus iſte ſine domini voluntate, in quemlibet vt feudum transferre poſſet, tex. in d. cap. 1. in fine, de feud. non haben. propri. nat. feu. quamquam illa verba concepta, non male etiam intelligi poſſent, ſolum poſſe transferre ſine domini voluntate, tantum in quemlibet deſcendentium, vel agnatorum, non etiam extraneorum. Sed dicet aliquis, an ne primus vaſallus ex conceſſione illius clauſulę, (Et cui dederit) ſibimet illud feudum, quo ad ſe allodium facere poſſit, cum in alios extraneos etiam ita libere trãſferre poſſit: Dicetis paucis, quod non, per regulam, quæ habet, quod nemo ſibi cãuſ poſſeſſionis ſuę mutare poteſt. l. nemo, C. de acquiren. poſſeſ.
9 quod etiam Zaſi. tenet in vlti. parte. †Quarto, eſt feudum Soldatę, de quo in capitu. 1. in fin. quis dicat. Dux, Com. Marchio, iſtud feudum eius eſt naturę, quod alterutro mortuo, dante, vel accipiente, finiatur, d. capitu. 1 quis dicat Dux, Com. Marc. & ideo quoque Docto. vocant illud feudum perſonaliſſimũ,
10 quod ſemper cum perſona morięte finiatur. †Et licet iſtud feudum iterum degeneret, a natura recti feudi, & non tranſeat ad hęredes, tamẽ in reliquis articulis rurſum non alteratis, cęſebitur feudum rectum, & ſeruare propriam naturam feudi.
11 Omnia ergo alia requiſita pręſtare debet. †Poſtremo, eſt feudum Habitationum, illud feudum eius eſt naturę, quod cum perſona accipiente pereat, & ſic quod ad nullos hęredes tranſmittatur, quod probatur ex iure communi. Nam legatum habitationis non tranſit ad hæredes. l. ſi habitatio, §. ad hęredes, ff. de vſu & habi. & de eo habetis in c. feuda habitationum, de feud. & benefi. conſtit. imperi. in extraordin. & facile admitto, cum in iuribus feudalibus de habitatione nihil ſit expreſſum, ergo ad ius Ciuile recurrendum. cap. i. verſicu. ſi renuus, de feudi cognit. Et hęc obiter ſuffecerint, nunc ad Sextam partem procedamus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa feuda dare poſſunt.*
2 *Papa an feuda dare poſſit.*
3 *Capituli conſenſus an requiratur in infeudationib.*
4 *Vacante Prælatura, an Capitulum feuda dare poſſit.*
5 *Imperator & Reges feuda dant duplicia.*
6 *Regalia feuda quibus dentur.*
7 *Dux vnde dicatur, & eorum origo.*
8 *Comites vnde dicantur, & originem vnde traxerint.*
9 *Marchiones vnde dicantur, & eorum origo.*
10 *Alciati opinio de Marchionibus.*
11 *Alia opinio de Marchionibus, quam Alciati, quæ verior.*
12 *Dux, Comes, Marchio feuda dare poſſunt.*
13 *Valuaſores vnde dicantur.*
14 *Valuaſini qui dicantur.*
15 *Laicus quilibet, qui rerum ſuarum adminiſtrationem habet, feuda dare poteſt.*
16 *Res prohibita alienari, prohibetur etiam in feudum dari.*
17 *Fœmina an feuda dare poſſit, & iuriſdictionem in ſuos vaſallos habeat.*
18 *Minores 25. annis, feudum a ſuis maioribus datum confirmare poſſunt, ſed nouum dare non poſſunt.*
19 *An d. Minores feudum a parentibus datum, ſine Tutoris vel Curatoris cõſenſu confirmare poſſint.*
20 *Zaſii opinio refutatur.*
21 *Ad hoc, ut autoritas Tutoris pupillo non ſit neceſſaria, requiritur quod illius conditio fiat melior.*
22 *Promiſſum uel datum feudum, uel fundum a patre, filius, ſine decreto Prætoris, ſoluere poteſt, dummodo autoritate Tutoris fiat.*
23 *Adultus ſi Curatorem non habet, poteſt per ſe confirmare feudum a parentibus datum.*
24 *Feudum nouum minor 25. annis dare non poteſt, etiam autoritate Tutoris uel*

vel Curatoris accedente, niſi in certo caſu, ſed tamen cum decreto Prætoris.

25 *An infans, prodigus, furioſus, mente captus, feudum a parente datum confirmare poſſint.*

26 *Mutus, ſurdus, vel alias imperfectus, quomodo feuda dare poſſint.*

27 *Procurator habens ſpeciale mandatum, poteſt nouum feudum dare.*

28 *Procurator habens liberã bonorum adminiſtrationem, feudum confirmare poteſt, non etiam nouum conferre.*

SEXTA PARS, QVI FEVDA dare poſſunt.

1 FEuda †dare poſſunt Eccleſiaſticæ perſonæ in dignitate conſtitutæ, vt Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa, Præpoſitus, & ſimiles. tex. eſt in cap. epiſcopum vel Abba. in capitu. j. de ijs qui feud. dare poſſunt. Et quanquam prædictæ perſonæ ſolum ibi enumerantur, poteſt tamen iſtud extendi ad omnes alios Eccleſiarũ Prælatos, dummodo titu. beneficij habeant, & omnes alias eccleſiaſticas perſonas. per tex. & Docto. in cap. j. epiſcop. vel Abba. in verbis, vel alia eccleſiaſtica perſona, iuncto cap. j. de cle.
2 qui inue. facit. †Si ergo prędicti feuda dare poſſunt, multo magis ipſe Papa. Docto. in d. capi. j. de ijs qui feud. dare poſſunt & c. 1. epiſcopum vel Abba. Sed an in iſtis infeudationibus Capituli conſenſus vel Conuentus requiritur, dicendum quod nõ. Bal. in d. cap. j. de ijs qui feud. dare poſſ. & eſt tex. in c. 1. in ver. in clericorum, ſi de Inueſt. inter do. & vaſ. lis oria. Aluaro. & alij
3 Docto. †Et ſicut in iſtis conſenſus Capituli, nec Conuentus, requiritur, ita quoque nec ſuperioris conſenſus, ita Bald. quem alij ſequuntur. in d. capitu. 1. de iis qui feud. dare poſſunt. Sed quid ſi Prælatura vacaret, an etiam iam Capitulum infeudare poſſit: dicendum quod ſic. ita Felyn. in c. cum olim, de offi. or.
4 & c. edoceri, de reſcript. vbi latius. †Et hoc verum intelligetis, niſi eſſet Eccleſia cathedralis. Illa enim, ſede vacante, non poſſet. ita Doctor. in d. capi. cum olim, & Panorm. in ca. illa, extra ne ſede vacan. quos ſequitur Claud. de Siſel. in rubri. qui feud. poſſ. & Zaſi. in 5. ſua parte. In prædictis tamen rebus alienandis formalis ſolennitas, de qua alibi, de quibus in ea. ſine exceptione, 12. q. 2. non requiritur. Et hæc obiter de Eccleſiaſticis pſonis, alia qui cupit, adeat Claud. in ſuo Speculo feudorum,
5 vbi de his ad nauſeam diſſerit, & Docto. in locis citatis. †Nunc de Secularibus. Inter Seculares ergo omnium primo feudum dare poſſunt Imperatores & Reges, qui ſuperiores non agnoſcunt in ſua terra, vt eſt Rex Franciæ, Anglię, & ſimiles. per ca. 1. de natu. feud. cap. 1. quis dicatur, Dux, Comes, Marchio. Et hi duplicia feuda dant, Regalia & non Regalia. Quæ feuda di-
6 cuntur Regalia vel non, ſupra docuimus. †Regalia dantur Ducibus, Marchionibus, Comitibus, ca. 1. de feud. Marchio. & hi proprie (vt ſupra diximus) regni Capitanei dicuntur. ca. i. de ijs qui feu. da. poſ. Qui ergo de Ducatu aliquo ab Imperatore vel Rege inueſtitur, Dux dicitur. Qui vero de Marchia, Marchio. Qui de Comitatu, Comes appellatur. cap. i. quis dica. Dux, Co
7 mes, Marchio. †Dux a ducẽdo dicitur, originem enim ab exercitus Romani Ducibus traxit, vt multis in locis apud Cæſarẽ in Commentariis, & Liuiũ probatur, quibus ab Imperatorib. Romanis Territoria & ſimilia, hoſtibus ſuperatis, dari ſolent, vt de Mutio Scęuola, Horatio Coclite, & ſimilibus apud Hiſtoriographos legimus, & ſupra ĩ Prima parte docuimus. Comitum vero originem Cornelius Tacitus docet in libello de Germanis, vbi ſcribit, apud Priſcos vſu fuiſſe receptum, vt cuilibet Duci ſeu Principi exercitus duodecim Comites aſſigna-
8 rentur, †ideo ita dictos, quia ſemper comitarentur, & a Ducũ latere non decederent, atque Germanis moribus ortam eſſe
9 originem Comitum, dictus autor teſtis eſt. d. loco. †Marchiones vero dicuntur prępoſiti limitum a Marcha, quę plerunq; iuxta mare eſt poſita. vt habet capl. 1. quis dicat. Dux, Comes, Marchio. Eſt enim francum nomen, nam certum eſt Romanos olim limites Imperii ſtatuiſſe, in qbus aduerſus Barbaros, hoc eſt, hoſtes, vel eos qui Romano Imperio non parebant, milites conſtituebant, qui quod in limitibus militarent, Limitanei appellabantur, aliàs enim Riparenſes Alcia. in l. contra, C. de re militari lib. 12. Duces eorum, quos hic vocamus Marchiones, alias nominari ſolent Liminarchę, quaſi Duces limitum. Alciat. tamen putat nomen Marchio Celticum eſſe vno loco, aliundeque originem traxiſſe. libro 3. ca. 27. ſui parergon. alio rurſum loco Germanicum eſſe: ac perinde eſſe quaſi magiſtrum equitum, a Marca qui dicitur eques apud illos. in tra.
10 de fin. certami. c. 32. †ſed verius eſt, a limite originem traxiſſe, quod etiam bene Zaſ. ſequitur. in 5. parte ſui trac. feu. Franci. n. limites Marchas vocãt, Duces limitũ, hoc eſt, portuum cuſtodes, qui circa mare ſunt Marchiones. tex. in d. c. j. quis dic. Dux Comes March. Ariſt. in Polit. tales vocat Liminophylacas, & inde etiam limitanei dicebantur fundi, qui ijs aſſignabantur, & Limitrophi. de quo in l. j. l. agros. vbi Alc. C. de fun. Limitro-
11 phis. lib. 11. †Poteſt ergo (vt nunc diximus) quilibet princeps vel Rex, Duces, Marchiones, Comites creare, eiſque de Ducatu, Marchionatu, Comitatu infeudare, vt late Aluaro. in cap. 1. quis dica. Dux, Comes, March. & cap. 1. de feud. Marchio. & hęc de Regaliis feudis. Sunt etiam, vt diximus, feuda non Regalia, & illa quoque principe vel Reges concedere poſſunt, vt fundos, villas, territoria, & ſimiles res c. a. i. verſi. qui vero, quis
12 dica. Dux, Comes, Marchi. †Nam princeps quiduis & quibuſlibet feuda dare poteſt, & iſti vaſalli quoque Capitanei dicuntur, non tamen Regni, vt alii d. ca. i. §. qui vero, quis dicat. Dux. March. Comes, & d. c. l. de ijs qui feu. dar. poſſ. Secundo, etiam Dux, Comes, Marchio feuda dare poſſunt. d. c. i. de ijs qui feud.
13 dar. poſſ. & c. i. quis dica. Dux, March. Comes. & horum vaſalli dicuntur Valuaſores maiores, quaſi ad valuas ſtantes. Iac. Bel. in d. c. 1. de iis qui feu. dar. poſſ. & d. c. i. quis dicat. Dux, Comes, March. Tertio, rurſum illi maiores valuaſores feuda dant ſuis militibus, qui minores Valuaſores dicuntur, d. cap. 1. de iis qui feud. dare poſſ. qui tamen aliquando etiam Capitanei appelli-
14 tur. c. i. verſi. ſi Capitanei, de feu. Marchi. †Quarto, rurſum illi qui a maioribus Valuaſoribus acceperunt (minores. ſ. Valuaſores) infeudãt alios, & illi Valuaſini, vel minimi Valuaſores
15 dicuntur. c. i. de iis qui feu. dare poſſ. Quinto omnes laici quibus eſt bonorum adminiſtrationem plena, bona propria in feudũ dare poſſunt, etiam ſi ruſtici ſint. ita Bal. in ca. i. §. Marc. & ibi Aluaro. & alij omnes, de iis qui feu. dare poſſ. Inno. in c. verum de foro comp. ext. Qui tamen de ſuis bonis aliquid prohibetur alienare, id feudum dare non poſſet. tex. in c. i. ver. qui
16 enim, per quos fiat inueſt. †Non tamen intelligetis ita iſtuc, ſi prohibitus quis eſſet alienare ſpecificatam domum, quod ergo fundum alium vel domum non poſſet in feudũ dare, nam hoc non vult ibi tex. ſed ſolum, quod res illa prohibita, non poſſit in feudum ab illo dari, vt Alua. & Iac. de Bel. qui optime diſtinguunt, an in genere, an in ſpecie facta ſit prohibitio, de
17 quibus nos infra in 8. part. †Sexto fœmina feudum dare põt. tex. in c. i. §. fœminam, per quos fiat inueſ. & ſic per conſequẽs, fœmina iuriſdictionem inter vaſallos ſuos habere poterit. ita
18 Alu. & alii Doct. in d. §. fœminam. Septimo, †minores viginti quinq; annis, feudum a parente vel patre datũ alicui, mortuo patre, bene confirmare poterunt, hoc eſt bene rurſum inueſtire: Nouum tamen feudum dare de ſe non poſſunt, cum nondum ſint legitimę ętatis, hoc eſt, vigintiquinque annorum. textus eſt in c. i. per quos fiat inue. Sed an ſine Curatoris autoritate a parenre datum feudum confirmare poterint: Et vr̃ primo quod ſic, quia iſtud feudum non cenſetur in bonis dñi feudi,
19 ſed vaſalli nunc eſſe. arg. l. i. bonorum, ff. de verb. ſign. †Nam ſi ager vectigalis vel ſuperficiarius in bonis conductoris habet. d. l. bonorum. ergo multo magis res feudalis. Recte ergo quod alterius eſt, ſiue Tutoris, vel Curatoris autoritate rurſum confirmat', vt etiam vult alibi gloſſ. in d. cap. i. per quos fiat inue. & ſequitur Zaſ. alio loco, Zaſ. in ſua 5. parte. ea ratione quod per hoc ſe liberat ab obligatione, q̃a tenebatur vaſallo ad reinueſtiẽdum, poteſt enim pupillus ſine Tutoris autoritate cõditionem ſuam meliorem facere, & quiduis agere, non deteriorando rem ſuam. per §. i. Inſt. de autho. tuto. Et debitum patris ſine prętoris autoritate ſoluere. l. magis puto, §. ſi pupillus,
20 ff. de rebus cor. qui ſub tute. vel cura. ſunt. †Sed paucis, ego cõtrarium puto, abſque Tutoris autoritate non poſſe pupillum minorem, facere, ſeu reinueſtire. Non obſtant ſupra allegata a Zaſ. ex d. §. i. Inſt. de autori. tutor. qui tunc demum aſſerit neceſſariam eſſe Tutoris autoritatem, cum ſuam conditionem deteriorem facit, alias non, quia hoc ſimpliciter non eſt verum,
21 †imo neceſſaria eſt Tutoris autoritas, quãdiu meliorem non facit conditionem ſuam, Nam ſoluendo ꝙ debet, vere non facit conditionem deteriorem, & tñ hoc non poſſet facere abſque Tutoris autoritate, tex. eſt in l. obligari. §. ſi pupillus, ff. de auth. tuto. l. ꝗ iuris, ff. de pact. ſic hic in iſto caſu nr̃o, licet conditionem ſuam deteriorẽ non facit, non tñ facit meliorẽ, & ergo requiritur Tutoris vel Curatoris autoritas. Non ob. ſecũdo, ꝙ pupillus patris debitũ ſine p̃toris autoritate ſoluere poſſit, d. l. magis puto, §. ſi. pupillus vbi gl. ff. de reb. eorum qui ſub tutel. vel cura. ſunt. q̃a licet dicat, debitum patris ſine prętoris autoritate poſſe ſoluere, non tamen dicit, ꝙ ſine Tutoris autoritate poſſet. Nam tex. ille debet intelligi in ſuo caſu, in quo
22 loquitur. †Tractatur enim ibi, an propter ęs alienum, prædia pupilli cum ſola autoritate Tutoris alienari poſſint, & dr̃ ꝙ non, ſed ꝙ fieri debet prętoris interuentu, & cũ cauſę cognitione. probantur hæc pulchre in d. §. ſi pupillus, verſi. non paſſim, & l. i. § eodem titu. de rebus eorum qui ſub tutel. Sed excipitur ibi ab illa regula iſte caſus, quando pr̃ pupilli vel dedit aliquid, vel promiſit immobilium, quod liquido cõſtat, quod tunc bene poteſt alienatio illius rei fieri in donatarium ſine p̃toris interuentu, non tamen negat fieri debere cum Tutoris autoritate, vt alibi requirit tex. per d. l. obligari, §. ſi pupillus, ff. de autho. tu. & in noſtra ſententia eſt Alu. in c. i. in fi. per quos

fiat

ſiat. inue. Admitto ergo hoc, quod poſſit ſine interuentu Prę
toris confirmare feudum a patre datum, per dicto paragra-
pho ſi pupillus, quod alias cum eius decreto fieri deberet ex
d.l.magis puto.§. ſi pupil. ſemp tñ authoritate Tutoris, & eo
etiam præſente.ſecundum paragraphũ tutor.Inſtitu.de auth.
tutorum Si tamen adultus Tutorem non haberet, tunc pro
pria authoritate poſſe facere exiſtimarem, qui tamen ſi lęſus
eſſet, puto in integrum reſtitui poſſe, argumen.l. ſi curato-
24 rem habens. C.de in integrum reſtitutio. † Feudum nouum
(vt diximus ante) etiam dare non poſſet, cum ſolius tutoris
authoritate capitulo primo, verſic.noui, per quos fiat inueſt.
ſi tamen neceſſario cogeretur vaſallos facere pro dignitate
ſua, tunc fieri quidem poſſe concederem, dum tamen cum de
creto prætor.ſecundum ea, quę habentur in d.l.magis puto, ff.
de rebus eorum.

25 †Octauo. infans, prodigus, furioſus, mẽte captus, feudum a
parente eorum datum confirmant, per Tutores vel Curato-
res. Alua.in c.i.per quos fiat inueſtitu. Nam cum feudm ab iis
ſeruatur ab aliquibus rurſum dari, aut confirmari debet.

26 †Nono, Mutus Surdus, vel alias imp̃ſectus, ſi modo bono
rum ſuorum adminiſtrationem habent, feuda dare etiam no
ua licite poſſunt, vel per ſcripturam, vel ſimili modo. Hi cũ
Tutores ſæpe non habent, vbi tamen ex imperfectione habe
rent, tunc quoque eſſe opus dicetis, vt in prædictis diximus.

27 Decimo, † Procurator quoque alterius nomine, cui de eo
datum eſt mandatum ſpecialiter, licite feudum nouum dare
poteſt, per c.i.§.i.verſ.ſed vtrum, per quos fiat. inueſt.c.i.verſi.
item inueſtitura, de nouis feudo. iuncta, l.mandato, ff.de proc.
28 †Sic etiam procurator, cui data eſt libera bonorum admini-
ſtratio, in genere, licite feudum antiquum confirmare pote-
rit. ita Zaſi.in iii.ſua parte, & Præpo.in d.verſi.ſed vtrum, per
l.procurator tutorum.ff.de procurat.& l.mandato, eodem ti-
tulo. Nouum tamen dare non poſſit, niſi cum mandato ſpe-
ciali, in quo etiam differt ab Emphyteuta, qui nunquam per
Procuratorem Emphyteuſim alteri dare, vel accipere poteſt,
per tex.in l.fin.C.de iure emphyt.rationem differentiæ dat Al
uaro. Præpoſi.poſt Iacob de Beluiſ.in d. §. ſed vtrum Et hæc,
quo ad hanc partem ſuffecerint Nunc ad Septimam partem
pergamus, ſcilicet, qui feuda accipere poſſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Quilibet feudi capax eſt, niſi expreſſe fuerit prohibitus.*
2 *Epiſcopi, Abbates, & aliæ eccleſiaſticæ perſonę, an feuda accipere poſ ſint.*
3 *Feudum nouum eccleſiaſticæ perſonę accipere poſſunt, & eius ratio.*
4 *Feudum per habitus clericalis aſſumptionem, quare amittatur.*
5 *Mutus, Surdus, Claudus, & ſimiles imperfecti, incurabiles feudum ac- quirunt, cum diſtinctione tamen.*
6 *Subinfeudatus eiuſdem erit qualitatis, cuius ſubinfeudans erat.*
7 *Filiusfamilias an feudum acquirere poſſit.*
8 *An pater vſumfructum rei feudalis filii ſui lucrifaciat.*
9 *In caſibus in quibus ius feudorum nihil conſtituit, ius commune ſequen- dum eſt.*
10 *Feudalia bona non ſimpliciter bona caſtrenſia ſunt.*
11 *Bona immobilia data militi in caſtris, cõtẽplatione militiæ ſunt Caſtrẽſia.*
12 *Caſus vbi pater vſumfructum feudi filii ſui non lucratur.*
13 *Adultus ſine authoritate Curatoris feudum nouum, vel antiquum acqui- rere non poteſt contra Doct. & eius ratio.*
14 *Pupillus in cauſis ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur aliquando obligatur.*
15 *Impubes ſine authoritate Tutoris feudum ſiue nouum, ſiue antiquũ acqui- rere non poteſt, & ratio quare?*
16 *Infans, furioſus, mente captus. qualiter feudum acquirunt.*
17 *Fœmina an feudum acquirat?*
18 *Ruſticus feudum acquirit.*
19 *Ruſticus an per feudi acquiſitionem nobilis fiat?*
20 *Nobilis vnde dicatur.*
21 *Serui an feudum acquirere poſſint, & quibus feuda acquirant.*
22 *Dominus conferendo ſuo ſeruo feudum liberum eum ex ſeruo facit.*
23 *Monachus an feudum acquirere poſſit, & quib. acquirat.*
24 *Procurator alterius nomine, an feudum, vel inueſtituram accipere poſſet.*
25 *Procurator an nomine veri vaſalli fidelitatis iuramentum præſtare poſ- ſit.*

SEPTIMA PARS. QVI FOEVDA ACCIPERE poſſint.

1 ET primo † dicendum, regulariter vnum-
quemque feudum accipere poſ
ſe, niſi expreſſe prohibitus inueniatur. c. i.§.i.verſ.
perſonam, per quos fiat inueſti. Et ergo ipſe Pa-
pa primo feuda ab eccleſiis, Imperatore, Rege, vel alio aliquo
accipere poteſt. Rurſum Imperator a Ducib. Comitibus, vel
quibuslibet aliis. Sic quoque Duces, Marchiones, de quibus,
2 parte precedente. † Sed quid de epiſcopis. Abbatibus, Prælatis
vel aliis Eccleſiaſticis perſonis, an feuda accipere poſſunt (vt
dare licite poſſe ante docuimus)? Certe in hoc puncto Doct.
mirifice variant. late de his Zaſi.v.parte.& Præpoſi.in c.i.de iis
qui feudum dare poſſ. Et de iure feudorum multis in locis vi-
detur prima facie, non ſolum non poſſe accipere, verumetiã
ſi habeãt per habitũ Clericalem, hoc ipſo amittere tex.in ca.
j.ad finem, de feud.fœminæ, c.i.§.ſi quis per 30. verſi.clericus.
ſi de feu defunct.conten.ſit inter domi.& agna.vaſal.in c. i.in
fin. an mut. vel alias imperfect cum nemo militans Deo, ſeſe
ſecularibus negotiis implicare debeat. c.i.de milite. vaſal.qui
arma bel.depoſuit, cap.placuit.21. q. 3. & alia multa, quæ ibi
3 a Doctor.allegantur. † Sed paucis dicetis, de iure licite feudum
accipere poſſe, tam Canonico, quam feudali, vt expreſſe.in c.
ex tranſmiſſa de foro competen.& late Panormit.in c.cœte-
rum, extra de iudi.in c.i.§.fi.de c. Conrad. Nec obſtat, ꝙ adfert
alibi in contrariũ Zaſi.in v.parte ſui tracta.feud.per habitus,
aſſumptionem feudum amitti, ergo multo minus poſſe acci
pere, quia hoc non ſequitur. Nam quid ſi dominus Clerico,
Epiſcopo, Abbati, vel Monaſterio dare vellet, & eſſet conten
tus, quod per ſubſtitutum ſeruirent, quare hoc nõ poſſet? aut
quis hoc illi prohibebit? cum quilibet in re ſua moderator
eſt, & arbiter. l.in re mandata, C. mandat. Et hoc quando de
4 nouo feudum datur † In alio vero caſu, quando per habitum
Clericalem amittit, longe alia ratio eſt. Nam eo in caſu domi
nus primo non dedit Clerico, ſed militi, eiuſque fuit intentio
nis, vt a milite ipſo conſeruaretur, & ab ipſo ſeruiretur, & er-
go ſi habitum Clericalem iam aſſumit merito illo feudo de
ſtituendus eſt. dictis ee citatis, & l.in omnibus cauſis.ff de reg.
iu. Magis.n.intereſt domini militẽ habere vaſallum in perſo-
na, quam Epiſcopum, Abbatem, Monachum, ſeu alium Cle
ricum, vel eius nomine ſubſtitutum. Nihil ergo illa faciunt,
vt quoque latius docebimus, in xii. & xiii. parte infra. Et hæc
de Clericis, Imperatoribus, Regibus, & ſimilibus.

5 † Secundo, quilibet paterfamilias cuiuſcunque qualitatis
fuerit, ſiue integer, ſiue mancus, ſurdus, mutus, vel alias im-
perfectus, feudum accipere poteſt. Nam quis prohibebit do-
mino a principio tali dare, ſi ei gratiam facere velit? Hoc ta-
men ita verum, ſi de ſuis propriis bonis tali feudum conceſ-
ſit, ſecus ſi de feudo, quod ab alio ſuperiore tenet, ſubinfeuda
6 daret, † Illo enim caſu ſubinfeudatus ſimilis eſſe debebit ſub-
infeudanti. per c.i §. ſimiliter, de lege Conrad.
7 † Tertio filiusfamil. feudum accipere poteſt, quia non pro-
8 hibetur. d.c.i.§.i.verſ perſonam, per quos fiat inueſtit † Sed du
bitari poterit, an ex feudo etiam pater habiturus ſit vſumfru-
ctum, & certe Claudius de Siſell.(quem recitat etiam Zaſi. &
ſequitur) in v.parte ſui tractatus feudalis. tenet patri, non acq-
ri vſumfructum. Sed paucis cõtrarium puto verius, Nam cer-
tum eſt, quod in cauſis, in quibus ius feudorum, nihil conſti-
tuit, ſeruandum eſſe ius ſcriptum. ca.i.§.ſtrenuus, de feu.cog.
9 † ſed nihil de eis in libris Feudorum repetitur, ergo ius ſcrip-
tum ſeruandum, quod vult, omnia quę a filiofamilias acqui-
runtur, ad patrem ſaltem quo ad vſumfructum venire, §.igi-
tur, Inſti.per quas perſo.nobis acquir.l.cum oportet, C.de bo
nis quę libe.licet olim plene.l.placet.ff.de acquiren. hæredit.
Sed quomodo vſusfructus, apud patrẽ erit, cum filius laborẽ
ferret præſtando ſeruitia? videtur hoc eſſe iniquum, vt etiam a
ſimili Bartol.alibi videtur velle.in ſuo tracta.de duobus fra-
trib. Sed paucis dicite, hoc non eſſe abſurdum, vel iniquum,
cum lex volet l.cum oportet, C.de bonis quæ liber.in verbis,
10 vel laboribus. † Nec poſſet hic dici (quod etiam Doctor. aliq
volunt) eſſe bona Caſtrenſia, quia in immobilibus illa non
cõſiſtunt. l.i.C.de caſt.peculio, l.ſi forte, l.caſt. ff. de caſt. pecu-
11 lio. Prædicta tñ vera, † niſi ĩ militia, vel cõtemplatione militię
accepiſſet, exiſtens in bello vel Caſtris. l.i.C.de caſ.peculio, li.
r 2. Tũc enim vt immobilia dari poſſunt, & ſunt Caſtrẽſia,
ita tunc quoque datum vt caſtrenſe patrem excluderet dictis
ll. Secundo limita, niſi ipſe Imperator vel Rex filiofamilias cõ
ferret etiam non contemplatione militiæ. tunc enim cenſere-
tur quaſi Caſtrenſe, tex.eſt elegans in l. cum multa, C.de bo-
nis quæ lib.vt ſi princeps Aulico ſuo feudum, vel aliud daret.
Hæc.n.omnia, vt Caſtrẽſia parentem excluderent. l vnica, C.
12 de caſtr.omnium palatino.pecu. † Tertio quoq; limitari poſ-
ſit, niſi ille dominus, qui conceſſit filiofamilias, pacto exce-
pit, ne apud patrem vſufructus eſſet, hic rurſum pater exclude
retur, § i.vt liceat mat. & auię, in Authẽ.& authen hæreditas,
13 C. de bonis quæ liberis. † Quarto, pupillum adultum, ſi-
ne authoritate Curatorum feudum accipere plene non poſ-
ſe puto, ſiue ſit nouum, ſiue antiquum (quanquam Aluaro.
Iacob.de Beluiſ.& alii Doctor.in dicto § perſonam, per quos
fiat inueſtitura, & Zaſi. in quinta parte ſui tractatus tenent,

eum qui talis eſt, poſſe ſine Curatoris authoritate accipere) &
hoc probo, primo, quia ſine Curatoris authoritate obligari
non poteſt toto ti. de authoritate tuto. Inſtitu. & ff. eodem
titulo, quod hic fieret. Secundo, moueor, quia hæreditatem
etiam lucroſam adire non poteſt ſine Tutoris authoritate: §.
2. Inſtitu. de authorita. tutorũ, & hoc ne vexetur multis litib.
per l. minorib. ff. de minoribus. & D. Cantiuncula in d. §. 2. Sic
ſit in accepto feudo, ex quo multis laboribus & ſeruitiis gra-
uari poſſet. Nam obligatur ſtatim poſt pubertatem ad præſtã
dã fidelitatem & ſeruitia. c. i. §. ſi quis per 30. verſ. minori. cũ §.
ſeq. ſi de feu. defuncti contẽ. ſit inter dominum & agna. vaſal.
Et ſi non præſtaret fidelitatem accipiendo inueſtituram, in-
fra tempus debitum, vel nõ debite ſeruiret, feudum amitteret
tex. in capitulo primo, §. præterea. de prohibi. feu. alienati. per
14 Fed. † & ſic in feudis pupillus in cauſis ex quibus obligationes
mutuo naſcuntur bene obligatur, quod de iure ciuili non fit,
paragrapho primo, de autho. tuto. Inſtit. & ergo hic neceſſa-
ria Tutoris authoritas eſt per legem obligari, ff. de authorit.
tutorum.

15 † Quinto, impubes ſine authoritate Tutoris feudum ſiue
nouum, ſiue antiquum acquirere poteſt d. §. i. Inſtitu. de auth.
tut. l. 5, in 2. reſpon. ff. de pac. qa per hoc põt ſimpl'r ſuam con-
ditionem facere meliorem. Non obſtat, quod ſine Tutoris
authoritate obligari non poteſt, lege obligari, ff. de autho. tut.
quia diceris, non obligari ad ſeruitia, neque ad fidelitatis iura
mentum vſque ad pubertatem, dicto capitulo primo, para-
grapho ſi quis per triginta, verſicul. minori, cum paragrapho
ſequenti, ſi de feud. defunct. contentio. ſit inter dominum, &
agnatum vaſallum, ſed bene obligat dantem, paragrapho pri
mo, in fine, Inſtitu. de authoritate tutorum. quia ergo interim
ad nulla obligatur, & feudum forte (vt fere ſemper eſt) lucro-
ſum inueniretur, quare non poſſet ſuam conditionem melio
rem facere, ante pubertatem, ſine tutoris authoritate?

16 † Sexto, infans ſi fari non poſſit, vel furioſus, vel ſimilis, li-
cet ipſi accipere non poſſunt, cum nullum contrahant nego-
tium, lege in negotiis, ff. de regu. iur. eorum tamen Tutores,
vel Curatores per ſe poſſunt. argumen. l. ſi infanti, l. potuit, C.
de iure deliberandi, Si vero infans fari poſſet aliquo modo, &
aliquem intellectum haberet, rurſum ſine Tutoris authorita
te poſſe putatem per paragraphũ pupillus, Inſtit. de inutili. ſti
pulatio. l. quamuis. §. final. ff. de acquiren. poſſeſ. l. donatorum.
C. eodem titu. quia non obligatur d. §. minori, cum ſeq. ſi de
feu. defun. conten. ſit inter dom. & ag. vaſal.

Septimo, mutus, ſurdus, recte feudum accipiunt, vel alias
imperfectus ſiue natura ſiue per accidens, hoc eſt, curabilis
vel incurabilis fuerit, nihil enim referi in iſta parte. Poteſt enĩ
dominus ſibi imputare, qui ſciens tale feudum conceſſit, &
hoc quando nouum eſt. Antiquum vero quando accipere
poſſunt & quando non, ex ſucceſſione, infra in nona parte
patebit.

17 Octauo, fœmina quoque vt nouum feudum dare poteſt,
ita quoque accipere. capitulo primo, de feud. fœmin. capitulo
primo, de eo qui ſibi vel hære. ſuis. Poteſt enim dominus gra
tiam facere cui vult captulo primo, quemadmodum feud. ad
filiam pertine.

18 Nono, † ruſticus quoque feudum accipere poteſt, quia nõ
prohibetur per capitulũ primũ, paragrapho perſonam, per
quos fiat inueſtitu. & nobilis fiet, ſi ab Imperatore, Rege, Du
ce, Marchione, vel Comite inueſtiatur, ita Aluaro. in capitu-
19 lo primo, quis dicatur Dux, Comes, in verſiculo cęteri. † Qui
tamen a Capitaneis ſiue Valuaſoribus ruſtici feudum acci-
piunt, illi per hoc non nobilitantur, quia docuimus antea, ꝙ
nobilitas in ictu oculi non naſcitur, & ſic ruſticus acquirens
per hoc nõ nobilitatur ſolum, ꝙ feudum acquirat, ſed ſi ali-
quot factis in bello egregiis præſtat poſtea ſe audacem & no
tum omnibus virtute, tunc demũ putatem fieri nobilem, ex
eo quod iam noſcitur, & omnes ob id factum in eũ oculum,
20 conüciant alias non. † Proprie enim nobilis dicitur a noſco,
quaſi ex virtute vel ſcelere omnib. notis. Hinc quoq; nobile
ſcortum alibi Comicus Thaidem vocat, & alibi alius, Athe-
nas, nobilem ciuitatem, huius ergo iam deſcendentes & ſuc-
ceſſores per primum hunc ruſticum nobiles erunt: vt uidetur
innuere tex. in dicto capitulo 1. ver. cæteri, quis dicat. Dux,
Marchio. Comes, a contrario, & ruſticum non ſolum ruralẽ
intelligimus hominem, ſed paganum, hoc eſt, ſimpliciter
non nobilem hominem, qualis qualis fuerit. Qui tamen ve-
rum nobilem noſſe affectatus adeat Iudocum Clichtoueũ,
& Bonum de Curtili, qui ad nauſeam ea de re tractauere.

21 Decimo, † ſerui quoq; feudum accipere poſſunt, & inueſti
turam (dum tamen, qui dant non ignorent eſſe ſeruos. capitu
lo primo, §. perſonam, per quos fiat inueſtitu.) Et tunc feudũ
illud dominis ſuis acquirent, ſecundum diſtinctionem alibi
poſitam in l. fina. C. per quas perſo. nobis acquir. & l. ſi com-
munis ſeruus ſtipuletur Lucio Titio, ff. de ſtipu. & illi domino
22 ſeruient. † Si vero dominus propriis ſuis ſeruis feudum daret,
hoc caſu ſerui liberi fierent, Sicuti cum a dominis hæredes in
ſtituuntur. argumen. § ſeruus autem a domino, Inſti. de hære.
inſtit. §. primo, qui teſtamen. tuto. da. poſſ. & argumen. l. ſuper
ſeruis, C. qui milit non poſſunt, lib. 12. Andre. de Iſer. Aluaro.
Marti. Lauden. in d. §. perſonam, per quos fiat inueſtitu. quod
poſſet hodie facere ad proprios homines in VVeſtphalia, &
in Liuonia.

23 Vndecimo, † Monachus quoque feudum accipere poteſt
& ſuo Monaſterio (vt ſeruus domino) acquiret, argum. a ſer-
uo ad monachum Nam ſi dominus Monacho vel monaſte-
rio gratiam facere vult, & eſſe cõtentus ſubſtituto, nemo põt
24 prohibere. Poſtremo, † Procurator habens ad hoc manda-
tum ſpeciale, nomine alterius licite feudum & inueſtituram,
accipere poteſt, (vt quoque contra Procurator alterius nomi
ne, dare poteſt, vt in parte pręcedente diximus, per capitulu
primũ, §. ſed etiam res. verſi. ſed vtrum, per quos fiat inueſtitũ
ra, capitulo primo, verſicul. item inueſt. de notis feudorum,)
quod tum etiam ſufficeret, cum tertius aliquis non Procura-
tor, accepiſſet alterius nomine ſine ſpeciali mandato, dum ta
men is quem concernit, ratum poſtea intra tempus legitimũ
habeat. Mart. Lauden. in d. §. ſed vtrum, per quos fiat inueſtit.
Imo in Procuratore habente generale tantum mandatum
hoc ſufficere, cum Præpoſito exiſtimarem Præpoſit. in capi-
tulo primo. §. ſed vtrum, per quos fiat inueſtitu. ad quod facit
25 capitulo accedens, de prębend. † Sed cum diximus, Procura-
torem poſſe Vaſalli nomine inueſtituram accipere, an ergo
etiam Vaſalli nomine fidelitatis iuramentum poſſit pręſtare?
Et Bal. in l. i. in 56. q. ff. de ter. diuiſio. tenet quod non, Paul. Ca
ſtr. vero in conſilio ſuo 424. incipient. laudamo & inueſtitura.
tenet, quod ita demum per Procuratorem fieri poſſit iuramẽ
tum, ſi dominus vult, alias non. Sed certe dico, per Procurato
rem quoque fieri poſſe fidelitatis iuramentum, quod etiam
tenet Aluaro. in capitulo primo, §. ſed vtrum, per quos fiat in
ueſtitu. vbi quoque Præpoſit. Et inquit Iacobinus de Sancto
Georgio, in ſuo tracta. de feudis in verbis qui quidem inueſti-
ti præſtiterunt iuramentum fidelitatis, quod opinio commu-
nis eſt, quod tale iuramentum poſſit præſtari per Procurato-
rem. Et hæc quo ad Septimam partem ſufficerint, nunc ad
Octauam partem accingamur, quæ ſcilicet res in feudum da-
ri poſſunt, & quæ non.

SVMMARIVM.

1 *Quadruplicis generis res ſunt.*
2 *Quæ res in feudum dari poſſunt.*
3 *Res incommerciales in feudum dari non poſſunt.*
4 *Quales res Eccleſiæ in feudum dari poſſunt.*
5 *Intellectus c. 1. Epiſcoporum vel Abbatum.*
6 *Triplicia ſunt eccleſiaſtica bona.*
7 *Bona quæ ſunt de menſa Eccleſiæ in feudum dari non poſſunt.*
8 *Quæ bona Eccleſiæ cenſentur de menſa facta, & quæ non.*
9 *Archiepiſcopus Mediolanenſis feudum ſolitum infeudari, rurſum infeu-
dare non poteſt.*
10 *Caſus vbi res Eccleſiæ vere de menſa Epiſcopus in feudum dare poſsit.
Quales res Eccleſiæ in feudum dari poſſunt, & quid de Decimis, &
an hodie cõſuetudine induci poſſet res Eccleſiæ, vt infeudentur, & quã
tum temporis requiritur, vide ibidem.*
11 *Fundus dotalis vxoris a marito in feudum dari non poteſt.*
12 *Res immobilis pupilli in feudum dari non poteſt.*
13 *Pater rem filii, cuius vſumfructum habet, non poteſt alteri in feudum
dare.*
14 *Res feudalis, licet prohibita ſit alienari, poteſt tamen in feudum dari.*
15 *Res ſtatuto prohibita alienari in extraneum, non poſſet etiam extraneo da-
ri in feudum, ſed in conciuem poſſet.*
16 *Bona prohibita alienari teſtamento, vel alia vltima volũtate, an in feudũ
dari poſſent, & quomodo.*
17 *Res mere ſoli in feudum dantur.*
18 *Ducatu, Comitatu, Marchionatu in feudum conceſſo, an regalia etiam
veniant.*
19 *Magna Regalia in parua conceſſione non veniunt.*
20 *Territorio vel flumio conceſſo in feudum, an etiam feræ & piſces ve-
niant.*
21 *Res ſolo cohęrentes in feudum an dentur.*
22 *Res ſolo non cohęrentes etiam in feudum dari poſſunt.*
23 *Conceſſo caſtro vel flumine in feudum ſimpliciter, conceſſa quoque in du-
bio cenſetur iuriſdictio.*
24 *Res inter immobilia computatę etiam in feudum dari poſſunt.*
25 *Panes Ciuiles in feudum dari non poſſunt.*
26 *Res mobiles in feudum dari non poſſunt, & eius ratio. 27.*

28 *Feudo-*

28 *Feudorum natura eſt, vt dominium directum maneat apud concedentem.*
29 *Penſiones etiam perſonales in feudum dari poſſunt.*
30 *Bona communia cum alijs pro parte in feudum dari poſſunt.*
31 *Quid ſit adæquationis ius habere.*
32 *Feudum commune cum alio pro parte rurſus alteri ſubinfeudari poteſt.*
33 *Res etiam aliena in feudum dari poteſt:*

OCTAVA PARS, QVAE RES IN feudum dari poſſint, & quæ non.

1 PRiuſquam † de rebus quæ in feudum dari poſſunt dicere cœperimus, præſupponendum fuerit, quadruplicis generis res
2 eſſe. † Primo, res ſunt mere ſoli, hoc eſt terræ de quibus in l. ſolum, ff. de rei vendicatione. Secundo ſunt res ſolo cohærentes, vt ſunt fructus pendentes de quibus in l ſi pendentes fructus. ff. de vſufruct. & quemadmodum quis vtat. fruat. item ædificia quoque ſolo inædificata. de quibus in §. cum in ſuo ſolo, Inſt. de rerum diuiſione. Tertio, ſunt res quæ inter immobilia computantur, vt ſunt ſuperficies, hoc eſt, ædificia quæ ſolo non cohærent, vt plerunque ſunt ædes ruſticæ, de quibus alibi Aluarot. capitulo primo, §. ſi vaſallus, hic finitur lex deinde conſuetudines reg. incipi. item annuus reditus de quibus in capitulo, exitti de Paradiſo, §. cunque annui reditus. de verbor. ſignificatione, in Clement. item penſiones, & ſimilia: item prouentus ex vectigalibus, teloniis, pedagiis de quibus Doctores, in capitulo primo, verſic. ſciendū, de feu. cognitio. Rurſum iuriſdictiones, iura piſcandi, venandi, lapides cedendi, & ſimilia de quibus in l. diuortio, §. ſi fundum, verſic. quod in anno, & §. quod in ſemente, ff. ſoluto. matrimo.

Quarto ſunt res mobiles omnibus notæ, vt ſunt, pecunia, equi, boues, & ſimilia l. mouentium, ff. de verborum ſignifica
3 tione. Nunc ad rem ipſam procedamus. † In feudum ergo dari poſſunt res immobiles commerciales, capitulo primo, §. ſciendum, de feud. cognitio. non prohibitæ alienari, Lege, Statuto, Conſuetudine, vel alia aliqua vltima voluntate. capitulo primo, §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtitura. Et primo hic quæ ad partem negatiuam pertinent declarabimus, poſt-
4 ea quæ ad affirmatiuam. † Primo enim res incommerciales quæ promitti lege non poſſunt. de quibus. in §. idem iuris, Inſti. de inutil. ſtip. vt Forum, Theatrum, Baſilica, illæ in feudum dari non poſſunt. per dictū capitulū primū. §. ſed etiā res. per quos fiat inueſtitura. Sic quoque nec res cuius commercium apud accipientem eſſe non poteſt, ſi qua eſſet forte, licet bene apud dantem cuius mentio fit in l. multum intereſt, ff. de verborum obligationib. Secundo quoque in feudum dari non poſſunt res alienari prohibitæ lege, vt ſunt res Eccleſiæ, religioſæ, ſacræ & ſanctæ. l. iubemus, cum omnibus §§. ſequen. C. de ſacroſanctis eccleſi. toto titulo, de non alie. rebus eccle. in Authen. & toto titu. de rebus eccle. alie. vel non, extra, & per dict. §. ſed etiam res. De rebus Eccleſiæ prædicta vera erunt, ſi ſunt in dominio eccleſiæ plene. vt in dictis locis allegatis, & in capitulo primo, in princip. Epiſcop. vel Abbatem illo enim caſu, vt alienari prohibitæ ſunt, ita quoque nullo modo in feudum dari poſſe (inconſulto papa) certum eſt d. capitulo primo, Epiſc. vel Abbatem. Et hoc tam a Seculari, quam eiuſdem Eccleſiæ Prælato. l. inter ſtipulantem. §. ſacrum. ff. de verborum obligation. & d. §. idem Iuris Inſti. de inutili. ſtipula. Si tamē ſunt res ſolitæ antiquitus ex conſuetudine infeudari, illæ rurſum licite poſſunt infeudari. d. capitulo primo. Epiſcopum vel Abbatē in ſecundo reſponſo. & capitulo primo, de iis, qui. feu. dari po
5 teſt, capitulo ſecundo, ex. de feud. † Paucis ergo, vt intelligatis dicto capitulo primo, epiſcopum vel Abbatem quo ad bona abbatiæ, eccleſiæ, vel ſimilis loci, an infeudari poſſint, dicetis,
6 quo ad hanc rem, † triplicia eſſe bona abbatiæ vel Eccleſiæ. Primo, habent bona quæ ab antiquo tempore, ante Vrbanū papam ſolitæ erant infeudari, & illa ut olim, ita & hodie adhuc poſſunt licite infeudari, citra papæ, conſenſum d. capitul. primo in 2. reſpon. Epiſcopum vel Abbatem. & d. capitulo ſecundo, extra de feud. Secundo habent bona, quæ antea ſolita non erant infeudari, quæ tamen potuiſſent libere infeudari, ab Abbatibus & aliis Prælatis, ſi voluiſſent, ante prohibitionem Vrbani Papæ, citra papæ conſenſum: vt ſatis innuit. d. capitulo primo, Epiſcop. vel Abbatem vt ſunt villæ, agri, fundi, & ſimilia, a diuerſis illis collati. Sed hodie illa non poſſint in feudum dari, irrequiſito, papa per d. capitulū primū, Epiſcop. vel
7 Abbatem in principio † Et illa bona dicuntur eſſe de menſa Abbatiæ, vel Eccleſiæ, de quibus in capitulo vt ſuper, ex. de rebus eccleſi. alien. vel non, vbi Panormit. quæ etiam aliquando tituli uocantur d. capitulo primo, in princi. Epiſcopum vel Abbat. Tertio habent bona quæ ſolita aliquando quidē fuerunt dari ante Vrbanū papā in feudū, ſed ex delicto, alienatione, vel ſimili modo redierunt ad Abbatiam, vel Eccleſiam plene. de quibus c. 2. ex. de feud. in capi. ad aures, ext. de pen. in c. grauem, ex. de ſententia excommunicationis. In his bonis, fuerit diſtinguendum, an rurſum menſalia facta ſunt, aut minus. Si facta menſalia, tunc certum eſt, non poſſe iterum in feudum dari, inconſulto papa per d. c. vt ſuper ex. de reb. eccle.
8 alie. vel non. † Si vero nondum de menſa facta ſunt, iam certum eſt licite poſſe dari. per d. cap. i. Epiſcopum vel Abbatem. Sed hic facile quis dubitabit, quando de menſa cenſebuntur facta eſſe bona, quando non. Certe de his alibi Panormit. Innocen. & alii Docto. in d. ca. vt ſuper. qui admodum variant, Paucis, videtur mihi Bart. ſententia verior in l. ſi vacantia. C. de bonis vacant lib. x. qui tunc demum de menſa facta aſſerit cum per adminiſtratores Abbatiæ, Eccleſiæ, Prælaturæ, vel proficiarios, vel Prælatum, cui ius iterum infeudandi fuit, ſcripta fuere inter alia bona. quæ vere ad menſam pertinuere, & ſic ſimul incorporata, quod inquit alibi optime probari per d. l. ſi vacantia, iuncta. l. ſi quando 2. cod. ti. de bonis vacan. libr. x. & bene: Si vero non eſſent ita incorporata, & conſtaret quod Prælatus alium expectaſſet bonum vaſallum, vel quod impeditus bello vel ſimili non potuiſſet, certe tunc etiam ſi Abbatia vel Eccleſia longo tempore poſſediſſet, non tamen dicerentur eſſe de menſa Abbatiæ vel eccleſiæ, Immola. in d. ca. vt ſuper, & ergo licite rurſum adhuc infeudari poſſent ſecundū prædicta. Si vero dubitaretur iuſtis, ex cauſis, an de menſa rurſum facta eſſent, aut minus, iam putarem hoc committendū arbitrio diſcreti iudicis, de his Bald. & poſt eum Aluaro. & alii Doctor. in c. i. de iis qui feu. dare po. & in cap. i. Epiſco. vel
9 Abbat. Canoniſtæ in d. c. vt ſuper, & Zaſ. in v. parte. † Prædictū fallit in Archiepiſcopo, Mediolanenſi, qui etiam feudum ſolitum infeudari rurſum infeudare non poteſt, etiā ſi in dominio Eccleſiæ tempore introitus inuenerit, c. i. in fi. de cleri. qui inueſti. fuerit, vbi Alu. Si tamen bona quæ vere eſſent Eccleſiæ, & non ſolita infeudari etiam ante Vrbanum papam a Tyranno occuparentur, hic ſine dubio alteri alicui potentiori in feudum dari poſſent, dum tamen ſine fraude hoc fieret.
10 tex. in c. ii. ex. de feu. in verſi. alia quoque dubitatio. † Sed dubitauerit merito hic aliquis, an ea quæ ſupra de rebus Eccleſiæ, in feudum datis, ante conſilium Lateranenſe, & plene ad eam reuerſis, & rurſum in feudum datis retulimus, locum ſibi vendicabunt in decimis in feudum datis ante Lateranen
11 ſe conſilium, & ad Eccleſiam reuerſis. † Certe de iſta re varii varie ſentiunt, & non deſunt qui uolunt, feudum decimale ita reuerſum ad Eccleſiam vel Prælaturam non poſſe a prælato rurſum laicæ perſonæ in feudum dari, quorum numero eſt Ioan. And. in capitulo prohibemus, extra de decimis. quē ſequitur Panormit. in d. capitulo prohibemus. & aliquot alii. Imola & alii in ca. ii. ex. de feu. Clau. de Siſel. in tract. ſuo feu. in tit. quæ res in feu. dari. po. Sed relictis multis hinc inde allegationibus exiſtimarem, vt in cæteris eccleſiaſticis bonis ad eccleſiam reuerſis, quoq; feudum decimale rurſum libere alicui dari poſſe in feudum, glo. expreſsa in capitulo, prohibemus, extra de deci. que allegatur etiam ad hoc capitulo ſecūdo, ex. de feu. ubi de reuerſis feudis loquitur, & ita ſentit Præp. in capitulo primo, §. ſciendum in fin. de feu. cognit. Cardi. Zabarel. in d. capi. 2. ex. de feu. idem Pau. Caſt. in conſilio. 139. incip. dubium non facit, idem Aluarot. in c. i. de iis qui feu. dare poſſunt cum diſtinctione tamen antea habita, an menſalia facta ſunt, an minus. Feudū tamen decimale, quod ad eccleſiam non rediit, ſubinfeudare a laico poſſidente in alium laicum non poſſit, niſi Epiſcopi conſenſu, c. cum apoſtolica, ext. de his, quæ fiūt a præl. ſine conſenſu cap. facit gl. in d. c. prohibemus, ext. de decim. Alua. in d. c. i. de iis. qui feu. da. poſs. quod in aliis feudis ſecularibus non obtinet. ſi vero ſubinfeudare non affectant, libere apud ſe vel ſuos relinquunt hæredes in perpetuum. gl. in c. quamuis in fi. ex. de deci. Alua. in d. c. 1. colu. 5. de iis, qui feu. da. poſ. Sed cum hactenus diximus, res eccleſiaſticas ſolitas infeudari, rurſum poſſe infeudari, dubium eſſe poſſet, quo modo iſtuc probari poſſet, ſi controuerſia ſuper eo fieret. Certe dicendum, hoc ipſo ſolum probari, quod ab eccleſia tanto tempore ſit recognitum, cuius initii nō extat memoria. Io. And. & Butri. in c. cum apoſtolica, ex. de his quæ fiunt a præla. ſine conſen. c. Pau. Caſt. in conſi. 139 inc. dubium facit. Hoc etiam ignorandum non eſt, etiam hodie conſuetudine introduci poſſe, res eccleſiæ, ut infeudentur nō obſtante prohibitione illa Vrbani papæ ita Iaco. Belui. in c. i. de iis qui feu. dar. pot. quem ſequitur Aluar. eo. loco. quod tamē intelligi debet de rebus eccleſiæ non ſpiritualibus, unde Alu. in d. c. i. de iis qui feu. da. poſ in 4. col. iuncto, c. i. §. ſed etiam res per quos fiat inueſtitura. ut fundis, agris, uillis, & ſimilibus, ali-

allquando eccleſię collatis,non tamē alienare prohibitis,a ꝯ
ferente,quę ſolum in feudum dari poſſunt , nō de ſpirituali-
bus,vt ſunt Decimæ,& ipſe res ſacræ,vt eccleſia , vt enim ille
nullo modo in feudum a nouo dari poſſunt:c. ad hæc,capit.
quamuis.capitu.prohibemus,ext.de decim. & d. §. ſed etiam
res, ita quoque nulla cōſuetudine poſſe præſcribi certum eſt
Aluarot. & alii in d.capitulo primo,de iis,qui ſeu.dare poſſ.
Et quanto tempore conſuetudo iſta induci poſſit , pulchre
Bald.docet in d.capitu.primo,de iis , qui ſeud.dare poſſ.diſtin
guens an inſeudatio facta manifeſte ſit dānoſa eccleſię,an vti
lis,an dubitetur, primo caſu requiri tempus cuius initii non
extat memoria , ſecundo tempus triginta annorum , tertio
quadraginta annorum,ſpatium,quod etiam Aluaro. ſenten
tia comprobatur.in dict. capitu.i.de iis qui feudum dare poſ-
11 ſunt.†Tertio prohibetur lege alienari fundus dotalis,§.i.Inſt.
quib.alic. lic. vel non,& toto titu. ff.de fundo dotali.ergo in
feudum dari nō poſſet a marito.d.c.i.§.ſed etiam res,per quos
12 fiat inueſtitu.†Quarto res minorum immobiles prohibētur
alienari.to.ti.ff.de reb.eo.qui ſub tu.vel cu.maxime in l.i.& l.
magis puto,eod.tit.& to. ti.de prædiis & aliis reb.min.ſine de
creto non alie.in feudū ergo dari non pñt.d.§.ſed etiam res,ꝑ
13 quos fiat inueſti. † Quinto , pater rem filii , ex qua vſumfru-
ctum habet,prohibetur.alienare l.cum oportet.§. non autē ,
C.de bonis quæ liber.non poteſt ergo in feudum dare:d.§ ſed
etiam res.& ſic in cœteris ſimilibus lege prohibitis alienari
14 rebus dicendum.Prædicta regula,† quod res alienari prohibi
ta non poſſit dari in feudum,fallit in feudo,quod etiam lege
prohibitum eſt alienari,c.i.de prohi.feud.aliena.per Federicū
quod licite tamen rurſum in feudum alteri cuicunque dari
poſſit,dummodo in fraudem conſtitutionis Lotharii & Fede
rici,non fiat.cap.i.§. ſed etiam res,per quos fiat inueſtitu. vbi
glo.& Aluar.docent,quando in fraudem facere cenſentur.Et
hæc quo ad res quæ lege prohibentur alienari ſufficiant . Di-
15 ximus quoque in principio. † Niſi ſtatuto vel conſuetudine
res alienari prohiberetur ; Hinc ſequitur, ſi ſtatuto Ciuitatis
vel cōſuetudine prohiberetur,ne res alienarētur immobiles
in extraneos,hoc caſu quoque rem illam in feudum dari ex-
traneo non poſſe.per d.§.ſed etiā res.Alicui tamen illius Ci-
16 uitatis dari licite poſſet.† Poſtremo diximus , teſtamento vel
alia vltima voluntate:Et ergo ſi pater prohibuit, ne filio bo-
na alienarent,hoc caſu diſtinguendum eſt & inſpiciendum ,
an ſimpliciter prohibuerit,non addita cauſa, an ea expreſſa.
Si nulla cauſa eſt , iam certe, vt nullius momenti eſt prohi-
bitio.l.filiusfamil.§.diui.ff.de legat.1. Ita quoque licite iam in
feudum dare poſſit.Si vero cauſam addidit , tunc vt alienare
non poſſit,d.§.diui, ita nec poſſit in feudum dare. d.§.ſed etiā
res,cum tamen cauſam addit,verba inſpicienda ſunt teſtato-
ris,an eam ob cauſam prohibuit,vt res maneat īter agnatos
an apud ipſam præciſe perſonam. Si ſolum vt inter agnatos,
maneat,certe vt tunc bene poteſt inter agnatos alienare.l.vo
luntas.C.de fideicommiſ.l.pater filium.§ quindecim libertis.
ff.de legat.3.Ita quoque vni eorum licite in feudum dare poſ
ſet rem alienari prohibitam.per d.§.ſed etiam res. Et non ſo-
lum vni ex his agnatis,ſed etiam cuicunque extraneo, dum-
modo non fiat in fraudem conſtitutionis Federici per d.§.ſed
etiam res.Et ratio quia mortuo ſemper alienante, redibit ad
iſtos agnatos , qui nihil iuris habent eo viuente , ſi redimere
nolunt d.§.ſed etiam res , & latius docebimus de iis in parte
13.& hoc argumen.c.i §.Titius filios.ſi de feudo defuncti cō
ten.ſit.Hoc tamen verum,niſi voluiſſet teſtator, alienatione
facta,ſtatim ī commiſſum cadere,tum certe citra redemptio
nem ſtatim vendicarent ex defuncti voluntate , Cœterum ſi
prohibuiſſet,ideo alicui præciſe alienare,quod ſcirent prodi
gum,dilapidatorem,vel promum magis quam condum,hoc
caſu vt nullo modo poſſit alienare, nec etiam in agnatum ,
fratrem vel ſororem,d.legibus. ſic quoque in hos nec ut feu-
dum conferre poſſet.d §.ſed etiam res. Et hæc quo ad negati-
uam partem ſuffecerint.Nunc ad ea quæ ad affirmatiuam ꝑ-
tinent procedamus Paucis ergo prædictis rebus exceptis, alie
nari prohibitis,dicendum omnes res alias immobiles in feu
17 dum dari poſſe.†Et primo omnes res mere ſoli, de quibus ſu
pra.Et ergo totum territorium,villa,Marchionatus,Ducatus
Comitatus,& alia id genus ſimilia immobilia ſoli.per d.c.1.
18 verſic.ſciendum,de feud.cogni.†Sed dicet aliquis, quid ſi Im
perator Duci,Comiti, Marchioni, Ducatum , Comitatum,
Marchionatum in feudum daret,an quoque Regalia conceſ
ſa intelligantur.(quæ ſint Regalia habetur alibi.In ti.quæ ſūt
19 Regalia.)† Paucis dicendum regulariter quod non Aluar. &
Docto.in c.1.quæ ſunt Regal.Si tamen princeps præter Rega
lia ibi non haberet , tam certe cenſerentur data, Argu.l. fun-
dus qui locatus,ff.de fund.inſtruct.Claud.Siſel.in Rubric.qui
feud.dar.po.& hoc in minoribus tantum tunc Regalib. obti-
neret, verum in magnis regaliis putant,quod neque tunc ad-
mitteretur,vt eſt cudere monetam,creare Magiſtratum , eri-
gere Vniuerſitates,creare Notarios,niſi hoc ipſum exprime-
ret,de quibus multa Raphael in conſilio 162.Claud.in d.ru-
bric. vbi ad nauſeam de his Regal.in princ.& facit c. per tra-
ſlationem ext.de offi.legat.vbi Doctor.quem refert Zaſ.in v.
parte,vbi dat etiam alias fallentias & limitationes,quas cum
ita veras affirmare ſimpliciter non audeam , hic ſuperſedeo,
20 interim locum deſignans.† Rurſum dubitari poſſit,cum dixi
mus immobilia in feudum dari poſſe,an conceſſo in feudum
Territorio , fluuio , vel fundo,cenſentur quoque dati piſces
21 fluminis,& feræ beſtiæ fundi:† Paucis dicendum,quod ſic,qa
licet per ſe mobilia ſint & mouentia, quia tamen acceſſione
veniunt,dicemus eiuſdem naturæ cenſeri,cuius ſunt res prin
cipales , Argumen.cap.acceſſorium de regu.iur.in 6.Zaſius,
in 4.parte.quod tamen ſine dubio verum erit, quādo datum
feudum eſt cum integro ſtatu, illa namque verba dubitatio-
nem tollent l.2.C.de bonis vacant.lib.x.Et hæc de rebus me-
22 re ſoli.†Diximus quoque,res eſſe non mere ſoli,ſed ſolo co-
hærentes, vt fructus pendentes , ædificia ſolo cohærentia, vt
Caſtra & ſimilia fortilitia,& non ſolo cohærentia, vt ſunt ſu
perficies, de quibus in l.i.§.i. ff. de ſuperficiebus , vt ſunt do-
mus ruſticę plerumque,(vt ſupra diximus.)Et hæ res quoque
in feudum dari poſſunt.d.capi.i.verſi.ſciendum de feu. cogni.
23 †Et hic rurſum dicendum, ex conceſſione Caſtri,ſimpliciter
venire quoque iuriſdictionem ad Caſtrum , ſeu fortilitium
pertinentem.Prępoſi.in c.i.§.item ſi quis,quib.mod.feu.amit.
& facit l.pupillus.§.territorium,ff.de verbo. ſignif.& Zaſi. in
4.parte de territorio conceſſo . Qui tamen ſecurus eſſe vult ,
cum integro ſtatu accipiat(vt diximus) ſic venient iuriſdictio
nes ſimul d.l.2.C.de bonis vacant.lib.x.quia res iſta dubio nō
24 caret.† Pręterea res eſſe diximus,quæ inter immobilia com-
putantur,vt ſunt annui redditus,penſiones,iuriſdictiones, iu
ra piſcandi, lapides cædendi , & his ſimilia vt ſupra narraui-
mus Item panes ciuiles,quorum mentionem facit gloſſ.in d.
25 verſi.ſciendum de feu.cogn.†Sunt enim panes ciuiles(qui cer
to tempore dantur his,qui teſſerā,ideſt,certe rei ſignum , vel
ſimile adferūt,) qui etiam nominātur annonæ ciuiles aliquā
do.in l.iubemus nulli;C.de ſacroſanct.eccle.vide l.fin.§.præte
rea.C.de iure doti.Ciuibus quoq; Romanis olim teſſerę,fru-
mentariæ,ſiue ciuiles annonæ temporibus certis concedi cō
ſueuerunt quorum meminit l.ſed & ſi ſuſcepit.§.i.ff.de iudic.
& l.Titia Seio,ff.de lega.2. Et hæ res prædictæ rurſum In feu-
dum dari poſſunt.per d.c.i.verſic.ſciendum . vbi glo. & Doct.
26 de feud.cogni.& Zaſ.in 4.parte.† Poſtremo diximus quoque
res mobiles eſſe,vt equos,Boues,pecuniam numeratam,& ſi
miles l.mouentium,ff.de verborum ſignifica.Illę tamen res ī
feudum dari non poſſunt d.ca. i.verſi. ſciendum a contrario ,
27 †Et ratio, quare mobilia in feudum dari nō poſſunt illa eſt,
quod natura rei feudalis eſt , vt apud dominum (licet alie-
net)directum dominium tamē maneat,per c.i.§.fin.de inueſ.
de re alie.facta. per c.i.in fin. in quib. cauſis feud. amit.quod
impoſſibile, quaſi eſt in rebus mobilibus.argumen.l.traditio-
nibus, C. de pactis. Secundo quod res mobiles vſu conſuman-
tur,per hoc enim ſine dubio feudum interiret , aut ſaltem ſi
ſeruarēt res,nihil tamen vtilitatis accipienti adferret.And.de
Iſer.in d.verſi.ſciēdum.Sed dicet aliquis , ſaltem eum qui rem
mobilem in feudum accepit,vt pecuniam vel rem ſimilem,
poſſe cautione præſtare,vt fieri ſolet in reb. vſu conſumibili-
bus datis in vſumfructum,§.conſtituitur,inſt.de vſufruct.vt ꝑ
hoc ſaltem vtilitatis aliquid habeat.Sed paucis putarem,nec
hoc ſufficere,quia rurſum tunc eſſet contra iſtud,quod ſupra
diximus de natura feudi eſſe,vt dominium apud dantem ma
neat,quod in iis rebus non eſt,etiam præſtita cautione, quia
28 tranſit plene dominium in accipientem d.§.conſtituitur.† Et
ergo quamuis in vſufructu admittatur,tamen in fendis nul-
lo modo locum habere poteſt,propter contrariam feudi na
turam,quę dominium directum penes dominum manere re
quirit,d.c.i.in fi.in quib.cauſis feudum amit.capit.i. §. fina.de
inueſt.de re alie.facta.vt ſupra in definitione quoque tracta-
uimus,quo recurrendum.Sane tamen iſtuc,quod de mobili-
bus diximus,intelligēdum erit:Nam quod res mobiles in feu
dum dari non poſſent,ita demum verum eſt,dummodo rem
mobilem plane quis transfert in accipientem , vtpote dicen-
do.Do tibi centum,vt illa in feudum habeas:Hic enim feudū
non erit . Nam ſi iam vti vellet pecunia vaſallus opus eſſet
vt conſumeret,& ſic periret dominium , quod apud dantem
manere debet , (vt ſupra etiam diximus) verum ſi quis mi
hi centum deberet annue ex pacto vel teſtamento alicuius
citra rei alicuius obligationem , hoc caſu tamen licite poſ-
ſum vel illa centum vel viginti ex illis,vel triginta, tertio ali-
cui in feudum dare , & tunc non cenſebuntur mobilia , ſed
29 quaſi immobilia,† & erunt quaſi redditus ſeu penſiones ex ꝑ
ſona , non ex re aliqua , & principale dominium ſemper pe
nes me manebit , licet alius annue totum vel partem acci-
piat, argumento eorum quæ habentur de feudo Cameræ vel
Cauenę

Cauenæ in capitu.i.verſicu. ſciendum, de feud. cognitio. vbi pulchre Aluarot.& ita quoque intelligetis gloſſ.in d.ver.ſciẽdum quæ dubitanter mouet de nominib.debitorũ, & de his vide Clau.in Rubric. quæ res in feudum dari poteſt. Et hactenus de propriis bonis quæ in feudum dari poſſunt. † videamus iam de communibus bonis cum aliis, an illa etiam in feudum dari queant, & breuibus dicendum quod ſic text.eſt in ca. i §. item ſciendum de not.feud.& poſſit quis cõpellere ſociũ, vt diuidat cũ eo. d.§.itẽ ſciendũ.
31 †Habet quoque tunc vaſallus ius adæquationis ad quadragĩta annos,ut habuit ille q dedit,hoc eſt ſi viderit vaſallus,iſte, diuiſionem huius rei olim male factam cum domino, poterit uſque ad quadraginta annos de illa mala diuiſione conqueri, Aluarot.in d.§.item ſciendum, & adæquationem agere.tex.videtur deſumptus ex l.ſi inter fratres,in fin.de præſcri-
32 pti.in lib. Lombard.†Præterea, vt res communis in feudum dari poſſit(vt iam diximus)ita quoque feudum commune alteri pro ſua parte, rurſum quis in feudum dare poſſet. Andr. de Iſer.in d.ca. i.§.item ſciendum.de not.feud.quem ſequitur ibi Aluarotus.Poſtremo etiam res non propriæ,nec communes,ſed alienę in feudum dari poterunt.tex.in capitu. i. de inueſt.de re alie.ſac.& hoc caſu conferens efficere debet, vt datum feudum vaſallus ſeruet,vel vt,æquiualens aliud habeat: d.capi.i.de inueſtitu.de re alie. fac. Nam pręſtando intereſſe, non liberatur.capitu.i.§.ſi facta,ſi de ſeu.defun. conten.ſit.Et hoc verum.ſi accipiẽs ignorauit, vel ſi ſciuit,pacto tamen ſibi proſpexit.d.c.i.de inueſtu.de re alie.ſact.In dante non diſtinguo.Ille enim ſemper tenetur de euictione ſiue ſuam putat eſſe rem,ſiue ignoret.d.capitu.i. de inueſt. de re. aliena.facta. Et hactenus ſatis quæ res in feudum dari poſſunt. Nunc quibus modis feudum conſtituatur, & acquiratur explicabimus.

SVMMARIVM.

1 *Feudum tribus modis conſtituitur & acquiritur.*
2 *Inueſtitura duplex,propria,& abuſiua.*
3 *Propria inueſtitura quid ſit,& quid abuſiua.*
4 *Inueſtituram quis det.*
5 *Inueſtituram quis accipiat,& a quo.*
6 *Ab immediato domino,etiam ſubinfeudante inueſtitura petenda, & non ab alio.*
7 *Emptor feudi,vel agnatus,translato in ſe feudo, inueſtituram a vero domino feudi accipiet,& non a venditore vel conferente.*
8 *Frater poteſt eſſe dominus fratris, & tenetur ab eo inueſtituram petere, ſic agnatus agnati.*
9 *Qualia,aut quę ſolemnitates ad inueſtituram requirantur.*
10 *Inueſtitura noui feudi,præſentibus curię parib.fieri debet.*
11 *Feudum nouum coram extraneis,& non coram curiæ parib datũ,ad hæredes non tranſmittitur.*
12 *Ratio quare in noui feudi inueſtitura pares curiæ, & non alii adhiberi poſſint.*
13 *Dominus,vt ius ſuum feudale in alium transferat,opus habet vaſallorum conſenſu.*
14 *Noui feudi inueſtitura per curiæ pares & non alios teſtes probanda.*
15 *Dominus in inueſtitura feudi noui pares ſi non adſint, expectare debet.*
16 *Dominus qui pares curiæ non habet,coram aliis inueſtire poteſt.*
17 *Quamdiu dominus pares expectare teneatur.*
18 *Fallentiæ ſeu limitationes, quando dominus non tenetur habere pares in noui feudi inueſtitura.*
19 *Eccleſiaſticæ perſonæ,vt Abbas,Epiſcopus, Capitulum,& ſimiles,inueſtituram faciunt ſine paribus.*
20 *Vaſallo nolente iurare fidelitatem,poſſet dominus etiam feudum a ſe traditum vendicare,vel condicere.*
21 *Vaſallus ſex promittit domino per iuramentum.*
22 *Dominus,præſtito iuramento a vaſallo,tenetur illum in poſſeſſionem ducere, alias teneretur illi de omni emolumento.*
23 *Optimum eſt ſuper inueſtitura fieri ſcriptum,vel inſtrumentum.*
24 *In dubio,pro natura feudi iudicatur.*
25 *Stilus primę inueſtituræ non mutuandus abſque conſenſu eorum quorum intereſt.*
26 *Cautela pro aduocatis,vt primam inueſtituram initio proceſſus feudalis inſpiciant.*
27 *In inueſtitura antiqui vel paterni feudi, Curiæ pares non requiruntur.*
28 *Dominus,ſucceſſorem in feudo antiquo,inueſtire tenetur.*
29 *Forma inueſtiendi.*
30 *Vaſallus abuſiuam inueſtiturã nactus,poteſt propria authoritate poſſeſſionem apprehendere.*
31 *Dominus tenetur vaſallo,poſſeſſionem vacuam tradere,aut feudum aliud æquiualens procudare.*
32 *Ad quid dominus teneatur,qui poſt abuſiuam inueſtituram, alium inueſtit,& eidem poſſeſſionem tradit.*
33 *Opinio Ludouici Romani ſuper ea re diſcuſſa. 34.39.*
35 *Eccleſiaſticæ perſonæ debent eſſe cultores & autores iuſtitiæ.*
36 *In donationibus & ſtipulationib. dandi venit ſemper æſtimatio rei, & non tantum intereſſe.*
37 *And de Iſern.notatus.*
38 *Refutatur opinio gl.Alu.And.de Iſer.Zaſi.& aliorum,in §. ſi facta,ſi de feu.defun.conten.*
40 *Princeps a quo iura manant,neminem decipere debet.*
41 *Ex anni vnius poſſeſſione,cum pręſtitis ſeruitiis,præſumitur inueſtitus vaſallus.*
42 *Vaſallus qui triginta annis rem vt feudum poſſedit,& ſeruitium præſtitit,omnino haberi pro inueſtito debet,etiam ſi dominus contrarium probare poſſet.*
43 *Acquiſitio feudi per ſucceſſionem,& eius materia.*
44 *Quid antiquitus obſeruabatur in ſucceſſione feudi.*
45 *In recta linea aſcendentes, non ſuccedunt deſcendentibus, in feudo nouo.*
46 *In recta linea aſcendentes non ſuccedunt etiã in feudo antiquo, cõtra An. de Iſernia.& alios.*
47 *Dominus in dubio feudum dat contemplatione deſcendentium tantum.*
48 *Caſus vbi aſcendens in recta linea ſuccedat deſcendenti.*
49 *Regula generalis de ſucceſſione feudi,cum ſuis fallentiis.*
50 *Pactum initum cum vxore, ne filii ex ea nati in feudo ſuccedant, valet.*
51 *Pactum de futura ſucceſſione non eſt ſimpliciter reprobatum contra omnes Doctor.*
52 *Obiectio contra Bal.& eius ſequacium opinionem*
53 *Pactum patris cum filio,vt legitima ſit contentus,valet.*
54 *Leges, quod pactum de futura ſucceſſione ſit reprobatum, non ſimpliciter, ſed ſecundum tacitam vel expreſſam in illis rationem ſunt intelligenda.*
55 *Filii potius meritis ad paterna obſequia prouocandi, quã actionib. aſtringendi.*
56 *Diuerſa genera filiorum numerantur.*
57 *De iure feudali omnes filii æqualiter in feudo ſuccedũt.Et filii fratris præmortui ſuccedunt cum patruis ſuis in ſtirpes.*
58 *Pater filiis non conſentientibus, non poteſt teſtamento inæquales partes de feudo facere.*
59 *Emancipati filii an in feudo ſuccedant*
60 *Cognati in feudo non ſuccedunt.*
61 *Exhæredati filii an ſuccedant in feudo.*
62 *Præteriti filii in teſtamento,an ſuccedant in feudo.*
63 *Adoptiui & arrogati filii,an in feudo ſuccedant.cum ſuis fallentiis.*
64 *Interpretatio.§.naturales,ſi de feudo defun.conten.ſit,& §.adoptiuus.eo. titulo.*
65 *Princeps, in pręiudicium domi. vel agnatorum,ſine legitima cauſa, nihil iuſte facere poteſt.*
66 *Legitimati filii per oblationem Curię,an in feudo ſuccedant.*
67 *Filii legitimati per principem,an in feudo ſuccedant.*
68 *Elegans ſententia Diocletiani Imperatoris*
69 *Imperator non poteſt legitimare alicuius filium naturalem ad feuda, etiam nullis extantibus liberis vel agnatis, contra Iacobum de Beluiſo.*
70 *Imperator, legitimando filium etiam cum conſenſu patris, niſi tamen expreſſe feudi mentionem in legitimatione faciat, in feudo non ſuccedit.*
71 *Filii legitimati per ſubſequens matrimonium, an in feudo ſuccedant.*
72 *Filius legitimatus per ſubſequens matrimo.non magis ſuccedit in feudo quam legitimatus per principem vel adoptionem,ſecundum verum intellectum tex.in §.naturales,ſi de feu.defun.conten.ſit, quicquid ibi dicãt Doctores.*
73 *Filii putatiui an ſuccedant in feudo.*
74 *Hermophroditus filius,an ſuccedat in feudo.*
75 *Muti,ſurdi.cæci filii,an in feu.ſuccedant.*
76 *Monachi & clerici filii an ſuccedant.*
77 *Epiſcopatus,Monaſterium vel eccleſia.an ſuccedant epiſcopo, monacho, vel prælato.*
78 *Filius naturalis non ſuccedit matri ſuæ in feudo etiam fæmineo materno.*
79 *Succeſſio collateralium in feudo, per concluſiones, vna cum ſuis fallentiis.*
80 *In feudo nouo,nec frater fratri,nec vllus collateralium ſuccedit alteri, cum ſuis fallentiis.*
81 *Caſus vbi frater fratri ſuccedat in feudo.*
82 *Emptum,ex communibus indiuiſis bonis,feudum pro ſe tantum, licet ſucceſſione non veniant ad fratrem a fructibus tamen non excludetur.*
83 *Zaſius Alua male reprehendit.*
84 *Succesſio collateralium in nouo feudo,non extenditur vltra ſeptimum gradum.*
85 *Succesſio in feudo antiquo,non ſolum ad directe deſcendentes,ſed etiam ad tranſuerſales vltra ſeptimum gradum porrigitur.*

86 *Succeſſio in feudo paterno vel antiquo,per concluſiones, vna cũ ſuis fallentiis.*

87 *Collaterales,ſi deſcendentes nulli extent,ſuccedũt legitime in feudo antiquo ſeu paterno.*

88 *Qui dicantur legitimi in ſucceſſione feudi.*

89 *Fratres vtrinque coniuncti, quomodo ſuccedant in feudo paterno vel antiquo.*

90 *Deſcendentes ſolum appellatione ſui hæredis veniunt.*

91 *Per hoc, quod frater pro patre feudi allodialia a fratre accepit, a feudi ſucceſſione ſui fratris non excludetur ſi proximiores in gradu non ſint, cum fallentiis.*

92 *Ex antiquo feudo nouum, vt fiat non ſufficit conſenſus domini, & vaſalli.*

93 *In feudo maſculino, tam fratres ex altero tantum, quam ex vtroque latere coniuncti conſanguinei, ſuccedũt, ſed ſecus in feudo fœmineo, & eius ratio.*

94 *Diſtinctio bona ab aliis feudiſt. omiſſa.*

95 *Caſus ſingularis, vbi frater fratri, conſanguineo non ſuccedit in feudo, nec pater filio, etiam nullis extantibus agnatis, & ſic feudum ad dominũ deuoluatur.*

96 *Feudum pacto acquiſitum, vt in eo tam cognati, quam agnati ſuccedant non intelligitur de iis cognatis, quæ ex primo ſtipite non prouenerunt.*

97 *Cautela pro aduocatis, vt initio proceſſus feudalis inſtrumentum primæ inueſtituræ inſpiciant.*

98 *Frater fratri defuncto, vna cum fratris filiis ſuccedit.*

99 *Fratris defuncti filii, excludunt defuncti patruum, licet eiuſdem ſint gradus.*

100 *Fratrum filii per ſe ſuccedunt patruo in ſtirpes et non in capita, cõtra opinionem Azonis Zaſii, & omnium neotericorum eum ſequentium, vt ducem.*

101 *Ante iura Authentic. regulariter in linea collaterali, proximior in gradu excludebat vlteriorem in gradu.*

102 *Ante iura Auth. quo ad ſucceſſionem fratris, nulla differentia fuit inter fratres conſanguineos tantum, & conſanguineos & vterinos ſimul.*
Quid ſit repræſentare patrem in materia ſucceſſionis, ibid.
Quis dicatur Thius, ibidem.
Quid ſit in capita ſuccedere.

103 *Fundamenta Zaſii, quibus dictam opinionem Azon. & ſuam ſtabilire nititur.*

104 *Aſſertiones Sonsbecii contra dictam opinionem.*

105 *Ratio quare patruus defuncti excludatur a fratrum filiis defuncti.*

106 *Alia interpretatio. §. Si autem cum fratribus, ver. illud palam in Auth. de hæredibus ab inteſt. venientibus, quam Zaſius adfert.*

107 *Conuincitur Zaſius ex ſeipſo, & proprio ſuo iugulatur gladio.*

108 *Refutantur aſſertiones ſeu fundamenta Zaſii.*

109 *Vera & genuina ratio, quare Imperator fratrum filios per ſe in ſtirpes, & non in ca. ſuccedere voluit.*

110 *Bart. veritatis pater. non raro nominatur.*

111 *Nepotes fratrum in capita, non in ſtirpes ſuccedunt.*

112 *Nepotes fratrum excludunt magnum patruum de iure feudali, licet de iure ciuili ſecus obſeruetur, cum ſint vnius lineæ. Imo excluderent ẽt illũ pro, nepotes ab nepotes, qui adhuc remotioris ſunt gradus in linea deſcẽdenti.*

113 *An proximiores in gradu poſt fratrum filios excludant in feudo eos, qui vlterioris ſunt gradus.*

114 *Agnatus, mutus, ſurdus, cæcus, vel alias imperfectus, ſi ſanari Medicorum opinione non poteſt, in feudo quidem non ſuccedit, ſed tantum illi datur, ex quo honeſte ſe ſuſtentare queat.*

115 *Monachi, Clerici, vel Religioſi agnati in feudo non ſuccedunt.*

116 *Nec vxor marito, nec maritus vxori in feudo ſuccedit, etiam ſi nulli hæredes legitimi ſuperſint. Nec item ſocius ſocio, nec etiam ipſe fiſcus.*

117 *Fœminæ in feudo non ſuccedunt regulariter, & quare, cum aliquot fallentiis.* 118. 119. 120. 121.

122 *Feudum emptum, feudum proprium eſt, non improprium, vt quidam volunt.*

123 *In feudo fœmineo, hoc eſt, per fœminam acquiſito, nullis extantibus filiis filiæ ſuccedũt, etiam ſi hoc pacto cautum non ſit, contra Gloſ. & And. de Iſern.*

124 *Dominus in conferendo feudo paterno vel antiquo, non poteſt filiæ vaſalli, nec ulli alii gratiam facere, in præiudicium legitimorum hæredum.*

125 *Nouus intellectus c. i quemadmodum feud. ad fili. pertin.*

126 *Dominus in feudo etiam maſculino, q ad ſe plene reuerſum eſt, filiæ conferendo gratiam facere poteſt.*

127 *Conſuetudo, q ſolę fœminæ in feudo ſuccedant, valet.*

128 *Feudum pro hęredibus maſcul. & fœmi acquiſitum a patre & filio poſſeſſore, poſtea ſine liberis mortuo, ad ſororem tranſmittitur, & non deuoluitur ad dominum, contra Doctor.*

129 *Fœmina ſi feudo excludatur, excluditur etiam omnis ſoboles ex ea.*

130 *Non dicitur vixiſſe, qui illico, vt natus eſt, moritur.*

131 *Intellectus nouus. §. quinetiam. c. i. Epiſcop. vel Abb.*

132 *De raro contingentibus iura plerunque non cogitant.*

133 *Verbis iſtis (pro hæredib. maſcu & fęmi) quid intelligatur.*

134 *Argumentum bonum ſumitur a veriſimiliori, & rationabiliori.*

135 *In oratione ambigua quis intellectus ſit amplectendus.*

136 *A Gloſſis, quantumuis Doct. opinionibus confirmentur, interdum recedendum.*

137 *Filia ſimpliciter ſuccedit in fęudo fęmineo, etiam pacto per patrem acquiſito.*

138 *Caſus vbi fęmina excludit maſculum in feudo.*

139 *Regula (ſecundum Doctor.) fęminis in feudo non eſſe locum, quam diu ſupereſt maſculus, quomodo intelligenda.*

140 *Fęmina ſemel in feudo legitimè admiſſa, quia non ſupererat, maſculus, an repellatur a maſculo poſtea nato.*

141 *Ius ſemel quæſitum ſine eius facto ab eo auferri non poteſt.* 142.

143 *Regula ſupra dicta nu. 139. & a Doctor. approbata in omnibus fęmineis feudis, non eſt regula, neque extra ſuum caſum extendetur ad alia fęminea feuda, & eius rationes.*

144 *Regula diuerſi generis caſus ſub ſe complectitur.*

145 *Origo & principium conſtituti feudi inſpicienda.*

146 *Verba primæ inueſtiturę diligenter inſpicienda.*

147 *Qui ſibi ſimpliciter & fęminis feudum acquirit is, tacite maſculis primo loco acquirit.*

148 *Intellectus. c. i. de duob. fratr. a capit. inueſt.*

149 *Quilibet in quauis prouiſione præſumitur ſuis hæredibus deſcendentib. in primis proſpexiſſe.*

150 *Abſurdum, feudum fluctuare de vna linea in aliam.*

151 *Filiorum appellatione filiæ non veniunt in feudis.*

152 *Filiorum & filiarũ appellatione, an etiam nepotes vel neptes veniant in feudis.*

153 *Exceptio S.C. Macedoniani tam obſtat mutuanti pecuniam nepoti, quã filiosfamilias.*

154 *Vt filius Tutoris non poteſt ducere vxorem pupillam, cuius pater Tutor eſt, ita nec nepos, & ratio illius.*

155 *Pupillus Tutoris, habere licite poteſt filiam Tutoris, & illius ratio.*

156 *Miles non tenetur eſſe alicuius pupilli Tutor, niſi commilitonis.*

157 *Iuſta interpretatione filii appellatione veniunt nepotes non proprie.*

158 *Feudum acceptum pro ſe & filiis h. excludit filios.*

159 *An liberi vel agnati, repudiata hæreditate parentum, feudum retinere poſſint.*

160 *Ratio Docto. quare deſcendentes non poſſunt repudiare hæreditatem parentum, & retinere feudum, agnati vero poſſunt.*

161 *Alia ratio, quare deſcendentes hæreditate parentum repudiata, feudum retinere non poſſunt, agnati vero maxime.*

162 *Filii parentum manes ab iniuria aſcendere debent.*

163 *Filius aduerſus creditores patris habet quinquennale indultum, ſi petat.*

164 *Feudum acceptum pro ſe & ſuis hęredibus non aſtringit agnatum, vt & hæreditatem & feudum retinere debeat.*

165 *Quibus caſibus filii parentum hęreditatem repudiare poſſunt, retento nihilominus feudo.*

166 *Filius iuſtę exheredatus, non excluditur a feudo, ſi modo in dominum non peccauit.*

167 *Dominus filio relinquente patris hęreditatem damnoſam, gratiam facere poteſt in feudo, inuitis agnatis, ante repudiationem, videlicet hæreditatis, non autem poſt repudiationem.*

168 *Baldi cautela deceptiua non ſequenda.*

169 *Inuentarii factio non liberat filium quo magis poſſit feudum retinere, repudiata hęreditate patris, nec paupertas patris.*

NONA PARS, QVIBVS modis feudum conſtituitur, & acquiratur.

HVc vſque docuimus, qui feuda dare, & q accipere poſſunt; tum etiam quæ res dari in feudũ debeant. Reſtat nunc ergo docere, quomodo feu-
1 dum conſtituatur & acquiratur: † Conſtituitur feudum, & acquiritur tribus potiſſimum modis, nempe inueſtitura, vel eo quod pro Inueſtitura habetur, aut ſucceſſione c. i. in princ. de conſue. rec. feu. c. i. quib. mo. feu. conſt. poteſt, c. i. in fi. de feu. cogni. Priuſquam tamen docuero de acquiſitione per ſucceſſionem, declarandum prius fuerit de acquiſitione per inueſtituram. Primo, quotuplex ſit inueſtitura. Secundo, quid ſit inueſtitura: Tertio, quis dat. Quarto, quis accipit, Poſtremo, quo-
2 modo fiat, ſeu ſolennitate quali perficiatur. † Primo itaque Inueſtituram eſſe duplicem diceris, propriam ſcilicet & abuſiuam. Propria inueſtitura dicitur poſſeſſio, & hoc eſt, corporalis poſſeſſionis feudi traditio & apprehenſio, quæ fit. cum dominus vaſallum ſuum vel alium vaſalli nomine in poſſeſſionem feudi realiter ducit. capitul. j. quid ſit inueſtitu. iun-
3 cto capitu. i. verſicu. item inueſtitu. de noris feudo. † Abuſiua dicitur, quando haſta, annulus, vel ſimile corporeum, vaſallo porrigitur a domino feudi, per hoc ſe inueſtituram facere dicere, qua forma nũ ducit ĩ poſſeſſionẽ realiter, vt ĩ caſu præcedente. Et ergo impropria vel abuſiua dicitur c. i. quid ſit
4 inueſti. in ii. reſp. † Hanc Inueſtiturã dat vel dominus ipſe, vel procurator eius ſuo nomine. cap. i. §. ſed etiam res, verſic. ſed

vtrum

vtrum,per quos fiat inueſtit.ca.i.§.item inueſtit. de not. feud.
5 †Accipit inueſtituram hanc vaſallus, vel alius eius nomine
procurator, d.c.i.verſi.ſed utrum,per quos fiat inueſti.a domi
no uel eius hæredibus, qui illi ſeudum uel gratis dedit, vel
6 vendidit, ut ſeudum,†& ſic ab eo immediato qui cõfert,non
ab eo quo fortaſſe longius proceſſit per ſubinfeudationem.
Nam domini mei dominus,meus dominus nõ eſt.c.i.§.illud.
de prohi.ſeu.alie.per Federic.Non ergo ab vllo inueſtituram
accipiet(de iure feudali)quam ab immediato illo a quo ſub-
7 infeudatur.† Si tamen duo ſucceſſores in ſeudo, alter alteri
ſuam partem venderet cum domini conſenſu(non dico ſub-
infeudaret, vel in alium aliquem agnatum alioqui ſucceſſu-
rum aliquando conferret, vel refutaret)ſecundum c.i.de alie.
feu.patern. certe iam non peteret inueſtituram a conferente
feudum,ſed a conferentis domino,& hoc eſt,quod vult Præ-
poſi.alibi Prępoſi.in c.l.§.ſed etiam res,per quos fiat inueſtitu
ra.Et quando pars parti ita vendit partem ſeudi,vel alias gra-
tis transfert,quanquam ambo de ſua parte fidelitatem præſti
terunt, tenetur tamen iam accipiens aliam partem, rurſum
ſuper ea fidelitatem domino intra tempus lege definitum p̄-
8 ſtare,ita Præpoſi.poſt And.de Iſer. dicto loco.†Si vero fratres
duo ſucceſſores in feudo,vel agnati,alter alteri partem ſuam
rurſum in feudũ daret, iam frater a fratre,vt dño,inueſtiturã
accipere deberet,vel agnatus ab agnato.Et cum ſolum reſpe
ctu illius partis agnoſcere dominum:nam poſſet illam partẽ
extraneo in feudum dare, quare ergo non fratri,vel agnato?
Et hactenus ſatis quid ſit inueſtitura,quotuplex ſit. Quis dat
& quis accipit: Poſtremo ergo & hoc vt nunc ſciamus quo-
modo inueſtitura fiat,diſtinguendum fuerit nouum feudum
9 ab antiquo. † Primo ſi inueſtitura,ſiue propria,ſiue abuſiua,
ſuper nouo feudo fiat,illa cum certis ſolennitatibus & requi
ſitis fieri debebit. Requiritur enim primo, perſonam dantem
eſſe habilem,hoc eſt,quod talis ſit, qui legitimam bonorum
ſuorum adminiſtrationem habeat, aut talis ſaltem qui dare
feudum poſſit, c.i.verſi.noui. per quos fiat inueſtitu.de quib.
ſupra in ſexta parte egimus. Secundo requiritur, perſonam
quoque accipientis eſſe habilem ad accipiendum, de quibus
in 7.part.ſupra docuimus. Tertio,rem feudalem eius eſſe qua
10 litatis,vt in feudum dari poſſit,vt ſupra 8.pars docuit. † Quar
to, requiritur, vt inueſtitura noui feudi fiat coram paribus
Curiæ duobus,alias enim feudum non erit,nec conſtituetur
etiam ſi mille extranei teſtes adeſſent.Et hoc tam de iure ſpe
ciali Mediolanenſi, quam communi c.i.quid ſit inueſt.c.i.qui
bus mod.feud.conſtit.poteſt.c.i.verſic.nec dicatur, de conſue.
rect.feud. (hoc tamen iſto caſu efficeret inueſtitura illa non
11 coram paribus Curię facta,†quod is cui coram extraneis feu
dum ita datum eſſet feudum ſeruaret, quidem ad vitam ſuã,
non tamen tranſmitteret ad hæredes, (vt fit in feudo vero)
12 d.c.i. quibus modis feud.conſtit.poteſt. in fin.†Et ratio huius
rei eſt(nempe Curiæ pares in noua inueſtitura requiri,non a-
lios teſtes)quia pręſentia eorum & conſilium poſſet protra-
here dominum in aliam ſententiam,oſtendẽdo illi forte pe-
riculum,quod ex conceſſione huic facta emanare poſſet, &
vt intereſt maxime dominorum, non quemlibet admittere
vaſallum,ita quoque intereſt vaſallorum,non habere conſo
cium parem Curiæ diſcolum.argum.c. graue nimis.de præb.
13 ex.ita Bald.in c.i.quid ſit inueſti.† certe,vt dominus ius feudi,
quod habet in alium transferre non poſſit, ſine vaſalli con-
ſenſu, ne habeant agnoſcere alium dominum,quam hacte-
nus habuere c.i.§.ex eadem,de lege Conrad.(quia eorum in-
tereſt) ita quoque a ſimili hic,quia aliquãdo ſub illo litigare
tenentur, ſi controuerſia forte inter dominum & vaſallos fie
ret, c.i.§.præterea,fina.de prohi.ſeu. alie. per Federic. non ta-
men negamus, quin hoc caſu poſſet inueſtire dominus om-
14 nino ſi vellet, inuitis etiam paribus.†Et quemadmodũ in cõ-
ſtituendo nouo ſeudo,pares requirantur: ita quoque ad pro-
bandam inueſtituram nouam requiruntur.c.i. qui teſtes ſint
neceſſar.&c.& hoc ne falſitas aliqua fiat in probando capi.i.
ver.idcirco, de not.feudo. debet ergo noua inueſtitura (vt iã
diximus)fieri coram paribus Curiæ. Et qui pares Curiæ dican
15 tur in 14.parte infr.in principio docebimus.†Sed dicet hic ali
quis quid ſi dominus pares præſentes non haberet: certe dice
nscum eo magis coram extraneis facere non poſſe,ſed pares
vocando debere expectare,c.i.ver.nec dicatur, de conſuetud.
16 rect.feud.†Nec obſtat text.c.i.§.i.ſi de inueſti.inter dominum
& vaſallum lis oriatur. qui dicere videtur ſimpliciter, quod
cum abſunt pares,per extraneos tum fieri poſſe. quia illa ver
ba,in d.c.i.§ eod. tit.nempe,vel etiam cum pares abſunt per
alios &c.intelligi debent cum effectu, ſcilicet, quando nulli
ſunt pares,vt ibi bene Aluarot.& Gloſſa. Et ita quoque prin-
cipium textus intelligetis.in d.c.i.ſi de inueſt.inr.dominum &
vaſal.lis oriatur.ibi,qui ſi tempore inueſtitionum abſuerint,
17 etiam extranei ſunt recipiẽdi: † quamdiu vero expectare dñs
debeat,docet Bal.in c.i.quid ſit inueſtitu.qui duos menſes re-
quirit,ſed potius putauerim iudicis iſtud arbitrio committen
18 dum.†Si tamen vnum niſi parem haberet dominus, certè &
ille neceſſario adhiberi debet.Bald.in dict.capitulo primo,ibi
quid ſit inueſtitu. Hæc pars prædicta quæ pares Curiæ requi-
rit,aliquas recipit limitationes ſeu fallentias. Prima eſt, niſi
vocati a dño nollẽt,nec poſſẽt adduci venire,tũ enim extra-
nei ſufficerent.argum.c.i.in fi.quid ſit inueſtit. Secundo limi-
tabitis,dummodo habeat pares,nam ſi non habet,poterit li-
cite extraneos adhibere.d.c.i.in prin.iũcto.§.ſi vero. in fi.quid
ſit inueſt.c.i. ſi de Inueſt.inter dom.& vaſal. lis oriatur,c.i.§ ꝙ
autem de conſuetu.rect. feud. Tertio limitabitis, niſi Archi-
epiſcop. Abbas vel ſimiles eccleſiaſticæ perſonæ alicui feudũ
darent, illi quoque abſque paribus inueſtituram nouam fa-
ciunt.c.i.§.in clericorum,ſi de inueſt.inter dominum & vaſal
19 lum lis oriatur, vbi eius ratio datur.†Et hactenus de fallentiis.
Nunc iterum ad requiſita & ſolennitates inueſtituræ nouæ re
deamus.Quinto ergo de ſolennitate huius inueſtituræ eſt, vt
cum dominus illi inueſtituram fecit,rurſum vaſallus cum re-
uerentia domino fidelitatem iuramento præſtet, alioqui ſi
nolit etiam ſi dediſſet feudum(conceſſione)licite tamen rea-
liter inueſtire recuſare poſſit.c.i.§.i.verſ.nulla,per quos fiat in
ueſtit.imo traditum condicere vel vendicare. argumen.l.hoc
Senatuſconſultum, §. ſi pecunię.ff.de vſufruct.ea re. quæ vſu
conſu.l.i.C. de donatio.quæ ſub mod.fiunt,ca.i.§. ſed non eſt
20 alia,quæ fuit prim.cauſa beneficii amit.†Et qualiter domino
fidelitas præſtatur alibi meminimus.Sed paucis, qui domino
21 ſuo fidelitatem iurat.† Sex promittere, & in memoria perpe-
tuo habere debet,ſcilicet incolume,tutum, honeſtum, vtile,
facile,poſſibile.c.i.de for.fidel.Incolume, ne ſit in damno do-
mino ſuo de corpore ſuo: Tutum, ne ſit in damno ei de ſuo
ſecreto,vel ſuis munitionib. per quas eſſe tutus põt: Honeſtũ
ne ſit ei in damno de ſua iuſtitia vel aliis cauſis,quæ ad hone
ſtatem eius pertinere videntur. Vtile, ne ſit ei in dãno de ſuis
poſſeſſionibus,Facile vel poſſibile,ne id bonum,quod domi-
nus ſuus facere leuiter poterit, faciat ei difficile, neque id qđ
poſſibile ei erit,faciat impoſſibile, quæ omnia pulchre alibi
habentur in d.c.i.de for.fide.& in c.de for.& ibi gl.vbi hæc ex-
22 plicantur.22.q.v.†Sexta ſolennitas inueſtiturę eſt, vt ſtatim p̄
ſtito fidelitatis iuramento dominus iam in poſſeſſionem feu
di vaſallum inducat,c.i.verſ.inueſtitura,de noua form. fideli.
quod ſi negaret omne emolumentum illi præſtare teneretur
d.ver.inueſti.in fin.nec intereſſe pręſtando liberaretur,c.i. §. ſi
facta,ſi de feu.defun.conten.ſit inter dominum & agna. vaſ.
Et hæc ſatis de inueſtitura.Nunc recte ſic conſtituta inueſtitu
ra,optimum fuerit pro cõplemento ſeptimam adhibere pro-
uiſionem,nempe ſcripturam ſeu inſtrumentum huius inue-
ſtituræ: nam quandoquidem non ita neceſſario requiratur,
23 optimum tamen eſt adhibere.† Cum alias fraus domino vel
vaſallo ſępius cõtingere poſſet. Nã ꝙ ſi vaſallus pro ſe, filiis,
ac filiab. feudũ accepiſſet,& mortuis filiis, dñs poſtea ſolum
pro filiis,acceptã inueſtit. affirmaret, certe ſi iam pares obiiſ-
ſent, vel gratia, ſeu affectione veritatem ꝙ dñi dicere nol-
lent, vaſallus hic deciperetur, quia ꝓ natura proprii feudi in
dubio iudicaretur.argum.ca.i.§. præterea quid ſit inueſtitura.
24 †quæ non tranſmittit ad fœminas,vt ante docuimus in 4.par
te,vbi de naturis feudorum propriorum tractauimus. Præte-
rea ad hoc iuuat,ſi fortaſſis dominus in releuamine antiqui
feudi vaſallo conſentiret,vt feudum quod ante maſculinum
fuit tantum,nunc eſſet & fœmininum, abſque conſenſu legi
timorum hæredum,quod iſta ſecũda conceſſio,ſeu ſcriptura,
nihil faceret in præiudicium agnatorum, ſi modo primæ in-
ueſtituræ ſcriptura extaret,quia ſtylus primę ſcripturę & inue
ſtituræ mutari non debet abſque conſenſu eorum, quorum
intereſt.argumen.c.i.de alienatio.feu.pater.Bal.in l.i.C. quan-
25 do non peten.part.†Eſt enim prima inueſtitura, radix & fun
damentum omnium ſequentium.Decius conſi.173.Caſtr.in
conſi.155.quos citat & ſequitur Zaſius in 6.ſua tract.feu. quæ
26 ſunt bene notanda †optime ergo peritus aduocatus fecerit ſi
primam ſemper inueſtituram inſpexerit,neglecta ſecunda vel
tertia,ex ea enim ſtatim intelliget, cuius ſit naturæ feudum;
quod ſi omittat, certe ſępe partes multis litibus & expenſis
27 magnis grauabit,non ſine animæ ſuæ periculo.†Et hæc de in
ueſtitura propria ſuper nouo feudo facta ſufficiant: In inue-
ſtitura,vero propria facta ſuper antiquo feudo, licet cum de-
bita reuerentia, tamen fidelitatis iuramento fiat, ſicut noui
feudi Inueſtitura,tamen teſtes pares Curiæ non requirit cap.i.
§.de ueteri,qui teſtes ſunt neceſſa.ad nouam inueſtitu.probã.
duo.n.extranei(dummodo fœminæ non ſunt)ſufficiũt. Et ra-
tio huius eſt, quia iam (vt ſupra in principio diximus) eo-
rum conſilium nihil efficeret apud dominum acceptan-
28 di vaſallum vel minus, † quia velit nolit, dominus in
antiquo feudo ſucceſſorem eius confirmare debet per in-
ueſtituram, quem ſemel approbauit. Nunc de abuſiua,
quæ pro eo habetur ac ſi inueſtitura facta eſſet. Abuſi-

nam fieri ſupra diximus, cum dominus inueſtiendo vaſallo
porrigit enſem, haſtam, vel ſimile corporeum pro loci cõſue
29 tudine, per hoc ſe inueſtire dicente, † hac forma facio te vaſal
lum meum hoc enſe vel haſta, te inueſtiendo ĩ illum fundũ,
vt pro feudo habeas: Certe ſi hæc inueſtitura hac forma corã
paribus (vt ſupra quoq; requiſiuimus in propria inueſtitura)
facta fuerit a talibus qui dare poſſunt, & ſuſcipitur ab iis qui
poſſunt accipere, re tali exiſtente quæ in feudum dari poſſit,
hoc caſu licet non ſtatim ex iſta abuſiua inueſtitura poſſeſſio
30 nem acquirat realem, † hoc tam efficit, vt vaſallus ex tali vo
luntate, ſtatim propria authoritate poſſeſſionem rei apprehẽ
dere poterit. ita Aluaro. & Prepoſi. in c. i. quid ſit inueſt. & eſt
tex. in c. i. verſ. vnde in poſſeſſ. de conſue. rect. feu. Non enim ad
hoc vt quis nanciſcatur poſſeſſionem, requiritur vt in poſſeſ-
ſionem ducatur (vt aliqui volunt) ſed ſufficit ſolum ſi domi-
ni voluntas adſit a principio, & eo ſciente poſſideat & appre
hendat. argum. l. i. C. de acquir. poſſeſ. Habetur ergo iam talis
31 inueſtitura pro eo, ac ſi vere inueſtitura interceſſiſſet. † Si ta-
men poſſeſſio vacua non eſſet, ita quod propria authorite ap
prehendere non poſſet, certe iam cogetur dominus vaſallo
huic poſſeſſionem vacuam tradere, & ſi differat omne emo-
lumentum præſtare c. i. verſi. inueſtitura, de noua for. fidel. vel
feudum æquiualens eiuſdemque bonitatis ſurrogare. c. i. de in
32 ueſt. de re. ali. facta. † Hinc elegans oriri quæſtio poteſt in caſu
vbi dominus inueſtiuit aliquem abuſiue tantum, iſque non-
dum authoritate propria feudum apprehendit; Et dominus
rurſum alteri ſecundo dat idem feudum & proprie inueſtit,
ducendo in poſſeſſionem, an hoc caſu poſterioris cauſa po-
tior erit in feudo, an prioris ſecundum l. quoties, C. de rei ven
di? Et ſi ſecundus potior, qui traditum feudum habet, an do-
minus qui hoc fecit a primo liberari poſſet præſtando inter-
eſſe? Et certe videtur ſecundus præferendus propter rei tradi-
tionem, & dominum quoque liberari a primo præſtando in
tereſſe, per d. l. quoties, vbi DD. & eſt gl. aperta in c. i. §. ſi facta, ĩ
verbo dominum, ſi de feu. defun. conten. ſit inter do. & agna.
vaſal. quam ſequitur ibi And. de Iſer. & alii. Ludo. tamen Ro-
manus in cõſi. cclxxxviii. tenet quod prior præfertur ſecun-
do, licet ei traditio facta ſit: Et hoc ideo, qa id obtinere inqt
in beneficiis collatis: c. tibi qui, de reſcrip. in vi. c. ſi tibi abſenti
de præbend. in 6. quę ſequitur Zaſ. in ſua v. parte tractat. feud.
33 † Sed paucis, relictis ambagibus, putauerim ĩ hac parte, quod
is regulariter potior erit, cui prima traditio facta eſt, licet pro
miſſio in dando conſiſtat, & ſapiat donationem, quę præſtari
præciſe rem ipſam compellat l. vbi autem non apparet. §. fin.
ff. de verborum obliga. & hoc per textum apertum alibi d. l.
quoties. C. de rei vendi. in fi. vbi in donatione in effectu loqui
tur. Cœterum tunc non venire intereſſe tantum dicetis quo-
ad primum vt vult gloſſ. in c. i. §. ſi facta, ſi de feu. defun. contẽ.
ſit inter dom. & agna. vaſal. quam Aluarot. And. de Iſer. ibi, &
Zaſ. in 5. par. ſequuntur, ſed tenebitur tũc illi ad aliud æquiua
34 lens feudum. c. de inueſt. de re. ali. fac. Nec obſtat, † quod in p̄-
bendis conceſſis obſeruetur, vt cui prius præbenda data eſt, ex
cludat poſteriorem, etiam ſi illi tradita ſit, vt vult Ludou. Ro
manus, quia tales eccleſiaſticæ perſonæ, vt papa, vel ſimiles
qui conferunt, ium illi qui accipiunt, decipere omnino caue-
35 re debebunt. † Nam eſſe plane debẽt cultores & authores iu
ſtitiæ, quales certe laici ſępius non ſunt. argum. c. i. de alie. feu.
36 † Et quod hic dixi de feudo, idem obtinet ĩ donationibus &
ſtipulationibus dandi, in quibus poſt moram ſemper veniet
æſtimatio, ſeu precium ipſius rei promiſſæ, ſi dari non poſſit
(quia forte alteri tradidit) & non intereſſe tãtum. ſi forte plus
in æſtimatione rei veniret, quam intereſſe glo. in l. ſi ſeruum
Stichum, § ſi. in verbo, poſſet, in ſi. ff. de verborum obligatio.
37 † vt male ſentit And. de Iſer. & eius ſequaces, ĩ d. c. i. §. ſi facta, ſi
de feu. defun. conten. ſit inter dom. & agna. vaſalli. & ſecundũ
prædictam limitationem intelligetis alibi textum, in d. l. vbi
autem non apparet, §. fi. ff. de verbo. obliga. & l. ſi ex lega. cã. l.
ſi ſeruum Stichum, in princi. & ſimiles eo. ti. Secus eſt in con-
tractu emptionis ſeu ſtipulationis, in quibus præſtatio in tra-
dendo, ſeu faciendo cõſiſtit: Nam tũc, certũ eſt liberari poſſe
præſtando intereſſe tantum l. ſi rem tradi. l. vbi autem non ap
paret. §. fi. vbi glo. ff. de verbo. oblig. l. i. l. ſi iactum, ff. de ac. ent.
38 l. ſi diſtrahatur. ff. de contrahen. emp. & ſimiles. † Et profecto
ſi veniret in noſtro caſu ſolum intereſſe, vt volũt Doct. Iam
facile fraus fieri poſſet conſtitutioni in d. c. i. §. ſi facta. ſi de feu.
defun. conten. ſit inter dom. & agna. vaſalli. quæ expreſſe con-
trariũ vult, non liberari præſtãdo intereſſe, quæ non poſſet
39 eſſe apertior; † vt tamen Ludouici Romani aſſertio quoque
locum aliquando habeat, paucis diſtinguite in hac parte,
nempe, an papa, Epiſcopus, ſeu eccleſiaſtica aliqua perſona,
princeps, vel ſimilis hanc traditionem fecit, an alius aliquis
ſecularis ſub principe. Primo, ſi ſub principe aliquis ſecula-
ris hoc fecerit, dico eum præferri debere, cui traditio facta
eſt, & dominum teneri alteri, cui non tradiderat, argumen.
c. i. de inueſt. de re alie. fac. de alio feudo ęquiualente, vt dixi-
mus, nec minus dominum per hoc ſe contaminare crimine
falſi & ſtellionatus. l. qui duobus ff. ad l. Cornel. de falſis. l. pen.
verſic. maxime, ff. de crimine ſtelliona. Si vero Papa vel Epiſ-
copus, vel ſimilis aliqua perſona eccleſiaſtica, vel princeps fe
ciſſet, hoc caſu, Ludouici Romani conſilium obtinere cenſe
rem, & illum obtinere feudum, cui primo ſolum datum eſſet
non etiam traditum, ſecundum ea quæ ſupra de eccleſiaſticis
perſonis diximus, quibus princeps æquiparatur, vt pulchre in
40 dicto conſilio Ludouicus Romanus docet. † Nam vt eccleſia
ſtica perſona decipere non debet, ita nec princeps, cum nihil
magis quam fides & integritas in principe fulgere debeat: l. in
ter claras, C. de ſumma Trinit. & fide catholica. Nõ enim frau
des ab eo oriri debebunt, a quo iura naſcuntur & manant. l.
meminerint, C. vnde vi. Et hæc de iſta parte ſufficerint.
41 Secundo † etiam pro inueſtitura habetur, videlicet cum
probat te aliquid nomine feudi aliquo tempore (hoc eſt,
minus vno anno) tenuiſſe dño præſente, & non contrad[illegible]
te, ſeruitium eius, quaſi a vaſallo, recipiente, hoc enim caſu,
licet te vera inueſtitura non interceſſerit, nec dominus vn-
quam vt feudum contulerit, tamen opus non habebit ille In
ueſtituram probare, ſed ſufficiet ſolum iurare ſibi conceſſum
vt feudum, c. i. verſ. inde etiam, de conſue. rec. feu. iuncta ibi gl.
verbi, aliquo tempore, & c. i. §. i. ver. ſi autẽ aliqs, ſi de inueſti-
tu. inter dom. & vaſal. lis oriatur. Et quando cenſetur domi-
nus pręſens, docetur alibi in l. præſens, ff. de procura. & l. fin. C.
de longi temporis præſcrip. Hæc tamen prædicta ita demum
vera intelligetis, niſi ipſe dominus poſſet contrarium docere,
ſeu probare, videlicet illi non fuiſſe factam inueſtituram pro
priam vel abuſiuam, vel non dediſſe in feudum vnquam rẽ
talem, vel non accepiſſe ſeruitia, quæ accepit ab eo ſuper illo
42 feudo, ſed ex alia cauſa: † Hoc enim caſu nihil iuuaret vaſallũ
iſta poſſeſſio, nec ſeruitium præſtitum, etiam ſi decennio vel
vicennio præſtitiſſet, d. c. i. verſi. inde etiam, in fi. in verbis, niſi
aliud contra iudicatur. de conſuetu. recti feudi. Tertio quoq;
feudum acquiritur, eo quod inueſtitura habetur, cum ſcilicet
quis per triginta annos rem aliquam vt feudum poſſedit, &
domino ſeruitium exhibuit, hoc enim caſu quamuis de iure
non ſit inueſtitus, præſumptione tamen triginta annorum ſe
tueri poterit, & perinde habebitur, ac ſi inueſtitura vere inter
ceſſiſſet elegans lex. in c. i. §. ſi quis per 30. ſi de feud. defun. con
ten. ſit inter do. & agna. vaſalli. Et iſto caſu nec poſſidens opus
habebit iurare, nec ipſe dominus volens cõtrarium probare
audietur. ita intelligetis d. §. ſi quis per 30. Et ĩ eo differt a caſu
prædicto in c. i. §. inde etiam. de conſuetu. recti. feu. Et hæc quo
43 ad ſecundam partem ſufficerint. † Nunc ad tertiam partem
cõtendamus, docturi, quibus modis per ſucceſſionem feudũ
acquiratur, nam vt per inueſtituram feudum nanciſcimur,
ita quoque per ſucceſſionem c. i. de feu. ſucceſ. c. i. de conſue. re
cti feudi. c. i. in fi. de feu. cogn. tractaturus ergo inteſtati ſucceſ-
ſionis huius materiã Primo de aſcẽdentibus & deſcendentib.
ſermo erit, poſtea, quõ collaterales collateralibus ſuccedunt
ordine explicabo. Primo ergo vt a vetuſtiore, incipiamus, ne
quid antiquitatis ignoretur, §. i. Inſti. de teſta. ſciendũ eſt olim
ſucceſſionem nullam vel ſaltem admodum tenuem fuiſſe:
Nam antiquiſſimo tempore feudum datum, ſic erat in domi
norum poteſtate connexum, vt quãdo vellent poſſent feudũ
auferre. c. i. §. & quia de iis qui feudum dar. poſſ. Poſtea eo de-
uentum fuit, vt per annum ſaltem firmitatem haberet, dein-
de ſtatutum, vt vſque ad vitam fidelis, ſeu vaſalli produceret
non vltra; Tandem eo progreſſum eſt, vt ad filios deueniret:
non tamen omnes, ſed ad eum quem ipſe dominus ex omni
bus eligeret: Poſtea petitum fuit a principe, vt ad nepotes ex
filiis deuolueretur, & vt fratri ſine legitimo hærede defuncto
vel filius eius in beneficio quod eorum patris fuiſſet ſuccede-
ret, hæc omnia habentur in c. i. §. & quia, de iis qui feud. dare
44 poſ. † Deinde ad quartum gradum ĩter agnatos extẽſum fuit,
& ſic fratres patrueles non excedebat, d. c. i. §. hoc quoque, de
iis qui feu. dare poſ. quod tamen nouo iure poſtea in collate-
ralibus ex pacto ſuccedentibus tantum ad ſeptimum gradum
protenſum fuit d. c. i. §. i. ver hoc quoque ſciendum, de iis qui
feud. dare poſſ. c. i. §. i. in fi. de ſucceſ. feud. in deſcendentibus in
recta linea ſemel propagatum in infinitum, d. §. hoc quoque
in fi. vbi Aluar. & D. SchenK, & Bal. in c. i. de feudo Marchi.
tam ad collaterales, quam deſcendẽtes, vt poſtea patebit, & in
ęquali gradu æqualis erit, vt hodie eſt feudi diuiſio inter oẽs,
capit. i. §. i. verſi. quod hodie ita ſtabilitũ, de iis qui feudum da
re poſs. ca. i. de feudi ſucceſſio. de quibus infra latius.
45 Primo † ergo de iure feudali in recta linea aſcẽdentes non
ſuccedunt deſcendentibus, c. i. in princip. de natura ſucceſ. feu.
ratio huius eſt, (vt inquit Zaſius) in ſua octaua parte tracta.
feud. quia ſi feudum eſt antiquum, tunc impoſſibile eſt, quod
pater filio ſuccedat, vel auus nepoti, vel proauus pronepoti,
cum feudum a patre, vel auo mortuo in filium defluat, ſi au

tem

te.n nouum eſt eo, ſine deſcendentibus decedente, iam inquit feudum ad dominum redire & non ad patrem, auum,
46 vel proauum. Sed certe quanquam in nouo feudo ratio Zaſii obtinere aliqualiter poſſet, quæ tamẽ ab eo datur reſpectu antiqui feudi, non ſufficiens eſt in caſu, vbi nulli deſcendentes eſſent. Et ergo non pauci DD. putant, in antiquo feudo non obtinere, ſed tum bene patrem vel aſcendentem ſuccedere, è quorum numero eſt Andræas de Iſer. & alii in c. i. de na
47 tu. ſuc. feu. † Sed putarem, nec in antiquo feudo patrem, auũ, aut ſimilem ſuccedere deſcendenti, quia cum feudum datur ſimpliciter a domino datur ſolum contemplatione accipientis, & legitimorum hæredum deſcendentium, c. i. in fi. in quibus cauſis feu amit. ergo ſimulatque tales non ſunt, res redit ad propriam (ex tacita quadam pactione) naturã, hoc eſt, ad dominum q dedit: Non enim contemplatione aſcendentium dederat; nam ſi hoc voluiſſet, potuiſſet primo illis contuliſſe. dicendum ergo fuerit ſimpliciter, naturam feudi exigere, vt non aſcendat in recta linea ſiue nouum ſiue antiquũ fuerit.
48 † Eſt tamen caſus, vbi feudum a patrem a filio reuertitur, velu ti ſi pater filiorum fauore feudo renunciaſſet, & illis refutaſſet, filius iam viuo patre ſine liberis decedentibus, illo caſu illud feudum redire debere ad patrem, qui reſtituit, potius q̃ ad agnatos, autor eſt Præpo. in c. i. de vaſall. decrepitæ. ætat. q allegat. Iaco. de Ardizo. in ti. de ſuc. feu. §. aſcendentes. & ſequitur Marti. Lauden. in d. c. i. de vaſal. decrepitæ. quod eſt notandum. Et hæc quoad primã aſcendentium lineam ſuffecerint. Nunc venio ad deſcendentes, quomodo aſcendentibus ſucce
49 dant. † Primo quoad deſcendentes conſtituite regulam generalem, liberos patri ſuccedere, atque tamdiu ex latere agnatos non admittit, quam diu liberi ſuperſint in infinitum. c. i. in princip. de ſucce. frat. & grad. ſucce. in feud. Fallit hęc regula ſi pater ea conditione cum matre contraxiſſet, vt liberi ex ea
50 procreati in feudo non ſuccederet. † Illo enim caſu etiam excluderent liberos tex. eſt in c. de filiis natu. ex mat. ad morga. contracto. c. i. §. ſi facta. verſic. filii, ſi de feud. def. conten. ſit inter dom. & agnat. vaſal. Sed obiiciet hic ſtatim aliquis, illud eſſe pactum de futura ſucceſſione, quod eſt improbatum l. pactum, vbi DD. C. de collatio. ergo non valebit, quapropter reſpondet Baldus in d. c. i. de filiis nat. ex matr. ad morgat. cõtra. quem omnes ſequũtur, quod pactum illud cum iniquiſſimũ ſit ergo ſolum Mediolani ſeruandum, d. c. i. in fi. eod. titu. non alibi, niſi conſuetudine ſpeciali foret alibi introductum. Sed paucis, non video quare iſtud pactum ſit iniquiſſimum, & ſic ſi non valeat, niſi introductum conſuetudine prius. Quia nõ dubito, quin id quod conſuetudine poſſet introduci, id quoq; fieri poſſe per expreſſam promulgatamque legem, quia conſuetudo nihil in effectu differt a lege, vt in prima parte ſupra
51 obiter docuimus. † Secundo non puto tale pactum eſſe iniquum, licet ſit de futura ſucceſſione, imo inquo, pactum de futura ſucceſſione non eſſe ſimpliciter improbatum a iure, licet Doctor. id communiter teneant in d. l. pactum, C. de coll. & l. pactum quod dotale. C. de pact. cum ſimilibus nam expreſſum eſt, pactum de futura ſucceſſione valeret in l. i. §. ſi quis a parent. manumiſſ. fuerit, §. fi. Inſtit. de legiti. agna. ſucce. vt alibi demonſtrauimus quoque latius aliquando in d. l. pactum C. de coll. quæ omnia hic referre cum longum eſſet, ſolum contentus fuero, obiter hic exhibere vna atque altera ratione, tale pactũ bene poſſe ſubſiſtere, nempe q filii ĩ feudo
52 nõ ſuccedent, † nec etiam in patrimonialib. bonis, niſi ad partem, vel vt aliqui non ſecundum cap. i. de filiis natis ex mat. ad morgan. contract. nam quis quæſo dicet irrationabile, & iniquum eſſe, ſi ex nobili vxore habeo filios, & ea mortua, accepta concubina vel meretrice, procreatis ex ea quoque liberis, non poſſe me pactum facere contrahende cum ea nuptias, ne eius filii mihi in feudo ſuccedant, an ne gratias mihi agat ſaltem, quod eam facio mihi legitimã vxorem, quæ antea concubina vel meretrix fuit, filios legitimos, qui alias naturales vel forte ſpurii manſiſſent: quis dubitat. Quis dicet bonum facere eſſe de iure prohibitum; quod hic fieri nemo inficiari poſſit. Præterea certum eſt, quod poſſem principis reſcripto filios naturales facere legitimoſ, matrem vero concubinam vel meretricem relinquere, §. ſed & aliud, quib. modis natu. efficiuntur legiti. in Authen. præterea C. de natur. lib. ſic econtra putarem, quod principis vel papæ reſcripto, matrem hoc eſt concubinam poſſem vxorem ducere filios vero naturales vel ſpurios relinquere poſſit, quod ſint fures, latrones, vel alias mihi idignos, eadem ratione. ex d. § ſed & aliud. Si ergo hoc reſcripto poſſet fieri, quare non eadem ratione fieri poſſet lege ab Imperatore, vt quis ita poſſet paciſci cum ſecunda vxore, vt filii ex ea nati non feudo ſuccedant, ſed in certa quantitate bonorum allodialium, vt in d. c. i. de filiis na. ex matrim. ad morg. contr. Poſtremo, in hoc fere omnes con
53 ſentiunt Doct. † quod pater poteſt pactum facere cum filio, quod erit contentus legitima. Doctor. in l. pactum. C. de coll. vbi Butrig. & alii, & eſt tex. in l. ſi quando, §. & generaliter. C. de inofficio. teſtam. nemo tamen poteſt negare, quin illud ſit
54 pactũ de futura ſucceſſione. Non obſt. Doct. cõis aſſertio, † q pactum de futura ſucceſſione non valet, quia nego, vſpiam ĩ legibus iſtud exprimi, pactum de futura ſucceſſione non valere eaque ratione improbari, quod ſit de futura ſucceſſione ſimpliciter. Nam ſemper quaſi rõnẽ ſuam, vel tacite, vel expſſe lex ſecũ adfert, quare prohibeatur, vt primo alibi patet in l. pactum quod dotali. C. de pact. vbi non valet pactum, q̃a adimeret liberam teſtandi voluntatem. Rurſum alibi in l. fin. C. de pact. quia præſtaret votum captandæ mortis. Iterum tacite adfert ſecum rõnẽ lex alia, l. pactũ. C. de collat. quia, ſi ibi pactum valeret filii, ſæpius neceſſitate coacti, vel filiæ vt procũ, vel ſponſum habere poſſent, qualibet, dote vel quantitate contenti forent, repudiata alia parentis hęreditate. Barth. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obliga. quod iura fieri noluerunt, longius proſpicientes mali huius finem. Ad uerterunt enim, neceſſitate poſtea ſublata, & libidinis ardore refrigerato, hinc iurgia poſſe manare, & tacitũ erga parentẽ ſeu parentem rancorem & inobedientiam, propter iniquum
55 admiſſum pactum, ſuſcitari. † Quapropter non inſcite alibi Papinianus reſpondet, in d. l. ſi quando §. illud, C. de inoffic. teſtam. meritis magis filios ad paterna obſequia prouocãdos quam pactionibus adſtringendos. Certe hæc rationes non militant in noſtro caſu d. c. i. de filiis nat. ex matri. ad morga. contr. quia per tale pactum non fraudatur neceſſitate coactum, ſed bene fecit faciendo legitimum eum, qui ante illegitimus erat nec minus hic filius obſecundabitur, quia certe ad hoc vt præſtet perpetuo obſequium, ſufficit ſola legitimitas, certe æſtimationem vix accipit: poſſet conqueri de pacto, quia niſi mrẽ accepraſſet, ſpurius manſiſſet. Et ſic nõ poſſet vllo modo ſe allegare deceptũ, in pdicto caſu poterat. Poſtremo cũ iſtud pactum non impediat vltimam volũtatem effectum habere vt in d. l. pactum quod dotali. C. de pact. nec præſtat votum captandæ mortis, vt in d. l. fin. C. de pact. nec aliquod aliud improbabile malum: non video ergo, quare tale pactum dici debeat iniquum. Et quare non poſſet niſi conſuetudine introduci; Recte ergo puto, Paulum Caſtren. ſuper tali caſu vel ſimili cõſuluiſſe, contra alios plures, iuſte pacto fieri, vt meminit in d. l. pactum. C. de colla. Fallit ſecundo, ſi pater culpa ſeu dum amitteret. Tunc enim excluſis deſcendentibus, ad agnatos, qui quarto gradu ſunt, deuolueretur c. i. §. licet, verſi. ſi vaſallus culpam, ſi de feu. defunc. conten. ſit inter dom. & agna. vaſ. de quibus latius infra in 13. parte. Fallit tertio, ſi feudum regale fuerit, in illo enim nulli ſuccedunt capit. i. in princi. de feu. March. hodie tamen ſucceſſio per vſum admittitur, c. i. in fi. de alie. feu. Fallit quarto, in feudo nouo non rite præſentib. Curiæ paribus accepto, c. i. in quib. mod. feu. conſt. poteſt. Fallit quinto, ſi filius per culpam in dominum commiſſam, ipſe ſucceſſionem amiſerit, c. i. §. inſuper. de prohib. feu. alien. per Federic. Et hæc ſufficiant. Nunc ad liberos redeamus. Filii ergo ſeu liberi, quia diuerſi generis ſunt, operęprecium eſt hic ordine prius omnes enumerare, & poſtea ſeparatim de ſingu
56 lis docere. † Sunt ergo primo naturales & legitimi filii maſculi iuſtis nuptiis procreati, in poteſtate patris exiſtentes de quibus in §. i. Inſti. de pat. poteſt. Secundo emancipati, de quib. in §. emancipati, Inſti. de hære. quæ ab inteſt. deferun. Tertio, exhæredati, de quib. in Tit. de exhæredatio. libero. Quarto de p̃teriti. Quinto, adoptiui & arrogati, de quib. in ti. Inſti. de adoptio. Sexto legitimati naturales per oblationem Curiæ. Septimo, legitimati per Principem. de quib. toto ti. quib. mod nat. efficiunt̃ ſui, & toto ti. quib. mo. natu. efficiũtur legi. in Auth. Octauo, ſunt filii naturales legitimati per ſubſequens matrimonium §. ergo fanciendum, verſi. ſi quis igitur dotalia, in Auth. quib. mod. natu. effici. ſui. §. fi. Inſt. de nuptiis, cum ſimilibus. Nono, ſunt filii putatiui, de quib in cap. per tuas, extr. de probat. & Doct. in § fin. Inſtitu. de adoptio. in c. ii. in c. ex teno
57 re, extr. qui filii ſint legiti. † Primo filii legitimi & naturales in poteſtate patris exiſtentes ſuccedunt patri (excluſis omnibus agnatis) in feudo æqualiter, hoc eſt, ex æquis partibus, etiam ſi in inæqualibus portionibus hæreditatis inſtituti a patre teſtamẽto eſſent, c. i. de ſucc. feu. c. i. §. & q̃a de iis. qui feu. da. põt. nam pater inæqualem diuiſionem inter liberos de feudo facere (illis non conſentientibus) non poteſt, d. c. i. in fi. de ſucce. feud. in verbis, nulla ordinatione defuncti in feudo valente vel manente, quæ verba ſunt notanda iuncto c. i. de alien. feu. pr. Si vero ĩ diſpari gradu eſſent, veluti filii & nepotes ex alio filio p̃mortuo, hi quoq; ſuccedent cũ ſuis patruis, ſed ĩ ſtirpes. c. i. de ſucceſ. fratrũ & grad. ſucceſ. ĩ feu. c. i. de ſucceſ. feu. §. cũ filius. Inſt. de hær. quæ ab ĩteſt. deſe. Emãcipatos vero filios naturales & legitimos ſuccedere quoque parenti Doctor. volunt Aluarot. in c. i. § hoc quoque de iis qui feud. dare poſſunt, vbi
58 & alii Doctor. † Sed de eo dubito non nihil, nam certum eſt non eſſe iam agnatos (propter emancipationem) qui neceſſario

ceſſario ad feudi ſucceſſionem requiruntur,ſunt enim iam ſo
lum cognati,qui de iure feudali non ſuccedunt cap.1.verſ.ad
59 agnatos de ſucceſ.frat.&grad.ſucceden. in feud.† Non obſtat,
hodie ſublatam eſſe differentiam emancipationis & patriæ
poteſtatis,per §.i.in Auth.de hær.quæ ab inteſta.deferun.quia
hoc verum quo ad ſucceſſionem allodialium bonorum exi-
ſtimarem.non feudalium in quo nuſquam hoc cautum repe
60 ritur.†Præterea dñã non ita certum eſt ſublatam eſſe, quod
emancipatus pro mero agnato habetur,gl.in l ſi emancipati
& ibi Doctor.C.de collat.ſi ergo eſt ſolum cognatus certe ex
cludetur hic a ſucceſſione per d.cap.i.ver.ad cognatos,de ſuc
ceſſ. fratrum & grad.ſucced.in feud.Poteſt enim quilibet iuri
pro ſe introducto renunciare l.penul.C.de pact.quod hic per
emancipationem feciſſe videtur.Curtius tamē tenet in 3. ſua
parte tracta. feud. cum aliis Doctor. emancipatum æque, vt
legitimum ſuccedere dicens, coniunctos per maſculinam li-
neam pro agnatis hic accipi: illos vero cognatos dici ſolos,
qui per lineam fœmineam ſunt coniuncti. Sed certe pu-
tarem,quod Obert & Ger.ita dixiſſent,ſi voluiſſent,cum du
bitandum non ſit illos ignoraſſe emancipatum cognatum,
& non agnatum eſſe,qui dudum poſt Iuſtinianum fuere.Sed
quicquid ſit cum cōis Doctor. opin. ſit emancipatum ſucce
dere,nec ab illa ita temere in iudicio recederetur,ergo potius
vltimæ parti adhærendum, vt tutiori,cenſeo emancipatū ēt
61 ſuccedere.†Tertio,exhrēdati ſiue iuſte,ſiue iniuſte liberi æque
ſuccedunt,ſi modo in dominum non delinquerunt, vel aliū
quare feudum debeat amitti,vt infr. in 13.parte docebimus,
quia pater teſtamento ſuper feudo(vt diximus ante)diſpone
62 re non pōt.d.c.j.de ſucceſſ.feud.† Quarto,filii quoq; præteriti
ſuccedunt,quia feudum non a patre,ſed a dño,acquiritur, &
hoc ēt ſi patris teſtm̄ non conuellat, cum tamen poſſet ſecū
dum l.filio præterito.ff.de iniuſt.rup.& irrito teſtamento.quic
quid Doctor. aliqui dicunt, vt infra in parte 13.monſtrabo.
63 †Quinto,adoptiui & arrogati filii in feudo non ſuccedunt.c.
i.§.adoptiuus,ſi de feudo defunct.conten.ſit int.dom.& agna.
vaſal.Fallit primo,niſi in prima inueſtitura pactum eſſet, vt
ſuccederent, ſi qui adoptarentur: Recipit enim pacta feu-
dum.Secundo fallit,ſi pater adoptaret filium naturalem &
legitimum,vel nepotem,quem ante emācipauerat,poſt feu-
di tamen acquiſitionem.Tunc enim (vt in priſtinum ſtatum
reſtitutus)ſuccedet rurſum in feudo abſque ullo dubio.Fallit
tertio,ſi feudum fœmininum eſſet,& auus maternus adopta
ret nepotem ex filia præmortua alioqui illi ſucceſſurū. Alua.
& Doct in d.§.adoptiuus, imo Andræas de Iſer. quem Mart.
Lauden. ſequitur, vult q̄ adoptatus ab auo materno nepos
ex filia ſuccederet,ideo quod duo vincula concurrant, natu-
rale ſcilicet & ciuile,in d.§.adoptiuus,quod tamen non puto
ſimpliciter ſequendum, niſi etiam abſque arrogatione, ſeu
adoptione æque in feudo ſucceſſiſſet, quia forte feudum fœ-
mininum,nam ſi maſculinum eſſet, nunc nepos ex filia,vt
cognatus nō ſuccederet,quanquam duo vincula cōncurrāt.
Fallit quarto,ſi adoptati eſſent priuſquam feudum parens ac
quiſiuit,quos dominus adoptatus iam ſciebat,ita Mart. Lau-
den.prima facie ſenſit: in d.§. adoptiuus,& §. naturales, ſi de
feud.defuncto.conten.ſit inter dom.& agnat.vaſal.ſed poſtea
ab illa opinione deflectit. Putarem tamen primam partem
64 de iure veriorem,†per tex.in d.§ naturales,in verbis,licet po-
ſtea fiant legitimi,quaſi diceret,ſi ante legitimi, vel adoptiui
fuerunt, iam bene ſuccedent: Et certe probatur ēt ex rōne,
(quare adoptiui nō ſuccedant)poſita alibi ab Alc. in cōſi.25.
1.vol.inci.circa primum.qui ideo non ſuccedere inquit,quia
non p̄ſumitur dñs ſenſiſſe de talibus filiis. Et ergo ſi ſciuit ado
ptiuum,habere iam non poteſt dici non ſenſiſſe de tali filio
& puto vere illam rationem fuiſſe:Communiter tamen Do-
ctor.contrarium tenent nō ſuccedere ſimpliciter, & adferūt
multas diuerſas rationes, parum tamen concludentes in d.
§.naturales,& §.adoptiuus.ſequatur ergo quiſque quod vo-
let.Fallit quinto ſi conſuetudo eſſet,filium adoptiuum ita vt
legitimum & naturalem ſuccedere. Aluar.in d. §. adoptiuus,
Fallit ſexto,ſi eo tenore per principem quis fuiſſet arrogatus,
vt in feudo ſimul ſuccederet Bal in d.§. adoptiuus,& §.natu-
rales,eod.ti.quem Marti.Lauden.& alii ibi ſequuntur.ſed cer
65 te putarem illud non facile ſequendum,†cum princeps in p̄-
iudicium domini vel agnatorum,nihil iuſte ſine cauſa face
re poſſit,argum.l.nam ita diuus,ff.de adopt.& ſimili.vt infra
66 in parte.12.latius dicemus:Et hæc de fallentiis.† Sexto legiti-
mati naturales per oblationem Curiæ, ſuccedunt cum hac
diſtinctione, nēpe an pr̄ obtulerit Curię, an ſe ipſi poſt mor-
tem obtulerint; Si pater obtulit, & poſtea feudum acquiſi-
uit,ſuccedent,d.§.naturales,ſecus ſi antea feudum habuit, &
poſtea legitimauit per Curiæ oblationē, quia eius contēpla-
platione iam non fuit datum;cū non poſſit dici ſenſiſſe dñm
de illo,vt ante ex Alexandro docuimus argum.l.ſi ita quis.§.
is cui.ff.de lega.2.Si vero poſt mortem patris ſe obtulit, non
ſuccedet vllo modo, d.c. i.§.naturales.nam ius eſt filiis, vel a-
gnatis aliis iam acquiſitum.argum.in d.l.nam ita diuus. ff. de
67 adopt.†Septimo ſunt filii naturales,tātum,legitimati per pri
cipem.In his rurſum fuerit diſtinguendum,an pater Principi
obtulerit,an princeps per ſe legitimauerit, ſi pater obtulit, &
poſtea feudum acquiſiuit,iam ſuccedet.d §.naturales.Si prin
ceps per ſe patre mortuo,vel eo viuente,legitimauerit, tunc
nullo modo ſuccedit,quia princeps ius agnatis vel aliis libe-
ris acquiſitum auferre non poteſt, niſi conſentientibus illis,
quorum intereſt,argumen.c.i. de aliena.feudi paterni, argu-
68 men.d.l. nam ita diuus.† Et eſt elegās de eo tex.alibi,in l.nec
auus. C. de emancipa. libe. vbi ſanctę inquit Princeps Dio-
cletianus,in cuiuſquam iniuriam beneficia tribuere non eſt
moris noſtri (ſententia certe vero principe digna, atque vti-
nam eam omnes memoria tenerent)putat tamen Iaco. Bel-
69 uiſ.†Imperatorem licite legitimare poſſe filium ad feuda nul
lis exiſtentibus liberis,vel agnatis,in d.§.naturales, ſed vt hic
nunc fieret præiudicium domino feudi,ad quem feudum re-
dire debet,ita quoque Imperatorem non poſſe legitimando,
70 domino præiudicare,verius crediderim,per ſupradicta.† Præ
dicta,q̄ per principem legitimatus cum patris conſenſu acce
pto poſtea feudo ſuccedit in feudo,intelligetis verum, ſi prin
ceps in legitimatione ſucceſſionis feudi quoq; mētionem fa
cit,ſecus ſi ſimpliciter ſolum legitimaret,ita oēs Doct. in d.§.
naturales,imo Bal.in d.§.naturales,requirit,q̄ princeps exp̄ſ-
ſe dicat,non obſtante d.§.naturales.cæterum hoc communi
ter a Doctor.reiicitur,qui putāt ſufficere ſi de feudo ſolo mē
71 tionem faciat.†Octauo, filii naturales legitimati per ſubſe-
quens matrimonium,in feudo ſuccedunt, ita Docto.omnes
in d.§.naturales,per c.tanta,ext.qui fil. ſunt legiti. vbi Panor-
mit.& alii, ſed quid ego ſentiam,infra dicam, & hoc etiam ſi
medio tempore aliam habuiſſet vxorem nullis ex ea ſuſcita
tis prolibus,& poſtea concubinam prædictam duceret, vxo-
re mortua,ita Zaſius in 8.parte,circa finem.Si vero ex vtraq;
filios ſuſtuliſſet,iam omnes vt filii patris æquis ex partib.ſuc-
cedere ex capit.l.de ſucceſ.feu. c.i.§.& quia,de iis qui feu.dare
poſſ niſi conſuetudo vel ſtatutum obtineret, primogenitum
vnum ſuccedere,vt paſſim moris eſt, Alu.in d.§.natural.& Za
ſius in 8 par.Sed ex prædictis dubitari tum poſſet non imme
rito,quis eorum vt primogenitus in feudo vel in aliis allodia
libus,ſi forte primogenitus prærogatiua gauderet, eſſet præfe
rendus, an ille qui primo ex concubinatus, & poſt aliam
vxorem per matrimonium ſubſequens legitimatus, an vero
qui ex legitima vxore primo natus eſt.Certe hanc quæſtionē
dubiam & difficilem late tractat Io.And.in ca.ſine culpa, de
reg.iur.in mercur.Ludouicus de Sardis in ſuo tract. de legiti-
ma Bartolo.Brix. in ſua queſt.dominicali iv.& omnium late
Anton. de Roſel. in ſuo eleganti tract.legitima.& alii alio lo
co.quare cum dubia admodum ſit, & lōgum foret omnium
hic recenſere opiniones ſuperſedebimus,alio loco tractaturi
72 & diſcuſſuri.†Quod tamen ad prædicta de feudo attinet,puta
rem,filium poſtea legitimatum per ſubſequens matrimoniū
nō ſuccedere in feudo,per tex.d.§.naturales. qui eſt expreſſus
ſatis ad hoc niſi a doctoribus inuerteretur ſenſus. Quis enim
iuſte dicet, illum textum loqui ſolum de legitimatis per prin
cipem,vt communiter ibi volunt Doct.& non de iis qui legi
timantur per ſubſequens matrimonium.An putat aliquis,tā
ſtupidos fuiſſe Obertum & Gerardum, vt hoc non expreſſiſ-
ſent,ſi uoluiſſent, diuerſum eſſe inter hos duos legitimatos?
Sed hic ſtatim obiiciet quis,probari ſatis ex textu c.tanta,ext.
qui fil.ſunt legiti.(quem etiam ſolum ad huius confirmatio-
nem adferunt Doctores)vbi per ſubſequens patrimonium p̄
cedentia omnia purgātur,& naturales fiunt legitimi;Sed cer
te quæro,an bene ſequetur,ſubſequens matrimonium legiti
mat ante natos naturales,ergo illi legitimati ſuccedent in feu
do.Profecto putarem,non magis concludere,quam ſi quis di
ceret, alterius filius per adoptionem ſit eius legitimus filius q
adoptat,ergo illi ſuccedet in feudo:Nam contrarium quoad
vtrumque alibi probatur in d.§.adoptiuus,& §. naturales, ſi
de feu.defunct.conten.ſit inter dom.& agnat.vaſall.Præterea
conſiderandum eſt,nuſquam in toto iure feudali mentionē
naturalium fieri,niſi in dicto textu. d.§ naturales.Non eſt er-
go præſumendum, quod non intellexerit de iſtis prædictis a
nobis naturalibus legitimatis per ſubſequens matrimonium
filiis;Nam hi naturales ſæpiſſime,& vbique in iure obuii no-
bis ſunt, naturales vero legitimati per principem rariſſime.
Poſtremo,non admittunt Doctores ad feudi ſucceſſionem fi
lium naturalem in feudo fœminino matri,quæ etiam nullos
alios liberos habet,vt And.de Iſer. Alua. Præpoſi. Mart.Laud.
& communiter omnes in d.§.naturales.& hoc ideo inquiunt
quia tex.ſimpliciter loquitur de naturalibus non diſtinguens
naturales argumen. l.de precio,ff.de publicia.in rem action.
Certe ſi non diſtinguit text. inter naturales (vt ipſi adferunt)
miror quod illi diſtinguant inter legitimatum per Principem
& le-

& legitimatū per ſubſequẽs mr̃imoniū, de quo verbū nullū ibi in text. ſed ſequat̃ quiſq; q volet, nobis ſufficit ſaltẽ ſūmo
73 digito attigiſſe † Nono putatiuos,de quib.ĩ c.2.in c.ex tenore, q fil. ſint legit. tum nominatos filios quoque ſuccedere putarem, ſi modo antequam feudum acquiſiuit pater a domino
74 ab omnibus,vt filii habiti fuerint.† Decimo ĩ hermophroditis filiis diſtinguendum exiſtimo,cui ſexui magis inclinent, ſi maſculino, iam ſuccedere: ſi fœminino, excludi. Aluarotus in capitulo primo, an mutus vel ſurdus. † Vndecimo,
75 muti, & ſurdi filii, quorum defectus mederi medicorum opinione poſſit,ſuccedent,ſin minus, excludentur de quibus infra in parte 13. latius tractabimus, vbi de defectu agimus.
76 † Duodecimo, monachi quoque filii & clerici, licet feuda ab aliis bene accipiant,cum illis dantur, tamen in iis parenti non ſuccedunt, niſi in prima inueſtitura illud expreſſum ſit.
77 c.i.de feu.fœm.de quibus late ĩ.in d.13.parte.† Decimotertio, Ep̃s,Monaſterium,vel eccleſia,ſuccedit Epiſcopo,Monacho, vel prælato in feudo illi cōceſſo reſpectu Eccleſiæ, Epiſcopatus,Monaſterii,ſeu Prælaturæ,vt filius,excluſo etiam domino & aliis.tex.eſt expreſſus in c.i.de alie.feud. qui ad hoc non eſt emendatus,& clare indicat in caſu quo licite eccleſiæ vel ſimili loco conceſſum eſt,tunc illum locum pium,vt filiū,ſuccedere,iuncto c.i.§ fi.de capit.Conra.Decimoquarto,filii naturales,licet in allodialibus,matri ſuccedūt, vt legitimi & naturales.§ nouiſſimę,Inſti.de Senatuſcon.Orficia,& l. ſi qua il-
78 luſtris.C.ad Senatuſcō.Orficia.† in feudo tñ matri non ſuccedunt,etiam ſi feudum maternum fuerit.Docto. communiter omnes in d.§.naturales,ſi de feu.defunct.conten. ſit Zaſ.in 8. parte ſui trac.Et hactenus ſatis obiter de deſcendentibus.nūc
79 ad collaterales pergamus docendo per cōcluſiones.† Prima
80 ergo concluſio erit collateralium,†ſi feudum eſt nouū, iam regulariter nullis exiſtentibus liberis,collaterales fratres, qui ſunt primi in linea collaterali, tamen non ſuccedent: capitu. i.§.i.ver.ſi autem vnus de iis qui feu. dar. po.c.i.de benefi.fra. de no.benefi.inueſtit.& hoc verum, etiam ſi vna Inueſtitura ambo ſimul feudum accepere.c.i.§.filia.de feud.ſuc. Huic nō obſtat alibi textus & gloſſa.in c.ſi quis miles.& ibi glo.i.in tit. Imperat.Loth.Euge.Pap.qui huius aſſerere contrarium videtur,quia dicetis,ibi loqui in antiquo feudo,quod ex diuiſione ad vnum fratrem deuenerat(quod fieri poteſt.ca.i.de natura. ſucceſ.feu.in § paternum, & c.i.§. ſi quis per xxx.verſi.omnes. ſi de feud. defunct.conten. ſit.)vt etiam ſecunda ibi gloſſa.& Doctor.intelligunt in d.capitu. ſi quis miles, quam ſequitur Iacob.Beluiſ.And.de Iſer.Aluarot.Præpoſi.Mart.Laudenſi.& communiter Doctor.Fallit primo hæc regula, ſi per pactum in Iueſtitura de eo ſibi proſpexiſſet,vt frater fratri ſuccederet. capitulo primo.de benefic. frat. & qual. frater fratri, de ii o.
81 benefic. inueſt. Fallit ſecundo † ſi ſimul habitantibus fratribus, alter frater communibus, ex indiuiſis bonis emiſſet feudum ſimpliciter nulla facta menſione alicuius, & hoc ſciente domino,nempe emi ex communibus bonis. Hoc eñ caſu frater fratri in feudo ſuccedet, ita loquitur capit.i. de benefic.fratris.& qual.frater fratri.ſecus vero ſi ignorante domino,frater ex cōibus bonis feudū emiſſet, nam hoc caſu frater fratri non ſuccedet,ita loquitur,c.i.de frat.de no.beneſ.inueſtitu. Et huius diuerſitatis ratio eſt, quia dominus inuitus non tenetur alium vaſallum acceptare, quam ſciens volet a primo,d.c.i.in fin. de fra.de no.benefic. inueſtit. verum in primo caſu, quando ſciuit de communibus bonis emi feudum tacite videtur in vtrumque dominus conſenſiſſe, elegans gl. bene notanda, in dicto capitulo primo,de benefic. fratri. &
82 qual.frater fratri in ver. domino. † Si vero feudum emiſſet ex communibus bonis frater, ſed proprio nomine,etiam ſciente domino, communia & indiuiſa eſſe bona, hoc tamen caſu rurſum frater fratri non ſuccederet, quamquam fructus feudi ſimul lucri facerent, ſi modo ſimul habitarent, d.capitulo primo.de frat. de nouo beneſi.inueſt.Et idem putat glo. in d.c. i. de benefic.fratris.& qual.frater fratri,quam ſequitur ibi Bald. Præpoſi. & alii idem Zaſi. in ſua 8.parte. etiam ſi ſimul non habitarent,dummodo ſolum pecunia communi & indiuiſa eſſet emptum.Aluarotus tamen putat,ſemper requiri,vt ſimul habitent, ad hoc,vt fructus communicent, & ita ſentit alia gloſſa.in c.i.§.i.in gloſſ.verb.nominatim, de iis qui
83 feud.dare poteſt.†Et puto veriſſimum quamquam Zaſius dicat Aluarotum male ſentire, nam text. aperte hoc requirit, vt ſimul habitent.in d.c.i.de fra.de no.benefi.inueſt.in verbis, & ſimul habitauerint, Rurſum ibi donec ſimul habitauerint. Rurſum probatur alio loco,in c.i.de benefic.frat. & qual.frater fratri.in verbis ſi inſimul ſteterint, quæ verba cenſeri non debent fruſtra appoſita, & toties anxie repetita.ex quibus elegans limitatio venit ad textus alibi poſitos ad l.ſi patruus, C. communia vtriuſque iud.l. ſi ex ea pecunia,C.de rei vendicatione.& ſimiles,vbi emptū ex communibus bonis regulariter ad ementem pertinet tantum. Fallit tertio,ſi frater etiam de propriis bonis vtriuſq; nomine emiſſet feudum nouum, dño hoc indicans. Illo quoq; caſu rurſum frater ſuccedet,d. capi. de bñfic.frat.& qual.fra. fratri in verbis, vel vtriuſq; nomine. Fallit quarto,ſi fratres ſimul in bello acquiſiuiſſent cum domino in hoſtem procinctī d.c. i. de benef frat.Fallit quinto.ſi feudum nouum datum eſſet duobus fratribus indiuiſibile, hoc enim caſit fratrem fratri ſuccedere. Docto. volunt in ſua parte,ſed teneri tamen domino tunc ad æſtimationem medię partis, Docto.in c.i.vbi gloſ.& Aluaro.de frat.de no.benefic. inueſt.Zaſi.in 8.parte ſui tract feud.cum tali tamen limitatione,nempe ſi dominus ſimpliciter nullius cōtemplatione magis conceſſiſſet vni,quam alteri.Nā ſi hoc feciſſet, & is obiiſſet,cuius contemplatione feudum conceſſiſſet, vel mortuus, maiorem partem habuiſſet feudi indiuiſibilis, hoc caſu dominum poſſe uendicare,reſtituendo fratri æſtimationem mediæ partis,ex illa regula quæ habet,maius ad ſe minus trahere,fundata in l.ſancim.§.ne autem,C.de dona.& ſequitur Alua.poſt Iacob.de Beluiſ.And.de Iſern.Præpoſi.Mar. Lauden.
84 in d.c.i.de fra.de nou.benefi. inueſt. & Zaſi.d.loco,†Et quanquam hactenus diximus, feudum nouum prædictis fallentiis ad collaterales deuolui, contra generalia feudorum placita: non tamen putabitis,hoc ad omnes in infinitum collaterales protendi,ſi forte frater fratris filius,vel nepos non eſſet defuncto,ſed ſolū ad eos,qui intra ſeptimum ſunt gradum conſtituti,non vltra ita intelligendus eſt textus alibi ſatis ſcabroſus.in c.i.§.j.verſ.hoc quoq; ſciendum, de ſucceſ.feu.iuncto d. §.i.verſi.ſi autem,de iis qui feu.dar.poſſ. qui coniūgi debēt, & tenet ita Bal in c.i.de feu.March.quem ſequitur Aluaro.&
85 D. SchencK, in dicto verſicu. hoc quoque ſciendum . Cæterum feudum per lineam directam in deſcendentes propagatum in infinitum extēdetur,etiam ad tranſuerſales deſcendētes ex deſcendentibus primi acquirentis ortos, ita loquitur finis dicti textus.in d.c.i.uerſi.hoc quoque ſciendum, de iis qui feud.dare poteſt.vbi D. SchēcK, & Bald.in d.capitu.i.de feud.
86 March. Et hactenus de nouo feudo in collateralibus.† Nunc videamus ordine de feudo paterno & antiquo per concluſiones priuſquam auſpicer,vna maxima hic fuerit præſupponenda,nempe in feudis cum deciſionem cauſę non habemus,tūc recurrendum perpetuo ad ius ciuile.c.i.§.ſtrennuus,de feu.co
87 gnitio.† Prima ergo concluſio in genere erit inter collaterales,q in feudo antiquo,ſeu paterno, nulli exiſtentib. deſcēdētib.feudū deuolui ad ꝓximiores agnatos legitimos collatera
88 les debea,†hoc eſt,eos qui ex primo acqrente,& ſic ex ſtipite promanarunt,cōes eiuſdem agnationis,c.i.verſic.quod ita intelligendum,de ſucceſſ.fra.& grad. ſucced. in feud. non ergo agnati ſimpliciter omnes venient, ſed ſolum ii, qui a primo acquirente propagati ſunt.Et ideo ſi meus pater nouum feudum acquiſiuit,qui habet fratrem,& feudum ad me(mortuo patre)deuolutum eſt,ſi morior abſque liberis, feudum non deuoluetur ad patruum meum,licet mihi ſit agnatus, & patri meo,quia ipſe nō deſcēdit ex eo qui primū acquiſiuit,hoc eſt,eius fratre,qui pater meus eſt,vt pulchre in d.c.i.verſ.ſi eñ Titii auus,de ſucceſſio.fratrum.& grad. ſucced. in feud. Nam frater ex fratre non deſcendit.Si vero fratres habeam vel fratrum filios vel nepotes,hi(quia deſcēderunt ex primo ſtipite) bene ſuccedent.capitulo primo,in fin.de natu.ſucce.feud.vbi omnes deſcenderunt ex primo acquirēte. Si vero auus vel proauus meus primo accepiſſet,& iam eſſet ad me deuolutum, ſi morerer abſque liberis, nullis proximioribus agnatis ſuperexiſtentibus quam patruus,hoc caſu bene ſuccederet,quia iā eſt agnationis illius communis,qui primo feudum acquiſiuit
89 d.c.i.de natu.ſuc.feud.Secunda concluſio erit in ſpecie † ſi defunctus nullos habet deſcendentes, ſed ſolum fratres vtrinq; coniunctos, hi omnes ſuccedent fratri ſuo æqualiter in illo feudo.c.i.§.his vero deficientibus,de ſucceſ.fratrum & gra.ſuccedendi.in feu.Et hoc verum, etiam ſi refutaſſet feudum vnus fratrum mortuo fratri ſuo, ſuiſque hæredibus vel quibus daret,cum ab inteſtato decedit.c.i. de eo qui finem fecit agn. ſu.
90 de feud.pater.Et ratio eſt,† quia hæc refutatio eſt perſonalis, nam his verbis cenſetur ſolum refutaſſe fratri ſuo, & ſuis hæredibus,vel quibus daret:verum quia frater nullos habuit de
91 ſcendentes†(qui ſolum appellatione ſiti hæredis in feudo veniūt,c.j.§.& ſi clientulus,vbi Doctor.de aliena. feud.)nec vlli dedit hæreditatē ſeu feudum, quia inteſtatus deceſſit,ergo iā
92 reſpectu tertii agnati collateralis †(vt eſt alius frater, qui forte illi ſuccedit ab inteſtato) non cēſetur refutaſſe.d.capitu.primo.de eo.qui finem fec.vbi Doctor. ad quod facit l.ſi tibi decem.§.ſi pactus,& l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact. quemadmodum in ſimili,vbi ex diuiſione mortuo fratri partem ſui feudi reliquit accipiendo eius nomine allodialia bona:Nam illo quoq; caſu nō excludet̃ ꝑ hoc a ſucceſſione fratris, quo ad feudum, capi.ſi quis miles,Imperat.Loth.Euge.papæ, vbi Alua.Præpoſi.& alii Doctor. Fallit primo hæc concluſio, ſi omnino & planè refutaſſet in omnem euentum, hoc caſu

omne ius ſuum renunciaſſe dicetur. d. c.i.de eo qui ſi.fecit a-
92 gnat.ſito.†Fallit ſecundo,niſi quoque frater fratri, qui eſt ſo-
lus,ita refutaret,vt dominus fratrem quaſi de nouo feudo in
ueſtiret,hoc caſu ſecuta noua inueſtitura(quaſi nouum feu-
dum eſſet)frater fratri nō ſuccedet.d.c.i.ver.vel niſi ad hoc re
futauerit,de eo.qui finem fecit agnat.ſuo.dominus ergo ſuc
cedet,ſi nulli alii agnati legitimi ſuperſint, ſi vero alii fratres
ſint vel agnati, qui non conſenſere huic nouæ inueſtituræ,
certe reſpectu illorum,feudum manebit antiquum , vt ante
fuit,& æque excluſo domino ſuccederet: licet enim quaſi no-
uum feudum factum ſit,reſpectu fratris vel agnati refutantis,
ita in effectu gl. in fi.d.c i.de eo qui finem fecit agna.ſuo,vbi
Andr.de Iſer. & alii. nihil tamen illis alii præiudicii fieri poſ-
ſit.d.l.ſi tibi decem,§.ſi pactus,& l.ſi vnus.§ ante omnia. ff.de
93 pact.iuncto.capitu.j.de aliena.feu.pater.† Tertia erit conclu-
ſio,ſi ſint fratres vtrinque coniuncti, & ſimul fratres ex vno
latere tantum,ſed conſanguinei,hoc caſu(ſi eſt maſculinum
feudum) iſti conſanguinei tantum ex vno latere ſuccedent
cum aliis fratribus vtrinque coniunctis in feudo fratris defun
cti, contra communem curſum ſucceſſionis iuris ciuilis .de
quo in §.ſi igitur defunctus neque deſcendentes, in Authent.
de hæred.quæ ab inteſt.def.vbi fratres vtrinque coniuncti, ex
altero latere tantum excludunt. Et ratio eſt, quod in com-
muni iure ſucceſſionis frater vtrinque coniunctus, excludit
fratrem ex altero latere coniunctum, quia reſpiciuntur ibi,
tam bona matris, quam patris a quibus ſimul fratres vtrin-
que cōiuncti prouenere,ſicque ex duplici vinculo,quod ma
gis ligat vno tantum,vt ibi.Cæterum hic in feudo concernū-
tur ſolum bona patris: Et ergo quemadmodum omnes filii
ex diuerſis matrimoniis ſemper æqualiter patri in feudo ſuc-
cedūt,(quia omnium pater,& omnes æquale ius ad eius feu
dum habēt)ita quoque in linea iam collaterali omnes æqua
le ius ſeruant ad feudum:quia ſemper inſpicitur principium.
94 † Mater enim aliquo modo naturam feudi maſculini altera
re non poſſit:& ita etiam ſimpliciter Doctor. tranſeunt Al-
uarot.& alii Doctor.in capitu.i.de ſucce.frat.& gra.ſucced.in
feu.Franciſ.Cur.in 3.part.ſui tract.feud.Zaſi.in fi.8.partis.citra
diſtinctionem vllam.Sed putauerim iſtud ita ſimpliciter ſem
per verum non eſſe,ſed tum demum cum maſculinum feu-
dum fuerit,vt in principio tertię huius concluſionis dixi, qđ
95 illi non diſtinguunt.†Nam ſi eſſet fœmininum feudum, eo-
rum ſimplex aſſertio vera non eſſet.veluti ſi quis ex præmor
tua vxore haberet filium , & poſtea duceret aliam in vxorē,
quę a maiorib. haberet fœmininum feudum , ex qua etiam
ſuſciperet duos aut tres liberos, certe hi filii cum filio quem
habuit pater ex præmortua vxore ſunt fratres conſanguinei,
vt tum eorum matre mortua , ille filius mariti ex præmor-
tua vxore non ſuccedit in feudo cum filiis natis ex ſecunda
iſta vxore,licet conſanguinei ſint:ita quoque poſtea ſi vnus fi
liorum illorum moreretur abſque liberis,is frater conſangui
neus, ex præmortua communis patris vxore non ſuccedet ī
feudo cum fratribus defuncti vtrinque coniunctis, licet con-
ſanguinei ſint,quia iſte frater cōſanguineus ex prima vxore,
non prouenit ex ſtipite,a quo primo feudū proceſſit.vt requi
rit cap.i.verſic.quod ita de ſucceſſ.fra.& gra.ſucce.in feu. Ex-
cludetur ergo iſte conſanguineus frater perpetuo , etiam ſi
omnes ſui fratres conſanguinei morerentur abſque liberis,
nullis etiam aliis relictis agnatis:Imo nec ipſe pater huius,qa
a primo ſtipite non prouenit,d.verſicul. quod ita,& ſequitur
Andr.de Iſer.in capit.i.de natu.ſucceſ.feu.(quod eſt perpetuo
notandum propter loca quæ ius retractus habent,vbi a ſimi
li putarem procedendum)dominus ergo hoc caſu reiecto cō
ſanguineo fratre vel patre,ſuccedet,per d.cap. i.de ſucceſſio.
96 frat.& gra.ſucceſ.in feu.†Sic quoque in caſu, vbi quis ita pa-
cto feudum accepit,vt tam cognati quam agnati in eo ſucce
derent, is ſi duceret in vxorem viduam, quæ filium ex ma-
rito præmortuo haberet,& ex iſto ſecundo marito filiam ꝑ
crearet,certe,feudo iſto deuoluto (mortuo patre) ad filiam
hanc ex vidua iſta procreatam,ea mortuo rurſum ſine libe-
ris,non deuoluetur feudum ad vterinum iſtum fratrem,licet
cognati ſint,per ſupradicta,quia hic nō eſt communis illius
radicis a qua primo feudum prouenit,& ſic in ſimilibus dicē-
dum.Non obſtat quod hic pacto voluit,vt tam cognati,quā
agnati ſuccederent; Quia iſtud intelligendum fuerit de talib.
cognatis qui cognationis illius cōmunes ſunt, a quo primo
feudum proceſſit, argumen.d.c.i. verſic. quod ita intelligen-
dum,de ſucceſ.fratrum,& grad. ſucced. in feu.quæ bene ſunt
97 notanda.†cautus ergo aduocatus ſemper inſpiciendo inſtru
mentum primæ inueſtituræ (vt ſupra etiā alibi monuimus)
hoc conſideret,a quo proceſſit primo feudum, ſecūdo quali
forma ſit conceſſum,tertio an talis ſit petitor,qui poſſet ſuc-
cedere, vt trahens agnationē,vel cognationē a primo acqui
rente, vel minus, his bene perſpectis facile ꝙ optimū fuerit
98 in eā feud.parti cōſulet.†Quarta cōcluſio erit, ſi fratre mor-
tuo,ſuperſunt fratres & fratrum filii.Hi fratrum filii ſuccedēt
cum patruis ſuis in ſtirpes iure feudali & ex priuilegio Impe
ratoris Iuſtiniani,licet ſint in inæquali gradu.ex §.3.in Auth.
de hęred ab inteſta.veni.c.i §.his deficientibus, de ſucceſ. fra-
trum & grad. ſucceden. Olim enim ſolum frater ſuccedebat
fratri excluſo fratris filio.§.ſi plures,Inſt.de legit.agnato ſuc-
99 ceſ.& ſimiles.†Quinta concluſio erit,ſi moritur qui relinquit
ſolum fratrum filios & patruum,hoc eſt,patris fratrem , iſto
caſu licet omnes illi defuncto ſint in æquali gradu , nēpe ter-
tio,tamē iſti filii fratrum excludent magnum patruum ſuū,
hoc eſt,patruum defuncti,per §.ſi autem,verſic.illud palam
in Auth.de hære ab inteſta.venien.& tex. ſatis apertum in c.
i.in fin.de natu.ſucce.feu.de quo infra in 8.concluſione doce
100 bo.†Sexta concluſio erit,ſi moriens relinquat ſolum fratrū
filios,dicetis,ꝙ illi,ſuccedent ſimul patruo ſuo in ſtirpes , &
non in capita, ſecundum ius commune, quia in feudalibus
iuribus nihil de eo diſpoſitum eſt.per d.§.3.in Authen.de hæ-
red.ab inteſta.veni. Accu.in Auth.ceſſante. C.de legiti.hære.
Bart.in l.2.ff. de ſuis, & legiti. hæred.& alii aliis locis. Cæterū
huic meæ ſententiæ ſe opponit Azo.in ſua ſumma ſuper Ti.
C.de legiti.hęred.quem ſequitur Butrigarius,Salice.in Auth.
ceſſante.C.de legitim.hæred.& nouiſſime dominus Zaſius,in
aliquo.cap.ſuorum ſingularium intellectuum, & in conſilio
ſuo 4.incipi. Orta controuerſia inter liberos generoſi domi-
ni, & in parte 8. ſui tract. feud. quem omnes poſtea Neoteri-
ci,quotquot vidi, vno ore , vt ducem, ſequuntur,qui putant
in illo caſu fratrum filios in capita,& non in ſtirpes ſuccede-
re.Et inquit Zaſius,nefas eſſe,ab hac eius ſententia, vt veriſſi
101 ma recedere.†Priuſquam tamen cum iis in harenam deſcen
dero,puto hic primo præſupponendum , quod ante ius Au-
thenticorum,in collaterali linea proximior in gradu,regula
riter excludebat vlteriorem . Et ergo frater fratris filium.§. ſi
plures , Inſt. de leg.agnat.ſucceſſ.ſed hodie ex beneficio Im-
peratoris Iuſtiniani admitti cum patruis ſuccedere in ſtirpes
102 & non in capita.§.3.in Authen.de hære.ab inteſt.venien.† Se
cundo,olim de iure Pandectarum,Inſtitutionum, & Codicis
nullam fuiſſe differentiam,quo ad ſucceſſionem fratris,inter
fratres conſanguineos tantum,& conſanguineos & vterinos
ſimul.§.i.Inſti.de leg.agnat.ſucceſ.l.2.ff.de ſuis,& legit. hæred.
toto Tit.in Auth.de conſangu.& vteri.fratribus.niſi in certis
bonis de quibus in l.fin.C.communia,de ſucc.& l.quæcunq;.
C.de bonis , quę libe. Tertio ad intelligendam materiam ſe-
quentem pro rudioribus, ſeu incipientibus,præſuppono repꝫ
ſentare patrem,eſſe in locū patris ſurrogari.Quarto (Thios)
de quibus poſtea ſumus dicturi, de quibus in d.§.3.in Authē.
de hæredit.ab inteſt.venien.dici patruos, amitas,auunculos,
materteras.Quinto.ī capita ſuccedere, eſſe æquales partes ſin
gulos auferre.Sexto in ſtirpes ſuccedere,eſſe plures vnius præ
mortui locum ſupplere,ac ſimul tantum auferre atque is(cu
ius in locum ſurrogati omnes ſunt)ſucceſſione tuliſſet.Nunc
ad rem ipſam,priuſquam noſtram concluſionem confirma-
uero,primo partis aduerſæ,motiua adferam , quibus nitūtur
& ſe fulciunt,maxime Zaſius , ſolus qui motiua prægnantia
103 refert.†Primo fundamentum Zaſius,ponit alibi in tex.§.ſi igi
tur defunctus neque deſcendentes,verſi. ſed & ipſis,in Auth.
de hæred. ab inteſt.venien. quem dicit eſſe apertum ſatis pro
ſe, qui ita habet.Sed & ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficiū
conferimus, quando cum propriis vocantur thiois maſculis
& fœminis, ecce tunc demum habere filios fratrum hoc be-
neficium vt in locū patris in ſtirpes uocentur, quādo cū pro-
priis Thiois,id eſt patruis,amitis materteris, vel auūculis ſuc-
cedunt, ergo infert Zaſius,ſi non ſunt Thioi cum quibus ſuc
cedant,ſed ſolum fratrum filii inter ſe,quod iam non vtētur
illo beneficio,ſed venient ex ſuo capite proprio,in capita,&
non in ſtirpes.Secūdo videtur illi textus apertus ſatis,in §. ſin
autem cum fratribus , verſi.quandoquidem in Authen.eodē
ti.qui habet quādoquidem fratris & ſororis filiis,tale priuile
gium dedimus,vt in propriorum parētum ſuccedentes locū
ſoli in tertio conſtituti gradu cum iis qui in ſecundo gradu
ſunt ad hęreditatē vocētur,quaſi diceret,quod fratris filii , q
in tertio gradu ſunt defuncto,non alias in locum parentum
ſuccedent,quam cum vocantur cum his qui in ſecundo ſūt
gradu defuncto cōſtituti,vt ſunt patrui,amitæ auunculi ,ma
tertetę.Tertio,ratione probat inquiens, Imperatoris fuiſſe ꝑ
poſitum,ſolum filios fratrum priuilegio iuuare eo caſu quo
iure communi a ſucceſſione excluderentur,per. §.3. verſicu.
huiuſmodi in d.Authen.de hęred.ab inteſt.venien.ſed in caſu
noſtro iure proprio vocantur,quia non ſunt thioi,ergo non
eſt opus principis beneficio,per vulgatam regulam, qui iure
communi tutus eſt,non eget priuilegio.l.in cauſę.ff.de mino.
Et inquit,quod improuide Imperator feciſſet,ſi veſtitos pro-
prio marte veſtiuiſſet,cum nudi non eſſent, vulneribus eorū
mederetur,cum ſani eſſent,baculo & tibicine ſuſtineret , qui
viribus propriis ambulare poſſent, & id genus ſimilia.Quar
to, pro-

to,probat alio textu ex §. ſi vero neque fratres, in Authen.
eodem.vbi dicitur, ſi vero neque fratres, neque filios fratrũ
(ſicut diximus)defunctus reliquerit,omnes deinceps cogna-
tos ad hæreditatem vocamus,ſecundum vniuſcuiuſque gra-
dus prerogatiuam,vt viciniores gradu ipſi reliquis preponan
tur,inquit parentheſim illam(ſicut diximus)cũ emphaſi eſſe
intelligendam,quaſi diceret textus,illi ſolum habebunt priui
legium,de quibus ſupra diximus,ſed iam inquit Zaſius ſupra
ſolum dixiſſe de fratrum filiis,quando cum patruis ſuccedũt,
& non quando per ſe abſque patruis,ergo non habebunt pri
uilegium prædictum ex d.parentheſi,(ſicut diximus) Quin-
to inquit,nullum eſſe locum nec verbum vſpiã in d.§.3.nec
toto illo in Tit.de hæred.ab inteſta.venient.in Authentic.vbi
doceri poſſet ab aliquo in toto orbe(ſatis certe arroganter)
quod fratrum filii per ſe ſuccedunt in ſtirpes, patrem repræſẽ
tantes,ferulæ ſe cupiens ſubmittere, contrarium ſi poſſet ad-
ferri,& ergo,quia aperte cautum non inuenitur, ſeruari ius,
vetus debere,vbi in capita ſuccedebant, per vulgatam regu-
lam,quod nõ mutatur quare ſtare prohibetur?l. præcipimus,
C.de appel.l.ſancimus C.de teſti.Nec obſtare inquit text. §. ſi
autem cum fratribus verſic.illud palam,in Authen. eod. Tit.
quem Bar.pro ſe potiſſimũ facere dicit, ibiq; probari, fratrũ
filios per ſe ſuccedere in ſtirpes, excluſis patruis defuncti, qa
negat ibi fratrum filios ex patris repræſentatione excludere
magnum patruum,imo nullibi(ait)in dicto textu d.verſic.il-
lud palam,ne verbo quidem id ſignificari,nec dici, atq; ideo
ex proprio opinatorũ capite illuc effingi: Cæterum eam ob
cauſam ibi excludi magnum patruum, qui tamen in æquali
gradu cum illis,eſt quod in linea collaterali ſecundum ius ci
uile facilius ſucceditur p gradus inferiores quam ſuperiores,
argumen.l.nam & ſi parentibus,ff.de inofficio.te ta.& per
authoritates quas in ſuis intellectibus ad id ibi allegat. Sexto
nullam inquit eſſe rationem,quare minus fratrum filii per ſe
in capita vocentur,quam fratrum nepotes, qui ſemper in ca-
pita vocantur Authen.poſt fratres.C.de legiti.hæred.§ ſi vero
neque fratres,in Auth.de hæred.ab inteſt.veni. maxime cum
de iure Pandectarum ita fuit ſeruatum,l.2.§.hæreditas, ff. de
ſuis, & leg.hæred.tum etiam de iure Inſtitutionum, § hoc ẽt
addendum in fin.Inſti.de legi ag ſucceſſ.tum de iure Codicis.
l.legem 12. tabularũ,§. illo proculdubio,C.de legit.hæredib.
Septimo inquit,illud priuilegiũ cũ deberet iuuare ex Prin
cipis beneficio,hic magis noceret, & ſic contrarium opera-
retur effectum,atque ex his & ſimilibus veriſſimis aſſertioni-
bus pro ſententia Azonis,quam defendit in conuentu Ordi-
num Spire anno 1529.ita à Carolo V.Imperatore fuiſſe pro-
nunciatum refert.Totum.ergo fundamentum Zaſii in eo cõ
ſiſtit,quod nuſquam probari poſſet ab vllo in orbe terrarum
(vt ait)alibi eſſe vel ſignificari,quod fratrum filii, vbi ſoli ſuc
cedunt patruo,quod tunc repræſentent patrem ſuum,ſeu in
eius locum ſurrogentur, ſed ſolum, quando ſuccedunt cum
thiois.Concludendo ergo ſic argumentatur ex vno textu, ex
d.§.3.verſic.ſed & ipſis, in Authen. eodem.vbi Imperator ha
bet,ſed & ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus
quando cum propriis vocantur thiois maſculis, & fœminis,
hoc modo,ſi filii fratrum tunc repræſentant patrem,& bene
ficio Imperatoris vtuntur,quando cum propriis thiois vocã
tur,hoc eſt,patruis,materteris,amitis,& auunculis,ergo ſi ſo-
li ſine illis vocantur,non repræſentabunt patrẽ,quia proprio
marte venire poſſunt Sed paucis, quandoquidem durum &
horribile eſt,cum tantis dimicare gigantibus, & ſine dubio
doctiſſimis iuris coriphæis,tamen accingar digladiaturus,nõ
idolis aduocatorũ,hoc eſt gloſſis,nec authoritatibus multorũ
Doctorum(in quibus Accurſianos taxat & Bartholiſtas,ne-
ſtiæ qui ſunt opinionis)ſed æquo marte,iuſtis armis, hoc eſt,
textibus iuris,a quibus recedi non debet, etiã ſi mille gloſſæ,
& Docto.opiniones contra ſentirent.l.2.§.ſed neque ex mul
104 titudine,C.de vete.iure enucleando. † Veritas enim in textu
eſt opinio in gloſſis & authoritatib.Doctorum, vt recte quo
que Zaſius ſentit,& adſert in dicto ſuo conſilio,Videamus er
go iam primo,an nuſquam probari poſſit,in d.Authen. titu.
de hære.ab inteſt.ven. ꝙ fratrum filii per ſe ſuccedentes pa-
truo,repræſentent patrem ſuum,& primo dicimus,Iuſtiniani
conſtitutione optime probari, in d.§.3. verſicu.vnde conſe-
quens, in d. Auth. vbi apertus eſt text. qui nuſquam a Zaſio
clare ſatis allegatur(quod multum miror.)quem ſi perſpexiſ
ſet, aliud fortaſſe, ſenſiſſet, nec ad ferulas ſe ſubiici cupiuiſ-
ſet,ſi vnum iota(vt inquit)ad hoc adſeri poſſet. In illo textu
ponitur conſequentia ſeu illatio præcedentis propoſitionis:
nam in principio dictæ conſtitutionis,in princ.d.§.3.in Auth.
de hære ab inteſt.venien.docuerat de fratribus vtrinque con-
iunctis defuncto,quod illi ſuccederent,excluſo fratre ex alte-
ro latere tm coniuncto,ſtatim in verſi. ſequente,qui incipit,
his autem non exiſtentibus,docet,quod ſi nõ ſint fratres vtrĩ
que coniuncti,quod tunc ſuccedent demum fratres ex altero
latere tantum coniuncti.Tertio,ſtatim in verſiculo ſequente
qui incipit,ſi autẽ defuncto,docet & vult Imperator, ſi ſunt
fratres vtrinque coniuncti, & filii fratris defuncti vtrinque
coniuncti,quod illi filii fratrum ſimul ſuccedẽt cum patruis
ſuis vtrinque coniunctis defuncto per repræſentationem pa-
tris, tantamq; vt partem ferant quantam illorum parẽs fuiſ-
ſet ablaturus ſi vixiſſet. Quarto ergo nunc in verſic vnde cõ-
ſequens, qui ſequitur ad præcedentia, conſequentiam facit
hoc modo, ſi fratrum filii tales ſuccedunt cum ſuis patruis
vtrinque coniunctis defuncto,repræſentantes patrem,exclu-
ſis patruis ex vno latere tantum coniunctis, ergo quoque hi
fratrum filii abſque patruis vtrinque cõiunctis, defuncto pa-
truo ſuccedent, repræſentantes patrem, excluſis patruis, ex
vno latere coniunctis tantum.Ecce hoc vult totus ille tertius
§.vſque ad verſic.huiuſmodi, in.§.3. de hæred.ab inteſ.veniẽ.
quæ omnia vt concatenata ex ſe inuicẽ pulchre fluunt, nec
poſſit negare aliquis,quin filii fratrum ibi ſuccedant ſoli pa-
truo ſuo defuncto,excluſo patruo, ex vno latere coniuncto.
Secundo,negare nemo poterit,quin ibi filii fratrum repreſẽ
tent patrem:Veniunt enim ſolum ibi ex iure patris mortui,
neceſſario cum repræſentãtes. Quod probatur aperte in fine
d.verſic.vnde conſequens in fi.d.ver.vnde conſequens,in Au
then.de hære ab inteſta.venient.vbi dicitur expreſſe, ꝙ iſti fi-
lii fratrum excludent ſuum patruum ex vno latere coniun-
ctum,ſicut corũ pater excluſiſſet ſi vixiſſet,in verbis,ibi,ſicut
corũ parens præponeretur ſi viueret, qui tex.non poſſit ca-
uillari. Quare ſi repræſentabũt patrẽ,neceſſario,ergo debent
in ſtirpes & non in capita ſuccedere,alias patrem non repræ-
ſentarent.Profecto,ſi ibi patrem non repræſentarent ex priui
legio Imperatoris,ſed ex proprio capite venirent,(vt vult Za
ſius)ſine dubio deberent excludi plane a ſuis patruis, etiã ex
altero tantum latere coniunctis,quia vno gradu præcedunt.
nec poſſent ſe iuuare eo, quod eſſent nati ex patre, qui erat
defuncto vtrinque coniunctus, quia illa differentia fratrum
coniunctorum vtrinque,& ex vno latere,non obtinebat ex-
tra ius illud Authenticorum:Nam conſanguinei fratres tan-
tum antea ita ſuccedebant ſtatim ſuo fratri defuncto, atque
frater vtrinque defuncto coniunctus (quia æque erat in vno
gradu ſimul proximus agnatus per.§.1.iuncto.§.ſi plures; In-
ſtitu.de legit.agna.ſucceſ.) & frater conſanguineus tãtum ex
cludebat fratris filium vtrinque etiam coniunctum, per.d.§.
ſi plures ſi ergo in d.ver.vnde 2ũs, ex proprio capite venirẽt,
& nõ ex capite patris per Principis nouũ priuilegiũ, quis du-
bitat quin hi ergo excluderẽtur?quia Imper. ergo dedit patri-
bus illorum priuilegium excludendi patruum ex vno latere
coniunctum in d.§.1.in princip.nunc filios vocandi in locum
parentum,dat quoque idem priuilegium,vt ferant, quãtum
pater eorum,ſi viueret,auferret.Et ergo in ſtirpes, & non in
capita:Ex quo vno verſiculo ſatis confutari poſſet omnium
Doctorum & maxime Zaſii aſſertio, qui hunc verſiculum,
vnde conſequens, & Imp. Iuſtiniani argumentationem.in d.
§.3.non recte inſpexerunt. Aliter enim argumentatur Impe-
rator ibi,aliter ipſe Zaſius,quia Imperator a principio d §.ter-
tii,incipit,argumentari,(vt ante diximus)Zaſius vero ex fine.
d.§.verſiculo, ſed & ipſis fratrum filiis.Secundo quoque pro-
batur noſtra aſſertio alio tex.in §.ſi aũt cum fratrib.verſ.illud
palã,in d.Auth.q hẽt illud palã eſſe, ꝙ fratrũ filii vtrinq; cõ-
iũcti excludant magnũ patruũ defuncto vtrinq; coniunctũ,
licet vtrinque in tertio æquali ſint gradu. Et quare illud palã
eſt quæſo?Reſpondet Zaſius,quia natura potius facit hæredi-
tates deſcendere,quam aſcendere argum.l.nam & ſi parenti-
bus,ff.de inoffi. teſtam.cum ſimilibus. negans fratrum filios
ibi repræſentare patrem, inquiens, vllo iota ibi hoc probari
non poſſe.Sed certe egregie fallitur,nam licet natura potius
deſcendentes reſpiciat,quam aſcendentes,tamen ius non mi
nus ergo opitulatur aſcendentibus in ſuis caſibus & iuribus,
quam deſcendentibus,vt facile ex eo conuincitur,ꝙ frater ex
vno latere facile,excludet fratris nepotem, de omni etiam iu
re per §.ſi vero neque fratres,in Authent. de hære. ab inteſta.
venient.& frater vtrinque coniunctus, fratris coniuncti ex al
tero latere filios,per d.§.3.verſ.ex diuerſo, eodem titu. qui ta-
men deſcendentes ſunt:Nec vlla lege is mihi probare poſſet,
aſcendentes agnatos in pari gradu cum deſcendentibus, vſ-
piam ab illis excludi toto iure,Pandectarum,Codicis.vel Au
thenticorum,niſi ex certa aliqua & ſpeciali cauſa, atque illa
a iure expreſſa.ut in d.verſi.illud palam,& d §. 3.cum ſimilib.
Satis fruſtraneum ergo eſt ſuum aſſertum,quoad illam partẽ.
Secundo,quod putat nullibi poſſe probari in d. verſi.illud pa
lam,ibi filios ex perſona parentum venire,eorumque perſo-
nam repræſentare, in eo rurſum labitur, ut ex ſupra dictis
105 ſatis patet.†Quia ſi non repræſentarent,ibi patrem profecto
neceſſario magni patrui ſimul uenirent cum filiis fratrum,
quia ſunt ſimul vtrobique defuncto in tertio gradu. per §. ſi
plures,Inſt.de legitim.agnat.ſucceſſio. Sed quia priuilegium
cos

eos vocat in iura parentum, qui vno gradu præcedebāt qa ergo excludunt magnos patruos. Et hoc ideo, quod eorum patres excluſiſſent, ſi ſuperſuiſſent d. § 3. in Auth. de hæred. ab in
106 teſtato venien.† Aliter ergo nos interpretabimur, quare Imperator dicat, Illud palam. in d. §. ſi autem cum fratribus, verſ. illud palam, eodem titu. quam Zaſius: nam ideo palam eſſe dicit, filios fratrum excludere magnum patruum, quia argumentando a maiori, hoc vult dicere, Si excludunt fratrum filii patruum ex vno latere coniunctum, qui eſt defuncto in ſecundo gradu (vt ante dixerat in §. 3. in Authē. eod. qui immediate præcedit d. §. ſi autem. verſi. illud palam.) Ergo multo magis excludent magnum patruum, qui defuncto eſt in tertio gradu. Sed conſiderans Zaſius, quod iſtud forte obiici poſſet inquit, dato quod in tali caſu repræſentant patrem vt in d. §. ſin autem. verſic. illud palam (quod tamen impoſſibile eſt) tamen hoc caſu inquit, dicendum eſt, quod fratrum filii repræſentantes patrem, ſaltem veniant ad excluſionem alicuius, nempe magni patrui, licet non cum iis ſuccedat, & ergo admittit, quaſi, quod in tali caſu in ſtirpes ſuccedere poſſent, ſecus, vero, quando ad excluſionem nullius veniunt (quod idem reſponderi, etiam poſſet ad alium tex. d. §. 3. verſic. vnde conſequens, eodem titu. ſupra pro nobis allegatum, vbi fratrum filii vtrinque coniuncti patruum, ſuum ex altero latere coniunctum excludunt. Sed paucis Zaſius debet, velit nolit, admittere, quod in caſu noſtro, d. §. ſin autem, verſic. illud palam, eodem titu. ſuccedunt ex iure parentum, ex priuilegio Imperatoris, quia (vt ſupra diximus) impoſſibile alias eſſet, quod ſuum magnum patruum excluderēt, cum eiuſdem ſint gradus cum illis. per d. §. ſi plures, Inſti. de legiti. agnat. ſucceſſ. & ſimiles ſupra citatas. Sed eſto, ita eſſe (ut vult Zaſius dictum ſuum obtinere) ſcilicet in ſtirpes ſuccedere, quando ad excluſionem alicuius veniunt. Sed tum quæro a quouis docto, an ne tum ſubuertetur totum fundamentum Zaſii, qui omnem ſuam vim ponit in eo, Quod tunc demum fratrum filii ſuccedunt in ſtirpes, quando cum ſuis patruis ſuccedunt ex d. §. 3. verſi. ſed & ipſis, & §. ſi autem cum fratribus, verſic. quādoquidem, in Auth. eodem, ex quib. ſolum argumentum facit. Nam in iſto iam caſu noſtro d. §. ſin autem, verſi. illud palam. ſoli ſuccedunt, & non cum patruis, amitis, vel materteris, vel
107 magnis patruis.† Ergo iam deberent in capita ſuccedere, ſecū dum ipſiuſmet aſſertionem, conuincitur ergo hic ex ſeipſo, et proprio ſuo iugulatur gladio. Tertio, ꝓbatur noſtra aſſertio alio textu, qui ſtatim immediate ſuccedit verſic. vnde conſequens, in d. §. 3. verſiculo, huiuſmodi, in Authent. eodem, vbi ſe refert ad caſus præcedētes, & generaliter loquitur, videlicet quod huiuſmodi priuilegium ſolis præbeat fratrum filiis, & non vlterioribus, Vt in parentum ſuorum iura ſuccedant, quæ verba declarant repręſentationem. Ecce hic in genere omnia præcedentia limitat Imperator, quouſque ſuum priuilegium extendi velit, & non abſurde etiam ad caſum immediate præcedentem referri tantum poſſet, vbi de fratrum filiis tractauit, qui excludunt patruum ex vno latere coniunctum: nam mentionem non facit, in dicto verſiculo huiuſmodi, de eo caſu, quando cum patruis ſuccedunt, vt in verſiculo, Sed & ipſis, ſtatim ibi ſequente facit, vt poſtea dicam, quod etiam colligi poſſet ſatis ex verbis dicti verſiculi, Huiuſmodi, ibi huiuſmodi priuilegium, In hoc ordine cognationis ſcilicet quando excludunt patruum ex vno latere coniunctum, de quibus ibi immediate dixerat, nam in dicto verſiculo, Sed & ipſis, qui ſtatim ſequitur, verſiculum, Huiuſmodi ibi alium caſum decidit, nempe quando non ſoli, ſed cum patruis ſuccedunt, quod & tunc quoque, filiis fratrum dat priuilegium, ex eo hoc ſatis conſtat etiam, quod in dicto verſicuculo huiuſmodi non dixit, ex quibus colligitur, Imperatorē ad vtrumque caſum propoſitum, ſeparatim reſpondere voluiſſe, ne quid dubietatis maneret, & certe niſi ita intellexerimus, culpari Iuſtinianus iuſte poſſet de ſuperfluitate, nam idē in verſic. ſed & ipſis, alias dixiſſet, quod in d. ver. Huiuſmodi, quæ bene ſunt conſideranda, nec obſtat, quod Zaſius dicit verſiculo, huiuſmodi, loqui quando filii fratrum ſuccedunt cum patruis vtrinque coniunctis, quia iſtuc merum eſt figmētum & non ſimpliciter verum quia immediate in præcedentibus dicto verſiculo huiuſmodi, tractauit de fratrum filiis ſolis, vt repræſentarent patrem excludentes patruum ex vno latere coniunctum, ne tamen quis putaret, quod & fratrum nepotibus tale priuilegium daret ſubiecit ſtatim reſtrictionem vlterius non admitti in dicto verſiculo huiſmodi, ibi nulli alii omnino.

Quarto probatur noſtra opinio alio textu, per. § 3. verſicu. ſed & ipſis, in authen. eodem, quem tamen textum maxime pro ſe adfert Zaſius, vbi dicitur, ſed & ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis vocantur thiois Ecce iſte verſiculo immediate ſequitur dictum verſic. Huiuſmodi, vbi dixerat, quod fratrum filii in ſuorum parentum iura ſuccederent, & hoc quando ſoli eſſent, ſubiunxit ergo nunc ſtatim & hunc verſiculo. Sed & ipſis, vbi vult dicere, quod non ſolum quando filii fratrum ſoli ſunt, ſuccedent in iura ſuorum parentum, ſed & tunc etiam, quando ſimul cum patruis ſuccedunt in ſucceſſione patrui mortui, Et probat hoc copulatiua illa (&) quæ ſine cauſa ibi poſita non eſt, imo habet Emphaſim, nam ſi voluiſſet Imperator, ſolum obtinere in caſu quo cum ſuis patruis ſuccederent, Et tunc demum in locum parentum ſuorum ſuccedere, non dixiſſet ſed & ipſis, ſed dixiſſet ipſis fratrum filiis (neglecta copulatiua &) tunc hoc beneficium conferimus &c. Alias alterum fuiſſet ſuperfluum, vt ſupra diximus, & ideo ille textus dicti verſiculi (Sed & ipſis) non videtur reſtringere priuilegium nouiſſimi iuris ad eum caſum ſolum, vbi fratrum filii cum propriis thiois vocantur, ſed extendere potius & prorogare.

Quinto noſtra ſententia alio loco probatur, in §. ſi vero neque fratres in d. Authen. vbi dicitur, quod poſt fratres & fratrum filios reliqui vocabuntur in capita & non in ſtirpes, ergo certum eſt quod ſi ſint fratres vel fratrum filii, quod illi vocabuntur in ſtirpes cum ſucceſſionem in capita ſolum admittat poſt fratres & fratrum filios. Nec obſtant illa verba (ſicut diximus in d. §. ſi vero neque fratres, in Authen. eodem) in quibus Zaſius magnam vim ponit, quaſi in præcedentibus nuſquam ſit mentio facta filiorum fratrum, vbi ſoli per ſe ſuccedunt, ſed ſemper quando veniunt cum thiois. Et ergo illam parentheſim (ſicut diximus) ſe ſemper referre ad caſum quo ſimul cum thiois ſuccedūt. Quia hoc falſum eſſe ante probauimus, nam in præcedentibus de vtroque caſu Imperator diſceptarat, atque ideo parentheſis, (ſicut diximus) ad vtrumque caſum referri poteſt & debet. Sexto, noſtra ſententia rurſum alio confirmatur textu per dictum paragraphū ſi vero, neque fratres verſiculo, ſi autem plurimi, eodem titulo, vbi ſi vltra fratrum filios plurimi ſunt eiuſdem gradus anxie Imperator decidit, quod tunc ſinguli in capita ſuccederent, & non in ſtirpes, quod tamen indubitatum erat, & iure Pand. l. 2. paragrapho hæreditas, ff. de ſuis & legitimi. hæred. & de iure Inſtitutionum, paragrapho, hoc etiam addendum, in fine, Inſtitu. de legiti. agnato. ſucceſſ. tum etiam de iure Codicis lege, duodecim tabularum, paragrapho, illo proculdubio, C. de legitimis hæredibus, ſed certe hoc ideo expreſſe Imperator voluit nunc dicere, ne quis putaret priuilegium iam de nouo conceſſum fratrum filiis, quoque conceſſum fratrum præmortuorum nepotibus, & pro nepotibus: Quia ergo Imperator in caſu indubitabili, ibi expreſſit, fratrum præmortuorum nepotes in capita ſuccedere, ſine dubio cenſetur fratrum præmortuorum filios admiſiſſe in ſtirpes ſimpliciter argumento, legis cum prętor, ff. de iudic. alias etiam bene in iſto caſu indubitabili expreſſiſſet. Et ſine dubio ſi Imperator noluiſſet idem obſeruari, & in caſu quando fratrum filii ſine patruis ſuccederent quemadmodum quando cum patruis ſuccedunt, hoc expreſſe dixiſſet, vt fecit in caſu quando præmortuorum fratrum, nepotes vnius gradus ſuccedunt. Poſtremo certū eſt, ꝙ oēs tituli Authenticorū ab Imperatore facti ſunt, vel ad ampliandum, vel derogandum, vel abrogandum ius Pandectar. Inſtitutionū, vel Codicis, quod nemo negare
108 poteſt.† Sed ſi admitteremus, fratrum filios inter ſe in capita ſuccedere, iam textus in dicto paragrapho, ſi vero neque fratres, in Authen. de hæredit. ab inteſta. venien. nihil noui adferret, ſed idem diceret, & quod ius Pandectarum in lege ſecunda, paragrapho, hæreditas, ff. de legitim. hæred. & quod ius Inſtitutionum in § hoc etiam addendum, inſtitu. de legitima agnato. ſucceſſio. & quod ius Codicis habet in lege, lege, duodecim tabularum. C. de legiti. hęredi. cum tamen certū ſit quod de perſonis prædictis de nouo aliquid conſtituere ordine valuerit, vt ſatis alibi apparet ex dicto paragrapho, ſi vero, neque fratres, in d. authen. eodem titulo. ſtat ergo iure probata ex prędictis noſtra ſententia. Nunc videamus paucis, quo modo poterimus confutare dicta Zaſii et eorum qui adhærent. Et primo (vt ante diximus) collocat maximum ſuum fundamentum. Zaſius ſuper eo, quod inquit Imperat. Tunc hoc beneficium dare, quando cum thiois ſuccedunt. ex d. §. 3. verſiculo. ſed & ipſis in d. authen. Sed probauimus ante ſufficienter, illud fundamentum nullis viribus ſubſiſtere, nec verum eſſe, nec aliqua in parte obſtare, ut ex prædictis patuit, quare hic repetere, & actū agere opus non eſt. Sumit eīi argumentum Zaſius ex dicto textu a ſenſu contrario, ex particula Tunc, quæ extremitatem uel reſtrictiuam ſignificat (vt uult) Sed certe tale argumē a contrario admodum debile eſt, & non ſubſiſtit ēt ſi taxatiua uel reſtrictiua aliqua appoſita poſitioni fuerit, dummodo lex ɔ̄ria adferri poſſet, l. finali, §. filiis autem, C. de de bonis quæ libe. iuncta. l. penul. C. qui teſ. facere poſ. & d. Præſes. in loco ſuo legali a contrario. ſed hic ſunt iura in contrarium, vt § 3. verſic. vnde conſequens. item verſi. huiuſmodi. Rurſum. §. ſi vero. neque fratres, in d. authē.

ergo

ergo a contrario non ſubſiſtit eius argumentum, ex dicta par
ticula reſtrictiua Tunc, non ſequitur, dedimus illud priuile-
gium illis, quando cum patruis ſuccedunt, ergo denegamus,
quando ſine illis ſuccedunt per ſe, ex ſupra dictis per dictũ pa
ragraphũ tertio verſiculo, vnde conſequens, verſiculo huiuſ
modi, verſiculo ſed ipſis, cum ſimilibus.

Secundo, non obſtat, quod ait, Imperatoris propoſitum
non fuiſſe iuuare, eos priuilegio, quãdo per ſe venire poſſent
per regulam, qui iure communi tutus eſt, non egere priuile-
gio, lege in cauſæ, Digeſtis. de minorib. quia iſtud in noſtro
caſu (vt pace dixerim) verum non eſſe conſtanter aſſero, nam
voluit vtroque modo iuuare, & quando proprio marte veni
109 rent, & quando cum patruis ſuccederent. † Et ratio, quæ Im-
peratorem mouit ad hoc, vt ſolos etiam ĩ ſtirpes admitteret,
non parua fuit: quia noluit, quod mortuis parentibus eorum
liber. iam doloroſis dolor alius accumularetur, & ſancte, ar-
gum. legis vnicæ, §. in fine, Codice de iis qui ante apertas tabul.
lege finali, codice communia, de ſucceſſion. lege tam demen
tis, Codice de epiſcopis, & clericis, lege diuus, Digeſtis de offi-
cio Præſidis paragrapho primo, Inſtit. ad Senatuſconſultum
Tertullianum, ecce quam pulchre motus Imperator dolorẽ
dolori non ſuperaddendum exiſtimauit, quod haud dubie
contingeret, ſi in capita ſimul ſuccederent, maxime in caſu,
vbi vnus filius fratris præmortui relictus eſſet, & ex alio fra-
tre præmortuo duodecim aut plures, nam hic duodecim reli
cti ex altero ſeparatim ſinguli tantum auferent, atque vnus
ille relictus ex altero fratre, cuius vnius pater ſi vixiſſet, totã
mediam partem tuliſſet: quod Imperator conſiderabat non
eſſe rationi conſonum, & triſte ſatis. Cæterum ille dolor nõ
accumulabitur dolori vbi plures ſunt nam licet in ſtirpes ſuc
cedunt, tamen conqueri non poſſunt, cum eorum pater etiã
ſi vixiſſet, præter mediam partem a fratre defuncto non ha-
buiſſet, vnicus ergo hic manet dolor. In alio caſu duo dolo-
res. nempe ex patris amiſſione vnus, & nunc ex partis hæredi
tatis ſublatione alius, quod Imperator noluit, per ſupradicta.
Et ergo admodum naturale eſt & æquiſſimum, in ſtirpes ſuc-
cedere & non in capita, quanquam Zaſius in dicto ſuo capi-
tulo ſing. intellect. & in quarto ſuo conſilio. Salic. & Bald. in
Authentica ceſſante, codice de legitimis hæredibus, dicant cõ
trarium magis naturale videri, quam tamen noſtram ratio-
nem a nobis hic datam ſi perpendiſſent, ac omnia plenius diſ
cuſſiſſent, nõ dubito, quin aliter ſenſiſſent & pronunciaſſent.
Non obſtat quoque a Zaſio allegatum, nempe quod priuile-
gium hic non iuuaret, vbi in ſtirpes ſuccederent, quia hoc
ſimpliciter nego. Nam licet non iuuet plures fratrum filios,
iuuat tamen numerum minorem qui tantum iam conſequi
tur, atque pater eorum fuiſſet conſecutus, quod non fieret, ſi
in capita ſuccederent. Neque verum etiam eſt, quod ait pri-
uilegium imperatoris in noſtro caſu producere contrarium
effectum, nempe læſionem, cum iuuare deberet, quia & hoc
verum non eſſe, dico quia non poſſent, dicere quippiam præ
iudicij, ſibi per hoc fieri cum tantum illis tribuit Impera-
tor, atque eorum parenti tribuiſſet. Non obſtat quoque regu
la allegata a Zaſio, ex l. in cauſæ. Digeſtis de minoribus, quæ
habet, quod is qui communi iure tutus eſt, priuilegio non ege
at, atque ideo bene veſtitum ammodo veſtire opus non eſſe,
nec ſano emplaſtris mederi, qui propriis virib. ambulare poſ
ſet, baculo ſeu tibicine ſuſtineri, quia dicta regula, dicta lege
in cauſæ, Digeſtis de minoribus loquitur, cum quis plene qđ
ſibi debetur, iure communi conſequi, poſſit tunc opus non eſ
ſe vti priuilegio ſibi conceſſo, vt ibi. At hic plene non habe-
ret, quod patri ſuo debitum fuiſſet ſi ſupereſſet. Ergo vtitur
neceſſario priuilegio, & ſic per conſequens veſtitus aliquali-
ter melius veſtitur, quod non eſt abſurdum, nec nouum (vt ta
men Zaſius uoluit) & exiſtimauit. Poſtremo, quod ait, nullã
eſſe rationem, quare magis fratrum filii in ſtirpes vocantur,
quam fratrum nepotes, qui patruo magno ſuccedentes per
ſe tantum in capita vocantur, paragrapho ſi vero, neque fra-
tres, in Authent. eodem. nihil conuincit, nam debet nobis ſuf
ficere priuilegium principis, qui & ſine cauſa quid poteſt cõ-
cedere, argument. paragraphi, ſed & quod principi, Inſti. de
iure natu. gent. & ciui. in fine. Et (vt nodum illum nodo pel-
lamus) dicat is mihi vel alius quilibet, quare præmortuorum
fratrum nepotes non ita in ſtirpes vocauit per ſe, atque fra-
trum filios, vel eos admiſit cum ſuis patruis vel magnis patru
in ſucceſſionem magni patrui vel pro patrui? Illa ergo bre-
uis ratio nobis ſufficere debet, quod ita Imperatori libuit.
lege non omnium Digeſtis de legibus. & hactenus vt textib.
apertis. nulliſque Doctores authoritatibus noſtram probaui
mus ſententiam, ita quoque nunc in ſine authoritatibus cõ-
firmabimus, vt enim Zaſius pro ſe habet Azonem, qui tamẽ
inquit ſorte, & ſic dubitanue, in dicta ſua ſumma, Codice de
legitimis hęredibus, ita nos Accurſium, qui licet principio (re
non perſpecta plene) conſenſit Azoni, in gloſſa, paragrapho
hoc etiam addendum, in ver. in capita. Inſti. de legitim. agna
to. ſucce. poſtea tamen contrarium tenuiſſe conſtat in gloſſ.
dict. Auth. ceſſante, Codice de legitimis hęredibus & quodã
ſuo conſilio. Iterum, vt illi Salicetum habent, Burtigarium,
Baldum, & omnes neotericos poſt Zaſium, quotquot ſunt?
ita nos iterum Angelum, Fabrum, & omnes fere Doctores
veteres, qui tamen præter opinionem & authoritatem gloſſa
110 rum (vt bene eos taxat Zaſi.) nihil adferunt. † & Barto. in lege
ſecunda, paragrapho hæreditas, Digeſtis de ſuis & legitimis
hæredibus. & in conſilio ducenteſimoquingenteſimoquin-
to, qui nõ raro ab omnibus fere Doctorib. veritatis pater no
minatur, quamquam Zaſius cauillaſſe hac in re eum, & pi-
lum lanæ ſubſuiſſe, & ex vero falſum produxiſſe affirmat,
non memor, virum grauem decere ſcriptis potius modeſte
aduerſarium quam probris conuellere, ſed maledicta non cu
ramus, textibus enim apertis iam digladiati ſumus, in quibus
ipſa veritas conſiſtit, nõ in gloſſis, nec authoritate Doctorũ.
Et hac ſuffecerint quoad ſextam concluſionem.

111 † Septima concluſio erit ſi moriens relinquit ſolum fratrũ
nepotes, illi ſuccedunt ſimul in capita, & non in ſtirpes dicto
paragrapho ſi uero neque, in Authentica de hæreditate ab
inteſtato venien. Authenti. poſt fratres, codice de legitimis hę
112 redibus. † Et ſi eſſet ex magnis patruis aliquis, qui in eodem
gradu cum illis eſſet, hoc caſu (licet iure ciuili ſimul ſuccede-
rent dicto paragrapho ſi vero neque fratres, & paragrapho
ſi plures, Inſti. de legitima agnatorum ſucceſſio.) tamen puto
in feudis, quod magnus iſte patruus excluderetur a fratrum
nepotibus, & non ſolũ ab illis, ſed etiam a pronepotibus, &
omnibus deſcendentibus ex illa linea, & hoc per text. notab.
c. 1. §. paternum, vſque ad fin. de natura ſucceſſio. feud. qui in
effectu velle videtur. omnes qui ſunt illius lineę, qui obiit
deſcendentes præferri ex alia linea aſcendentibus. At defun-
cti linea ſe ſolum extendit ad patrem aſcendendo, & rurſum
deſcendit ad fratrẽ, ergo patruus, vel magnus patruus, vel pro
patruus defuncti, & ſimiles excluderent. Nã ſupra patrẽ rurſũ
alia linea auſpicatur. Vocat autem aliam lineã, quæ eſt extra
lineam ex qua is eſt, qui obiit. Et quod eius ſim ſententiæ, mo
ueor ex dicto text. dicti capituli primi, §. paternum, verſicu-
lo, dummodo ſuas, de natura ſucceſſion. feud. vbi non tam
ſolicite dixiſſet, dummodo ſcias & cæt. Pręterea moueor lex
verbis dicti textus. ibi, ex latere omnes per maſculos deſcen-
dentes vſque in infinitum, Non enim, inquit, aſcendentes, ꝙ
eſt conſiderandum. Rurſum moueor ex eo, quod ibidem in-
quit, cum quæreretur, in dicto capitulo primo, paragrapho
paternum, verſiculo reſpondeo, ad quos in linea tranſuerſa-
li feudum deſcenderet, reſpondeo ad ſolos & ad omnes qui
ex illa linea ſunt ex qua iſte fuit, quæ verba vt ocioſa ibi poſi
ta, non dicemus, ſed bene notanda in caſu iſto ſpecialiſſimo,
113 qui contingere ſæpe poſſet. † Octaua erit cõcluſio, quod licet
de iure communi, poſt fratrum filios proximiores in gradu
ſuccedant excluſo vlteriori, nulla differentia habita inter vtrĩ
que coniunctos & ex vno latere coniunctos Caſtren. in Au-
thentica poſt fratres, codice de legitimis hæredibus, illud ta-
men non obtinebit ſimpliciter de iure feudali, ſecundum ea
quæ diximus ſupra in tertia concluſione, quę ſemper inſpiciẽ
da eſt, an ſucceſſor prouenit ab eo qui primo acquiſiuit, vel
minus, interim hoc verum eſt, poſt fratrum filios, & de iure
feudali proximiorẽ in gradu, vlteriorem excludere, per dictũ
paragraphũ ſi vero, neque fratres, in Authen. de hæredi. ab
inteſta. veniẽ. quia de iure feudali nihil expreſſe ſuper eo cau
tum eſt in deſcendentibus, argumento capitulo primo, pa-
ragrapho ſtrennus, de feud. cognitio. Et ergo fratris filius ex-
cludet plene fratris nepotem. ex dicto paragrapho ſi vero ne
que, & paragrapho tertio, uer. huiuſmodi. in Auth. de hære.
ab inteſt. venien.

114 Nona erit concluſio, quod mutus, ſurdus, vel alias imper-
fectus agnatus proximior, qui medicorum opinione ſanari
non poteſt, in feudo non ſuccedit, ſed in gradu ſequentes, ſi
antiquum feudum fuerit, per capitulũ primũ §. in ſecundo re-
ſponſo an mut. vel alias imperfec. & ea quæ infra in parte de
cimatertia, de defectu dicemus tantum tamen ei dabitur ab
eius ſucceſſore ex quo ſe honeſte ſuſtentare valeat, ſi aliunde
non habet capitulo primo, paragrapho quin etiam, verſicu.
mutus epiſcopum uel Abbatem. Si vero medicorum opinio-
ne ſanari poſſet, etiam ſi natura veniſſet vitium, tamen feudũ
retinebit, & in eo ſuccedet dicto capitulo primo, an mutus,
vel imperfec. in primo reſpon. & per ea quæ infra in parte de
cimatertia, de defectu dicemus.

Decima concluſio erit, † quod monachi, religioſi, clerici,
agnati, in feudo etiam paterno, ſeu antiquo nõ ſuccedent, ca
pitulo primo, de feudo fœmineo, capitulo primo, an mutus,
vel alias imperfect. in fi. capitulo primo. §. ſi quis per triginta,

verſiculo

verſiculo qui clericus,ſi de feudo defuncto contentio. ſit. Et
ratio eſt,quia iam tales ſunt,qui ſeruire,nec per ſe,nec p aliũ
poſſunt.capitulum primum,de vaſal.mili.qui ar. bell. depoſ.
capitulo primo , in fine an mutus vel alias imperfect. & ea
quę infra in parte decimatertia docebimus. Et hoc , quando
vere prædicti in ſacris ſunt conſtituti , ſecus ſi clerici minoris
tantum tonſurę eſſent,vel religioſi adhuc conſtituti infra an
num probationis.Doctores in dicto capitulo primo,de feud.
fœmineo, Curt.in tertia parte , folio ducenteſimo ſexageſi-
monono,mihi,& nos infra in decimatertia parte. Fallit pri-
mo hęc concluſio in fœmina facta religioſa,quæ alias ſucceſ
ſura fuiſſet in fęmineo feudo agnatæ vel cognatæ, aut ſimili.
Nam vt illa per ſubſtitutum ſeruire potuiſſet per primam cõ
ceſſionem domini,ſi in ſæculo manſiſſet, vt infra in decima-
tertia parte, de defectu docebimus.ita quoque iam nihil im-
pedimento erit, quo magis dominus de ea conqueri poſſet ,
conſtituendo ſubſtitutum,ita Cur.poſt multos alios.in d. ſua
tertia parte. folio vt ſupra. Sed equidem quid cenſeam de ea
infra in decimatertia parte tractabo,vbi de defectu tractabi-
tur.Fallit ſecundo,in illis cruciferis,qui militant contra infi-
deles. Illi quoque licet quandam profiteantur religionem ,
tamen in feudis ſuccedũt , & ſi quod habẽt,retinent. Curt.d.
loco. Fallit tertio,niſi principio in inueſtitura hoc pacto cau
tum foret, vt clerici ſeu religioſi ſuccederent . argumento ,
capituli primi,paragrapho pręterea,quid ſit inueſtitura.

Vltima concluſio erit, ſi lex vel ſtatutum haberet, quod
mortuo marito,vel econtra vxore , alter partem bonorum
aliquam lucrifaceret,tamen iſtuc alter ex feudo non obtine
ret,quia vt vxor & maritus in feudo, etiam nullis exiſtentib.
libe. vel agnatis,non ſuccedũt. cap. primo,an maritus ſuccę.
vxo. in benefic. (quod tamen in bonis allodialibus, de iure
communi admittitur toto titulo Digeſtis. & Codice , vnde
vir & vxor.)ita nec quoque in vlla parte feudi ex ſtatuto,lege
uel pacto habito inter virum & vxorem.text.in capitulo pri-
mo. paragrapho quamuis,iuncta gloſſ. verbi quartę. de inue
ſtitu.de re alienatio.facta.Et vt vxor marito in feudo non ſuc
cedit,ita nec ſocius ſocio,nullis etiam exiſtentibus legitimis
hęredibus, nec ipſe fiſcus,ſed ſemper ipſe dominus. Vt enim
non poteſt vaſallus quippiam in pręiudicium aliorum face-
re quorum intereſt, capitulo primo.de alienatione feudi pa-
ter.ita quoque nec lex,nec ſtatutum,nec ipſe princeps. argu-
mento legis nam ita diuus,ff.de adop.cum ſimil.iuncta lege,
nec auus, Codice de emancipatione libe. Intereſt enim iam
domini feudum ad alium non deuolui,quam ipſe cupiat.Nã
alias ei inuito agnaſceretur vaſallus, quod iura feudalia non
admittunt , capitulo primo , in fine , de frat. de nou. benefi.
116 inueſtit. † Hinc infero, ciuitatem ſeu communitatem etiã
ius ſibi ſtatuto vel conſuetudine arrogare non poſſe iuriſdi-
ctionem exercendi ſuper cauſis feudalibus,domino feudi ne
glecto,nam vt alteri ſuum auferre,contra humani tum diui
ni iuris diſpoſitionem eſſe,nemo ignorat,ita tale ſtatutum,
conſuetudinem,vel potius corruptelam cõtra ius diuinum ,
tum naturale, vt peccatum fouens,& ad delinquendum inui
tans,inductum,tempore aliquo etiam longiſſimo confirma
ri negamus,vt ex iis patet ſatis, quæ ſupra in parte prima de
conſuetudine docuimus. Vt enim lex honeſta, iuſta, & ſe-
cundum naturam eſſe debet , capitulo erit autem lex , quar-
ta.diſtinctio.ita quoque ſtatutum & conſuetudo, & ergo va-
ſalli etiam qui talibus ſtatutis conſentiunt , ſeu acquieſcunt ,
iuriſdictionem domini ita prorogantes , vt periuri , domi-
ni vtilitatem,honorem & iuſtitiam contemnentes,merito a-
miſſione feudi mulctabuntur , vt quoque in parte decima-
quarta , circa finem tenuimus . Et hæc hucuſque , quo ad
ſucceſſionem maſculorum aſcendentium , deſcendentium,
& agnatorum collateralium ſufficiant , nunc ad ſucceſſionẽ
fœminarum pergamus.Hactenus de ſucceſſione maſculorũ
117 ſatis ſuperque tractauimus.† Reſtat nunc quoque fęminarũ
ſucceſſionem declarare per quaſdam fallentias, præmiſſa ge
nerali vna regula.

118 Primo ergo hic vnica regula præſupponenda erit,†nempe
quod feudi conſuetudine fœminæ non ſuccedunt in feudis,
ſiue pater vaſallus ſibi ſimpliciter acquiſierit, ſiue ſibi & hęre
dibus,nam licet appellatione hæredis communi iure omnes
ſucceſſores , & ſic filiæ veniunt legis hęreditatis, appellatio-
ne , Digeſtis de verborum ſignificationibus, in feudis tamen
diuerſum obtinet,capitulo primo , paragrapho hoc autem,
de iis qui feudum dare poſſunt,capitulum primum ,paragra-
pho ad filias,de ſucceſſion.fratr. & grad.ſucced.in feu.& ratio
119 nem dant Doctores . † quia fœminæ ad pugnam & ſerui-
tia militaria habiles non ſunt, hic tamen rationi,vt videtur,
obſtare poſſet Camilla aliqua Vergiliana , Pentheſilea , vel
Hipſicratea,& id genus fœminæ, Sed certe nec illę regulam
noſtram rumpent(quanquam Andręas de Iſern. in dicto ca-
pitulo primo,paragraph hoc autem.eas admittere videatur)
obſtantibus aliis adhuc rationibus,nam certum eſt,vaſallum
talem eſſe debere,qui domini ſecreta poterit celare,capitulo
primo, quibus modis feudum amitta.tur. 2.ſed fœmina præ-
ſumitur talis,quæ id facere non poſſet. Bald. in l..quoties. C.
de ſuis & legitim. liber.Iacob.de Sancto Georgio.in gloſſ.ſu
per verb.& fœminis. Eſt enim earum mens & conſilium tũ
fragile,tum lubricum,capitulo ſorus,extr. de verbor.ſignific.
Præterea non facile illa expedire poſſet,quæ fidelitatis forma
requirit tot.tit.de form.fidel. & Tit. de no. forma fidelitatis,
120 † Quinque ergo Baldus adfert rationes fœminę,quare non
admittantur.in d.l.quoties.C.de ſuis & legiti.liber. Prima eſt,
quia arma ferre non poſſunt.Secunda,propter publicam ho
neſtatem,quę non patitur fœminas intereſſe virorum cœtui,
arg.l.i.ff.de poſtuland.& eorum quę notantur a Doct.& præ-
ſide Viglio.in §.illis autem temporibus, Inſtitu. de milita teſ.
Tertia,propter fragilitatem conſilii.Quarta propter lubrici-
tatem voti.Quinta propter periculoſitatem ſecreti , de quib.
etiam alibi Curtius. in parte 3.folio 210. mihi. Prædicta vera
ſunt,etiam ſi feudum a parẽte vaſallo emptum foret pro ſe,
ſuiſque hęredibus,& hoc propter generales placitorum feu-
dalium regulas,quæ fœminas ſimpliciter excludunt,d.capitu
121 lo primo.§.hoc autem,& aliis ſupra allegat.†nã licet ſit feu-
dum emptum,nihilominus feudum proprium tamen eſt, vt
ſupra in definitione ſatis docuimus , licet multi , & maxime
Odofredus,contrarium opinentur , in ſua ſumma. Tit. quin
feud.ſucced. poſſ.& alii exiſtimantes fœminam in tali feudo
magis vi contractus,quam feudi, ſuccedere, quod & Baldus
in §.& quia de iis, qui feu.dar.poſ.ſequi videtur,dũ inquit hoc
bene eſſe notandum,ſed falluntur . Nam cum regula aperta
ſit,quod fœminę non ſuccedunt ſimpliciter in feudo, nec re-
gula aliqua,vel textus poſſet in contrarium adferri , putamus
122 regulam noſtram ſeruandam.†Fallit primo hęc regula,ſi ſit,
fœmininum ſeu feudum maternum, hoc eſt; a fœmina ad
quiſitum pro ſe & hæredibus ſuis,hoc enim caſu, nullis ma-
ſculis exiſtentibus,filia vel neptis venient,etiam ſi hoc pacto
expreſſe non ſit prouiſum, capitulo primo,de feud. fœmini.
quamquam aliqui pactum requiri putarunt , vt in dicto cap.
dicitur quod aliqui etiam Doctores ſecuti ſunt. vt Andræ.de
Iſer.& gloſſ.in d.c.i.de feu. fœmine.contrarium tamen verius
eſt,vt ex textu in d.c.i.facile quis intellexerit, & noſtræ quoq;
ſententiæ ſunt Aluar. Præpo. & communiter Doct.in d.c.a.i.
ipſeque Zaſius in ſua 8.parte,ſo.41.mihi.Et probatur ſatis ali
bi in capitulo primo,de nat.ſuc.feud. vbi dicitur , quod f[illegible]a
nõ ſuccedit, niſi ex pacto vel niſi ſit feudum fœmininum d.
ſiunctiue,quod eſt notandum,& iterum alio text. in c. i. verſ.ad
filias,de ſucceſſ.fra.& grad.ſucced.in feud.Primam ergo p[illegible]
d.textus.d.c.i.de feu. fœmi. per ſecundam dicetis abrogatam.
Fallit ſecundo,ſi dominus ex gratia filiam inueſti. patre mor
tuo velit pp pr̃is egregia ſeruitia,vel filia, mortuo patre, redi
mere a domino,ita tex.alibi.in c.j. quemad.feu.ad fi.pertineat,
quem loqui de nouo feudo quod ad dominũ redierat com-
muniter Doctor.aſſerunt,licet.in fine d.c.i.de paterno loqui
videtur,dum inquit,a parentibus non poſſe reuocari, quia ſi
eſſet nouum iam parentes hoc eſt agnati legitimi non poſ-
ſent cõqueri,quia ad collaterales nouum non tranſuoluitur.
c.i.de frat.de nouo benefi.inueſt.c.i.§.i.verſic. ſin autem vnus,
de iis qui feuda.da.poſſ.ca.i.de ſucceſſi. frat. & grad.ſucced.in
feu.ſed quia hic de agnatis fit mentio,videtur de pr̃no loqui,
quod bene ad collaterales tranſit.d.c.i.ver.Ita intelligendum,
123 de ſucc. fra.& grad.ſucc.ĩ feu.† Sed huic iam obſtat,quod do
minus in filiam iſtud transferre non poſſet,abſque conſenſu
agnatorum,cap.i.de alien.feu.patet.& ergo reſpondent Alu.
& alii Doctor.in d.c.i.quemad.feudum ad fili.pertine.quod il
la ultima verba de parentum,ſeu agnatorum reuocatione,
ſuperſlue ibi poſita ſunt,& quod ſolum de nouo feudo ibi lo
quatur,in quo dominus ius plenum conferendi habet, abſq;
contradictione agnatorum.Sed paucis,quicquid dicãt Alu.&
alii communiter Doc. in d.c.i.quemad. feu.ad filiam pertine.
124 †Rurſum Alua.alio loco in c.i.an agnat.vel fil.vbi varias hu
ius rei ſolutiones adfert.Puto ſuſtineri poſse,dictum text. de
feudo paterno loqui in caſu,quo erant quidem agnati paren
tes.ſed non tamen legitimi, hoc eſt illius agnationis commu
nes, de quib.in c.i.uer.quod ita intelligendũm,de ſuc. fratrũ,
& gra. ſuc.in feu.Pręterea obtinere poſſet in caſu , vbi domi-
nus pacto in prima Inueſtitura cauiſſet,quod quandocunque vaſal
lus ſiue primus,ſiue ſecundus,ſiue tertius decederet, ſine
maſculo,ſeu deſcendẽte hærede,liberam conferendi poteſta-
tem habere vellet,quod pacto facere poteſt.capitu.i. § præterea,
125 quid ſit inueſt.†Iam ſi filiæ defuncti gratiam dominus facere
affectat,hoc reclamare nec ĩpedire alii agnati poſsẽt, & ſic ĩ-
telligẽdo, nihil ſuperflui fuerit.Nec his fallẽtiis pdictis obſtat,
quod ſupra diximus,fœminas non eſse capaces feudorum, cum
nec ſeruire, nec domini ſecreta celare poſsent, atq; illis iuſi
fidelitatis capitula nõ queunt, & ſimilia qa hoc iã cõqueri
non

non poterimus,ſi de ſeruitiis, & aliis dominus illi gratiam facere velit,vt quoque infra in xiij.parte docebimus.Fallit tertio,ſi conſuetudo eſſet,quod filię ſeu fœminę ſimul cum maſ
127 culis ſuccederent.hoc caſu iterum regula non obtineret.†Talis enim cõſuetudo non eſt ita irrationabilis, vt nullo modo admitti poſſet.ar.l.quod non ratione,ff.de LL.imo talem puto valere,quę ſolas fœminas admitti, excluſis omnibus maſculis,per ea quę ſupra docuimus,in prima parte de conſuetu-
128 dine.cum non inuitat ad delinquendum.†Fallit quarto, ſi dominus pacto conceſſit feudum vaſallo, ſuis hęredibus maſculis & fœminis, hoc caſu ſi maſculi filii non extarent, filiæ venirent ex pacto.capitu.1.§. filia. de ſucceſſio.feud.cap. 1.verſicu.hoc autem notandum,de iis,qui feudum dare poſſ. cap.1.verſicu ad filias,de ſucceſſio.frat.capitu.1.de natu.ſucc. feud. Si tamen vaſallus relinqueret filium & filiam , ſolus filius feudum obtineret,non etiam ſimul filia cum fratre,cap. primo,§.quinetiam,epiſcopum vel Abba.quia illa copulatiua(&)in illa oratione (attenta natura feudi)copulat ſolum verba & non ſenſum.Aluarot.in d.§.quinetiam, Epiſcopum vel Abbat. Prædicta limitabitis vera(nempe filiam in hoc feudo ſuccedere)dummodo filia abſque fratre eſt,dum pater moritur,alioqui patre mortuo ante filium , ſi feudum fuit in filium deuolutum,mortuo poſtea filio ſine liberis,& relicta ſorore,ad eam tamen feudum iam non tranſmittetur,licet maſculus non extet,ſed ad dominum reuertetur.ita Bald. And.de Iſer.Aluaro.Prępoſ.in dict.capitu.1.§.quinetiam,Epiſcopum vel Abbat.in verbis. vlterius fœminæ non admittuntur,Zaſi. in 8.parte.Et pro iſta parte conſuluerunt plurimi Paul.Caſt.cõſilio,255.Pet.de Ancha.conſi.221.& plures alii,quos enumerat Curt.in tertia,parte fol.235.mihi , quos etiam poſt multa
129 ſequitur.†Et ſicut filia excluſa eſt perpetuo,ita quoque excludi omnem ſobolem tam maſculum quam fœminam ex ea, Docto.aſſerunt, Docto.dict.loco.ex regula, deſtructo antecedente,cadit & conſequens.l.prima,ff.de offic. eius cui, mand. eſt iuriſdictio.l.nihil dolo.§.cum principalis,ff.de regu. iur.Et hoc rurſum limitant,niſi filius ſubito poſt mortẽ patris moreretur,nullis relictis liberis.Illo enim caſu volunt adhuc admitti ſororem ad feudum.gloſſ.in dicto,§.quinetiam,vbi Do
130 cto.†Non enim vixiſſe dicitur,qui illico mortuus eſt. Ita glo. in dicto.§.quinetiam. quam communiter Docto. ſequuntur, quanquam Andreas de Iſern.contrarium tenet, nempe momentum conſiderari etiam oportere,quod teſtamenta reſcindit.l.ſecunda,C.de poſthum. hæred.inſtitu.Sed certe quanquã Docto.in illa ſunt ſententia, quod frater ſimulatque acceptauit feudum,& moritur poſtea abſque liberis,feudum ad dñm potius tranſmittat,quam ad ſororem, per ſupra allegata non
131 poſſim induci vt credam.†Nam capitula per eos allegata nuſquam hoc aperte probant.Et ergo videndum exiſtimo, quid potius in hac parte æquitati,rationi,& voluntati,maxime cõtrahentium,conueniat,& ipſis iuribus feudalibus. Vt ergo a fine incipiam,certum eſt,quod feuda pacta accipiunt.capitu. primo,§.pręterea,quid ſit,inueſt.capit.1.de nat. ſucceſſio.feu. Iam ſi pater eo pacto accepit , vt hæredes eius tam maſculi quam fœminę in feudo ſuccederent , quis dubitat(ſi pater filium & filiam tantum ſuperſtites habebat) non voluiſſe iſtud feudum,mortuo fortaſſis filio,ad filiam ſuam potius , quam ad dominum (forte inimiciſſimum)redire?Quid queſo abſurdius?Quid enim opus erat filię prouidere tali pacto , aut eius facere mentionem , cum ſciret ad nullum alium poſſe feudũ quaſi peruenire,niſi ad filium,aut dominum,poſito quod pater agonizando acquiſiuit prędicto modo feudum,cum intelligit filium ſuum iam integrum,ſanum,beneque eſſe diſpoſitum,ipſe cum agonizat nulla relicta ſpe euadendę mortis(vt ſunt ſigna mortalia in certis morbis) quid queſo hic ſperẽrit pro filia:niſi quis dixerit,operari quod poſſe in euẽtum,ſi fortaſſis inopinatus caſus obtingeret , vt filius ſubito ante patrẽ moreretur.quod eſt poſſibile,vt tunc ſaltem filię eſſet proſpectum,vt forte ſubito poſt patrem,vt ſupra diximus. Sed certe
132 nihil eſt,†nam de raro contingentibus, & maxime iſto raro caſu,nũquam iura feudalia cogitarunt,vt in dicto.§.quinetiã. nec ſomniarunt,argum.l.iura conſtitue. cum 3.ſequent.ff.de LL.Pręterea ponamus,patrem mille ducatis emiſſe feudum, habens filium ſpadonem,ineptum procreationi,& filiam,qs ſanę mentis dicet,ideo non eſſe pactum appoſitum hic, vt filia ſuccederet fratri:cum abſurdiſſimum eſſet dicere in hoc caſu , patrem voluiſſe, vt potius feudum ad dominum rediret, quam ad filiam , ad extraneum quam ad proximum ſangui-
133 nem.l.cum acutiſſimi,C.de fideicommiſſ.†Non obſtat quod hoc expreſſis verbis debuiſſet expreſſiſſe,dicendo , & ſi filius moritur,volo quod illud feudum tunc ad filiam veniat, quia ſub iſtis verbis , nempe pro me & hęredibus meis maſculis & fœminis,dico idem comprehendi.Certum enim eſt,filiam eſſe patris hęredem,maxime in hoc caſu,vbi filię,contra naturam proprij feudi,pater prouidit. Profecto miror admodum Docto.qui in hoc feudo ita a patre pacto acquiſito aliter ſentiunt,quam in feudo a fœmina ſimpliciter prius acquiſito,de quo ſupra in prima fallentia,in quo bene ſuccedit filia , deficientibus maſculis,licet maſculi aliquamdiu poſſederũt, etiã omnium Docto. ſententia, in capitu. primo. de feud. fœminę,& d.capitu.1.§.quinetiam, Epiſcopum vel Abbat. quę tamen feuda vbique quaſi ęquiparantur.in capitu.1.de nat.ſuc. feud.& in cap.1.de ſucceſſ.frat.& gradib.ſucce.in feu.Pręterea nemo dubitat,quin caſus,dicto §.quinetiam.valde ſit dubius,
134 & ſuper eo maxime Docto.diſceptare, †Sed iam certum eſt, quod in ambiguis ſententia maxime ſpectanda eſt eius, qui eam protuliſſet.l.in ambiguis.ff.de regu.iur. Item mens proferentis potius,quam ipſa verba. l. ſi quis intentione ambigua, ff.de iudic.Iam quis dubitat,hanc fuiſſe mentem vaſalli acquirentis,& dictus textus,in dicto,§. quinetiam , Epiſcopum vel
135 Abbat.ex ſupradictis:Poſtremo dubium non eſt, †quin oratione in ambigua vel dubia ſenſus ille,ſeu intellectus amplectendus potius ſit,qui communi iure cõſonat,qui humanior qui vitio careat, qui rem faciat tutiore loco conſiſtere,qui ſit veriſimilior,qui rationabilior,quæ omnia probãtur in l.quoties idem,& ibi.glo.l.quoties,l.ſemper in dubijs,ff.de regu.iur. l.quoties,ff.de verbor.obliga.l.vbi,§.quoties.ff.de reb.dub.l.in ambigua.l.benignus,ff.de LL.late Corneus conſilio. 138. & 245.in 5.parte,Dyn.conſil. 8. quod & Cicero 2.Rethorico.& Quintilianus,libro ſeptimo.Inſtitut. Oratoriarum. eleganter attigere,dum in legitimo ſtatu id quod ambiguum eſt, ita reſolui docent,vt ſi conſtet, alterum ex intellectibus honeſte,recte,lege,more,natura,bono & ęquo recipi poſſe, eũ ſenſum pręferri,alterum vero intellectum,qui contrario modo ſe habet,reiici.Hęc omnia ideo allegaui, quo magis ab iniqua opinione gloſſarum & omnium Docto. animum veſtrum auo-
136 carem,cum non ignorem,plures eſſe , †putantes eſſe nefas,a gloſſ.ordinarijs cum Doct.opinione firmatis diſcedere,quod
137 quam ſit periculoſum,alio loco docuimus.†Stat igitur noſtra ſupra relata ſententia,nempe filiam, hoc eſt fratris ſororem, potius fratri in feudo ſuccedere,vt ſanguine coniunctam,quã dominum extraneum,cum multo id iuſtius,ęquius,& humanius eſſe , nemo inficiari poſſet, vt ex ſupra dictis ad oculum patuit:nam certe ſi voluiſſent Obertus & Gerardus textum.d. §.quinetiam,aliter intelligi,hoc apertius expreſſiſſent, cũ mali plurimum per hoc euenire indies poſſet.Sed quid multis:videtur pro nobis textus apertus ſatis,qui feudum acceptum eo pacto vt fœminę etiam ſuccedant, ęquiparat feudo nouo accepto a duobus fratribus pacto,vt ſibi mutuo ſuccedant in capitu.primo , §.ſi duo fratres, de feud. Marchi.in fine. Sed certum eſt,quod in dicto textu in dict.capi. j.§.ſi duo fratres.vterque frater fuit prius in vita,& tamen ſibi ſuccedunt,ergo quoque ſi ſemel maſculus vixit,& poſtea moritur,fœmina quę ſupereſt ex dicto pacto ſuccedet, propter ęquiparationem ibi factam,nec minus, certe & aliis multis etiam locis aperte ſatis probatur,textibus recte inſpectis.In capit. j. de eo qui ſibi ſuiſque hęre.iuncto capitu.j.de duobus frat.a capi. inueſt. capitu. j.§.filia,de ſucceſſio.feu.capitu.j.§.ad filias,de ſucceſſ.fratrum. Et poſt multa , inuenio etiam eius ſententię eſſe ſimpliciter Martinum Lauden.in dicto capitu.j.§.quinetiam.Iacob.vero de Beluiſo,quanquam communiori opinioni adhęreat. in di. capitu.j.§.quinetiam.inquit tamen , contrarium tenere , eſſe contra contrahentium intentionem interpretari pactum inter dominum & vaſallum hoc modo factum.Et hactenus ſatis de quarta fallẽtia.Fallit quinto in caſu noui feudi, vbi duobus fratribus feudum ſimul eſt conceſſum hac forma, ipſis &
138 eorum hęredibus maſculis & fœminis , † Tunc enim altero fratre mortuo,relicta filia,iſta filia patruum & patrui filium excludet,capitu.j.de duobus fratri.a Capitaneo inueſti.quamuis maſculi ſint,quo ad partem acceptam a ſuo patre. Et hoc ideo in iſto caſu,quia plurali tas verbi, Sibi ſuiſque hęredibus maſculis & fœminis in duas ſingularitates reſoluitur, ſcilicet fratri cuilibet,& hęredibus eorũ maſculis & fœminis. Proſpexiſſe enim vterque hoc in caſu,relictis omnibus, ſuis videtur hęredibus dicto,capitu.primo,de duobus frat.a Capitaneo in ueſt.nec huic obſtat alibi tex.in capit.primo,de eo qui ſibi & hęred ſuis,vbi nepos ex filio excludit ex filio neptem,vt in ſallentia ſequente dicemus,quia ibi fuit prima inueſtitura vni tãtum facta,a qua alia ſoboles,& ſic ſuus hęres,proceſſit.Illo.n. caſu ſemper pręfertur maſculus alijs fœminis a latere , etiam ſi remotiori gradu conſtitutus ſit ex vi pacti,dicto.capitu.j.de duobus fratrib.a capitaneo inueſt.vt infra dicemus. In noſtro vero caſu,duobus fratribus,de nouo a principio facta fuit inueſtitura,vbi merito quiſque ſuis deſcẽdentibus,principio ſeparatim proſpexiſſe pręſumitur,& prępoſuiſſe collaterali, ita Alua.in capitulo primo,§ quinetiam,Epiſcopum vel Abbat. Zaſi.in octaua parte folio 43.mihi,Curti.in tertia parte folio ducenteſimo trigeſimonono . mihi quod bene notandum perpetuo fuerit , quia multi putarent contrarium, propter

propter regulam alio loco poſitam,in d.c.j.de eo qui ſibi uel
hędibus ſuis,q̃ habet,non eſſe fœminis locum in ſucceſſione
feudi,quamdiu maſculus ſupereſt, quod tamen in caſu prodi
ſupereit,quod tamen in caſu prædicto erat,d.capi.1.de duob.
frat.a capita.inueſt.de qua re mox latius an regula ſit, an mi-
nus.Fallit ſexto, ſi vaſallus pro ſe vel hæredibus ſuis, maſcu-
lis,vel illis deficientibus,fœminis, feudum acquiſiuit per pa-
ctum hoc caſu,donec extat maſculus,(ſiue per maſculinam,
ſiue fœmininã lineam a primo inueſtito deſcendat)fœminæ
non vocantur.capi.j.de eo qui ſibi vel hæredi. ſuis maſcul.&
fœminis inueſt.acce.vbi gloſſ.illum caſum bene inquit notã-
dum.Et huius rei dabo tres caſus,vt res iſta, quæ non parum
dubitationis habet,clarior fiat. Si quis igitur feudũ ea forma
acceperit,vt ſupra diximus,& relinqueret filiam vnam ex ſe.
Rurſum ſi ea accepto feudo,relinqueret ex ſe duos filios, ad
quos feudum deuolutum eſſet,& matre mortua,ſi alter horũ
filiorum relinqueret poſt ſe rurſum filium,& alter filiam cer-
te illud feudum vtriuſque fratris veniret ſolum ad filium fra-
tris,& non ad filiam alterius fratris,illis mortuis,licet pactum
proaui in altero fratre videatur habere locum, qui ſine maſ-
culis deceſſit.Rurſum alius caſus.Si quis feudum eo tenore ac
ceperit,vt dictum eſt,& poſt ſe reliquerit filios duos moriens,
quorum alter filium,alter filiam ex ſe relinquentes decedũt,
hoc caſu feudum ſolum & totum etiam veniret ad filium na
tum ex filio primi accipientis,& non ad filiam filii primæ ac-
139 quirẽtis. †Tertius caſus,ſi vaſallus duas filias reliquiſſet,& ex
altera naſceretur filius,ex altera filia, certe filius ſolus habe-
bit feudum,per tex.apertum qui habet,dicto capit. 1. de eo q
ſibi & hæred. ſuis. locum fœminis non eſſe in feudi ſucceſſio-
ne, quamdiu maſculus ſupereſt &c. quod tamen intelligetis
verum eſſe,ſi verba ita fuerint concepta in inueſtitura, vt ſu-
pra dictum eſt in prima fallentia,& vt ipſe textus habet,d.ca.
primo,de eo qui ſibi & hæred.ſuis.propter alium alibi textum
poſitum,in capitulo primo,§.ſimiliter,de Capit.qui cur.ven.
140 qui contrarium ſentire videtur, quem poſtea refutabo. †Sed
dicet aliquis,quid ſi in dicto vltimo caſu, vna ex duabus filia-
bus filium haberet moriẽs,an ille filius excludet ſuam mater
teram ſuperexiſtentem,quæ ſimul feudum acquiſiuit & diui-
ſit cum matre huius filij:Videtur quod ſic,ex dicta regula,d.c.
de eo qui ſibi vel hære. ſuis. quæ habet, quod fœminis locus
nõ ſit in feudi ſucceſſione,quamdiu maſculus ſupereſt ex eo,
qui primo feudum accepit, hic iam in iſto caſu ſupereſt maſ-
culus,nempe filius ex filia,ergo videtur quod materteræ auſe
retur feudum. Certe Doctores multum variant in hoc caſu,
& inuenio And. de Iſern. Martinum Lauden. & plures alios
tenere,capitu.primo,de eo,qui ſibi vel hære.ſuis.materteram
excludi debere.Sed paucis, communis Doctorum opinio in
contrarium eſt,materteram p̃ filium ſororis defunctæ in por
141 tione ei quæſita non excludi,†ex eo quod illi tunc ſemel ple
ne & legitime ius quæſitum ex pacto primi acquirentis fuit,
quod ſine illius facto illi non debet auferri, nec ex poſt facto
irritari,quaſi ſemel legitime conſtitutum.l. id quod noſtrum,
ff.de regul.iur.l.ſancimus,C.ad Trebellian.Quia cum feudum
matertera acquireret cum ſorore,deficiebat maſculus ſecun-
dum primam inueſtituram,ergo licite habuit. Verum ſi ma-
gna amita vel magna matertera viueret,quæ filiam haberet,
& naſceretur nepos ex ſorore magnæ materteræ, certe iã mo
riente magna matertera,(quæ feudum tale haberet) bene ſuc
cederet nepos,& excluderet ſuam materteram, hoc eſt, ma-
gnæ materteræ filiam,quia iam maſculi non deficiunt,quod
pactum requirit.ex dicto capitu. 1.de eo qui ſibi vel hære. ſuis
Et ergo puto in noſtra iſta parte diſtinguendum, an materte-
ra vel ſimilis fœmina de feudo inueſtita legitime fuit, ſecun-
dum pactum prædictum,nullo tunc obſtante maſculo,an mi
nus.Si inueſtita legitime fuerit ſemel, iam non poſſe excludi,
etiam ſi maſculus ex alia poſtea naſcatur,videtur text. qui ſa-
tis hoc probat,in capitu.primo,§.filia,in verbis,vel niſi inue-
ſtiti fuerint,de ſucc.feud.ſin minus,iam ſemper excludi,per di-
ctum expreſſum pactum.dicto.capitu. 1.de eo qui ſibi vel hæ
142 red.†Nunc vidẽdum fuerit,cum in prædictis caſibus obtineat
quod nõ ſit locus fœminæ in feudi ſucceſſione,quamdiu maſ
culus ſupereſt ex eo,qui primo feudum acquiſiuit, ſecundum
dictũ cap.1.de eo qui ſibi vel hæred.an iſtud pro regula ſit ſer
uandũ omnibus in fœmininis feudis: Et certe inuenio com-
muniter omnes Doctores ita ſentire,in d.cap.1.de eo qui ſibi
vel hæred.ſuis.ſed profecto nobis ſedet alia ſententia, nempe
in aliis omnibus feudis fœmininis non obtinere, & ergo in
caſu quo ſimpliciter quis inueſtitur de feudo, ita quod & ad
fœminas tranſire debeat,quod tunc maſculis non extantibus
filiæ ſuccedent,& quod in illa linea manebit ſint filii,vel filię
poſtea,& quod ab vllo alio maſculo non excludentur, vt in
caſibus prædictis,per text.capi.1.§.ſimiliter,de capita. qui cur.
vendi. vbi Obertus ita ſenſit contra Gerardum & bene, vt
143 mox dicam. † Nam cum ſemel matribus ius quęſitum eſt
plene,in iſtis feudis,hoc ſine ſuo facto, liberis auferri non de-
bet, niſi alter in prima inueſtitura cautum eſſet, vt in alio
textu erat. in d.c.1. de eo qui ſibi vel hęred. ſuis. Quid enim
matri imputari poſſit,partu quod maſculum nõ edidit: cum
maxime contrariante natura voluiſſet,accuſent potius natu-
ram,quam matrem,quod non totos maſculos procrearit, vt
vnde generarentur maſculi,non eſſent. l. maximum vitium,
C.de liber.pręter.Atque ita haud dubie ſuſpicor etiam Ober-
tum ſenſiſſe in ſuo caſu in dicto capitulo,1.§.ſimiliter,de capi
ta.qui cur.ven.contra Gerardum,qui putauit ſimpliciter ſem-
per in feudis fœmininis fœminam per maſculum excludi.Et
ratio quare moueor,vt illius ſim ſentẽtię,Prima illa eſt, nam
ſi voluiſſet perpetuo Obertus obſeruari generalem regulam,
poſitam in dicto capitu. pri. de eo qui ſibi vel hęred. non ma
gis contradixiſſet in uno caſu d.ca.j.§.ſimiliter, de capita qui
cur.vend.quam alio.vt in d cap.j.de eo qui ſibi vel hæred.Va-
rietas etiam inueſtiturę facile differentiam inter hos caſus eſ
ſe demonſtrat,quia verba inueſtiturę aliter fuerunt concepta
ibi,aliter hic;ibi enim in dict cap.1. de eo qui ſibi vel hęre.fue
runt ita concepta,vt ſibi feudum haberet,vel hęredes ſui maſ
culi,& his deficientibus,fœminę:hic vero,in dicto capitu.1.§.
ſimiliter,de capita.qui cur.vend.ita tantum,vt feudum ſimpli
citer ad fœminas tranſiret,quę formæ verborum differunt,&
ſunt conſiderandę,quare putauerim, etiam regulam illam in
textu poſitam(vt videtur)& ab omnibus Doct.approbatam.
cap.j.de eo qui ſibi vel hęred. ſuis. in qua omne fundamentũ
ponunt,pro regula non habendam.Nam regula ibi ſe non ex
tendit ad omnes caſus,vbi per pactum fœminę quoq; veniũt
ad feudum,ſed ſolum ad illum caſum ibi expreſſum, in dicto
capit.1.de eo qui ſibi vel hęred.ſuis.& ſimiles. Inquit enim ibi
textus,quod non patet locus fœminę in feudi ſucceſſione,do
nec maſculus ſupereſt, ex eo qui primus de hoc feudo fuerit
inueſtitus.Ecce demonſtratiuum,Hoc, fruſtra non fuit appo-
ſitum.Nam reſtringit hunc caſum, ac impedit quo minus re
gula dicatur:quaſi diceret, In hoc feudo ſic accepto, vt is vel
ſui hęredes maſculi,vel his deficientibus,fœminę ſuccederẽt.
In hoc(inquam)feudo locus fœminę non erit, donec maſcu
lus ſupereſt ex eo,qui fuerit primo inueſtitus. Secus in alio ca
ſu, quando quis ſimpliciter feudum acquirit pro ſe & hęredi
bus ſuis maſculis & fœminis,vt in alio caſu.cap. j. §.ſimiliter,
de capit.qui cur.vendi.Nam niſi verbum,Hoc,aliquid opera-
ri deberet,fruſtra eſſet appoſitum,quia eo neglecto,verba idẽ
importarent,veluti ſi dixiſſet, non patet locus fęminę in feu
di ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de
144 feudo fuerit inueſtitus.†Non ergo poteſt dici regula, quia il
la plures ſub ſe diuerſi generis caſus complectit,l.1.ff.de regu.
iur.quod hic non fit.in d.capi. 1.de eo qui ſibi vel ſuis.Tertio,
moueor ex eo,quod maſculus totum ſuum fundamentũ po
ſuit in dicto,cap.j.de eo qui ſibi ſuiſque hęred. ſuper prima in
ueſtitura,allegãs hoc ſolum quod hęres maſculus eſſet primo
inueſtituram accipienti,qui ita acceperat, vt ipſe vel hęredes
eius maſculi haberent,& his deficientibus demum, fęminę,
quaſi nullo modo uoluerit ad fęminas pertinere,quandocun
que maſculi ſuperuenirent,fęminis nondum inueſtitis. Sed in
dicto caſu dicto.capitu. 1. de eo qui ſibi ſuiſque hęredib.maſ
culus iam erat,nec fęmina inueſtita, ergo feudum recte ad
eum deuolui debere ex ui primę inueſtiturę, quia maſculus
iam ſuperat,uerba enim,Vt his deficientibus, fruſtra non fue
runt in textu ibi in d.c.1.de eo qui ſibi.poſita, quare non parũ
etiam ibi operantur,& ſi nihil operarentur amplius,non ma
le dici poſſet,ſuperflue in textu appoſita, quia etiam ſi reliquiſ
ſet ſeu neglexiſſet,eque tamen ex natura feudi maſculus regu
lariter prępoſitus fuiſſet fęminę per dictũ cap. 1.de feud. fęmi
nę,capit.j.§.filia,de ſucceſſion.feud.cum ſimilibus.Nec obſta
bat,quod ſemel ad fęminam legitime deuolutum fuerat feu-
dum,nempe ad auiam,etiam deficientibus maſculis, in d.ca.
145 1.de eo qui ſibi,uel hęred.†quia hoc non conſiderabatur in
illo caſu, ſed ſolum qua origine & principio conſtitutum eſ
146 ſet primi uaſalli uoluntatę.†Prima enim inueſtitura ut radix
& fundamentum eſt omnium ſequentium,ita quoque ſolum
illa ibi inſpiciebatur.quæ ſemper inſpicienda etiam eſt, ut ſu
pra docuimus.argumen.l.qui id quod, ff. de donation.Præte
rea non parum demonſtrat ſpeciale eſſe principium textus,
in dicto capit.j.de eo qui ſibi, uel heredib. ubi ita inueſtitura
concepta fuit,nempe ſibi uel hęredibus ſuis maſculis, & his
147 deficientibus, fęminis: †Illa enim uerba,uel hęredibus ſuis
maſculis,niſi hoc indicarent,quod primus per pactum perpe
tuo uoluiſſet proſpicere maſculis, illa uerba quoque rurſum
ſuperflue fuiſſent appoſita. Quia qui ſibi ſimpliciter & fęmi
nis feudum acquirit,is tacite ſemper quoque maſculis hęredi
bus primo acquirit,etiam neglectis illis uerbis, uel maſculis
ſuis hęredibus:per cap. 1.in fi.in quibus cau.feu.ami.c.j.§.quin
etiam,e͞pm,uel Ab c. j §.filia.de ſuc.feud.capitu.j.de feud.fœ
minę & ſimilia. fruſtra ergo appoſuiſſet, niſi aliquid
opera

operarentur, nec opus fuiſset q in maſculis totũ ſuum funda
mentum poſuiſſet, in illis verbis, quod etſi maſculus hęres ſo
lum. in d. c. i. de eo qui ſibi, vel ſuis hęr. Quarto moueor, quod
nuſq in iure feudali ita verba cōcepta ſunt de fœminis ſucce
dendis, atq; ibi, in c. i. de eo qui ſibi. uel hęre. neq, alibi inueni
tur q vaſallus primus ita feudum acquiſiuit, nimirũ, ſibi vel
hęredibus ſuis maſculis vel his deficientibus fœminis, quam ĩ
dicto textu. in d c. j. de eo qui ſibi, vel ſuis hęre. † quare recte ẽt
ibi gloſ. dicit, textum illum bene notandum, quia plures con
trarium putarent Nec obſtat alibi text. in d. capi. 1. de duobus
fratr. a capitan. inueſti. vbi verba ſimiliter concepta fuere, vbi
tñ filia patruum excludit, & ſic maſculũ, quia intelligetis idẽ
obtinere ibi in deſcendenti linea, q iam diximus obtinere in
noſtro caſu. in dict. ca. 1. de eo qui ſibi, vel hæred. Et ergo licet
ibi filia vnius fratris excludit patruum ſuum in linea collate-
rali, tamen ſi filia illa ſuſciperet ex marito filium & filiã, rur-
ſum filius excluderet ſororem, ſic quoque ſi ſuſciperet duos fi
lios, & alter filiorum filium, alter filiam ſuſcitaret: hic rurſum
alius ex filio totum auſerret feudum ex primo pacto inueſti-
turæ, vt in præcedentibus diximus, cæterum quod filia fratris
149 excludit ibi patruum, hoc ideo eſt, (vt text. etiam dici) † quia
quiſque in qualibet prouiſione vel contractu preſumitur ſem
per proſpexiſſe prius ſuis hæredibus deſcendentibus, l. ſi pactũ
ff. de prob. licet ergo eo tenore feudum eſſet acquiſitum. in d.
cap. j. de duobus fra. a capita inue. vt quam diu ipſi vel eorum
hęredes maſculi viuerent, & maſculis deficientibus, fœminę
haberent, illa tamen inueſtitura hoc ſolum voluiſſe eos p̃ſu-
mitur, quod ante omnia primus deſcendens ſuccederet, ſiue
filius, ſiue filia. ac tum demum in deſcendentibus ex illis vt pa
ctum obtineret, ſemper præponi maſculum fœminis, vt iam
diximus ante. Si vero nec filius nec filia naſceretur ex altero,
tum ad fratrem fratris pars deuolueretur ex pacto ſecundum
d. c. 1. de duob. frat. a capita. inue. Quinto, moueor ex eo quod
inquit textus in d. capit. j. de eo qui ſibi ſuiſque hæred. ibi, inter
Sapientes fuiſſe vrgentem de ea re quęſtionem. Nam ſi perpe-
tuo iſta regula in feudis fœminarum locum habuiſſet, haud
dubie in aliis etiam multis locis, vbi de fęminarum feudis quo
que tractauit, hac de controuerſia ſaltem mẽtionem alibi fe-
ciſſet, quod tamen nuſquam fecit, quod maximum ſignũ eſt,
in aliis iſtam regulam locum non habere.

Sexto & vltimo moueor ratione, videlicet, quod in feudo
quod quis ita accepit ſimpliciter, vt etiã ad fœminas tranſeat,
quod per maſculos perpetuo fœminę non excludantur (vt pu
tant Docto.) quia omnino eſt veriſimile, quod contrahentes
150 hoc primo non voluerint † Nam per hoc ſemper fluctuaret
feudum in tali vt dictum eſt, in d. capit. 1. § ſimiliter, de capita.
qui cur. vendi. nempe, vt maſculi & fœminę ſuccederent (non
ea forma qua ante diximus. in caſu d. cap. 1. de eo qui ſibi) Et
reliquit duas filias, ad quas feudum mortuo patre deuolutũ
fuit: quę rurſum reliquere ex ſe, altera filium, altera filiam. vt
in capitulo 1 §. ſimiliter, de capita qui cur. vendi. Hic filius na-
tus ex filia acciperet feudum, excluſa filia materterę. Sed pone
quod rurſum iſte filius ſuſciperet ſolum ex vxore filiam, & fi-
lia materterę poſtea filium, hic nunc rurſum fluctuare debe-
ret de vno in alium, quia is rurſum maſculus iam ex primo ſu
pereſſet, quod eſſet valde abſurdum, vt etiam conſuetudo,
quę optima legum interpres eſt, non approbat, & indies ob-
ſeruat. Veriſimile certe non eſt, quod vnquam dominus & va
ſallus a principio hoc cogitauerint, aut mentem fuiſſe primi
vnquam vaſalli acquirentis, quod feudo ſemel ad fœminas
deuoluto, ex illa linea rurſum abiret, per maſculum ex altera
fœmina ſuperueniente. Fieret enim magna lis ſępe & diſcor-
dia per hoc, & confuſio, quare illuc non cogitaſſe eos facile
preſumimus, niſi expreſſe conſtet contrahentes primo ita vo
luiſſe, vt in alio caſu. dicto capitu. 1. de eo qui ſibi ſuiſque hę-
red. Paucis ergo concludendo, tota quęſtio & difficultas, dict.
capi. 1. de eo qui ſibi vel hęred. ſuper illis verbis, nempe, Hęre-
dibus maſculis, vel his deficientibus, fœminis conſiſtebat: Nã
nepos ſuper illis verbis ſe ſolum fundabat, quod ſolus maſcu-
lus hęres inueniretur, tum quod voluntati primi acquirentis
ſatisfieri poſſet, atque ideo ſententia etiam iudicum in dicto,
capitulo primo de eo qui ſibi vel hęred. ſuis. ſuper eo ſe funda
bat, quod in hoc feudo locus fœminę non eſſet in ſucceſſio-
ne, quamdiu maſculus ſupereſſet ex eo, q primus de hoc feu-
do fuerat inueſtitus, quę cauſa fuit, quare pro maſculo etiam
pronunciabant. in dicto capitulo primo, de eo qui ſibi vel ſuis
151 hęred. Et hactenus ea de re ſatis. † Sed quęret aliquis, quid in
caſu, cum quis feudum accipit pro ſe & filiis ſuis, an etiam fi-
liabus acquiſiuiſſe cenſebitur? Certe dicendum, quod de iure
communi, licet filii appellatione veniant ſimul & filię, l. iuſta
interpretatione, ff. de verborum ſignification. & maſculinum
fœmininum concipiat, l. ſi ita ſcriptum, ff. de legat. ſecundo, ta
men in feudis contrarium obtinere, ex natura feudi, quę non
patitur illam interpretationem, ideo quod regulariter abſq;
filiabus in feudo maſculi ſolum ſuccedunt. capitulo primo
de ſucceſſ. feud. capitulo primo de natu. ſucceſſ. feud. & ſimil.
Sed quid in caſu, cum pro ſe vaſallus, filiis, & filiabus accepit,
an iam etiam feudum tranſmitteretur ad nepotes ex filio vel fi
lia? Certe quia ius feudale nihil de eo diſponit, inſpiciendum
fuerit, quid ius ciuile de eo admittat. argumen. capitu primi,
§ ſtrenuitus, de feud. cognition. Et profecto videtur, quod ne
potes excluderentur. per §. fina. Inſtitu. qui teſtamento tuto. da
re poſſunt Sed prędictis rurſum obſtãt ex diametro alia reſpõ-
ſa. in l. filii, l. iuſta, l. liberorum, § ſed & Papyrius. ff. de verborũ
152 ſignificatio. † vbi dicitur, quod appellatione filii venient ne-
potes. Quid ergo dicem⁹? Paucis (vt hęc antinomia ſoluatur)
dicendum, ex propria ſignificatione verbi filii & filię, nepotẽ
vel neptem non venire, per dictam §. fina. Inſtitu. qui teſtam.
tuto. dare poteſt. ſed pleriunque ex ſimilitudine iuris vel cauſę
153 extenſionem admitti, ratione ſimili hoc ſuadente, † veluti
lex ait filiofamilias pecuniã mutuanti, citra patris cōſenſum,
obſtare exceptionem S.C. Macedo. l. prima, ff. ad Senatuſcon-
ſul. Macedon. quid ergo, ſi nepoti credidit, an iam obſtabit? &
certum eſt, quod ſic. l. filium habeo, ff. eodem titu. quia vtrobi
que eadem ratio eſt, nam vterque parenti mortem ęque mi-
nitari poſſet, qui cauſa dicta, l. prima, ff. ad Senatuſconſul. Ma
154 cedonia. prohibitionis fuit, † ita ſecundo tutori & eius filio
inhibitum eſt, ducere pupillam vxorem quam ſub tutela ha-
bet. l. non eſt matrimonium, ff. de ritu. nuptiarum, l. prima, C.
de interdict. matrimo. inter tuto. & pupil. an etiam nepoti? di-
cendum, quod ſic, l. Senatuſconſul. ff. de ritu. nuptia. quia eſt ea
dem ratio. Nam vt per filium pater tutor, a reddenda ratione
per hoc liberari poſſet, l. libertum, ff. de rit. nuptiarum ita quo-
que per nepotem: ſecus tamen eſſet, ſi ſuo pupillo tutor pro-
priam filiam in vxorem daret, dicta l. libertum. §. tutor. ff. eod.
155 quia hic ceſſat ratio, † Nam pupillus vt caput vxoris eſt, facile
rationem exigit, tutela depoſita, quod in caſu prędicto, vere-
cundia & mariti ſeueritate obſtante, pupilla facere non aude
156 ret. † Rurſum lex diſponit, quod milites nullius pupilli tuto-
res eſſe debent, niſi filiorum commilitonis, l. ſed & milites, ff.
de excuſatio. tuto. an ergo nepotis commilitonis tutor eſſe de
bet, & certe hic dicendum, quod non, cum non ſit eadem ra-
tio, nam quod filii commilitonis tutor eſſe debet, ideo eſt, q a
pater miles fuit, ſed nepotis pater forte paganus, ergo ad illũ
hoc priuilegium non extendetur. ſic iterum, vbi pręſumptio
eſt, quod is qui de filio aliquid diſpoſuit, idem de nepote diſ-
poſuiſſet, ſi cogitaſſet, certe hoc caſu iterum recte ad nepotes
extenderetur, veluti, ſi quis inſtituiſſet filios, & ſi non eſſent hę-
redes, ſubſtituiſſet extraneum aliquem, cum tamen nepotes
haberet ex filio, certe hic ſatis pręſumptio eſt, quod extraneũ
proprio ſanguini pręponere non voluerit. l. Lucius, ff. de hę-
redib. inſtituen. argumen. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſ.
157. Et ergo nepotes adhuc excludent ſubſtitutum † Iuſta ergo in
terpretatione filii appellatione venient nepotes (non tamen
proprie) ita loquuntur textus ſupra citati, dicta. l. filij. l. iuſta in
terpretatione, l. liberorum. § filij. ff. de verborum ſigni. quod
indicant ſatis textus alibi, in dicta. l. liberorum, § filii. dum in-
quit, filij appellatione ſępe & nepotes cōtineri, quaſi diceret,
158 non ſemper. † Nunc ad propoſitum, ſi vaſallus ſibi & ſuis filiis
& filiabus feudum acciperet, cenſetur quoque & nepotibus,
neptibus accepiſſe, propter ſimilem pręſumptionem, eãdem-
que rationem, nam non pręſumitur, quod vaſallus non mal
let apud ſuum nepotem eſſe, quam redire ad dominum, ex ſu
pra dictis, vt quoque tenet Alciat. alibi. in l. filii appellatione,
159 ff. de verborum ſigni. † Si tamen quis ſolum feudum ſibi & fi
liabus accepiſſet, hoc caſu dicerem filios non venire, quia fœ
mininum nuſquam concipit maſculinum per ſupra citatas le
ges. Poſtremo, pręmiſſis nunc omnibus, quę ad ſucceſſionem
pertinent, non male in fine hic quęri poſſet, an prędicti vaſal
li ſeu vaſallę ſemper in feudo ſuccedere poſſunt, ſiue paren-
tum, ſiue agnatorum accipiant hęreditatem, vel non. Nam
certum eſt, contingere poſſe, ſubinde hęreditatem vaſalli non
eſſe ſoluendo, vbi tamen feudum eſt, pręterea, quemlibet hę
redem, imo filium, patris hęreditatem damnoſam repudiare
poſſe, §. ſui, verſicu. ſed his prętor. Inſtituta, de hęredibus qua
lita. & differen. an vero repudiare poſſent, ſeruato ſibi feudo:
Et paucis dicendum, filios vel deſcendentes regulariter non
poſſe feudum acceptare, repudiata hęreditate, ſed vel vtrunq;
acceptare vel dimittere debere capitulo primo, an agna. vel fi
lius. ubi late Docto. in capitu. primo §. ſimiliter, verſicu. filius,
de capit. qui cur. vendic. Collaterales vero feudum antiquum
ſeu paternum licite acceptare, hęreditatem vero repudiare
160 poſſe. dicto. capitu. primo, & ibi glo. an agnat. vel filius. † Si ta
men fructus ſunt in feudo, qui defuncto competebant (ſecun
dum diſtinctionem, quam in parte ſequente ponemus) illi cer
te agnato repudianti hęreditatem detrahentur, vt inde debitũ
defuncti exoluatur aliis ab hęredib. d. c. 1. an agna. uel fili & rõ
nẽ dãt Doc. quare agnati poſſunt hęreditatẽ repudiare ſeruato

ſeudo,non deſcendentes,ga aiunt,agnatũ feudũ iſtud neque
ex vaſalli mortui beneficio habere, nec mediante ſua per-
ſona. Sed ex primi domini concedentis beneficio & liberali-
tate,quod putant in filiis vaſalli non ita eſſe;quaſi hi mediã-
te patris perſona feudum habeant,ſed certe,ſi bene inſpexeri
tis rem ipſam,idem erit in filiis & nepotibus,in ſeudo ſaltem
antiquo ſeu paternoad patrem a maioribus deuoluto,in quo
non diſtinguit tex.in c.j.an agna.vel fili. quia nec ipſi tum ex
patre habent,ſed ex ſuperiore primo,vt etiam videtur ſentire
161 alibi glo.verbi repudiati.in d.capitu.1.an agna.vel fili. †Qua-
re,relictis Docto.variis opinionibus, paucis,quid ego ſentiã,
ſubijciam. Rationem itaque eſſe puto,quo minus filius patris
hæreditatem repudiare poſſit, quod filij ſeu deſcendentes ſtri
ctius tenentur parentum defendere honorem, quam agnati
ſeu collaterales:habent enim eſſe ſuum a parente,eademque
cum ijs ſunt quaſi perſona.l.vlt.C.de impu. & aliis ſubſtit.ha-
bet quoque neceſſario parens illis ad minus quartam partem
bonorum ſuorum relinquere,velit nolit: q̃ omnia in agna-
to non inuenies. Non igitur mirum, ſi aliquanto ſtrictius in
hac parte rurſum coanguſtentur quam agnati:hinc eſt,quod
de iure etiam ciuili ſuus & neceſſarius hæres habetur, & velit
nolit hæres eſſe debeat,etiam ſi damnoſiſſima foret hæreditas
§.ſui,Inſt.de hæred.qualita.& differen.quod ſine ratione vete
res Philoſophi non ita conſtituere, quanquam Prætor hodie
mitigauit.d.§. ſui. Nam in omnibus æqualitatem & æquitatẽ
inſpiciebant,conſiderantes,filios bene patri ſuccedere, opulẽ
tiſſima ſi eſſet hæreditas,æquum igitur videri, ſi fortuna con-
162 traiante,minus quam eſſent ſoluẽdo relinquerẽt.† Rurſum,
parentum manes,vt ab iniuria defenſarent.arg.§.2. in ſi.Inſti.
quibus ex cauſis manu.non licet.Et quanquam inter duos lõ
ge videatur melius,defunctum contumelia affici,quam viuũ,
vt vult alibi Theophilus,in d.§.2.Inſt.quibus ex cauſis manu.
nõ lic.cum alter iniuriam ſentiat,alter minus. Tamen obij-
ci huic rurſum poſſet, alterum onere debiti tẽpore forte poſ-
163 ſe liberari,defunctum minime:†nec parua profecto ignomi-
nia eſt filio,parentis bona ſub haſta a creditoribus diuendi,q̃
omnia ſaluari per filium forte poſſent, cum beneficium ha-
beat primo ceſſionis bonorum,tot.tit.C.quis bonis cæde. poſ
ſunt.vel quinquennale indultum,ſi petit.l.quoties, & ibi Do-
cto.C.de preci.Imperato.offeren.Nec etiam inueniretur certe
creditor tam durus,qui ob hæc & ſimilia,non mitius cum eo
ageret.Cum ergo plura pater filio debet,quam extraneo,hoc
eſt,collaterali agnato,ac rurſus filius plura parenti, quam ex
traneo,vel agnato, (tenetur enim pater filium alere)& vicisſ-
ſim filius patrem.l.ſi quis a liberis,ff.de liberis agnoſcen. l.fin.
§ ipſum autem, C.de bonis quæ liber. item captiuum patrem
redimere,& econtra,l.ſi captiui,C.de epiſcop. & clericis. item
bona patri acquirere.l.placet,ff.de acquirend.hæredita. l.cum
oportet,C.de bonis quæ liber.Rurſum, adminiſtrare patrem
filii bona,l.prima.C.de bonis matern. l.fina. C.de bonis quæ
liberis,per totum.Rurſum,hæredem facere filium,velit nolit.
§.1.Inſtitu.de exhæ.liber.Et econtra filius patrem, l.nam & ſi
parentibus,ff.de inoffic. teſtam.§.1. & 2.in Authen.de hæred.
ab inteſt.venien.& his ſimilia,ad quę extraneo non tenentur,
164 vel agnato.†Recte ergo ſtrictius vt pr̃ filio, ita rurſum filius
patri obligatur,quam agnatus defuncto,& econtra, & hanc
puto eſſe rationem noſtri textus.in d.capit. 1. an agna.vel fili.
Voluerunt enim maiores,quod filijs perſona patris ſemper eſ
ſet ſancta & honeſta.Sed iam videamus, an ne aliquo modo
etiam agnatus quoque alterum ſine altero repudiare poteſt?
Et paucis,putant Doc.in d.c.1.an agn.vel fili.quod ſic, in caſu
quo quis ſcilicet primo accipit pro ſe feudum, & ſuis hæredi-
bus.ita Bald.Andr.de Iſer.Aluaro & alij in d.c.1.an agn. vel fi
li.Sed ego de eo dubito,& puto verum non eſſe; de quo etiã
dubitat Zaſius.in ſua octaua.parte feud.fol.37.mihi. Nam qui
ſimpliciter ſibi feudum acquirit ſolum,nulla facta mentione
hæredum,cenſetur quoque & hæredibus accepiſſe,in capitu.
primo,in fine,in quibus cauſis feudum amittatur. & capitulo
primo,de duo.frar.a capita.inueſtitu.l.ſi pactum,ff.de probat.
Videretur ergo,ſi Doctor.opinio vera eſſet, quod nunquam
agnatus repudiare poſſet hæreditatem,retento feudo,quod ta
men eſt expreſſe contra textum.dict.capitu.1. an agna.vel fili.
165 †Admitterem tamen facile,Doct. opiniones poſſe obtinere,
ſi ita feudum acquiſiuiſſet expreſſe primus, vt nemo feudum
haberet,niſi qui hæreditatem adiret,alias non,& puto, nullã
vim eſſe ponendam, etiam quo ad filios vel deſcendentes in
illis verbis pro ſe,ſuiſque hęredibus,ſiue pro ſe,& filiis,ſeu deſ
cendentibus:quia ſemper qui pro ſe acquirit, tacite quoque
pro deſcendentibus accepiſſe cenſetur. per capitulũ primũ in
fine.quibus cau.feud.amitta.quicquid Docto.dicant.in d.cap.
primo an agn.vel filius.Videamus iã, an ne filius aliquo mõ
hæreditatem repudiare poteſt,ſeruato feudo.Et primo dicetis
quod ſic,& quod fallat in caſu, ſcilicet,quo patris hæreditas
bene ſoluendo eſt.Nam tunc ceſſat ratio textus.in dict.capitu.
1.an agna.vel fili.Sed dicet aliquis, requiritur quod vtrunque
acceptet,vel vtrunque dimittat in dicto textu. Certe licet text.
hoc videatur velle, tamen in altero tantum verificari intelli-
getis.Nam licite etiam poſſet damnoſam hæreditatem patris
adire,& relinquere opimum feudum,argum.capitu.1. de vaſ.
qui contra Conſt.Lotha.reg.feud.aliena.quare ergo non poſ
ſet hic opimam ſatis hæreditatem relinquere, & feudum acce
ptare?Intelligetis ergo dict.ca.1.loqui, quod feudum non poſ
ſet acceptare relicta damnoſa hæreditate patris:ſecus econtra
ita etiam Bald.& Martin.Lauden.in d.cap.1.an agn. vel fili.Se
cundo fallit,ſi pater filium præteriit,quem in poteſtate hẽt,&
præteritioni patris acquieuit(quod poteſt.l.filio præterito,ff.de
iniuſt.rupt.& irri.teſtam.Bald.in dicto capitu.j.an agnat.vel fi-
lius.qui allegat.l.non tantum,§.plane, ff.de bono.poſſeſſion.
contra tabula.)quod hactenus verum puto, dum pater hoc
nec filius in fraudem creditorum faciat. Nam alias ſemper fa
ceret ita pater vaſallus,vbi ſe eſſe non ſoluendo ſciret.Tertio
166 fallit,†ſi pater filium iniuſte exhæredauit, & filius patientia
teſtamentum patris honorare,quam iudicio conuellere ſan-
ctius putat, vt Aphronia. pulchre apud Val.Max.libro ſepti-
mo capite 8.Quarto,idem dicetis,ſi iuſte exhæredauit,hoc ca
ſu etiam iam feudum habere eum poſſe dicetis,relicta hęredi
tate(quanquam Zaſius videtur velle in 8.parte feud.tractatus
fol.36.mihi.neutrum habere tum poſſe ex capit.1. §.prędictis
modis,quę fuit prima cauſa beneficij amitten.)quia filius, li-
cet in patrem peccauit, non tamen in dominum deliquit,
quod textus requirit.in dicto §.prędictis.nec pater poteſt filiũ
priuare feudo,etiam ſi vellet:nam hoc facere deberet per te-
ſtamẽtum,ſed iam certum eſt,quod patris ordinatio, quo ad
feudum in teſtamento,nullius momenti eſt,capitu. i.de feud.
ſucceſſ.ergo,&c.loquitur ergo text. ille dict. §. prędictis.in ca-
ſu,quando vaſallus in dominum ex illis cauſis deliquit, ex q-
bus filius exhęredari poſſit, non quando in patrem filius, ut
recte intuẽti clare ſatis patebit.Nam,quid ſi patri graue dam-
num intuliſſet,ex quo licite exhęredari poſſit,§. aliud quoq;
in Authenti.vt cum de appellatio.cognoſ. non tamen dicen-
dum ergo poſſe feudo priuari.cum dominum non cõcernat.
Si tamen ex tali cauſa a patre exhęredaretur,ex qua etiam feu
do priuari poſſet,iam quidem certum eſt, non ſolum hęredi-
tate priuari,ſed etiam feudo: ſed tum non poſſet eſſe fallen-
tia ad noſtrum caſum.dicto capitu. 1. an agnat. vel fili.vt Zaſ.
vult,dict.loco.Quinto fallit,ſi filius conſentientibus agnatis
de patris feudo tanquam nouo rurſum inueſtiatur.tex. in d.c.
167 primo,an agnat.vel filius.†Sed quid ſi hic filius poſtea ſine li-
beris deceſſerit,an tum dominus ſuccedet, vt in nouo feudo,
an vero agnati,qui ante conſenſerunt? Certe dicendum,quod
agnati illi excludentur,niſi aliter ſibi proſpexerunt gloſ. in d.
capitu.primo,an agnat.vel fi.in verbo de nouo.

Videntur enim per hoc iuri ſuo renunciaſſe.quia qui alii cõ
ſentit,iura ſua perdit.l.cum quidam,C. de adminiſtration.tu-
to.Sed rurſum dicet aliquis,quid ſi dominus,non conſentien-
tibus agnatis,hunc filium de nouo beneficio inueſtiret ante-
quam repudiaſſet hęreditatem,an ne hoc facere poſſet.Certe
reſpondet gloſſa.dict.glo.capitu.primo,an agnat. uel filius.du
bitatiue,quod ſic, nempe quod poſſit illi gratiam facere, ar
gum.cap.1.quemad.feu.ad filiam pertineat.ꝙ puto verum an
te repudiationem,ſecus ſi iam repudiaſſet,& ſic ius quęſitum
agnatis eſſet.nam quod filius feudum acceptare nõ poſſit,re-
pudiata hęreditate,hoc non tam cõcernit agnatos, quam do
minum ipſum.Vt ergo feudum licite alienari poſſit cum con
ſenſu domini,etiam non conſentientibus agnatis, vt infra in
13.parte docebimus.(quia ſolum domini cõtemplatione alie
natio prohibita eſt)ita quoque exiſtimarem hic poſſe,per dic.
glo.an agna.uel fili.quanquam Docto.quaſi communiter eã
reiiciunt.Sexto, fallit in caſu cum pater alium inſtituit hęre-
dem,& filio reliquit legitimam titulo inſtitutionis. Illo enim
caſu poſſet filius habere feudum,eo nõ exiſtẽte herede, Mar.
Laud.in d.cap.1.an agnat.vel fili.argu.l.quoties, C.de hęredi.
Inſtituen.quę tamen ſemper hactenus vera puto, cum abſq;
fraude fiunt.

168 Septimo,fallit in caſu, † quando filius viuente patre, iura
mento renunciauit hęreditati paternę, ita Baldus, in dicto
capitulo primo,an agna.uel fili.qui dat cautelam,quod filius
vbi ſcit patris hęreditatem non eſſe ſoluendo,ut tum iuramẽ
to renunciet in vita,quam cautelam etiam Docto.communi
ter confirmant.Aluaro. ShencK, & alii in dicto capitulo pri
mo,& Zaſius.in octaua parte 36. mihi. Sed certe ut illa eſt de
ceptiua,& ad delinquẽdum allectiua,ita puto etiam eam nõ
ſequendam.

169 Octauo fallit, † ſi filius beneficio inuentarii patris hęredi
tatem adiit,ſecundum legem final.C.de iure deliberan.ita Al
uarot.& alii,in dicto capitu. i. an agna. vel fili. quos ſequitur
Zaſius,in d.ſua 8.parte.de quo tamen maxime dubito:Nam p
hoc cauſa non eſt ſublata text.d.c j an agna. uel fili quę vult

quod

quod debitum patris ſoluere debet, certe p hoc ſemper fieret fraus dictę conſtitutioni.d.c. i.an agna. vel fili. Et ergo non ita ſimpliciter puto ſequendum. Alia enim ratio eſt inuentarii.de quo in d.l.fin.C.de iure deliberan.alia hic.in d. capit. i.an agn. vel fili.nam Inuentarium ſuper dubia fit hęreditate adeunda, at ita in iſto caſu non eſt. Nam textus clare prę́ſupponit dam noſam eſſe, & tamen vult vt adeat, & hoc ideo, quod ex feudo forte creditum ſolui poſſit. Ad quid enim hic inuentarium faceret, vbi certum eſt hęreditatem eſſe damnoſam ſimiliter quoq, puto poſſe refutari, quod Doc.in eodẽ loco volunt.in d.c.1.an agn.vel filii.nec tunc obtinere, vbi pr̃ nihil in bonis reliquit præter feudum, quo caſu putant quoq; licite poſſe filium feudum retinere, relicta hæreditate, q a hoc eſſet clare iterum contra verum textum, & mentem conſtitu tionis.d.c.j.an agn.vel filij. Nec obſtat, ꝙ dicunt communiter Doc.hoc eſſe contra omnem ęquitatem, quod filio minus cõ ſuleretur, quam agnatis, in hoc caſu. Quia reſpondeo eſſe æq ſimum, quod filius defuncti patris manes ab omni iniuria liberat, ar.§.2.in fi.Inſt.ex quib.cauſis manumittere non licet.ꝙ facere forte poſſet per feudum, vt ſupra alibi docuimus, quæ fuit vera ratio, ẽt quare magis grauarunt filium quam agnatum.in d.c.1.an agn.vel filij. Et hæc de ſucceſſionis materia hactenus dixiſſe ſat fuerit, nunc alteram partem, nempe Decimam, aggrediamur.

SVMMARIVM.

1 *Dominus non poteſt directum dominium feudi in alium transferre, inuito vaſallo.*
2 *Dominus delinquendo aduerſus vaſallũ dominio directo feudi ſeu proprietate priuatur.*
3 *Vaſallus habet vtile dominiũ in feudo.*
4 *Feudo euicto a vaſallo, an dominus teneatur illi dare aliud eiuſdem bonitatis.*
5 *Manſus quid ſit.*
6 *Feudi incrementum cui cedat.*
7 *Breue teſtatũ quid ſit.*
8 *In caſu ſubinfeudationis cui cedat feudi incrementũ.*
9 *Quos nam fructus feudi vaſallus lucrifacit, & ad hæredes etiam adhuc pendentes tranſmittiti*
10 *Plus iuris habet vaſallus in fructibus feudi, quam vſufructuarius in re vſufructuaria.*
11 *Vina, & oliuæ decerptæ ante Martiũ menſem, cuius ſint, mortuo vaſallo in Septembri.*
12 *Vaſallo mortuo ante Martiũ, qui hyeme præcedenti ſeminauerât, hęredes fructus quidem ex eo fundo habebũt, ſed impenſas per defunctũ factas in agro recuperabũt.*
13 *Dominus vbi ſemel vaſallo conceſſit feudũ, eidem id tradere tenetur, nec liberatur præſtando intereſſe.*
14 *Dominus põt feudũ a vaſallo poſſeſſum alteri promittere, quo tempore vacabit.*
15 *Epiſcopi, Abbates, aliæq; eccleſiaſticæ perſonæ idem hoc in feud is eccleſiaſticis promittere cũ effectu non poſſunt.*
16 *Vaſallus feudũ ſibi conceſſum vel totũ vel eius partem poteſt alteri libere ſubinfeudare, etiam ſine domini conſenſu.*
17 *Vaſallus cum domino litigans, quare de calumnia iurare non tenetur.*

PARS DECIMA, QVID IVRIS VASALLVS per feudi acquiſitionem conſequatur.

HActenus qualiter feudum conſtituatur, & acquiratur, ſatis enucleatum puramus. Nunc reſtat, his cognitis, intelligere, quid iuris vaſallus per feudi acquiſitionem conſequatur,
quod docebit breuiter Decima iſta pars. Et primo hoc acqui-
1 ri per vaſallum feudi acquiſitione dicendum, †quod poſtquã
Inueſtituram habet, non poſſet dominus feudum in alium (in
uito vaſallo) transferre, tex.in c.j.§.ex eadem, de le.Conr. quo
iure etiam vtimur, neglecta conſuetudine Mediolanenſium.
de qua in d.ca.1.§.ex eadem. Et ratio eſt, quia vaſallus per huiuſmodi alienationem directi dominii, teneretur agnoſcere
aliũ dñm, ad ꝙ cogi non debet.c.1.§.prętereą ducatus, in fi.de
proh.feu.ali.per Fed. Intereſt.n.maxime ſubditorum ſeu vaſal
lorum, non mutare bonum dñm.arg.d.c.j.§. ex eadem, & ibi
2 Alu.de leg.Conra. †Secundo hoc iuris vaſallus cõſequitur, ꝙ
ex omni delicto contra ſe commiſſo a dño, ex quo ipſe vaſal
3 lus feudo priuaretur, †rurſum feudi proprietatem lucrifaciat,
non habita etiam ratione, an vaſallus iuratus, an non iuratus
ſit, ex Inueſtitura.c.j.§.dño, ſi de feu.defun.conten.ſit.c.1.quali
ter dñs prop.feu pri.de quibus infra in 12.& 13. parte dicemus
latius. Tertio, hoc iuris conſequitur vaſallus, ꝙ ſimulatq; feudum habet, acquirat vtile dominium.cap.1.§.1.de Inueſt.de re
4 alie.fact.c.1.§.j.& ibi glo.& Alua.de cap.Conrad. †Et ergo rõ
ne huius vtilis dñi, vaſallus quandocunq; rei vendicationem
vtilem habebit contra quemcunque poſſeſſorem, d.c. j.de inue.de re alie.fact. imo contra ipſum dominum. ar.l.i.ff.ſi ager.
vecti.vel emph.peta. Zaſi.in 6.parte, Alu.Prępo.in c.i.de inueſt.
de re alie.fac. Quarto, hoc iuris cõſequitur, quod feudo euicto
ꝯ dominum agere poterit ad aliud pſtandum eiuſdem bonitatis feudum, ſi feudum alienum eſſe ignorauerit, cum inueſtiretur.c.1.de Inue.de re alie.fact. Et hoc ſi dño litem denunciauit, c.i.ſi de feu.Vaſal.ab aliquo interpel.ſue.hoc.n.tenetur facere, ſi vult aliud eiuſdem bonitatis & qualitatis habere. Mar.
Laud.& alii Doc.in d.c.i.de inue.de re alien. fact. Si vero hoc
non curat, poteſt tamen licite ſuper feudo abſque denunciatione litigare, & etiam amittere in prę́iudicium domini, vel
ſuper eo tranſigere, & ſibi ex eą aliqd lucrifacere ca.i.§.ſi vaſal
lus.ver.ſi vaſal.ſi de feud.defun.conten.ſit.ca.i.de conten.inter
Vaſ & ali.de feu. Idem erit in caſu quo rem alienam a domino ſciens in feudum accepiſſet, ſpecialiter tamẽ pacto ſibi de
euictione proſpexiſſet, eo enim caſu, ęque dominus tenebitur
ad feudum aliud eiuſdem bonitatis.d.c.i.de inueſt. de re alien.
fact. In inueſtiente vero domino non diſtinguitur, ſciuit an
ignorauit rem eſſe alienam, vt in vaſallo.d.c.i.in fine. Quinto
hoc iuris habet, quod aliquando non ſolum feudum conceſſum, verum etiam incrementum per alluuionem vel ſimile
5 conſequitur, †veluti, ſi dominus vaſallo manſum, dicitur enĩ
manſus fundus, qui duobus bobus ad laborandum die ſufficit.glo.ca.i.ext.de cẽnſib.in feudum conceſſerit, vel aliud quid
6 piam ſimile. †Et dominus nihil ſibi reſeruauerit in illa Curte,
hoc eſt, ſub illa Curia, Certe iam vaſallo competit omne incrementum, & non domino, Si vero dominus ſeruauerit ibi
ſibi partem, & vaſallus dicat, ſibi feudum conceſſum cum incremento, tunc vaſallus hoc probare debet per Curię pares,
7 † el breue teſtatum hoc eſt, publicum inſtrumentum inueſti
turam quoque de incremento fuiſſe factam, niſi in poſſeſſione incrementi vaſallus fuerit, hęc omnia probantur in capi.i.
§.ſi quis de manſo.ſi de inueſt. feud.conten. fuerit. & cum hac
8 diſtinctione, ſi fortaſſis inſula naſceretur circa manſum, adiiceretur vel vaſallo, vel domino. Si tamen vaſallus cum omni
incremẽto feudum accepiſſet a domino, & is vaſallus rurſum
alium ſubinfeudaſſet de eodem feudo, & poſtea aliquid incre
menti acceſſiſſet, certe hoc accedet illi vaſallo, & lucrifaciet, a
quo iſte vltimus accepit vaſallus: Si vero & iſte primus vaſallus immediatus dominus ſubinfeudati, ſine hęrede decederet,
iam feudum cum omni incremento natum, poſt obitum immediati ſui domini, ad primum dominum reuerteretur, d.ca.
i.§.fina.ſi de inueſt feu.contr.fue. late de his tractauimus infra
9 in decimaquinta parte, vbi clarius hęc explicãtur. †Sexto, hoc
iuris conſequitur, quod omnes fructus rei feudalis ſuos facit,
hoc eſt, natos poſt Kalendas Martii (etiam pendentes) vſque ad
Septembrem, quos libere moriens ad ſuos quoſlibet etiam hęredes tranſmitret, vbi alias feudum ad dominum poſt mortẽ
ſuam reuertitur, cum fortaſſis feudum nouum eſt, & decedit
ſine liberis.tex.in d.c.i.§.his conſequenter, hic finitur lex dein
de conſue.regun.incipien. Non obſtat, quod inſtar vſufructua
rii vaſallus habetur, capitu.primo, in fin. in quibus cauſis feu.
amitta. & quid ergo vt fructuarius fructus pendentes non lucrifaciet, §.is vero, Inſtituta de rerum diuiſione. l. qui ſit, ff.de
vſufruct. quia dicendum hoc ſpeciale in feudis eſſe, etiam fructus pendentes lucrifacere. dicto capitu.primo, §.his conſequẽ
10 ter, hic finitur lex deinde conſuetudin.regun.incipien. †Habet
enim plus iuris in feudo vaſallus, quam uſufructuarius in re
vſufructuaria. Nam vaſallus habet vtile dominium, capi.pri.
de inueſtitu.de re.alien.fact. vſufructuarius vix naturalem poſſeſſionem.l.naturaliter, ff.de acquirend.poſſeſſi. Rurſum, vſuſfructus non tranſmittitur ad hęredes.§.finitur, Inſtitu. de vſufruct.dict.§.is vero, Inſtitu.de rerum diuiſio. feudum maxime,
capitu.i.in fin.in quibus cauſis feud.amittatur. Et vt aliquid de
his fructibus intelligatis, diſtinguite, an vaſallus deceſſerit poſt
Martium, ante tamen Septembrem, an vero poſt Auguſtum,
ante tamen Martium, hoc eſt, vel in mẽſe Septembri, vel aliis
ſequentibus, vſque ad Martium. Primo caſu, ſi moritur poſt
Martium, tunc omnes fructus iam naſcituros etiam pendentes, hęredes vaſalli, qualeſcunque fuerint, lucrifacient, d.capit.
primo, §. his conſequentur. non obſtante fine dicto, §. quem
nulli Doctor. etiam ſequuntur. Et ergo, ſi vaſallus moreretur
primo die Martii, eius tamen hęredes, etiam uſque ad primũ
diem Septembris, omnes fructus percipient. Cum vero moritur poſt Auguſtum, tũc quicquid poſtea naſcitur, ad dominũ
reuertet, ſi nouum feudum fuerit, vel ſi antiquum, ad agnatos ſuos in feudo ſucceſſores. Et ratio eſt, quia in Martio ſemi
na proiici in terram plęrumque incipiunt, & fructus pullulaſcere & naſci, ſi qui ante ſati ſunt, cuius ratione ſtatim
ſibi vaſallus ius acquirit ad Septembrem, quaſi ſemel cœptũ
deberi: Et quod ad Septembrem vſque obtineat, ideo videri
poteſt, quod tum fere fructus hactenus nati, iam collecti ſunt
11 †quod tamen non obtineret in vinis & oliuis, quæ menſe Se-

12 prembri vix dum aliquando maturuere, † ſed in his quoque
hæredes ſuccedere putamus, excluſo domino vel agnatis, etiã
ſi vaſallus moreretur in Septembri, propter eãdem rationem.
Eſſet enim iniquum, quod vaſallus, qui hactenus expenſas fe-
cit, excluderetur, vel eius hæredes a domino vel agnatis, vt ẽt
bene And.de Iſern. Aluaro.& Laud.tenent.in d.cap.j. §.his cõ
ſequenter. Conſtituerunt enim ſecundum id quod regulariter
fit. argum.l.Iura, cum ſequen.ff.de lega.& Sena.conſul. Sed di-
cet aliquis, quid ſi vaſallus ante Martium in hyeme ſeminaſ-
ſet, vt fere fit, & ante Martium decederet, an ne iam dominus
fructus lucrifaciet, excluſis hæredibus vaſalli? dicendum, quod
ſic; ſed iam dominus reſtituet hæredibus vaſalli impenſas fa-
ctas a vaſallo inſerendo. ita Doc.in §.his conſequẽter, vbi pul-
chre An.de Iſer.& Alua. Nam licet hyeme ſemen iactum eſt,
illud tamen ante Martium natum quodammodo non cenſe
tur, & ideo dominus vel agnatus cum ſuo feudo ſibi vẽdicat.
Et hæc de fructibus feud. Aliter fit diuiſio fructuum inter ma
ritum & vxoris mortuæ hæredes. de quib. in l.diuortio, ff.ſolu.
mat.& quõo inter beneficiati mortui hæredes, & ſucceſſorem
in beneficio diuiſio fiat, habetis alio loco. in c.ſi pp tuas.& ca.
ſtatutum ext.de rel.& c.2.ext.de pec.cle. rurſum, quomodo de
vſufructu, quoad pẽſionem, diuiſio fiat, alibi. in l. defuncta, ff.
13 de vſufr.& quemadmodum quis vtatur & fruatur. † Septimo,
hoc iuris vaſallus per feudi acquiſitionem ſeu conceſſionem
accipit, quod dominus ſtatim fidelitate præſtita, vaſallo inue
ſtituram realem tenetur tradere, c.j.in fi.de noua for. fid. alias
ſi differret, oẽm illi vtilitatem præſtare, d.c.j.in fi. nec intereſſe
præſtando liberaretur, cum in dando conſiſtat. c.1.§.ſi facta, ſi
14 de feu.defuncti conten.ſit inter do.& agn.vaſ. † Octauo, ſi ſub
conditione vel ex die dñs vaſallo feudum conceſſiſſet, venien
te die vel tempore, aut conditione, Inueſtituram, vel ipſe, vel
eius hæredes implere tenentur. tex.in c.1.qui ſucce. teneantur.
Poteſt.n. dominus feudum ab vno poſſeſſum alteri ex tempo
re quo vacabit, promittere, & tenebitur vacationis tpe, ꝓmiſ-
15 ſionem. vel ipſe, vel eius heres implere. d.c.1. † quod tamen fal
lit in ſucceſſoribus Abbatum, Epiſcoporum, vel ſimilium ec-
cleſiaſticarũ perſonarum, qui non tenentur ꝓmiſſionem præ
deceſſoris adimplere, cum hi proprio, nõ hereditario iure ſuc
16 cedant. d.c.j.& ibi Doc. Nono, hoc iuris habet, † ꝙ alteri cuicũ
que etiam ſine conſenſu domini, feudum ſubinfeudare poſſit
ſiue totum, ſiue partem, iiſdem tamen conditionib. quibus ip
ſe habet, dummodo tamen citra domini damnum faciat, &
tali, qui ſibi eſt æqualis, quo ad ſeruitia præſtanda domino
concedat. c.1. qualiter olim pot.feu.alie. iuncto c.1.§.ſimiliter,
de leg.Conrad. de quib. infra, in 13.par. Decimo, hoc iuris hẽt,
quod vaſallus feudum acceptum, qñcunq; lubet, domino, vel
deſcendentib. vel agnatis, ſi feudum paternum eſt, inuito etiã
domino, refutare poſſit. c.1.de vaſ.qui cont.conſti. Lotha.reg.
feu.ali.c.i.de alie.feu.pat. Nouum tñ, non niſi in deſcendentes,
qui in eo ſolum ſuccedunt, vel in dñm refutatur. d.c.1. Vndeci
mo, hoc iuris accipit, quod iudex eſſe poſſit in cauſis feudali-
bus. c.1.§.præterea, de proh.feu.ali.per Fed.c.1. apud quem vel
quos, q.feu.c.1, de leg.Conra. Duodecimo, hoc iuris accipit, ꝙ
dominus nec eum accuſare, nec teſtimoniũ ꝯ eum dare põt,
nec de calumnia iuret, compelleret. c.i.§.in quib.de cõnſue. re-
cti feu. Qđ vltimum de calumnia verum cenſeo, ſi iuratus va
ſallus eſt, ſecus ſi dominus, præter iuramenti præſtationem illi
17 feudum plane dediſſet. † Nam ratio, ꝙ de calumnia non iurat,
eſt, quia ſemel domino fidelitatem iurauit, quã non præſumi
tur velle violare: ſed iſtud ceſſat in vaſallo, cui remiſſum fuit
iurm. Et hæc, quoad hanc ſuffecerint partem. Nunc ad Vnde-
cimam partem tranſitum faciamus, nempe ad quid vaſallus
domino rurſum pro beneficio iſto collato teneatur. Nam be
neficium beneficio compenſari debet, vt ait ille.

SVMMARIVM.

1 *Fidelitatis iuramentum præcedere ne, an ſequi Inueſtituram debeat.*
2 *Inueſtitura etiam per procuratorem acquiri poteſt.*
3 *Forma iuramenti fidelitatis.*
4 *Vaſallus in fidelitatis iuramento ſemper Imperatorem, vel Regem, ſuum Principem, vel priorem dominum excipere debet, ſi habeat.*
5 *Intra quod tempus vaſallus inueſtituram facere debeat, cum fallentiis, numero 19.*
6 *In nouo feudo conceſſo vel tradito, non eſt vaſallo certus terminus præſcriptus, ad inueſtituram petendam.*
7 *Miles in feudo antiquo inueſtituram petere debet, intra annũ & menſem.*
8 *Vaſallus dominum requirere debet, & non contra.*
9 *Paganus intra annum & diem petere inueſtituram debet.*
10 *Vaſallus infra terminum petendæ inueſtituræ æque domino ſeruire tenetur, nec poſſet interim in dominum delinquere.*
11 *An tempus petendæ inueſtituræ ſit vtile, an continuum.*
12 *An hæres defuncti, qui infra terminum petendæ inueſtituræ deceſſit, a nouo plenum terminum habebit anni & diei, an vero id temporis ſolum, qđ defuncto, cum moretur reſtabat.*
13 *Si plures hæredes ſint vaſalli in feudo, tunc ſinguli tenentur domino fidelitatem iurare.*
14 *Feudum an ex diuiſione fratrum, ad vnum ſine conſenſu domini peruenire poſſit.*
15 *Ciuitatis Syndicus, vel alius ad hoc deputatus, nomine ciuitatis inueſtituram petet, & iurabit.*
16 *An mortuo domino, relictiſque pluribus hæredibus, vaſallus a ſingulis inueſtituram petere teneatur.*
17 *Vaſallus iurans dño ſuo & eius ſucceſſoribus, an tũc, mortuo domino, cum ſucceſſoribus iurare teneatur.*
18 *Vaſallus pro ſuis ſucceſſoribus iurare non poteſt.*
19 *Vaſallus, licet, mortuo domino, pluribus illius hæredibus ſingulatim iurare teneatur, non tamen tenebitur niſi vni ex illis ſeruire.*
20 *Quibus ex cauſis excuſatur vaſallus, quod intra terminum a iure [illegible] præſcriptum, inueſtituram non petierit.*
21 *Filius vel agnatus ſi iuſte ignorant, excuſantur, ſi intra terminum præſcriptum inueſtituram non petierint.*
22 *Minor annis quatuordecim non tenetur neq; per ſe, neque per procuratorem inueſtituram accipere. Maior vero factus annis 14. tenetur.*
23 *Tempora belli excuſant, ſi intra legitimum tempus inueſtitura nõ petatur*
24 *Ob inueſtituram non petitam tempore legitimo in feudo exigui precu[illegible] dum non amittitur.*
25 *Quando vaſallus dominum ſuum iuuare tenetur.*
26 *Vaſallus domino iniuſte bellanti opem vel ſeruitiũ præſtare non tenetur*
27 *Vaſallus dominum excommunicatum vel bannitũ iuuare non tenetur.*
28 *Vaſallus excommunicatus æque dominum iuuare non tenetur.*
29 *Quam diu vaſallus dominum in bello iuuare tenetur.*
30 *Vaſallus dominum in bello relinquere non poteſt, quãdiu mortuus vel lethaliter vulneratus non ſit.*
31 *Quis cenſetur lethaliter vulneratus.*
32 *Vaſallus ex bello fugiens, ac dominum relinquens, licet dominus victoriã nihilominus obtineat, feudum tamen amittet, contra Za ſi.*
33 *Vaſallus non tenetur ſalutem domini, ſuæ ſaluti præponere, licet ſeruus ad id teneatur.*
34 *Contra quos vaſallus dominum iuuare non tenetur.*
35 *An vaſallus dominum contra patriam ſuam iuuare teneatur.*
36 *An vaſallus dominum contra patrem ſuum iuuare teneatur.*
37 *Refutatur opi. Spe. & aliorum Doc. 39.*
38 *Patrem, patriæ vel Principis proditorem, interficere licet.*
40 *Iuramentum non debet vinculum iniquitatis eſſe.*
41 *Vaſallus dominum contra ſeipſum iuuare non tenetur.*
42 *Vaſallus diuerſorum dominorum, vni contra alium auxilium præſtare poteſt, abſq; eo quod perdat feudum.*
43 *Cuius ſumptibus vaſallus domino ſeruire debet.*
44 *Quibus in locis vaſallus domino ſeruire tenetur.*
45 *Vaſallus non tenetur dominum, ære alieno grauatum, liberare ſua pecuni[illegible]*
46 *Vaſallus dominũ incarceratum liberare ſuo ære nõ tenetur, neq; cũ alere.*
47 *Vaſallus de conſuetudine feudi filiã domini dotare non tenetur, cõtra Spe. & Zaſi.*
48 *Præpoſiti aſſertio notata.*
49 *Vaſallus nullã actionem famoſam cõtra dominum ſuum intẽtare poterit.*
50 *An vaſallus dominum ſine venia in ius vocare poterit.*
51 *Vaſallus non poteſt rem feudalem deteriorem facere*
52 *Vaſallus in præiudicium domini, ſeruitutem in feudo cõſtituere nõ poteſt.*

PARS VNDECIMA, AD QVID VASALLVS dño rurſum pro beneficio collato teneatur.

PRimo ergo & ante oĩa, cõceſſo feudo no[uo]
a dño, uaſallus ad hoc tenet̃, ꝙ In[ue]
ſtiturã petere dẽt, cũ honoris p̃ſanc ne, ut p[lu]
Gl.ſi.in c.i.p quos fiat inue. atq; hoc facto ad iuĩm
fidelitatis p̃ſtandũ ſe offerre, dẽt.n. Inueſtitura uerbalis ſeu a[...]
ſiua p̃cedere fidelitatis iurm. c.i.qd p̃ce.dẽat. Et realis inue.hoc
eſt, poſſeſſionis ipſius traditio, tũc ſtatim poſt ſacrm fidelitat[is]
ſeq. c.i.§.inueſtitura, de no.for.fid. Et hactenus de nouo feudo
acqſito. In feudo uero antiquo, in quo non datur feđo poſſeſ
ſio, ſed potius renouatio, p confirmationẽ, mortuo prim[o] ua
ſallo, inueſtituræ renouatio ſeu cõfirmatio p̃cedere dẽt iu[...],
qa dñs tanq̃ caput iã ex parte ſua prius implere hẽt [i]nueſtitu-
rã. ita intelligetis. c.i.qd p̃c.dẽat. Tenet̃ ergo, ut diximus, uaſal-
lus, accepta inueſtitura, dño fidelitatẽ iurare, alias ſi recuſaret
realẽ traditionẽ dñs negare poſſet. tex.in c.i.uer.nulla, p quos
fiat inue. Nam feudũ a fidelitate dr̃, q̃ p iurm ꝓmitti dño d[...]
d.uer.nul. Inueſtiturã tñ non ſemp p ſe accipere uaſallus, [...]
ẽt p procuratorẽ poterit. c.i.§.pſonã, p quos fiat inue. V[ide]
mus ergo, qualr̃ uaſallꝰ dño fidelitatẽ iurare dẽt, & certe [...]
forma pulchre p̃ſcribir̃ in trib.tit. nẽpe, qualr̃ iurare dẽt u[aſal]
lus dño fidelitatẽ. Scđo, in tit.de for.fid. Tertio, in tit.de nou[a]
for.fide. de quib. ẽt antea meminimus in nona parte, ubi de ac
qſitione p inueſtiturã tractauimus. Et p̃t paucis hoc mõ fideli
tatẽ iurare. Ego Pet. aut Paulus iuro ſancte, ꝙ ꝑpetuo ero fide
lis tibi dño meo ꝯ oẽs, ſicut dẽt eſſe uaſallus ſuo dño, neq; id
ꝙ ſub noĩe fide.mihi cõmiſeris pãdã alicui alii, ĩ tuũ detrimẽ
tũ, me ſciente. hęc for. hr̃ in c.i.qualr̃ iura.dẽt uaſal.do. fidelit.

Et

Et ſub illis uerbis,ſcilicet, Ero tibi fidelis , ſicut uaſallus eſſe debet domino ſuo , comprehenduntur omnia quę diffuſius in ſequentibus duobus titu... ſequuntur. Diffuſa enim illa forma pro rudioribus poſita eſt , qui nihil, niſi quod auribus percipiunt,intelligunt,vt alibi habet textus.In c.j. in princ.de noua forma fi.d.Sub dictis enim verbis comprehenduntur po tiſſimum ſex,nempe incolume,tutum honeſtum,vtile, facile poſſibile,c.j.de for.fide.quæ vaſallus perpetuo habere debet in memoria,ſi vult dignus haberi beneficio.d.c.j.in fi.de for. fid. Excipere tamen debet vaſallus ſemper in Inueſtitura Imperatorem,vel Regem,vt ſuum ſuperiorem Principem . Et ſi quẽ antiquiorem dominum haberet,(nominatim c.j.de noua for ma fide.c.1.§.fina.hic finitur lex.c.1.§.fin. de prohib.feud.alie. per Fed.) Et ſi faceret ſeu celaret,teneretur poſtea huic domino ad intereſſe.de eo Alua.in c.1.§.contra omnes, hic finitur lex.Nam ſi forte ſciuiſſet dominus ille , vaſallum habere aliũ dominum,non dediſſet feudum.Hactenus,quia docuimus,va ſallum domino teneri,vt cum honoris præfatione petat Inueſtituram,& poſtea fidelitatis iuramentum offerat, operæ precium iam eſt ſcire,intra quod tempus Inueſtituram petere de beat,& fidelitatis iuramentum præſtare , tum a quo accipere neceſſe habet.Et paucis, diſtinguetis feudum nouum ab antiquo . Primo , dicetis iam ſecundo ad hoc teneri vaſallum in nouo feudo,quod inueſtitura abuſiua facta , ſtatim citatus a domino,vel curiæ paribus,vt fidelitatis ſacrm pſtet, venire de-
6 beat,alias feudo priuabitur.†Et hoc ẽt,ſi dñs illi tradidiſſet ſine ſuo prius præſtito,tex.eſt in §.et & alia,quæ fuit pri. cauſa bene.ami.vt in parte ſequẽte docebimus,in ſed a concl.in prin ci.& ſic eouſq; libere vaſallus expectare poterit, abſq; requiſitione,qa in nouo feudo nullus eſt vaſallo terminus pſcriptus ad petendam inueſtiturã. Alu.poſt Bal.in c.1.q̃ fuit 1.cau.ben.
7 †Si feudum antiquum fuerit,iam diſtinguetis militem a pagano,ſi miles eſt,mortuo vaſallo , a dño vel eius hrde renouationem inueſtituræ inter annum & menſem petere dẽt,la.Bel ui.Bal.Nic.de Neap.Alu. & cõiter oẽs in c.j.quo tpe miles.qd
8 quid And.de Iſer.dicat.in d.c.a.j.quo tpe miles †Et ſic illi dñm requirere,& adire,ſeu inſequi debent,non dñs illos,tex. eſt in d.c.j.quo tpe miles,& c.j.de cap.Contra.in prin.(vt tñ apud pleroſq; conſuetudo eſt) Et ſi dñs abeſſet,ita vt eius copia haberi non poſſet , iam requirẽdus erit eius vicarius vel pcurator ad hoc dimiſſus.ita Bar.de Caſſ in Commen.contue.Burg.in §.j.
9 in verbis,ou a la perſonne. in tit.des fiedz.†Si vero pagani vel priuati fuerint,tunc intra annum,& diem,c.j.quæ fuit.j.cauſa ben.ami.c.j.de cap.Contra.c.1.§.præterea primus,de phib.feu. alie.per Loth.& hoc ẽt citra moræ purgationem,p ea q̃ alibi
10 Alu.notat.Alu.in c.j.quæ fuit pri.cau bene.ami.†Et quanquã ante annũ & menſem,vel annũ & diem inueſtiturã petere a dño cõpelli nequeant:tñ interim ſi dñs egeret illorũ ſeruitio, deberent ſeruire,nec putet ẽt vaſallus,interim licite dñm poſſe offendere,quia hoc ſi faceret,non priuaretur minus feudo, ac ſi iam fidelitatis iuramẽtum dño præſtitiſſet.ita pulchre Al ua.poſt Iac.de Bel.& Ni.de Neap.in d.c.j.in ſi.quæ fuit pri.cau. & ſequitur Bar.de Caſſe.in §.j.in verbis,dedens lan.in ti.des fiedz.Hæc tñ tempora currere illis non ante ſcientiam intelligetis.Quomodo enim petet,ꝙ neſcit?Non.n.inculari poſſet negligentię ſeu incuriæ ille qui ignorat.tex.in d c.j.§. præterea.1. de proh.feu.alie.p Fede.Nihil enim fraudis inter dñm & vaſal
11 lũ eſſe debet.c.fi.de proh.feu.alie.per Loth.†Sed iuſte dubitari hic poſſit,an tpſ iſtud vtile erit , an continuum , hoc eſt,an curret,tam feriatis(vt vocant)quam non feriatis diebus: de q- bus alibi.in l.fi.de tem.in inte.reſt.Certe dicetis continuũ,ſi nihil impedimenti interceſſerit.Si vero impedimentũ intercederet(de quo poſtea in fallentijs)iam eſſet vtile,ita Prepoſitus,& Mar.Lau.in d.c.1.quo tpe miles.quem ſequitur Zaſi.in 7.parr.
12 fol.26.†Sed quid ſi vaſallus,qui obiit,ipſe,inueſtituram nõ pe tiiſſet,& intra præſcriptum tpſ deceſſiſſet, an iam hęres eius, hoc eſt,filio vel agnatus,iterũ integrum tempus vnius anni & vnius diei vel mẽſis habebit,an ſolũ iſtud ꝙ defuncto deerat: Profecto in hoc caſu volunt Doc.ſi feudum eſt antiquũ,ꝙ integrũ tpſ habebunt,& tempora quæ defuncto decurrerunt,ei non nocere?Ita Iac.de Bel.& Alu.in d.c.j.quo tempore miles, vbi etiam glo.Si vero nouum eſſet,iam tempora defuncti cõ numerari , Et ſolum in tempore ſuperfluo filiũ petere poſſe, cum in nouo feudo filius perſonam patris refert, vt vult Alu & Prępoſitus,in d.c.j.quo tempore miles,& Iaco.de Bel.quos. ſequi videtur Zaſi.in 7.parte fol.27.& Fran.Cur.in 4.parte,no ſtro 23.fol.342.quę bene notanda eſſent,ſi vera forẽt.Sed certe admodum dubito de illo paſſu. Nam ſi agnatus ex integro ſuos dies habet,non intelligo,quare etiam deſcẽdentes habere non debeant.Illam quam dãt rationem, quod agnatus vel deſcendentes in antiquo feudo magis alterius beneficio hũt, quã beneficio immediati prędeceſſoris : In feudo vero nouo magis ex perſona patris,mihi ſatis non placet.Nam quid ſi pa ter per annum non petiiſſet,& ſtatim moreretur,eſſet ne ini-
quum,quod intra vnum diem quĩ deeſt,excluderetur:Et ergo in dubijs puto ſemper ſequendum, quod humanius & ęquius eſt,quia ergo communiter Docto.in antiquo feudo integrum tempus largiuntur.Puto quoque concedendum in nouo,l.in ambiguis.l.quoties,de regu.iur.l.benignus,ff.de ll.& hoc argu. l.j.ver.quibus ad finem,ff.de ſucceſſ.edi.vt etiam ſimpliciter te nere videtur Io.And.ad Specu.in ti.de feu.in §.quoniam, ver. 27.& Iac.de Ard.in ti.quibus modis feu. acqui. argu.l.ſi iudex, ff.de iudic.& ita de conſue.Burgu.obſeruari author eſt Bart. de Caſſe.in tit.des fiedz.§.1. in verbis,de dens lan. quanquam non male etiam dici poſſet,in omni feudo,niſi tempus ſuperfluum relinquendum.argu.l. cum in antiquioribus,C.de iure delib.Nam quid ſi bis ter ve agnati diſcederent intra annum, forte vltimo die iam certe in infinitum extenderetur, ꝙ non ita ęquum eſt,putarem tamen Io.And.ſniam & Spe. veriorẽ, & potius ſequẽdam, cum p hoc nullius interim ſeruitiis frau
13 datur dñs,vt ante docuimus.†Rurſum quæret aliquis;q d ſi plu res hr̃des eſſent vaſalli defuncti,an oẽs,hoc eſt,ſinguli fidelitatem iuuare debent?dicẽdum ꝙ ſic,niſi ex diuiſione ad vnum ſolum peruenerit,tunc enim ſolus ille iurabit & ſeruiet.tex.eſt in c.j.§.omnes filii,ſi de feu.defun.conten.ſit,ca.j.§.preterea 2.
14 de proh.feud.alie.per Fed.†poteſt enim ad vnum ex diuiſione feudum peruenire,ẽt circa domini conſenſum.d.cc. & c.1.de natu.ſuc.feu. in caſu tamen vbi diuiſio non eſt facta , vt apud vnum eſſet,hoc caſu ſi volunt,poſſunt vnum eligere ex omnib.qui omnium noĩe petet inueſtituram,& iurabit, ita Alu. in d §.omnes,ſi de feu. defun. re. & eſt tex.in c.1.§. perſonam,
15 per quos ſi.inue.†Eodem mõ ciuitas,q̃ feudum habet,vel alia vniuerſitas,vnum ex ciuibus eligere poteſt, vel ſyndicum,ẽm prędicta.Sed quid e diuerſo,ſi dñs moriatur, relictis multis p- libus,an vaſallus iſte ab omnibus eius heredibus tenetur ſepa ratim rũrſum inueſtiturã petere:dicite quod ſic:per c.i. quo tẽ
16 pore miles,& ibi Doc.Sed cum diſtinctione.†nempe ſi feudũ illud a dño mortuo,vt feudum , ab alio dño fuit acqſitum.Et ſic iam rurſum ſubinfeudatum ab eo , tũc vaſallus a filiis ſeu maſculis eius hęredibus tñ inueſtituram petet , relictis filiab. Si vero tale eſt,ꝙ dñs mortuus primo ex ſuis allodialibus bo nis cõſtituit,iam nõ ſolum a maſculis hęredibus,ſed ẽt a filiabus ſeu fœminis recognoſcet.Et hoc, quia reſpectu omnium eſt patris patrimonium,in quo ſimul ſuccedunt tam fœminę, quam maſculi.tex.eſt in ca.de eo qui ſibi vel her.ſuis. Et idem dicetis obtinere in iſto caſu,ſi nullis relictis liberis , extraneos inſtituiſſet hęredes,quibus ſingulis iterum fidelitatis iuramen tum præſtandum erit, niſi vni eorum ſeparatim ius feudi aſſi-
17 gnaſſet.Prędicta tamen vera,†niſi iſte vaſallus ſuo dño,& ſuis ſucceſſoribus iuraſſet copulatiue.Illo enim caſu,domino ſuo mortuo , non teneretur hęredibus domini ſui ſecundo iuuare,tex.in cap.veritatis,ext.de iureiuran. Aluaro. & alii Doc.in c.i.in princ.quę fuit prima cau benef.amit.licet autem iuuare non teneatur,habet tamen ęque neceſſe inueſtituram petere. Aluar in d.c.1.in princ. quę fuit pri.cau.benefi.amit.Si tamen vaſallus iuraſſet ſimpliciter dño ſuo,non facta mentione ſuc ceſſorum,tunc ſi ſub noĩe dignitatis iuraſſet illi, ęq; non tene retur ſucceſſori iterum iurare,alias ſecus. ita pulchre Pano.in
18 d.c.veritatis,intelligit,& bñ.†pro ſucceſſorib.uero ſuis uaſall iurare non põt.Alu.d.loco.& aliis.Rurſum q̃ret aliquis , q d ſi vaſallus ex inueſtitura dñm iuuare ſolum tenetur ſeruire vno equo,& nunc ſunt plures hęredes dñi , an oĩbus ſeruiet vno
19 equo,hoc eſt,ſeparatim ſingulis?†Paucis dicite , ꝙ licet oĩbus fidelitatem iurare teneatur, tamen nõ teneri ſeparatim ſingulos iuuare,ſed debent ex omnibus unum eligere,cui ſeruiet.c. i.§.preterea.2.in fi.de proh.feu.alien.per Fed.arg.l.ne in plures, ff.de exer.actio.Et ſi de eo conuenire non poterunt, nulli eorum interim ſeruire tenetur,ita Zaſi.poſt alios in 7.part. arg.l. ęquiſſimum,& l.quotiens,ff.de uſufru.de qua re ẽt inf. adhuc alibi tractabimus.Nunc ad rem redeamus. Prędicta quę diximus , nempe uaſallum intra annum & diem , uel annum & menſem in antiquo feudo inueſtituram petere debere,fallunt
20 in aliquot caſibus.†Fallit primo,ſi iuſta cauſa interuenerit,ue luti mortis,tam extranei alicuius quam domini, uel uaſalli,c. 1.quo tempore miles,ubi Alua.(idem eſſet,ſi propter morbũ ſonticum,ut peſtem,domini ciuitatem uel domum adire nõ auderet,Martinus Laud. in capitu. 1. quo tempore miles.)uel capitalis inimicitia inter uaſallum & dominum ſine culpa ta men uaſalli,uel inter uaſallum & extraneum, talis tamen,ob quam ſine periculo ad dominum peruenire nequiret.Alua.in d.capitu.primo.Et quę dicatur capitalis inimicitia , docet alibi gloſſa.in l.licet,ff.de arbitris.Bartho.in l.tertia , §.finali.ff.de adimendis legat.gloſſ.in capitulo per tuas,extra, de ſimonia. Bald.in Aut.ſi dicatur,C.de teſt. & multos effectus inimicitię uidere licebit apud Hippolytũ de Marſilijs.in l. i.§.pterea,ff.de q.Sed quid ſi intra tpſ legitimum inimicitia ſopita eſſet, an iã uaſallus ſolũ tpſ reliquum habebit ad inueſtiturã petẽdã , an uero iterũ tempus integrum:tenet Alua. ꝙ integrum tempus dabi-

dabitur a tpe compoſitionis inimicitię, in c.i.quo tpe miles.&
bene.Sed quid ſi intra tempus legitimũ non ſopiretur inimic
tia, an ne iam perpetuo durabit excuſatio inimicitiæ? Certe
non, ſed primo legitimo tpe elapſo, tenebitur ante finem ſe-
cundi legitimi tporis, vel per ſe, vel per procuratorem petere
inueſtituram, alias feudo priuaretur.ita An.de Iſer.in c. j.quo
tempore miles.Fallit ſecundo, ſi iuſta cauſa abſentiæ excuſa-
ret.d.c.i.quo tẽpore miles.Et q̃ ſunt iuſtæ cãæ abſentiæ docent
lare ſatis a iureconſultis alibi.toto ti.ex quib.cau.maior. ff.quo
fuerit recurrendũ.Sed quærit gl.in d.c.j.quo tpe miles.an excu
ſabit abſentia, ſi reliquit procuratorem, per quẽ potuiſſet pe-
tiuiſſe inueſtiturã: Certe primo putat nõ excuſandum, poſtea
putat excuſandum, ſub dubio relinquens ſtudioſo inueſtigã-
dam huius rei veritatem.Sed relictis ambagibus, puto eum ſẽ
per excuſandum, ſiue procuratorẽ reliquerit, ſiue non p text.
apertum in l.ſed & ſi per prætorem, §.ſi.& l. nec non.& ibi gl.
verbi defuncto in prin.ff.ex quib.cau.maior.Nõ ob.his reſpõ-
ſum Iuriſconſulti alibi, ꝙ huius ꝯrium ſentire vr̃, in l. is q rei-
pub.ff.co.ex quib.cau &c.quia ibi p̃ſens non auditur ꝯ abſen-
tẽ reipublicæ cã, ſi reliquerit ꝓcuratorẽ abſens, quẽ potuiſſet
præſens commode conueniſſe.vt gl.ſen vnam ſolui.in d.l.is q
reipub.q̃ ſequitur ibi Bar.& probat hoc tex.in l. item ait p̃tor,
ver.nã ſi fuit procu.ff.eo.quib.ex cauſ.maio. & ſeqtur Alu.in
d.c.i.quo tpe miles.ſecus ecõtra, per leges citatas. Fallit tertio,
ſi filius vel agnatus iuſte ignoraret eſſe feudum, quia forte ex-
teris in locis hactenus verſatus, mortuo patre accius, allodia-
lia eſſe putaret.arg.c.1.§.ſi vaſallus, verſ. vaſallus, ſi de feu.de-
21 fun.cont.ſit, l.qui in alterius, ff.de reg.iur. † Fallit quarto, ſi mi
nor quatuordecim annis, ſiue doli capax, aut ꝓximus puber-
tati, aut non, vaſallus factus fuerit, etiam ſi tutorem habeat.p
c.j.§.ſi quis per triginta, ver.ſi minori.vbi Alu.cum §. ſequẽti,
ſi de feu.defun.cont.Si tamen adultus eſſet, quatuordecim an
nos natus, iam intra dictum tp̃s petere debet, alias feudũ amit
22 tet.c.1.§.præterea.1.de prohi.feu alie.per Fede.† Reſtitueretur
tamen in integrum, ſi læſus eſſet, ita Alua.Præpo.Martin.Lau.
in d.c.1.quo tempore miles, Zaſ.in 7.par.Cur.in 4.par.fol.338.
de quo tñ dubito nonnihil, ꝑꝑ expreſſum dictum. §.p̃terea, &
maxime cum in delictis reſtitutioni locus eſſe nõ ſolet.l.ſi ex
cauſa, §.nunc videndum, ff.de minor.l.j.& 2.C.ſi aduer.deli.Si
ergo culpa curatoris adulti tempus iſtud præteriit, ad eũ pote
rit recurſum hr̃e, arg.l.2.C.de fun.pat.& ar.§.ſtudiũ vero, verſi.
ſi vero lis agatur.in Aut.de trien.& ſemi.ar.l.3.§ pen.ff.de reb.
eo.& inuenio poſt multa ita tenere Bar.& Caſt.ĩ §.2.ibi, & ita
dicendum, in ti.de fidez.Fallit quinto, ſi duo dñi de feudo liti-
garent, & dubitaretur vter eorum eſſet dñs, hoc caſu proteſtã-
do, ꝙ peteret inueſtituram, ſi certum dñm cognoſceret, ẽt ex-
cuſabitur.Ita Old.in conſ.22. quem ſequit̃ Zaſ in 7.part.Fallit
ſexto, nẽpe ꝙ feudum non amittit in caſu vbi tpe elapſo, ad-
huc inueſtiret dñs ſciens, & ſeruitia acceptaret.Nam p hoc vr̃
renunciaſſe iuri ſuo.gl.in d.c.1.& ibi Docto. quo tpe miles, &
Bal.in c.1.quæ fuit prima cau ben.ami Fallit ſeptimo, in caſu
qñ dñs tertio alicui concedit feudũ, vaſallo alio adhuc feudũ
vere poſſidente.Hoc.n.caſu, c.j.qui ſucc.tenean. licet feudi cõ-
ceſſio ſeu abuſiua inueſtitura facta eſt, non tñ iurabit fidelita
tẽ ante traditionẽ realem.ita Cur.in 4 par.nu.23.fol.343.Alu.
in c.1.quæ fuit prima cau.ben.ami.And.de Iſer.in c.1.de c.Cõ
23 rad.† Fallit octauo, ſi tpe belli, quo tuto venire non licuit, non
petierit inueſtiturã.tex.in l.in cauſis §.vaſalli de pace Conſt.&
ibi eleg.gl.Fallit nono, ſi feudũ eſſet exiguũ: Illo ẽt caſu non
amittit, ſi intra tp̃s legitimũ inueſtitura petita non ſit: Ita Lud.
Ro.ſingulari ſuo.cxviij.inc.Tu qui habes feudũ. Et refert alibi
Alu.vt in c.i.nulla, per quos fiat inue.Iac.de Ard. ita tenere, ꝙ
24 eſt notandũ, † quia apud nullos alios inuenio, & feudum ma-
gnũ vel exiguũ cognoſcet, ex qualitate perſonæ vel rei, vt Ro
ma.dicto loco.Fallit decimo, ſi defuncto, & ſuis ſucceſſoribus
iuraſſet, & inueſtituram accepiſſet: ita Bald.in c. i.quæ fuit pri.
cau.bene.ami.c.veritatis, ext.de iureiu.Fallit vndecimo, ſi igno
rauit prædicta non currunt.gl.Alu.& cõiter Doct.in c. j.quo
tpe miles.Poſtremo, quia iam docuimus vaſallũ dño ſuo, eiuſ
q; hæredibus teneri, vt intra tp̃s legitimum fidelitatis iurm̃ prę
ſtet, iurando dñm iuuare contra omnes, excepto Imperatore,
Rege, & antiquiore dño.Nunc videamus, qñ, & quamdiu, cu-
25 ius ſumptibus, & quo in loco, iuuare debeat.† Quoad primũ,
qñ iuuare debeat, dicetis nõ antea quam requiſitus a dño fue
rit.Et ergo etiam ſi dñs per centum annos ſtaret, ꝙ ſuper ſerui
tũs vaſallũ non requireret, p hoc tñ non punietur, nec feudo
priuabitur.c.1.§.licet.ſi de feu.defun.cõten.ſit inter do.& agn.
vaſ.c.i.§.i.hic finitur lex, in c.i.§.ſi.an ille, qui interfe.fra.domi-
ni ſui.Et hoc verum dicetis, niſi dñm obſideri ſciret, cum nun
ciare poſſet, aut ingens periculum ei inſcio imminere. Tũc ẽt
non requiſitus ſeruitiũ præſtare debebit.tex. eſt in d. §.licet, &
in c.i.§.i.hic finitur lex, deinde conſue.reg.Secundo ẽt tunc iu-
uare dñm debet, cum belli iuſtã cauſam fouet, vel ſaltem de
26 eo dubitatur, iuſta ſit, an non, c.i.hic finitur lex, deinde cõſue.
reg.&c.nec in talibus exquirendis curioſus vaſallus eſſe debet
d.c.i.hic finitur lex.† Cæterum ſi iniuſtam cauſam dñm fouc-
re ſciret, certe iam non teneretur vel corpore vel conſilio iu-
uare, ſi vult, ad defendendam tamen domini perſonam iuua-
27 re debet, ſed non ad offendendum alium, d.c.i.in princi.† ſicut
nec eo caſu, quo eſſet dñs excommunicatus vel bãnitus, & nõ
dum reſtitutus.d.c.i.in ſi.hic finitur lex, deinde conſue &c.Sed
dicit aliquis, ſi ecõtra vaſallus eſſet excommunicatus, an is ẽt
28 dño opem ferre teneatur: † Paucis dicendum, quod ſic, ar.c. cũ
inter, de exce.& c.intelleximus, ext.de iud.Præp.in c.1. de a...
feu.& ratio eſſe poteſt, quia alias per excommunicationẽ a...
leuiarentur, qui maxime grauari debẽt, quo citius ad gremiũ
Eccleſiæ reuertantur.ita eſt mens d.c.cum inter, & c. intelle...
mus.Nunc ad alteram partem, q̃ diu, ſ.iuuare dñm debeat, ...
ſcamus.Et paucis, dicetis, ꝙ dominum ſuum non poſſit re...
quere in prelio, quam diu mortuus non eſt, aut non le...
ter vulneratus, tex.eſt in c.i.quib.modis feu.amitt.titu. 1.q...
29 æquiparantur.† Sed cum hic dubitari poſſet, quando cen...
lathaliter vulneratus, dicetis ex Bal.ſentẽtia, tunc demum, cu
ſecundũ medicinę regulas, & peritos in ea arte nõ poſſe eua
dere, vel admodum difficulter quod puto verum.arg.c. ex l ite
30 ris, de frigi. & malefi. † Magiſtris enim in arte credendũ eſt.
ff.de veni.inſp. Sed dicet aliquis, quid ſi vaſallus dominum ...
miſerit, abſq; tamen incommodo eius, quia fortaſſis ęque ſu-
perauit hoſtem, quo caſu non interfuit domini, au fugiſſe, vel
non.Paucis dicetis, per hoc ęque feudum amitti, q a ſola fuga
ad hoc ſufficit: d.c.i.quibus mod.feud.amit.vbi Bal.& Aluaro.
quos ſequor.Zaſi.tamen putat in 10.par.fol.62.in prin. p hoc
non amitti, ſed male.Non enim aliis peſſimo exemplo eſſe de
bet, fugęque exemplum pręſtare.ar.l.omne delictũ, ver. qui in
32 acie, ff.de re mi.Et quam grauiter deſertores hi olim a Roma
nis puniri ſolent, alibi pulchre refert Dionyſius Halycar. lib.
9.antiquitatum.Rurſum, quęret aliquis, quid ſi vaſallus ampu
tatis brachiis, & ſic non lethaliter vulneratus, aufugeret, re in
quendo dñm, nec mortuum, nec lethaliter vulneratũ, an hoc
poterit: Hanc qõnem mouet gl.in d.c.i.quib.mod.feud.ami.&
concludit, ꝙ ſic, quia nihil intereſt domini, iam ibi manere va
ſallum, cum eum iuuare non poſſet: ꝙ facile verum puto, niſi
aliis membris adhuc domino ſuppetias ferre poſſet, velut cla
more ſimilibuſq; actibus.Tũc.n.ſi abſcederet, ęque feudo pri
uaret, vt quoque Bal.voluiſſe vr̃.in d.c.i.ar.l.i.§.occiſorum ver
ſi.potuiſſet, ff.ad Silla. Cęterum ſi vaſallus ipſe lethaliter vul-
neratus eſſet, vel mortem ſibi imminere videat, tũc vitam ſuã
vitę dñi pręferre poſſit, & libere decedere, ita intelligo.c.1.qui
bus mo feu.ami.ad qđ facit.c.i de feudo ſine culpa nõ ami.&
gl.quã ſequitur Alu.in d.c.i.quib.mod feu.am.licet ſeruus hoc
non poſſet.d.l.j.§.occiſorum, ver.ſerui quoties, ff. ad Sil.vt de
Pauepionis ſeruo apud Val.li.6.capite 8.legim.Finaliter, q a an
tea diximus, vaſallum dño teneri, vt eũ contra oẽs iuuet, exce
ptis pſonis enumeratis, non abſonum fuerit hic declarare &
ſubiicere, an contra patriã propriam, propriũ patrem, filium,
vel fratrẽ, iuuare teneatur.Et primo vr̃ ꝙ ſic.p c.j.§.ſi. hic ...
lex, deinde conſue.reg.incip.Sed paucis.Primo, quoad pa...
dicetis, cõtrariũ.tex.elegãs ad hoc, & vnicus in l.in cau... § va
ſalli, & ibi quoq; gl.de pace.conſt.qđ eſt notandum.Scđo quo
ad p̃rem & filiũ, ẽt ſi contra eos tex.eſt apertus, quẽ Alu.& alii
Doc.ſequuntur, in c.j.§.ſi.hic finitur lex, deinde cõſue.&c.quẽ
Alu.& alii Doc.ſequuntur.exiſtimarẽ tñ cõtrarium potius te-
nendũ, & legẽ talẽ nullo mõ ſeruandã, cum contra p̃cepta ſit
diuina, patrẽ offendere, q̃ p̃cepta Chr̃i haud dubie pluris ſunt
facienda, q̃ priuatę ille conſuetudines ſeu leges.Sunt.n. abomi
nabiliter iniquę, q̃ nõ ſolũ apud Chriſtianos, verũ ẽt apud eth
nicos, contra pietatẽ parentib.ex natura debitã ſceleratiſſime
pugnant.Quid.n.fœdius, periclitante p̃re vaſalli cũ dño pugnã
te, partib.dñi aſſiſtendo impie paterno ſanguine madefaceret
man⁹? Quis uel ethnicus iſtud probaret: Pręterea cũ qs contra
patriã propriã pugnare non obligatur cũ dño (vt ſup.probaui
mus, ꝙ oẽs ẽt Doc.ſequuntur) quare id non rõne eadem in pa
tre admittunt? cum p̃r patrię ſit pręferendus, ut ex Decalogo
ſeu quarto p̃cepto Chriſti conſtat, nec ob.ꝙ Spec. patrem pro
patria interfici poſſe adſert.in §.qm̃.in ti.de feu. Et ſic patriam
patri pręferendam, ex l.minime, ff.de relig.& ſump.fune. quia
dicimus iſtud non eſſe ſimpliciter verum, niſi in caſu ſpeciali,
vbi p̃r proditor patrię eſt, alias ſecus.Et ergo, licet in uno illo
caſu pręferatur, non tamen ſequitur quod ergo in omnibus
in genere obſeruetur. Male enim ab uno particulari ad uni-
uerſale arguitur, & quod hic diximus de patre, idem intelli-
mus de filio, cum natura hoc quoque prohibet, quę immuta
bilis eſt: Nec obſtat Doctorum in ea parte ratio, qui aiunt,
uaſallum patri & filio ſolum obligari uinculo naturali, domi
no uero uinculo iuramenti, atque ideo ſtrictius teneri, Docto.
in dicto, capitu.primo, §.fina. hic finitur lex. deinde conſuetu
dines regni incipiunt .] quia reſpondeo iuramentum non
eſſe debere uinculum iniquitatis, nec ſeſſe obligatorium
con-

contra bonos mores præſtitum iuramentum.non eſt obliga-
40 torium,de regu.iut.in vj.† Quis enim diceret hunc obligari,
qui promitteret patrem occiſurum,vel ſimile? Nemo certe.
Nam non poſſet ſine detrimento ſalutis æternæ ſeruari, nec
fieri, non ergo ligat.capit.cum contingat, extra de iureiur.
cap.2.de pactis,in 6.De fratre vero aliqualiter admittere poſ
ſumus,in quo non ita ius naturale ſtringit, ſecundum iſtud:
Fratrum quoque gratia rara eſt.Et prædicta quoque tenet Za
ſius.in 7.parte,folio 29.mihi.† quem ſequor. Rurſus quæret
aliquis quid ſi vaſallus ipſe controuerſiam cum domino ha
41 beret,an dominum contra ſe iuuare debeat? Paucis dicite,ꝙ
non: nam in omnibus pactis ſeu contractibus in genere ini
tis perſona loquentis ſemper excipitur glo.in cap.petitio, de
iureiu.tex.& quæ ibi notantur,in l.inquiſitio,C.de ſol.& DJ.
42 in cap.j.§ fina.lex &c.† Ordinaria enim charitas a ſeipſo inci
pit cap.ſi non licet, 23.quæſt.v.quare ſi domino promiſit ca
ſtrum vel arcem contra quemcunque defendere, tamen cō-
tra ſeipſum non tenebitur.d.glo.cap.petitio,& Docto. in di.
§.contra omnes,hic finitur lex.

Poſtremo.qd ſi dux Brabātiæ ſi forte vaſallus ſit regis Frā-
ciæ,reſpectu Flandriæ, petitus a rege Angliæ vel ſimili ꝑ ope
ferenda contra francum feudi dominum, an per hoc feudū
Flandriç amittet,pugnando cōtra dominum ſuum pro An-
glis, vel ſimilibus? Breuibus videtur, quod non. Nam cum
plura habeat territoria Dux Brabantiæ quam Flandriam, ꝑ
ſe,vel alio in feudum, reſpectu aliorum territoriorum pote-
rit ſemper licite alium quemlibet iuuare, contra proprium
etiam dominum:quod ſecus eſſet, ſi niſi illud vnum territo-
rium Flandriæ haberet. Ita pulchre dominus Præſes tenet in
locis ſuis legalibus.Dominus Præſes, in loco ſuo legali,a tan
quam.vbi limitat ita generale dictum,nēpe dominum offen
dere,nec contra eum delinquere poſſe, quod bene notandū
& memte tenendum foret, verum ſi eſſet.† Nūc reſtat videre
43 cuius ſumptibus ſeruire domino debeat, cum iuuando. Et
paucis, ſi in inſtrumento Inueſtituræ de ſumptibus cautum
eſt,res non habet dubium.Si vero nihil cautum, ſed conſue-
tudine modus præſcriptus eſt, iam rurſum dubitationis nihil
res habet.Tertio vero,ſi nihil horum eſt,tūc puto diſtinguē-
dum,an feudum ſit ſatis opulentum & pingue,an minus: ſi
pingue ſatis, iam puto ſuis proprijs ſumptibus inſeruire de-
bere.argum.l.ſuo victu,de oper.liber.& ita tenet Specu.in ti.
de feud.§.quoniam,verſicu.22.Bald.in cap.primo.de capit.q
cur.vend.& alij Docto.Alua.in cap.primo.de noua forma fi
44 del.circa finem.† Si vero non pingue feudum ſit, tunc puto
domini ſumptibus ſeruiendum, vt quoque tenere videtur
Zaſius.in 7.par.fo 31.& Aluaro.in d.cap.j.de noua forma fi-
de.Poſtremo,iam videamus,quo in loco ſeruire domino de-
beat.Relictis ambagibus dicetis, non ſolum intra territoriū
domini, ſed etiam extra territorium:hoc tamen caſu, cum
extra territorium pergit,domini ſumptibus ſeruiet. Aluaro.
in cap.j.de noua forma fid.qui allegat in argum.l.cum ſępe,
C.de erogatio.milit.annonæ.lib. 12. Si tamen nimis remote
extra territorium ducere vellet,& vagari latius, quam ęquū
eſt,hoc caſu etiam licite vaſalli recuſare poterunt, maxime
ſi nouas ibi acquirere terras affectauerit:ſecus, ſi in locis re-
motis iam terras habeat.Pro illis enim defendendis debebūt
ſeruire.ita Aluaro.in cap.pri.quib.mod. feud.amitta.tit.j.Præ
dicta vera ſunt,niſi vaſallus duceretur in exercitum Impera-
toris dum pergit Romam pro ſuſcipienda corona.cap.j.§. ſi-
militer,de cap.Conra.cap.primo.§.vt autem,de allod. Idem
ſi domini vaſallorum contra hoſtes Imperij Romani profi-
ciſci cogerentur.His enim caſibus debebunt comitari,etiam
ſi longius extra territorium domini ducti fuerint. Et illi qui
olim domino non concomitabantur ad expeditionem ī ho
ſtem, vel ad ſuſpiciendam Romæ coronam, dabant ꝓ mo
dio fructuum in Lombardia xij.denarios.In Alemania vero
tertiam partem fructuum eius anni,quo expeditio fieret.d.c.
45 j.§.ſimiliter,de capi.Conra.d.cap.j.de allo. in fine.† Hodie ve
ro alio iure vtimur: Nam vaſallus hodie vocatus,vt domino
comitetur, aut ipſe venire, aut alium æque habilem, & do-
mino acceptabilem mittere debet, quod ſi non fecerit dimi-
dium fructuum feudalium rerum illius tunc anni ſubmini-
ſtrare habet,alioqui feudum perdet.tex.eſt in ca.j.§. firmiter,
46 de proh.feu.ali.per Fede.& d.cap. pri.de allo.† Et quanquam
ī aliquibus prædictis caſib. diximus,vaſallum teneri ſuis ſum
ptibus domino ſeruire, creditoribus tamen preſſum domi-
num, æreque alieno grauatum ſubleuare, vaſallus neceſſe
non habet, nec dominum pro debitis carceratum liberare,
ita Aluarotus.in §.licet,ſi de feu.defunct.content.ſit.vbi plu-
ra ad hoc allegat.& eſt gloſſa quæ expreſſe hoc habet. glo.c.
j.§.non eſt conſuetudo,de alie. feudi paterni.† Hinc quoque
47 conſequens eſt, quod vaſallus neque alere dominum cogi
poſſet.ita Bald.in l.j.§.ſed ſcimus,C.de lati.liber.tollen.quan-
quam Patronum libertus alere tenetur. Vult tamē Specula-
tor vaſallum ſuppetias ferre debere domino in ſubſidium
pro filia nuptui danda.in tit.de feu. §. quoniam ad finem ſe-
quitur Hoſt.in ſua ſumma de immun.eccl.tit §. j.quem ſequi
tur Zaſius in 7.par. fo.31. & dicit conſuetudine confirmari.
Sed certe equidem de iuris rigore contrarium putarem ve-
rius:nam ſi non tenetur inopem alere dominum,in quo oēs
conſentiunt Docto. & ipſe Zaſius, quare diuitis, vel etiam
pauperis,teneretur dotare filiam? cum maxime dos detur ꝓ
ſuſtentanda familia. Quid enim aliud eſt filiæ dotem dare, q̄
alimoniam ſubminiſtrare? ſi ergo filiæ teneretur, vtique &
ipſi domino negare non poſſet,cum filia melioris conditio-
nis eſſe non debet,quam ipſe dominus:reſpexit enim (vt opi
nor)Zaſius,ad ea quæ habet Diony. Hlycar.lib. 2. antiquita-
tum de clientibus & patronis, a quibus ſumpſiſſe feuda origi-
nem,in prima ſua parte protulit:ſed nihil eſt, vt in noſtra
prima parte de origine docuimus. Erat enim ibi alia cauſa,
vt ibi diximus,non etiam ignoro, Præpoſi.idem de dotanda
filia,non ſolum ad legitimā filiā, ſed & ad filiā ſpuriā exten-
dere.in cap.i.§.ſimiliter,de cap.Conr.ſed primum abſurdum
ſatis probaui,ita multo magis abſurdum in iſta parte exiſti-
mo, vt dignum non ſit, vt hoc refutem. Et hæc ſufficerint.
48 † Nunc ad rem redeamus. Tertio,ad hoc etiam vaſallus do-
mino tenetur, quod accuſare eum non poteſt, nec teſtimo-
nium contra eum dicere, nec eum eo litigando efficere, vt
de calumnia iuret.tex.in cap.j.§.in quibus,de conſue. re.feu.
neque interdictum vnde vi erga eum intentare. argum.l.i.§.
interdictum, ff.de vi & vi arma.actionem ergo ſimplicem in
factum,& nullā famoſam in eum producet.glo. in cap. j.de
milite vaſal.qui contumax eſt.vbi Aluar. quem ſequitur Ab
49 bas in cap.cæterum,de iud.† An ſine venia in ius vocare poſ
ſit dominum,dicta glo. dubitat: & tandem putat non poſſe,
50 ſicut nec libertus.† In qua ſententia etiam eſt Alexan.in l.ge
neraliter,ff.de in ius vocan. Quarto, rurſum vaſallus ad hoc
domino tenetur, quod feudi conditionem non deteriorem,
ſed meliorem facere, vel ſaltem ſalua ſubſtantia relinquere
debet.glo.in cap.i.de alie.feu.pater.argum.l.æquiſſimum.ver.
fructuarius,ff.de vſufruct.tex.apertus in cap.j.§.ecōtrario, de
inueſt.de re alie.fac.† Et ergo vaſallus non incidere arbores
51 frugiferas poterit argum.l.æquiſſimum.ff.de vſufruct.niſi cō
ſuetudo admitteret. Eſt enim quodammodo inſtar vſufru-
ctuarij.cap.j.§.quamuis,de inueſt.de re alie.fac.Nec ſeruitutē
imponere.rei feudali in domini præiudicium debet,in ſuum
52 tamen pręiudicium poſſet.† Et ergo ille quamdiu poſſidet,
manebit quidem ſeruitus,eo vero decedente,nulla etiam ob
ſtante preſcriptione, dominus rem ſuam liberam reuocabit.
tex.eſt in cap.j.§. quid ergo, de inueſt. de re alie.fact.quod ta-
men verum hactenus putarem, niſi dominus ſciens imponi
ſeruitutem non prohibuiſſet. Hoc enim caſu pręſcribi poſſe
exiſtimarem.argum.l.qui iacet,ff.de regu.iur.& ſimiliter.arg.
cap.j.§.pręterea, quib.mod.feu.amit.tit.i.iuncta.l.ſi quis diu-
turno,ff.ſi ſer.vend. Quinto ad hoc vaſallus domino tenetur
pro beneficio ſemel accepto, quod etiam ſi rurſum domino
refutauerit(quod poſſit)tamen æque cauere debebit,ne ī ve-
terem dominum committat.tex.eſt elegans,in cap. j. in fi.de
vaſal.qui contra conſti. Lotha.feudum alie.& ibi elegans gl.
quæ docet, memoriam prioris beneficii non debere abole-
ri,argum.l.ſi.ff.de decurio. Et ergo, ſi contra fecerit,egregiè
extraordinariè punietur.glo.in d.cap.i. vbi Docto. de vaſal.q
contra conſtit.Lothar. regis &c. Et hæc duo ad partem vn-
decimam ſufficerint, nunc duodecimam arripiamus, quæ
eſt elegans.

SVMMARIVM.

1 *Septem modis potiſſimum feudum amittitur.*
2 *Quomodo vaſallus ingratitudine per contemptum feudum amittat, per 6.concluſiones cum ſuis fallentiis.*
3 *Vaſallus non petens inueſtituram infra tempus legitimum, feudum amittit.*
4 *Dominus ſi vaſallo petenti debito tempore inueſtituram neget,feudi proprietatem amittit.*
5 *Vaſallus a domino euocatus ad expeditionem, pro ſe ſubſtitutū ſibi ęqualem mittere poteſt.*
6 *Vaſallus non excuſatur per ſubſtitutum, ſi alteri corpore, ſeruire valet.*
7 *Vaſallus, licet contra ſuum patrem vel filium, dominum iuuare non teneatur corpore,fructus tamen feudi medios domino mittet.*
8 *Impubes an teneatur domino ſeruire euocatus per ſe vel ſubſtitutum ante pubertatem.*
9 *Vaſallus an ſemper euocari debeat,& non vltro aliquando venire.*
10 *Quomodo vaſalus ingratitudine mere delinquendo feudum amittit.*
11 *Lethaliter vulneratus quis dicatur.*
12 *An vaſallus dominum extra prælium cum hoc vel illo pugnantem iuuare teneatur.*

In

In dubio præſumitur dominus ex lethali vulnere deceſſiſſe ibidem.
13 *Vltimo vulnerans pro homicida habetur.*
14 *Vaſallus dominum in pugna deſerens, cadit feudo, etiam ſi mox redeat.*
15 *Vaſallus dominum de periculo quam primum certiorem reddere debet.*
16 *Vaſallus cum vxore domini adulterans, feudo cadit.*
17 *In pœnalib. non debet fieri extenſio.*
Vbi verba clara ſunt, non eſt locus diuinationi ibid.
18 *Sponſa dicitur ſæpe vxor.*
19 *Vaſallus matrem domini ſtuprans, an cadat.*
20 *Vaſallus concubinam domini ſtuprans cadit.*
21 *Vaſallus prælati cum domini concubina rem habens, non cadit.*
22 *Vaſallus cum pediſſequa domini concumbens, an cadat.*
23 *Vaſallus non ex omni periurio priuatur.*
24 *In maleficiis tam voluntas quam effectus inſpicitur.*
25 *Ludus in delictis non intelligitur.*
26 *Oſculum & amplexus vxoris domini an priuent vaſallum.*
27 *Vaſallus internuncius inter vxorem domini & adulterum, priuatur.*
28 *Vaſallus domini filiam, neptem, nurum, vel ſororem ſtuprās, an priuetur feudo.*
29 *Nefanda in domo domini perpetrata, ad maiorem iniuriam ſpectant domini.*
30 *Videre filiam vel ſororem ſtuprari, grauius eſt viro cordato, quam occidi.*
31 *Vaſallus dans operam, vt cum domini filia, nepte, nuru, vel ſorore concumbat, an cadat.*
32 *Vaſallus vxorē domini, vel filiam, nurum, vel ſororem cognoſcens, non cadit.*
33 *Ignorans coniugem alterius cognoſcens, non committit adulterium.*
34 31. *Vaſallus cadit iiſdem cauſis ex quib. filius exhæredari, vxor repudiari, & donatio reuocari poſſit.*
35 *Vaſallus ſciens vicum vel caſtrum eſſe domini ſui, & tum illud vi aggrediens, ſiue dominum vel dominam ineſſe ſciat, ſiue non, feudo cadit.*
36 *Non ex quauis cauſa, vnde vaſalli opinio minuitur, feudum perdit.*
37 *Grauis iniuria quomodo æſtimanda.*
38 *Vaſallus domini vitæ inſidiari proponens, ſed a propoſito deſiſtens, non cadit.*
39 *Allegans probare debet.*
40 *Vaſallus, ob inſidias domino factas, priuatus feudo, tenetur adhuc leg. Cornel. de ſica.*
41 *Duob. dominis inter ſe bellātib. quomodo vaſallus ab vtroque requiſitus, ad ſeruiendum ſe gerere debeat, & quid in dubio.*
In iuramento fideli. Imperator ſeu princeps excipitur ibid.
42 *Vaſallus quo caſu contra Imperatorem pugnare poſſit.*
43 *Vaſallus cum domini inimicis in perniciem eius amicitias contrahens, cadit.*
44 *Onus probandi contrarium transfertur in eum, cōtra quem ſunt vehemētes præſumptiones.*
45 *Vaſallus plures ditiones feudales a pluribus dominis habens, poteſt cōiūgere amicitiam cum inimico alicuius illorum, reſpectu ditionum, quas ab aliis dominis tenet.*
46 *Delator domini ſui, aut illum captiuum liberare nolens, cadit.*
Delator hoc loco quid ſignificet. ibid.
47 *Accuſator domini ſui, an cadat feudo.*
48 *Vaſallus fideiuſſor dominum ſuum accuſantis, vel inſtigator vt dominum accuſet, an cadat.*
49 *Fallentiæ aliquot gloſſæ ordinariæ melius diſcuſſæ.*
Argumentum a liberto ad vaſallum eſt valde debile.
50 *Minor 25. ann. accuſans, dominum, cadit, contra Alua.*
52 *Interficiens aliquem vnde paricidia dici poteſt, cadit.*
53 *Proditorie quemcunque interficiens vaſallus, cadit.*
54 *Vaſallus fratrem domini interficiens, quare non priuetur.*
Dominus fratrem ſuum proditorie occidens, an perdat ſuum dominium. ibidem.
55 *An vaſallus ob adulterium vel ſimile crimen cadat.*
56 *Vaſallus ſi ſibi mortem inferat, cui cedat feudum.*
57 *Vaſallus inceſtas contrahens nuptias, cadit.*
58 *Accurſius notatus.*
59 *Vaſallus ita inceſtum committens, vt eius bona iure Ciuili veniant confiſcanda, cadit ſuo feudo.*
60 *Vaſallus filium vel domeſticos ſuos, domino per eos grauiter offenſo non reconcilians, aut ſaltem abdicans, cadit.*
61 *Vaſallus vaſallum ſuum, domino grauiter offenſo, reconciliare nolens, cadit.*
62 *Vaſallus ſecreta domini doloſe reuelans, cadit.*
63 *Vaſallus quod habet feudum, negans doloſe feudum eſſe, cadit.*
64 *Vaſallus canonem ex pacto quotannis domini debitum per triennium nō ſoluens, an cadat.*
65 *Tempus certum contractus adiectum, interpellat pro homine, & debitorem in mora conſtituit.*
66 *Partes ex pacto contractus naturam mutare poſſunt.*
67 *Vaſallus rem feudalem deteriorem faciens, cadit.*
68 *Vaſallus contra dominum teſtimonium dicens, priuatur, cum fallentiis.*
69 *Confiſcatis omnib. bonis vaſalli, an feudum quoque perdatur.*
70 *Quomodo quaſi contendendo nempe alienando, feudum amittatur.*
71 *Conſuetudines olim diuerſæ circa feudi alienationem.*
72 *Feudum libellario nomine alienatum.*
73 *Alienatio feudi hodierna, & circa illam obſeruatio, cum ſuis fallentiis.*
74 *Scriba inſtrumenti alienatio. feudal. ſine domini conſenſu, quomodo puniēdus.*
75 *Emptor feudi ſi malæ fidei ſit, perdit rem & pecuniam.*
76 *Fiſcus malè acquiſitorum ſucceſſor eſt.*
77 *Bonæ fidei emptori vaſallus feudum ſine domini conſenſu alienans, pecuniam cum intereſſe reddere tenetur.*
Ratio quare feuda nullo alienationis titulo a vaſallis ſine dominorum ſeu alienari poſſunt. ibid.
78 *Partem feudi alienans, eam duntaxat perdit.*
79 *Feudum an filiæ in dotem dari poſſit.*
80 *Vxor manet domina dotis.*
81 *Vxor poteſt marito feudum in dotem dare, ſed non æſtimatum.*
82 *Feudum an ſine conſenſu domini in emphyteuſim dari poſſit.*
83 *Feudum locare an liceat.*
84 *Locatione per longum tempus transfertur vtile dominium.*
85 *An per vltimam voluntatem ſuper feudo vaſallus diſponere poſſit.*
86 *Ius canonum iura feudalia ſequi non dedignatur.*
87 *Vaſallus factus religioſus an feudum amittat.*
88 *Rei legatæ cuius commercium non habetur, nec eius æſtimatio debetur.*
89 *Vaſallus ſuper feudo cum voluntate domini diſponens, non præiudicat vaſalli hæredibus.*
90 *An feudum pignorari poſſet ſine domini conſenſu.*
91 *Subinfeudatione per ordinem in diuerſos facta, cuius conſenſum vaſallus vltimus in caſu alienationis requirere debeat.*
92 *Vtile dominium a plurib. ſæpe inſolidum poſſidetur.*
93 *Vaſallus alienans ſine conſenſu tam mediati, quam immediati domini, ad quem eorum nunc reuertetur feudum.*
94 *Alienatio feudi in agnatum vel deſcendentem, an permiſſa ſit ſine domini conſenſu.*
95 *Conſuetudo loco ſpecialis derogat conſtitutioni generali, quando non eſt conſuetudinis derogatoria.*
96 *Limitatio ad id quod dicitur, contra vtilitatem publicam conſuetudinem non valere.*
97 *Vaſallus defendens proprietatem feudi, vel de ea tranſigens, an præiudicet domino.*
98 *Vaſallus eſt quaſi procurator in rem ſuam.*
99 *Alienatio non dicitur ante traditionem.*
100 *Omnis oppignoratio feudi prohibita, cum limitationib. aliquot.*
101 *In fauorem facta, non ſunt in odium torquenda.*
102 *An vaſallus fructus feudi, quam diu voluerit, vendere poſſet.*
103 *An feudum in vſumfructum dari poſſit.*
104 *Vſufructuarius alteri cedendo vſumfructum, perdit illum.*
105 *Dominus ex feudo a vaſallo oppignorato fructus lucratur, alius autem creditor non, ſed computatur in ſortem.*
106 *Vaſallus poſt venditum feudum, ſi alleget ſe ignoraſſe feudum fuiſſe, quid iuris.*
107 *Non debemus eſſe autores periurii.*
108 *Vaſallus dicens ſe ius feudale ignoraſſe, an audietur.*
109 *Miles & fœmina non tenentur tam ſtricte iura ſcire.*
110 *Emptor feudi ignorante domino, vaſallo ne an domino illud reddere teneatur.*
111 *Rem & precium ſimul tenere, contra bonam fidem eſt.*
112 *Contra feudum illegitimè emptum reſtituere nec domino nec vaſallo volenti, quomodo procedendum.*
113 *Refutatione quomodo feudum amittatur.*
114 *Vaſallus an domino etiam inuito feudum refutare poſſit.*
115 *Obligatio certorum ſeruitiorum an magis ſtringat quam incertorum.*
116 *Generis obligatio non niſi in ſpecie ſolui poteſt.*
117 *Quando vaſallus inuito domino refutare non poſſet.*
118 *Vaſallus quib. nam feudum refutare poſſet.*
119 *Quando agnatus agnato, vel pater filio feudum refutat, accipiens infra legitimum tempus inueſtituram capere debet.*
120 *Habens vnam partem feudi, & reliquam emptione vel refutatione accipiens infra tempus capiendæ inueſtituræ, vnica inueſtitura totum accipiet.*
121 *Feudum accipiens donatione, reſeruato donatori vſufructu, an donatarius inueſtituram infra legitimum tempus accipere debeat.*
Quæ vis, & quis ſit effectus refutationis. ibid.
122 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*
123 *Refutatio domino facta non mutat qualitatem feudi reſpectu aliorū quorum intereſt.*
124 *Vaſallus ſubuaſallos habens, ſi feuda ſua refutarit domino ſuo, an ſubuaſallis teneatur de euictione.*
125 *Subuaſallus quomodo feudum a domino ſuo ſuperiori domino refutatum, ſeruabit.*

126 *Vaſal-*

126 *Vaſallus ſubinfeudans, quare ſui ſimilem infeudare teneatur.*
127 *An mortuo ſubinfeudante hæredes eius ſubinfeudato aut feudum relinquere, aut æquiualens tradere teneantur.*
128 *An qui ſubinfeudauit vlteriorem in gradu, idem feudum proximiorem viuente priore, refutare poſſit.*
129 *Primus vaſallus ſi ex delicto feudum (de quo alium ſubinfeudauit) perdat, an teneatur ſubinfeudato de euictione.*
130 *An hæredes vaſalli teneantur de euictione, vbi feudum ſubinfeudari per mortem redit ad priorem dominum.*
131 *Quomodo feudum defectu amittatur.*
132 *Poſſidens feudum ſi fiat mutus, ſurdus, vel alias imperfectus ad ſeruiendum domino, an amittat feudum.*
133 *An mutus, ſurdus, vel alias imperfectus, perdat antiquum ſeu paternum feudum.*
134 *Diſtinctio autoris noua, quando mutus, ſurdus, vel alias imperfectus retineat feudum, & quando non.*
135 *Feudum ex defectu accidentali & inſanabili amittens, ſi tenuis ſit fortunæ, honeſtè a ſucceſſore ſuſtentandus eſt.*
136 *Vitium irrecuperabile habens, quo minus domino ſeruire poſſet, non poteſt per ſubſtitutum ſeruire.*
137 *Vaſallus miles, aut alias ſecularis, clericus, aut conuerſus factus an amittat feudum.*
138 *Clericus ex laico factus in minoribus tantum conſtitutus, feudum non amittit.*
139 *Religioſus vel conuerſus infra annum probationis, feudum non amittit.*
140 *Ex apoſtaſia infamis non poteſt ſtare in curia domini.*
141 *Hæreticus non poteſt retinere feudum.*
142 *Papa ius quæſitum aliis, ſtante apoſtaſia non diſpenſata, non poteſt illis poſtea per diſpenſationem poſtea datam ſuper apoſtaſia, auferre.*
143 *Clerico ſi a principio feudum confertur, tacite cum domino conuentum eſſe cenſetur, vt per ſubſtitutum ſeruiat.*
144 *Miles aut alius ſecularis habens feudum ſeculare, & poſtea clericus, religioſus, vel conuerſus factus, per ſubſtitutum ſeruire non poteſt cõtra Doct. communiter.*
145 *Ratio prædictæ concluſionis.*
146 *Vaſallus erit eiuſmodi, vt ſeruire poſſit, ſi velit, aut ſaltem, vt ſperetur illum aliquando ſeruire poſſe.*
147 *Clerici æquiparantur vitioſis incurabilibus ad ſeruiendum domino.*
148 *Feudum datum laico ad tale ſeruitium, quod tam clericus quam laicus aut ſecularis præſtare poſſit, id clericus factus retinebit.*
149 *An filia habens feudum, & monaſterium intrans, per ſubſtitutum domino in bello ſeruire poſſet.*
150 *Quomodo feudum præſcriptione amittatur.*
151 *In præſcriptione non ſolum requiritur titulus, & bona fides, ſed etiam quod res ſit præſcriptibilis.*
152 *Quæ res præſcribi nequeant.*
153 *Feudum eo ipſo quod alienatur vitio afficitur.*
154 *Furti ſpecies eſt de alieno largiri.*
155 *Res feudalis domini non vaſalli eſt.*
156 *Accipiens feudum a vaſallo inſcio domino, an illud præſcribatur 30. uel 40. annis.*
157 *Conradi Imperatoris conſtitutio de feudis in futurum non alienandis.*
158 *Lotharii Imperatoris conſtitutio, quid Conradi conſtitutioni poſtea adiecerit.*
159 *Federici Imperatoris conſtitutio, quid ſuperioribus duab. ſ. Cõradi & Lotharii conſtitutionibus addiderit.*
160 *Vbi in caſu ſpeciali prohibita eſt præſcriptio, ibi l. cum notiſſimi. C. de præſcriptio. 30. uel 40. ann. non habet locum.*
161 *Ratio cur Imperatores. Conra. Lotha. & Feder. alienationes feudorum tã stricte prohibuerint.*
162 *Gloſſa ordinaria in dubiis firmiſſimus teſtis.*
163 *A uerbis textus non eſt recedendum, etiam ſi mille gloſſæ & Doct. cõtrarium teneant.*
164 *Præſcribere allodium ut fiat feudum, & præſcribere feudum ut fiat allodium, ſunt multum diuerſa.*
165 *Feudum contra dominum non præſcribitur etiam centum annis, niſi dominus ſciens & præſens illud patiatur.*
166 *Malæ fidei emptor nullo tempore feudum præſcribit.*

PARS DVODECIMA, QVOMODO FEVdum acquiſitum amittatur.

1 QVanquam † profecto cauſæ amiſſionis feudi ſub certa regula, aut definitione rotunda comprehendi non poſſunt, vt ipſe teſtatur Obertus. in cap. in quibus cauſis, feudum amitta. tamen pro modulo ingenij noſtri (quantum poſſibile fuerit) principaliores quoque nos enucleabimus cauſas, per certas concluſiones. Paucis igitur dicendum, ſe-
2 ptem modis feudum amitti. † Primo ingratitudine contemnendo dominum. Secundo, mere delinquendo. Tertio, quaſi cotemnendo, nempe feudum alienando. Quarto refutando. Quinto ex defectu. Sexto præſcriptione. Septimo morte.
3 † Primo itaque ingratitudine contemnendo vaſallus amittit feudum non petendo a domino, vel eius hæredibus (ſi paganus eſt) intra annum & diem: ſin miles, intra annum & mẽſem inueſtituram, præſtando fidelitatis iuramẽtum. c. j. quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. cap. i. de capit. Conrad. cap. 1. quo tempo. miles inueſti. petere debet. nec ſufficiet, ſi hæres vaſalli domino indicaret mortem vaſalli tantum intra tempus legitimum; quia oportet quod inſtet & petat inueſtiturã. ita Aluaro. in cap. j. quo tempo. miles inueſt. petere debe. poſt And. de Iſern. & eſt gloſſ. in cap. j. quæ fuit pri. cau. benef. ami.
4 † Econtra vero, ſi dominus illi negaret inueſtituram, rurſum per hoc vaſallus proprietatem lucrifaceret. ita Aluaro. in di. cap. primo. quo tempore miles, & communiter Docto. in ca. primo. quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. Hæc concluſio prædicta multas habet fallentias, verum cum hanc partem cum ſuis fallentijs in parte præcedente tractauimus, hic actũ agere opus non eſt, ſuperſedebo igitur. Secunda concluſio eſt, ſi vaſallus verbaliter ſeu abuſiue inueſtitus de feudo nouo, & interpellatus a domino, vel paribus Curiæ legitimè, vt præſtet fidelitatem domino offerenti realem inueſtituram, contumax extiterit, rurſum vt ingratus feudum amittet. text. eſt in cap. j. §. eſt & alia, quæ fuit prima cau. benefi. amit. Fallit hæc concluſio in feudo, quod non requirit iuramẽtum, (qđ fieri pacto poteſt. d. cap. j. §. eſt & alia, quæ fuit prima cau. benefi. amit.) Tertia concluſio eſt, ſi vaſallus a domino & curia interpellatus ſeu citatus, vt de culpa illi a domino impoſita ſe exponeret, non veniret tertia vice, vt contumax feudi poſſeſſione priuabitur. tex. in cap. i. de milite vaſal. qui contu. eſt. ſi tamen intra annum venerit ſe defenſurus, ſolutis tamen prius expenſis litis. l. ſancimus, C. de iud. hoc caſu reſtituetur illi poſſeſſio: ſi vero vltra annum diſtulerit, plene vtili dominio priuabitur. d. cap. i. de milite vaſal. qui contumax eſt. Et quantum dierum ſingulis citationibus dabitur, alibi docet. tex. in d. cap. i. vbi elegans quoque gloſſ. quæ pulchre docet citationis huius practicam. quanquam non male hoc iudicis arbitrio committi poſſit. Aluar. & Docto. dicto loco. Quarta erit concluſio, ſi vaſallus euocatus ad expeditionem à domino ſpatio competenti temere venire ſuperſederit, rurſum feudum amittet. tex. eſt in §. firmiter, de prohibi. feud. alie. per Fede. dixi ſpatio competenti, quia vt qualitas temporis & perſonæ inſpici vbique debet argumẽ. l. continuus. §. cum ita, de verbo obliga. ſic quoque ratio itineris haberi debet. l. 2. & 3. ff. ſi quis cautio. aliud quoque tempus dabitur, quo poterit commode ſibi neceſſaria ad expeditionem comparare, vt equos, arma, & ſimilia, ſuper quibus iudex ſoleres, ſi quæſtio de eo fieret, ſecũdum perſonæ qualitatem, itineris, & aliorũ. arbitrabitur: nam omnia ad nutum vaſalli non habent euocati. Aluaro. in d. §. firmiter, de proh. feu. alie. per Federi. Et quomodo iudex omnia diſpicere habet, pulchre docet alibi tex. in cap. j. ad hoc, hic finitur lex, deinde conſuetu. reg. inci.
5 Fallit hæc concluſio, ſi vaſallus pro ſe ſibi æqualem & domino acceptabilem miſerit. d. §. firmiter. iun. §. ſimiliter, de lege Conra. ſi tamen vaſallus eſſet vir prudens, prouidens, & circumſpectus in re bellica. Hoc caſu mittendo æque ſtrenuũ, non tamen æque prudentem, & prouidentem, non excuſaretur, ſi modo dominus perſonale ſuum officium pro conſilio ſimul exegiſſet, ita And. de Iſern. quem ſequitur Aluaro. in d. §. firmiter. Nam dñia eſt inter artifices. l. inter artifices, ff.
6 de ſolu. † His vero ceſſantibus, dominus nimis delicatus & curioſus eſſe non debet, in inquirenda æqualitate ſubſtituti, nec vaſallus eſſe nimis ſordidus, in mittẽdo vilem aliquem, aut ſe minus idoneum: quæ omnia bonus iudex, ſi quæſtio ſuper eo fuerit, facile dirimet: ſi tamen alteri ſeruire vellet vaſallus corpore contra dominum ſuum, iam dico, ꝙ non excuſaretur per ſubſtitutum, ſed ꝙ in perſona adeſſe deberet. ex d. §. firmiter, in verbo temere.
7 Fallit ſecundo, † ſi medietatem hodie fructuum illius anni mittere velit. tex. eſt in di. §. firmiter. licet olim aliter fuit cautum. in d. §. j. §. ſimiliter, de capit. Conrad. Tertio fallit, ſi palã eſt, dominũ irrationabiliter & iniuſte bellare, hoc caſu excuſabitur, nec feudum amittet. tex. in cap. i hic finitur. lex debebit tamen hanc prius exceptionem domino inſinuare. Fallit quarto, ſi dominus contra patriam ſeu ciuitatem vaſalli bellare velit. tex. elegans & vnus in l. cauſis, §. vaſalli. verſi. vaſalli. vbi glo. de pace Conſtant. Idem putarem, ſi contra patrem vel filium, ſecundum ea quæ in parte proxime præcedente diximus, ſed hoc niſi proditor patriæ, vel Chriſtianæ religionis inſectator eſſet. argum. l. minime, ff. de religio. & ſumptib. funerum. fructuum tamen mediam partem hoc caſu mittẽdam exiſtimarem. Fallit quinto, ſi duo hæredes domini litigarent de feudo, & alter euocare vellet. Certe iam non teneretur venire, niſi ſuum verum dominum agnoſceret, ſecundũ ea quæ in parte præcedente diximus. Fallit ſexto, ſi impubes

vaſallus

8 vaſalus fuerit.† Vt enim ante pubertatem inueſtituram acci
pere non tenetur, ita quoque nec ſeruitium præſtare, neque
per ſe, neque per ſubſtitutum. text. eſt expreſſus in c. j. §. ſi quis
deceſſerit, ſi de feu. defunc. conten. ſit inter domi. & agna. vaſ.
in his & his ſimilibus fallit hec concluſio, & ergo vtitur tex.
verbo temere. in d. §. firmiter. Fallit quoque in caſu, vbi con-
tra Imperatorem ſuum vel Regem bellum moueret, vel an-
tiquiorem dominum. argum. §. fi. in fi. de prohib. feu. alie. per
Fede. §. fi. in in fi hic fini. lex, deinde conſue. reg. inci. c. j. de no
9 ua forma fide.† Rurſum dixi, euocatus a domino, hoc enim
requiritur, nam ſi dominus nunquam euocaret, & vaſallus
nunquam veniret, tamen feudum non amitteret. §. licet. ſi d̄
feu. defunc. conten. ſit. & in cap. j. §. hoc. hic finitur lex. niſi ſci
ret dominum ita obſeſſum, quod nunciare non poſſet, vel
domino ſciret imminere grande periculum, cum dominus
ignoraret. d. §. licet. verſi. tamen, hic finitur lex. ſecus ſi ſciret
dominus ſibi quoque magnum imminere periculum, & va
ſallum non euocaret. tunc enim ſibi imputare poteſt, quod
a vaſallo ſuppetias non petiit. cap. damnum, de reg. iur. in 6.
Quinta concluſio erit, ſi vaſallus ſponte recuſauit domino
præſtare ſeruitium, propter quod illi fuit conceſſum feudū,
certe cum non poſſit eſſe iuſtior cauſa amittendi, quam vbi
recuſat id facere, propter quod illi datum fuit, merito feudū
amittet, contemnendo dominum. tex. eſt in cap. i. §. item qui
dominum, verſi. ſed non eſt alia, quæ fuit prima cauſa benef.
amit. poteſt enim feudum ad certum dari officium. cap. 1. in
fine, in quib. cauſis feu. amitt. cap. 1. §. ſimiliter, de capit. q cur.
vendi. Sexta concluſio erit, ſi vaſallus domino ſuo iuſtitiam
facere noluerit, vel ius dicere, feudum amittet. cap. i. §. item q
dominum verſic. illud tamen, quæ fuit prima cau. benef. ami.
Et intelligetis illud generaliter, In vaſallo iudice, non admi-
niſtrante domino iuſtitiam, ſiue in cauſa feudali, ſiue alia ci.
uili, ſiue criminali. Cū enim indiſtincte & generaliter loqua-
tur textus, ergo generaliter intelligi debet. cap. quia circa, de
priuile. l. generaliter, ff. de lega. præſtan. quod & Andre. de Iſe.
probat, quem ſequitur etiam Fede. Schenck. in d. verſic. illud
tamen. licet Aluaro & alii aliter intelligant. in d. verſi. illud
tamen. Si ergo vaſallus adminiſtrare illi iuſtitiam detrectat,
merito vt ingratus (dominum contemnendo) feudum amit-
tet. Sic quoque, ſi inter dominum & vaſallum lis oriatur, &
vaſallus vt paris curiæ iuſtitiam illi adminiſtrare nolit, certe
rurſum feudum amittet, per ſupra dicta. Rurſum ſi filius va-
ſalli dominum patris offendit, Et vaſalus requiſitus vt dedu-
cat filium ad dominum, vt ſatisfaciat, ſi id facere nolit, recu
ſans domino facere iuſtitiam (contemnendo) feudo rurſum
10 priuabitur. §. inſuper, de prohib. feu. alie. per Fede. † Et hacte-
nus, quo modo contemnendo dominum vaſallus feudo pri-
uatur: nunc quo modo ingratitudine mere delinquendo a-
mittat. Prima ergo huius partis erit concluſio, ſi vaſallus do-
minum ſuum, cum quo ad prælium iuerit, in acie periclitan
tem dimiſerit, per hoc vt ingratus feudo priuari. cap. i. item q
dominum, quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. Idem eſt
etiam, ſi in bello eum dimiſerit tantum, non etiam pericli-
tantem, contra Præpoſi. & Martin. Lauden. qui putant duo
hæc requiri ſimul, vt amittat, ſcilicet, & ꝙ dimiſerit, & quod
ſimul periclitauerit. in d. §. item qui dominum. ſed falluntur.
per tex. in cap. i. quib. modis feu. amitt. tit. ii. Nec obſtat, quod
alibi. text. vtitur verbo periclitantem. in d. §. item qui domi-
num, quæ fuit prima cauſa. in quo vim ponunt: quia ſemper
11 qui eſt in acie periclitatur.† Idem quoque eſſe dicetis, ſi ī pu-
gna campeſtri dominum non mortuum, ſed lethaliter vulne
ratum reliquerit. tex. eſt in cap. i. quibus mod. feu. amitt. tit. 1.
Et lethaliter vulneratus dicitur, cum difficilis, medicorum
opinione, ſit curatio. argum. cap. ex literis, extra, de frigid. &
12 malefi. † neque ſolum ad hoc, quod non amittat feudum, re-
quiritur nō dimittere dominum, ſed neceſſarium etiam eſt,
vt cum domino laboret, hoc eſt, cum eo pugnet, non enim
inſpector pugnæ, ſed propugnator eſſe debet, alias rurſum
feudum amittet. tex. eſt elegans in cap. fi. de feu. ſine culp. non
amit. Sed cum hic dicatur ſemper de pugna, quæ fit in cāpe-
ſtri prelio, & in acie. an idem erit, ſi dominum viderit pericli
tari cōtra paganum quemlibet quolibet modo. Et certe vide
tur, quod tunc non teneatur iuuare, cum ſemper loquatur de
prælio, acie, & pugna campeſtri. Sed paucis dicetis, ꝙ æque iu
uare debet, ſi feudum retinere deſiderat, per textum apertū.
In cap. licet. verſi. ſi tamen, ſi de feu. defunc. content. ſit. vbi ſim
pliciter dicitur, ſi vaſallus videns magnum periculum domi
no imminere, quod debet opem præſtare, etiam non requiſi
tus, alias perdet feudum, nec diſtinguit inter prelium campe
ſtre, ſeu militare, & priuatum. Secundo, ſatis patet ex forma
fidelitatis, vbi iurat ſe dominum adiuturum, contra omnes
qui domino affectant inferre damnum. cap. i. de forma fidel.
& cap. i. de noua forma fidel. Fallit primo quo ad ſecundam
partem, niſi reſciuerit in acie prius dominum iniuſtam cau-

ſam mouere, & pugnare. cap. j. hic finitur lex, deinde conſue.
reg. incip. & eſt glo. in cap. j. quibus mod. feu. amit. 1. vbi Iaco.
de Belui. Andre. de Iſer. Aluaro. & alii. ſufficit enim ſi in pau-
cis domini rebus præfuit. l. tutori, C. de negoc. geſt. ſecus eſſet,
ſi ante vaſallus ſciuiſſet, nec ſine eo dominus prælium acce-
piaſſet. Nam tunc dominum relinquere non debet, potuiſ-
ſet enim dominus ſibi de alio proſpexiſſe, vel non acceptaſ-
ſe, niſi hic operam addixiſſet. ita Bal. in d. cap. quib. mod. feud.
amit. tit. i. & bene. Nā beneficiis iuuare, non decipi nos opor
tet. l. commodati. §. ſicut. ff. commoda. & quando iniuſtū bel-
lum mouet vel iuſtum, docet alio loco Aluarotus. in cap. pri.
hic finitur lex, & de eodem tex. In cap. iuſtum, 23. quæſt. 2. &
glo. in cap. 1. 23. quæſtio. 2. Fallit ſecundo, ſi non potuerit iu-
uare vllo modo dominum, etiam clamore, brachiis abſciſ-
ſis. per tex. in cap. 2. de feu. ſine cul. non amit. argu. l. 1. §. 1. [illegible]
potuiſſe, ff. ad Senatus conſul. Sillan. glo. in cap. i. quib. mo[illegible]
feu. amitt. titi. Fallit tertio, niſi ipſemet periclitaretur de v[illegible]
hoc enim caſu non tenetur præferre ſalutem domini ſuæ [illegible]
lutti glo. in cap. quib. mod. feu. amit. tit. i. & glo. in cap. 1. §. n[illegible]
eſt conſuetudo, in verbo potuerit, de alie. feu. pater. quod A[illegible]
uaro. Bald. & alii ſequuntur in d. cap. i. quib. mod. feu. am[illegible]
cus eſt in ſeruo, qui tenetur. l. i. §. hoc autem, verſi. ſerui, ff. [illegible]
Senatuſconſ. Sillan. Quæ omnia etiam in parte precedente
diximus. Fallit quarto, ſi mortuum vel lethaliter vulneratū
reliquerit in cap. pri. quib. mod. feu. amit. tit. i. a contrario. Et
Bald. inquit, ex vulnere qui deceſſit in prelio in dubio præſu-
mi vulnere deceſſiſſe. hoc certe conſeruaret vaſallo feudum,
ſi aufugiet, quod eſt bene notandum, ſequitur etiam *Marti.*
Lauden. dicto loco, quod adeo verum putat, vt etiam obti-
obtineat, ſi poſt aufugium, domino adhuc viuente, aliud vul
13 nus ſuperadditum fuiſſet, † ex quo citius mortuus eſſet, cum
alias regulariter vltimus pro homicida tantū habetur. l. huic
ſcripturæ. §. j. ff. ad l. Aquiliam. Sed quæret aliquis, quid ſi dñm
deſeruit, putans eum lethaliter vulneratum, telo transfixū,
cum tamen lethaliter vere vulneratus non fuit omni iudicio
poſtea medicorum, an iam etiam perdet feudum: Bald. in ca.
pri. quib. mod. feu. amit tenet quod non, quem ibi Marti. Lau
den. ſequitur, quod puto verum, niſi ſupina admodum eſſet
14 credulitas vaſalli. † Adfert quoque Baldus eodem loco aliam
fallentiam, nempe ſi duo fratres in prælio cum domino fuiſ-
ſent, & vnus aufugiſſet, alter vero dominum ab hoſte defen
diſſet, iam fratrem qui aufugit non priuari feudo: ſed puto
contrarium verius, pro ſua illum parte priuari, vt etiam be-
ne ſeruit Martinus Lauden. in d. cap. i. quibus mod. feu. amitt.
Dixi tertio, etiam ſi ſolum dimiſerit. Quæret hic aliquis, qd
ſi dimiſerit & ſtatim redierit, an feudo priuetur. Et putat Bal.
in d. cap. quib. mod. feudum amit. tit. i. quod non Martin. Lau
den. ibi contra, qui putat momentum conſiderandum, quē
ſequitur etiam Curt. In 4. par. tractatus feu. quæſtione 7. & be
ne: nā tex. ſolum requirit quod dimiſerit. Potuiſſet enim dñs
interim occidiſſe. Idem dicetis, ſi dimiſerit, & dominus eque
victoriam obtinuit, nam illa fuga mali exempli alias eſt. l. ſi
quis aliquid, §. abortionis, & l. circa, ff. de pœnis, & ergo pri-
uari debet. argum. l. omne delictum. §. qui in acie. & §. [illegible]
ff. de re milita. idem tenet Bald. in d. cap. i. quibus modis feud.
amit. ibi ſequitur Alua. & Lauden. † Secunda concluſio erit,
15 ſi vaſallus ſciuerit periculum imminere domino, ſiue circa
perſonam eius, ſiue bona, debet (quam primum poteſt) do-
minum de eo certiorare, alias vt ingratus feudo priuabi[illegible]
cap. i. §. item qui dominum, verſi. præterea, quę fuit prima ca.
bene. ami. ver. tu tamē. hic finitur lex. nec requiro hic ſolum,
quod doloſe vel fraudulenter non certiorauerit, ſed etiam ſi
negligens in certiorando fuit abſque dolo. tex. eſt in d. §. præ-
terea. Cæterum quoad bona, requiritur, quoad domino im-
mineat grandis iactura, alias ſi non ita grande damnum im
mineret, & non denunciaret, non per hoc priuaretur feudo.
argum. a contrario d. §. pręterea, & ibi glo. quam ſequitur Al
uaro. & alii. Et quando grandis iactura vel non grandis dica-
tur, committitur iudicis arbitrio. ita Aluaro. in d. §. prętetea.
Sed dicet aliquis, quid ſi certiorare non poſſet, ſed bene peri
culo obſiſtere: dicetis hoc caſu, ſi non obſtiterit, æque p̄ hoc
amitti feudum. ita glo. in d. §. præterea, & ibi Alu. & eſt te[illegible]
apertus in d. §. licet, ſi de feu. defunc. conten. ſit inter dom. &
agna. vaſalli. & in d. §. ad hoc. verſi. tu tamen, hic finitur lex.
§. item ſi delator, quæ fuit prima cauſa benefic. amitten[illegible]
16 Tertia concluſio eſt, † ſi vaſallus domini vxorem adulter
uerit, vel ſaltem adulterare tentauerit, aut turpiter cum ea
luſerit, feudum amittet. tex. in cap. i. §. item ſi fidelis, quib. mo.
feu. amit. tit. 1. Et hæc vera intelligetis, ſiue vxor volens, ſiue
nolens ad miſerit. l. 1. §. vſque, ff. de iniur. viuente marito dño:
ſiue eo mortuo, ipſa exiſtente in viduitate. argum. glo. in l. ſo
rorem, C. de his quib. vt indig. l. 3. §. fi. ff. de adimen. lega. ita Al
uaro. per Andre. de Iſer. in d. §. item ſi fidelis. ſecus ſi tranſiuiſ
ſet ad ſecunda vota. Ita Andre. de Iſern. quem ſequitur Alu.

in d.§ item ſi fidelis,quibus modis feu.amitt.tit.j.† Sed certe
putauerim contrarium verius,ſi mortuo marito demum ſe-
cerit,per textum expreſſum,qui requirit, vt domino viuente
iſta fiat.in cap.ſi quis miles,in fi.de feu.ſine culpa non amit
ten.in pœnalibus enim parum aut nihil extendi debet. l. in-
terpretatione.ff.de pœn.& idem ſentit Bald.in d.cap.j.§.item
ſi fidelis.vbi enim verba clara ſunt, locus ita non eſt diuina-
tioni.† Quæ diximus de vxore, obtinebunt quoque in ſpon-
18 ſa domini, quæ nondum ducta eſt, cum non raro & illa v-
xor dicitur,eadem ſit ratio. ita Iacob.de Ardi. argumẽ.§.ſi
vxor.l.ſi vir.de nup.& facit ad hoc l.ſi quis,§.inter me & ſpon
ſam,ff.de ritu.nup. Idem vult obſeruari in matre domini Ia-
cobus de Ardizo.in d.§ item ſi fidelis,vbi Aluarotus. & mor
tuo etiam filio domino,niſi ad ſecunda vota tranſuolauerit.
argum.§.ſin autem,in Authen.de conſulib.argum.l.fin.C.de
priuil.ſchola. Sed paucis, putarem mortuo domino,ſiue ad
ſecunda vota conuolauerit, ſiue non,nihil tamen obeſſe va
ſallo,per ea quæ ſupra diximus in vxore propria, quæ ꝓpin-
quior eſt.ex di.cap.ſi quis miles, in fine de feu. ſine cul.nõ a-
19 mit.† ſi tamen viuente filio fieret in matre eius iam aliquali-
ter admitti poſſet propter auctoritates Docto.in quo tamen
pedem figere non auderem.Primo,quia pœnalia non exten
duntur.l.interpretatione,ff.de pœn. Secundo, quod nuſquã
in iure feudali nec ciuili verbum de eo fiat, non temere er-
go talia fuerint extendenda.† Sed quæret hic aliquis, quid ſi
20 cognouiſſet concubinam domini ſecularis, an per hoc feu-
dum amitteret? Paucis dicetis,quod ſic,per quæ alibi haben-
tur.in l.item legato.§.item intereſt,verſi. parui autem refert,
ff.de leg.3.vbi dicitur, nihil intereſſe inter vxorem & concu-
binam,niſi quo ad dignitatem. Sed contra tenet Mart.Lau
den.in cap.primo.§.j. quib.mod.feu. amit.motus primo, q̃a
ſumus in materia pœnali,& ergo non extendenda.d.l. inter-
pretatione.ff.de pœnis.Secundo, quia non eſt eadem ratio
in concubinis,quæ in vxore:quando dignior ſit vxor, quam
concubina,& alteri in iure magis fauemus.d. l. item legato.
§.parui refert,ff.de leg.3.Sed nihil eſt:nam eius aſſertio vnico
argumento refutari poſſet,quia negari non poſſit ex omnib.
cauſis,ex quibus filius exhædari poſſet,feudum debere amit-
ti.§.prædictis,quæ fuit prima cauſa benef.amitten.Sed iã cer-
tum eſt,ſi filius concubuerit concubinæ patris, per hoc poſ-
ſe exhæredari.§.cauſas,in Auth.vt cum de appel.cog.ff.de cõ
dictio.ob turpem cauſam.Ergo quoque & hic feudum amit
tit,quod etiam tenet Baldus quem ſequitur Aluarotus.in di.
21 §.item ſi fidelis. † Sed quid de vaſaſallo prælati cuius concu-
binam vaſallus cognouit? certe hic putarem non amitti,cũ
vtrobique ſit delictum.argum.l.vbi autem,penul.& idem te-
net Zaſius in prima ſua parte feudali. † Sed quid de pe-
22 diſſequa domini dicemus,ſi vaſallus eam cognouit.Certe vi-
detur prima facie,quod feudum amittet: nam vaſallus ea fa-
cere debet,quæ ſunt ad honeſtatẽ domini ſi vult dignus feu-
do videri.cap.pri.de forma fid.& nihil inhoneſte facere ĩ do
mo domini, vult gloſſa.in cap.de forma 21.quæſ.v.in decre.
Sed paucis putauerim contrarium verius, nam licet per hoc
vaſallus in periurium cadat ex præſtito iuramento ſuper ho-
neſtate domini conſeruanda,tamen ex tali inhoneſtate non
amittet feudum, niſi factum in perſonas fuerit prohi-
bitas, vel eas ſaltem, in quibus eadem vel maior ratio eſt.
23 §.ſed quia, quæ fuit prima cauſa benef.amitt.† Non enim ex
omni cauſa,ex qua vaſallus incidit in periurium, feudo pri-
uatur.elegans tex.in §.illud enim, quæ fuit prima cauſa bene
fic.amitten.qui bene notandus in cauſa feudali. Secundo, ꝙ
diximus ſupra,vaſallum etiam feudo priuari,ſi ſaltem ad cõ
cubendum ſeu adulterandum ſe exercuit, ita demum verũ
eſſe intelligetis,ſi ad actum peruenerit:alias, ſi animo tantũ
voluit,vel etiam auſpicatus eſt ire eam ob cauſam,ſed ante-
quam ad actum peruenerit,pœniteat, iam poterit adhuc li-
cite pœnitere,nec feudo priuabitur.argumentum.l.cogitatio
nis pœnam,ff.de pœnis,facit cap.j.§.ſi voluerit,in verbo,ſed
non laborauerit,de cap.qui cur. vendi. vbi etiam elegans gl.
ſi vero fecit quantum potuit,ſed impoſſibilitate repulſus, iã
priuabitur.glo.in verbo,exercuerit, in di.§.item ſi fidelis,&
ibi Aluaro.Et ratio eſt,quare perinde puniatur vaſallus, ſi ſe
24 ſaltem exercuerit,atque ſi vere feciſſet, † quod in maleficiis
tam voluntas quam effectus inſpicitur.l.pri.§.diuus, ff.ad le.
Cornel.de ſicariis.

Tertio ſupra diximus, feudum amitti, ſi turpiter cum ea
luſerit, quod intelligetis, manum in ſinum eius inſerendo
(vt Terentianus ille Clitipho)aut mamillas,aut fœmora at
tingendo.gl.verbi luſerit,d.§.item ſi fidelis.† Non enim pro-
25 prie ludus dici debebit, in quo culpa eſt:quis enim ludos ap-
pellet,ex quo crimina & flagitia oriantur.l.nam ludus, ff.ad
leg.Aquil.Imperat.in prohœmio. ff. ſi tamen vaſallus turpi-
ter & inhoneſte cum domina loqueretur, nec tamen conti-
gerit eius perſonam,hoc caſu non priuaretur:quia non iam
turpe eſt colloquium,quam tactus,& maxime cum pœnalis
hæc cauſa ſit. Quare non ita extendenda.d.l.interpretatione.
ff.de pœnis.vt vult quoque Andr.de Iſer.in d.§.item ſi fidelis.
nam aliquid fieri oportet in perſonam mulieris vt perdatur
feudum,ſcilicet turpis luſus cum tactu inhoneſto: quanquã
autem in his non poſſet priuari feudo,non tamen eo minꝰ
dominus cum eo actione iniuriam contendere poſſet.l.item
apud Labeonem,§.ſi quis virgines,verſicu qui turpibus ver-
26 bis,ff.de iniuriis. † Oſculum & amplexus quoque poſſent
eſſe cauſæ amiſſionis feudi, quod ſecundum loci conſuetu-
dinem & facti qualitatem diſtinguendum exiſtimo,ex quib.
turpe an honeſtum ſit conſiderabitur, de quo alibi Aluaro.
in d.cap.item ſi fidelis.

27 Finaliter,quid ſi ipſe vaſallus non concubuit, vel ſe exer-
cuit ad hoc,ſed adiutor alterius in ea re fuerit, veluti interceſ
ſor,internuncius, ſeu quaſi proxeneticus, an iam etiam per
hoc feudo priuabitur? dicetis paucis, quod ſic.ita Bald. in di.
§.item ſi fidelis,qui allegat ad hoc l. & ſi amici, ff. de adulte.
& l.ſæpe,ff.de verborum ſignifica. Autor enim & fautor ea-
dem pœna plectendi ſunt. Et certe probari ſatis puto,per il-
lum textum.per §.prętera,quæ fuit prima cauſa benef. ami.
vbi ſi domino periculum vel damnum graue imminens de-
nunciare deſinit,feudo priuatur. Sed quis hic negare poſſet,
magnum imminere domino damnum vitiari vxorem & ꝯ-
ſtuprari? ſi ergo amittit non denunciando ſimpliciter,quãto
magis hic ſi ſcit,& poteſt denunciare? ſed tamen cauſa ipſe
eſt,quare fiat:merito ergo amittet. quod etiam ĩ effectu vult
Aluaro.in §.item ſi delator,quæ fuit prima cauſa benef.ami.
28 Quarta concluſio eſt,† ſi vaſallus filiam domini,neptem, nu
rum,ſororem ſtuprauerit,per hoc feudum etiã amittet. text.
eſt in §.rurſum,quæ fuit prima cau.benefi.amit. & in §.item
ſi fidelis,quibus mod.feu.amit.tit.j.De ſorore tamen hoc ve-
rum intelligetis,ſi cum domino habitet,& ſit adhuc in capil
lo,hoc eſt puella.Ita interpretatur Iacobus de Beluiſo,Alua-
rot.in d.§.rurſus, & ſequitur Zaſius in x. parte folio 61.mihi.
Idem obtinere putat etiam Aluarotus dicto loco,ſi vidua vel
nupta in domo cum marito domini habitaret, & ibi a va-
ſallo ſtupraretur, per textum alibi. in §. item ſi fidelis, qui-
bus modis feudum amit.titu. priom, & ſequitur Zaſius in d.
x.parte ſol. 61. vbi ſolum conſideratur delictum fuiſſe com-
miſſum in domo domini: ſed contrarium putarem verius,
propter verba expreſſa, quæ requirunt ſororem eſſe in capil
lo.in d.§.rurſus.nam non fruſtra verba illa poſuit,In capillo,
quæ certe ſuperflua eſſent, ſi aliorum ſententia vera eſſet,de
qua te aliquando magnam fuiſſe quęſtionem in curia Caro
li regis refert Iacob.de Beluiſ.in d.§.rurſus. ſi vero non coha-
bitaret ſoror domino,& ſtupraretur,certe iam non priuare-
tur feudo.in d.§.rurſus, a contra. vbi Docto. Vxor vero,ſiue
filia,vel neptis, vel nurus, quocunque etiam loco per illum
ſtupratæ fuerint, propter hoc feudum amittet:ita communi-
ter etiam Docto. & ratio quare ſaltem in ſorore requiritur
factum in domo domini,& non extra, illa eſt:quia cum ex-
tra domum domini habitat,non ita eſt ſub tutamine fratris,
atque ſi eius domum inhabitaret.Ita Aluarotus dicto.loco.
in d.§.rurſus,quæ fuit prima cauſa benefic.amittend.† vbi ẽt
29 dicit ad maiorem domini iniuriam pertinere ea, quæ domi
ſuæ nefanda perpetrantur.glo.j.in fine,in §.ſimiliter, quibus
modis feu.amit.tit.i.& facit tex.elegans in l.quod autem prę
tor,ff.de adul.Sed obiicet mihi hic aliquis,quod vaſallus,nõ
amittit feudum,etiam ſi interfecerit fratrem vel ſororem do
mini ſui.cap.pri.an ille qui interfec.fratrem.videri ergo, mul
to minus amitt. debere, per hoc ſolum quod ſoror per eum
30 ſtupratur.† Paucis reſpondemus ad hoc,grauius multo eſſe
& ignominioſius viro cordato,videre filiam vel ſororem ſtu
prari quam occidi: quod clatuit in Virgineo,qui interficere
filiam maluit, quam ſtuprandam Appio Claudio tradere.
pulchre Liuius lib.3.decad.j.Halycar.lib.11.antiquita. Huius
quoque elegans extat exemplum de ſorore ſtuprata apud
Baptiſtam Fulgoſium.in tit.de pudicitia.de dictis & factis me
morabil. de quodam Raimundo Græco & Bernardino prin
cipe.Et certe exemplum quoque notum ſatis eſt,de Dina Ia
cobi patriarchæ filia, ſtuprata a Sichemo, & Dinæ fratribus.
geneſis.cap.34.ſed quid opus foris quærere dum Iuriſconſul
tum Paulum huius autorem habeamus. in l. iſti quidem, §.
fi.ff.de eo quod met.cau. & ita hic a ſimili. Inſpicimus enim
naturam & maiorem ignominiam:nam plus ignominiæ eſt
audire, a vaſallo ſuo ſtupratam ſororem eſſe in propria do-
mo, quam ab eodem fratrem, vel ſororem domini interfe-
ctam,vt quoque Aluarotus ſentit.in di.§ rurſus, quę fuit pri.
cauſa benefic.amitten.† Dicet aliquis,quid ſi vaſallus ad cõ-
31 cubendum ſe exerceret cum filia,nepte,nuru,ſorore, quem-
admodum in vxore ſupra diximus, an iam etiam perdet feu
dum? Paucis, puto quod non,multo minus, ſi turpiter cum
iis luſerit. Quia textus hoc in illis non exprimit.In delictis.n.

non

non eſt facile aliquid extendendum, vt ſępius ſupra diximus.
d.l. interpretatione,ff.de pœnis. Et ita quoque ſentit Schen-
cKius poſt Baldum in capit. j.quibus modis feu. amitta.tit.j,
licet Martinus Lauden.ibidem in cōtraria ſit ſententia.in di.
cap.pri quib.mod.feud. amitt. ti. i. quem ſequitur Curtius. in
4.parte fol.325.mihi.Sed quæret hic aliquis, quid ſi dominus
non eſſet conqueſtus in vita de his culpis contra ſe commiſ-
ſis: an tunc hæres eius poſſet conqueri, & vaſallum a feudo
reijcere: gloſa.in §.item ſi fidelis.quibus mod.feudum amit.
& glo.in § item qui dominum verſi.porro, in verbo aſſalie-
rit,quæ fuit prima cauſa benef.amitten.tenent quod non.per
l.fina.C.de reuocan.dona.& ibi glo. & Docto.Sed paucis, il-
læ gloſæ non ſunt ita ſimpliciter veræ.Sed diſtinguetis, ꝙ aut
dominus fuit ſciens,& potuit conqueri,ſed noluit, hoc caſu
procedent glo.ſi vero fuit ignorans, vel ſciens ſed ſubito prę
uentus morte,antequam querelare potuit,certe hoc caſu bę
ne poterit hæres de culpis querelare,reijciendo vaſallum.ar-
gum.l.mater decedens.ff.de inoffi.teſtam. in l.diuus,in l.exci
piuntur §.fina. ff.ad Sill.a. Et ſic videtur quoque tenere Iaco.
de Belui.in d.§ item ſi fidelis, quem ſequitur ibi Aluaro. ſed
quid econtra,ſi vaſallus qui his culpas commiſſit, obijt an-
tequam dominus querelaret cum potuiſſet adueniſſe, an do
minus eius filios vel agnatos(vaſallo mortuo) priuare pote-
rit? dicetis,quod non per d.l.fi.& ibi glo.C,de reuocan.dona.
& l.his ſolis.in verbis,nec in hæredem, nec hæredi tribuitur,
eodem titu.quod ſequitur etiam Cur.in 4. parte circa finem.
Et enim actio pœnalis,quæ in hæredem dari nō debet. §. nō
autem,Inſti.de perpe.& tempo.actio. Secus exiſtimarem, ſi
ignoraſſet, vel morte præuentus querelare non potuiſſet,
vt ſupra dixi.Fallit prędicta tertia & quarta concluſio,† ſi va-
32 ſallus ignoranter domi ſui vxorem adulteraret,vel eius filiã,
neptem, nurum, vel ſororem ſtupraret, reperiendo forte
caſu in lecto ſuo, putans eſſe vxorem ſuam.text. elegans in c.
in lectum 34.quæſt.2.& facit l penul.ff.de adul.argum. l,ſi qs
ignorans,ff.loca.

Fallit ſecundo,ſi vxor domini,filia,vel neptis,aut ſoror ve
nirent laruatæ in domum vaſalli, & is putans diobolare pro
ſtibulum,impudicamque eſſe,cognouerit,certe iam excuſa-
bitur.arg.l.item apud Labeonem, §.ſi quis virgines,ff.de iniu
rijs.ſunt enim fuci & ignaui plurimi mariti,qui vbique vxo-
res catillatum mittunt, & non raro talis mali cauſa exiſtũt:
hæc vera,dum nulla ſuſpitio fraudis ex eo haberi poſſit: nã
ſi malæ eſſent ſuſpitionis vxor & vaſallus,vel filia,neptis,vel
ſimilis,quæ coniecturæ ex ante actis haberi poſſent, hoc ca-
ſu illo velamine non excuſaretur.Cœterum,vbi etiam nullę
ſunt ſuſpiciones, tamen ſemper a macula iuramento ſe va-
ſallus purgare debebit. glo. in d.cap. in lectum,34.quæſtio.2.
33 Ex prædicta falleutia conſtat,nec eum qui ignorans coniuga
tam alterius cognoſcit,pœna adulterij teneri.d. glo.& ſimili-
ter Baldus,in caſu quo quis ſe moniali commiſcet ignorans,
non tanquam ſtuprum velatæ eſſe puniendum autumat. in
cap.quib.mod.feu.amitt.argum.d.glo.in cap.in lectum. Quæ
certe doctrina ad multa ſimilia facinora excuſanda accōmo
dari poſſet.Quinta concluſio erit,ſi vaſallus dominum aſſa-
lierit,vel vicum vel caſtrum(ĩ quo eſt)per vim aggreſſus fue
rit. vel impias manus in domini perſonam vbicunque ingeſ
ferit,vel alias graues ſeu inhoneſtas iniurias intulerit, vel vi-
tæ eius veneno,gladio,aut aliter inſidiatus fuerit,per hoc feu-
dum amittet.in § item qui dominum,verſic.porro, quæ fuit
prima cauſa benef.amitten.cap.pri.verſicu.ſimiliter, quibus
mod.feu.amit. qui caſus variis ex iurium reſponſis deſumpti
videntur. vt ex.§.aliud quoque,verſic.cauſas, in Authenti.vt
cum de appella.cog.ex l.fina.C.de reuocand.donatio.ex l.cō
ſenſu,C.de repud.ex.§.minores,in Authen. de nupt. vt patet
ex d §.item qui dominum,verſicu. prædictis, quæ fuit prima
cauſa benef.amitten.†Summa, ex quibus cauſis filius exhæ-
34 redari poſſit,vxor repudiari(de iure ciuili)donatio reuocari,
ex iiſdem cauſis vaſallus feudum amittet, etiã naturali hoc
ſuadente ratione.Diximus primo, ſi vaſallus dominum aſſa-
lierit,hoc intelligetis.d.verſicu.prędictis,quæ fuit prima cau.
benef.amit.in perſonam ipſius dñi,ſiue in terris,ſiue in mari
fiat:& in perſonam fieri hic proprie dicitur, cum perſonæ ſe
mutuo contingere poſſunt. quum vero id fieri nequit, quia
forte alter in caſtro vel vico eſt,tunc proprie dicetur aſſaltus,
vel inſultus,nõ tamen in perſonam,ſed in locum,vel caſtrũ,
vt textus alibi ſatis probat.in d.verſi.porro,quę fuit prima cã
benef.amit.†Secundo diximus,vel caſtrum,vel vicum, ĩ quo
35 eſt,per vim aggreſſus fuerit. Quęret aliquis,quid ſi in caſtro
non eſſet dominus,nec ipſa vxor,& fecerit inſultum, an ne
feudum amittet? videtur quod non,nam alibi textus duo re-
quirit, videlicet & quod dominus ibi ſit, & quod vaſallus
hoc ſciat.in cap.j.§ ſimiliter,quibus mod.feu. amit iuncto c.
1.verſi.porro, quę fuit prima cauſa benef: amitten.in verbis,
Vel vicum in quo eſt (per vim aggreſſus fuerit) qui text. ſatis
clare videtur hoc probare, & ſentit ita gloſſa prima facie in
principio:in d.verſic.ſimiliter.quibus mod feu.amitt. tit. pri.
Sed paucis puto contrarium,& hoc modo capitula prædicta
intelligenda, feudum amitti,ſi dominus fuerit in ſuo caſtro,
cum vaſallus inſultando pro certo habeat,dominum vel do
minam ibi eſſe. Secundo quoque priuari feudo,ſi dominum
ibi non eſſe ſciuerit, compertum tamē habet domini caſtrũ
eſſe, quia per hoc ſaltem domino ſuo iniuriam grauem in-
fert ex quo feudum amittitur.cap.i.§.porro, ibi, vel graues in-
iurias,quę fuit prima cauſa benef.amitten. Nec obſtat prim'
textus in contrarium allegatus.in d.verſi.ſimiliter quib.mod.
feu.amitt quia verbum. Sciens ibi eſſe, interpretatur ibi glo.
(maxime) quod etiam Doctor. communiter ibi ſequuntur.
Nec etiam obſtat alius text.in d.§.porro,quæ fuit prima cau.
benef.in verbis,vel vicum in quo eſt dominus.quia ibi loqui
tur,quando dominus eſt non in ſuo caſtro, ſed in alieno, tũ
nec tunc vaſallus ſciens dominum ibi eſſe,poterit aſſilire.gl.
in d.verſi.ſimiliter,quam ſequitur ibi Aluaro.Tertio diximʼ,
36 † Si impias manus in perſonam domini ingeſſerit, vbicun-
que etiam,per hoc feudum amittit,quod verum intelligetis,
ſcilicet vulnerando.ita tenet glo in l.ſi.C.de reuocand.donat.
& ſequitur Aluaro.in cap.i.§.porro,quæ fuit prima cau.ben.
amitten.Si ergo digladiando cum domino, non vulneraret,
feudum non amitteret,licet per hoc fieret periurus,ex fideli-
tate promiſſa.Nam non ex omni cauſa, ex qua opinio vaſal
li læditur,beneficium ſtatim amittit.capi. primo.§ prædictis,
verſi.illud enim,quę fuit prima cauſa benef.amitten. quę eſt
elegans ad hoc,& bene notand.

Sed quid ſi non ipſe in perſonam, ſed per alium hoc fieri
fecit,quo magis vulneraretur dominus? Certe dicendum, &
hoc caſu eum feudum amittere: nam quod quis per alium
facit,ipſe facere videtur,quod ſequitur etiam Andre. de Iſer.
in c.i.§.item q dñm,verſi.porro, quę fuit prima cauſa benefi.
amit. Quarto dixi, ſi graues vel inhoneſtas iniurias domino
intulerit,feudum amittit.†Dubitari poſſet hic, quando gra-
37 uis eſſe iniuria cenſeatur: ad quod dicendum cognoſci debe-
re ex qualitate perſonæ,ex loco,tempore,& ſimilibus de qb.
alibi.in §.atrox iniuria, Inſtitu. de iniurijs. quod tamen iudi-
cis ſagacitati diſcutiendum committitur ca.i.§.prædictis,ver.
38 ſed quia natura,quæ fuit prima cauſa.Quinto diximus,†Vel
vitæ eius veneno, gladio, aut aliter inſidiatus fuerit, feudum
amitti: loquitur ergo tantum hic, quando vaſallus domino
inſidias vere ſtruxerit. Sed quid ſi animo propoſuit inſidiari
vitæ eius, actuque aliquo demonſtrauit, ſed priuſquam inſi-
diaretur re ipſa,pœnitentia ductus deſiuit? Certe dicendum
tunc non priuari feudo debere.tex. elegans & bene in ſimili-
bus notandus in cap.i.§.ſi voluerit,de capitu qui cur vendid.
quod tamen ita puto diſtinguendum, an telo aliove inſtru-
mento ſemel,iterumque expectaſſet dominum,& poſtea pę
nitentia deſiuiſſet, an minus.Si aliquoties ſic expectaſſet,iam
feudum amitti.argum.l is qui cum telo, C.ad leg. Cornel. de
ſica quia iam cœpit vere inſidiari,ſecus ſi primo iam iret te-
lo inſidiatus domino,& in itinere pœnitentia ductus abſtine
38 ret.ita intelligendus d. §.ſi voluerit. † Et in prędictis caſibus,
vbi quęſtio inter dominum & vaſallum de inſidijs domino
factis, vel iniurijs mota fuerit, dominus ipſe vt culpam ſeu
inſidias allegans probare debet.d.cap.i. §. ſi uoluerit. in fide
capi.qui cur.uend †Præterea, licet ex inſidiis factis feudo va-
40 ſallus priuetur (ut iam diximus) non tamen eo minus lege
Cornelia de ſicariis tenebitur.per d.l.ſi quis cum telo,& ſimi
libus,C.ad lege Corne.de ſica.

Fallit iſta concluſio,nempe,quod dominum occidere uel
4 aſſilire, & ſimilia ſupra allegata facere non poſſit, primo,ſi
hoc ad defenſionem corporis ſui, uel bonorũ faceret, illo n.
caſu feudo non priuaretur. Nam quod quis ad tutelam cor-
poris ſui uel bonorum fecit,iuſte feciſſe dicetur.l. ut uim.ff.d
iuſti.& iu.l 1 C. unde ui,l.4.ff ad legem Aquil. l.is quis aggreſ-
ſorem, C.ad legem Cornel. de ſica †Fallit ſecundo in caſu,
41 ubi quis duos uel plures dominos habet, qui inter ſe bellãt:
iſto enim caſu poteſt alterum, hoc eſt,antiquiorem, iuuare
contra alterum,aſſaliendo,occidendo, uel inſidiando.per c.
1.§.illud quoq; pręcipimus de prohib. feud.alie. per Federic.
hoc tamen caſu requiſitus hic uaſallus, per ſubſtitutum,no-
uo uel recentiori domino æque ſeruire deberet,uel medium
fructuum illius anni ſuppeditare ex cap.i.§ firmiter,de proh.
feu.alie.per Federicum.ſi vero dubitaretur,quis eſſet antiquior
dominus, volunt tunc Doctores, uaſallum gratificare poſſe
perſonæ cui uolet.ita Specu. in §.quoniam, uerſi.12.& 13.in
tit de feu.Fallit tertio, ſi dominus contra Regem uel Impera
torem bellum gereret, ſub cuius iuriſdictione & turamine
uaſallus eſſet,hoc caſu putant quoque uaſallum potius ſerui
re debere Imperatori,quam ſuo domino.Specul. in d §.quo
niam,uerſi.15. & 16.& bene: nam ſemper in omni fidelitate
Imperator uel Rex excipitur.cap.1. de noua forma fidel c.t

§.ſi

§ fi. in ſi.de prohib.feu. aliena. per Federicum. Prædicta puto
vera, tamen niſi Imperator vel ſimilis contra patriam domi
ni & vaſalli pugnare vellet. † Tunc enim ſi pars domini iu-
42 ſtam quaſi cauſam foueret, vel non ita iniuſtam plane, puta-
rem etiam contra Imperatorem (etiam ſi vaſallus vere Im-
peratoris eſſet) ſe poſſe licite & iuſte opponere, pugnando
cuius in hoc caſu dom inorum conſenſus requirendus erit,
cum ſemper aſcendendo & deſcendendo nouus naſcatur do
minus. Certe communiter Doct.tenent, ꝙ primi,hoc eſt ſu-
perioris domini,a quo primo manault.Ita Iacob. de Bel.Al-
uaro.& communitet omnes.in c.i.§.illud,vbi glo. verbi req-
ſitus,de proh.ſeu.alie.per Fede.quia inquiunt,hoc iuris quod
primo vaſallus habnit nempe vtile dominium,ſubinſeudan
do ſtatim tranſtulit in ſecundum,ita vt reliqui nihil penes eū
mãſerit.Prætera, niſi iſtud verum eſſe, & penes omnes ſub-
inſeudatos vtile manetet dominium ſequeretut absurdum,
videlicet, plures inſolidum eſſe poſſe vnius rei quaſi domi-
nos,quod impoſſibile eſt.l.3.§. ex contrario, ff.de acquiren.
poſſeſſio.Recte ergo apud vltimum ſubinſeudatum vtile tm̃
manebit dominium atque ideo ſi velit ille alienare, conſen-
ſus ſolum primi domini ſufficiet.† Sed paucis eqiidem puta
92 uerim,omnium conſenſum ſuperiorum dominorum requi
ri debere. Nam non eſt nouum , vtile domiuium a pluribus
in ſolidum poſſideri reſpectu diuerſorum , vt pulchre alibi
docet Faber.in §.adeo, Inſt.de locat:& conduct. Nec obſtat,
plures in ſolidum dominos eſſe non poſſe d.l.3.§.ex contra-
rio,ff.de acq.poſſ.quia intelligitur reſpectu vnius:ſecus reſpe
ctu diuerſorum,vt in noſtro caſu.Nam vt primus vaſallus te
net vtile dominium ſubinſeudati reſpectu: ſic rurſum ſubin-
ſeudatus reſpectu ſubinſeudati a ſe vtile tenebit dominium.
Et ſic in ſimilibus,vt pulchre d.loco Faber.Cum ergo oẽs vti
le dominium teneant,& reſpectu omnium alienatio prohi-
bita eſt,ſequitur oẽs ſimul (quia omnium intereſt) in aliena
tione debere conſentire.Nam ſi cum conſenſu primi domi-
ni poſſet alienare vaſallus vltimus, ſine conſenſu immediati
ſui domini,iam pet hoc adimeretur illi ius quęſitum , quod
habet in vaſallo ſuo immediato, nempe ꝙ non potuit alie-
nare.Secundo, pet hoc deſtitueretur nunc vltimus ille domi
nus aliquando ſeruitio,propter paupertatem ſorte vaſalli ac-
ceptam ex alienatione , quæ fuit cauſa prohibitionis aliena-
tionis.in c.j.de prohib.ſeu.alie.per Fede. Prætetea textus di-
cit,ꝙ poſſit alienare feudum cum conſenſu domini: Sed iſte
primus dominus,a quo primo promanauit, non eſt domin⁹
huius vltimi vaſalli.c.i.§.illud quoque præcipimus,de prohi.
feu.alie.pet Fede.ergo ille non ſufficiet. Secundo etiam non
ſufficit habere conſenſum immediati domini, neglecto pri-
mo,quod tamen aliqui volunt,quia ſi per eum feudum iam
alienaretur,perinde eſſet, ac ſi ipſemet alienaſſet immediat⁹
dominus.Immo ſufficit primo domino,ſaltem ſi aliquo mo
do ſuum feudum inueniat alienatum, & quaſi allodiale fa-
ctum,vt amittatur.c.j.§.fi.verſi.ſi vaſallus, quæ fuit pri.cauſa
benefi.ami.c.j de prohi.feu.alie. per Federicum. Et ergo ex p̄-
dictis patet,alienatum ſi recte feudum volunt , omnium de-
bere adhibere conſenſum, quia omnium intereſt nõ aliena-
93 ri,vt mox dicam: † ſed quid ſi vltimus alienaret ſine conſen-
ſu aliculus,ad quem dominorum reuertetur , an ad primũ,
an ad immediatum,an ad omnes ſimul: De his dicem⁹ ĩ par-
te proximo ſequente,in ſecunda regula, vbi doceo ad imme
diatum dominum redire,& nõ ad primum, licet omnes Do-
cto.tenent ad primum redire debet.Docto.in c.j.§.illud quo-
que præcipimus,vbi glo.de prohib.feu. alie. per Federicum.
Non obſtat,quod iam tenuimus,in alienatione requiri om-
nium conſenſum , atque ideo videri ad omnes potius ſimul
redire debere:quia per alienationem iſtam , conſenſu domi-
norũ factam,accipiens ſtatim dominus fit huius feudi,& eius
fiunt allodia bona: ſi ergo ſolus primi domini vel immedia-
ti domini conſenſus ſufficeret,iam alij medij domini frauda
rentur, vbi cuperent ſuum vaſallum ad iuuamẽ,quia depau-
peratus iam ſorte per alienationem.Quia ergo omnium (vt
diximus) intereſt,hoc non fieri , ideo recte in alienationem
omnes conſentient.At ita non eſt,quando vltimus vaſallus
alienat,ſine vllius conſenſu, quia iam accipiens nõ ſit domi
nus,nec poſſet vllo tempere præſcribere vt allodiale,vt inſra
docebo : quia ergo per illam alienationem nihil præiudicij
fieri poſſit vllis dominis ſuperioribus , & tantum alienando
contemnit immediatum.dominum,ob quod ius ſtatuit alie
natum feudum ad dominum redire,recte ergo ad immedia-
tum dominum ſeudum redibit, qui tantum dominus illius
dicitur.in dicto §.illud quoque.de quibus plura infra in deci-
ma tertia parte,vbi tractauimus,ad quos feudum illicite alie
natum reuertatur,quę hic ſimul inſpicienda erunt.Fallit ter-
tio,ſi ita primo conceſſum fuit, vt ipſe & eius hæredes habe-
rent,& quibus daret.cap.primo.de feu.non habente propriã
natu.feu. illo enim caſu in quemlibet libere poſſet alienare.
dicto capitu.primo.

Secus putarem, ſi his verbis feudum accepiſſet , nempe p
ſe, & quibus daret , vel pro ſe , & quibuſcunque hæredibus:
hoc enim caſu ſolum inter legitimos hæredes poſſe alienare
exiſtimarem ex illis verbis:nam in primo caſu cum pro ſe &
ſuis hæredibus,& quibus daret accepit,plenã videtur nactus
poteſtatem alienandi in quemlibet , relictis etiam ſuis hære-
dibus,exprimendo tria illa, non ita in ſecundo caſu , vbi pro
ſe,& quibus daret,vel pro ſe & quibuſcunque hæredibus ac-
cepit:nam verbum,Quibuſcunque daret,intelligi hoc cauſu
putarem, ſecundum ſeudi naturam , vt daret alicui tantum
ex ſuis hæredibus,ſcilicet, deſcendentibus vel agnatis non &
extraneis,quod eſt notandum, & tenet ita Baldus, quem ſe-
quitur Martinus Lauden.in §.donare,qualiter olim feud.po
te.aliena.licet ſibi contrarius Bald. contra rurſum alio loco
ſentiat. in capitulo primo , de prohibita feu.alienati. per Fe-
94 dericum.primam tamen veriorem puto . Fallit quarto,† ſi
alienaret in agnatum legitimum: & hoc ſi eſſet antiquum
feudum.cap.pri.de alie.feu. pater. ſecus ſi eſſet nouum. Bald.
in capitulo primo.de prohibita feu. alienat. per Federicum.
quia in nouo non ſuccedunt.capitu.primo. de duobus frati
de nouo beneficio inueſtit. capitu. pri.de ſucceſſio.fratrum.
in deſcendentem vero ſiue nouum , ſiue antiquum feudum
(quia vtrobique ſuccedit) alienare poſſit.Eſt enim quaſi re-
futatio,non mera tunc alienatio. dicto capitu. pri.de alie.fe.
pater.

Fallit quinto,ſi per ſubinfeudationem rurſum alteri trade
ret: nam hoc vt olim potuit,ita & hodie licet.cap.pri.quali-
ter olim ſeud.poterit aliena.cap.pri.§.ſimiliter,de lege. Con-
radi.capitu.pri.§.illud , de prohibita ſeu.aliena. per Federicũ,
& § callidis, eodem titu. Et hoc ſi tria concurrunt. Primo,
quod ſine fraude & dolo fiat.dicto cap.primo.§.ſi vero totũ,
qualiter olim feu.poterit aliena.dicto capitu.pri.§.*callidis*,de
proh.feu.alie.per Fede.

Secundo,ſi æquali ſibi rurſum in feudum cap.pri.§. *ſimili-
ter*,de lege Conrad.tradat . Tertio , ſi iiſdem legibus eadem
que qualitate , quia ipſe ab alio habet in dicto cap j. §.ſimil-
ter,de lege.Conra. Fallit ſexto, ſi mos & conſuetudo patriæ
eſſet,vt citra domini voluntatem alienare liceret,ita Rebuf.
in ſuo tracta. feuda. in quarta columna. qui dicit in Francia
ita obſeruari,vt quoque ſentit Faber.in §.adeo,Inſtitu.de lo-
cat.& conduct.

95 Et quanquam talis conſuetudo contra publicam Impe
rij vtilitatem ſit , ac per eam magnitudo & augmentum Im-
perialis maieſtatis aliquando attenuetur. ſecundum capitu.
pri.de prohibita feu.alien.per Lothar.tamen poſſit ſuſtineri.
Nec obſtat conſtitutio Lotharij. in capitu.pri. de prohibita
feud.aliena.per Loth. quæ omnino prohibet alienationem,
quia illa conſtitutio licet ſit lex generalis ab imperarore Lo
thario poſita.vt in Authen.caſſa, C.de ſacroſanct. eccleſi.vt
ſupra in prima parte docuimus. tamen quia conſuetudinis
derogatoria non eſt,ideo videtur conſuetudinem contrari
admiſiſſe, & ſic conſuetudo iſta ſpecialis derogat legi gene-
rali ſaltem in illo loco , vt in principio huius operis docui
96 mus.†Sed obijciet hic ſtatim aliquis , talem conſuetudinem
eſſe contra communem reipublicæ vtilitatem , qualis *nun-
quam* valet , etiam ſi clauſula derogatoria legi *appoſita nõ*
ſit.vt toto titu.ſi contra ius,vel vtilitatem public. C. vt Doct.
in l.de quibus, ff.de legi. & ea quæ ſupra in prima huius ope-
ris parte conſuetudine docuimus. & ergo non ſeruandam.
Paucis,ad hoc rſideri poſſet,iſtud verum qdem eſſe,q̃ diu pri
ceps vel ſuperior,in cuius præiudicium iſtud tendit, ignorat:
Cęterũ,vbi adeſt,& ſcit p̃ria conſuetudine cõtra ſe agi , hoc
caſu bene poſſe introduci : nam ſcienti & volenti non fit in-
iuria,atque ita puto hoc poſſe limitari, quod dicitur,contra
vtilitatem publicam conſuetudinem non valere.Fallit ſepti
97 mo,ſi tranſactione (bona fide tamen) inita,in aduerſarium
feudum alienando transfert.cap.j.§.ſi vaſallus,ver. ſi vaſal⁹,
ſi de ſeu.defunct.content.ſit.c.j.de contro. inter vaſal.& aliũ
de ſeu.quod tamen ſane intelligendum putat Aluaro.in c.i.
de controuer.inter vaſal.& alium,ſecundum hanc diſtinctio
nem,videlicet,ſi dominus venire vellet ex perſona vaſalli, v-
bi vaſallus etiam domino ignorante,ſuper ſuo iure *vtilis* do
minij litigant,ꝙ tunc ſcientia vel ignorantia domini *non* ↄ-
ſideratur.

Si vero aduerſarius ſuper proprietate feudi vellet litigare,
nunc vaſallum non poſſe ignoranti domino præiudica. per
l.ſæpe.ff.de re iudica. Secus ſi ſciuiſſet dominus, litigari cum
vaſallo ſuper proprietate,& non defendere , denunciatione
prius ei facta,vt veniret.argumen.ca.i. ſi de feu.vaſal.ab alio
interpel.ſue.Sed paucis , de iſto puncto dubito,quicquid di-
cat Andre.de Iſern.& poſt eum Aluaro.in dicto cap.i.de con
trouer.inter vaſallum,& alium.Nam aduerſarius vaſalli ibi
in d.c.i.de controu.inter uaſal.& alium.totam proprietatem
uendicabat,& ſic dominum concernebat , tamen dicit in fi-
ne textus,quod dominus ratum hr̃e debet actũ p uaſallum.
quod tñ eſſet ↄ l.ſæpe,ff.de re iud.& toto titu.C.res ĩter alios
acta.Quare ſi male ex nã feudi dici poſſet , in feudo ſpãle eſ-
ſe,maxime cum tex.nõ diſtinguat. in d.c.ſi vaſal.uer.ſi uaſal.
ſi de feud. defunct. contentio. ſiue ſciente domino, ſiue
igno-

ignorante eo tranſigatur. Et eius ſententiæ quoque eſſe inue-
nio Bald. in d. c. i. de controuer. inter vaſal. & alium n. de
98 feud. † qui vaſallum æquiparat procuratori in rem ſuam, qui
quiduis ſine fraudem re aliena facere poteſt, etiam domi-
no vero ignorante, quod eſt notandum.
Fallit octauo, vt putant Docto. ſi alienatum feudum ſtatī
recuperatum fuerit. Et putant intelligi debere, quam diu quō
ſuper eo facta non eſt. Ita Andreas de Iſern. Aluaro & alii in
d. c. j. quid iuris ſi vaſal. poſt alie. & Zaſi. in x. parte. Sed puto cō-
trium verius, nempe, ſtatim amitti, per tex. apertum in d. cap. j.
quid iuris, ſi vaſal. poſt. & ita tenet etiam Curtius. in 4. parte.
Eſt enim delictum commiſſum, in quo pœnitentia non ita
locum habet. argum. l. qui ea mente, ff. de furt. Fallit nono, ſi
vaſallus vendidiſſet, ſed nondum tradidiſſet. † Requirimus n.
99 alienationem, ſed ante ante traditionem alienatio dici non
poſſet. l. alienatum, ff. de verborum ſignificatio. Aluaro. in d.
c. j. quid iur. ſi vaſal. Bald. in capit. i. § aut ſi libellario, quibus
modis feudum amit. titu. j. nam rerum dominia traditionib.
transferuntur, non conſenſu ſolo l. traditionibus, C. de pact.
Si tamen vaſallus vendendo feudum nude cōſtitueret, ſe no-
mine emptoris poſſidere precario, vel ex locato, vel ſimili
modo, hoc caſu licet vere traditio facta non eſſet, ſed ficte,
æque tamen feudum amittet, ita vult Paulus Caſtrenſis. in l.
j. §. ſi rem ff. depo. quem ſequitur Zaſius in 10. parte, fol. 58.
& 59. mihi. quanquam Aluarot contra putet. in dicto cap. i.
quid iur. ſi vaſal. poſt aliena. feu. ſed prima videtur verior. ar.
l. quod meo, ff. de acquiren. poſſeſſio. Fallit decimo in oppi-
gnoratione feudi, ſcilicet, ſi ſolum hypothecatum fuerit abſ-
que traditione: ita pulchre Bald. in capit. i §. aut ſi libellario,
quibus modis feu. amit. tit. j. & in l. 2. in principio, C. commu-
nia, de legat. Et hac ratione, quia alienatum non dicitur il-
lud, quod traditum non eſt. arg. l. alienatum, ff. de verborum
ſignifica. quem ſequitur etiam Curtius in quarta parte, folio
387. vbi dicit quod perpetuo notandum. Et idem tenet Alu.
in capi. j. de prohibita feudi aliena. per Federicum. de quo ta-
men valde dubito: nam idem in effectu eſt hypotecare quo
ad hanc rem: nam quod Imperatores prohibuerūt oppigno
rationem, ideo fuit, ne poſtea non ſoluto forte debito, feuda
ex neceſſitate venderentur. ſecundum l. fina. C. de iure domi.
impet. quod ita fieret in hypothecato feudo, quam tradito:
100 † & ergo putarem verius, omnem omnino oppignoratio-
nem prohibitam per l. fina. C. de reb. alie. non alienan. & ita
ſimpliciter ſine diſtinctione tenet glo. in cap. j. de alie. feu. pa-
ter. & cap. pri. de alie. feu. Et inuenio quoque tenere ita Mar.
Lauden. in cap. pri. de prohibi. feu. alie. per Federicum. Secun-
do quoque idem limitatur, quod oppignoratione feudum
non amittitur, ſi vaſallus feudum obligaret pro neceſſitati-
bus ex cauſa feudi incumbentibus, & pro domini ſeruitiis,
ita rurſum Bald. in d. l. 2. in principio, C. commu. de lega. & cō-
101 firmatur, † quia prohibitio alienationis feudi facta eſt ī fauo
rem domini. cap. j. de prohib. feu. alie per Federicum. ergo in
eius odium nō eſt retorquenda. l. quod fauore, ff. de legibus.
Tertio limitatur, quod licet feudum nō poſſet pignorari, nō
tamen impeditur quo minus fructus & feudi commoditates
oppignorari queant. argumen. l. neceſſario. §. fina. de pericu.
& commodo rei vendi. † eſt enim feudum inſtar vſusfructus.
102 in §. item Seruiana, Inſtitu. de actio. Sic quoque licet vendi
non poſſit feudum, nec oppignorari, vt iam diximus, poteſt
tamen ſe vaſallus perſonali obligatione bene obligare, quo-
uſque voluerit, ſuper fructibus feudi præſtandis. iſta enim per
ſonalis obligatio non facit rei alienationem. ita Faber. in l. fi.
ff. de contrahen. emptio. & ita tenet Martin. Lauden. in §. do-
nare qualiter olim feud. poter. aliena. ſed certe putarem, nec
fructus poſſe oppignorare magis quam rem principalem,
quia æque cederet in detrimentum imperij: nam fructibus
obligatis, vnde quæſo, arma, equos, & id genus ſimilia ad ex-
peditionem neceſſariam compararet? quæ cauſa principalis
fuit prohibitionis. in cap. j. de prohib feu. alie. per Lothar. &
cap. j. de prohib. feu. aliena. per Federi. Hinc quoque dubitari
rurſum poſſit, † an ne in vſumfructum feudum dari poſſet?
103 Breuibus dicendum, quod non. Ita Andre. de Iſern. & Alua.
in d. cap. pri. de proh. feu. alie. per Fede. per l. arboribus, §. j. ff. d
vſufruct. & quemadm. quis vtat. fruat. & eſt glo. in cap. i. de ali.
feu. pater. & textus in l. fina. C. de reb. alie. non alienan. Com-
prehenditur enim ſub verbo alienationis. d. l. fina. Co. de reb.
alie. non alienan. quæ eſt prohibita. per cap. j. de prohi. feu.
aliena. per Federicum. alia quoque ratione probari poſſet:
104 † nam vt vſufructuarius alteri cedendo vſumfructum (præ-
terquam domino proprietario) nihil agit, & vſumfructum
per hoc amittit. §. finitur, Inſti. de vſufruct. l. ſi vſusfru. ff. de iu
re dotium. ita quo vaſallus alteri dando in vſumfructum, cū
feudum ſit inſtar vſusfructus. Quarto limitatur, ſi vaſallus ip
ſe domino ſuo oppignoraret, quia tunc dominus ſatis con-
ſentire videtur, ita Aluaro. in cap. j. de prohib. feu. alienat. per
Fede. Et textus elegans ſatis & bene notandus in cap. i. extra de
105 feu. † qui vult, hoc caſu dominum plene lucrari fructus, licet
alius creditor teneretur in ſortem computare. l. 1. & 2. C. de
pignorat. actio. Sed dicet aliquis, quid ſi plures haberet domi
nos, & vni pignoraſſet ſine dominorum aliorum voluntate,
an valeret? de eo alibi Aluaro. in d. cap. i. de prohibi. feud. alie.
per Feder. poſt Bald. qui diſtinguit, an ſit feudum diuiduum
an indiuiduum. Primo caſu poſſe quidem, ſed pro rata amit-
ti. Secundo caſu non amitti, & ſequitur Martin. Lauden. eo
106 loco. Fallit vndecimo, † ſi vaſallus ignorans eſſe feudum, alie
ri alienaſſet, hoc enim caſu feudo non priuabitur, ſed ab em
ptore recuperare poterit, qui & reſtituere cogitur. Interim ta
men emptor non ſolum precium, ſed & intereſſe ſuum a va
ſallo conſequeretur. cap. pri. §. ſi vaſallus, ſi de feudo defunct.
conten. ſit. non tamen credetur vaſallo, dicenti ſe ignoraſſe,
niſi ſuo iuramento hoc firmat. cap. i. de controuer. inter do-
minum, & empto. Priuſquam tamen iuramentum ei defera
tur, præſumptionibus certis conſtare debet, vere eum igno-
raſſe, quia forte defuncto ſucceſſit, qui hactenus abfuit, & do
mum rediens vendidit, ignorans feudum eſſe, argum. l. qui in
alterius. ff de regu. iur. Illo enim caſu & ſimilibus iuſte igno-
rare poterit. Secus vero ſi præſumptio in contrariū eſſet, for-
te ab aliquibus illi dictum feudum eſſe priuſquam aliena-
ret. Illo enim caſu vel ſimili prætenti ignorantiam non ſub-
ueniretur, nec crederetur. argumen. l. quamuis, C. ad Vellei.
l. quiſquis, C. de reſcinden. vendi. nec iuramentum ei deferen
107 dum eſſet, † quia non eſſe debemus autores periurij. ita glo.
Iacob. de Belui. Aluaro. in cap. i. de controuer. inter domi. &
108 empto. Sed quid, † ſi quis ſciens ſe vaſallum, ignorantia iuris,
feudum alienaret, an per hoc fraudaretur feudo? certe dicē-
dum quod ſic. glo. in d. capitu. pri. de controuer. inter domi. &
& empto. argum. l. leges, C. de legib. Et hoc etiam, ſi vaſallus
109 miles vel fœmina fuerit, qui tamen non ita ſtricte iura ſcire
tenentur. in l. fina §. arma, C. de iure delibe. ita Aluaro. in di.
cap. pri. de controuer. inter dominum, & empto. quem ſequi
Zaſius. in x. parte folio 59. mihi. quanquam. glo. in dicto
capitu. pri. de controuer. inter dominum, & emptorem. illas
perſonas eximat, & excuſet. Sed quod ſupra diximus, vendi-
torem feudi ignorantem, ab emptore recuperare feudum
poſſe, reſtituto precio, & intereſſe. ex dicto §. ſi vaſallus, ſi de
feu. defunct. conten. ſit. † obſtat textus vrgens ſatis, in capi. pri.
110 de controuer. inter domin. & emptor. qui vult in electione
emptoris & eius arbitrio eſſe, vtri nam feudum reddat, domi
no ſcilicet, an venditori. Sed paucis dicendum, alterum obti-
nere. nempe. d. § ſi vaſallus. quando emptor cupit redhibere
precium & intereſſe: verum hoc ſi non cupit, poteſt tunc em
ptor domino reſtituere, qui tum non eo minus vaſallo ſtatī
reſtituere rurſum tenetur, etiam gratis, eo quod nōdum do-
mino feudum apertum fuit. vt habet d. cap. j. de controuer. in-
ter dominum, & emptorem. ita concordant Iacob. de Belui.
& Aluaro. dictos illos text. Sed certe emptor ſtultus admodū
eſſet, qui venditorem cum damno ſuo dimitteret, & domi-
num ſine vtilitate eligeret. Putarem tamen, quod ſemper vē-
ditor emptori ad precium reſtituendum teneretur, etiam do
111 mino reſtituto feudo, † cum foret contra bonam fidem, rem
& precium tenere. argum. l. bona fide. ff. de regu. iur. quanquā
tamen illi non male obiici poſſet, ſibi poſſe imputare, cum
potuiſſet venditori reſtituiſſe, & noluerit. argum. l. quod quis
ſua culpa, eodem titu. Prima tamen æquior eſt, ne locuplete
tur cum alterius iactura. l. iure naturæ, ff. de regu. iur. Poſſet ta
men ſecundo aliter ad textum alterum reſponderi. nempe.
c. j de contr. inter domi. & empto. videlicet, quod aliqui puta
uerint arbitrio emptoris relictum, vtri emptor reſtitueret, quod
tamen Obert. ibi in fine principii dicti textus emēdat, ibi O-
bert. dicit omnia, vaſallo reſtituenda. Et ſic concordat cum
alio textu. d. §. ſi vaſallus, ſi de. feudo defunct. cont. nam quid
refert ſiue emptor domino, ſiue venditori reddat, cum ſem-
per dominus tamen reſtituere venditori teneatur, abſq; com
pendio aliquo. Et certe dominus doloſe ab emptore peteret,
cum ſtatim reſtituere teneretur. l dolo. ff. de regu iu. † ſi vero
112 in noſtro caſu emptor nullo modo reſtituere vellet, nec do
mino, nec venditori, hoc caſu intendenda contra eum foret
condictio, ex conſtitutione imperatoris Federici. in c. j. de p-
hi. feu. alie. per Federi. quæ feudum alienare prohibet. ita glo.
fi. in c. j. de controuer. inter domi. & emp. quam Doct. ſequit.
Et hæc de alienatione, ſeu quaſi contemptu, ſufficiant, quæ
113 fuit tertia pars. † Nunc quomodo refutatione feudum amit-
tatur, docebimus, quę erit quarta pars, vbi obiter tractabo,
114 quis refutare, cui poſſit, cuiuſque ſit effectus † Refutatione
amittitur feudum, cum vaſallus a domino feudum acceptū
rurſum illi refutat, uel reſtituit, quod vaſallus poteſt domino
etiam inuito. tex. in cap. pri. de vaſal. qui contra conſti. Lotha.
reg. feu. alie. quanquam domino minime obſtare videntur.
Tamen, quod id quod ſemel placuit, amplius diſplicere nō

poſſet.l.ſicut,C.de action.& obligat.Secundo,quod cum do-
minus & uaſallus ad patia obligentur. c. j.§.domino,ſi de fe.
defun.content.ſit. quod ideo ſicut dominus uaſallo ſine cul-
pa feudum auferre non poſſit.c.j.de feu.ſine cul. non amittẽ.
ita rurſum uaſallus dño refutare non poſſet abſq; culpa dñi.
Sed paucis,his non obſtantibus ꝯrium tenetur,propter feudi
naturam,quæ hoc admittit.Sed hic dubitatur,an illud obti-
neat,tam in feudo conditionato,hoc eſt,ad certum ſeruitiũ
in ſpecie deputato,ſicut in feudo recto,ſimplici, & puro,ubi
ſpecies ſeruitij deputata non eſt.Certe gloſſa putat. in d.c.j §.
fi.de cap.qui cur. vend. ſine voluntate domini refutari feudũ
poſſe,dummodo ſit ſimplex, rectum,vel purũ : ſi vero fuerit
cõdõnatum, iam non poſſe ipſi ſine ſuo cõſenſu ſuo refuta-
ri,q̃ glo.ſequitur Iac.de Belui.Bal.And.de Iſer.Alu. in d.c.j.§.
fi.& communiter ferè omnes: & illam in ſumma adſerunt
115 rõnem,† ꝙ ob'ro certorum ſeruitiorum ĩ ſpecie ſtringat ma
gis vaſallum, q̃ incertorum ſeruitiorum generalis promiſſio,
ꝙ ſequuntur etiam Canoniſtæ, & maxime Felinus. in c.quæ
in eccleſia.ext.de conſt.verum vnicus Zaſ. in 12. ſua par.fol.
48.mihi.huic opinioni Doctorum non ſubſcribit, putãs eo-
rum fundamenta nihil magis circa certa ſeruitia, q incerta
116 ſtringere,†cum generis obligatio nõ niſi in ſpecie ſolui poſ-
ſet.l.cum incertis,ff.de leg j. nam qui hominem promittit in
genere,& debite & recte ſatisfacit Stichum in ſpecie: & ergo
putat textũ.in d.c.i.de vaſal.qui contra conſti.Lotha.reg.feu.
alie.indiſtincte intelligendum,tam de feudo condõnato.q pu
ro,& recto, ꝙ puto etiam ſimpliciter cum Zaſio eſſe verum.
Exiſtimat tñ Zaſius,prędicta vera eſſe,niſi pp induſtriam per
ſonæ ſpecialiter feudum dñs ob certum ſeruitium dediſſet,
hoc autẽ caſu ſine voluntate dñi hoc conditionatum feu-
dum refutare illi non poſſe. Sed certe equidem putauerim,
nec eo obſtante indiſtincte refutari poſſe, cum tex.ſimplici-
ter admittat feudũ poſſe dño refutari, nec negari poſſit,illud
feudum eſſe feudũ: qui ergo ĩ eo ſibi proſpectum eſſe volet,
pacto efficiat,ne hoc vaſallus poſſet. † Et quanqſiam vaſall'
117 inuito domino refutare poſſit, vt iam diximus, illo tñ tem-
peramento hoc moderabitis. Intempeſtiue hoc facere non
poſſe,veluti ipſo fortaſſis in belli procinctu, quo iam dñs va-
ſalli opera neceſſario aget:ita vult Bald.in d c.quæ in eccleſia
rum,de conſt.extra.quę ſententia habet rationem.argu.l ſed
cum fructuarius, ff.de vſufruct.ſed quid ſi vaſallus decem vel
viginti annis fructus feudi habuit, an iam æque refutari poſ-
ſit,nullis reſtitutis fructibus? Certe æquidem exiſtimarem p-
petuo poſſe.inſtar vſufructuarii.per l.ſi abſente,& l cum fru-
ctuarius paratus,ff.de vſuf.iuncto c 1.de vaſal q ꝯ cõſt.Lot.
reg.feu.alie.ꝙ tñ rurſum verum,dummodo dñi non intereſt
iam eſſe refutatum pp indictum iam bellum, & paratum.
Hactenus,quis poſſit refutare,†nunc videamus,cui poſſit re-
118 futari,an ſoli dño,an vero & aliis. Secundo, hæc refutatio
cuius ſit effectus & naturæ. paucis quo ad primum,dicendũ,
ꝙ vaſallus vel refutat dño immediato: & hoc ſiue ſit nouũ,
ſiue paternum.c.i.§.rurſus,quib.mod.feu.amit.titu 1.& in c.i.
qual.olim feu.pote.alie.vel vaſallus refutat agnatis legitimis
etiam ſine voluntate domini. Et hoc obtinet inter agnatos
collaterales legitimos,in ſolo feudo paterno,non etiam no-
uo,quia in eo non ſibi mutuo ſuccedunt, niſi pacto conuen
tum eſſet.† Patrem tamen filio vel deſcendenti feudum ſiue
119 nouum,ſiue paternum poſſe refutare, nihil dubitandum ẽ,
cum is tam in nouo quam paterno patri ſuccedat.d.capi.pri.
de ſucceſſio.frat.in principio, capit 1.de ſucceſſio.feu.propter
identitatem rationis: nam ſi agnatus agnato refutare pote-
rit,multo magis pater filio vel nepoti.argum.cap.pri.§.ſi ve-
ro.de aliena.feu.pater.Et in prędictis caſibus, quando agna-
to,vel pater filio refutat, debebit accipiens inueſtituram in-
tra tempus legitimum petere,etiam viuente refutante, alias
amitteret.Ita pulchre Andre. de Iſern. quem ſequitur Alua-
120 ro.in cap.j.§.ſed etiam res,per quos fiat inueſt.† Si tamẽ duo
fratres, vel alii duo agnati eiuſdem gradus defuncto ſuccede-
rent,& alter alteri partem ſuam vel venderet,vel refutaret.
Hic eſſet diſtinguendum,an ambo acceperunt inueſtituram
a domino,an vnus tantum, vel neuter eorum:ſi ambo acce-
perunt,& poſtea vnus alteri refutat,vel vendit ſuam partem,
Certe iam qui hanc partem accepit, tenebitur iterum pro
ea parte inueſtituram petere. Si neuter eorum inueſtituram
accepit, iam ſufficiet accipientis per refutationem vel vendi
tionem vna inueſtitura:ſi vero is qui refutat vel vendidit par
tem alteri, nondum erat inueſtitus, nec tempus legitimum
petendæ inueſtituræ præterijt,certe i alter iã hæc pars iure ac-
creſcendi accedet, & ſic opus non erit ei pro parte inueſtitu-
ram petere.Ita pulchre Aluaro. poſt Andre. de Iſern.in di.c.
j.§.ſed etiam res,per quos fiat inueſt.Sed quid ſi pater filio feu
dum refutaret,vel agnatus agnato,ſeruato ſibi vſufructu, an
iam filius vel agnatus etiam debeat inueſtituram petere in-
tra tempus legitimum.Certe tenet Bartho. de Caſſe. in titu.
des fiedz.§ 8.in verbis,en alienation & tranſportat.quod ſic,
121 quod eſt bene notandum. † quia ſæpius parentes ita dant fi
liis feuda in donationem propter nuptias, vel filiabus in do-
tem, vbi fœmininum feudum eſt.Iam videamus, quos effe-
ctus refutatio producat: & primo hic diſtinguendum fuerit
inter nouum feudum & antiquum:ſi nouum feudum pater
refutat domino,hoc caſu feudum amittet, præiudicando &
omnibus deſcendentibus in perpetuum, niſi contemplatio-
ne deſcendentium a principio ſimul expreſſe datum foret.
ita Aluaro. in cap.pri.§.fina. quę fuit prima cauſa benefic.
amitten.Zaſi.in x.parte & communiter Docto.de quo infra
in parte ſequẽte latius quid ego ſentiam adferam. Secundo,
ſi refutat vaſallus pater domino antiquum feudum,hoc caſu
iterum à patre amittitur: ſed iam non præiudicatur libe[ris]
nec legitimis hæredibus,ſed mortuo patre refutante, redibit
122 ad proximiores in gradu gratis,ex regula,† Reſoluto iure da-
toris reſoluitur ius acceptoris.ca.primo.§.rurſus,quibus mo-
dis feudum amitt.titu.j.cap.primo.§ ſi quis deceſſerit,verſic.
Titius filios, ſi de feud. defunct. conten. ſit. Poſſunt tamen
etiam hęredes legitimi in vita alienantis a domino redime-
re,ſi volunt,vt latius infra in parte ſequenti docebo.per cap.
primũ.§.porro, qualiter olim feud. pote.aliena.Tertio ſi re
futat vaſallus feudum domino, vt inueſtiantur filij ſui, hoc
caſu eius eſt effectus,quod licet feudum ſit paternum, quod
per hoc tamen non fiat nouum, licet dominus nunc filios,
a nouo inueſtiat:& ergo, ſi poſtea alter filiorum moritur ſi-
ne liberis, non tamen tunc feudum eius vt nouum redibit
ad dominum,ſed ut paternum deuoluetur ad fratrem,exclu-
ſo domino.tex.in cap.primo.de vaſal.decrepit. ætat. Ex quo ĩ-
123 fertur,†refutationem feudi in dominum factam non muta-
re qualitatem feudi, reſpectu aliorum quorum interest, vel
quandocunque intereſſe poſſit. vt infra in parte ſequenti la-
tius tractabimus.

Sed iam hic dubitari poſſet, cum diximus feudum ſimpli-
citer a vaſallo refutari poſſe: an ergo vaſallus,qui rurſum al
teri ſubinfeudauit,feudum domino refutare poſſet in præiu-
dicium ſubinfeudati,efficiendo ſcilicet, vt feudum ad domi-
num reuertatur:dicendum breuibus,quod ſic,& adeo,vt ſub
infeudatus nullo iure aduerſus dominum ſe tueri poterit.c.i.
§.rurſus,quibus modis feudum amitt.titu.j.cap.primo. §.fin.
ſi de inueſt.feu.controuerſia fuerit. Nam ius ſubinfeudati re-
ſoluitur,cum ius datoris reſolutum fuerit dicto §.rurſum,[di]
cto cap.i.§.ſi clientulus,de alie.feu.
124 †Sed quæſtionis iam eſt, an dictus vaſallus,qui ſic domino
refutauit,ſubinfeudato etiam teneatur de euictione. Et pau-
cis,Zaſius.in x parte ſui tract. feu.in illa ſententia eſt, quod
non teneatur,ſi modo ſubinfeudatus ſciuit dominum ſuum,
a quo accepit,alterius vaſallum eſſe:& hoc ideo, quod cum
ſcit vel ſcire debet,ius datoris refutatione feudi reſolui,&
eſſe naturæ feudum,ut ex vi vt potentiæ ſuæ naturæ ad [li]
refutari poſſit etiam ſine domini voluntate, vel vſlius dicto
capi.pri.de vaſal. qui contra conſtitu. Lothar. reg.feu.alie na.
quod debet accipiens feudum ſeu ſubinfeudatus ab illo
vaſallo exploratum habere,conditionem talem vaſalli eſſe,
quod quæcunque velit refutare poſſet domino: cum ergo
cum tali contraxit, non debuit eſſe ignarus conditionis ei,
cum quo contraxit.l.qui cum alio, ff.de regu. iuris. ſibi cum
non alii imputare poſſet,ſi quid damni accidit.ca.damnum
de reg.iur.in 6.per l.ſi fundum,Cod.de euict.argument.ca.
pri.de inueſtitu.de re alie.facta.ſecus vero,ſi ignoraſſet vaſal-
lum alterius eſſe putans a vero domino ſibi feudum colla-
tum:dicto cap.de inueſt.de re aliena facta.Sed profecto Zaſij
ſententia mihi ſequenda non videtur, partim quia contra
communem Docto.ſententiam ſtringit.de quo Docto & Al
uaro.in cap.pri.§.rurſus, quib. mod. feu.amit.titu.pri.partim
quia non admodum æqua eſt. Nam beneficio non decipi,
ſed adiuuari nos oportet.l.in commodato.§. ſicut autem, ff.
commodati. Neque certe id videtur actum, vt temere & im-
portune,mutato concedentis arbitrio, in detrimentum ſub-
infeudati ſic adimeretur:nam ſi hoc ſciuiſſet futurum, ſub-
uaſallus fortaſſis feudum non acceptaſſet. Sed prætermiſſo
hoc feudo alia fortaſſis vtiliora aggreſſus fuiſſet, malitijs.n.
hominum obſtandum eſt.l.ſi in feudo, ff.de rei vendicatio.ſi
enim nõ teneretur ex tali refutatione ſubuaſallo de euictio-
ne,ſequeretur aliquando iniquum & abſurdum. Nam quid
ſi ſuaſallus primo anno maxima ſeruitia præſtitiſſet,ita [vt]
parationis nihil haberent cũ feudi fructib. an ne hic iniquiſ-
ſimum foret,ſubuaſallum excludi per refutationẽ primi va-
ſalli,ita vt nec de euictione agere poſſet? certe non habet ra
tionẽ, & aperiretur per hoc haud dubie primo vaſallo egre-
gia feneſtra vexandi indies ſubuaſallũ,ꝙ fieri non dẽr. † hoc
125 tñ certum eſt,feudum ſic dño refutatum a vaſallo per ſubi-
feudatũ retineri poſſe,non obſtãte tali refutatione, ſi modo
dñm dñi ſui recognoſcere uelit, & pręſtare ſeruitia, ut ſuus
domi-

dominus ſolet (textus eſt unicus & elegãs in c.i.in fi. qualiter
olim ſeu.pote.aliena. qui hodie correctus adhuc non eſt) vt
etiam Martin.Lauden.ibidem, quod conſiſtit in mero ſubin
feudati arbitrio, non etia domini. Et ſic hoc caſu dñs alio ua
ſallo etiam inuitus contentus eſſe debet.contra c.i.ucr.quod
ſi cum equis de ſrat. de nouo benefi. inueſti. † Et hanc puto
126 eſſe rationem, quare uaſallus ſui ſimilem neceſſario rurſum
ſubinſeudare debet, ſi uolet ſubinſeudare.ut uult c.i.§.ſimili-
ter, de leg.Conradi. nam alias, ſi ſui diſſimilem poſſet ſubin-
ſeudare, iam dominus ex hac parte fruſtraretur & grauaret̃,
naſciendo forte ignauum pro diligenti, ſolerte, & expedito
uaſallo, quod notandum: quod tamen dixi, per recognitio-
nem prioris domini feudum obtineri poſſe a ſubinſeudato,
hoc hactenus uerum erit, ſi ſubinſeudans nullos poſt ſe le-
gitimos hæredes relinquat, hos uero ſi relinqueret, iam qui-
dem ſi redimere nollent in uita ſubinſeudantis, adhuc poſſet
ſubuaſallus recognoſcendo dominum domini ſui ad uitam
127 ſubiuſeudandis obtinere.† Eo tamen mortuo rediret ad lri-
mos feudales, eius hædes, ex regula Reſoluto iure datoris, &c.
Iſto ergo caſu iam hæredes tñ ſubinſeudantis tenerentur
ſubinſeudato alio feudo æquiualenti prouidere, vel illud re-
linquere, ſi modo heredes quo ad allodialia exiſtere deſun-
vellent.per l.cum a matre, C. de rei vendi. de quib. in par.ſeq.
latius, in fi.† Sed an in ꝓximiorem agnatum vel deſcendentẽ
vaſallus refutare poterit, vbi prius non proximiorem in gra-
128 du ſubinſeudauit, poteſt.n.tam agnatum q̃ extraneum ſubi-
feudare. Et certe puto, ꝙ ſic a ſiſi, vt in domino iam diximus,
cum ſit de natura feudi, poſſe refutari a vaſallo, etiam vbi
ſubinſeudatio facta eſt. † Prædicta tamen vera erunt, niſi in
129 ſubinſeudatione vel refutatione facta longiori in gradu, dñs
deſcendens, vel agnatus proximior conſeuiſſent ſubinſeuda-
tioni vel refutationi: hoc enim caſu præcluſa via illi eſſet re-
furandi in dominum, proximiorem agnatum, vel deſcenden
tem, quibus alias ius competiſſet.arg.c.i. ver.ſi clientulus, de
alie.feu.& eorũ quæ notat Alua.in c.i.§.fi.ſi de inueſt.feu.cõ-
trou.fuer.l. pen. C. de pact. Et quia de euictione mentionem
facere ſ. cœpimus, reſpectu refutationis factæ in præiudiciũ
130 ſubuaſalli: † videamus, ſi delicto ſuo primo vaſallus feudũ
amitteret, an ne tunc quoque ſubifeudatus ab eo de euictio
ne agere poſſet cum ſuo iſto domino a quo accepit, vel eius
hærede. Paucis dicendum, ꝙ ſic.gl.in d.§.rurſus, & ibi Bal. Al-
ua. Præpoſi.quib.mod.feu.amit.tit.i.Alua.in §.fi. ſi de inueſti.
feu.contro.fuerit, argu. l.pen.ff.ſo.matri. Neque hoc caſu per
recognitionem primi domini ſubuaſall' feudum obtineret,
vt in parte præcedente diximus. Sed quid ſi per mortem feu-
dum amitteretur, cum ſine liberis vel ſucceſſoribus lrimis,
quo ad feudum decedit vaſallus ille qui ſubinſeudauit. ſm d.
§.rurſus, quib.mod.feu.& c.i.in fi.qual.olim feu.pote. alie.an
iam contra alios hæredes defuncti agere poſſet de euictione,
Certe dicendum iam, ꝙ non ſi modo ſciuit eum, a quo acce
pit, etiam eſſe vaſallum alterius: nam ſcire debuit ius ſuũ re-
ſolutum iri ex feudi natura per mortem datoris. per c. i. in
fi.qual.olim feu.pote.alie.& d.§.rurſus, quib.mod.feu.amitt.
tit.i. Si ergo hoc caſu ſibi ſaluum eſſe feudum volet, recogno
ſcat dñm dñi ſui, vt ante docuimus, ꝙ hic etiam poſſet. Prædi
ctum tñ verum, niſi expreſſa ſtipulatione ſibi prouidiſſet, vt
ſp de euictione, & iſ ſ: vel eius hæredes tenerentur. arg.l.fun-
dum, C.de euict.& c.i.de inueſt.de re alie.facta. Si vero igno-
raſſet ſubinſeudatus, & putaſſet primũ vaſallum illum vere
dñm rei fuiſſe, & non vaſallum (& ſic deceptus) hoc caſu ſp
etiam q̃ defuncti hæredes ſubinſeudatus de euictione agere
poſſe.d.l.fundum, C.de euict.& c.i.de inueſt.de re ali.facta. Po
terit tñ ſp rurſum recognoſcendo dñm dñi ſui feudum obti-
re, ſi feudum poti' q̃ euictionem malit, ſm ea quæ ſ. dixim'.
ꝑ c.i.in fi.qua.olim feu.pote.alie.& putarem in caſu quo dñs
dñi non eſſet magis auſterus truculẽtus, q̃ dñs mortuus, ꝙ tñ
hæredes defuncti de euictione non tenerent̃, cum poſſit ſuo
arbitrio æque bonũ dñm hr̃e, ſeruato feudo. malitiis.n.ho-
minum obſtandũ. Et hæc de refutatione ſufficerint, Ad quos
vero refutatum feudum reuertatur, in parte ſequente docebi
mus. Nũc ad quintam partem properemus, qũo defectu feu-
dum amit.† Defectu quoq; amittitur feudũ, veluti cũ vaſall'
131 iam poſſidens feudũ, fit inhabilis ad ſeruiendũ, vt mutus,
ſurdus, vel alias imperfectus, vel talis eſt cum iam ſuccedit ĩ
feudo.de qb.in c.an mutus, vel alias imperfe.& in c.i.§.mut',
Epm vel Abb.de qb.ĩ.ſuo loco. Prima ꝯcluſio hui' partis rur
132 ſum erit, † ꝙ vaſallus nouum feudũ amittet, ſi fiat mutus, ſur
dus, vel alias imperfe.ita ꝙ debite ſeruire nõ poſſit, vel ſpes re
ſtitutionis ſeu redintegrandæ valetudinis non fuerit medico
rũ opinione. Et hoc verũ, ſi ex accidenti ꝯtingat, hoc eſt, cũ
iam feudũ poſſidet. Nam ſi a principio fuit mutus, ſurdus, vel
alias imperfectus, cum dñs daret, hoc ſibi imputare dñs tum
poſſit, ꝙ tali dederit. Poteſt.n. dñs gratiam de ſuis bonis face-
re, q̃b.vult.arg.c.quęcũ.feu.ad filiũ perti. Et rõ quare feudum
hic amittatur eſt, quia iam ceſſat ratio, quare beneficium ꝯ-
ceſſum fuit: datur.n.ad hoc feudum vaſallo, vt ſeruiat. Et vt
ſit obſequioſus ĩ prẽſtandis ſeruitiis: verum mutus, ſurdus, vel
alias imperfect. quia deſinit eſſe habilis ad ſeruitium, iuſtum
eſt illi auferri. ꝑ l.oĩb.cauſis, ff.de reg.iur. Et prędicta intelligi-
mus d̃ eo muto & ſurdo, qui nihil audit, nihilq; loqui poſſit,
non de ſurdaſtro, vel eo qui tarde loquitur. Secunda conclu-
ſio erit, ſi vaſallus mutus, ſurdus, vel alias imperfectus fiat, cũ
tñ ſpe medicorũ ſanari poſſit, hoc caſu etiam feudum nouũ
non amittet, ſed ſibi ſeruando per ſubſtitutum ſeruiet. ꝑ c. i.
in prin.an mutus, vel ſurdus.vt in concluſionibus ſequentib.
docebo. Tertia concluſio, † ſi feudum paternum ſeu antiquũ
133 fuerit, & vaſallus mutus, ſurdus, cæcus, claudus, vel alias im-
perfectus fiat, vel iam eſt, cum in feudo ſuccedet: diſtinguen-
dum iam rurſum erit, an vitium iſtud a natura tale ſit, ꝙ me
dicorum ope iuuari non poſſit.arg.c.ex literis, de frig.& male
fic. extra. an vero tale de quo ſperatur a magiſtris ea in ar-
te ſeu medicorum opinione. Primo caſu feudum rurſum a-
mittet, per textum.in c.i.verſi.quidam tñ, an mutus, vel alias
imperfect.vbi ratio in fine redditur, ideo nempe amitti, ꝙ ta
lis ſeruire domino non valet, nec ſpes eſt ut valeat. Secundo
caſu, etiam ſi ita natus ſit (dum tamen ſpe medicorum ſana
ri poſſet) nõ tamen feudum amittet, ſed per ſubſtitutum ob-
tinebit, vt quoque ante diximus in nouo feudo. ita intelligo
d.c.i.in primo reſponſo, an mut.vel alias imperfect.quicquid
Aluaro.& Petrus de Ceruot.dicant, quos ſequitur SchencK.
in d.cap.i.an mutus, vel alias imperfectus.qui putant, primũ
reſponſum illius tex.in d.cap.j.eodem titu.loqui de feudo pa-
terno, in quo vaſallus ex accidenti fit imperfectus vitio etiã
perpetuali, non a natura, hoc eſt, natiuitate, atque ideo tunc
feudum non amitti. Secũdum vero reſponſum loqui de eo,
qui natura, hoc eſt, a principio, ſurdus, vel mutus natus, & er-
go tunc feudum amitti, ſed certe falluntur. Nam textus ĩ pri-
mo rñſo aperte indicat, etiam ibi loqui de vaſallo, qui natus
imperfectus eſt, in verbis, Etiam ſi ſic natus fuerit, quæ verba
non poſſunt eſſe clariora. Sed poſito, quod vera eſſet interp̃-
tatio Aluaroti, & aliorum.in d.c.i.an mutus, vel alias imper-
fect.tunc tamen ratio differentiæ huius ab illis dara ibi (qua-
re magis non amittet, quando ex accidenti vitium contin-
git perpetuale, quam natura, ſeu natiuitate) obtinere nõ poſ
ſent. Nam inquiunt, ideo feudum antiquum propter imper-
fectionem ſuperuenientem, etiam perpetualem, non amit-
ti: quia tale feudum nõ habuit originem ex ſua perſona, ſed
ex perſonis parentum, & ergo ſolidius in illis radicatum eſ-
ſe. Certe ſi illa ratio huius differẽtiæ eſſet, ergo idem dicendũ
foret in feudo antiquo, vbi vaſallus ex natura imperfectio-
nem acciperet, ſeu mutus aut ſurdus naſceretur, cum tunc
quoque æque radicatum eſt feudum in vaſallo ex parte parẽ
tum, vbi tamen volunt tunc plane amitti. in d.c.i.eodem tit.
ſolum enim diſtingunt.in d.c.i.an mutus, vel alias imperfect.
an imperfectio natura fiat, hoc eſt, cum eo naſcatur, an vero
per accidens contingat: primo caſu amitti, ſecundo caſu mi-
nime. Zaſius vero, quia hanc rationem Docto. non ſufficere
putauit, illam reiicit, & aliam adfert.in 8. ſua parte tract.feu.
fol.47.mihi videlicet, quod is quis ex accidenti imperfectio-
nem accepit, etiam ſi ſit perpetualis, ideo non amittere feu-
dum antiquum: quia licet iam actu ſeruire non poſſit, ſpera-
ri tamen de eo aliquando futurum, vt ſeruire poſſit, & ſanus
fiat: in alio vero caſu, vbi natura imperfectio accedit, vaſallo
iam nunquam ſperari aptitudinem poſſe contingere, vt rurſũ
ſeruiat, cum iura naturalia ſint immutabilia.§.ſed naturalia,
Inſtitu. de iure natura.gent. & ciuili. Sed certe non ſatis aſſe-
quor, quid Zaſius velit illa ſua diſtinctione, quia ipſe ſibi ip-
ſi in eo etiam contrarius eſt. Nam aperte primo confitetur,
quod feudum antiquum retinetur, etiam ſi ex accidenti va-
ſallus imperfectione corripiatur perpetuali, quomodo ergo
poſſit ſperari, vt aliquando ſanus fiat, vt poſſit ſeruire ſecun-
dum eius rationem: quod enim perpetuum eſt, non relaxa-
tur, nec ſuſpenſionem ſuſcipi. Preterea, quod inquit ibidem
Zaſius in d.ſua parte 8.folio, 48.mihi, in principio. de nouo
feudo. ſiue imperfectio natura contingat, ſiue ex accidenti,
ſiue diſtinctione ſemper amitti (ideo ſcilicet, quod finalis
cauſa propter quam nouum feudum cõceſſum eſt, deficiat)
mihi etiam ſatis non placet, quia idem dici poſſet in feudo
antiquo, quando ſit imperfectus ex accidenti, vbi tamen illi
non vult auferri feudum.vt habet in d.8 parte, fol.47. in fine.
cum tamen ſit plane eadem ratio vtrobique, nec poſſet mi-
hi dari vera differentiæ huius ratio, cuius ſaltem non poſſẽ
134 eſſe legitimus & acris impugnator.† Quapropter diſtinguen-
dum equidem cenſeo (vt ante etiam diximus) ſimpliciter,
an tale ſit vitium (ſiue naturale, ſiue accidentale, tam in no-
uo feudo, quam antiquo) quod induſtria uel cenſura
medicorum ſanari non poſſit, vel poſſet, quia ſperant pe-
riti in ea arte. Si vero tale ſit, de quo non ſperant, ſiue a na-

tiuitate contigerit,ſiue ex accidenti , ſemper feudum amitti.
in d.cap. j. verſi.quidam tamen , an mut. vel alias imperfect.
quod ſatis etiam alibi textus indicat, de milite facto clerico,
cui ex accidenti defectum contigiſſet nemo negare poterit,
qui tamen feudum amittit & transfert ſtatim ad dominum
vel agnatos.in cap.1.de vaſallo milit. qui arma bellica.depo.
Si vero tale ſit,de quo aliqua ſpes eſt,ſiue a natura,ſiue acci-
denti:hoc caſu non amitti,ex ſupra dictis.per d.capi. j.in pri-
mo reſponſo,an mut.vel alias imperfect. quia ſpes eſt iam ꝙ
aliquando reſtituetur,& ſeruiet.argum.ca.i.§. ſi quis deceſſe-
rit,ſi de ſeu.defunct.conten.ſit.† Et hoc videtur tacite textus
135 innuere.in d.capi.j.in ſi.an mut. vel alias imperfect. dum in
ſecundo reſponſo illam dat rationem, quare feudum amit-
tatur,nempe,quod ſeruire non poteſt, vt fœmina & cleric⁹,
de quibus nulla ſpes eſt,quod aliquando ſeruiant : quam ta-
men rationem obticuit in primo reſponſo,quod eſt conſide
randum,vt etiam Zaſius in effectu,vt puto, voluit.in dict.ſua
8.parte,ſolio 47.in ſi.
Et quanquam his caſibus feudum amittatur, cum inſana
bile vitium eſt , tamen ſi ſe vaſallus ſine feudo iam honeſte
ſuſtentare non poſſet , tantum ei ab accipiente relinqui dẽt,
vnde poſſet honeſte ſe ſuſtentare.ita pulchre tex.in capit. j.§.
mutus,epiſcopum vel Abba.†Sed dicet aliquis,an ne ſaltem
136 feudum retinere poterit,ſi per ſubſtitutum alium æque ido-
neum commode ſeruire velit?gloſſa videtur.in dicto capit. i.
an mutus,vel alias imperfect dicere, quod ſic:ſed paucis dicẽ
dum,ſiue ſit feudum nouum, ſiue antiquum, ſiue naturale,
ſiue accidentale ſit vitium(ſi modo tale ſit,de quo nulla ſpes
eſt) quod tunc nullo modo poſſet, vt infra dicemus in cleri-
co,concluſione ſequente:Si vero tale ſit,quod ſanari poſſit,
vel quo ſperaretur,tunc bene poſſe.
Fallit primo,quod ante diximus,feudum amitti ex vitio ĩ-
ſanabili,ſi ſit feudum non rectum,vel non ſimplex,ſed cõdi
tionatum,hoc eſt,ad certum ſeruitium datum. Illo enim ca-
ſu,ſi poſſet idem ſeruitium æque commode expediri, hoc ca
ſu feudum non amitteret,licet mutus, ſurdus,aut ſimilis fie-
ret.Nam pone quod feudum in coquendo conſiſtat , & fiat
ſurdus vel mancus, per hoc tamen coquus ille feudum non
amittet,ſi modo non minus bene officio fungi poſſit, & ita
dicendum in ſimilibus.Bald.in dicto cap.primo.§.mutus, &
ibi alii Docto.epiſcopum vel abbatem.Fallit ſecundo in feu
do franco,in quo ad nullum tenetur ſeruitium.Docto. in di.
§.mutus. Fallit tertio in caſu eleganti , ſi feudum vaſallo da-
tum fuiſſet in remunerationem magni alicuius obſequii,ve
luti ab eo , quem a latrunculis, vel hoſtibus captum cripuit.
Nam cum datum ſit loco mercedis ſeu laboris eximij, vide-
tur ex eo feudum hoc nullo modo , etiam propter imperfe-
ctionem ſuperuenientem,ab eo reuocandum. arg.l. ſi pater,
§.fin.ff.de donat.quod ſequitur etiam Aluarot. & alii.in d §.
mutus.Fallit quarto,ſi pactum eſſet a principio factum , qđ
propter vitium aliquod ſuperueniẽs non amitteretur , quod
fieri poſſit.cap.i. de feu.non haben.propriam natu.feu. quod
tamen ſemper ab allegante eſſet probandum. cap.i. §.præte-
rea,quid ſit inueſt.
137 Nunc redeamus ad concluſiones.† Quarta concluſio erit,
ſi vaſallus miles,clericus,religioſus,vel conuerſus fiat, ꝑ hoc
quoque feudum amittet.cap.1.de vaſal.mil.qui arma bel. de-
po.cap §.ſi quis per triginta.verſi.qui clericus,ſi de feu.defun.
conten.ſit,cap.i.in ſi.de feudo fœminæ.& ratio huius eſt , qa
factus Chriſti miles,non poteſt eſſe miles ſeculi.d.cap.i.de va
ſal.mili.qui arma bellica depo.Eſt enim talis iam,qui ſeruire
non poteſt.cap.j.in ſi.an mut. vel alias imperfect. Videamus
iam de quali clerico, religioſo,vel conuerſo, prædicta fuerĩt
intelligenda.Paucis,obtinebunt de clerico,religioſo,vel con
uerſo tali,qui ſolenniter votum vel profeſſionem fecit.ita vt
clericus,religioſus,vel conuerſus manere debeat. ita Aluar.
in d.§ ſi quis per triginta, verſi qui clericus , & cap.i.de vaſal.
mil qui arma bel.depo.& in c.1.de feu.fœminæ.non enim cu
culla monachum , nec habit⁹ religioſum facit,ſed profeſſio.
c.porrectum,de regula.extra . Et quomodo illud votum vel
iſta profeſſio fiat videre alibi licebit.in c.j.de voto,& voti re-
dem.in 6.& in c.porrectum.Ex prædictis ergo inferimus,pri-
mo,†ꝙ clericus in minorib.conſtitutus ordinib.tñ,feudum
138 non amittet (quanquam glo.in c.i.§ naturalis, ſi de feu. deſ.
conten.ſit ꝯtrium teneat,q̃ ſequitur Nic.de Nea.in c.i. in ſi.de
feu fœmi.& Bal.in d.§.ſi quis per 30.ver.qui clericus, ĩ verbis,
hoc ipſo.ſi de feu.deſun.conten.ſit.) quia in minoribus conſtitu
tus ordinib. nondum vere clericus eſt , neq; vere votum ꝓfeſ-
ſionem , perficere ſtatum clericalem. Poſſet enim ad ſeculũ
libere redire.c.hi qui poſt ſanctum,30. diſt. vbi glo.nec min⁹
vxorem ſecure ducere.c.Iohannes,& tot.ti.de cleri.coniuga.
extra.Preterea, ſi admitteret , per ſuſceptionem minoris or-
dinis clericalis,ſtatim feudum amitti. Iam parentes vel agna
ti ſtuderent quotidie circũuenire,& filios inducere,vel agna-
tos adultos,vt ordinẽ minorẽ aſſumerent, quo magis a parẽ
te alius fortaſſe filius,vel agnatus magis amatus,feudum con
ſequeretur,ꝙ puto nullo modo admittendum , ne peccandi
feneſtra iis pateſiat. Parum.n. vel nihil primum illud ſtigma
facit ad habitum clericalem.Non obſt.Baldi obiectum,volẽ
tis ſimpl'r amitti feudum ſtatim per clericalem aſſumptionẽ,
dum tex.inquit.in d.c.1.§.ſi quis ꝑ 30. verſi. qui cleri. ſi de feu
deſun.ex verbis,hoc ipſo feudum amittat, in quib.vĩ ponũt.
hoc ipſo feudum amittit : quia aio ibi textum intelligendũ,
amitti ſ.tum,cùm verum votum religionis aſſumpſerit,nõ
139 ante:† ꝙ idem dđm fuerit de religioſo vel conuerſo,qui ad-
huc intra annum probationis conſtitutus,redit ad ſeculum.
ita intelligendus eſt tex.in c.i.ver.ex hoc illud,de feu.fœmi.ꝑ
ſ.dicta,cum ſua bona,alia recuperat,& interim tenet. vt no.
in Auth.ingreſſi,& ſequen.vbi Dd.C.de ſacroſ.eccl. ꝙ ẽt ſeq
tur Alua.in c.i.de vaſal.mil.qui arma bel.depo. (quanq̃ And
de Iſer.ꝯtrium male teneat.in c.i.§.ſi quis per 30.verſi. qui cle
ricus,ſi de feu.deſun.conten.ſit.) quæ omnia bene ſunt notã-
da,cum ſæpius poſſent contingere:ſi vero habitũ clericalem
vel religionis ſtigmata plene accepiſſent,ita vt ſine apoſtaſia
vel infamia dimittere non poſſent , iam certe ſi habitũ abii-
cerent,feudum non recuperarent tex.in c.i.ver. ex hoc illud,
de feu.fœmi.Et ratio eſt , † quia iã ex tali exceſſu & apoſtaſia
140 infamis,non poſſet ſtare in curia domini. c. 1.an ille qui in-
141 terfe.fra.do.ſui.†Præterea apoſtata cum ſit hæreticus.c.excõ
municamus , ext. de hæret. certum eſt , quod non poſſit vel
feudum retinere, vel etiam recuperare. arg c i hic finitur lex,
in ſi.† ꝙ idem obtinebit etiam diſpẽſatione impetrata ſuper
142 apoſtaſia , quia iam Papa hoc iuris ꝙ ſemel acquiſitum eſt
agnatis vel filiis,auferre illis non poſſet.at.l. nam ita diuus.ff.
de adop.& ea q̃ ſ.alibi docuimus.Sed dicet aliquis,mirũ eſſe,
ꝙ clericus vel religioſus feudum amittat,vel et nõ recuperet,
143 ꝑ rationes ſ. datas,nempe, † quia miles Chriſti ſeculo ſerui-
re non debet.c.i.de mil.vaſ q arma belica depo.cum tñ a prĩ-
cipio recte talib feuda da.poſ vt eſt alibi expreſſum , in c.i.§.
ſi.de cap.Cour.vbi tñ miles ẽt cœleſtis erat.Paucis dđm, lon-
ge diuerſũ eſſe in caſu quo primo.clericis feudũ ꝯfertur.Nam
poteſt quilibet de ſuis reb. (vt eſt moderator & arbiter) gra-
tiam facere qb.vult. Poteſt.n.plene dare,abſq; ſeruitio vlli⁹,
abſq; ꝯdictione ẽt quibuſlibet quare ergo non eodem modo
clerico feudum dare poſſet.Sed obiiciet ſtatim hic aliquis,qđ
ſi in militia ſeruiendum eſſet,iam non poſſet ſeruire , cũ ſit
Chriſti miles.ꝑ c.i.de vaſal.mil qui arma bell.depo.Certe ve-
rum qdem eſſe eſt,ſed iam hoc per ſubſtitutum ꝯficiet. Cẽ
ſetur.n.hoc tacite cõuentum,cum daret dñs,ſciuit.n.dñs,ci⁹
eum eſſe conditionis,qui in perſona ſeruire non poſſet,vt quo
que in fœmina obtinet,cui feudum confertur,q̃ nec in bello
ẽt ſeruire valet.c.i.in ſi.an mut.vel alias imperfe.c.i.de feu.fœ
Fel.in c.in præſentia,nu.47.ext.de proba.& Spe.in §.quõ,verſ.
21. de feu. verum ꝙ in alio caſu feudum retinere non poſſit
clericus,ideo eſt,quia dñs uaſallo militi , uel priuato conceſ-
ſit,primo,non clerico uel religioſo,& tali qui ſuo proprio of
ficio dñm iuuare poſſet , ſed nunc aſſumendo clericatum,
uel religionẽ,reddit ſe talẽ ꝙ officiũ dño pſtare nõ valet,nec
dẽt.c.i.de uaſal.mil.qui arma bel.depo.ergo non retinebit.l.ĩ
omnibus cauſis,ſi de reg.iu. (Sed dicet hic aliquis,quid ſi illi
144 clerici uel religioſi per ſubſtitutum æque ſeruire poſſent,&
affectarent,an ne ſaltẽ ꝑ hoc feudũ retinebũt? Et certe d iſta
re uarii uaria dixere,de quo alibi late tractant Dd. in d.c.i.de
uaſal.mil.q arma bel.depo.& §.ſi qs ꝑ 30.uer.q cleri.uer.ſi de
feu.deſun.ꝯt.ſit,in c.i.in ſi. de feu. fœm. Egđ breuib. qd ſentiã
declarabo,relictis oĩb.Primo,ſi feudũ eſt tale, ꝙ reqrit ſerui-
tiũ ſeculare,ut eſt, cũ dño militare,uł ſiĩe facere:hoc caſu pu
tauerim, ẽt ſi poſſet Monaſteriũ uel clericus æque idoneum
ſubſtituere,ꝙ tñ feudũ nõ retinebit.ꝑ d.c.i.de uaſ.mil.q arma
bel.depo.& c.1.§.ſi qs ꝑ 30.uer.q clericus,ſi de feu. deſun.ꝯtẽ.
ſit & c.i.in ſi. de feu.fœmi.q tex.ſimpl'r loquuntur:Et moueor
rõne,nã dubiũ non eſt,qn feudalium ꝯpilatores Ober & Ge-
rard.ſciuerint aliqñ,& ferè ſꝑ ſiſem,uel ẽt magis idoneũ poſ-
ſe ĩueniri.Et ergo,ſi uoluiſſent,ꝑ ſubſtitutũ id poſſe fieri,abſ-
que dubio ſic appoſuiſſẽt.Sed qd opus multis, eſt tex.ad hoc
alibi expꝛſſius,& apert⁹,q cauillari non poſſit , ubi clericus lu-
bens ꝑ ſubſtitutũ ſeruiuiſſet,ſed tñ non potuit,q ſeqĩ ẽt Bar.
de Caſſ.in §.5.in uerbis,excepte les religieux,in ti.des fiedz q̃
q̃ non ignorem,pl's grauiſſimos Canoniſtas,ut Inn.Io. And
Hoſt.Anth.de But.in c.in pſentia,ext.de ꝓba.Sali.Mar.Lau
& tandẽ D.SchencK.in d c.i.de mil.uaſ.q arma bell. depo ꝯ-
trium tenere ꝑ multa (leuia ſatis) q̃ adfert poſt alios.ad q̃ ſtã
le rñderi poſſet,ni longũ foret:†nã tõ ſola eſt , quo minus ꝑ
145 ſubſtitutũ fieri queat,ꝙ dñs qui ꝯceſſit,principal'r dedit,ut is
in pſona ſeruiret,& alias ſe ñ fore ꝯtentũ,ꝙ ꝓbat pulchre ali
bi tex.ĩ c.i.ĩ ſi.an mut.uel alias imperſ.ubi mut⁹, ſurd⁹, & al's
ĩpfect⁹,itẽ fœminæ feudũ amittũt ut ĩ eo ñ ſuccedũt,q a (iqi)
ſeruire ñ poſſũt: cũ tñ negari neqat,qn ꝑ ſubſtitutũ illi æque
ſerui-

ſeruire poſſent, ex quo tex. vno id ſatis clare ꝓbat: nec huic ob
ſtat capitu. 1. §. firmiter, de prohib. feu. ali. per Fed. vbi vaſallus
a domino euocatus, vel ipſe venire, vel alium mittere ſuum
146 in locum poterit, † quia loquitur ibi de vaſallo, qui ipſe ſerui
re poſſet, ſi vellet, vel tali ſaltem, de quo ſperatur vt poſſit ali-
quando per ſe ſeruire, arg. c. j. §. ſi quis per trigin. verſi. ſi minori
& §. ſeq. ſi de ſeud. defuncti conten. ſit. & in tali caſu bene ad-
mittimus ſubſtitutum. Secus vero, quando principalis perſo-
na per ſe hoc facere non poſſet, nec ſpes vlla eſt: ad quod alle-
go textum, c. j. §. quidam tamen, in fi. an mut. vel alias imperf.
vbi clerici illi æquiparantur ſurdis, mutis, vel alias imperfectis
inſanabilibus natura, ſed imperfecti tales natura ſubſtitutum
habere non admittunt, ſecundum omnium Doct. etiam opi-
niones, in d. c. 1. §. mutus, epiſcopum vel Abb. & bene, quia ꝑ
ſe ipſi ſeruire non poſſunt, vt textus inquit. in d. c. 1. an mutus
147 vel alias imperf. in fi. † Recte ergo nec clerici vel religioſi ſub
ſtitutum habere admittentur, qui illis æquiparantur. Poſtre-
mo, niſi ita intelligeremus, certum eſſet, quod nunquam va-
ſalli in caſu vbi imperfecti eſſent, ſurditate, cæcitate, vel ſimili
modo, vel clerici, religioſi, conuerſi, feudum amitterent: nam
ſemper ſibi ſimilẽ facile inuenirent, imo forte magis idoneũ.
Non tamen ignoro prædictis contrarium multis in locis con
ſuetudine obſeruari, nempe clericos & feudum obtinere, &
per ſubſtitutum ſeruire, quæ vt non eſt ad delinquendum in
uitatrix, ſeruari poſſit. vide Bartholo. de Caſ. in x. limitatione,
§. 5. in verbis, excepte les religieux, titu. des fidez. Hæc omnia,
quæ iam diximus de ſubſtituto, ad concluſionem primam, ſe
cundam, & tertiam quoque pertinebunt. Secũdo, ſi tale eſſet
ſeruitium, quod poſſit & ipſe clericus vel Monaſterium expe-
dire, hoc caſu bene admittimus, quod per ſubſtitutum feu-
148 dum retinere poſſent, † veluti ſi dominus alicui feudum con-
ceſſiſſet ſeculari, vt certis anni temporibus miſſas aliquot fie-
ri curaret, aut pauperibus aliquid elargiretur, vel ſimile face-
ret, illo caſu, ſi vaſallus clericus vel religioſus fieret, per hoc
tamen feudum non amitteret, quia poſſet per ſe miſſam iã
facere, pauperibus aliqd diſtribuere, vel ſimile exercere opus,
recte ergo hic & per ſubſtitutum hoc facere poſſet, per textũ
in d. c. j. §. ſi quis per 30. verſi. ſi minor, & §. ſequen. ſi de feu. de
fun. conten. fuerit. vbi minor annis quatuordecim poteſt feu
dum tenere, & ꝑ ſubſtitutum ſeruire, q̃a ſpes eſt, quod poſtea
ſeruire poſſet, factus adultus. Rurſum alio probatur loco in
c. j. §. firmiter, de proh. feu. alie. per Fed. vbi per ſubſtitutum p[illegible]
qui ipſe ſeruire poſſet, ſi vellet, ſecus, ſi per ſe non poſſet, nec
149 ſpes aliqua eſſet. † Prædicta quæ diximus de clerico, religioſo,
& ſimilibus, locum etiam habebunt in filia habente feudum
maternum, & ingrediente monaſterium, licet plurimi Doct.
Felin. in d. c. in præſentia, numero 47. in fin. extra de probatio.
Alexan. in conſi. 10. in 5. volu. plene eius ſint ſententiæ, quod
tũc licite monaſterium ſeruire per ſubſtitutum poſſet. Et hoc
ea ratione, quod dominus hoc a principio cõceſſiſſe videtur,
ſciens per ſe non poſſe ſeruire, ſed per ſubſtitutum ſolum, vt
ante etiam docuimus. Sed certe huic reſpondeo, quod quam-
uis primo dominus tacite conſentiat, vt fœmina per ſubſtitu
tum ſeruiat, tamen ſperat hoc perpetuum non fore, quia for-
te nato filio ex ea, defuncta matre, ille iam conſenſus, quo ad
ſubſtitutum expirabit, & in perſona ſeruiet, quæ ſpes habere
locum in moniali vel ſimili non poſſet. Et ita inuenio quoq;
tandem tenere Bartho. de Caſſe. in d. §. 5. in verbis, excepte les
religieux. in ti. des fiedz. Et hæc quo ad quintam partem ſuffe-
cerint. Et feuda prædicta per imperfectionem amiſſa, ad quos
deuolui debeant in parte ſequenti docebimus. Nunc ad ſextã
150 partem accingamur, videlicet, † quomodo feuda præſcriptio-
ne amittantur, de qua re non eſt parua cõtrouerſia inter Do-
ctores. Et cum ſit res non parui momenti, & admodum præ-
iudicialis, quæ damni plurimum dominis inferre poſſet, bene
explicanda fuerit, & diſcutienda. Primo ergo dicendum, ſi va
ſallus contra voluntatem domini feudum alienauit venden-
do, dando, vel in tertium aliquem quocunque modo transfe
rendo. Et is eam rem cum titulo & bonafide poſſedit annis de
cem inter pręſentes, & viginti inter abſentes, hoc caſu tamen
adhuc rem feudalem non præſcribet contra dominum, pro-
bat id per glo. verbi præſumptione, in cap. 1. de capit. Conrad.
quod tamen videtur eſſe contra textum, qui titulo & bona fi
de contentus eſſe videtur. Inſtitu. de vſucapio. in §. j. cum ſimi-
151 libus. † Nec obſtat text. in contrarium allegatus, in d. §. 1. In-
ſti. de vſuc. quia licet illa duo ibi ſolum exprimantur, vt hẽat
bonam fidem emptor, & titulum, aliud tamen tertium requi
ritur, quod non ibi exprimitur, videlicet, quod res ſit talis quę
præſcribi poſſit, vt declaratur alibi, in d. §. ſed aliquando. & §.
152 furtiuę, eodem titu. de vſuc. † quod res prohibitæ pręſcribi ſeu
vſucapi, vt ſunt ſacræ, religioſæ, & ſimiles: item res furtiuæ &
vi poſſeſſæ, nullo tempore præſcribi poſſunt, etiam ſi cum ti-
153 tulo & bona fide poſſideantur. † Nunc ad noſtrum propoſitũ
ita quoque res feudalis ſic alienata a vaſallo contra dominũ
præſcribi non poterit decem vel viginti annis, quia res eo ip-
ſo quod alienatur vitio afficitur, quia in alium vſum feudũ
conuertitur, quam deſtinatum a domino fuit. argum. §. furtũ
autem, Inſti. de obligat. quæ ex delict. naſcun. l. viti. C. de acq.
poſſeſſio. Nec obſtat, quod vaſallus ipſe bona fide & iuſto ti-
tulo a domino abſque fraude accepit, quia per hoc tamen al
teri dando vel vendendo feudum, ſeu rem alterius nõ minus
154 vitio afficit. Vt enim † ſpecies furti eſt de alieno largiri, vt ali
bi pulchre Iuriſconſultus, in l. ſi pignore, ff. de fur. ita multo pe
155 ius eſt rem plane alienare alterius, † res enim feudalis non va
ſalli, ſed domini eſt ca. 1. §. fin. de inueſt. de re aliena facta. Si er
go iam res vitio contaminata eſt, ſequitur quod decem vel vi
ginti annis præſcribi non poſſit, etiam a bonæfidei emptore.
per §. furtiuæ, Inſtitu. de vſucapio. Quæſtio ergo iam eſt, an ſal-
tem triginta vel quadraginta annis præſcribatur? Et certe pri-
mo videtur, quod ſic, quia omnis actio ſiue perſonalis ſit, ſiue
realis, illo tempore præſcribitur, l. ſicut, l. omnes, l. cum notiſſi
mi, C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum. quę longiſſimę pręſcri-
ptiones propter deſides ſuarumq; rerum deſertores introdu-
ctę ſunt. d. ll. Secundo fructum 30. annis pręſcribi poſſe, maniſe
ſtiſſimum eſt, l. 1. C. de annal. excep. ergo & hęc res feudalis a
ſimili per ſupradicta. Et certe videtur nõ eſſe veriſimile, quod
Imp. Conradus, Lotha. & Fed. voluerunt abrogare pręſcriptio
nem longiſſimi temporis, vigiliis multis compoſitam, de qua
in toto titu. de pręſcripti. longi temporis 30. vel 40. annorum.
licet in ſuis conſtitutionibus prędicti Imper. ſemper vtantur
ijs verbis, nempe, Nulla obſtante pręſcriptione, ita glo. in ca. j.
verſi. pręterea, de capi. Conrad. quam ſequitur ipſe Bald. Nic.
de Neapo. Iacob. de Bel. Alua. Præpoſ. & communiter omnes
Docto. in d. c. i. de cap. Conrad. vbi Aluar. inquit, in dubio eſſe
adhęrendum gloſſę in conſtitendo, cum melior teſtis haberi
non poſſit gloſſa ordinaria, ad cuius cõfirmationem facit ali-
bi text. apertus, ad hoc non inelegans. in cap. j. §. donare, verſi.
porro, quali. olim feu. pote. alie. in verbis pręſcriptione 30. an-
norum ſubmouebatur, dominus tam ſciens quam ignorans.
Poſtremo eſt, ſi quis per xxx. annos rem aliquam vt feudum
poſſedit, & ſeruitium domino exhibuit, quamuis de ea re nõ
ſit inueſtitus, tum pręſcriptione (etiam hodie) xxx. annorum
ſe tueri poſſe, ita vt iam dominus vt feudum recognoſcere de
156 beat. † Videtur ergo, quod & accipiẽs a vaſallo ſaltem 30. an
nis, poſſet feudum pręſcribere vt allodiũ. Quid dicemus? pau-
cis, his omnibus non obſtãtibus, quamuis magni ſint & mul
ti, qui pro ea parte ſunt, contrarium tamen tenebimus, videli
cet feudum ab accipiente a vaſallo, xxx. etiam annis nec xl. p̄
ſcribi poſſe. primo, per tex. cap. j. verſi. pręterea. de capit. Conr.
qui ſic habet, pręterea, vt liceat dominis omnes alienationes
feudi factas, nulla obſtante pręſcriptione, reuocare, qui text.
non poſſet eſſe clarior. Nam ante Conradum etiam ex iure
communi, niſi triginta annis feudum pręſcribi potuit, ut ex p̄
dictis patuit, & infra patebit, quia ergo nunc Conrad. prohi
buit omnem alienationem, nulla obſtãte pręſcriptione, haud
dubie illa verba aliquid operari debebunt, & intelligi, ut etiã
hodie nullo tempore pręſcribi poſſent. Secundo, alio loco ꝓ
batur per textum in c. j. de prohib. feu. alien. per Fed. in uer. un
de Imperator. in uerbis, Vnde Imper. Lotharius tantum in fu
turum pręcauens, ne fieret, legem promulgauit. Nos non ſolũ
in poſterum, ſed etiam illicitas hactenus alienationes perpe
tratas hac pręſenti ſanctione caſſamus, & in irritum deduci
mus, nullius temporis pręſcriptione impediente, quę uerba
non poſsent etiam eſse clariora, ubi quoque Federicus Impe.
non ſolum futuras, ſed etiam pręteritas alienationes reuoca
ri uoluit, quod tamen ante Federicum Lotharius, nec Conra
dus cauerat, ſed ſolum de futuris. c. j. de prohib. feu. aliena. per
Lotha. & c. j. uer. unde imperator, de prohib. feu. alie. per Fed.
ponamus nunc ergo, ſi fortaſſis ante Federicum facta aliena
natio fuiſset plus xxx. annis, an ne hęc reuocari debuiſset per
conſtitutionem Federici, in d. c. j. de proh. feu. alien. per Federi
cum, quis dubitat? cum ſimpliciter & aperte pręteritas reuo
cari uult feudi alienationes. pręterea, ſi hoc Fede. Impera. non
uoluiſset, quid, quęſo, amplius Federicus introduxiſset quam
Lotharius, & ante eum Conradus, in d. cap. j. uerſicu. pręterea,
de capit. Conra. Nam certum eſt, quod ante Conradum etiã
Imperato. (qui diu pręceſſit Fede.) non potuit feudum pręſcri
bi, niſi triginta annis, quia res vitio affecta erat ut ſupra decla
rauimus. ſi ergo ex communi iure feudum pręſcribi, niſi tri
ginta annis non potuit, etiam ante Conradum & Lotharium
imperatores, & poſtea per Conradum & Lotharium, omnis
plane pręſcriptio in futurum inhibita fuit dicto cap. 1. §. pręte
rea, de capitu. Conrad. iuncto cap. i. uer. unde Imperator. de ꝓ
hi. feu. ali. per Federicum. (Quę uerba pręter id quod antea ob
tinuit, aliquid operari debent) non intelligo, † quid ergo intro
duxiſset Federicus amplius, quam ipſe Coradus & Lotharius
cum tamen dicat Federicus, ſe hoc amplius introducere, ꝙ
Lotharius non introduxit. in d. uerſicu. unde Imperator? Vt er

go

go clarius hæc res de præſcriptione cognoſcatur, videndum
obiter ordine fuerit,quid ſinguli iſti Imperatores ſuper ea in-
troduxere,& certe primo,cum Conradus Imperator videbat
triennales præſcriptiones feudorum tendere in interitum Rei
publicæ,& Imperij diminutionem,vt infra docebimus: cauit
primo,Omnem omnino alienationem nō valere , & ſi fieret
in poſterum(non obſtante illa præſcriptione) poſſe reuocari
158 per d.cap.j.§.præterea,de capit.Conra.†Superuenit poſtea im
perator Lotharius,& qd, quęſo, is introduxit amplius quam
Conradus?Certe quod is,qui poſt ſuam conſtitutionem com
periretur alienaſſet feudum, quod per hoc nō ſolum feudum
amitteret,ſed & pretium,quod fiſco applicaretur, qui ſucceſ-
ſor eſt male acquiſitorum.l.Lucius,ff.de iure fiſci. glo.in c.j.in
verbis.ex empto.de proh.feu.alie.per Fed.& tex.in d.ca.1.in fi.
de proh.feu.alie.per Lotha.Præterea, quia hoc aliquando nō
curabant,& ſe fortunę committebant , ſperantes dominum
negligentem nō reſciturum factam alienationem,cauit quo-
que ne tabellio ſuper eo inſtrumentum faceret:ſecus faciens,
vt amiſſo officio,etiam infamia notaretur.d.cap.j.in fi.de pro
hibita feu. alie. per Loth. De pręſcriptione nihil cauit in ſua
dicta illa conſtitutione,quaſi de ea ſatis iam cautum per Cō-
radum,in d.c.j.ver.pręterea,de capi.Conra. cuius conſtitutio-
ne(vt iam ante etiam diximus)potuerūt omnes alienationes
feudi factę,poſtea vlla abſque pręſcriptione reuocari.Et ſic ca
uit de futuris talibus , non etiam de pręteritis iam dudum fa-
ctis alienationibus.qui ergo ante eum a vaſallo emiſſet feudū
& triginta annis poſſediſſet, libere hunc in ſuo iure relinque-
bant per pręſcriptionem illam iam factam.per ca.1.§.porro
159 quali.olim feu pot.alien. †Sed iam poſtremo ſuperuenit Im-
perator Federicus, qui non ſolum voluit , irritas eſſe aliena-
tiones factas a tempore Conradi & Lotharij , ſed etiam quę
ante Conradum & Lotharium triginta annorū tempore fue
rant pręſcriptę.Et hoc eſt,quod vult dicere,etiam pręteritas ir
ritas facere,non ſolum futuras alienationes,vt Conra.in d.ca.
1.verſi.vnde Imperator,de prohib.feu.alie.per Fed. & Lotha.
Et niſi ita intellexerimus,non video profecto,quid alias noui
per ſuam conſtitutionem Federicus introduxiſſet, quod non
ante fuit introductum ab alijs. Nunc ad ea quę ſupra in cōtra
rium allegata fuerunt reſpondeamus.Primo non obſtat,om-
nes actiones tam perſonales,quam reales annis 30.vel 40.ex-
tingui,per l.ſicut,l.omnes.l.cum notiſſimi,& ſimiles,C.de prę
160 ſcriptio.30.vel 40.anno.†quia reſpondemus,nos facile illa ad
mittere regulariter vera eſſe, quā diu ſuper aliquo caſu ſpecia-
li prohibita pręſcriptio non fuerit,vt hic,per c.j.ver. pręterea,
de capi.Conrad. & in c.j. de prohibita feu. alien.per Federicū.
& alio loco pulchre probatur,in c.ſuper quibuſdam extra de
verbo.ſignifica.vbi certę res,vt pedagia,guidagia, ſalinaria,&
ſimilia pręſcribi eo tempore,quo cęterę res non poſſunt , ſed
pręſcripto a lege tempore,alio nempe eo cuius initij non ex-
tat memoria.Simili quoque modo , Princeps poteſt prohibe-
re, ne res vnquam aliqua pręſcribatur , vt hic in feudo fecit.in
d.c.j.de proh.feu.alie.per Fed.Et ratio, quę mouit Fredericum
Imperatorem ad hoc,non parua fuit,quę ante eum etiam be
161 ne mouerat Lotharium,in c.j.de proh.feu.alie.per Loth.†qa
videbant intereſſe Reipublicę, vt iſtud prohiberent , alias per
hoc magnum imminere Reipublicę detrimentum . Nam va-
ſalli diſtractis feudis,& ſic bonis exuti,ſubterfugiebant ſenio-
rum ſeruitia, per quod Imperij vires maxime attenuari vide-
bant,dum proceres milites ſuos,hoc eſt,vaſallos ad expeditio
nem Principis traducere non poterant.vt pulchre habet ca.1.
de prohib.feu.alie.per Loth.& cap.1.de prohibi. feud.alie.per
Federi.An vobis hęc cauſa & motiuum iſtud nō videtur ſuffi-
ciens , quare Imperatores pręſcribi vllo tempore non volue-
runt,per quod totum Imperium,regnum, Vrbes ſuſtentātur,
& ſine quo defendi nec Imperium,nec regnum , imo nec res
familiaris noſtra poſſet : Non obſtat ſecundo. rem furtiuam,
vel rapiam vi,annis triginta poſſe pręſcribi,l.j.C.de anna.exc.
quia hoc eſſe verum regulariter,admittimus , quam diu text.
in ſpecie non prohibeat,vt in noſtro caſu,vbi maior quoque
ratio fuit . Nam ob pręſcriptionem regulariter ꝑpter deſides,
& rerum ſuarum negligentes admiſſam , non ita periclitatur
Imperium & omnium ſalus,atque in noſtro caſu,vt facile ex
162 ſupradictis patuit.†Nec obſtant tertio glo.& Docto. in d.ca.j.
de capit.Conra.qui dicunt,in dubijs non eſſe firmiorem teſtē
quam gloſſam ordinariam,vt ibi eſt,quia hoc facile concedi-
dimus,quādo res dubia eſt,verum in incertis,non in certis cō
iecturandum eſſe didicimus.Et ergo, quia leges ſeu capitula a
nobis allegata expreſſe habent,nullo tempore pręſcribi poſſe
163 non eſt diuinandum †Pręter hoc , quod aiunt gloſſam ordi-
nariam eſſe firmiſſ.mum teſtem,facile quoq; admittero, dum
modo hoc nobis concedant, verba textus eſſe multo firmio-
ra,a quibus recedendum non eſt, etiam ſi mille gloſſę & Do.
contrarium tenerent,quod tamē pauci,proh dolor,recte ob
ſeruant. Vt tamen appetitui Doctorum ſatiſfaciam , adſero
aliam gloſſam contrariam,quę vult expreſſe,nec triginta an-
nis etiam poſſe pręſcribi.in cap.1.verſicu.quid ergo,in verbis p
longa,de inueſtitu.de re aliena.facta.Et ſic gloſſa. per gloſſam
confunditur.Quarto,non obſtat ille textus,in capitu.1.§.pre-
ſcriptione,qualiter olim feu pote.alie.qui habet,quod pręſcri
ptione triginta annorum tam ignorans quam ſciens a repeti
tione feudi ſubmouebatur,quia admittimus,quod ante tem-
pora Conradi poterat feudum pro parte alienatum , vel totū,
vt ibi triginta annis pręſcribi,gloſſ. in verbo profecto in fine,
in 1.quid iuris,ſi poſt aliena.verum Cōradus, & poſt eum Lo
tharius,& Federicus,animaduertentes,hoc cedere in detrimē
tum Reipublicę,Ideo prohibuerūt poſtea pręſcriptiones ſim-
pliciter,per c.1.verſi.pręterea,de capit.Conradi.iuncto ca.1.de
proh.feu.ali.per Federicum.tum ob hoc,quod Principes quo
que arduioribus impediti negocijs,ī dies curam habere vaſal-
lorum ſuorum non poterāt , vt nec alii domini(vt fere caſtra
& aulam ſequūtur)ſubuaſallorum animaduertere alienatio-
nem improbam:iuſte ergo Principes proſpexerunt ſibi, & do
minis feudorum,huiuſmodi contra pręſcriptiones cōſtitutio-
nibus,iniquum exiſtimantes,improbos vaſallos ex delicto cō
pendium facere , dominos vero ex officio damnum ſentire.
164 Quinto & vltimo,non obſtat quod dictum fuit,†rem allodia
lem annis triginta etiam hodie,vt feudum , plene pſcribi poſ-
ſe,cap.1.§.ſi quis,per 30.ſi de feud. defun. conten.ſit. atque iō
videri rurſum rem feudalem , vt allodialem poſſe pręſcribi,
quia lōge diuerſa hęc ſunt,nec eadem militat ratio,quia aliud
eſt,feudum vt rem allodialem pręſcribere, aliud feudum prę-
ſcribere,quia in illo caſu,d.§.ſi quis per 30. non patitur detri-
mentum Reſpublica,ſed augetur, quia tenetur iam ſeruire,ſe
cus in noſtro caſu,vbi ſeruitium periret . Pręterea potuiſſet rē
illam allodialem 30.annis vt propriam pręſcripſiſſe , l.1.C.de
annal.exceptio.nullo magis ergo vt feudum, & hęc ſatis fue
rint.Ne tamen ſolus videar ueris prędictę ſententię aſſertor,&
in ea refractarius,nempe feudum vllo tempore pręſcribi non
poſſe,adduco pro noſtra opinione etiam aliquot Doctor. au
toritates,vt pote Iacob.de Ard.in ſumma ſua , in titu. quibus
modis feu.acquira.& And.de Iſer.in d.§ pręterea, de capi.Cō
rad.& Dynum(qui tamen nullas adferūt rationes)& demum
dominum SchencKium.in d.§.pręterea , de capit. Conrad &
c.1.de prohib.feu.ali.per Federicum. Vt ergo iam ad noſtrum
165 (vnde diuertimus)reuertamur propoſitum, †feudum pręſcri
ptione non amittitur 30. vel 40. annis, imo nec 100.quod ē
obtinere dico in caſu,ubi tāto tempore quis feudum poſſedit
abſque petitione inueſtiturę,per ſupradicta, eādemque ratio
nem,quanquam non ignorem,pręſcriptam vltra memoriam
hominum cōſuetudinem , priuilegio conceſſo a Principe vel
ſimili,ęquiparari tum quoque pedagia,guidagia,perangaria,
tributa,& id genus ſimilia , principibus in ſignum eminentię
reſeruata,eo præſcribi tempore,Doctor.in l.omnes,C.de præ
ſcriptio 30.uel 40.annorum,& Docto.in capitu.ſuper quibuſ
dam,extra de uerbo.ſignifica.& ſimiles.& huius ratio eſſe po
teſt,quod cætera præſcripta,guidagia,uectigalia , perangaria,
tributa,& id genus ſimilia,per feuda & vaſallos , quibus prin
ceps & patria conſeruatur quoque in tuto conſtituuntur,per
ſeruanturque,non enim tanti eſt periculi uectigal, tributum,
angarium,perangariumque amittere præſcriptione,atq; prin
cipatu,totaque deſtitui patria.Tum quoque uectigalia, tribu
ta,iiſque ſimilia,ſuo abſq; damno princeps inſtituere rurſum
quodammodo poteſt,non ita noua feuda,ut ſuo facile uaſſo
ſeruit ſtipendio,ut igitur magis cauendum , ubi magis pericu
lum cap.ubi periculum,de electione in 6. ita hic ſe & ſuis uo
luiſſe magis proſpicere,crediderim tutius,ſaniori tamen con
ſilio ſemper me ſubiiciens,prædicta uera intelligo, niſi domi
nus & ii quorum intereſt, præſentes & ſcientes patiantur alie
nari & præſcribi feudum,citra contradictionem.Illo enim ca
ſu putarem licite etiam hodie præſcribi poſse,per c. qui tacet,
de regu.iur.in 6.ca.continebatur, de his quę fiunt a prælato,ſi
ne conſenſu capi.ut etiam uidetur ſentire gloſ. in ca.1.§.1.quid
iuris,ſi poſt alien.feu.& arg.ca.i.§.præterea,quibus mod.feud.
amitta.tit.1.Et hoc procedet, cum emptor bonę fidei eſt igno
rans,ſ.feudum eſse, in eo enim non eſt quippiam correctum
de iure Canonico,quo ad præſcriptionē , etiam ſi res uitio ſit
affecta,defendet ergo ſe bonę fidei emptor talibus iuris ciuilis
textibus & remediis.ex l.ſicut,l.omnes,& ſimiles, C.de præſc.
166 30.vel 40.anno.†Secus erit in malæ fidei emptore , ille enim
nullo tempore præſcribet.ex c.poſseſsor,de reg.iu.in 6.& c.ſi.
de præſcripti.extra.& hæc ſufficiant quo ad ſextam partē Quo
modo morte amittatur feudum,quę erat ſeptima pars,latè ſa
tis docuimus in nona principali parte, ubi tractauimus de ſuc
ceſſione.Nunc ergo ad decimam tertiam partem pergamus,
in qua tractabimus ad quos hæc feuda omnia amiſsa (ut ha
ctenus late recenſita)reuertentur,an ad dominum,an ad deſcen
dentes,an ad agnatos,quæ pars erit etiam utiliſſima.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſi delinquat in dominum contemnendo, vel quaſi, feudum redit ad dominum, ſiue ſit nouũ, ſiue antiquũ, cum fallentiis.*
2 Feudi donatio modalis eſt.
3 *Gloſſæ error & ſequacium.*
4 *Intellectus. §. finalis. c. 1. quæ fuit prima cau. ben. amit.*
5 *Subiectum ſecundum prædicatum intelligi debet.*
6 *Fallentiæ ad regulam, quod vaſallus ſi delinquat in dominum, feudũ quodcunque reuertatur ad eum.*
7 *Perſonæ delictum aliquando nocet eccleſiæ.*
8 *Feudum commiſſum quibus caſibus ad alium quam ad dominum reuertatur, cum fallentiis.*
9 Feudum nouum amiſſum ex delicto, in alium quam in dominum, redit ad dominum.
10 *Filii quomodo ferent iniquitatem parentum.*
11 *Aluaroti error.*
12 *Feuda ex mero contemptu amiſſa, ad quos reuertantur.*
13 *Vaſallo intra legitimum tempus non capiẽte inueſtituram, ad quem reuertatur feudum amiſſum.*
14 *De natura feudi eſt, vt vaſallus infra præſcriptum tempus inueſtituram petat, aut ad dominum redeat.*
15 *Ad quos feudum reuertatur ex mero delicto.*
16 *Vaſallo dominum in acie deſerente, ad quem feudum amiſſum redeat.*
17 *Vaſallo dominũ de periculo certiorem non faciente, cui cedat feudum.*
18 *Vaſallo domini vxorem ſtuprante, aut ſtuprare conante, cui cedat feudum amiſſum.*
19 *Vaſallo domini filiam, neptem, nurum, vel ſororem ſtuprante, cui cedat feudum.*
20 *Vaſallus ſi domino inſiliat, aut aliter manus inferat, cui cedat feudum.*
21 *Diuidere patri licet feudum filiis, aut filiis inter ſe.*
22 *Si vaſallus antiquioris feudi ſuccedat poſtea in feudum recentius alterius domini, an tunc poſteriori domino etiam contra omnes iurare poterit, ſicut fecit priori domino, & contra.*
23 *Qualitas & forma, quæ a principio fuit in feudo, manet.*
24 *Vaſallus a duobus dominis inter ſe bellantibus, euocatus ad ſeruiendum, an antiquiori per ſubſtitutum ſeruire, vel medios fructus feudi mittere & recentiori domino corpore ſeruire poſſet.*
25 *Vaſallo dominum deſerente, vel accuſante, vel contra eum teſtimonium dicente, cui cedat feudum amiſſum.*
26 *Feudum ſi perdatur ex cauſis, ex quibus filii exhæredari, vxor repudiari, & donatio reuocari poteſt, cui id cedat.*
27 *Vaſallus ſi fiat parricida, aut ſuos incarceret, cui cedat feudum amiſſum.*
28 Feudum vbi ex delicto ad agnatos cecidit, an dominus tunc vaſallũ in gratiam recipere poſſit, vt maneat vaſallus.
29 *Deſcendentes nunquam ſuccedunt quandocunque feudum ex delicto amittitur, nec agnati in nouo feudo, niſi hoc ſit conuentum.*
30 *Bonis vaſelli omnibus non iure feudali ſed alio iure ex delicto perditis, cui cedat feudum.*
31 *Vaſallus ſi perdat feudum propter inceſtas nuptias, cui cedat.*
32 *Fiſcus in feudo iuris nihil habet.*
33 *Caſus in iure feudali non expreſſus ſecundum ius ciuile terminandum eſt.*
34 *De quibus inceſtis nuptiis intelligendum, vt priuetur vaſallus feudo.*
35 *Diſpenſatio a Papa poſt inceſtas nuptias contractas impetrata, non prodeſt quo minus maneat priuatus.*
36 *Vaſallus filium ſuũ aut domeſticos, domino ſuo ab eis offenſo, reconciliare nolens, aut ſaltem illos a ſe nõ ſeparans cadit, & feudum redit ad dominum, cum fallentiis, nu. 43.*
37 *Filius ſe domino patris ſui reconciliare nolens, non ſuccedit poſtea in feudo, & quid de filio filii, ſeu nepote vaſalli.*
38 *Verbum ſeparare ſignificat aliquando non habere commercium.*
39 *Intellectus. § inſuper, de proh. feu. alie. per Fed.*
40 *Vaſallus ſi ſuum vaſallum domino offenſo per illum reconciliare nolit, cui cedat feudum amiſſum.*
41 *Vaſallus vaſalli ſi dominũ domini ſui offenſum reconciliare iuſſu domini ſui nolit, cadit, & feudum redit ad dominum ſuũ immediatum.*
42 *Tertius vel quartus, aut ſimilis ſubuaſallus, ſi primum dominum offendat quid fiet vt reconcilietur.*
44 *Quale delictum erit in priorem dominum, vt vaſallus vaſalli feudum ex offenſa in illum amittat, niſi cum eo in gratiam redeat.*
45 *Vaſallus ſi ſecretum domini doloſe reuelet, feudum doloſe neget, canonem conuentum per triennium non ſoluat, feudum deterius faciat, teſtimonium contra dominum dicat, cadit, & feudum ad dominum reuertitur. 46. 47. 48. & 49.*
50 *Bonis vaſalli omnibus confiſcatis, feudum quoque amittit, ſed quæſtio pulchra eſt, cui amiſſum cedat.*
51 *Res facile ad naturam ſuam reuertitur.*
52 *Deciſio pulchræ quæſtionis.*
53 *Dominus & agnatus vaſalli in feudo plurimum iuris habent.*
54 *Iniquiſſimum eſt propter peccatum vaſalli domino pœnam inferri.*
55 *Pœna enim ſequitur ſuum autorem.*
56 *Contra æquitatem eſt, aliquem alterius iactura locupletari.*
57 *Quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro in aliũ transferri non poteſt.*
58 *Lex ſeu conſtitutio contra naturam, vel naturalem rationem lata, non eſt dicenda lex ſeu Conſtitutio.*
59 *Nec princeps, nec papa ius quæſitum alicui auferre poteſt.*
60 *Feudatarius tenetur domino ad perſonale ſeruitium.*
61 *Dominus non tenetur inuitus accipere vaſallum. 66.*
62 *Relictum ſub conditione, modo, vel ob cauſam, conditione, modo, vel cauſa non ſecuta, ſtatim condici aut vendicari poteſt.*
64 *In generali vendicatione bonorum, vel obligatione, non veniunt feuda.*
67 *Eccleſia quare priuetur feudo ex delicto prælati, durante eius vita.*
68 *Vſusfructus certis modis finitur.*
69 *Feudum inſtar vſusfructus eſt.*
70 *Dominus feloniam committens, proprietatem feudi perdit, & cedit vaſallo.*
71 *Aluaroti error.*
72 *Vltimus inter dominos ſi delinquendo cadat proprietate, an aliis dominis ſuperioribus id præiudicat.*
73 *Non debet alteri per alterũ iniqua conditio inferri.*
74 *Vaſallus delinquens cauſa cognita per ſententiam priuandus eſt.*
75 *Dominus qua actione in feudo vendicando contra vaſallum, vel alium vtetur.*
76 *Vaſallus quomodo feudi proprietatem commiſſam a domino vendicabit.*
77 *Feudũ ex quaſi contemptu amiſſum ad quem deuoluatur.*
78 *Feudũ illicite alienatum, ſiue nouũ, ſiue antiquum, vel paternum ſit, redit ad dominum excluſis deſcendentibus & agnatis, contra Doc.*
79 *Lege non diſtinguente, nec nos diſtinguere debemus.*
80 *Intellectus verſicu. ſi vaſallus, §. fina. capit. 1. quæ fuit prima cauſa benef. amitt.*
81 *Deſcendentes ex vaſallo delinquente nunquam ad feudum eius aſpirare poſſunt.*
82 *Subiecta ſecundum prædicata ſunt intelligenda.*
83 *Vaſallus quaſi illicite alienando, quaſi furtum committit.*
84 *Cautela Baldi pro deſcendentibus & agnatis in caſu vendicationis illicitæ ante traditionem.*
85 *Dolo non videtur facere qui iure ſuo vtitur.*
86 *Intellectus verſi. Titius. § ſi quis deceſſerit, cap. 1. ſi de feud. defun. contentio ſit.*
87 *Pars feudi illicite alienata ſolum ad dominum redit, non alienata remanet.*
88 *Agnati in feudo non plus iuris habent, quam feudi natura eis permittit.*
89 *Nemo præſumitur rem ſuam iactare, aut externum præponere proprio ſanguini.*
90 *Feudum illicite oppignoratum, vel in dotem datũ redit ad dominum.*
91 *Feudum ſæpius ab vno in alium ſubinfeudatum, ſi illicite a vaſallo poſteriore alienatum amittatur, cui dominorum cedat.*
92 *Primus dominus quare parum aut nihil lædatur ex alienatione illicita per infeudatos facta.*
93 *Dominus immediatus ſolum dominus eſt vaſalli ſui immediati.*
Domini mei dominus non eſt meus dominus, ibidem.
94 *Feudũ alienatione deterioratũ per vaſallum ſubinfeudatum, redit ad priorem dominum.*
95 *Vaſallus habens ſubuaſallum, ſi ius ſuũ ſine domini ſui & vaſalli ſui conſenſu alienet, vtri tunc feudũ amiſſum cedat, & an ſolũ vtile dominium perdat.*
96 *Omnes ſecundo & deinceps infeudantes, ſeruant penes ſe vtile dominium.*
97 *Vaſallus partem vtilis dominii perdit.*
98 *Feudum ſine domini conſenſu alteri ſubinfeudatũ, mortuo ſubinfeudãte, deuoluitur ad deſcendentes vel agnatos, vel illis deficientibus, ad dominum.*
99 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*
100 *Vaſallus etiam cum conſenſu domini feudũ ſiue nouũ, ſiue antiquum, ſiue paternum alienans, non tamen præiudicat deſcendentibus, contra Docto.*
101 *Nihil tam naturale, quam ſequi voluntatem domini, transferre rem ſuam volentis in alium.*
102 *Feudũ nouum an plene ad vaſallum primum pertineat.*
103 *In dubiis benigniora præferenda ſunt.*
104 *Filii reſpectu feudi non debent deterioris eſſe conditionis, quam agnati.*
105 *Fratres in feudo nouo ſibi mutuo non ſuccedunt.*
106 *Deſcendentes tantum iuris habent in feudo nouo, quantum agnati in feudo proprio.*
107 *Dominus eligendo ſibi vaſallum, deſcendentes ex eo ſtatim admittere videtur.*
108 *Quiſque præſumitur ſibi & deſcendentibus acquirere.*
109 *Natura feudi eſt, vt filius ſuccedat in eo, velit nolit pater.*
110 *c. 1. de alien. feu. ſolummodo correctum eſt quo ad alienationem, non quo ad ſuam rationem.*
111 *Intellectus d. c. 1. in verſi. ſi vero.*
112 *Intellectus capituli tertii, §. præterea, verſicu. item ſi fue. quib. mod. feud. amit.*
113 *Vno fratrum accipiente inueſtituram feudi noui, pro ſe & fratre ſi alter eorum moriatur ſine deſcendente: pars defuncti ad dominum non ad fratrem deuoluetur.*

114 Sæpe

114 *Sæpe in iure feudali ſuperflua ponuntur.*
115 *Feudū ex ſui natura plene non eſt vaſalli, ſed ſecundarie filiorum.*
116 *Feudum in remotiorem agnatū alienatum, proximior agnatus, mortuo alienante recuperare poteſt.*
117 *Feudū in extraneum domini conſenſu alienatū, per quemcunque agnatum redimi poteſt eodem pretio.*
118 *Ratio diuerſitatis inter emptorem feudi agnatum remotiorem, & extraneum.*
119 *Ius retractus quare principaliter conceſſum.*
120 *Intereſt aliquando non alienare rem vel feudum extra familiam.*
121 *Filia ſi emat, vel in eam transferatur feudum, extranei loco habetur.*
122 *Filii ſunt pars patris, & quodammodo domini rerum paternarū, in eius vita.*
123 *Quare filiis & aliis deſcendentibus permittitur feudū alienatū viuente alienante, recuperare, & non agnatis.*
124 *Intellectus §. Tunc filios, ſi de feudo defuncti controuerſi. contra D. Fed. Schenk.*
125 *Feudi pars in agnatum inſcio domino alienatum non perditur, ſecus in extraneum.*
126 *Fundamenta Domi. Federici Schenk. pro ſuá opinione ſtabilienda adducta.*
127 *Reſponſio ad eadem fundamenta.*
128 *Filius ex multis cauſis viuente patre plene bona patris habere poteſt.*
129 *Parentibus paſſim & ſine delectu quiduis agere contra liberos, permittēdum non eſt.*
130 *Ad hoc, vt quis dicatur expreſſe conſenſiſſe, an ſufficiat ſcientia, aut præſentem fuiſſe.*
131 *An tacitus conſenſus ante annum noceat, quo minus quis iure retractus in feudo vti poterit.*
132 *Quare ius etiam poſt ſcientiam & præſentiam concedat retractum in feudo infra annum.*
133 *Limitatio ad regulam, qui tacet conſentire videtur.*
134 *Procurator præſens tacendo non dicitur conſentire.*
135 *Taciturnitas filii vel agnati ex pudore vel formidine procedens, non operatur conſenſum.*
136 *An filius, qui a tempore ſcientiæ feudū a patre alienatū infra annum nō redemit, perpetuo a redemptione excludatur.*
137 *Redimere feudū, & reuocare feudum, diuerſa ſunt.*
138 *In dubiis, æquiora, rationabiliora, & iuſtiora ſunt amplectenda.*
139 *Qui etiam ſi velit obſtare nequit, eidem quod non obſtet, debet præiudicari.*
140 *An tacitus vnius anni conſenſus reiiciat filium vel agnatum a redimendo feudo in extraneum alienato.*
141 *Simpliciter conſentiens alienationi feudi, an is illud nec redimere viuente alienante, nec etiam poſt eius mortem reuocare gratis poteſt.*
142 *Emptū a domino feudū a vaſallo an filius vel agnatus vaſalli, qui nō conſenſit, id redimere vel reuocare poteſt.*
143 *Deſcendentes vel agnati ignorantes feudum, cum domini conſenſu in aliū tranſlatum, non excluduntur præſcriptione etiam longiſſima, quo minus iure retractus vti poſſint.*
144 *Feudum nec contra dominum nec vaſallum ignorantem præſcribitur.*
145 *Intellectus verſicu. præſcriptione. §. porro, qualiter olim pote. feudum, alien.*
147 *Factum eius a quo quis lucrū habet probare debet.*
148 *Feudū nunc paſſim vnus filiorum obtinet.*
249 *Pater diſponens ſimpliciter, vt omnia bona filiis æqualiter diuidātur, illud de allodialibus bonis ſolū intelligendum eſt.*
150 *In obligatione, vel alienatione omnium bonorum feuda non veniunt.*
151 *Pater ſi de feudo, in quod vnus tantum filiorum de iure ſuccedere dēt, vt diuidatur in omnes filios diſponat, per ſe ēt cū conſenſu filii veri & vnici ſucceſſoris, ſecuta etiam traditione, quid iuris.*
152 *Filius hæres an illicitam diſpoſitionem patris in feudo ſequi teneatur.*
153 *Defuncti voluntas non curanda in illicitis, & habenda pro non adiecta.*
154 *Feudalia bona ſunt bona per ſe.*
155 *An filius feudum retinere volens tenetur quæcunque legata ſatiſfacere.*
156 *Feudum non computatur in legitima.*
157 *An filius vaſallus verus & vnicus tenebitur fratribus ad æſtimationem partium feudi, ipſis a patre in teſtamento illegitime adſcriptarum.*
158 *Cautela pro patre, volente filiis omnibus in feudo gratificari.*
159 *Vbi ex more plures filii in feudo ſuccedunt, tunc ipſi inter ſe vni in diuiſione attribuere poſſunt, ſine voluntate domini requiſita, & idem hoc pater in teſtamento diſponere poteſt.*
160 *An filius vaſallus tenetur poſt mortem patris ſeruire, quod ipſe pater cū voluntate domini in teſtamento ſuo de feudo diſpoſuit.*
161 *Domini conſenſus non poteſt aliis præiudicare in iure ſuo.*
162 *Paulus Caſt. notatus, & fundamenta ſuæ opinionis confutata.*
163 *Diſpoſitio vaſalli ſine conſenſu deſcendentium vel agnatorum non valet in feudo.*
164 *Argumentum a vaſallo ad libertum non ſemper uerum.*
165 *Filius in patris inueſtitura non nominatus, ſed ſuccedere debens, ex natura feudi, vel conſuetudine impedit patris alienationem, niſi conſentiat.*
166 *Pater pro ſe & filiis ſemper præſumitur acquirere.*
167 *Alienatio cum conſenſu domini, non accedente conſenſu deſcendentium uel agnatorum, an omnino ſit irrita.*
168 *Aluarotus notatus.*
169 *Alienatio prohibita eſt primario in fauorem domini, & ſecundario in fauorem deſcendentium, & agnatorum.*
170 *Si dominus & proximiores agnati conſenſerint in alienationem feudi, an id remotioribus agnatis præiudicabit.*
171 *Non ualenti agere, non currit præſcriptio.*
172 *Cautela pro remotioribus agnatis ubi proximiores feudum alienatum recuperare nolunt, uel conſenſerint alienationi in extraneum.*
173 *Subinfeudatio poteſt fieri ſine conſenſu domini.*
174 *Filius feudum a patre in extraneum ſubinfeudatum, poteſt uiuente patre redimere, uel eo mortuo gratis uendicare, ſi patris hæres non fuerit.*
175 *Feudum quod pater ex allodialibus bonis ſuis alicui dedit, filius aut alius hæres confirmare tenetur.*
176 *An filius hæres patris tenetur ſemꝑ ſubinfeudationem paternam ſaluam apud accipientem relinquere.*
177 *Subinfeudatus ſi mortuo ſubinfeudante domino, ſuperiori ſeruire uelit, recipiendus ab eo eſt, ſi feudum illud alioqui ad dominum rediret, ſecus tamen, ſi filii extent vel agnati.*
178 *Filius uel agnatus ſi uelit redimere ſubinfeudatum feudum, ſubinfeudatus accepto pretio tenetur illud reſtituere.*
179 *Dominus & vaſallus fere in omnibus ad paria iudicantur.*
180 *Conſuetudo ſpecialis loci non extendit ſe extra illum locum.*
181 *Per alienationem domini ſine conſenſu uaſalli, non transfertur proprietas in uaſallum, ſed ſolum pro non facto habetur.*
182 *Vaſallus alium dominum, niſi uelit, non tenetur recipere.*
183 *Dominus ſi feudum ſine uaſalli conſenſu in eccleſiam uel pium locum trāſferat, tenet alienatio, ſed uaſallo fit a domino uel eius hæredibus compēſatio.*
184 *An dominus feudum cum curia ſine uaſalli conſenſu alienare poſſit.*
185 *Sicut uaſallus ſimilem tenetur infeudare, ita dominus ſuam proprietatem in ſimilem transferre tenetur.*
186 *Dominus hodie ſine uaſalli conſenſu proprietatem ſuam alienare non poteſt.*
187 *Vaſallus ubi ipſo iure cecidit, an adhuc requiratur proceſſus iudiciarius et ſententia.*
188 *Omnis pena requirit iudicis ſententiam.*
189 *Ad quos feudum refutatione amiſſum reuertatur.*
190 *Refutatio eſt quaſi alienatio.*
191 *Feudum uaſallus refutare non poteſt in perpetuum præiudicium filiorum.*
192 *Filius & agnatus domino præferuntur in redimendo.*
193 *In nouo feudo in dominum refutato, agnati perpetuo excluduntur.*
194 *Refutatio feudi in proximum ſucceſſorem ualet, ſine conſenſu domini.*
195 *Feudum in remotiorem refutatum proximior redimere poteſt, non expectata morte alienantis.*
196 *Aluarotus fallitur.*
197 *Filia reſpectu feudi eſt quaſi extranea perſona.*
198 *Refutatio in extraneum eſt mera alienatio.*
199 *Feudum ex defectu amiſſum, ad quem deuoluetur, per concluſiones.*
200 *In dubio ſententia rationabilior, æquior, & quæ rem facit tutiore loco conſiſtere, ſemper præferenda.*

DECIMATERTIA PARS, AD QVOS amiſſum feudum deuoluatur.

DOcuimus in parte præcedē ti latiſſime, ſeptem modis feuda amitti. primo, ingratitudine, contemnendo dominum: ſecundo, ingratitudine, delinquendo mere in dominum: tertio, quaſi cōtemnendo, nempe alienando citra domini conſenſum. quarto, refutando: quinto, per defectum: ſexto, præſcriptione, ſeptimo, morte. Nūc ergo uideamus ordine, ad quos amiſſum feudum reuertatur, ad dominum an ad deſcendentes, an ad agnatos. Hanc materiam omnium latiſſime tractauit Aluarotus in cap. 1. §. ſi. in ti. quæ fuit prima cau. benefi. amit. & Zaſius in 10. ſua par. & And. de Iſer. in d. §. fina. priuſquam autem hanc auſpicer partem, præmittam tres generales regulas ad omnes poſtea ſequentes concluſiones pertinētes, quarum prima erit.
1 †Quod quandocunque uaſallus in dominum delinquendo, contemnendo, uel quaſi contemnendo feudum, ſiue nouum ſiue antiquum amittit, tunc ſemper plene ad dominum redire, excluſis omnibus deſcendentibus & agnatis probatur in c. 1. §.

j.§.fi.quæ fuit prima cauſa,benefi.amit.c.j.ver.cum autem,an ille q interfe,fra.domini ſui. Et ratio quare ad dominum ple ne redit,excluſis omnibus agnatis & deſcendẽtibus,eſt, quia dominus hoc a principio tacite pepegiſſe videtur, quod ſcilicet vbicunque delinqueretur in eum,ſtatim per hoc iniurię ſi
2 bi illatæ vltionem haberet,ac per hoc vindicaret, †Eſt enim feudi donatio,quaſi modalis donatio, quæ reuocatur ſtatim non ſequente modo.l.j.C.de don.quæ ſub modo fiunt.Eius ergo naturæ ſemper feudum eſt,licet non ſit expreſſum in inueſtitura, vt infra adhuc docebimus, vt tenet etiam alibi Curti.
3 in 5.part.fol.483. mihi. †Contra hanc tamen partem(quo ad antiquum feudum,reſpectu agnatorum) cõtrarium tenet gl. in c.j.de ſucc.feu.quæ vult agnatos non excludi,ob culpam a vaſallo commiſſam in dominum,quam ſequitur An.de Iſer. in c.j.ſi vaſ.feu.priuetur.& Hoſtien.in ſua ſumma,de feu.& demum ipſe Zaſius dubius,in 10.parte ſui tractatus feud.fol.74.
4 mihi.propter textus feudi dubios,vt inquit: †propterea quod d.§.fi.quæ fuit prima cau.benefi.amittendi,vtitur verbo(Proximos)quod aliqui intelligunt de deſcendentibus, aliqui de agnatis,& propter verbum(quandoq;)quod alibi habet text. in c.j.ſi vaſallus feu.priue.vbi dicit,quod feudum quandoque ad agnatos reuertitur,quod verbum mouit Andre.de Iſernia. Sed paucis,putauerim de iure veriorem eſſe noſtram regulã. Et miror, Zaſium virum alioqui doctiſſimum hanc partem dubiam dicere,quum tex.ſint plus quam apertiſſimi, qui refutari & aliter intelligi non poſſunt, vt primo illo feudali rñſo monſtratur,quo hac forma exprimitur in ca.1.an ille qui interfe.fra.domini. Quia tamen erga dominum felonia non fuerit facta,ad agnatum proximiorem feudum pertinebit,ſi paternum fuerit.Poſtea ſtatim ſubiungit, Cum autem ad dominum reſpicit felonia,tunc feudum domino aperitur, hoc tex.quid poteſt eſſe clarius,apertius,dilucidius: Secundo,cum tex.alio loco aperte dicat,in d.c.j.§.fina. quæ fuit prima cauſa bene.quod dominus habebit illam iniuriæ ſuæ vitionem,nõ video,quare verbum ibi poſitum(proximos)non etiã de agnatis intelligi debebit,cum alias iniuriæ ſibi illatæ vltionem nõ conſequeretur dominus,ſi ad agnatos reuerti deberet.Tertio poſito,quod ſecundum Doct.vt volunt, verbum(proximos) poſitum in primo reſponſo,d.§.fina.quæ fuit prima cau bene. amit.loquatur de deſcendentibus tantum, ergo non minus quoque verbum(proximos) poſitum in ſecundo reſponſo d. §.fin.intelligi debet de deſcendentibus tantum, quia in eodẽ
5 termino loquitur & vno cõtextu. †Nam ſine dubio ſubiectũ ſecundum prędicatum intelligi debet.arg §.præterea, Inſtitu. de inuti.ſtip.Sed ſi ita intelligeremus, eſſet falſiſſimus d.§.fin. nam vbi culpa feudum amittitur,tunc nunquam deſcendentes ſuccedunt.c.i.§.licet,ver.ſi vaſallus culpam,ſi de feu.defun conten.ſi r. ergo neceſſario in vtroque reſp onſo de agnatis verbum(proximos)intelligi debet,quod etiam finis. §.ſatis indicat,dum inquit,Si tamen beneficium fuerit paternum.Præterea,ſi volunt intelligere.d.§.fi. vtrobique de agnato,& in primo reſponſo de nouo tantum feudo loqui, vt aliqui volunt, vide Alua.in d.§.fi.nec hoc obtinere poſſit.Nam ita de indubitabili tex.ibi loqueretur,cum certum ſit ſatis, quod agnati in nouo feudo non ſuccedunt, rectè ergo vtrobique de agnatis loquitur, & hanc noſtram partem quoque tenuit gloſſa ſibi contraria,in §.licet vaſallus,verſi.ſi vaſallus culpam,ſi de feu. defun.conten.ſit.Et ſequitur Iacob.de Belui.Bald.& Aluarot. in d §.fi.nec obſtat verbum,quandoque in d.§.fin.vbi dicitur, vaſalli feudum delinquentis, licet ad agnatos quãdoque pertineat,&c.quia illud verbum, quandoque ad hoc referri dẽr, quod diſtinxit ibi textus, nempe an delictum eſſet commiſſũ erga dominum,an erga alium,vt in ſequentibus docebimus nam feudum paternum ad dominum etiam, ſi in alium, & non dominum delictum fuit commiſſum,aliquando reuertitur,vt ibidem in fi.d.§.licet,verſic.ſi vaſallus culpam,ſi de feu. defun.cõten.ſit inter do.& agn.vaſ.ſcilicet,vbi non ſunt agna
6 ti vltra quartum gradum,& ergo inquit,aliquando.†Fallit primo hæc regula,ſi dominus in cauſa fuerit, vt ſibi offenſa vel felonia fieret,veluti, quia adulterantem vxorem leuius tulit, vel cum ea conniuit,malitiæ feneſtram aperiendo,& ad Calicem ſternendo,vt dicitur,his enim caſibus & ſimilibus, nõ ad dominum,ſed ad agnatos feudum reuertitur,ita Alua.in d.§. fi.conclu.6.Et facit tex.bonus,in l.ſi opera,ff.de doli exceptio. quem ſequitur etiam Zaſius.in 10.parte.fol.74. Secundo fallit ſi domino conſentienti fieret iniuria,ad hoc,vt feudum conſequi poſſet,& agnati fraudarẽtur.Hoc enim caſu rurſum nõ reuertetur ad dominum,ſed ad agnatos, ſi deſcendentes non ſunt.l.non videtur fraudare,ff.de regu.iur.c.ſcienti, de reg.iur. in 6.ſi vero in fraudem filiorum dominus & vaſallus colludent,hoc caſu ad filios reuerti debere dicerem, quia domino volenti non fit iniuria, imo fraudum fomenta ſunt auertenda,ita Alua.in d.§.fi.& Zaſi.d.loco,& eſt tex.ad hoc. in l.fina. ff.de eo per quem fac. erit. Neque his caſibus dominum gratiam poſſe facere,huic vaſallo exiſtimarẽ,reſtituendo illi feudum,vel delictum illi condonando, in prҫiudicium agnatorum,quia iam aliquid iuris acquiſiuere ꝑ delictum vaſalli cõmiſſum,de quo poſtea aliquid in ſequẽtibus dicam Fallit tertio,ſi tenor inueſtituræ haberet,ut non ſolum pater, ſed & filius nominatim haberet feudum,& hoc viuo patre,tunc certe filio in ſua parte non præiudicabitur.argumen. l.ſi quis Titio,ff.de uſufruct.accreſ.Aluaro.in d.§.fin concluſi.8.& And. de Iſern.in c.1.ſi uaſal.feud.priuetur.Sed quid ſi in inueſtitura dictum eſſet,Do tibi feudum,& tuis liberis ſeu deſcendẽtibus, non tamen nominatim dicendo, ſcilicet Petro & Paulo, uel ſimiliter, an etiam hoc caſu per delictum patris filii & deſcendentes feudo priuabuntur.Certe Zaſi.in 10.ſua parte fol.73 uidetur ſimpliciter tenere,quod non priuabuntur,ſed quod proprio iure uenient, ad quod Docto. authoritates adfert quam plures,& maxime Barth.in l.eum qui,de interdi. & releg.Sed ego hoc ſimpliciter ita eſſe uerum nõ puto.Nam etiam ſi pater acquiſiuiſſet feudum pro ſe & deſcendentibus liberis,putarem hoc non amplius tantum afficere,quam ſi ſimpliciter ſibi ſoli acquiſiuiſſet,non habita mentione liberorum.nam qlibet præſumitur pro ſe ſemper & liberis acquirere, etiam ſi non exprimitur.c.j.de duobus frat.a capit. inueſt. quod etiam feudi natura requirit,c.j.in fi.in quibus cau.feudum amit. niſi ex coniecturis poſſet conſtare,quod tam nomine filii, quam ſuo acquiſiuiſſet,uel dominus ſolum propter filium patri cõceſſiſſet,ueluti,cum filius bona multa aliquando præſtitit domino,cum in bello iuuando,uel alibi,pater minime, hoc caſu,ſi propter benemerita filij dominus patri feudum cõceſſiſſet,ſiue ſimpliciter patri ſolum,ſiue ſimul cum filio, iam bene admitto,per patris delictum filium feudo nõ priuari,quia hic filij potius contemplatione datum uidetur quam patris, quę coniectura diſcendę erunt ex iis quæ Docto.alibi notant in l.fi.C.de uſufruct.ubi pulchre hoc docetur,& maxime a Saliceto.Si uero iſtud non conſtat,& uſus eſt pater uerbis pro ſe filiis,& deſcendentibus, puto tamẽ æque tunc filios & omnes excludi,ut etiam uult Aluaro.in d.§ fi. concluſio 8. Cenſetur enim tunc contemplatione patris dediſſe:And.tamen de Iſer. diſtinguit,in c.j.ſi uaſal.feudo priuetur.an proprio nomine appellauerit,an appellatiuo;priore caſu,contemplatione filij ẽt datum, ſecundo caſu,non,quod tamen nihil eſt. Nam etiam ſi quis dederit,uel legauerit aliquid Petro filio Iacobi,uel inſtituerit hęredem,ęque tamen cenſetur contemplatione patris Petrus inſtitutus,tex.in l.filiusfamilias,ff.de condict.& demõ. argum.l.cum aliquis,C.de iu.deli.argum.l.ciuibus,ff.de rebus dubiis.ſed quid multis,in noſtro caſu deſcendẽtes, & omnes etiam collaterales feudo priuari, & in eo etiam præiudicari illis,per delinquentem patrem,uel ſuperiorem, autor & teſtis eſt ipſe Barth in d.l.eum qui,ff de interdi.& releg. quem male pro ſe allegat Zaſius.in 10. parte. Et ergo non temere credendum allegationibus Doctorum.Et certe ſi in tali caſu, ubi qs pro ſe,filiis,& deſcendẽtibus accepiſſet,delicto parentis deſcẽdentes non priuarentur, nõ uideo quomodo unquam dominus habere poſſet ultionem iniuriæ ſibi illatę,ex d. §. fi.q̃ fuit pri.cau.ben.amit.ut quoq; infra latius docebimus. Fallit quarto,ſi tenor inueſtiturę haberet multis eſſe datum æque principaliter,hoc etiam caſu,ſi unus illorum in dominũ delinqueret,non faceret tamen feudum deuolui ad dominum,ſed maneret penes alios,quo ad partes illorum, Aluaro.in d.§.fi.conclu.7.delinquentis tamẽ pars ad dominum rediret.Fallit quinto,ſi uaſallus dominum a morte,hoſtibus, ſeu latrũculis liberaſſet,& ob hoc ei feudum eſſet cõceſſum. Illo etiã caſu, quãuis in dominum delinquat,non tamen feudum amittet, ita Bal.in c.1.in ti.an mutus uel ſurdus,ad quod allegat l. ſi pater §.fi.ff.de don.ſequitur Zaſi.in 10.par.fol.74.habet enim potius iam loco mercedis quam beneficii, ut ante alibi quoque docuimus.Fallit ſexto,ſi uaſallus in dominum delinqueret, primo iniuriatus & laceſſitus, ita ut ſine periculo & uitæ diſcrimine abeſſe nõ potuiſſet.in d.§.fi.in 13.cõcluſio. Fallit poſtremo,ſi Eccleſię,communitati, uel ciuitati feudum cõceſſum eſſet,& eorum adminiſtrator peccaſſet in dominum, iſto caſu uult Aluaro.in d.§.fi.in 13.cõcluſi.apud reliquos plene manere,& nihil redire ad dominum, ut feudum ęque principaliter omnibus datum,ſed putarem aliter dicendum, quod ciuitas,communitas,uel Eccleſia amittet quidem feudum, & ad dominum reuerteretur,quouſque uiuit adminiſtrator,& hoc ideo,quod talem pręfecerint adminiſtratorem,argum.§.item exercitor.Inſtitu.de obliga.quę ex.quaſi deli.naſcun poſt mortem tamen eius redire ad Eccleſiam,communitatem, uel ciuitatem argum.cap.1.§.fin.de capit.Contad. ubi ſatis hoc ꝓb. & ſic quoque voluit Iacobus de Ard.in ſua ſumma, in rubri. an uaſal.uniuer.in ti.quibus mo.feu.ami.& in eam ſententiã declinare uidetur alio loco Alu.in §.pręterea,de prohib.feu.alie.per Fede.
7 Et ita hic eſt caſus,ubi perſonę delictum nocet Eccleſię contra

tra l iubemus,C.de ſacroſan.eccleſi.& c.delictum perſonæ,de
reg.iu.in 6.ſi tamen aliquis priuatus non adminiſtrator offen
deret dominum,ex hoc ciuitas,vel alia vniuerſitas, vel Eccle-
ſia feudum non amitteret , ita Aluaro. in d. §. præterea , 2.&
ſequitur Zaſius.in 7.ſua parte , quod eſt notandum . Secunda
8 regula generalis erit,†quod quandocunque feudum amittit̃,
peccaudo, non erga dominum , ſed alium(vt ſupra in parte
duodecima late docuimus)hoc caſu ſi feudum paternum fue
rit,ſeu antiquum,non redibit ad dominum, ſed agnatum col
lateralem in quarto gradu,vel vlteriorem , excluſis omnibus
deſcendentibus & agnatis infra quartum gradum . hæc regu-
la probatur in c.i.§.licet,verſi.ſi vaſallus culpam , ſi de feu.de·
conten.ſit.c.1 ſi vaſal.feu.priue. Nec obſtat textus ille , qui di-
cit,Proximos ad agnatos redire,in § fi.quæ fuit pri.cau.bene.
amit.quia verbum Proximos,ibi intelligi debet de proximio-
ribus vltra tertium & quartum gradum.ſecundum c.1.§.licet
verſi.ſi vaſallus culpam,ſi de feu.deſun.

Atque iſtud eſt,quod aliquando ad dominum,aliquando ad
agnatos redire textus alibi refert,in c.ſi vaſ feudo priuetur.p-
pter agnatos exiſtentes intra quartum gradum , qui non ad-
mittuntur,vlteriores maxime.Fallit iſta regula,in caſu,vbi qs
proprium fratrem vel ſimilem occidiſſet: nam iniquiſſimum
eſſet,& nimis auſterum,& inhumanum , quod filii interfecti
fratris,qui ſunt delinquenti in tertio gradu, feudo priuarent̃,
certe hic dolor dolori adiungeretur,arg.l.1.C.ſi ante aper.tab.
ſufficiet ergo illis mors patris: prędicto ergo modo limitandã
regulam arbitror.in d.§ licet,ver.ſi vaſallus culpam.ſi de feu.
defunct.contentio ſit.cap.i.ſi vaſal feud.priuetur. Fallit ſecun-
do prędicta regula(vbi diximus,ad agnatos vltra quartum gra
dum redire)in iis agnatis,qui licet extra tertium gradum ſint,
non tamen ſunt agnationis communis,hoc eſt,non deſcẽde-
runt ab eodem ſtipite,qui primo accepit feudum.de quo in c.
1.de ſucc.frat.& grad ſucceden.in feud.Et hoc eſt quod voluit
alibi textus.in d.verſic. ſi.vaſallus culpam , in verbis dummo-
do ad eos pertineat,rurſum in c.1.in fine,ſi vaſal. feud. priue-
tur , in verbis , dum tamen hos conſtet ab eo per maſculos
deſcendiſſe.

9 Tertia erit generalis regula , †feudum nouum per vaſallum
amiſſum,delinquendo non in dominum,ſed alium,æque ta-
men redire ad dominum,excluſis omnibus deſcendentibus.p
d.ver.ſi vaſallus culpam.Sed quæret aliquis hic rationem,qua
re deſcendentes ſemper excludantur,nũ etiam agnati ad quar
tum gradum.Certe rationem illam dat And.de Iſer. in ca.1.ſi
vaſal. feudo priuetur . quod ſicut pater honeſte in curia ſtare
non poſſet , ita quoque nec deſcendentes & collaterales in li-
nea tranſuerſali,propter ſanguinis propinquitatem , nam vt
conſanguinitas(vt opinor)ad quartum vſque gradum manet
c.non debet.extra,de conſan.& affini.ita eo vſque aliquid ran
coris latentiſque vitii & vindictæ illis ineſſe opinarunt. Ex vi-
tiis enim paternis,filiorum & propinquorum vitia metimur,
& præſumimus,ar.l.quod ſi nolit,§ quæ mancipia. ff. de ædil.
edict.quod Zaſius ſequitur.in c.i.verſi.ſi vaſallus culpam, ſi de
feu.deſun.Et Bal.ad terrorem delinquentium,& ad refrenan-
dum vaſallorum vicium , ſingulari iure feudorum receptum
10 eſſe,inquit,& bene.†Nec obſtat his,quod filii non ferent iniq
tatem parentum,& econtra.c.18 Ezechielis.quia illa ſententia
Prophetæ,de pœna mortis æternæ intelligitur,vt patet ex Au
guſtino,in c.quæris,de conſecra.diſtin.4.nam pœnam mortis,
(quo ad corpus) ob aliena ſcelera innocentes etiam plerique
diuina vltione ſunt perpeſſi,vt late in veteri Teſtamento teſtã
tur hiſtoriæ.vt ſecundo Regum c.vltimo de Dauide,qui popu
lum numerari iuſſit,& Exodi xi.c.de plaga Farao.& Gene 19.
de Sodomorum filiis de quibus in c.eccleſia i. q.4.Nec minus
de iure poſitiuo,tam Canon.quam Ciuili.filii vel deſcenden-
tes propter delictum parentum puniuntur,veluti in hæretico
capitu.vergentis , de hære. & committente crimen læſæ maie-
ſtatis,in l.quiſquis,C.ad l.Iulian.maieſt.& in c. quibuſdam,ex
11 tra,de pœnis †non tamen ignoro Aluarotum text.d.c.i.§ licet
verſi.ſi vaſallus culpam,ſi de feu.deſun.& c.i.ſi vaſal.feu.priue
tur.aliter intelligere,in d § fi quæ fuit prima cau.bene. ami.in
12 concl.& d.ver.ſi vaſallus culpam.dum putat nullos exclu-
di agnatos,cum delictum commiſſum eſt in alium,quam do
minum(ſed deſcendentes ſolũ)& ergo primum etiam in gra-
du agnatum,vel ſecundum ſemper ſuccedere,ſed errat per di-
cta iura,a nobis ante citata: Alium enim intellectum habent
illa capitula,per illum allegata , quæ ad hanc rem faciunt ni-
hil Et hæc ſuffecerint quo ad generales regulas,nũc ad ſpecia
les tranſitum faciemus,explicantes iã ordine ruſum,ad quos
12 feudum amiſſum reuertetur. †Et quemadmodum in par.duo
decima præcedẽte primo tractauimus, quomodo feudum ex
mero contemptu amittatur, ita quoque iam nunc primo ad
13 quos talia feuda reuertentur,declarabimus ordine.†Prima er
go concluſio erat in parte duodecima , ſi vaſallus miles intra
annum & menſem,paganus intra annum & diem inueſtitu-
ram non peteret,per hoc feudum amitti.de quo in c.1.quo tẽ
pore miles, inueſt.& c.i. in prin.quæ fuit prima cau. beneficij
amit.Hic iam dicetis,ſecundum Doctores , ſi feudum ſit no-
uum,ad dominum,ſi antiquum, ad agnatos redire , vel ad li-
beros,ita And.de Iſer.in capitulo primo, quo tempore miles,
& in §.fi.quę fuit prima cauſa beneficia.amitta.& eum ſequi-
tur Aluarot.in d.§.fi.in concluſio.20.quem omnes Docto.ſe-
quuntur.dicto,§ fin. quæ fuit prima cauſa beneficii amit. Sed
certe ego aliter ſentio,propter textum apertum,qui vult expreſ
ſe,quod quandocunque culpa in dominum committitur , q
tunc ad dominum reuertetur, excluſis tam deſcendentibus q
agnatis.expreſſe in capitulo primo,an ille qui interfece.fra.Et
hoc ſiue nouum fuerit,ſiue paternum,vt ſupra etiam in regu
la prima docuimus,cum ergo hic delinquat ĩ dominum,cul
pa non petendo inueſtituram,quare non ad dominum reuer
teretur,excluſis etiam omnibus , vt habeat iniuriæ ſibi illatæ
vltionem,ex dicto,§.fin.quæ fuit prima cauſa, beneficia.amit.
Non enim negari poſſit,quin per hoc delinquat , quod inue-
ſtituram accipere,& fidelitatem iurare non voluit,ſi ergo de-
linquat,certum eſt,quod deſcendentes ad feudum aſpirare nõ
poſſunt,per capitulũ primũ,ſi vaſallus feudum priuetur, & d.
verſicu.ſi vaſallus culpam,ſi de feud. defunct. fruſtra ergo ad-
mittũt,quod in feudo paterno illo veniant filii,excluſo domi
no.Secũdo,docuimus ſatis ſuperque in generalibus regulis,q
in delictis commiſſis animaduertẽdum potiſſimum eſſet , an
contra dominum,an contra alium eſſet cõmiſſum delictum;
ſi cõtra dominum,quod tũc ad dominum reuerteretur,pro ĩ
iuria ſibi illata,ſi cõtra aliũ,quod tũc ad agnatos, vt pulchre
diſtinguit textus,dicto § fi.quæ fuit prima cauſa benefic.amit.
qui in fi.poſitus reſpõdet ad omnia prædictam d.tit.ſed ante a
in primo,§.dicti tituli ponit illam ingratitudinem, quãdo de-
bito tempore inueſtituram vaſallus nõ petit,vbi dicit per hoc
ingratitudine feudum amitti.Iam iſte,§.fi. docet tantum in fin.
ad quos feudum ita amiſſum redire debeat,& pulchre diſtin-
guit(vt ante diximus)an in dominum,an erga alium deliquo-
rit,recte & agnati ergo excludent̃.Quid multis,eſt textus aper
tus in capitulo primo,§ præterea , 1.de prohibita feud.aliena.
per Fed.licet Docto. illum de nouo feudo ſaltem intelligant,
ſed male.

14 †Eſt enim de natura feudi , intra præſcriptum tempus inue
ſtituram peti debere , aut plene ad dominum redire.pręterea
Docto.admittunt ſimpliciter bene, in feudo nouo (licet filius
per hoc præiudicetur)redire feudum ad dominum , miror q
ergo nõ ęq; admittũt in antiquo,cum nõ minus tacite videa
tur ſibi dominus proſpexiſſe ne cõtẽneretur a tertio vel quar
to aliquo in feudo antiquo , quã a primo in feudo nouo.Sed
reſpõdẽt Docto.quod in antiquo aliquid iuris eſt agnatis acq
ſitum,quod ſine culpa eorum iis auferri nõ debet.per l.nõ de
bet,ff.de reg.iuris. quibus reſpõdeo , quod de natura feudi eſt,
quod dominus nõ debeat ab vllo cõtemni,& ſi fiat,quod ta
tim recipiet in vltionem ſuę iniurię, & ſub tali modo illis feu-
dum datum tacite.argum.l.1.C de donatio. quę ſub mod.Cũ
ergo agnati plus iuris ad feudum non habeant,quam natura
feudi illis cõcedat,nõ poſſunt agnati dicere,per hoc illis aliqd
detractum,ſi dominus vendicet. Et hęc aperte ſatis probatur
per textum,qui cauillari nõ poteſt.in c.1.de allodiis, & capit.
1.de allodiis,& c.i.§.firmiter,de prohib.feu alie.per Fed.vbi ad
dominum ex culpa in eum commiſſa redit,ſiue nouum,ſiue
antiquum fuerit,ſecundum gloſſam & omnes Doct.ibi,cum
tamẽ fiat ibi pręiudicium agnatis,imo ſequeretur abſurdum,
ſi Docto.aſſertio vera eſſet Nam quid ſi vaſallus agnatus rur
ſum intra tempus pręſcriptum inueſtituram petere nollet,&
ſic deinceps alius agnatus poſt eum, nũquid dominus perpe-
tuo ſine vaſallo iurato deberet bellare?non habet rationem
quare,cum certum ſit in noſtro caſu.nõ contra alium,ſed cõ
tra dominum delinquere nõ pręſtãdo fidelitatem. nihil obſta
bit,quo minus ad dominum reuertatur,excluſis filiis, & om-
nibus etiam agnatis,ſecũdum primam regulam . Secundo,in
concluſione ſecũda partis duodecimę diximus,feudum amit-
ti ſi abuſiuam inueſtituram dominus dedit,& cupit tũc vaſal-
li fidelitatem,quo magis tradat inueſtituram realem,& vaſal
lus renuit.ex capitulo i. §. eſt & alia, quę fuit prima cauſa be-
neficii amit. hic rurſum dicetis , quod tale feudum ad domi-
num redibit,quia per hoc dominum contemnit,& ei fit iniu-
ria.dicto,§.fin.quę fuit prima cau.ben.amit.

Tertio diximus amitti feudum , ſi ter citatus vaſallus,vt de
culpa impoſita ſibi a domino ſe purgaret,nõ venerit,rurſum
dicetis hic redire ad dominum,excluſis agnatis & deſcenden-
tibus,q a contra eum per hoc peccatum eſt.d.§. fina.& textu in
capitulo primo,de milite vaſal. qui contumax.&c.

Quarto,diximus amitti feudum, ſi euocatus vaſallus ad ex-
peditionem debito tempore nõ venerit,nec ſubſtitutum,nec
fructus ſuo nomine miſerit,hic dicetis ad dominum redire c.
1.§.firmiter,de ꝓh.feu.al.per Fed.

Quin·

Quinto,diximus feudum amitti,ſi ſponte recuſaret domino
ſeruitium præſtare,pro quo illi conceſſum erat,ca.j.§.ſed non
eſt,alia quæ fuit prima cau.ben.amit.hic diceti ad dominum
redire.peccat enim in dominum.d.§ fi. qui immediate ſequitur
omnes §§.precedentes.
Sexto,diximus amitti feudum,ſi vaſallus domino iuſtitiam
facere nollet.c.j.§.item qui dominum. verſic. illud enim,quæ
fuit prima cauſa beneficii amit.hic diceretis redire ad dominũ,
cum in eum peccet,contemnendo eum. d. §.fi.
Hactenus ad quos feudum amiſſum per contemptum reuer
15 tatur.†Nunc ad quos feudum amiſſum per merum delictum
reuertatur,dicamus.In hac ſecũda parte diximus ſupra in par
16 te præcedente duodecima, †primo,ſi vaſallus dominum ſuũ
in acie periclitantem dimitteret,ob hoc feudum amittere, §.
item qui dominum,quæ fuit prima cau.bene.amit.hic nunc
dicetis, illud feudum ſtatim redire ad dominũ ex ſupra d ctis,
in d.§.fi quæ fuit prima cauſa ben.ami. & ea quæ in principio
huius partis ad primam regulam diximus.& hoc exclu om
nibus deſcendentibus & agnatis, etiam ſi feudum ſit pa ernũ
per c.j.§.item ſi fidelis,iuncto verſicu.his omnibus,quibus mo
dis feu.amit.ti.j.
17 Secundo diximus, †ſi vaſallus ſciret periculum domino im-
minere,quo ad perſonam,vel circa bona,& non certioraret,
quod per hoc feudum.hic rurſum diceris,ad dominum redire
plene,ſiue nouum, ſiue antiquum,quia in dominum peccat,
ex ſupra d.prima regula.§.fin.
18 †Tertio,diximus feudum amitti, ſi domini vxorem adulte-
raret,vel adulterare attentaret,c.i.§.item ſi fidelis,quib.modis
feu.amit.ti.j.§.item qui dominum ver.rurſus,quæ fuit pri.cau.
ben.amit.hic dicetis,ad dominum redire,vt habeat iniuriæ ſi
bi illatæ vltionem,d.§.fina. quæ ratio in omnibus adhibenda
eſt,vbi in dominum peccauit,quę ponitur in ſæpius citato lo
co,in d.§ fi.quæ fuit prima cau.benefi. amit. & etiam expreſſe
probatur alibi.in d.§.item ſi fidelis verſi.his omnibus, quibus
mod.feu.amit.ti.j.
19 †Quarto diximus,ſi filiam,neptem,nurum,ſororem domi-
ni ſtupraret, amitti feudum,hic dicetis,ſtatim redire ad domi
20 num,ex ratione ſupra dicta.†Quinto diximus amitti feudum
ſi dominum aſſaliret,vel vicum,vel eius caſtrum,vel alias im
pias manus īferret:hic dicetis, ex omnibus illis cauſis feudum
ad dominum redire,ex ſupra dicta rurſum regula prima,& ra
tione,de qua in prima regula huius partis.& per tex.apertum
d.c.i.§.item ſi fidelis,verſi.his omnibus,quibus modis feudum
amitta.Et hoc,niſi pro antiquiore domino faceret,vt in par-
te duodecima ſatis docuimus,vbi illum antiquiorem eſſe dixi
mus,cui prius iuramẽtum fidelitatis præſtitum eſt, ex alio ali
quo feudo:†ſed hinc olim magnæ fiebant altercationes & dif
ficultates aliquando,veluti in caſu quando pater a diuerſis ha
bebat feudum, & moriens relinquebat filiis duobus relictis
duo iſta feuda ſeparatim,vnicuique ſcilicet vnum,per diuiſio
nem (quod fieri licitum eſt, vel per patrem dummodo æqua-
liter fiat,vel etiam per fratres inter ſe per cap. 2. de prohibita
feudi aliena.per Lotha.& ca.i.de natu.ſucceſſ feu. in c.j.§.oẽs
22 filii,ſi de feu.defun.conten.†item ſi frater qui antiquius feudũ
non acceparat ex diuiſione patris,moriatur præſtito prius iu-
ramento domino ſuo contra omnes, vt frater etiam de anti-
quiore feudo ſuo domino fecerat,quæſtio eſt,quando iſte fra
ter qui antiquius feudum habuit a patre,ſuperſtes iuramentũ
domino fratris ſui mortui præſtare debet,an iurare debeat,ſe
adiuturum dominum contra omnes ſimpliciter, vt frater fe-
cerat,an minus,excipiẽdo ſcilicet ſuum dominum, cui antea
iurauit:Et videbatur primo, quod contra omnes ſimpliciter,
vt frater qui obiit,quia iſte ſuccedit in locum eius qui prius iu
rauit fidelitatem contra omnes,nullo excepto.Sed paucis,eo
non obſtãte, iſte frater qui feudum antiquius habuit reſpectu
patris,& fratri ſucceſſit,non tenebitur ipſi tum iurare,vt frater
fecerat:ſed excepto ſuo domino antiquiore,tex.in d. c.2.de ꝓ-
hibita feud. aliena. per Lotha.nam tempore præceſſit ille do-
minus,& eorum pater ita iurauit,qui ſtipes inſpiciendus eſt,re
ſpectu cuius alterum feudum antiquius erat altero,in quo ẽt
omnes Docto.ibi conſentiunt.Sed quid erit in caſu conuerſo
vbi ille frater moritur,qui antiquius feudũ habuit, & qui mi-
nus antiquum habet ſuccedit fratri,an iam ille domino illius
feudi iuramentum præſtare debeat,excepto ſuo domino anti
quiore,cui primo iurauit contra oẽs,an vero vt frater ſuus,q
iurauit,omni excepto?Et putant aliqui Docto.Iacobus Belu.
in d.c.2.de proh.feu.alie.per Lotha.quem ſequitur Mar. Lau.
d.loco,quod non teneatur iurare vt frater, ſed quod excipiet
ſuum antiquiorẽ dominum,cui prius iurauit. Nam inquiunt
iurauit ſemel ſuo principali domino ſimpliciter contra oẽs,
ſi iam deberet domino fratris contra omnes iurare, vt frater,
hic fieret periurus.Sed paucis,puto contrarium verius, per d.
23 c.2.quia tacite videtur dicere text.†quod qualitas,quæ a prin-
cipio fuit in feudo & forma,quod illa maneat maxime, cum
ad vnum ambo feuda ſeparata veniũt, vt apud patrem ſimul
fuere.Nec obſtat,quod dicitũ fieri periurus, quia hoc puto ve-
rum non eſſe,nam dico,quod qualitas & natura feudi hoc in
ſe habere cenſetur,vt ita demum contra omnes vim iuramẽ-
tum habeat,quam diu illi poſtea feudum nõ obueniat, quod
apud parentes antiquius fuerat reſpectu duorum.
24 †Eſt enim quodammodo conditionale illud iuramentum,
& eſt in ſuſpenſo an quid tale poſtea eueniat, quod etiam in
effectu voluit Aluaro. in d. capitu. 2. & per ea. quæ ibi notat.
Sed quid,ſi æqualem ſibi pro ſe in iſta prædicta concluſione,
vel fructus medios illius anni mittere vellet, an ne iam excu
ſaretur,& poſſet minori domino contra antiquiorem aſſiſte
re,ex §.firmiter,de prohibita feu. aliena. per Fede. putarem ꝙ
non.Nam hoc obtinere exiſtimo,quando ipſemet ſeruire nõ
poſſit impedimento aliquo obſtãte,ſecus,vbi vult ſeruire, nã
iniquum quaſi eſſet in poteſtate eius conſiſtere, cui corpore
vellet gratificare,& ſic puto limitandum tex.d.§.firmiter. Sex
to diximus, ſi amicitias contraheret cum hoſtibus domini,ꝑ
hoc feudum amitti.cap.1.quod teſtes ſunt neceſ.ad feu.ingra.
proban.Rurſum hic dicetis,quod ad dominum redibit, quia
in dominum peccatur,& illi fit iniuria,d.§.fin. Aequiparatur
enim cauſę,quando dominum cucurbitauit,in d.cap.1. quot
teſtes ſint neceſſa.ex quo dubium non eſt, ad dominum redi
re,ergo & hic.
25 †Septimo,diximus feudum amitti,ſi delator vaſallus,accuſa
tor,vel teſtis contra dominum eſſet,c.j.§.item qui dominum,
ver.item ſi delator,quę fuit prima cauſa bene.amit. & c.j.§.in
quibus,de conſue rect.feu.hic dicetis,tale redire ad dominum
excluſis omnibus.d.§.fina.quæ fuit prima cau.bene.ami.
26 Octauo, †diximus ex omnibus cauſis commiſſis erga domi
num,ex quibus filius a patre exhæredari, vxor repudiari, do
natio reuocari poſſit,feudum amitti.capitu.1. §.prædictis,quę
fuit prima cauſa benefic.ami hic dicetis rurſum,tale feudum
ad dominum redire,cum amittatur peccando culpa in domi
num.ex d.regula,§.fina.
Nono diximus,ſi vaſallus interfecerit fratrem ſuum, vel ali-
quem,ex quo parricida dici poſſet, de quibus in l. 1. ff.ad leg.
Pompe.de Parri.per hoc feudum amitti.c. 1. an ille qui inter.
fratrem domini,c.1.§.ſimiliter,quibus mod.feu.ami.c. primo
27 §.fin.2.reſpon.quę fuit prima cauſa bene.ami.†Idem eſſe Bal.
inquit,ſi prędictos incarceraret,quẽ ſequitur Prępoſitus Mar.
Lauden.& demum SchenK,omnes,in d.§. fina. quod tamen
verum ita demum putarem, ſi carceri perpetuo quaſi manci
paſſet,hic dicetis,quod feudum redibit ad agnatos, & non ad
dominum,ex ſupradic regula,§.fi.in 2. reſponſo. quia hic nõ
peccauit in dominum ſed in alium, non tamẽ ad agnatos ꝓ
ximos,ſed eos tantum,qui vltra tertium gradum ſunt.c.i.ver.
ſi vaſallus culpam ſi de feud.deſun. Nec iis obſtat(quod ad do
minum redire debet)textus qui alibi inuenitur,d.ca.i.§.ſimili
ter,iuncto verſi.his omnibus, quibus mod. feud.amit.quia in
telligi debet,quando eſt vel feudum nouum a quo agnati ex
cluduntur,vel feudum paternum,cum tamen non ſunt agna
ti vltra tertium gradum,vel ſunt vltra tertium gradum, non
tamen ſunt agnationis communes, ſecundum ea quę haben
tur alibi,in c.1.§.licet,verſicu.ſi vaſallus culpã,ſi de feu.deſun.
& c.1.in fin.ſi vaſa.feu.priuetur, & c.1.de ſucceſſi.fra.& gra.ſuc.
in feu.vbi hæc probãtur.alias non excluderentur, ſed ad eos de
uolui debet,per d.§.fina. ad quẽ textum alias reſponderi non
poſſet.Nec obſtat quoque quod Aluaro.in d §.ſin.in 9.concl.
quę fuit prima cauſa benefi.amit.& in c.1.§.licet,verſi. ſi vaſal
lus culpam,ſi de feu.defun.conten.ſit. putat, agnatos ad quar
tum gradũ non excludi, quia reprobatur per textum ſupra ſe
mel allegatum,per ca.i.§.licet,ver.ſi vaſallus culpam,ſi de feu.
deſun.conten.ſit.
Nam textus per eum allegatus ibi in alio caſu loquitur, vt
28 ſupra in tertia generali regula diximus.†Sed dicet hic aliquis,
quid ſi dominus vaſallo condonare vellet,vbi in alium ita de
liquit,an iam hoc facere poſſit in præiudicium agnatorum il
lorum in quarto gradu, ad quos feudum iam deuoluitur,di
cetis,quod non.tex.in c.i.ſi vaſ.feu.priue.ubi Bal & alii Doct.
Si tamen delictum fuiſſet erga dominum iam ſine dubio poſ
ſet illi gratiam facere,iam enim agnatos non concerneret,ſed
ſolũ dominum,qui quibuslibet dare poſſet,ergo & huic.d.ca.
i.ſi vaſ.feu.pri.argum.ca.1.quemadmodum feu.ad filios perti.
29 †hęc prędicta vera hactenus,ſi ſit feudũ paternũ, ſecus, ſi feu
dum nouum eſſet,nã tunc ſuccederet dominus, excluſis oib.
deſcendentibus,quia illi nunquã ſuccedũt, quãdocunque de
licto feudum amittitur,d.verſicu.ſi vaſallus culpã,ſi de feu.de
ſun.excluſis etiam agnatis,quia illi in nouo non ſuccedunt,
niſi ita eſſet conuentum.c.i.§.pręterea,verſic. item ſi fuerint q
bus mod.feu.ami.tit.i.Sed dicet aliquis,quid ſi interfecerit fra
trem domini ſui,uel alium,non proditorie, ex quo feudum
de iure ante documus non amitti ex tex.in ca.1. an ille,qui in
terfec t ita.&c.†ſed ſtatuit m.lex,vel conſuetudo eſſet quod
tamen

tos:& hoc optima rõne,quo magis maior dominus poſſet q̃ ſequi vltionem iniuriæ ſibi illatæ: nam ſi deuolueret ad agnatos,& iſte vaſallus ſui vaſalli forte cõcubuiſſet cum eius vxore,vel ſimilem commiſiſſet feloniam, quomodo iam vltionem iniuriæ ſibi illatæ conſequeretur? Nam licet ille amitteret & tranſmitteret ad agnatos,per hoc tamen maiori domino nihil pro iniuria ſibi illata prouiſum eſſet. Vt etiam non ſufficit in vaſallo immediato,qui erga dominum ſuum committet, nam ſi hoc poſſent, facile colluderent cum agnatis vbi delinquere vellent,& tacite ſibi partem retinerent. Quo magis ergo omnis via & peccandi feneſtra vaſallis occluderetur,voluerunt omnino ad dominum redire. Sic quoque in noſtro caſu,quo magis maior dominus vltionem conſequi poſſit a tali vaſallo ſui vaſalli, elegans medium inuenerunt, quo facile eum ad ſatisfactionem perducere poſſent,vt videlicet requiratur eius dominus,vt ille ad ſatisfaciendum maiori domino eum deduceret.Et ſi tunc nollet,quod per hoc feudum amitteret,& ad immediatum rediret, dominum,quod non facile iam admittet,ſed potius iniuriã ſoluet maiori domino, ſed quid ſi quartus ſubuaſallus vel ſimilis priorem dominum ita offendiſſet?vt nunc diximus,dicetis,quod hic primus vaſallus nũc requiret a ſuo immediato vaſallo,vt is rur-
42 ſum ſuum requirat; & is tertius rurſum quartum, vt ſatiſfiat maiori domino, Et ſi aliquis ex vaſallis nollet requirere ſuũ vaſallum, certe ſemper ille amittet feudum,& redibit ad eius immediatum dominum, qui requiſiuit,ex d.§.illud,qui eſt ad hoc elegans.Et hoc medio ad iniuriæ punitionem peruenit,nec obſtat,quod dominus ille feudum tamen non ſatisfacit, ex d.§.fi.quæ fuit pri.cau.be. amit. quia debet illi ſufficere,quod amittat ſubuaſallus ille feudũ, qui proprie eius, vaſallus non eſt.Et ita intelligetis textum d.§.illud quoque p̃cipimus,de prohi.feu.alie.per Fed.ſæpius ſupra citatum.alioqui difficillimũ,a paucis etiam bene enucleatum. Fallit prædicta vndecima & duodecima diſtinctio,quo ad filium vaſalli,& vaſallum vaſalli,cum in dominũ domini vel patris pec-
43 cant,primo ſi offenderent maiorem dominum, iuuando alium ſuum antiquiorem dominum, quem ante offenſum dominum iurauere,illo enim caſu etiam ſi deduci nollent tamen pater nec ſeparare a ſe, nec poſt eius obitum ſucceſſione feudi fruſtrare poſſet,nec vaſallus vaſallum ſuo feudo priuare.d.c.j.§.illud,de prohi.feu.alien.per Fede.Fallit ſecundo, ſi offendendo maiorẽ dñm, pro Imperatore hoc facerẽt Imperator.n. vel Rex vbiq; præferẽdi ſunt dñis.c.i.de no.for. fideli.§.fi.in fi.de prohi.feu.alie.per Fed.Fallit tertio,ſi pro patria offenderet dominum. arg.l.in cauſis,§.vaſalli,verſic.vaſalli,& ibi glo.de pace Conſtan.quę bene ſunt notanda,poſſentque ad multa ſimilia adaptari. Fallit quarto,ſi pro ſalute propria corporis ſeu bonorum feciſſet.l.vt vim,ff.de iuſti. & iur.l.j.C.vnde vi,& quæ ibi notantur. Fallit quinto,ſi cupiãt ſatisfacere maiori domino,& ſic conſiſtit (an feudum amittant)in eorum arbitrio.Et ſic intelligetis alium quaſi pugnã-
44 tem textum c.j.§.quęſitum,de capitaneo qui cur.vend.tali diſtinctione, nempe,ſi vult ſatisfacere,iam Gerardũ & Obertum bene dicere,ſi non vult iam aliorum opinionem obtinere de quibus in d.§.quæſitum.Et requiro ſemper,vt tale ſit delictum ab iis commiſſum erga dominum maiorẽ,ex quo vere amitteretur feudum, ſi vaſallus eius eſſet, alias non in parte præcedente dictum eſt.

Decimotertio diximus,ſi vaſallus ſecretum domini ſui fraudulose aperiret,per hoc feudum amitti. capitu.primo, quibus modis feudum amitta.titulo ſecundo,hic dicetis,tale feudum redire debere ad dominum quia amittit peccando erga dominum,d.§.fin.

45 Decimoquarto diximus,ſi vaſallus ſciens doloſe inficiaretur domino feudum,quod per hoc feudum amitteret. c.j. §. fi.de leg.Conr.c.j.§.vaſallus,& §.ſi vaſallus, ver.vaſallus,ſi de feu.defun. conten. ſit hic dicetis, quod redibit ad dominum, quia peccando amittit in dominum,per d. §. fin. quę fuit pri. cau.benef.amit.

46 Decimoquinto diximus,ſi vaſallus toto triennio differret ex pacto ſoluere penſionem, per hoc feudo priuari.hic dicetis,quod ad dominum redibit.per c.j.§.ſed nõ eſt alia iuſtior quæ fu.pri.cau.benefi.amit.

47 Decimoſexto diximus,ſi vaſallus rem feudalem deteriorẽ faceret.per hoc feudo priuari.hic dicetis redire debere ad dominum,quia in eum peccat ex ſupra dicta regula.

48 Decimoſeptimo,diximus feudum amitti, ſi teſtimonium contra dominum diceret,tam in ciuili quam criminali cauſa.c.j.§.in quibus,de conſue.rec.feu.hic dicetis,per hoc ad dominum redire,cum in eum peccet, vt quoque diximus ſupra alibi.in 7.concluſi.huius partis.

39 Decimo octauo & vltimo diximus,confiſcatis omnib. vaſalli bonis,feudum quoque amitti hic videndum iam fuerit, an ad fiſcum,an ad dominum,vel deſcendentes, vel agnatos deuolui debeat, q̃ quęſtio certe dubia & difficilis admodũ, eſt,ſed æquidem quid ſentiam paucis declarabo. Et certe variæ ſunt in iſta quæſtione opiniones,Prima eſt eorũ,q putãt ſimpliciter confiſcatis bonis confiſcari ſimul,& feudum per l.vlt.& penu.C.ad l.Iul.maieſ.in verbis omnia bona eorum, adeo quod nec filii vel deſcendentes fiſcum excludent, l.quiſquis,§.j.C.eo.nam cum Imperator dominus totius mũdi ſit, l.deprecatio,ff.ad leg.Ro.de iactu.& bona eius quodãmodo ſint aiunt teni facilem ad ſuam naturam redire, & ſic ad eũ a quo prius proceſſere hoc eſt,Imperatorẽ. ita tenent Dinus
51 & Iac.de Arena. in gl.l.ſi quis in tantam,C.vnde vi.qui ſic ea ratione excludunt plane dominum,deſcẽdentes,& agnatos. Alii rurſum in alia ſunt opinione,qui quidem nõ excludũt plane dominum,deſcendentes,vel agnatos, ſed volunt confiſcatis bonis ſaltem confiſcatum feudum manere apud fiſcũ quouſque delinquens viuat,ſi forte delictũ eſſet ex quo vita non adimeretur,vt inceſtus,vel ſic,vbi princeps ablatis bonis vitam conſeruat.Et hoc probant primo per tex.l.peto,§. prædium,ff.de le.2.& l.vnũ ex familia,§.ſi ex familia, ff.e.vbi res prohibita alienari extra familiã.ſi ex neceſſitate alienetur (quia bonis cedere cogitur)alii ex familia,quibus ius cõpetit, nõ poſſunt tñ ius prætendere ante mortem cedentis d.ll.ergo quoq; hic.Nam propter neceſſitatem hic confiſcantur ob delictum,& manet in viuis,ſecundo videtur probari, quia matri hæreditas ſi relicta fuerit,ita vt filio vel alteri reſtituat, ea mortua,ſi mater illa de crimine publico damnatur, ex quo bona publicãda veniũt,certe filius tñ non ſuccedit, q̃ diu mr̃ viuit,ſed demũ poſt mortem,in l.Statius,§. ſi ff.de iur.fiſci.ergo quoque & hic a ſimili.Tertio,ſi mulieri vſusfructus legatus ſit ad quinquennũ, & poſtea per fideicõ. alteri alicui ex agnatis defuncti certe ſi mulier moritur intra quinquenniũ, nõ tñ ad agnatũ veniet,ſed ad hęredes mulieris vſq; ad quinquennium,per l.vxori vſumfructum villæ, ff.de vſufru.legat. ergo & hic,quia feudatarius inſtar vſufructuarii eſt,c.i.in fi.ĩ quibus ca.feu.amit.Quarto,ſi prælatus habens feudum a principe vel Rege,committat in Regem vel principem dominũ feudo priuatur Eccleſia,quam diu Prælatus ille viuit. Eo vero mortuo,redit feudum ad Eccleſiam,c.i.§.fi.de cc. Conrad. ita quoq; fieri debere in noſtro caſu.Quinto, ſi vſufructuarii bona confiſcantur,confiſcatur quoque & vſusfructus,nec redit ad proprietarium ante mortem vſufructuarii. per l. ſi poſtulauerit,§.iubet,ff.ad leg.Iuliam de adulte. ſed certũ eſt vaſallũ eſſe inſtar vſufructuarii,c.j.in fi.in quib.cau.feu.amit.c.i. §.fin. de inueſtit. de ali facta.ergo vtrobique idem ſeruari debere.& in hac ſententia eſt late Speculator. in §.quoniã,verſ. 40.in ti.de feu.& Bellemere in ſua deciſione 775. in rubri. de feu.Quid dicemus? Paucis puto diſtinguendum nouum feudũ ab antiquo,ſecundo,an delinquens immediate ab Imperatore vel illo qui confiſcat accepit,vel ab aliquo alio,ſi ab Imperatore immediate accepit,& eſt nouum feudum,delinquendo in Imperatorem certe(confiſcatis bonis)redibit ad dominum Imperatorem,ſi tale delictum eſt,ex quo feudum amitti debet,de quibus ſupra narrauimus.& hoc per §. final. quæ fuit prima cau.bene.amit.& ſimiles.Et excluduntur deſcendẽtes,quia vbi delicto feudum amittitur, deſcendentes non veniunt,c.i.§.ſi vaſallus culpam,ſi de feu.defũct.content. ſit.ſi vero bona ſint confiſcata,& nõ eſt delictum, quare feudum de iure vel ſtatuto amitti ſoleat,tunc quia apud eum bona manere non poſſunt,dico deuolui feudum ad deſcendentes quia non deliquit culpa,quare feudum amitti debeat. Non obſtante d.§.ſi vaſallus culpam, ſecundum ea quæ ſupra de inceſ.nup. diximus in 10.concluſ.& ſupra in 12. par. princip. per §.j.in Authen.de inceſt.nup. nam hic iam ſolum ob defectum quaſi amiſit,non ob culpam commiſſam erga dominum vel alium,quare amitti debeat de iure feudum vt requirit d.§.fi.quæ fuit prima cau.benefic.amittẽ.ſed ideo tantum, quod princeps bona apud talem manere,non vult,arg.c. i.de mili.uaſal.qui arma belli.depoſ.iunc.§.i.in Anth. de inceſ.nupti.quõ.n. ſeruiet, qui feudum non habet? Secundo ſi uaſallus delictum committat,quare feudũ amitti debeat,bona quę confiſcari,& dñs uaſalli non eſt Imperator,uel talis quẽ confiſcatio concernit,utputa Principem proprium prudẽte, ex quo bona confiſcantur,quo ad principem, Auth.bona dãnator,C.de bo.præſcrip.& feudum reſpectu domini amittiẽ, quia proditor eſt.§.cauſas,in Auth.ut cũ de appel.cogno,iũc. §.prædictis, quæ fuit prima cau. benef. amit. Nam talis per hoc fit qui ſine infamia nullo modo in domini curia ſtare poſſit. de quo in cap.pri.an ille qui interf. frat. domini.Videa an iam confiſcatis bonis a principe,ueniet feudũ ſimul cõfiſcãdũ(quæ eſt noſtra quæſtio)excluſo domino,deſcendentib. & agnatis,qui aliquid iuris in feudo hñt.Et paucis, relictis oĩb. ambagib.dicimus,ꝙ publicatis bonis alicuius,non cõfiſcabitur feudum, quod vaſalli plene non eſt argumento eorum quę notantur alibi,l.ſi filius,C.de bo. præſcripto,& l.i.eod.ti.

vbi damnati ſerui vel filii peculium non ad fiſcum,ſed ad do
minum , vel patrem reuertitur, quia iuris aliquid in illo ha-
bent: vt quoque ſimili modo nec filii peculium etiam profe-
ctitiũ,ſi patris bona cõfiſcantur,tex.elegans,in l.3.§.ſed vtrũ,
verſic.nec eo mouemur,ff.de mino.dum aliquo modo ad fi-
lium ſpectare cenſetur.Ecce ius in caſu,vbi ſolum aliquid ad
alium ſpectat , vt hic (nam peculium profectitium patris eſt
plene,poſſitque filio adimere quando lubet , & in quoslibet
vſus conuertere,& cuilibet alteri dare filio iſto inuito,§. igi-
tur,& quæ ibi notantur,Inſti.per quas perſo.nob.acquiri.)cõ
fiſcatis bonis,vult tamen illud ſeparari ſtatim. Qui textus cer
te nõ poſſet eſſe clarior,& ſi ibi ſtatim ſeparat̃,multo magis,
in caſu vbi vaſalli bona confiſcantur, ſeparabitur feudum,ĩ
quo plurimum iuris dominus vel agnatus habet. Iterũ quo-
que libertus damnatus,cuius bona publicanda veniunt , nõ
per hoc quoque ius patronatus ad fiſcum trãſmittit, ſed ſuo
reſeruat patrono,tex.in l.cum ratio,l.ſi in libertum, ff.de bo.
damna.ſed eſt argumentum bonum a liberto ad vaſallum ,
vt late dominus Prçſes, in loco ſuo Legali a liberto ad va-
ſallum. ergo vt patronus reſtituitur , ita quoque dominus
vel agantus , ad quod facit etiam textus alibi,in l.ſi quis pre-
53 sbyter.C.de epiſco.& cleri.† Præterea certum eſt , quod & ho
die,vt olim,bona hæreticorum confiſcantur.c. excommuni-
camus,§.dãmna,extra de hçre.l.Manichços, C.de hæretic.&
Manichæis. & officialium bona occupanda quibuslibet tra-
duntur,qui poſt Papæ munitionem, vt terram hçreticis vacu
ent,detrectant, per l.ſi vero,C. de hæretic.& Manich. & cap.
excommunicamus.§.moueat,extra de hære.tamen iſtud non
amittitur,niſi ſaluo iure dominorum,a quibus dominia poſ
ſident.d.l.ſi vero,& §.ſi moueat,in fi.extra de hæret. Licet lex
& canon omnia bona publicanda cauent , dic.l.ſi vero,& §.
moueat,ſic quoque hic erit.Facit quoque ad hãc partem op-
time textus,qui habet, quod mandante vel ſciente domino,
ſi nauis illicitis mercibus onuſta tranſmiſſa fuerit,per hoc cõ
fiſcari,ſecus vero ſi famuli hoc domino ignorante fecere,cũ
fiſcus iam iuris nihil in nauem habeat,licet merces publicen
tur,& famuli capite puniantur.in l.cotem,§ dñs nauis , ff.de
publica.Rurſum, ſi Decurio alienę ſeruæ ſe nuptiis coniũgat
deportatur prius,& omnia eius bona illi ciuitati,cuius Curia
lis,eſt mancipantur,hoc tamen verum inquit Imperator,ni-
ſi fuerit adhuc in poteſtate patris quo caſu reſeruabuntur pr̃i
potius,quia in illis aliqd iuris habet rõne patrię poteſtatis.tex.
elegãs,in l.cũ ancillis,C.de inceſt.nup.& ſimilib.ergo eadẽ rõ
54 ne in nr̃o caſu.†Quid multis,iniquiſſimũ eſſet pp peccatũ no-
centis innocenti,hoc eſt domino,pœnam inferri , vt pulchre
meminit Conſtantinus Imper.in l.res vxoris,C.de donatio.in
ter virum,& vxorem,dum inquit,alieni criminis infortunio,
alium aſtringi valde inhumanum eſſe,nec fieri debere ad qđ
optime facit etiam,quod matris calamitas non poteſt noce-
re filio,§. ſed & ſiquis,Inſtit.de ingenu. propter ius ſibi ſemel
acquiſitum,tum quod mater forte adultera eſt , ideo poſthu-
mum exhæredari non debere,l.ſi quis in ſuo,§.i.C.de inoffic.
teſtam. & certe vt delictum perſonæ non debet in detrimen-
tum Eccleſiæ redundare , c. delictum , de regulis iur. in 6. ita
nec vaſalli delictum in domini damnum redundare debet.Et
(vt pauca pro multis dicãtur,) quis neſcit, crimẽ ſequi ſuum
55 authorem.l.ſancimus,C.de pœnis,c.quæſiuit, de his quæ fiũt
a maio.parte,capitu.ſatis peruerſam , 56.diſtinct. quare ergo
puniretur, dominus qui non deliquit,quis neſcit alteri per al-
terum iniquam conditionem inferri nõ debere,l. non debet,
56 ff.de reg.iuris.quod hic fieret.†Præterea cõtra naturã , eſt ali-
quem alterius iactura locupletari, l. ſecundum naturam ,ff.
de reg. iur.l.nam hoc natura.ff.de condi.indeb.c.locupletari,
de reg iur.in 6.quod tamen hic per confiſcationem veniret.
57 †Non enim debet fiſcus ex alienis bonis,ſibi non competen-
tibus compendium facere,cum iuris nihil in illis habeat.arg.
l.i.C.de naufrag.libr. xi.Nam quod noſtrum eſt,ſine facto no
ſtro, in alium transferri non debet.l.quod noſtrum, ff.de reg.
iur.Rurſum,ſine culpa,niſi ſubſit cauſa, non eſt quis punien
dus,c.ſine culpa,de regu. iuris, in 6. ſed hic in domino nulla
eſt culpa,ergo puniri non debet.Poſtremo,eſſet contra ius di
uinum & decalogi præceptum,quod iubet alteri non facien
dum quod ſibi fieri nollet , quod optime obſeruaſſe diuum
Imper. Seuerum hominem gentilẽ legimus.Aelius Lampri.
in Alexãd.Seuer.ſed quis,quæſo,princeps ſibi auferri feudum
58 vellet alterius ob factũ,ſeu crimẽ? † Certe nemo quapropter
conſuetudinem talem,quæ hoc obſeruat, vt morboſam ſer-
uandam quoque non putarem(cum nutriat peccatum),arg.
c.ex parte,c.fi.ext. de conſue.ſed eruendam.c.mala,8.diſtinct.
nec legem ſeu expreſſam conſtitutionem talem,cum contra
naturam & naturalem pugnet rationem,valere,ſine qua ve-
59 re lex dici nõ poſſet, †nec debet prĩceps,enim imo nec papa,
ſine cauſa legitima facere conſtitutionem poteſt , qua ius ali
cuius auferri poſſet ſine peccato,vt late Cinu ſin l.reſcripta.

C.de preci.Impera.offeren.& Innocentius, in c. quæ in eccle
ſiarum,extra de conſti.vbi Felinus. & alii Doctores , rurſum
Archid.& Dominicus,in c.Ius Ciuile, prima diſtinct. Panor.
in d.c.quę in eccleſiarum,de conſti.Cardi.conſ.147. incipien.
dominus noſter papa,& hæc ſufficiãt. Sed dicet ſtatim hic ali
quis,quod hæc quidem vera ſint,reſpectu eorum , qui primæ
fuere opinionis, videlicet , quod principi plene competeret
feudum,bonis confiſcatis,at reſpectu eorum qui ſunt ſecun-
dæ opinionis,hæc ſimul ſtare poſſent,videlicet , quod ſolum
illi competeret ad vitam delinquentis, nam tunc non aufert
plene illi feudum qui iuris aliquid habet , ſed ſolum ad tem-
pus admittatur,ergo vt ſaltem apud fiſcum ſit vtile dominiũ
quam diu,is qui deliquit viuit,& conſtituat aliquem ſubſtitu-
tum,qui directo domino tamdiu ſeruiat ar.eorum quæ ſupr.
in parte 12.de defect.diximus.ſpes enim eſt, vt reſtituatur for
te a principe;cum enim ſpes eſt,quod aliquando poſſet ſerui
re,admiſimus per ſubſtitutũ poſſe ſeruire. in d.12.parte, vbi
de defectu diſſeruimus,arg.§.ſi minori.ſi de feu.defunct.& ſi-
milibus ibi allegatis. Sed paucis huic obiectioni reſpõdemus
ſpem iſtam,licet aliqua videtur , tamen vt impoſſibilem de
iure haberi,cum per vnum fieri, vt principem ſolum poſſit.
60 l.idem Iulianus,§.cõſtat,ff.de leg.i.† Præter hoc , certum eſt,
quod ſimulatque vaſallus delictum commiſit, ex quo feudũ
amitti debet,quod tunc ſtatim ad dominum vel agnatos(nõ
expectata eius morte)redire debeat, nã feudatarius domino,
tenetur ad ſeruitium perſonale,vt in tex.c.i.in fi.in quib.cau.
feu.amit.cuius gratia dominus illi dat vtile feudi dominium
c.i.§.rei autem,de inueſt.de re alic.fac.nunc certum eſt,quod
iſtud vtile dominium non poſſit ſeparari a ſua cauſa,ſine do
mini voluntate,& ergo ſicut illa obligatio fidelitatis mere ꝑ
ſonalis non tranſit,nec poſſit tranſire in alium,ſic quoq; nec
feudũ.ita pulchre tenet Bar.in l.ſi finita,§.ſi de vec.ff. de dam.
infec. Cum ergo obligata perſona ſeruire non poteſt, debet
neceſſario ad dominum redire l.in oĩb.cauſis, ff.de reg. iur.
61 †Secũdo,ex hoc probatur,quod dominus non tenetur in
uitus alium accipere vaſallum,in c.i.de fra.de no.be inueſt.in
fi.certe ſi non tenetur(cum maxime intereſt domini habere
principem vaſallum vel alium)iniquum eſſet cogi debere;li-
centius enim poteſt dominus imperare ſimplici vaſallo, quã
imperatori.Tertio,videtur tex.apertus ſatis, primo momen-
to ad dominum vel agnatos redire.in c.i.de vaſ.mi.qui arma
bel.depoſu.vbi amiſſum feudũ ſtatim ad dñm vel agnatos re
dit,cum ſit talis qui ſeruire non poſſit,reiecto ſubſtituto,vt ĩ
62 parte 12.ſup.docuimus,vbi de defectu egimus.†Cum igit̃ iſte
vaſallus ſit talis , qui ſeruire non poſſit, & fiſcus ille qui iu-
ris nihil in eo habet,merito ſtatim amittere debet , quod idẽ
alio etiam loco tex.probat,in c.i. §.qui clericus,ſi de feud.de-
func.in verbis,hoc ipſo feudũ amittet.vbi ſtatim defectu ad-
ueniente ius ſuccedendi agnatis vel domino datur.Poſtremo
nemo ignorat,relictum ſub conditione,modo,vel ob cãm ꝫ
dõne,mõ,cã nõ exiſtẽte,vel ſecuta, condici rem poſſe illico,
vel vendicari l.i.C.de do.quæ ſub mo. fi.& quæ ibi notãtur,l.
ea leg.C.de cõ. ob ca.da. At hic ſub tali cauſa & mõ datũ eſt ,
vt tãdiu hẽat,q̃diu nõ cõmittat aliqd,ex quo de iure feudum
amitti poſſet.Quia ergo iã tale qd cõmiſit, qs dubitat,ſtatim
dñm rẽ ſuã vẽdicare,vel cõdicere poſſe?Ex p̃dictis ſatis cõſtat
igit̃ nec ad aliqđ tp̃s cõfiſcatis bonis ius ĩ feudo habere fiſcũ,
multo minus totũ ſibi cõpetere , excluſo dño,ſeu agnatis,vt
qdã abſurdiſſime tenuere. Nũc ad obiecta ſingula reſpondeamus.
63 †Primo,quo ad ea quæ ab iis adferunt̃,qui putãt,pñcipẽ ple-
ne accipere feudũ bonis cõfiſcatis, nõ obſtãt tex.qui hñt oĩa
bona confiſcatione venire l.pe.& vl.C.ad l.Iul.maie.& l.Ma-
nichços.C.de hæ.qa intelligi debẽt de oĩb. ꝓpriis bonis ad eũ
plene pertinẽtib.ſed quia feudum eius non eſt plene,ſed dñi.c.
i. in quib. c.i.§.fi. de inueſ.de re alic.fac.ergo ius ſuũ dñs ſaluũ
tenere dẽt. per.l.ſi vero.C.de hę.Eſt.n.vaſal.ſolũ inſtar vſufru
ctuarii.prætetea,vt in gñali venditione vel obligatione bono
rũ oĩũ nõ veniũt feuda c.i.§.in gñali,ſi de feu.defun.cõt.ſit. c.
i.de ca.qui cur.vẽdidit,ſic quoq; in gñali cõfiſcatione oĩũ bo
64 norũ feuda nõ veniẽt.† Scdo,non obſtat Impera.conſtitutio,
in l.quiſquis,§.i.C.ad le Iul.maie.vbi filiis auferũt̃ bona(licet
nihil cõmiſerint)pp patrẽ, ſiue feuda,ſiue alia bona fuerint,
qa alia ibi eſt rõ,quæ tradit̃ in tex.quare filii puniant̃ ex deli
cto patris,quæ rõ hic ĩ dñm locũ nõ hẽt,nã dñs nõ ita curat,
ſi vaſallus eius puniat̃,atq; filii,quorũ pater pęna afficit̃.Ma-
gis.n. timet̃ de filiis eiuſdẽ sãguinis,q̃ de ext̃neis,vt hic dñs est.
Et licet feuda tali caſu filiis auferunt̃ , nõ tñ ergo ſequitur q
iõ ad Imperatorem vel principẽ ꝑtinere dẽant.Imo ad dñm,
ſi nouum fuerit , vel ad agnatos,qui vltra quartum gradũ illi
ſunt,tunc peruenire dẽt,ſi paternum fuerit.arg.§.fi.q̃ fuit pri
benefic.amitten.& cap.i.§.licet,verſic.ſi vaſallus culpam,ſi de
feu.defunc.cõt.ſit.& c.i.ſi vaſ.feud.priuetur, ca.i.an ille qui in
terſe.frat.&c.Tertio non obſtat,quod mundi dominus Impe-
rator dicitur,lege deprecatio.Digeſtis ad legem Rod. de iact.

&

& quod ergo facilius ad ſuam naturam redit, qa licet dominus mundi dicitur, non tamen dicetur dominus bonorum noſtrorum, iure naturali, gentium, vel ciuili acquiſitorum, Fe de. pulchre in c. quæ in eccleſiarum. extra de conſti. nam alias nemo poſſet dicere, illa vel illa bona ſua eſſe, nec libere de iis diſponere, nec in illis contrahere abſque principis conſenſu, quod eſſet abſurdum. Intelligetis ergo, dominum quidem eſſe totius mundi, quo ad defenſionem & gubernationem, ca. quo iure, 8. diſtinc. late Feli. in d. c. quæ in eccleſiarum, extr. de conſti. non ita, quod mihi, mea inuito me, poſſit ſine cauſa auferre. Iſtud enim eſſet deflectere a vero iuſtitię tramite ad ſceleratam Iuliæ mouercæ peruicaciſſimi Impatoris Caracallę perſuaſionem, quę docuit Imperatorem leges dare & nõ accipere, quiduis illi licere indicans, ſiue honeſtum, ſiue inhoneſtum author, eſt AElius Spartia. in Caracal. Imper. contra ſanctiſſimi Imperatoris dictũ, Imperatorem legibus ſolutũ, legibus tamen viuere debere. in l. digna vox, C. de ll. & l. res vxoris, C. de donat. inter virum, & vxorem. atque vtinam idẽ nec hiſce temporibus Regibus, Principibuſque occineretur aliquando, ſed ſatis quo ad hanc partem. Nunc ad ea paucis refutanda accingamur, quæ ab aliis adſeruntur, quę ſecundæ
65 ſunt opinionis, videlicet, feudum ad vitam delinquentis apud fiſcum permanere ſaltem debere. Et primo non obſtat, quod res prohibita alienari extra familiam alienatam, non tamen (alienante viuente) ad eos, qui ex familia ſunt redit, ſed demũ poſt mortem, l. peto, §. prædium, & l. vnum ex familia, ff. de legat. 2. quia ibi neceſſitate coactus debuit alienare d. l. peto, §. prædium, ſecus ſi voluntarie feciſſet per l. cum pater, §. libertus, ff. de leg. 2. ſed replicabit hic ſtatim aliquis, & in noſtro caſu fieri ex neceſſitate, ergo idem debere ſeruari. Sed paucis, longe alia ratio in noſtro caſu eſt, quare ſtatim venire ad dominũ, debeat, nam dominus non tenetur alium accipere vaſallum quam vult capitulum primum de frat. de nouo benefi. in fin. & ea quæ in præcedenti diximus. præterea eius naturæ ſæpius eſſe dixi feudum, quod ſtatim amittatur, ſimul atque defectus accidit, cap. i. de vaſall. milit. qui arma belli depoſ. & ca. i. §. qui clericus, ſi de feu. defunc. ergo ſtatim ex iure ſibi quæſito vendicabit, at hoc iuris non habent agnati in alio caſu, quando, ex neceſſitate prohibitus alienauit extra familiam, cum ius hoc illi permiſſit. Secundum etiam obiectum non obſtat in l. Statius in l. fin. ff. de iure fiſc. quia cum matri ita relicta fuit hęreditas, vt poſt mortem ſuam demum reſtitueret filio, damnata quæ non fuit vt moreretur, licet bona confiſcata eſſent merito ergo matris mortem expectare debebat filius ex volũtate defuncti, & bona apud fiſcum relinquere ad eius mortẽ: vt enim plene matris fuerunt ad mortem ex fidei commiſſo, ita quoque venire debebant, ſed in noſtro caſu aliud eſt, nam dominus tacite videtur vaſallo ſolum couſque cõceſſiſſe feudum, quam diu nihil committeret, ex quo amitti poſſet, non diutius, vt ſupra docuimus.

66 Tertio, non obſtat tertium obiectum, in l. vxori vſumfructum villæ, ff. de vſufruc. leg. quia dum vſque ad quinquenniũ teſtator apud vxorem vſumfructum eſſe voluit, & non ante ad alium deuolui, ergo ex voluntate defuncti rurſum apud hæredes vxoris vel fiſcum, ſi ante quinquennium moritur, ẽt ex delicto confiſcatis bonis, manere debet, nam ante non voluit teſtator apud proprietarium eſſe. Aliud rurſum ĩ caſu noſtro, vbi ſtatim amitti voluit dominus.

67 Quarto alius tex. non obſtat capituli primi, §. finali. de capi. Conra. quia ibi eſt caſus admodum ſpecialis & fauorabilis in Eccleſia, quæ non peccauit, & propterea cum plene ad dominum merito redire deberet, fauore Eccleſiæ poſt mortem Prælati delinquentis, Eccleſiæ reſtituitur, & ideo couſque puniri puto eccleſiam, quod vſa ſit tali adminiſtratore, qui dominum offendit, vt illi quoque qui vtuntur opera malorum hominum, argument. eorum quę notantur, in titu. nautę, caupo. ſtabu. ff. & ſic parum aut nihil ad hanc rem facit, nam non ſequitur, dominus læſus ab Epiſcopo vaſallo, ad vitam Epiſcopi feudum vendicat, & poſt mortem reſtituit, ergo confiſcatis bonis vaſalli, fiſcus ad vitam quoque feudum confiſcabit. Nam dominus ex delicto ĩ ſe commiſſo ius per hoc acquirit, immo regulariter totum feudum per hoc plene reciperet extra hunc caſum, ſed fiſcus vel extraneus nihil iuris in eo habet, ergo eſt longe diuerſum, immo nihil conuincit, quia ſtatim ille dominus feudum ſuum recipit d. c. i. §. fina. de capi. Cõradi. licet mortuo delinquente, reſtituere ex ſpeciali iure tene

68 tur. † Poſtremo nõ obſtat, vſumfructum confiſcari, l. ſi poſtulauerit, §. iubet, ad leg. Iuliam de adulter. quia vſusfructus eſt eius naturę, quod certis modis finitur. §. finitur, Inſt. de vſufru. & toto ti. ff. quib. mo. vſusfru. amit. nunc illa in lege nõ erat ex iis caſibus, ex quibus ſolet vſusfructus amitti nam propter adulterium ibi eius bona cõfiſcabantur, qui habebat vſumfructum, ſed olim neque decapitabantur, nec deportabantur tales l. qui cum vno, §. adulteri. & ibi gl. ff. de re milita. quia ergo læſus non eſt ex quo amitti debeat vſusfructus, merito ergo proprietarius ante mortem eius nil prætendere potuit, ſecus tamen hodie eſſet, cum adulteri decapitentur. l. quamuis ſecunda, C. ad l. Iuliam, de adulte. Et ſic dicta lex, ſi poſtulauerit, & d. §. finitur, pro nobis faciunt, in caſu quando princeps a tali-

69 libus hodie vel ſupplicium ſumit, vel deportat. † Vt enim tunc ſtatim vſusfructus finitur, ita quoque nec momento apud fiſcum maneret, ex d. §. iubet, & d. §. finitur. maxime cum feudum ſit inſtar vſusfructus c. i. in quib. cau. feud. amit. concludimus ergo, confiſcatis bonis (ex prædictis) feudum non confiſcari, ſed ſecundum doctrinam trium regularum a nobis in principio huius partis. xii. poſitarum redire vel ad dominum, vel ad deſcendentes, vel ad agnatos. Et hæc de confiſcatis bonis ſufficiant, nunc ad concluſiones redeamus. Decima nona erit generalis concluſio, quod in omnibus prædictis caſibus vbi feudum ad dominum vel agnatos reuertitur, opus nõ fuerit lum expectare mortem delinquentis, ſed quod ſtatim poterit accipere, etiam illo viuente. Hæc concluſio probatur ex iis quę diximus ſupra ad primam regulam in hac parte decimatertia poſitam. Et ita quoque tenet Baldus, capitulo primo, ſi vaſal. feu. priuet. & ſequitur Alua. in cap. i. § ſi. concluſione 12. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. Finaliter, quia hactenus grauauimus vaſallum, opus eſt, vt rurſum in alio leuemus.

70 † Vigeſima ergo concluſio erit, quod ex omnibus cauſis hactenus dictis, ex quibus vaſallus feudum amittit, quod ex iiſdem rurſum omnibus & ipſe dominus amittet, & vaſallus faciat, & hoc ſiue erga vaſallum, ſiue alium delinquat. text. in capitulo primo, qualiter dominus propri. feu. priuetur, capitulo primo, paragrapho domino, ſi de feud. defunct. conten. ſit. Et ſic alibi controuerſim reſponſum intelligetis, reiectis aliorum opinionibus, de quibus in capitulo primo, qualiter dominus proprie. feu. priuetur. ſequuntur enim communiter Doctores. Nec opinio etiam Aluaroti ſequenda erit, in dicto capitulo primo, in principio, & in d. §. domino, qui vult diſtingui, an dominus in vaſallum peccauit, an in alium, ſi in alium deliquit, quod tunc potius ad domini agnatos redire deberet, vt in caſu, quando vaſallus in alium deliquit, ſed errat, cum text. ſit apertus pro nobis in d. §. domino, & ibi Bal.

71 quem ſequitur ibi Præpo. † qui huius dat rationes. Prędictum tamen quod vaſallus feudum lucratur, ſi dominus feloniam ſeudelictum committat in illum intelligetis abſque hęſitatio

72 ne verum, ſi ſolum vnus dominus reſpectu huius feudi, & vnus vaſallus fuerit. ſed quid ſi ſæpius ſubinfeudatio facta eſſet (quod fieri poteſt capitulo primo, paragrapho ſi vero, vel rotum, qualiter olim poterat aliena.) & vltimus ſubinfeudans dominus delinqueret in ſuum vaſallum, qui nunc vltimus eſt in ordine, nã iam per hoc vaſallus ille vltimus lucrifaciet feudi proprietatem, excluſis primis & ſuperioribus

73 dominis? † Paucis, ĩ hac parte exiſtimarem iam prędicta notata in d. §. domino. ſi de feu. defunc. conten. ſit. locum non habere, nam non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri l. non debet, ff. de regulis iuris. primus enim dominus nollet per hoc ſuam amittere proprietatem, nec ęquum eſſet, putarem ergo, quod iſto caſu, ſi vaſallus ille forte domino ſuo hactenus dediſſet penſionem, vel ſimile pro feudo, quod iſtud amitteret, nec quod ad hoc teneretur. Præterea nec teneretur iam ad vlla illi ſeruitia, tum quoque ſi vaſallus eius amplius nollet poſſe de delicto in ſe commiſſo conqueri, & hoc apud iudicem ſolicitare vel actione iniuriarum, vel alia, vt in tantum dem illi condemnaretur atque feudi huius proprietas valet, quam lucratus fuiſſet, ſi ille primus dominus & ipſe vaſallus

74 fuiſſet, argumen. d. §. domino, ſi de feud. defunct. contentio. ſit. cum ſit eadem ratio. Sed iam pro complemento dubitari poſſet, an iſte vaſallus ita delinquens, vt ante iam recenſuimus late, ipſo iure feudum amittat, an vero minime? Paucis dicendũ quod in omnibus cauſis prędictis ipſo iure non amittat, ſed requiratur in his plena cauſę cognitio & ſententia. c. i. de feu. ſine culpa non amit. vbi pulchre Alua. Debet ergo iudicialiter in his procedi, & debet legitime dominus probare vaſallũ culpam commiſiſſe, quare ei feudum auferri debeat, nam licet videatur ſępius prima facie iuſta cauſa, latet tamen aliquãdo aliquid, quur merito excuſari debeat, vt ex ſupradictis bene patuit, Pręterea, cum omnis offenſa non auferat vaſallo feudum, capitulo primo. §. illud enim, quæ fuit prima cauſa, benefic. amittend. ſed ea quę egregiam ingratitudinis notam præ ſe ferat, capitulo primo, in medio, in quibus cauſis feudum amittatur neceſſario igitur requiritur cauſę cognitio plena, Alu. in d. c. i. de feu. ſine culpa nõ amittit. c. i. §. ſi voluerit, de ca. qui cur. vend. c. ſi. quo temp. miles. † Nũc in fi. hic

75 videamus, qua actione vtetur dominus contra vaſallũ, ad feudum commiſſum repetendum, vel etiã contra quẽlibet poſſidentem. Breuibus, ſi feudũ ex culpa cõmiſſum penes vaſallũ eſt vtetur dominus contra eum condictio. ob cauſam, nã

ſub modo,& cauſa dominus illi feudum conceſſit, eouſque
ſcilicet quamdiu in eum non peccaret,& hoc ex l.i.C.de do-
na.quæ ſub modo,& l.ea lege,C.de condic.ob cau.dat.vel vte
tur contra eum directa actione rei vendicationis, ex d.l.i.C.
de dona.quæ ſub mo.vt etiam vult Iacob.de Beluiſ.& Bald.
in c.i.§.item qui dominum,verſi.porro,quę fuit pri.cau.bene.
amit.quod etiam ea ratione confirmo,nam certum eſt vaſal
lum eſſe inſtar vſufructuarii. in c.i.in fi.in quibus cauſis feu.a-
mit.Sed iam apertum eſt,quod ab vſufructuario res commiſ
ſa rei vendicatione repetitur(quia dominium penes proprie
tarium manſit)l.ſi vſusfructus nomine,iuncta, l.fi.ff.vſufruct.
quemad.caue.l.j.ff.ſi vſusf. peta. ergo eodem modo a vaſallo
petetur nam penes dominum etiam ſemper dominium mā-
ſit.c.i.§.fi.de inueſt.de re alie.facta. Cum vero feudum aliena-
tione amiſſum eſt,& ab emptore,vel alio poſſidetur, tum ſp
eorum non ſentiet ex re filij maxime eſſe, feudum redimi, aut non tñ vel ſub vſuris mutuabit? quanquam aliquando euenire poſſet nõ ex re filij eſſe, ĩ vita recuperare, vtpote, cũ iuſto precio venditum eſt, ac certum eſt patrem obiturum, priuſquam annue tñ inſerre poſſet atque venditum eſt. Illo enim caſu mortem patris expectare ſatius eſt, ac tum gratis recuperare, ex regula, Reſoluto iure datoris, &c.

128 †Non obſtat quoque, ꝙ de aduentitijs d. §. igitur, & ſimilibus. Quia hoc licet rẽ verum ſit, tñ hoc negare nõ poſſit, ex multis cauſis, plene bona habere poſſe, abſque eo ꝙ pr̃ habeat vſumfructum, qui caſu notantur alibi. in Authẽ idem, & ibi glo. C. de bonis quæ liber. Nec dubitandum etiam, qn is mutuo vel gratis, qui pecuniam ſubminiſtrat, poſſet hoc pacto facere, ne pr̃ vſumfructum in feudo iſto habeat. Et eſto, ꝙ nudam proprietatem aduentitiorum filius nõ hẽat, ex eo tñ quod certum eſt, in poſterum ad ſe plene venturum dominium, facile quis interim ſuppeditabit, vt etiam s. diximus. Nec obſtat poſtremo, ꝙ contentionem, inuidiam, & rãcorem inter eos generet, quia putarem hoc aliqñ non eſſe verum: nam forte pr̃ neceſſitate coactus alienauit. nũc ſi poſſet filius tantundem aliunde corradere, quo poſſet emptori ſuum reſtituere, & ſibi redimere, quare hoc indigne ferret pater? immo gauderet. Poſſunt. n. eſſe amici, qui filium iuuare cupiunt, nõ patrem, ob factum aliquod, quia prodigus, ignauus, fruges conſumere natus, vel ſimilis. Si vero pater animo maligno alienaſſet, non neceſſitate preſſus, certe licet tunc aliqualem rancorem generare poſſe, iſtud tamen non fuerit curandum: nam parentibus paſſim & ſine delectu quiduis agere contra liberos admittendum ſæpe non erit. argum. l. imperator, ff. ad S. C. Trebel. quæ eſt elegans ad hoc. & ſic nihil faciunt, quæ ad parte aduerſa in d. Titius, adferuntur. Stat ergo noſtra poſita concluſio. Prædicta hactennus nobis diffuſe in tertia, quarta, & quinta concluſione, nempe, ꝙ filius vł agnatus feudum alienatum a vaſallo in aliquem redimere ĩ vita alienantis, vel reuocare poſt mortem poſſit.

129 †Fallunt primo, ſi expreſſe conſentiant alienationi, vel ex quo ſciuerunt alienationem factam tacite annũ præterlabi paſſi ſint, tum enim excluderentur. per d. §. Titius filios, in fi. ſi de feu. defun. conten. ſit, & c. j. §. porro, qual. olim pote. feu. alie. arg. c. j. §. præterea, quib. mod. feudum amit. a. iuncto. c. j. §. ſi vero, de aliena. feu. Sed dubitabit hic aliquis forte, dum diximus expreſſum conſenſum filij vel agnati impedire redẽptionem, & reuocationem, an ne ad hoc vt dicantur expreſſe conſenſiſſe ſufficiat ſcientia & præſentia eorum cum a vaſallo alienatur? Et certe Dd. communiter tenent, ꝙ tñ opera bitur tacitus ꝗ expreſſus conſenſus. in c. j. §. præterea, quibus mod. feu. amit. tit. j. vbi etiam glo. & eſt glo. in d. §. Titius, ĩ verbo conſenſit. ſi de feu. defun. content. †ſi ergo præſentes eſſet,

130 cum vaſallus pr̃, vel agnatus alienaret, & ſcirent feudum eſſe, etiam ſi non ꝯdicerent, tñ conſenſiſſe viderentur, per s. dicta, & alibi notata. in c. qui tacet, de regu. iu. in 6. ĩ l. qui tacet,

131 ff. de reg. iu. & ſimil. †Sed paucis equidem putarem, tacitum conſenſum cum ſcientia ante annum non nociturum, per tex. apertos, qui anxie ſp annum poſt ſcientiam requirunt. in d. §. Titius, & §. porro, qua. olim feu. pote. alie. & c. j. §. j. p quos fiat inueſt. qui haud dubie aliquid operari debent: ſi. n. tacitus conſenſus ſufficeret, non eſſet opus de anno ſp adijcere,

132 poſt ſcientiam. †Et ꝙ illis anni conceſſit ius, habet rationẽ, nam præſens agnatus vel deſcendens, ſtatim intelligere non poſſit, ſibi an expediat redimere feudum, an minus. Præſtat. n. aliqñ alienationẽ admittere, ꝗ redimere, vel reuocare, ſi forte oneris plus illis adferret, ꝗ lucri. Veluti cum filius vel agnatus a dño longe diſſitus eſt, multiſque grauibus impenſis euocatus venire cogeretur: vel ſi quidem illis conducibile eſſet, non tamen ſcirent, vnde ſtatim tantum ſibi corraderent, quo poſſet redimi, vel ſpes eſſet forte alienantem non diu ſuperuicturum: his. n. & ſimilibus caſibus filius vel agnatus conſentirent potius, ꝗ reclamarent, ſeu redimerẽt, eget ergo res deliberatione. Non obſtant glo. & Dd. tacitum conſenſũ qui pro expreſſo haberi volunt. gl. & Dd. in d. §. Titius filios, & l. qui tacet, ff. de regu. iur. & ſimiles. †quia dico, illam regulã

133 generaliter veram eſſe, & Dd. allegata, ꝗ diu lex aliqua ĩ caſu aliquo contrarium nõ docet. Sed hic videmus annum datum expreſſe ad conſentiendum, ergo nos hunc caſum illa ſub regula comprehendere non debemus, nempe, ꝙ is qui tacet cenſeatur conſentire. †Simile eſt in procuratore, ſi quo

134 que præſens tacendo nõ dr̃ conſentire. cum lex expreſſe docet eius taciturnitatem cum præſentia, pro conſenſu haberi non debere, ob certas rationes. l. filiusfamilias, §. inuitum, ff. de procu. †Sic hic ſubeſt & ratio, quare filijs & agnatis annus

135 cocedatur. Accedat, ꝙ pudor prohiberet ſæpius in præſentia alienantis patris aupud viros graues reclamare. arg. l. pe. ff. de ſurt. l. j. §. quæ onerandæ, verſ. vt nimia, ff. quarum rer. ad. non datur. pr̃. n. ſic facile filium vel agnatum deciperet: nam quid, ſi filio vel agnato nihihil horum ante indicaſſet, & ſubito nũc vbi alienare vellet, filium eo ſecum duceret, alienationem illam vt audiret. quis dicet, ſi filius forte pudore, vł patris formidine ꝯdicere non auderet, cenſeri per hoc conſẽſiſſe? nemo certe. Verum hic mihi quis forte obijceret textũ feudalem, qui haber, ꝙ ille ad quem feudum per ſucceſſionẽ iure obuenire debet, ſi conſenſerit eos inueſtiri, ad quos ſm rectum morem nõ pertinet, nullo modo ad feudum regreſſum hr̃e. c. i. §. preterea, vbi glo. & Dd. quibus mod. feu. amitt. tit. i. quare videretur non annus, ſed ſolum ſimplex conſens⁹ inſpiciendus. Sed paucis, non obſtat: nam aliud eſt conſentire inueſtituræ alteri factæ poſt mortem patris, vbi plene feudum illius iam eſt, vel eſſe præſentem: aliud, ſi in vita adhuc pr̃is alteri factæ inueſtituræ adeſt: quia primo caſu, patre mortuo pudor non prohibet, nec ſeueritas patris timetur, vt plurimũ ſecũdo caſu. paucis ergo, annum ad deliberationẽ habebit. † Sed hic rurſum dubitari poterit, an filius vel deſcen-

136 dens, patre viuente qui redimere feudum poteſt (ſiue pater ĩ agnatum ſiue extraneum feudum alienauit, vt s. diximus in tertia & quinta concluſione) excludetur perpetuo, ſi à tpe ſcientiæ ĩ annum non redimerit: an vero tacere poſſit nõ redimendo ad mortem vſq; patris, & tunc adhuc ad annũ deliberare vt reuocet? † Aliud. n. eſt redimere, aliud reuocare: redi

137 mus pecunia in vita alienantis, reuocamus gratis mortuo alienante. Certe eſt punctus difficilis, ſed breuibus, putauerim, ꝙ filio vel deſcendenti tñ intercluderetur via reuocandi, ſi poſt mortem patris alienantis intra annum non reuocaret: & hoc iõ, quia viuente patre, patris ſæueritas aliqñ prohibet, facto patris ꝯuenire (ꝙ tñ aliqualiter in præcluſione redemptionis admittitur, cum iſtud ſæpe nõ ſit ita magni præiudicij atq; eſſet in præcluſione reuocationis) † Quia er-

138 go paſſus iſte dubius eſt, hanc partem vt æquiorem, rationabiliorem, & iuſtiorem amplectendam exiſtimarem. l. ſp ĩ dubijs, l. quoties, ff. de reg. iur. l. benignius, ff. de ll. Agnatus vero vaſallus ſi alienauit in aliquem agnatorum in remotiori gradu, diximus ſupra, quod tunc proximior agnatus non poſſet a remotiore reuocare in vita alienantis, precium reſtituẽdo etiam. ex dicto §. Titius filios. ergo neceſſario in illo caſu proximior agnatus annum habebit poſt mortem alienãtis demum, infra quem ſi non reuocauerit omnino rurſum excludetur per d. §. Titius filios. nec ante præiudicabitur illi, etiã ſi præſens alienationi fuiſſet prius & non contradixiſſet: ga etiamſi ſe oppoſuiſſet, non profuiſſet tamen. per l. ſæpe. ff. de re iud. iuncta. l. j. §. fina. C. de annal. except. Poteſt enim ſolũ poſt mortem alienantis prius reuocare, non ante. dicto §. Ti-

139 tius. † Videamus ergo, an tacitus vnius anni cõſenſus illi obe rit in caſu quo vaſallus alienauit in extraneum, diximus. n. quod etiam tunc in vita alienantis feudum redimi tam ab agnato, quam filio poſſit. vide ſupra in principio huius quintæ concluſio. Et paucis, putarem etiam in hoc caſu non præiudicari agnato magis quam filio, hoc eſt, nõ impediri, quo minus, mortuo vaſallo, gratis poſſit intra annum adhuc reuocare: immo quandocunque ad triginta annos vſque etiã filius, licet ſciens, tacite poſt alienationem annum labi paſſus eſt, & ſibi tacendo præiudicauit, quo ad redimendum. per gl. in dicto §. Titius filios, Bald. Andre. de Iſern. Aluaro. & cõmuniter Docto. ſequuntur. quod eſt notandum. † Et habet ra

140 tionem, nam quare cogeretur redimere pecunia in vita alienantis, cum eo mortuo gratis habere poſſet? nam ſi forte cariſſime vendidiſſet, iniquum eſſet, quod agnatus ſciens tanti redimere deberet intra annum, cum forte impoſſibile ſit alienantem vltra biennium aut triennium victurum. Profecto ſi hoc admitteretur, aperiretur vaſallis, agnatis, & patribus egregia feneſtra ineſcandi filios, vel agnatos, vt ſupra dictis patuit. Non obſtat his ille text. capitu. primi. §. porro, qualiter olim feudum poterat aliena. qui ſcientes poſt annum excludit: quia iſtud verum eſt, viuente alienante, quo ad redimẽdum, ut ibi. Nõ etiã, ꝙ mortuo alienante nõ poſſunt feudum reuocare, ex regula, Reſoluto iure datoris, reſoluitur i⁹ acceptoris. Concludendo ergo, dicemus, quod filius uel agnatus, uiuente alienante, a redimendo quidem excludetur, ſi ſciens intra annum non redimeret, non tamen a reuocando poſt mortem, niſi expreſſe ita conſenſiſſet, quod nec redimere, nec reuocare unquam uellet, uel annum poſt mortẽ

141 alienantis ſciens præterlabi ſineret. † Illis enim caſibus pleniſſime excluderetur, niſi in extraneum, ut iam dictum eſt, alienatio facta foret: putarem tamen, in caſu etiam, ubi ſimpliciter tantum conſenſiſſet alienationi uaſalli non addens, quod nunquam, nec in uita alienantis, nec poſt mortem reuocare uellet, quod tum etiam ſimplex ille conſenſus ſolum præiudicaret, quo ad redimendum, & non quo ad reuocandum

142 poſt eius mortem. † Sed quid ſi uaſallus in dominum ſuum feudum alienaret ſine conſenſu deſcendentium uel agnatorum, an iã mortem alienantis expectare debeãt, an uero ſta-

tim

tim poſſent redimere? Certe, quia dominus agnatus
non eſt, . puto ſtatim ab illo redimi poſſe, reſtituto precio
vel æſtimatione. vide Baldum in capitulo primo. de alienan.
feud. pater.

143 † Nam filij vel agnati in redimendo ab extraneo ſemper
domino pręferuntur. capitu. primo. §. donare, verſicu. porro,
qualiter olim feudum poterat aliena. & hæc ſatis. Poſtre-
mo, iam aliquis dicet, eſt quod in prædictis caſibus quis om-
nino excluditur, propter conſenſum expreſſum vel tacitum
cum anni curriculo poſt mortem, quid ergo erit, ſi deſcen-
dentes vel agnati ignorauerint ſic cum domini conſenſu
alienatum? Certe dicendum, quod tunc nullo tempore ex-
cludentur, etiam triginta vel quadraginta annis. argument.
capitu. primi. de prohibita feud. alie. per Federicum. per ea
quæ ſupra diximus de præſcriptione in duodecima parte,
vbi probauimus, feudum præſcribi non poſſe, nec contra
dominum, nec contra vaſallum ignorantes, propter ratio-
nes ibi datas late, nempe quod impediti illi circa alia neceſ-
ſaria, curam ſæpius feudorum ſeu vaſallorum ſuorum habe
re non poſſunt: ſed iam certum eſt, quòd filij vaſalli in vita
patris etiam quaſi vaſalli, vel vaſalli, quo ad quid habentur.
vide Baldum in capit. pri. in fine, an mutus, vel ſurdus. † futu-
144 ri ſaltem poſt mortem patris, niſi delicto impediatur. per ca-
pitu. pri. in fine. in quibus cauſis feudum amitt. iuncto §. fina.
Inſtit. de hæred. qual. & differen. ergo ignorantia eorum tan-
tum iuuare debet eos, quantum patri, ſi ipſe ignoraret feu-
dum ſuum alienatum a ſubuaſallo. per ea quæ ſupra in 12.
de præſcript. diximus, & arg. a pari.

Non obſtat, quòd hic conſenſus domini adeſt, cum volũ-
tate patris vaſalli, quæ ſimul faciunt. argumentum capitu. 1.
§. ſi vero, de aliena. feud. ceſſare cauſam prohibitionis, quo
ad præſcriptionem: quia dico, quod nunc adhuc aliud ob-
ſtat, quod ſcilicet feudum alienari non poſſet in præiudiciũ
agnatorum vel filiorum, quorum intereſt, etiam cum con-
ſenſu domini. per capitu. pri. de alie. feud. pater. & ea quæ no-
tat Aluaro. in capitulo primo. §. hoc quoque, circa finem, de
ſucceſſio. feu. per ea quæ ſupra diximus in tertia concluſione
de filio ꝭ nouo feudo: & ergo, quia Imperator Federicus om
nem præſcriptionem ſuſtulit in feudo, & alienationem. cap.
pri. de prohibita feud. aliena. per Federicum. niſi ſcientia vel
conſenſus eorum adeſt, quorum intereſt, idem intelligemus
ergo obtinere in filijs & agnatis ignorantibus in iſto caſu,
cum eorum intereſt. Turpe enim eſſet, Imperatorem tale
quid in ſe & ſuis vaſallis conſtituere, propter ignorantiam,
quod non in aliis idem ſtatueret, vel obtineret, vbi ſimilis &
eadem quaſi ratio eſt. argum. titu. quod quiſque iuris in aliũ
ſtatuit.

Sed prædictis videtur obſtare alius tex. capitu. pri. §. porro,
cum verſicu. pręſcriptione, qualiter olim feudum poter. alie-
na. vbi dicitur, quod ignorantes etiam triginta annis exclu-
duntur. Paucis dicendum, verum quidem eſſe, triginta annis
olim excludi potuiſſe, & feudum præſcribi ſolere: ſed iſtuc
ante nouam conſtitutionem Conradi, Lotharij, & Federici,
verum poſtea d. Imperator ignorantia noluiſſe excludi do-
minos, nec vaſallos triginta annis, quod etiam text. in dicto
verſicu. præſcriptione, pulchre indicar, dum vtatur verbi præ
teriti temporis, nempe, ſubmouebatur: quaſi diceret, olim
ita fuit, hodie alter ſeruatur. ſecundum capitu. pri. de prohibi
ta feudi alien. per Federicum. quod omnem pręſcriptionem
145 tollit. † Poteſt pręterea proprius textus, verſicu. præſcriptio-
ne intelligi, nempe, quod ignorans triginta annis olim a re-
dimendo ſeudo excledebatur, de qua ibi agitur, non tamen
hodie. Et ſic ille textus hoc clare etiam probaret, quod filij
vaſalli vel agnati triginta annis ignorantes non excluderen-
tur a feudo, etiam ſi cum conſenſu domini pater vel agna-
tus vaſallus alienaſſet: loquitur enim ibi tam in caſu vbi do-
mino conſentiente alienarat, quam ſine conſenſu domini,
ſaltem ad medietatem, quod olim licuit. capitu. pri. de alien.
feud. & ſimiles vt ex dicto textu ibi conſtat. dicto §. porrro,
qualiter olim feud. poter. aliena.

Quia ergo ibidem hodie non vult, quod filij vel agnati
ignorantes triginta annis a redemptione excludentur, meri-
to ex eo probabiliter inferre poterimus, & recte etiam filiũ
vel agnatum, ignorantes per alienationem vaſalli, a recupe-
rando feudo triginta nec quadraginta annis excludi. contra
l. ſicut, l. omnes, Cod. de præſcrip. triginta, vel quadraginta ân
no. & per ea quæ ſupra de præſcriptione diximus quod eſt no
tandum. † Et hactenus de redimendo & reuocando feudo
146 hæc ſufficiant, quo ad explicationem difficillimi. §. Titius fi-
lios. nunc ad fallentias redeamus.

Fallit ſecundo, (quod nec reuocare poſſunt) ſi filij vel
agnati vaſalli alienantis hęredes exiſterent, & alienatio facta
eſſet cum conſenſu domini. † Tunc factum eius, a quo lu-
147 crum habent, probare debent. l. ex qua perſona, ff. de regul.
iuris, & per l. cum a matre, Cod. de rei vendicatio. l. venditri-
ci. Cod. de rebus alien. non alienan. l. vendicantem, Digeſtis
de euictio. ſed dicet aliquis, quid ſi conſenſum domini non
haberet, & in feudo aliter diſponeret, quam iure deberet,
veluti dicendo, vt filij inæqualiter diuiderent, vel vt vnus
duas partes feudi, alter vnam, vel vnus totum, alius nihil:
ſed amplius ex allodialibus haberet, vel vt filiæ ſimul diuide-
rent feuda cum filijs, vel ſimiliter: & ſi illa diſpoſitione con-
tenti eſſe nollent, quod pręter legitimam ſuam non aufer-
rent, quales videmus indies fieri diſpoſitiones.

148 Paucis de his tres ponam partes, ad quas ſeparatim reſpõ-
debo, & hoc in caſu vbi de conſuetudine maior natu filius
feudum obtinet, vel vnus filiorum, vt nunc paſſim vſurpa-
tur, ex quibus facile colligenda erunt, tum quæ ad hanc
partem & ſimilem aliquando dicenda eſſent, vſu ſi euenerit.
Et quia hoc in paſſu ſæpius peccatur, quia difficilis admo-
dum eſt, bene ergo fuerit diſcutiendus.

Prima ergo pars erit, quando pater ſimpliciter in teſtamẽ-
to ſuo cauet (ſine conſenſu tamen domini) quod filij æqua-
liter omnia ſua bona diuident, vel inęqualiter, non faciendo
mentionem feudi.

149 Secunda erit, ſi pater dixit, vt omnia bona allodialia &
feudalia æqualiter diuident, vel inæqualiter (ſine conſenſu
domini iterum.)

Tertia erit, ſi dixerit pater in teſtamento, cum conſenſu
domini, quod æqualiter filij diuident, vel inæqualiter: Quo
ad primam partem, ſi ſimpliciter voluit diuidi omnia ſua
bona æqualiter inter liberos, vel inæqualiter, non habita
mentione feudi: dicendum, quod hoc caſu ſolum cenſetur
diſpoſuiſſe de proprijs ſuis bonis allodialibus, & non de feu-
dis: quia in obligatione omnium bonorum, tum alienatio-
ne, feuda non veniunt. capitulo primo. §. in generali, ſi
de feud. defunct. contententio. ſit. capi. pri. de capita. qui cu-
riam vendidit. pręſumitur enim ſciuiſſe, quod de feudo di-
ſponere non potuit. ſecundum capitul. primũ, de ſucceſſio.
feu. capitu. primo. §. donare, qualiter olim feudum pote. alie.
quę hęc vetant.

150 † Et ſic feudum in iſto caſu ſuum habebit naturalem cur-
ſum, & veniet ad vnum illum filium, cui ex conſuetudine
feudum competit. † Quo ad ſecundam partem, vbi expreſſe
151 de feudo etiam mentionem fecit, dicendum, quod poteſt
ille contentus eſſe illa parte ſibi a patre relicta de feudo, ſed
tamen alij filij de feudo non participabunt, ſed illæ partes
aliæ omnes ad dominum reuertentur, vt illicite alienatæ. per
c. j. de proh. feu. alie. per Fede. & per ca. j. §. fi. ſi vaſallus, quæ
fuit j. cau. benef. amit. Pars enim illicite alienata ſolum amit-
titur, alia non. Et ꝙ illicite hic alienauit pater, ex eo conſtat,
q' vt domini conſenſus abfuit, ita quoque eius voluntas a
principio fuit, cum daret, vt ad vnum rurſum tranſmitteret
filiorum, vt primi illi quoque a parente factum erat. Non. n.
potuit plus iuris in alium trãsferre, quam ipſe habuit, & dñs
ei conceſſit. l. nemo plus, ff. de regu. iur. Debuit ergo eo mo-
do tranſmittere ad filiũm vnicum ſuum, vt ipſe accepit. argu
men. capitu. prim. §. ſimiliter, de lege Conradi. neque conſen-
ſus filij in hoc caſu aliquid operabitur, quo magis alij filij
partes habere poſſunt, quia natura feudi tali alienationi reſi
ſtit. capitu. j. in fine, de ſucceſſio. feud. capitu. primo. §. donare,
qualiter olim feudum poterat aliena. l. nemo poteſt, ff. de le-
ga. primo. Filij ergo conſenſus domino ius ſuum auferre nõ
debet, nec illi inquam adferre conditionem. l. non debet. ff.
de regu. iuris. Optime ergo filius fecerit, ſi totum feudum re-
tineat, nec partiri patiatur. Cœterum reſpondebit hic
aliquis, quod ergo iam contentus eſſe debet legitima tan-
tum, vt pater in teſtamento diſpoſuit. Paucis, dicendum,
quod fratribus prędicta iam filius inſinuet, nempe, patrem
non potuiſſe de feudo diſponere, abſque eo quod reliquæ
partes non redirent ad dominum, ſeruata volutate patris.
iam fortaſſis non contradicent, mallent enim penes fratrem
manere, quam ad dominum deuolui. Et ſi tetrici eſſe vel-
lent (vt ſæpius inueniuntur) tunc ęqualem accipiat par-
tem bonorum allodiallium ex diſpoſitione patris, & feu-
dum diuidi non patiatur, de eo conquerens apud domi-
num, ante poſſeſſionis traditionem, iuxta cautelam Baldi.
de qua in §. fina. verſicu. ſi vaſallus, quę fuit prima cauſa
beneficij amittendi. Si vero fratres feudum vi vel alio
modo occupent, accepta inueſtituræ renouatione, con-
queratur de ea apud dominum, iam facile defendet do-
minus partes veri vaſalli ſui, cum nihil iuris adferre poſ-
152 ent. præter illicitam diſpoſitionem patris, quæ nihil
patrocinabitur: † & ſic alijs inuitis, obtinebit & æqua-
lem partem allodialium, & totum plane ſuum feu-
dum. Rurſum replicabit aliquis, patrem poſſe talem
diſpoſitionem de filiis bonis facere, in quibus etiam
nihil iuris habet, vbi tum filius contentus eſſe debet,
ſi

ſi patris velit eſſe hæres per d.l.cum a matre, & d.l.ſi venditri
ci, ergo & hic. Breuibus ad hoc reſpondendum fuerit, diuer-
ſum eſſe in illo & noſtro iſto caſu, nã in caſu alio d.l.cũ a ma
tre, C.de rei vendicatio. factum patris exitum habere potuit,
& eius voluntas, quia bona ibi plene pertinebant ad filium:
ſed hic etiam ſi filius vellet, & conſentiret, non tamen poſſet
defuncti voluntas habere exitum. & hoc quia feudum plene
filii non eſt, ſed & domini. Cum ergo fratribus prodeſſe non
poſſet, & ſibi commodo eſſe, quare non vteretur iure ſuo, ar
gum l.i. & ii. §. item Varus, ff. de acqua plu. arcen. Faber in. §. i.
de lege Fuſcani. toll. Iaſon in l. reſcripta. C. de precibus imper.
offeren. Sed iterum dicet aliquis, per hoc tamen obluctari vl-
timæ eius voluntati, & hoc effici, vt nunc pater decedat pro
parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra iuris communis
153 regulas l. ius noſtrum, ff. de regulis iur. † Paucis, ad primum di
cendum erit, defuncti voluntatem non curari in illicitis, cũ
illa in teſtamento pro non adiectis (vt impoſſibilia) de iure
habentur. §. impoſſibile, Inſtit. de hæred. inſti. Et ſi recte inſpi-
ciatur, non contrauenit voluntati patris: nam dubium non
eſt, quin maluerit pater potius apud filium quam dominum
feudum manere, argum. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſ.
reſpectu enim aliorum filiorum diſpoſuit non domini con-
templatione.

154 †Secundo, nõ decedit pro parte teſtatus, & pro parte inte-
ſtatus, quia feudalia ſunt bona per ſe, vt ſupra diximus, nec
poſſet in iis teſtari etiam ſi vellet, ergo ſub illa regula non
comprehendentur. Poſtremo, omnium fortiſſime hic quis
obiiciet, filiũ pr̃is feudũ hr̃e nõ poſſe, niſi pr̃is debita velit ſa-
tisfacere, per tex. in c.i. an agn. vel filius defuncti. ſed hic pr̃ dẽt
aliis filiis ex ſua diſpoſitione, ergo debet ſaltẽ exonerare eũ
debito illo, ſi feudũ retinere volet, ex d.c.i. an ag. vel filius. &
quamq̃ non iuſte diſpoſuit pater, nec trãſferri in alios poſſet
abſque amiſſione, (vt diximus) ſatisfaciat igitur ſaltem æſti-
mationem, & feudum totum retineat. Breuibus ad primum
obiectum reſpondendum fuerit dictum text. d.c.i. an agn. vel
filius. non obſtare, quia intelligi debet, cum vaſallus ex neceſ
155 ſitate debito grauatus eſt aliunde, † nõ qñ ſua liberalitate, vt
ĩ noſtro caſu, quid enim ſi pater omnia ſua bona legaris ex-
hauriret, nunquid tum filius patrem debito illo exonerare
teneretur, ſi feudum retinere vellet? Certe eſſet valde abſur-
dum, & fraudare conſtitutionem ſuper eo latam, in c.i. de ſuc
ceſſ. feud. & c.i. §. donare, qualiter olim feu. pote. alie. & c.i. de
prohi. feu. aliena. per Fede. imo ſi pater omnia exhauſiſſet le
156 gatis, & filium in feudo ſolum inſtituiſſet, dico filium poſſe
patris teſtamentum facere nullum, vt præteritus, nam
feudum non computatur in legitima (quicquid aliqui Do
ctores dicant.) cum non ſit eius proprium, cuius etiam me
157 minit Curtius alibi. in quarta parte ſolio 446. mihi. Et ſi ali
quãdo amplius ſupra feudum titulo inſtitutionis accepit po
terit ad ſupplementum legitimæ agere. ex l. omnimodo, C.
de inofficio. teſtamento. Secundo, etiam fratribus non tenebi
tur ad æſtimationem partis feudi, per ea quę notantur a Doc.
alibi, in l. apud Iulianum, § conſtat, ff. de legatis 1. qui com-
muniter decidunt, rei cuius commercium legatarius habere
non poſſit legatę, nec eius deberi ęſtimationem, ſed iſta res
feudalis eſt talis, quia nõ poteſt licite eſſe apud fratres, ergo
æſtimatio non debebitur, quod ſequitur etiam Curtius. late
158 in 4. parte fol. 434. mihi, per totum. † Et hæc quo ad ſecũdam
partem, duobus tamen caſibus puto, quod pater in prædictis
filio præiudicare poſſet, nempe ſi alios fratres omnes ſubin-
feudaret. Tunc enim primo dominus contentus eſſe deberet
ſi modo æque idonei eſſent per c.i. §. ſimiliter, de leg. Contra-
di, iunc. c.i. in fine, qualiter olim feu. aliena. pote. Rurſus, filius
maior contentus eſſe deberet, ſi modo patri in parte hæredi-
tatis ſibi relictæ ſupra legitimam ſuccedere vellet, ex d.l. cum
159 a matre, & ſimilibus. quæ cautela notanda eſt. † Secũdo quo-
que putarem, patrem poſſe filio pręiudicare in feudo, vel par
te eius, cum moris eſt, plures filios ſimul in feudo ſuccedere
vt eſt in iuribus feudalibus noſtris, vbi oẽs æqualiter ſimul
ſuccedunt, vt c.i. de ſucceſ. feu. Nam vt tunc filii, domino inui
to feudum ita diuidere poſſunt, vt ad vnum deueniat ſeu ma
neat. c.i §. ſi quis per triginta. verſiculo omnes filii, ſi de feu. de
func. conten. ſit, c.i. §. paternum, de natu. ſucceſ. feu. c.i. §. pręte-
rea ducatus, de prohibi. feu. alienatione per Federic. ita quo-
que putarem, quod tunc pater ſuo teſtamento efficere poſſet
vt apud vnum filiorum ſolum feudum maneat, reiectis aliis
ſi modo hæredes patris eſſe volunt, per d.l. cum a matre, C.
de rei vendic. quia iam ſolum conſiſtit in voluntate filiorũ,
an apud omnes vel vnum tantum feudum maneat, reiecto
conſenſu domini. per ea ſupra allegata. Si tamen filius mal-
let patris partem ſibi relictam vltra legitimam abiicere, &
feudi partem ſibi debitam ſeruare, hoc pater impedire non
poſſet. per capitu. i. de ſucceſ. feu. Ita intelligetis illa verba tex-
tus, Nulla alienatione valente, vel manente, in ca. de ſucceſſ.
160 feu. quę omnia notãda ſunt. † Ad tertiam vero partem, quan
do pater cum conſenſu domini ita diſpoſuit, vt ante dictum
eſt. dicendum, ſi filius patris hæres eſſe velit, quod eius factũ
approbare debet. l. ex qua perſona, ff. de reg. iuris. l. cum a ma-
tre, C. de rei vendicatio. d.l. venditrici. C. de rebus alien. non
alienan. & l. vendicantem, ff. de euictio. l. ſi ab eo. C. de libera.
cauſa. Filius tamen hoc caſu habebit electionem, ſeu arbi-
trium, an malit feudum cum ſua legitima tantum habere,
an vero partem feudi cum alia portione hæreditaria a patre
161 ſibi relicta. † Nam domini cõſenſus non poteſt præiudicare
aliis in iure ſuo, vt ſæpe ante docuimus, etiam ſi Impera. do
minus eſſet & conſentiret. argum. c.i. de aliena. feu. pater. & l.
nam ita diuus, ff. de adoptio. Sed contra hanc partem conſul
uit Paulus Caſtren. in conſilio 179. incipiente in cauſa quã
magnificus. vt refert Curtius alibi, in 4. parte folio. 437. mihi.
qui conſuluit, quod pater poteſt vni filiorum prælegare feu-
dum inuitis aliis, quod probat per textum, l. ſecunda. C. de ſe
cundis nuptiis. vbi in his quæ mulier fuit conſecuta a primo
viro, & quæ tenetur reſeruare filiis primi matrimonii, poteſt
eligere vnum ex iis quem vult, & alios excludere, huic con-
ferendo. Et inquit, licet dictus textus corrigatur hodie ibi, per
Authent. lucrum, ibi ſequentem. C. de ſecund. nup. tamen eã-
dem manere rationem, & ergo a ſimili, eodem modo quoq;
hic fieri poſſe. Secundo, mouetur ex alio loco, ex l.i. ff. de aſſi
gna. liber. vbi licet ius patronatus deſcendat ad omnes filios.
l. vt iuſiurandi. §. liberi, ff. de oper. libert. poteſt tamen pater
vni ex liberis aſſignare libertum, cui volet, d.l.i. ff. de aſſign. li-
ber. ergo, & hic a ſimili.

Tertio mouetur, quia ſi grauatus eſt aliquis rem aliquam
in familia relinquere, poteſt dare tamen vni cui volet, dum-
modo ex familia fuerit, l. vnum ex familia, ff. de le. ii. l. filiusfa
milias, §. peto. ff. de legat. i. ſufficiet ergo, ſi vni ſaltem ex libe
ris tribuit.

Quarto, mouetur authoritate Speculatoris, in ti. de locat.
§. nunc vero aliquam, verſic. 78. qui vult ſi pater emphyteu-
ſim accepit pro ſe & liberis, quod pater ęque poteſt vni ſoli
relinquere, & addit, idem forte eſſe in feudo, quapropter co-
natur Paulus Caſtrẽſis ad textum noſtrum in d.c. i. de ſucceſ.
feu. reſpondere, quod loquatur vaſallum non poſſe in feudo
162 diſponere quo ad extraneos, ſecus, quo ad filios. † Sed paucis
putarem non recte ſentire Caſtrenſem, & (vt vno verbo expe
diam) male inquit textum ibi in d. capitu. i. de ſuc. feu. non in
telligi de filiis, quia textus ibi ſolum diſſerit de ſucceſſione fi-
liorum, dicendo quod ęqualiter ſuccedent filii patri, ſtatim
ſubiiciẽdo, nulla ordinatione defuncti manente, ſeu valente:
quaſi diceret, filii æqualiter ſuccedent, & pater ſi aliter vellet
diſponere, non valebit in pręiudicium illorum, quod indicat
contextus verborũ ſubiectum enim ibi intelligi debet ſecun-
dum prędicatum, ſeu pręmiſſum, imo nullum verbum ibi fit
de extranea perſona, neque hoc fuiſſet dubium, nam certũ
eſt, in extraneã pſonã nõ potuiſſe vllo modo ſine conſenſu
domini alienare, quia ſic alienaſſet illicite & per conſequens
rediiſſet ad dominum ex. §. fina. verſi. ſi vaſallus quæ fuit pri.
cauſa benefi. amit. c.i. de prohibi. feu. ali. per Fed. nec cum con
ſenſu domini valuiſſet, quia ſine conſenſu filiorum vel agna
torum vaſalli alienatio ex teſtamento non valet, vt ſupra la-
te docuimus. per c.i. de ali. feu. pater. Docto. in d.c i. de prohi-
bitio. feu. ali. per Fed. Nam ſemper ad eos rediiſſet ex regula,
Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, & ſic nullo
modo de extraneo poſſet ibi intelligi. Non obſtat primo il-
le tex. d.l. 3. C. de ſecund. nup. vbi mater vni ex libertis multis
lucrum relinquere poteſt, licet omnes aliquid iuris cenſen-
tur habere, ſecundum rationem, d.l. 3. vt vult Caſt. quia nego
quod omnes aliquid iuris in bonis acceptis per matrem a pa
re eorum primo marito hñt, nam tñ iuris habent ſolum at
que illis lex concedit, ſed liberis aliquid iuris tantum reſeruat
ſi aliis ex ſecundo matrimonio liberis vel extraneis relinquit
non ſi vni ex illis etiam omnia dediſſet, & ſic ſolum cõditio-
naliter aliquid iuris habẽt, quare ſi vni eorum relinquit aliis
nihil iuris detrahit, quia iam impleuit conditionem. Nec mi
rum etiam quod olim in vnum eorum ſolum tranſmittere
potuit, quia plenè ex donatione ad eam pertinuiſſet, niſi lex
prouidiſſet. Sed hic in noſtro caſu lex expreſſe voluit, quod
pr̃ nõ diſponeret de feudo, ſed quod æqualiter illis vel maiori
natu relinqueret, quod eſt ſeruandum ex dicto capitulo pri-
mo, de ſucc. feud. & capitulo primo, §. donare, qualiter, olim
feu. pot. ali. Non obſtat ſecundo tex. in l.i. ff. de aſſignat. libe. ff.
vbi pater poteſt vni filiorum aſſignare libertum, licet om-
nes filii iuris aliquid habere videntur in liberto ex. l. vt iuriſiu
randi, §. ſi liberi, ff. de oper. liberto. quia rurſum dico eodem
modo, vt in præcedenti, dixi quod hoc iuris ſaltem habent,
quod ius illis concedit; & nego plane, quod in vita patris ali-
quid iuris in liberto habent, reſpectu huius. Nam pater poteſt
vni ſoli (vt dixi) aſſignare, inuitis aliis. Nec obſtat, quod li-
cet

ſet in inæqualibus partib. inſtituti ſunt,tamen eos æqualiter
in iure patronatus ſuccedere:d.l.vt iuriſiurādi, §.ſi liberi,ff.de
oper.liber.quia illud ius præſumit,patrem voluiſſe, cum ni-
hil de eo diſpoſuit,nec poſſet negari,ſi aliter diſpoſuiſſet, ſci-
licet,vt apud vnum plus iuris patronatus eſſet, quam penes,
164 alium,quin hoc potuiſſet.† Nec argumentum a vaſallo ad li
berum,(vt ibi vult)ſemper verum eſt,vbi non eſt eadem ra
tio.Tertio,non obſtat argumentum a vaſallo ad emphyteu
tam,& econtra, quod ex Speculatore adfert,vbi inquit, em-
phyteutam poſſe ius emphyteuſeos in unum filiorum dirige.
re,relictis aliis,qui tamen omnes aliquid iuris in illo habent
Quia reſpondeo paucis,in caſu quo pater ſolum pro ſe em-
hyteuſim accepit,quod filii tunc nihil iuris in emphyteuſi,
habēt, niſi pater ſpecialiter & expreſſe iis quoque accepiſſet,
& ergo non mirum,quod poſſet in vnum eorum tunc tranſ
ferre;immo illo caſu in extraneum merū transferre poterit,
inuitis liberis,dūmodo domini conſenſum habeat. l.fi. C.de
iure emphy.nam nuſquam inuenitur, toto in iure, quod fi-
liorum conſenſus ad hoc requiratur, aut quod aliquid iuris
in eo habeant, habebit ergo liberam alienandi ptātē iuris
emphyteuſeos pater,per d.l.fina.C.de iure emphyt. iuncta l.
2. ff.ſi quis a paren. manu. ſuer. quamquam Bartolus & alii
in d.l.vt iuriſiurandi,§.ſi liberi,ff. de operis liberto.contra te-
165 nent,quod nō obtinet in caſu,vbi pater† ſibi ſimpliciter feu
dum acquiſiuit,non facta mentione filiorum,vel filii qui ex
conſuetudine in feudo ſuccedit, quia is etiāſi nominatus nō
eſt ex natura,tamen feudi ſuccedit,& impedit,quo minus pa
ter in aliquem transferre poſſit, citra eius conſenſum, ſi ta-
men pater emphyteuſim pro ſe & filiis expreſſe nominatim
accepiſſet,vt Speculator loquitur,tunc dicerem, patrem etiā
emphyteuſim non poſſe in vnum eorum, citra eius conſen-
166 ſum,transfundere,propter expreſſam prouiſionem,†ſecus ſi
ſimpliciter accepiſſet pro ſe & liberis, nā hoc ſemper facere
cenſetur,etiam ſi pro ſe ſolum accipiat.capitul.i.de duobus,
fra.a capi.inueſt.l.ſi pactum,ff.de proba. Poſtremo non ob-
ſtat tex.l.vnum ex familia,ff.de leg.ii.vbi relictum vt in fami-
lia maneat,ſufficit,ſi eligat vnum cui detur, quem velit, quia
reſpondeo,quod rurſum omnes nihil iuris habent,niſi caſu
quo extra familiam alienaret, non mirum ergo, ſi rurſum
poſſet in vnum alienare;& ſic prędicta non obſtāt.At in no-
ſtro caſu filii plurimum iuris ſtatim accepto feudo habent,c.
i.in fin.in quibus cauſis feu.amit.merito ergo in iis pater nec
dominus præiudicabit, vt in præcedentibus multis locis ſæ-
pe docuimus, & hæc ſatis. Nunc ad concluſiones reuer-
tamur.
167 † Sexta concluſio erit,quod quamquam requiratur cōſen
ſus deſcendentium,& agnatorum quorum intereſt,ad hoc vt
alienatio ſtabilis & firma maneat,non tamen eſt irrita,quā
diu non reuocant,etiamſi ſine conſenſu eorum vaſallus cū
domini voluntate alienauerit.ita intelligetis c.i. de alien.feu.
168 pater.Nec verum eſt,†quod putat Aluar.in §.fi.qua fuit pri.
cau.bene.amit.conclu. 22. ſemper in alienatione feudi con-
ſenſum agnatorum etiam requiri,alias non valere per d c.i.
de alie.feu.pater.qa ad hoc vt firma & ſtabilis ſit(quoad eos)
alienatio,bene requiritur eorum conſenſus, ad hoc vero vt
liceat alienare tantum, nō requiritur eorum conſenſus,imo
illis inuitis poſſet, dummodo domini habeat conſenſum,nā
169 alienatio†prohibita eſt pimario,ſolū in fauorem domino
rum,ſaltem in vita alienantis, non etiam deſcendentium &
agnatorum,niſi ſecundario,videlicet,quod in vita redimere,
vel poſt mortem reuocare poſſunt,vt ſupra docuimus.
170 † Septima concluſio erit, ſi vaſallus alienauerit cum con-
ſenſu domini feudum nouum, vel antiquum, & conſenſu
vel deſcendentis vel agnati proximioris, qui alias in feudo,
erat ſucceſſurus alienanti,per hoc tamen non pręiudicabitur
vlterioribus in gradu,quo minus vel ſtatim intra annū ſcien
tes redimere poſſint,vel feudum reuocare,mortuis prius illis
qui conſenſerunt,ſi modo hæredes non fuerint præcedentis
defuncti.Prima pars huius concluſionis de redimendo,textu
alibi probatur in c.i.§.ſed etiam res,per quos fiat inueſt. iun-
cto c.i.§ porro,qualiter olim,feu.pot.alie.ſecunda pars,& tex
tu probatur,& authoritate Aluaroti,in c. i. de alie.feu.pater.
& in §.fi.conclu.30.quę fuit prima cauſa benefi.amit.& in c.
i.§.hoc quoque in fi.de ſucceſ.feu.vbi pulchre,qui admittit in
agnatis,& ſic feudo paterno, quia aliquid iuris in feudo ha-
bent,quem omnes Doctor.ſequuntur.Sed iam,quia probaui
mus ſupra in tertia concluſione, tantum iuris deſcendentes
habere in nouo feudo, atque agnati in paterno,ideo & nos
ſimpliciter omnes tam deſcendentes, quam agnatos, iam in
nouo,quam in antiquo feudo ius ſuum reuocandi vel redi-
mendi perpetuo tenere dicimus,argum.ca.i.§. Titius filios, ſi
de feu.defun.conten.ſit iuncto.capit.i.de aliena.feu.patern.in
verbo quandocunque,hinc ſequeretur,etiam ſi feudum mil
le annis apud alienatarium & eius hæredes fuiſſet, per hoc
tamen feudum uel ſucceſſores legitimos non pręſcribi, ex re
171 gula.†Non ualēti agere,non currit præſcriptio. poſita in l.i.
§.fina.C.de annal.excep.adde Alua.in d.c i.§.hoc quoque,de
ſucceſſ.feu. nam tot anni poſſent aliquando interceſſiſſe pri-
uſquam omnes qui conſenſerunt,e medio ſint ſublati, quia
ad redimendum(ut ante docuimus) non coguntur. Eſt ergo
172 cautela †ubi quid ſimile factum eſt,quod tūc longinquiores
in gradu,qui non conſenſerunt,feudum redimant, ſi putant
ſibi vtile foré, quia etiam in remotiſſimo gradu conſtitutus
(dummodo agnationis eſt communis) poteſt ſtatim redime-
re,ſi præcedētes non volunt,vel conſenſerunt,& debet(velit
nolit)qui accepit(ſi modo extraneus eſt) feudum reſtituere
reſtituto illi pretio c.i.§.ſed etiam res, per quos fiat inueſtitu.
quando tamen in agnatum aliquem ſic eſſet alienatum pa-
ternum feudum,qui in longinquiori gradu eſſet,tunc poſſet
aliquando mille anni intercedere,liberis non exiſtentibus alie-
nanti,nam ſolum per mortem tum reuocatur,non per rede-
ptionem,vt ſupra docuimus in quinta concluſione,per d.c.i.
§.Titius filios,ſi de feu.defunct.conten.ſit. Poſtrema conclu-
173 ſio erit.†quod eadē,quæ diximus de filiis & agnatis ī aliena
tione facta cum conſenſu domini, quo ad redimendum &
reuocandum feudum, eadem quoque obtīnebunt in caſu,
vbi pr̄ vaſallus vel agnatus alium in feudum ſubinfeudauit p
batur hæc concluſio in c.i.§ ſed etiam res per quos fiat inue-
ſtitu.(quod poteſt etiam hodie,vt olim, facere ſine conſenſu
domini c.i.qualiter olim pot feu alic.ca. i.§.ſimiliter,de lege,
Conrad c.i.§.callidis,de prohib.feu.aliena.per Federic.§ illud
quoque codem ti.)hæc intelligetis procedere cum diſtinctio
ne prius facta an hr̄des defuncti ſint,vel non hoc modo.Si va
174 ſallus†habēs liberos,in feudo ſubinfeudauerit extraneum vel
agnatum,poteſt vel in vita patris alienantis redimere, vel ex
pectata morte patris, gratis reuocare, ſi modo patris hæres
non fuerit, vt ſupra diſtinximus in ſexta concluſione Non
obſtat huic ille tex in c.i.verſic.laici,qui ſucceſſ. feu. dar.capi.
i.qui ſucceſſ.tenean.qui vult,quod debet hæres rurſum inue-
175 ſtire,quem pater vaſallus inueſtierat, †quia ibi loquit in feu
do, quod pater ex allodialibus ſuis bonis prius dedit alicui,
hoc heredes filii confirmare debēt,vel alii eius hæredes,aliud
eſt in feudo,quod pater a ſuperioribus habuit, vel alio domi
no,hoc enim ſubinfeudando, non poteſt filiis pręiudicare,
vt hic,ergo mortuo patre vaſallo,redit ad filios,ex regula,re
ſoluto iure datoris,reſoluitur ius acceptoris. Et hoc ſi in vita
redimere nolit, ſed quid ſi pater ſubinfeudaſſet, & filius eſ-
ſet hæres patris,an ne iam patris factum approbare debet?vt
ſupra quoque tenuimus per d.l.cum a matre,C.de rei vendic.
176†Certe hic putarem inſpiciēdum eſſe,an ſimpliciter pater in
feudaſſet, an ita expreſſe, vt poſt mortem ſuam etiam apud
eum maneret.Primo caſu exiſtimarem, quod æque ad filios
vel agnatos redire deberet,nam videtur ſubinfeudaſſe iam ſe
cundum feudi naturam,quę habet,quod reſoluto iure dato-
ris,reſolui quoque debeat ius acceptoris,per capitulo primo
in fi.qualiter olim feu.pote.ali & hoc niſi cōtra probari poſ-
ſet,per capitulū primū,§ pręterea quid ſit inueſtitura.& ea q̄
notat Zaſius in 10. parte folio lxxi. in fine de eiectio. & quę
notat Alua.in c.i.§.rurſus,quibus modis feudum amittat.ti.
quod eſt notandum. Secūdo caſu, ſi expreſſum fuit, vt apud
ſubinfeudatum maneret,tum haud dubie excludētur,ſi hęre
177 des eſſe velint.Sed obiiciet aliqs hic, † quod licet ſubinfeuda
tio non duret diutius,quam ſubinfeudans viuit, tum fuiſſe di
ctum alibi,ſi maiorem dominum ſubinfeudatus recognoſce
re vellet,vt recognouit defunctus,q̄ tum feudo priuari nō de
beret, & q̄ maior dn̄s teneretur eū in ſuo accipere ſeruitio,
vellet,nollet tex.in c.1.in fin.quali.olim feud po.ali.ſi hoc ve
rum eſt,ergo videtur quod filii vel agnati ſaltem non admit-
tētur, quamdiu ſubinfeudatus rurſum maiorem dominum
velit recognoſcere.Paucis dicendum,allegatum tex.in d. ca-
pitulo primo,in fine qualiter olim feu.pote. aliena loqui in
caſu,quando filii & agnati nulli ſunt,qui iuris aliquid in feu
do habent,& feudum alias mortuo vaſallo ad dominum re
dire deberet.hoc caſu ſi ſubinfeudauerit rurſum vaſallus eo
mortuo, dominus non poterit vendicare feudum, ſi velit
eum recognoſcere,aliud vero eſt, vbi filii vel agnati ſunt tūc
enim non obtinebit,per text. in capitulo primo, §.hoc quo-
que,de ſucceſ.feu.vbi inueſtita fuit filia,& tum poſt mortem
ad agnatum redibat, quod obtinuiſſet etiam ſi voluiſſet re
178 cognoſcere dominum.†Ita quoque probat alius textus,in d.
capitulo.primo,§.ſed etiam res, per quos fiat inueſtitu.vbi ſi
filius vel agnatus redimere voluit feudum ſubinfeudatum,
ſubinfeudatus pretio accepto,velit nolit,debet reſtituere. Et
hæc ſufficiant, quoad iſtam partem, ad quos feudum amiſ-
ſum alienatione reuertatur, quo ad vaſallum. Reſtat ergo
nunc rurſum in fine videre,an ſicut vaſallus alienando feu-
dum amittit,& transfert in dominum, ita econtra dominus
alienando totum vel partem ſine conſenſu vaſalli,amittat,&

pro-

proprietatem tranſmittat plene in vaſallum. Breuibus quia
fere in omnibus ad paria iudicantur dominus & vaſallus, ca.
pri.in fine de forma fidelita.& ſimil.volunt quoque Doctor.
179 q in hoc caſu ad paria tenebũtur. †Et ergo ſi alienat ſine va
ſalli volũtate, volunt totã proprietatẽ ad vaſallũ deuolui, ſi
modo totũ alienauit, ſi partẽ, quo ad partem, vt in vaſallo ſu
pra diximus per c.ii.quo tempo.miles inueſt.pet.debe.c.i.§.ex
eadem, de lege Conrad.c.i.§.præterea Ducatus, de prohi.feud.
alie.per Fed.in fi.quibus in locis Docto. Zaſius in 10.parte ſo
lio.70.iuncto.c.i.de vaſal.qui contra conſti.Lotha.reg.feud.a-
liena.Non obſtat placitum illud feudale, in c.i.§.ex eadem, de
leg.Conrad.quo caueri videtur, dominum alienare poſſe ſi-
ne vaſalli conſenſu, quia ibi loquitur ita moris fuiſſe Medio
lani, ſecus de iure communi, & aliis in locis. Nec eſt dubitan-
dum, cuius conſuetudo potius ſit obtinenda, de quibus dicto
loco, quia prima pars nempe, quod non poſſit alienare ſine
180 vaſalli conſenſu, confirmata eſt poſtea per ipſum Imp.†Fede
ricum in d.§.præterea ducatus, de prohi.feu.alie.per Fed. Et er
go generaliter illa conſuetudo ſeruanda, ſi tamen alibi illa
conſuetudo Mediolanenſium ſeruaretur illa tamen tunc ſe
non poſſet extendere extra illum locum quia eſt conſuetudo
ſpecialis, alia vero generalis.ita Andr.de Iſer.& Alua.in d.§.
181 ex eadem, vbi gl.†Sed certe quo ad primam partem, quod pu
tant, per domini alienationem proprietatem in vaſallum de
uolui, ſi vaſalli conſenſus adhibitus non eſt, multum dubito.
Primo ideo, quod nuſquam lex aperte, dicat quod dominus
per hoc feudo ſeu proprietate priuabitur, licet prohibeatur il
li alienatio, nam ſi hoc voluiſſent Gerardus, & Obertus, vtiq;
hoc expreſſiſſent, quemadmodum in delicto commiſſo a do-
mino erga vaſallum fecere.in cap.i.§.domino, ſi de feu.defun
cti contentio. ſit. Secundo moueor ex textu ca.ii.quo tempo-
re miles.vbi ſolum dicitur, quod talis alienatio facta a domi-
no pro non facta ſolum habebitur, non etiam quod proprie-
tate priuetur. Tertio, per hoc, quod is magis puniri debet, qui
magis deliquit, ſed vaſallus plus deliquit alienando quam ip-
ſe dominus, quia per hoc, vt ſupra alibi probauimus, prædatu
ram, vel quaſi furtum committit, non vtique ipſe dominus ĩ
re propria, cum vaſallus æque ius ſuum ſeruet, & non ita
multum illi per hoc præiudicatur, niſi quod alium dominum
iam agnoſcere deberet, quem tamen iure non tenetur, niſi ve
lit, acceptare.d.§.preterea ducatus, de prohi.feu.ali. per Feder.
poſſet enim licite illi dicere, non volo tibi ſeruire, nec te, vt do
182 minum agnoſcere.†Quarto, cum pœnę ſint odioſæ infligi nõ
debere conſtat, niſi in ſpecie a iure expreſſę ſint Barto.in l.ne-
mo martyres.C.de ſacroſan. eccle.l.ac ſi quis impediat, verſi.
183 diuus autem Marcus, de relig.& ſumpt.fune.†Quinto cũ nu-
ſquam iure illud inuenitur cautum, vt ſupra diximus, temera
rium certe eſſet, illud aſſerere.l.diſſentientis, ver.nulla pręcipit
conſt.C.de repud.§.optimum, in Authen.de non eligen. ſecũ.
nuben.c.i.de voto, & voti redemp.in extrauagan.Iohan. 22.l.
illam, C.de colla.Et quamquam noſtra intẽtio ſatis prædictis
probata eſſe, videtur tamen pro maiori authoritate, adiici-
mus quoque Baldum in eadem ſententia exiſtentem. in d.ca.
2.quo tempore miles.& SchencK. in d.c.i.§.ex eadem, de leg.
Conrad.Recte ergo dicemus, alienationem factam a domi-
no ſine vaſalli conſenſu, non transferre proprietatem in vaſal
lum, ſed ſolum pro non facto haberi per ſupradicta.Fallit prę
dictum in caſu.vbi dominus eccleſiæ feudum vel pio loco p
anima vel oblatione fideliũ alienaſſet vel dediſſet, illo enim
caſu pro non facto non habebitur, ſed plane transfeteur.tex.
vnicus, in c.i.§.ſi vero contigerit de allo.Tenetur tamen tunc
dominus, vel eius hæres rurſum vaſallo ad intereſſe, immo
ad aliud feudum eiuſdem quantitatis & bonitatis, ita glo. &
184 Docto.in d.c.i.de allodiis, & habet rationem.†Fallit ſecũdo, ſi
dominus feudum cum tota curia alienaret.ita Doctores in d.
c.i §.ex eadem, in fine, de leg.Conra.de quo tamen dubito, qa
verba textus hoc non habent: ſed ita, Dum tamen nõ totum
alienetur, in d.c.i.§ ex eadem, in fine, de leg.Conra. qui textus
ſanior eſt, meo iudicio, & quæſtioni ibi habitæ magis conue-
nit, nam quæſtio ibi fuit, an ne dominus mediam partem do-
minii directi poſſet inuito vaſallo alienare, retinendo aliam
dimidiam partem, quemadmodum econtra libere poterat a-
lienare mediam vaſallus, inuito domino? ex cap.i. de alie.feu.
Et reſpondet, quod non, conſtituens dominum in conditio-
ne peiore, quam vaſallum: ſubiiciens ſtatim fallentiam, nem-
pe, hoc obtinere niſi cum tota curia alienaret, illo caſu bene
poſſe alienare in ruſticũ: ſed quãtũ? certe puto ſolũ medieta-
tẽ, de qua qõ & dubitatio ibi erat, non totum, vt volunt Do-
ctores.Immo Gerardus ibi in fine dicti. §. ex eadem, voluit
nec cum curia ad medietatem alienari poſſe in inferiorem
dominum quam ille erat, contra Obertum, & bene, nam vt
185 vaſallus ſubinfeudãdo rurſum, †ſimilem ſibi accipere tenet,
c.i.§.ſimiliter, de leg. Cõr.(qui §.ſtatim ſubiungitur.§.ex eadẽ
præcedenti,) ita quoque dominus nam vt intereſt domini
non habere quemlibet vaſallum, argum.cap.i.§. ſimiliter, de
leg.Conra.capituli primi in fine de duobus fratribus de no-
uo benefic. inueſtitur. ita quoque maxime intereſt vaſalli,
quemlibet non habere dominum, cum ad paria dominus, &
vaſallus iudicantur.§ fin.de form.fideli.Atq; ita cenſeo intelli
gendum dictum textum, d.c.j.§.ex eadem, de le.Conrad.quic-
quid Doctor.dicant.Et vt hodie omnis alienatio prohibita eſt
quo ad vaſallum, qui olim ad medietatem alienare potuit: c.
j.de alie.feu.ita quoque putarem hodie, domino nullo modo
admiſſum, citra vaſalli conſenſum, cum ad paria iudicantur.
d.§.fi.de forma fidel.§.domino, ſi de feu.defunc.contentio.ſit.
186 †Nunc rurſum in fine videamus, an ad hoc, vt dominus feu
dum ita per alienationem amiſſum acquirat, requiratur pro-
ceſſus iudiciarius, vt ſupra in præcedenti parte diximus, cum
187 mere delictum eſt, an minus. † Et paucis dicunt Doct.non re
quiri iudiciarium proceſſum, ſed quod ipſo iure feudum va-
ſallus alienatione amittat, declaratoriam tamen ſententiam
eſſe neceſſariam voluit, & hoc quo ad alienantem vaſallum,
contra vero bonæ fidei emptorem, ſemper requiri iudiciariũ
proceſſum, vt per dominum probetur feudum fuiſſe, & ſine
conſenſu ſuo alienaſſe, atque ideo ipſo iure alienationẽ non
valuiſſe, & ſimilia, quæ alibi late tractat.Aluaro. in ca.i.§.cal-
lidis, de prohi.feu.alie.per Fed.& in c.i.de feu.ſine culp.non a-
mit. Quod autem vaſallus alienans ipſo iure feudum amit-
tat, probat Baldus, Aluarotus, & alii Docto. ex eo quod alibi
Federici conſtitutio habeat, feudum illicite alienatum libere
ad dominum redire in d. c.j. §.callidis, Sed paucis, putarem
ſemper requiri proceſſum iudiciarium. nam qũo ipſo iure di
cet dñs alienationem nõ valuiſſe, niſi prius probatum fuerit,
ſine cõſenſu alienatũ fuiſſe, imo feudũ fuiſſe, & id genus alia
ſimilia multa, quæ alienans allegare poſſet, per d.c.i.de feu.ſi-
ne culp.non amit.iuncto.c.fi.quo tempore miles inueſt. pete.
debe.quæ ſunt ſatis expreſſa. accedat, quod trita ſit regula,
Omnem pœnam requirere iudicis ſentẽtiam & proceſſum;
188 vt tenet Bal.alibi in l.cum ancillis, C.de inceſtis, nup.†Nõ ob
ſtat dicta Federici conſtitutio in verbo, Libere reuertatur: ſu-
per quo gloſſa & Doctor.totale fundamentum conſtituunt,
dum verbum Libere, interpretantur ipſo iure, abſque ſenten
tia, quia nõ ſequitur, Feudum libere reuertitur ad dominum,
ergo proceſſus vel ſententia non eſt neceſſaria, quia ſimile ha
bemus alibi in capit.dixit dominus, 32. quæſtionę prima, vbi
textus dicit libere dimittitur vxor propter notoriam fornica-
tionem.Cœterum gloſſa alibi illo verbo libere non obſtante
dicit æque requiri proceſſum, & iudicis ſententiam, in capitu.
ex parte, de ſponſalibus, licet fornicatio ſit notoria, qui tex-
tus & gloſſa ſatis probant, ipſo iure non amitti propter ver-
bum Libere, de quibus etiam alio loco late Curt. in 4. parte
189 fol.469.†Et hactenus ſatis de tertia parte, nũc ad quartã partẽ
contendamus ad quos ſcilicet feudum, refutatione amiſſum,
reuertatur.

Paucis docuimus ſupra in parte duodecima, quod feudum
vel refutatur domino per c.i.de vaſal.qui contra conſt. Loth.
reg c.i.de vaſal.decre.æta.capitulum primum, §.rurſus, quib.
modis feudum amitta.titulo primo, vel etiam agnato, vel fi-
liis, ſeu deſcendentibus, ẽt inuito domino per capitulum pri-
mũ, de eo qui finem feci. agn.de feu.pat.per c.j.de alie.feu. pa
ter.& per ea quæ ſupra in 12. parte docuimus. nam primo ſi
feudũ fuerit nouũ, & vaſallus refutauerit dño exiſtentib.libe
ris, ſeu deſcendentibus, hoc caſu omnes Docto.rurſum tenẽt
feudum manere apud dominum plene excluſis perpetuo de-
ſcendentibus(quemadmodum etiam vno ore omnes tenẽt)
in alienatione feudi noui facta cõſenſu domini in quẽlibet,
vt ſupra in præcedente parte de alienatione diximus ita Alu.
& alii Docto.in capitulum primum de alienatio.feu. paterni
Zaſius in x.parte.per rationem eandem, quam in alienatione
attulerũt poſt And. de Iſer.nempe, ꝙ iſtud quod acquiro, poſ-
ſum alienare pro libito, vt plene meum.per l. qua ratione,
§.hi quoque de acqui.re.domi.
190 Secundo, per hoc quod prohibitio alienationis facta, ſolũ
ſit de feudo paterno, ergo videri admiſſam in nouo per l. cũ
præter, ff.de iudi.& ſic argumentantes ab alienatione ad refu-
tationem a ſimili cum refutatio ſit quaſi alienatio.d.capitul.
191 primo, de alie.feu.pater.† Sed certe quemadmodum ſupra te
nuimus feudum nouum alienari non poſſe conſenſu domini
plene in præiudicium filiorum ſeu deſcendentium, in tertia
concluſione ibi poſita, ita quoque nec refutari poſſe verius
crediderim, præiudicando liberis plene, hoc eſt ne vnquã ſuc
cedant, & hoc per eaſdem rationes, quas in parte præcedenti
vbi de alienatione tractatum fuit, dedimus, quæ ergo ibi dicta
ſunt, omnia hic fuerunt repetẽda, cum eadem ſit ratio vtrobi
192 que.†Prima ergo in hac parte concluſio erit ſi pater vaſallus
nouum feudum reſutauit domino, quod ſolum manebit
apud dominum ad vitam alienantis ſi nolit filius ante redi-
mere, quod tamen licite poſſit etiam in vita alienantis, vt ſu-

pra

pra docuimus in quinta concluſione, vbi de alienatione tractauimus per capitulum primum, §. Titius filios. ſi de feu. defunct. conten. ſit. præfertur enim filius vel agnatus ſemper domino in redimendo, capitulo primo, §. porro. qual. olim feu. pote. aliena.

193 Secunda concluſio erit, ſi vaſallus domino nouum feudũ refutauerit, nullis exiſtentibus liberis apud dominum manebit plene excluſis agnatis, quia in nouo feudo non ſuccedunt argum. c. i. §. item ſi fuerit, quibus mod. feu. amit. ca. i. de duob. frat. de nouo benefi. inueſt. niſi eo pacto fuiſſet acceptum, vt agnati etiam in, feudo nouo ſuccederent, vel communibus ex bonis indiuiſis, domino ſciente emptum, de quibus in c. i. de benef. frat. & qualiter frater fratri. de quibus ſupra late tractauimus in parte nona principali: illo enim caſu non ſecus ad eos rediret, atque in prima illa concluſione de deſcendentibus ſeu filiis diximus.

194 †Tertia concluſio erit, ſi vaſallus proximiori deſcendenti, qui immediate poſt eum ſucceſſurus eſt, feudum refutauit, ſiue nouum, iam dicendum, penes eum manere debere, inuito etiam domino (conſenſus enim domini in refutatione non requiritur, probatur in c. i. de aliena. feu. pater.) inueſtituram tamen ſeu releuium (vt vocãt) rurſum intra tempus legitimum petere debet, vt ſupra alibi docuimus.

195 Quarta concluſio erit, ſi vaſallus in remotiorem deſcendẽtem refutaret, hoc caſu licet videatur propinquior, expectare mortem alienantis debere argum. c. i. §. Titius filios, ſi de feu. defunc. contentio. ſit. (vt in agnatis ſupra docuimus obtinere, ob ſimilitudinem rationis, de qua in quinta concluſione ſupra tractauimus, vbi dictum fuit, ad quos feudum alienatum reuertatur) putarem tamen hoc in caſu locum non habere, ſed ſtatim proximiorem poſſe, redimere per d. §. Titius filios. illa enim prærogatiua filios ſemper honorari exiſtimamus, per d. §. Titius filio, qui expreſſe hoc filio ſimpliciter concedit præſertim etiam nullum aliud capitulum contrarium dicens reperiatur. per, §. optimum, in Authent. de non eligen. ſecun. nuben. l. illam, C. de collatio. capitu. i. de voto & voti redemptio. in extrauagan. 22.

Quinta concluſio erit, ſi agnatus agnato proximiori refutaſſet feudum paternum (nam nouum non poteſt, cum in eo non ſuccedat (manebit iam apud agnatum proximiorem, per capitu. pri. de alie. feu. pater, cap. i. de eo qui finem fecit agnat. reuocationem tamen inueſtituræ a domino, rurſum petere debet.

Sexta erit concluſio, ſi refutauit vaſallus agnatus vlteriori in gradu agnato, hoc caſu quidem vt valet alienatio ſine cõſenſu etiam proximioris agnati, §. Titius filios, ſi de feu. defuncto, contentio. ſit. ita quoque valebit refutatio, & expectabit, iſto caſu proximior agnatus rurſum mortem refutantis, per d. §. Titius filius ſi de feu. defun. conten. ſit. quicquid Aluarot. in capitulo primo, de alienatio. feu. pater. dicat, qui exiſtimat tunc non valere, ſed fallitur.

196 Septima concluſio erit, ſi vaſallus feudum paternum refutat domino, non exiſtentibus liberis, agnatus alius ſtatim poteſt redimere a domino, vt ſupra in parte alienationis etiã docuimus, quicquid Aluarotus & gloſſa dicant, in c. i. §. fi. cõclu. 37. & glo. verbi nec filiam, de alie. feu. pa. qui volunt apud dominum manere debere ad mortem vſue alienantis. Et probatur concluſio noſtra per tex. per c. i. §. i. per quos fiat inueſt. & c. i. §. donare, verſic. porro, qualiter olim pot. feu. alic. Bal. & Beluiſ. in c. i. de. alie. feu. pater. & ea quæ ſupra in quinta concluſione partis præcedentis de redemptione & reuocatione docuimus quæ omnia etiam hic in refutatione locum ſibi vendicabũt, & hoc obtinere dico, etiam ſi vaſallus refutaſſet feudum in propriam filiam, vel eam ſubinfeudaſſet domini conſenſu, per ſupra dicta, quod etiam ſequitur Iacobus de Beluiſo in d. ca. i. de aliena. feu. pater. quamquam ibi gloſſa contrarium teneat. Non obſtat ille textus, vbi agnatus tale feudũ a filia non reuocare poſſe videtur ante mortem vaſalli alienãtis, c. i. §. hoc quoque de ſucceſ. feu. quia loquitur ibi textus, & intelligitur, quod agnatus non voluit in vita redimere, quod tamen licite potuiſſet, ſi voluiſſet, eſt enim filia, reſpectu feu-
197 di, quaſi extranea perſona. †Poſtremo, extraneam in perſonã vaſalli refutare feudum non poſſunt, quia eſſet mera alienatio, quæ eſt prohibita, argum. c. i. de aliena. feu. pater. & ergo re-
198 futatione facta in extraneum, vel etiam agnatum, qui non eſſet agnationis communis, rediret ſtatim ad dominum per capitulũ pri. §. fi. verſi. ſi vaſallus, quæ fuit prima cau. benefi. amit. tend. Et hæc obiter quo ad refutationem ſuffecerunt, nunc ad quos feudum ex defectu amiſſum reuertatur, auſpicemur.

199 Defectu quoque feudum amitti diximus in parte duodecima, diſtinguentes, ibi defectum, qui opinione medicorum ſanari poſſit ab eo de quo ſpes nulla eſſet, dicendum hic ergo, ſi vaſallus habens nouum feudum, vitium naturale vel accidentale acceperit, quod medicorum iudicio ſanari non poſſit, arg. c. ex lr̃is, de fri. & malefi. hoc caſu ſi liberos nõ habet ad dominum redire, ſi vero habet, tunc ad filios ſeu deſcendentes. ita intelligo cap. i. §. mutus, epiſcopum. vel Abbatem. quanquam alii. Doctores omnes quotquot ſunt, cõtra ten ẽt, ſemper ad dominum tunc redire, excluſis liberis Aluaro. in fi. conclu. 23. quę fuit prima cauſa benefi. amit. Andr. de Iſern. in ca. i. an mutus vel ſurd. Zaſius in 10. parte. fol. 70. mihi, & communiter omnes, in d. ca. i. §. mutus, epiſcopum vel Abbatem.) nam (vt ante in aliis etiam caſib. alienationis & refutationis, docuimus) nihil præiudicari filii & deſcendentibus in nouo feudo, quia aliquid iuris in eo habent, ita quoque hic negare non poſſumus, ab initio iuris aliquid acquiſitum fuiſſe liberis, quod certe illis non ita abſque eorum facto auferri debet, vt ibi late probauimus, quæ hic repeti poſſent. Nec obſtat ille textus, dictum capituli primi, §. munus Epiſcopo, vel Abba. qui vult, ad dominum ſimpliciter tale feudum redire, quia illum intelligo de nono feudo dato illi qui iam mutus factus nullos liberos habet arg. c. i. §. item ſi fuerint, quibus mod. feu. amit. tit. i. & ca. i. de fra. de nouo benefi. inueſti. in quo caſu locum tamen habere poſſet, tutius, & æquiũs putarem ita in-
200 telligi debere. †Cum enim dubium eſt, an intelligat de iſto caſu. ibi an etiam vbi liberi ſint, ĩ dubio potius ſequenda ea ſẽper eſt ſententia, quæ eſt rationabilior, ęquior, & quæ facit rem tutiori loco conſiſtere. l. in dubiis, l. quoties, ff. de regu. iuris, l. benignius, §. de legib. & infinitis aliis. Sed æquior eſt, & rationabilior, apud filium manere, quam ad dominum redire, cum ſit ſatis idoneus, ne dolor dolori coniũgatur. argum. l. fi. in fine, C. ſi ante aper. tabu. iuncto, §. i. Inſti. de S. C. Tertul. Secundo non hęſitat a Doctor. in pr̃io, feudo, ob vitiũ naturale omiſſo, filios vel agnatos ſuccedere, ideo ꝙ in eo a ſupiorib. quid iuris acquiſierunt, ꝙ illis auferri non poſſit. Alu. in c. i. §. fi. quæ fuit prima cauſa benef. amit. cõc. 23. Sed iam docuimus ſupra, ꝙ eodem modo ſemper filii ſeu deſcẽdẽtes in nouo feudo ſtatim aliquid iuris acquiſierunt (quod neque illis auferri debet) ergo & illi a ſimili ſuccedent, quod & Bal. opinione comprobatur, Bal. in rub. c. i. an mu. vel alias imperfec. vbi etiam And. de Iſer. licet Andræas de Iſer. aliter cum interpretari nititur. Preterea Compilator feudorum æquiparat mutum, cœcum, & ſimilem imperfectum clerico, in d. capitulum primum, in fine, an mutus vel alias imperfec. ſed ſatis ſuperque ſupra docuimus in xii. parte (vbi docuimus quibus modis defectu feudum amittatur) quod filii clerici præferunt domino in feudo nouo per c. i. de vaſallo milite qui arma bellica, de po. & ea quæ ſupra de nouo feudo quoad filias ſatis docuimus, ergo & filii muti vaſalii ſeu ſurdi, in nouo feudo ſuccedent, excluſo domino.

Prima ergo concluſio erit, quod in prædicto caſu deſcendentes ſuccedent, contra Doctorum opiniones, vt ex prædictis patet. Et tenuimus quoque idem ſupra in nona parte, vbi de ſucceſſione tractauimus.

Secunda concluſio erit ſi vaſallus mutus, aut ſurdus, aut alias imperfectus eſt, ſiue natura (vt pote ita natus) vel per accidens, cum tamen ſpe medicorum ſanari poſſet, quod hoc caſu vaſallus feudum nouum non amittet, ſed ſibi ſeruabit, per c. i. in princip. an mu. vel alias imperfec. & ea quæ ſupra docuimus in parte duodecima, vbi de amiſſione ex defectu tractauimus, eſt enim ſpes vt aliquando reſtituatur, & ſic temporale vitium ex quo feudum non amittitur, vide Bal. in capitulo primo, an mu. vel alias imperfec. quem ſequitur ibidem Alu. & hoc caſu per ſubſtitutũ interim ſeruiet, vt alibi docuimus in 82. par. vbi de defectu egimus.

Tertia concluſio eſt, ſi feudum eſt paternum, ſeu antiquũ, & vaſallus fiat mutus, vel alias imperfectus, hoc caſu quid fieri debebat dubitabant olim Obertus & Gerardus, & multi alii, in capitulo primo, an mutus vel alias imperfect. volebãt enim aliqui, ne per imperfectionem amitteretur, etiam quę natura veniſſet. vt Gerardus & Ober. in d. c. i. in primo reſponſo, an mutus vel alias imperfec. nam putabant, cum a maioribus iam eſſet feudum obtentum, & in illis radicatum, quod ergo illis auferri non poſſet, ſed alii contra cenſebant, in d. capi. i. in 2. reſponſo, an mu. vel alias imperfect. inſpicientes cauſam, quare feudum conceſſum eſſet, nimirum ob ſeruitium præſtandum. Cum ergo talis nunc eſſet, qui ſeruire non poſſit, nec de eo poſſit ſperari, volebant certe eum amittere feudum, & bene per l. in omnibus, ff. de reg. iuris. vt tunc tantum illi daretur (ſi aliunde non haberet) quo ſe poſſet ſuſtentare, d. c. i. §. mutus epiſcopum vel abb. nihil tamen ſibi determinatum fait aperte, ad quos rediret. Cœterum vos rurſum diſtinguite, an talis ſit defectus qui medicorum opinione ſanari poſſit, an minus. Si talis eſt, iam penes ipſum vaſallum manere feudum & opinione Oberti & Gerardi obtinere: ſi vero ſpes nulla eſt, iam amitti, & redire ad filium vel agnatũ proximiorem Alu. in §. fi. conc. 23. quę fuit pri. ca. ben. ami.

quo

quo caſu aliorum opinio obtinebit in d. capitulo primo, in
2. reſponſo an mutus vel alias imperfect. argum. c. i. de vaſall.
mili. qui arm. belli. depoſ. vbi incurabilis imperfectio. ſeu de-
fectus fuit ob clericatum adeptum. Prædicta tamen locum ſi
bi non vendicabunt in feudo, franco, hoc eſt, nullo ſeruitio
ſubiecto: nam vt talia habentes feuda ab omni ſeruitio ſunt
immunes, ita cœcitas, ſurditas, mutitas, ſimiliſve imperfectio
obeſſe illis nequit. Bal. in d. c. i. an mutus, vel alias imperfect.
Quod idem obtinebit in feudo ad certum officium dato, vbi
cœcitas, ſurditas mutitas, ſimiliſque imperfectio, impedi-
mento quo minus fiat officium, non eſt Bald. dicto loco.

Quarta erit concluſio, ſi vaſallus feudum nouum habens,
cleri. religioſus, vel conuerſus fiat, feudum amittit, vt ſupra in
parte duodecima diximus, & eo amiſſo, ad filios, ſi quos hēt
tranſmittet, excluſo domino, ita Aluarotus, in §. fin. conclu-
ſio 44. quem ſequitur Zaſius in decima par. fol. 72. & alii oēs.
Miror multum, quod eximii illi Docto. in hoc caſu admittāt
liberos, (& quod in caſu primæ cōcluſionis ſupra in hac par-
te de defectu) in nouo feudo, vbi vaſallus vel cæcus, vel mu-
tus ſit, non admittant, cum tamen vtrobique eadē ratio eſt
clericus enim æquiparatur muto, ſurdo, cæco, vel tali imper-
fecto, qui ſeruire nequit. in fi. d. c. i. an mut. vel alias imperfect.
in verbis, ſic dicimus in clerico. Certe ſi horum filii admittū-
tur, tam in nouo; quam in antiquo feudo, non video rationē,
quare non eadem ratione filii vel deſcendentes cœci vaſalli
admitti debeant, & ſimilium imperfectorum.

Quinta concluſio erit, ſi vaſallus nouum feudum habet, &
clericus vel religioſus fiat nullis exiſtentibus liberis legitimis,
hoc caſu ad dominum, excluſis agnatis, feudum deuoluetur
ſecundum communes feudales regulas, quæ agnatos in no-
uo feudo non admittunt. Alu. in d. §. fi. concluſio. 44. quæ fuit
prima cauſa benefi. amit.

Sexta erit concluſio, ſi vaſallus antiquum feudum habet,
ſeu paternum, & clericus vel religioſus fiat, hoc caſu, nullis
exiſtentibus liberis proximior agnatus auferet, excluſo domi
no, ſecundum communes regulas. Alu. in d. §. fi. concluſi. 44.
Prædicta omnia intelligetis ſecundum ea quæ in duodecima
parte diximus, & de feudo ſuper quo clerici, vel Monachi ſer
uire non poſſunt, vt dictum fuit ibi, ſecus, vbi per ipſum expe
diri ſeruitium poſſit, vbi quoque fallentias poſuimus. Et quā
do per ſubſtitutum ſeruire poſſunt, quando non, quæ in ſin-
gulis partibus hic repetenda fuerint, & hęc ſuffecerint quo ad
hanc partem, de defectu. De ſexta parte, nempe pręſcriptione
qua docuimus ſupra præſcribi feudū non poſſe, certum eſt, ꝙ
non aperiatur viſi. Inſpicienda ergo ſolum fuerint, quæ de ea
ſupra declarauimus. in parte 12. principali, in fi. vbi de pręſcri
prione tractauimus. De ſeptima quoque parte, nēpe, ad quos
feudum morte amiſſum reuertatur, ſufficienter in nona prin
cipali parte docuimus. Reſtat ergo nunc 14. pars principalis,
quæ habet, apud quos iudices feudi quæſtio agitari debeat,
quæ eſt etiam elegans & difficilis.

SVMMARIVM.

1 *Quibus in locis potiſſimum materia iuriſdictionis feudalis tractetur.*
2 *Pares curię qui proprie dicantur, & quare ita dicantur.*
3 *Refutatur opinio Innocentii, Hoſtienſis, & Panormitani, de ſignificatione parium curiæ.*
4 *Duo habentes feuda ab eodem domino ex territoriis diuerſis non ſunt pares curiæ.*
5 *Quadrupliciter fit controuerſia ſuper feudo.*
6 *Qualiter iuriſdictio dominorum vel parium fundatur.*
7 *Quandocunque cauſa feudalis concernit dominum, tunc ipſe iudex eſſe nō poteſt.*
8 *Quare vaſalli aliquando non poſſunt ſe inuicem ad tribunal domini, vel parium trahere.*
9 *Curia cum domino licite poteſt vocare ad tribunal ſuos vaſallos differentes, nec poſſunt eorum examen declinare, etiam ſi definire nequeant.*
10 *Dominus inter duos inueſtitos a ſe contendentes, vter ad feudum melius ius habeat, non poteſt eſſe iudex.*
11 *Vaſallorum cōtentio, de agro aliquo intermedio diſceptantium, ſpectet ad feudum nec ne, fiet coram ordinario.*
12 *Si quis dicat ſe vaſallum, & dominus neget, pares erunt iudices.*
13 *Parium iuriſdictio inter quos conſiſtat.*
14 *Pares curiæ, mores melius nouerunt quam ordinarii.*
15 *Vt pariū iuriſdictio fundetur, requiritur, vt ſaltem nude vel abuſiue, hoc eſt, ſine traditione inueſtiatur vaſallus, non habens aliud feudum ab eodem domino.*
16 *Nemo præſumitur peierare.*
17 *Vaſallus habens aliud indubitatum feudum a domino alterius, feudi poſſeſſionem controuerſeam iuramento ab eodem obtinebit.*
18 *Aluaroti error.*
19 *In controuerſiis Capitaneorum regni Imperator, vel Rex eſt iudex, etiam ſi cauſa eos concernat, & quæ eius rationes.*
20 *Vaſalli non Capitanei regni dominum immediatum habent iudicem ſiue eccleſiaſticus, ſiue ſecularis ſit.*
Bartolus fallitur ibidem.
21 *Controuerſia inter pares, ſi dominus alios pares non habeat, apud ordinarium terminatur.*
22 *Doctorum interpretatio non eſt uera in §. ſi autem inter, de lege Conradi.*
23 *Sufficit ad hoc, vt pares cognoſcant, quod vterque litigantium dicat ſe ab eodem domino inueſtitum, etiamſi dominus non inueſtiuerit, aut dominus id negauerit.*
24 *Zaſii diſtinctio reiecta.*
25 *Pares non præſumuntur propter dominum in iudicando, animam ſuā periculo æternæ condemnationis velle exponere.*
26 *Intellectus § illud ſciendum tamen, de Inueſ. in matri.*
27 *Inter vaſallos de feudo cōtrouertentes dominus eſt iudex, niſi ſit ſuſpectus. nam tunc pares erunt iudices, ſi habeat ſin minus, ordinarius.*
28 *Imperator & Rex non poſſunt allegari ſuſpecti in cognitione, de cauſa ſuorum vaſallorum.*
29 *Nemo melius de feudi quæſtione cognoſcit, quam dominus, vel pares curiæ.*
30 *Quæſtionem inter dominum & vaſallum pares iudicabunt.*
31 *Caſu quo negatur dominus vel feudum, de eo cognoſcit ordinarius, quouſq; intellexerit feudum eſſe.*
32 *Dominus & vaſallus controuerſiam habentes quid facere debeant.*
33 *Vaſallus dominum omnibus modis contumacem deprædare poteſt.*
34 *Appellatio a ſententia parium.*
35 *Quo ordine & qualiter in cauſa feudali procedendum.*
36 *Domini feudalis vel parium iudicium non poteſt prorogari.*
37 *Dominus aut pares curiæ, an vt ſuſpecti reiici poſſint.*
38 *An in feudalibus cauſis reconuentio locum habeat.*
39 *Cuiuſcunque territorii, regni vel ciuitatum conſuetudo in feudalibus ſeruanda.*
40 *Vaſallus cum extraneo actiue vel paſſiue controuerſiam habens de diuerſis dominis, de finibus, aliiſque qualitatibus feudi; ordinarium habet iudicem.*
41 *Extraneus a curia, a domino, vel paribus citatus, poteſt illos iudices recuſare.*
42 *Domini & parium iuriſdictio eſt limitata, vt ſit ſolum inter vaſallos, vel inter dominum & vaſallum.*

PARS DECIMAQVARTA, APVD QVOS iudices feudi quæſtio agitari debeat.

1 HAec materia tractatur di-
uerſis in locis potiſſimum ī c. primo, apud quem
vel quos. in c. i. de cōt. feu. apud pares terminā da.
in c. i. de inueſt. in mari. facta, in c. i. de le. Cōr. in c. i. an apud iu
dicem, vel curiam domini quæſtio feudi terminari debeat. in
c. i. §. ſi duo homines, de pa. ten. in c. i. de contr. inter vaſallum
& alium de feudo. in c. i. §. præterea, ff. de prohi feu alie. per Fe.
in c. i. §. ſi inter, de alie. feu. pr̄. in c. ex tranſmiſſa, ex. de for. com.
in c. cæterum, ext. de iud. & aliis in locis, And. de Iſer. Aluar. &
Cæteri Doc. in capitulis ſup. citatis, Zaſius in vndecima parte.
Cur. in ſepti. parte, per totum. Quæſtio ergo feudi vel apud do
minum, vel pares curię, vel iudicem ordinarium, vel apud ar-
bitrum terminari debebit, vt poſtea patebit. Cæterum cū nō
ignoramus, quis dominus, quis iudex ordinarius, quis arbiter
ſit, ſed non ita plene notum ſit omnibus, qui curiæ pares di-
cantur, qui tamen ſæpius ſunt iudices, videamus qui proprie
2 illi habentur. † Et paucis, curię pares dicūtur, qui ex eodē ter-
ritorio, ab eodem vniuerſalis curiæ domino feudum tenent,
tex. eſt ī c. i. in prī. iunc. §. ſi quis, de inue. inter do. & vaſ. lis oria
tur. & tex. in l. in cauſis, in fi. & ibi gl. de pa. Conſt. c. i. de cont. in
ter pares terminan. c. i. §. ſi. n. quid ſit inueſ. ideoque pares cu-
riæ dicūtur, quia vtriuſque vaſalli res feudales vnius domini,
territorio & curię, hoc eſt, domui dominicali ſubſunt, d. cc.
3 citatis nō vt Innocentius, † Panormitanus, Hoſtienſis, & alii
Canoniſtę putāt, in c. cęterum, de iud. quorum alii ab eo dici
pares exiſtimant (maxime Inn.) ꝙ cōſimilia feuda hēant, ſeu
habere debeant. Alii (quorum numero maxime Hoſt. eſt) ab
4 eo ꝙ a parib. pariter ſint eligendi. † Et hi in vna curia litigare
debent, vt patebit inf. hinc certum quoque eſt, ꝙ duo vaſalli
vnius domini habentes feuda ab eodem ex territoriis diuer-
ſis, hos pares curię non eſſe, cum diuerſam ſortiantur curiā
vel domum, domini. n. in ſingulis territoriis ſuis curiam iuriſ-
dictionalem habere ſolent, ad quam bona ſuppoſita & iuriſ-
dictiones reſpiciunt. gl. in d. l. in cauſis, in fi. de pa. Conſ. hinc ēt
ſatis patet, quę res in curte domini eſſe dicātur, quę extra cur-
tem. de his etiam alibi Zaſius, in 11. parte in principio, & Al-
uarotus in capitulo primo, §. fi. quib. mod. feud. amit. tim. l. vbi
& alii

& alii. His pręmiſſis videamus quoq;(priuſquam de iudicib.
aliqd dicere cœperimus) quotupľr cõtrouerſia ſuper re feu-
dali fieri poſſit. Tum quo mõ,& qualiter dñorum & parium
fundetur iuriſdictio.paucis dicendum. Primo quadrupliciter
5 controuerſiam fieri, Primo inter duos vaſallos: ſecũdo,inter
ipſum do.& vaſ.tertio,inter vaſallum extraneũque, quarto
vero inter dominum & extraneum, quæ ordine per regulas
6 poſtea explicabimus. Secundo, iuriſdictionem dñorum vel
parium fundari intelligetis hoc mõ primo,ſi duo controuer-
tentes vaſalli,vel plures ſuper feudo agnoſcũt ambo eſſe feu
dum, & ſe mutuo agnoſcunt, vt curiæ pares, ſed diſceptant
de qualitate feudi,videlicet, de finibus, vel an ſit paternum,
vel maternum, an ad filias trãſire debeat,vel non,& ſimilib.
hoc caſu firma ſtat iuriſdictio dñi, ſi cã dñm non concernit,
hoc eſt,talis eſt, ex qua nec damnũ,nec lucrũ expectet, c.j. §.
7 ƥterea,in fi.de proh.feu.alie.per Fed.iũc. c.i.an apud iu.vel cu
riã dñi.ſi vero tale quid eſt,ꝙ dñm cõcernit,quia forte alteri
de euictione tenebiť,de quo in c.i.an apud iud. vel cur. domi.
certe tũ ſꝑ firma ſtabit pariũ iuriſdictio, ſi ſint ſm ea q̃ in ſe-
quẽtib.dicentur.per d.c.i.an apud iudicẽ vel cur.dñi.Si nõ ſint
ad ordinarium illius curtis vel arbitrum, iam iuriſdictio per
tinebit,per c.i.de inueſti.in mar.fac. & c.i.apud quẽ vel quos,
in verbis vel per iudicem curtis,vt infra patebit. Secundo, ſi
controuertentes duo, vel plures, non conſentiunt de feudo
quia alius dicit ſuum feudum proprium eſſe,& ſolidum,alius
itidem dicit ſuum proprium eſſe,& non ſe mutuo agnoſcen
tes pro parib. qa nulla alia feuda ambo vel alter ab iſto dño
ſub iſta curia hẽt,hoc caſu,ſi agnoſcunt vnũ dñm,quia vter-
que dicit,ſe ab eodem inueſtitum ſuper ſolido iſto feudo, de
quo in c.i.§.ſi aũt inter,de le.Conr.iã non erit ſtatim fundata
plene iuriſdictio dñi,ſed potius pariũ,qui in hoc caſu cogno-
ſcere debent,ſi ſint,excluſo dño, an.ſ.res dñm concernat,vt ĩ
parte pręcedẽte docui, quia licet dominus ambos vaſallos a-
gnoſcat,qa eos inueſtiuit,& ambo agnoſcunt eũdem dñm:
quia tñ illi duo vaſalli ſe mutuo non vt pares agnoſcũt,quo-
rum vterque dicit ſibi proprium eſſe feudum & ſolidum, nõ
poſſit adhuc plene per hoc fundari iuriſdictio dñi,quia neceſ
ſario alteri tenebitur de alio feudo,ſi verum eſt,quod ambos
8 ſolide inueſtiuit. c.i.de inueſti.de re.alie.fac.Et hinc quoq; eſt
(quia vaſalli ſe mutuo nõ agnoſcũt)ꝙ uaſalli tales ſe mutuo
inuitos ad tribunal dñi vel pariũ trahere non pñt,vt habet.c.
i.§.illud tñ,in fi.de inueſ.in mar.fac. & c.i.in fin. an apud iud.
vel curiam do.quia ſi vterq; dicit ſuum proprium feudum eſ-
ſe,neceſſũ eſt alterius eorũ nõ eſſe,nam impoſſibile eſt,duos
eiuſdem rei eſſe in ſolidum vaſallos. ar.l.3.§.econtrario,ff.de
acquir.poſſ.recte ergo ſi alter ad tribunal dñi vel curię voca-
re vellet alterum,alter poſſet obiicere, Neceſſum eſt alterum
noſtrum non eſſe eius vaſallum,& ſic ille dominus vel pares
non poſſent eſſe noſtri iudices,vt ex confeſſione eorum con-
tra ſe inuicem adſerunt.vt pulchre hr̃ ĩ c.i. verſi. opponit a ſi-
mili,de contro.inter epiſcopum & vaſal. Cæterum in hac fa-
cti ſpecie curia cum domino vocabit licite eos, quorum exa
men nõ poterunt declinare,eo modo.vt habet c.i §. illud tñ,
de inueſ.in mari.fact.& c.i.in fi. an apud iud. vel cur.domini.
Et quare quęſo? Certe quia vterq; inueſtituram ſe a domino
9 eodem accepiſſe aſſerit & ſic dominũ agnoſcunt, dñs.n.nec
curia adhuc negauit alterum eſſe vaſallum,vel non eſſe,& er
go quia vterq; dñm & curiam agnoſcit, non poſſunt eorum
examen declinare.d.cc.Sed iam tum adhuc non eſt plene fun
data eorum iuriſdictio,ſed ſolum quo ad hoc,quod quæſtio-
10 nem poſſint examinare,non definire. Et hoc eſt, quod dicta
capitula dicunt,non poſſe eorum examen declinare.in d. c.i.
in fi.an apud iud.vel cur.domini,& in d.c.i §.illud,de inueſ.in
marit.fac.examinatione tunc facta a dño & paribus, ſi inue-
nerint vere feudum domini eſſe,& vtrumq; fuiſſe a domino
inueſtitum, profecto (quia iam negotium quodammodo
ad dominum ſpectare videtur,ꝙ alteri teneatur de euictione
per c.i.de inueſt.de re.alie.fac.) ergo nunc excludeť dominus,
& iuriſdictio plenę fundetur apud pares, & cauſam definient
per c.i.an apud iu.vel cur.domini.ſi vero inuenerint, cauſam
dominum non concernere.quia nec alteri tenebitur de eui-
ctione,veluti ſi dominus,mortuo ſuo vaſallo,duos eius filios
reinueſtiuiſſet,cum ex diuiſione facta inter ſe,inſcio domino
(quod facere poſſunt c.i.§.præterea,2.de proh.feu.alie.per Fe.
c.i.§.ſi quis per triginta,verſi.omnes.ſi de feu.defunc.) ad alte-
rum ſolum pertinere,iſto enim caſu, cum dominus alteri nõ
teneretur,quia iuſte ignorare potuit eorum diuiſionem, er-
go iam excluſis paribus,domini(vt ante etiam diximus) ple-
ne fundabitur iuriſdictio.ex c.i.§.præterea,fin.de prohib.feud,
alie.per Fed.Tertio ſi inuenerint vaſallos diſceptare de parte
nõ cõcernẽte nec dñm nec pares.veluti de agro aliquo inter-
medio,quem putabant ad feuda pertinere, cum tamen non
pertineat vel ſimile.iam certe ſuperſedebunt cauſæ tam dñs
quam pares,cum ad feudum non pertineat. & ergo remittẽt

11 ad ordinarios,examinatione prius facta.Poſtremo,ſi eſt con-
trouerſia ſuꝑ feudo inter dñm & vaſallũ,vaſallo aſſerẽte eſſe
ſuũ dñm,dño id negante,hoc caſu,nudo dicto dñi ſtã.dũ non
erit,nec etiã nudo dicto vaſalli,quia tñ hic dubitabiť de cau-
ſa.& qõ ẽ de feudo,fundabiť rurſus aliqualiter iuriſdictio ſeu
cognitio pariũ,quo ad examinationẽ.c.i.de contr. inter epm
& uaſal.Sed dicet aliquis,quare non ordinarii potius, cũ hic
dubitatur,an uaſallus ſit,Pariũ enim iuriſdictio ſeu cognitio
non conſiſtit niſi inter vaſallos plures & dominum & vaſal-
lum,c.i.§.præterea,fin.de prohi.feu.alie.per Fe. & quæ ibi no
tantur,vt infra docebimus,ſed hic dominus negat ſe dominũ
(licet vaſallus aſſerat)ergo videbatur hæc quæſtio tractari de
12 bere potius apud ordinarium.Paucis,dicendum hoc verum
eſſe quidẽ, quo ad cauſæ definitionem. Cæterum ad hoc, vt
cauſam etiam dubiam, motam ſuper feudo examinent, &
de ea aliqualiter cognoſcant,illis negatum non eſt.per tex.in
c.i.de controuer.inter epiſcopum & vaſal. & in c.i.§ illud tu-
men,de inueſt.in mari.fac.in verbis & de feudo dubitatio fue
13 rit. Et ratio quare potius de ea cognoſcatur apud pares quã
ordinarium,illa eſt,quia pares melius ſtatim cognoſcent, ve-
rum ne ſit,an falſum, eſſe vaſallum, illi enim morem illius
curię norunt,non ordinarius ita. Antequam tamen parium
aliqualis iuriſdictio ad hoc fundetur, hoc requiritur, vt prius
14 nude ſeu abuſiue inueſtiant vaſallum,abſque tamen fidelita
tis iuramẽto,& traditione rei feudalis, vt ita fundata aliquali
iuriſdictione liberius examinent hæc probantur in c.i.verſic.
ſed laudatum ſæpe ſcio,de controuer.inter epiſcopum & va.
iuncto c.i.§.ſed ſi nihil aliud,de aliena.feu.pater.in *fine*,ibi &
poſtea inueſtiendus,ſit ſcilicet proprie.Prędictum,*ꝙ ſcilicet*,
nude tunc inueſtiendus ſit,tantum fallit in caſu vbi *vaſallus*
qui cum domino controuertit, præter iſtud feudum, de quo
diſceptatur,aliud feudum habet,ſine controuerſia ab eodem
15 hoc enim caſu pares & dominus tenẽtur plene inueſtire,hoc
eſt feudum etiam tradere.per tex.in c.i. §. ſed ſi conſtiterit,de
contro.inter epiſcopum & vaſal.iuncto.c.i.§. vbi autem,de a-
lie.feu.pater.Et quare,quæſo,magis plene inueſtitur,cũ aliud
feudum adhuc habet,quam vbi nullum aliud habet? Docto-
res mirabiles dãt rões & ſolutiones ad hoc,quæ mihi nõ pla
cent.in d.cc.Paucis,equidem puto propterea, quod *vaſallus*
16 huius domini vere,eſt pręſtito fidelitates ſemel iuramẽto, tũ
quod pro fideli ſemel acceptauit,non ergo pręſumitur,quod
infidelis fieret,& periurus,hoc faciendo,ſeu aſſerendo feudũ
eſſe,quod re vera non eſſet,promiſit enim domino, vtile hoc
eſt,quod non eſſet illi in damno de poſſeſſionibus ſuis c.i.de
for.fidel.ꝙ hic fieret,fieretque periurus, ꝙ non præſumitur,
ſecus eſt in caſu vbi aliud feudũ non habet ab eo,ſimile quo
que eſt in caſu vbi agit cũ domino de aliquo feudo quod nõ
dum poſſidet,cum alterum ab eo habet,illo enim rurſum ca
17 ſu ſufficit ſolius vaſalli iuramentum,ad hoc,vt obtineat con
tra dñm cum alias ſi aliud feudum non haberet, neceſſario
per pares probare deberet, alias dominus ſuo ſolo iuramen-
to obtineret,de quo eſt alibi elegãs tex.in c.i. verſ. ſi vero *feu-
dum*,ſi de inueſt.feu.contro.fuerit.& inquit ibi textus,ex equi
tate iſtud obtinere,& bene,quem textum tamen male in cõ-
trariam partem ibi Aluarot. intelligit pro domino, propter
dubia verba,ſed nihil eſt. Ex enim pręedictis ſatis conſtat,ita in
telligi debere atque iam diximus,quod etiam ibidem glo.ſeq
tur,glo.in d.verſi.ſi vero feudum.Nunc ergo conſtituta *ſiue ſi-
ue* inueſtitura abuſiua,ſiue propria,controuerſia apud *pares*
examinabitur,& ſi pertinet ad eos,iam terminabitur per præ
dictos.per d.c.i.§.ſed laudatũ ſcio.& §. ſed ſi conſtiterit.de cõ-
tro.inter epiſcopum, & vaſal.iuncto,c.i.§.vbi autem,de alie.
feu.pater.Hęc ſufficiant de iuriſdictione,nunc ad regulas cõ-
tendamus. Prima ergo erit regula,ſi controuerſia ſit inter va-
ſallos de feudo, dominus regulariter de cã, vt iudex,cogno-
ſcet.c.i.§.ƥterea, 3.de prohi.alie.feu.per Fed.cũ ſimilib.de qui
bus infra, Ad plenam tamen huius regulæ cognitionem ha-
bendam,diſtinguendi fuerint vaſalli, & inſpiciendum an ſit
Regni capitanei inter ſe,qui controuertunt ſuper feudo, vt
Duces,Comites, Marchiones, de quibus in capitulo primo,
quis dicatur Dux,Comes, Marchion.an vero ſint alij vaſalli
non tales.Si regni capitanei fuerint,iam de cauſa cognoſcet
ipſe Imperator,vel Rex,& non alius, etiam ſi feudi ipſe do-
minus eſt, & cauſa eum concernat (quia alteri de euictione
forte tenebitur, hæc probãtur in c.1.apud quem uel quos,c.1.
in prin.de leg.Conra.Clau.de Siſellis,in l.qui iuriſdictioni,ff.
de iuriſdict.om.iudi.Et ratio eſt,quia Imperator, qui vere &
dñs eſt,pecuniam ſpernit,& facile aliud æquiualens feudi da
re poſſit, nec pręſumendum fuerit, ob hæc quippiam præter
iuſtitiam perpetraturum,argumen.l.digna vox,C.de ll.l.inter
claras,C.de ſumma Trinita.& & fide catholi.& earum, quæ
Theod.notat in §.pręciorum quoque edicta, Inſtitut. de iure
nat.gẽ.& ciui.in illo.n.ſunt mille affectiones,nec ſuſpitio ma
la i illũ cadere poſſit,in alios vero dños,cũ talis facile cadat
ſuſpitio,

ſuſpitio,certe(vbi res dñm cõcernit,quia de euictione tenebit̃
alteri)apud illum iura cauſam terminari tum noluerunt, vt
inſra in ſequentibus dicemus Præterea non tutum eſſet,taliũ
Capitaneorum cauſas,nempe,Ducum,Marchionum,Comi
tum,ab aliquo decidi,quam ab Imperatore, vel Regibus,nõ
enim parium ſententiæ acquieſceren.Hinc mulia mala,bel
la,& ſeditiones euenire poſſent,quæ omnia ſi ab Imperatore
fiunt,locum non habebunt:nam hunc timent,qui vt nec mu
nere,ita nec amicitia flectitur,nec iam cauſa ab illo diſcuſſa,
facile quis eorum ad arma conuolabit,ꝙ etiam ante Conra.
Carolus Imperator præuiderat.in l.j.in tit.apud quem poten.
cauſæ agi.debeant.in libris Lombar.Prædicta a nobis Medio
lani non obtinent, ibi enim non diſtinguuntur perſonæ, ſed
ſufficit,ſi ſolum ab Imperatore, vel Rege feudũ qualecunq;
acceperunt,vt in d.c.i.de leg.Conr.prima tamen conſuetudo
vt communis obtinebit,non Mediolanenſium.Alua. in d.c.
i.de leg.Conrad Secundo,ſi fuerint vaſalli non Capitanei Re
20 gni,& de feudo controuerterint,hoc caſu dominus feudi ſim
pliciter eorum iudex erit.per c.i.§.præterea, fi. de prohib. feu.
alie.per Fe.& ibi glo.& Doct.Et procedit illud,etiam ſi vaſal
li perſonæ eccleſiaſticæ ſint,& dominus ſecularis,vel econtra
ſi dominus eccleſiaſtica perſona, vaſalli ſeculares fuerint, vt
alibi late Aluarotus.in c.i.apud quem vel quos,& in c.i.de cõ
tro.inter epiſcopum & vaſ.Zaſi.in xi.parte fol.77.& Cur.in 7.
parte fol.510.mihi.Pan.in c.cæterum,extra de iud.& tex.aper
tus in c. ex tranſmiſſa, de foro compet.quanquam non igno
rem Barbatiam late contrarium defendere,in c.cæterum,ext.
de iud.ſed fallitur,de quo aliquid ſupra in deffinitione etiam
diximus,& alibi alio loco. Sed huic noſtræ ꝑdictæ regulæ pri-
mo videntur obſtare duo reſponſa, vbi dicitur quod contro-
uerſia inter pares apud iudices & arbitros terminari debet,in
c.i.§.ſi autem inter pares,de leg.Conra.& in c.j.de inue.in ma
ri.fac.ergo non apud dñm(vt diximus)terminabitur. Paucis,
reſpondemus, quod dicta reſponſa loquuntur in caſu,vbi do
21 minus pares non habet,qui poſſent cognoſcere, ipſeque do-
minus eſt ſuſpectus (quia de euictione alteri teneretur) tum
enim iudices ordinarii,ſiue arbitri,cognoſcẽt inter hos pares
relicto dño.Et hoc eſt ꝙ vult tex.alibi.in c.i.in fi. apud quẽ vel
quos,in verbis,in iudicio parium definietur, vel per iudicem
curtis,qui ſe refert ad dicta reſponſa vbi dixerat,apud iudicẽ,
vel arbitrum terminandum,adde gl.in §.præterea 3. de proh.
feu.alie.per Fed.dum inquit,in iudicio parium definiatur,vel
per iudicem curtis,contingit.n.ſæpius pares non eſſe. ea.i.§.ꝙ
autem,de conſue.réc.feu.c.i.de cont.feu.apud par. 3.in verbis,
ſi tamen pares habeat.Cæterum pares vbi ſunt,& dñm res cõ
cernit,reiectis ordinariis, pares(vt ſupra etiam diximus)de eã
cognoſcẽt.per c.i.in princ.de leg.Conr. ibi ſi inter valuaſores,
juncto c.j.in 2.reſponſo,an apud iudicem vel cur domini vbi
pares erant,& dominus ſuſpectus.Et ſic veram eſſe non puto
interpretationem,ꝗ Docto.adſerunt ad primum contrarium
reſponſum,Alu.& aliorum,in d.§.ſi autem inter,de le.Conr.
nempe,non fuiſſe ibi veros vaſallos controuertẽtes,atq; ideo
22 ordinarium,vel arbitrũ ibi cognouiſſe, reiectis paribus:nam
tex.dicit expreſſe,ꝙ vnum inueſtitorẽ produxerunt.ergo erãt,
quo ad dñm,ꝗ inueſtiuit,vaſalli,licet poſtea ꝑ examinationẽ
ſeu cognitionẽ pariũ alter reiiceretur,ſm ea quæ ante docui-
mus.circa prin.huius part.per inueſtiturã enim quis fit vaſal-
lus,per notata a nobis ſupra in princ. nonæ partis.ꝗ vterq; in
d.reſpõ.ab eodem dño ſe accepiſſe aſſerit, ꝙ ſolum ſufficit ẽt
ad hoc,vt pares cognoſcant, etiam ſi dñs re vera non inueſti-
uit,aut negat inueſtiuiſſe.ar.c.i.de contr. inter epiſ. & vaſ.Nec
quoq; Aluaroti interpretatio ad ſm reſpõſum arridet, vbi tũ
23 quoq; excludi a iuriſdictione dominum aſſerit, & pares, vbi
retenta parte feudi,alterum vaſallorum inueſtiuit dominus,
atque pares tum demum cognoſcere,cum parte nulla reten-
ta,de feudo integro inueſtiuiſſet. quæ interpretatio Aluaroti,
Zaſii quoque ſententiam in effectu comprobari videtur,vo-
lentis in parte 11.fol.77. in fine.dominum cum paribus a co-
gnitione reiici,ita demum,ſi dominus ab altero vaſallo inue
ſtito pecuniam,vel quid ſimile pro feudo accepit,forte etiam
ex c.i.de inueſt.in mari.fact.propter ſuſpicionem, quę in vtriſ
que,tam paribus,quam domino eſt, cum alter ꝑpter euictio
ctionem futuram,alii, quod contra dominum iudicare non
auderent,ſuſpecti ſunt,ſecus vero vbi gratis cõtulit,quaſi tũc
non teneretur de euictione, atque ideo tum pares vt iudices
24 admitti .quia iſtuc nihil eſt:nam vt Zaſii rationem refutemus
primo,eodem modo pares ſuſpecti eſſe poſſent propter dñm,
vbi dominus gratis,nulla accepta pecunia, conceſſiſſet alicui
feudum,quam vbi pecunia nouum feudum dediſſet,qa vtro-
bique dominus ſemp tenetur alteri ruſum ad aliud æquiua-
lens feudum,per c.i.de inueſt.de re. aliena.fact.quia ergo ſim-
pliciter expreſſum eſt,quod pares cognoſcere debent, vbi ſuſ
picio contra dominum eſt,d.c.i.in 2.reſpõſo,an apud iud.vel
cur.domini.non video, quare in vno caſu minus admitti pa-
25 res debeant quam in alio.Quod enim putat,vaſallos nõ aude
re contra dominum pronũciare,friuolum eſt,nam præſumẽ-
dum non eſt propter dominum,quod male iudicabũt,& ani
mam propriam alterius nomine condemnabunt. Nec video
quoque(vt rationem Aluaroti refutem)rationem vllam,qua
re magis pares ſunt reiiciendi,cum partem dominus in feudũ
dederit, alia parte retenta, quam vbi totum,cum pars reſpe-
ctu accipientis in feudum, integrum efficiat feudum.
26 Secundo ruſum,noſtræ prædictæ regulæ videt̃ obſtare aliud
reſponſum,in §.illud ſciendum tamen,de inueſti. in mari.fac.
non minus difficile,vbi textus videtur dicere(quem Docto.ſe
quuntur) quod ſimul dominus & pares curię cognoſcent de
vaſallorum controuerſia,& ſic non dominus ſolus,cui reſpõ
ſo,nec minus aliud ruſum obluctatur,in cap. i. in fi.an apud
iud.vel cur.domini.quod habet, tantum curiam citare debe-
re,& examinare vaſallos,quare cum gloſ.in d.capitu.i.§.illud
de inueſtitu. in mari. fact. ex his duobus reſponſis ſe extricare
non poſſit,inquit,neceſſario vnum per aliud emendatum,nã
primum reſponſum,dicto §.illud ſciendum tamen,de inueſt.
in mari.fact.debet intelligi,quod loquatur in genere,nempe,
quod quandocunque controuerſia eſt inter vaſallos de feudo
vno dicente ſuum proprium plene feudum eſſe,altero negan
te,qui tamen ambo agnoſcunt illum dominum vt inueſtito-
rem,quod in tali caſu dubio debebunt iſti duo vaſalli ſimul a
curia & domino citari,& examinari,nõ tamen plene de cau
ſa cognoſcent(vt volunt Doct.)ſed negocio apud eos perſpe-
cto & examinato,debebit cauſa terminari tunc vel apud do-
minum,vel apud curiam,hoc modo,veluti ſi animaduertũt,
rem dominum cõcernere (quia de euictione forte alteri tene
tur)tunc cauſam totam ſola curia,hoc eſt,pares,ad ſe trahẽt,
& penes eos ſolos terminabitur.Si vero non concernit domi
num,veluti ſi forte dominus mortuo vaſallo ſuo,duos defun
cti filios reinueſtiuiſſet, cum tamen ex diuiſione facta, inſcio
domino inter ſe(quod poſſunt capitu.i.de natu.ſucceſ.feud.§.
ſi quis per triginta.uerſicu.omnes,ſi de feud. defuncti conten.
ſit.)ad alterum tantum pertineret, certe quia iam non tenere
tur de euictione,dominus ſolus cognoſcet reiectis paribus,&
hoc ſatis indicat diſiunctiua,vel, in fine dicti reſponſi primi,
poſita in uerbis, Nemini eorum licet illius domini uel eius
curię examen declinare, quaſi diceret, ſunt quidem uocandi
& examinandi a domino & curia,re tamen cõperta, cauſam
ab altero eorum decidendam.Non obſtat alterum reſpõſum,
d.cap.i.in fi.an apud iud.vel cur. domi. ubi uult textus ſolum
citari a curia,reiecto domino,quia ibi loquitur in ſpecie in ca
ſu ubi cõſtabat a principio ad dominum quodammodo per-
tinere negotium,nam ibi,reiecto uero uaſallo,dederat alteri
inueſtiturã & feudũ,& ſic de euictione alteri tenebatur,quare
opus nõ erat,ut is ſimul citaret, recte ergo ſola curia(hoc eſt,
pards)citauit,& cauſam terminauit, & ſic puto cõciliata illa
27 reſpõſa. In ſumma ergo, quãdo ueri uaſalli controuertũt de
feudo,uel de parte feudi,ĩ qua ſuſpitio domini cadere nõ poſ
ſit,hoc caſu obtinebit prima noſtra regula,ꝙ dominus erit iu
dex.d.§.p̃terea fi.de proh.feu.alie.ꝑ Fed.uerum ubi ſuſpitio er
ga eum cadere põt,tũc ſi pares ſunt,cognoſcẽt.d. c.i.an apud
iud.uel cur.do.iũcto c.i.uerſi.ſi inter ualuaſores,de le.Cõrad.
c.i.apud quem uel quos.ſi uero non habuerit pares, & domi
num cõcernat,tunc ordinarii uel arbitri iudices erunt. ita lo
quitur capit.i.de inueſtitu. in marit.fact.capitu.i.§.ſi autem in
ter,de leg.Conrad.cap.1.in fi.apud quem uel quos.

Hęc tamẽ diſtinctio in Rege uel Imperatore domino locũ
non habebit in feudis regalibus,cum in ijs nulla ſuſpitio cade
re poſſit,ſecundum ea quę in principio primę regulę diximus.
Fallit iſta prima regula ſecundum Doctor. in caſu ubi uaſal-
lus eſt miſerabilis perſona, tunc enim putant feudi quęſtio-
nem licite,etiam exiſtentibus paribus uel domino, coram or
28 dinario agitari poſſe,per capitu.ex parte B.extra de foro com
peten.ita Panormi.& alii,in cap.cęterum.extra de iud.& Cur.
in ſua 7.parte in 10.fallentia.de quo tamen dubito, nam quis
melius de cauſa feudali cognoſcere poteſt, quam dominus,
qui ipſe dedit,uel pares,qui uel interfuerunt, uel curię modũ
& ſolennitates norunt:hic enim talis ratio non militat,atque
in dicto canone,in d.capitu.ex parte b. quare cogitandum re-
linquo.

Nunc ergo ad regulas redeamus.Secunda regula erit, quod
quando controuerſia eſt de feudo inter dominum & uaſallũ,
quod illo caſu pares curię iudices erunt.per dictũ,§. pręterea.
fi. de prohibita. feudo.alie.per Feder.capitu. primo, uerſicu.ſi
autem inter,de ali.feudi paterni,& capitulo primo,de contro
uer.feudi apud par.ter.

Et hoc intelligendum uerum ſecundum Docto.quando con
ſtat uere dominum & eius uaſallum eſſe, nam per hoc prius
fundatur parium iuriſdictio. Doctores. in citatis cc. &
probant per capitulum, cæterum, extra de iudiciis, in
uerbis, ſi conſtat. Sed huic regulæ uidetur alius obſta-

re textus,c.j.de contr.inter epiſcopum,& vaſa. vbi certe non
conſtabat,petētem feudum eſſe vaſallum, & tum cognoſcūt
pares curiæ.Sed paucis dicēdum, ꝙ quandoque controuerſia
eſt de feudo inter dominum & vaſallum,qui vaſallus ſe illius
dñi vaſallum eſſe dicit,ꝙ tunc quæſtio debet examinari a pa-
ribus curiæ,etiam ſi vere nondum conſtet, text. eſt apertus in
d.c.i.de contro.inter epm̄ & vaſ.& in c.j.§.illud tñ, de inueſti.
in mar.fac.in verbis,qui dixerunt ſe eſſe vaſallos, & de feudo
fuerit dubitatio.& merito, qa nulli melius de feudo ſciunt,q̄
curiæ pares,quorum interuētu ſe feudum acceptaſſe vel ſuos
31 parentes aſſerunt. Cæterum in caſu,vbi vaſallus iſte diceret,
rem feudalem eſſe allodium ſuum,vel feudū quidem eſſe,ſed
ab alio habere,hoc caſu cognoſcet,& examinabit ordinarius
iudex,quouſq; intellexerit feudū eſſe,reſpectu huius dñi, vel
non.ar.c.i.§.ſi duo,& §.ſi tres,de pace tenen. Qui ſi cognoue-
rit,negotium ad hunc dñm,vel eius curiā pertinere,re indeci
ſa,rurſum eo remittet,q tunc cām decident, ſm diſtinctionē
datam in prima regula ſupra,ſin minus,ipſe cām terminabit
& negotio finem imponet. Concludendo ergo, ſi inter dñm
& vaſallum,ſiue de inueſtitura,ſiue amiſſione,ſiue aliis ſimi-
libus ſuper feudo quæſtio ſit, ſm prædictam nr̄am regulam,
pares cognoſcent. Sed dicet aliquis, Qui erunt ex multis iſti
32 pares,qui inter dñm & vaſallū cognoſcent:Paucis dicendum
ꝙ dñs & vaſallus de vno,aut duobus, aut de pluribus conſen
tire pñt,qui ſi conſentire nequiuerint, prærogatiuā dominus
primo tunc in eligendis paribus habebit, quem numerum &
ipſe vaſallus poſtea eliget,ita tamē vt ſint iurati vaſalli, nam
alias niſi partes conſentiant,iudices eſſe non poſſunt.in c.i.de
contro.apud pares terminan. vbi pulchre hæc habentur.Sed
rurſum dicet aliquis,quid ſi vaſallus quærens ſubterfugia nol
let eligere,Certe iam dicendum, quod electi a domino cām
diriment.ita An.de Iſer.in d.c.i.de cont.apud par.terminanda
malitiis.n.hominum obſtandum.l.in fundo,ff.de rei ven. Sed
quid ſi dñs nollet acquieſcere. Certe iam curiæ officium im-
plorabit vaſallus, & illa dñm ſtare eius iudicio compellet.Et
ſi dñs ter citatus non paruerit,ꝙ non curat pares, (fortior for
te vel potentior)tunc vaſallus populi & Principis, vel Regis
implorabit officium,ſub quo dominus ſitus eſt, & ſi quoque
eius monitionem non curat,certe nunc depredabit dominū
vbicunque poterit.hæc pulchre habentur in c. i. in fi.de milit.
33 vaſ.qui conr.eſt.Rurſum,quid ſi elegerint,ſed vaſallus diceret
ſuos pares male iudicaſſe: Iam dicendum, ꝙ prouocabit ad
principem vel Regem,Secundum ea quę habētur in c. fi.quo
tempore miles inueſtit.pete.debeat,iuncto c.i.verſi.his enim,
ſi de inue.int.do.& vaſ.& l.in nomine,in ti.de benefi.in ll.Lō
bardicis,poſtremo quæri hic poſſet, quo ordine, & qualiter
in cauſa feudali procedendum fuerit:paucis dicendum,ea for
34 ma & modo,quo iuris ciuilis ordo requirit,niſi quod de calū
nia nō iurant.d.c.i.§.in quibus,de conſuetu.rect. feud. & ergo
35 libellus offerendus,& lis conteſtanda.vt in l.1.Authen.offera-
tur,C.de lit.conteſta. Et quo in loco dominus vel pares curiæ
iuriſdictionem exercebunt,docent alibi ſatis Docto.in c.i.§ p̄
terea,ſin.vbi glo.de prohib.feu.aliena.per Fed.ad quos me re
mitto.Sed quæret aliquis,an ne partes domini, iudicium, vel
curiæ prorogare poſſunt, vt communiter de iure conceſſum
36 eſt,l.j.& 2.ff.de iud.& ſic alium ſibi iudicem conſtituere.Bre
uibus,putauerim quod non.glo.& Doct.in d.§.prætcrea, quā
ſequuntur communiter Docto.ibi,& Panor.in c.cæterum,de
iudi.in c.ex tranſmiſſa,extra de ſor.compe.Aluar.in c.i.§.illud
de inue.in marit.ſac.imo ſi facerent, vt periuri domini vtilita
tem,honorem,& iuſtitiam negligentes ſeu cōtemnentes, me
37 rito & iuſte feudi amiſſione mulctabuntur.c.i.§.item qui do-
minum,verſic.præterea,& verſicu.illud tamen non latere,&
ibi glo.quæ fuit prima cau.bene.amit.c.i.in verbo honeſtum,
iunctis verbis,ſi vult dignus beneficio videri,de form. fid. Sed
an pares curię vt ſuſpecti vel dominus recuſari poſsunt? pau-
cis,tenet Aluar.non poſse.in c.i.in fi.de inue.in mari. ſac. quē
ſequitur etiam Zaſius in vndecima parte, fol.80.in fi.& hoc,
quia ſunt inſtar ordinarii iudicis,qui recuſari non poſſit. l ne-
mo poteſt.de iuriſd.omnium iudicum,Authen.ſi vero conti
gerit,C.de iu. hoc tamen caſu alius illis adiutor adiungendus
eſset.d.Authen.ſi vero contigerit,argum.l.ſi tutor,ff.de ſuſpc.
tuto.Baldus putat tamen in d.c.i.de inueſt.in mari.ſac. recuſa-
ri licite poſse,quod putarem defendi poſse, nā ipſe dominus
ſuſpectus recuſa̅t,nullo conceſso adiuncto,vt in c. j. an apud
iud.uel curi.domi.qui cum non minus ordinarius cenſetur q̄
pares curię,utrunque poſse putarem licite recuſari,cū Baldo
Rurſum,quis dubitauerit,an in feudalibus cauſis recōuentio
ni locus ſit:Breuibus dicendum,ſi res cauſa fuerit, quę depen-
det ab illo feudo,uel etiam quę tractari apud eūdem debebit
38 dominum uel curię pares,quod iam locum habebit,ſecus eſt
ubi non concernit, quia eorum iuriſdictio eſt limitata, &
conceſsa ſolum ſuper re feudali,illos concernente, & ita etiā
39 tenet Bal.in c.i.de cont.feudi apud pares termi.Et quanquam
hactenus,quid de iure feudorum obtinere debeat, in hac par
te ſatis declarauimus,hoc tamen ignorandum non eſt, cuiuſ
que territorii,regni,uel ciuitatis, conſuetudinem ſemper ſer-
uandam,& inſpiciendam.ita Abbas in capitu.nouit.de iud &
Cur.in 6.parte,& per text.apertum in l.in cauſis, §. ſententia,
in fine,& ibi bona gloſ de pace Conſtan.glo. in c.i.de uaſ.mi
40 lit.qui contumax eſt.ubi Aluaro.Tertia regula erit,ſi uaſallus
controuerſiam actiue uel paſſiue cum extraneo, uel alio ua
ſallo habuerit,reſpectu feudi,diuerſos dominos adſerētes,uel
de finibus,ſeruitutib.uel id genus ſimilibus qualitatibus, hoc
caſu ordinarius iudex cognoſcet.cap.i.de controu. inter uaſa.
& alium,de feu.cap.i.§.ſi uaſallus,uerſic.ſi uaſallus,ſi de feud.
defunct.contentio.ſit,tex.in c.i.§.ſi autem inter, de leg.Conr.
ibi ſiue diuerſos,& cap.j.§.ſi iudex,uerſi.ſi tres,de pace tenen.
glo.in d.§.pręterea,in uerbo,terminetur,de proh.feu.alie.per
Fede.ubi Aluaro.& per ea quę in pręced.docuimus.
Hic enim obtinebit,quod actor forum rei ſequetur. per l.fi.
C.ubi in rem actio exerceri debeat.nam cum de iſta re in iu-
re feudali nihil aut parum conſtitutum ſit,conuolandum fue
41 rit ad ius commune.per cap.j.§.ſtrenuus,de feu cogni. Quęcū
que ergo in iſta re euenire poſſent, petenda fuerint ex iure ci-
uili,& ſecundum formam ab eo pręſcriptam peragenda erūt.
Hoc tamen ignorandum non eſt,ſi dominus uel curia citaret
extraneum cum uero uaſallo,ut apud ſe cauſam agitarēt uel
comparerent, quod poterit licite extraneus recuſare citra&
declinatoriam fori exceptionem,contra l.ſi quis ex aliena.ff.
de iudi. quia domini & parium iuriſdictio(licet ſit ordinaria)
non tamen eſt generalis,ſed limitata, ſcilicet inter paucos,nę
pe ſolum inter uaſallos,& dominum, & vaſallum.gloſ.in ca
pitu.primo,de inueſtitu.in mari.fact.ubi ſequuntur communi
ter Docto.& Canoniſtę in d.capitu.cęterum,extra, de iudi.&
Zaſius in 11.parte.
Quarta & ultima regula erit, ſi dominus actiue ſeu paſſiue
controuerſiam cum extraneo haberet,reſpectu feudi.Hic rur
ſum dicendum(ut in regula pręcedenti diximus)ordinarium
eſſe iudicem,atque actorem ſequi forum rei per d.l.fin.C.ubi
in rem actio exer.deb & eſt gl.in c.j.§.pręterea ſi.de proh. feu.
alie.per Fed.ubi Alu.& alii Doc.Et hęc de iſta part.14.ſuffece
rint,nunc ad decimamquintam, & ultimam greſſum diriga
mus.

S V M M A R I V M.

1 *In probanda inueſtitura noui feudi opus eſt domino producere pares cu-
riæ,qui actui interfuerunt cum ſallentiis.*
Breue teſtatum quid,ibidem.
2 *Inueſtitura noui feudi in terra Modiolanenſi. & feudi eccleſiaſtici pro-
bitur etiam per non pares.*
3 *Mortuis paribus, coram quibus inueſtitura noui feudi facta eſt, an poſſit
ea per extraneos probari.*
4 *Dominus ſi nolit cogere vaſallū, vt iuret quid ſciat de inueſtitura alicuius
celebrata,quid faciet ſic Leſus.*
5 *Subſignatio ſeu ſigillatio domini,an ſemper probet inueſtituram.*
6 *De natura feudi eſt, vt inueſtitura noui feudi detur coram paribus curiæ.*
7 *Habens aliud feudum a domino poteſt inueſtituram alterius feudi noui ab
eodem domino accepti probare per ſuum iuramentum.*
8 *Breue teſtatum probat inueſtituram etiam a paribus qui non interfuerunt
actui confirmatam.*
9 *Inueſtitura feudi antiqui quomodo probetur.*
10 *Fęmina vaſalla non poteſt eſſe teſtis de inueſtitura.*
11 *Vbi præſumptio eſt pro inueſtitura,dominus id negans, iurare contrariū
debet.*
12 *Iuramentum deferendum a iudice,modo poſſidenti, modo petenti,aliquan
do neutri.*
13 *Dominus poſſidens feudum,petentem illud iuramento reiicere poteſt.*
14 *Turpe eſt,nec velle iurare,nec alteri deferre.*
15.16. *Ratio,quare domino poſſidenti feudum magis deferatur iuramentum
quam ei qui illud vt vaſallus petit.*
17 *Præſumptio ſemper eſt pro poſſidente & libertate.*
18.34 *Quando lex defert alicui iuramentum,id lex mutare non poteſt.*
19 *Intellectus.§ ſacramentum,de conſu.rec.feu.*
20 *Ratio,quare iuramentum bene defertur domino in præiudicium vaſalli,et
non contra.*
21 *Qui dicit ſe vaſallum,fatetur alium eſſe dominum.*
22 *Quare dominus ſæpe non grauatur iuramento.*
23 *Iuramentum ad quid inuentum.*
24 *Quando iudex defert iuramentum.*
25 *Iudex ſecundum leges, & non ſecundum animi ſui motum iudicare debet.*
26 *Domino poſſidente vaſallo,nunquam iudex debet deferre iuramentum de
ſua inueſtitura.*
27 *Iuramentum quot modis deferri,quomodo,& qua forma,debeat.*
28 *Sacramentales quid iurent.*
29 *Quot & quales erunt ſacramentales, quando iudex domino poſſidenti de-
fert iuramentum.*
30 *Vaſallus inueſtituram ſuam iuramento probaturus, non ſolum de ſuo, ſed*

etiam

etiam de parentum facto iurabit.

31 *Quot, & quales erunt ſacramentales vaſalli, quando ei iudex defert iuramentum.*

32 *Duo vaſalli qui interfuerunt inueſtituræ, plene de ea probant.*

33 *Qui domino ſciente & non contradicente feudum vel eius partem per annum poſſedit, id ſolo iuramento retinebit contra dominum, niſi dominus contrarium plene probet.*

34 *Iudex non poteſt vaſallo adimere iurandi facultatem, a iure illi datam, & deferre domino.*

35 *Quando nec dominus, nec vaſallus (ſed tertius aliquis) feudum poſſidet, quid iuris.*

36 *Guarentiſare quid.*

37 *Abuſus huius temporis in multis ſimul de eodem feudo inueſtiendis, quoties ad hæredem deuoluitur per mortem.*

38 *Dominus de eodem feudo plures inueſtiens, tenetur ex iure ſcripto de euictione iis qui poſtea ab alio fuerunt iure reiecti.*

39 *Duobus litigantibus, & inueſtituram a diuerſis dominis de eodem feudo allegantibus, ordinarius inter illos iudex eſt.*

40 *Rapina feudum adeptus, non modo illud amittit, ſed præterea duplum eius ſoluit.*

41 *Duobus diuerſos dominos de eodem feudo recognoſcentibus, in probatione tamen vtrinque deficientibus, ordinarius quid in tali dubio facere debet.*

42 *In quæſtione, antiquum ne an nouum ſit feudum, quid faciendum.*

43 *Id quod iuris eſt, iudex partibus adimere non debet.*

44 *Præſumptio potius eſt, quod feudum ſit antiquum quam nouum.*

45 *Intellectus c. 1. de conten. inter me & dom. de port. feu. fratris mei defunc. contra communem intellectum Doct.*

46 *Deficientibus & domino & agnato, probationibus, agnatus domino præfertur in iuramento præſtando.*

47-48 *Caſus d. c. 1. de conten. inter me & dominum de por. &c.*

49 *Non poſſidenti feudum non eſſe deferendum a iudice iuramentum deciſorium, quomodo intelligendum.*

50 *An frater ſuperſtes, qui partem feudi noui per libellum vel ſubinfeudationem acceperat, eam mortuo fratre datore perdat.*

51 *Text. d. c. de contentio. inter me & dominum de port. frat. vindicatus a menda.*

52 *Dominus contendens caſtrum in guardiam, & non in feudum a ſe datum eſſe, grauabitur probatione.*

53 *Domino in probatione deficiente, poſſeſſor per annum, eo ſciente, iuramento controuerſiam finiet.*

54 *Controuerſia inter agnatum & filiam, res feudalis ne, an allodialis ſit, quomodo terminetur,*

55 *Ratio, quare in controuerſia feudali agnato potius quam filiæ defertur a lege iuramentum.*

56 *Controuerſia inter dominum & filium vaſalli, an res ſit feudalis, quo modo terminanda.*

57 *Dominus reſpectu filiæ vaſalli, eſt quaſi extranea perſona ad feudum defuncti.*

58 *Contentio inter dominum & emptorem feudi, quomodo finietur.*

59 *Iacob. de Bel. & Aluarot. intellectus non ſolidus in c. 1. de cont. inter maſc. et fœm. de benefi.*

60 *Contentio inter emptorem et vaſallum de feudo.*

61 *Controuerſia inter vaſallum et extraneum de feudo.*

62 *Vaſallus quando contra dominum de euictione agere non poteſt.*

63 *Incrementum feudi fortuitum.*

64 *Controuerſia de incremento fortuito inter dominum et vaſallum, quomodo terminabitur.*

65 *Vſufructuario ſolum cedit incrementum cohærens.*

66 *Vaſallus incrementum ſeparatum vel cohærens, a ſe poſſeſſum per annum, domino ſciente, ſolo iuramento contra dominum retinebit.*

67 *Qui accepit feudum cum omni incremento, poteſt illud alienare tanquam ſuum proprium, et allodium.*

68 *Subinfeudatus cum omni incremento, id quod durante vita ſubinfeudantis accreuit, retinebit, etiam ſi feudum principale reſtituere cogatur, propter ius reſolutum.*

69 *Vſufructuarius incrementum ſemper reſtituet.*

70 *Intellectus, §. ſimiliter, verſicu. ſed ſi dominus, ſi de inueſtitu. feudo. controuer. ſit.*

71 *Incrementum feudi induſtriale.*

72 *Feudum ſi ad dominum ex delicto redeat, cuius erit incrementum induſtriale.*

73 *Iniquum eſt cum alterius iactura locupletari.*

74 *Teſtes quot requirantur ad probãdam vaſalli ingratitudinem, ſeu feloniã in dominum, & contra.*

75 *Purgatio vulgaris duplex.*

Duellum, ibidem.

Duellum quando potiſſimum fiebat, ibi.

76 *Duelli prouocator qualis eſſe debeat.*

77 *Infames vt non accuſare, ita nec ad duellum prouocare poſſunt.*

78 *Quibus armis pugnabitur in duello.*

79 *Electio armorum penes prouocatum ad duellũ eſt.*

80 *Mutilus aut aliter defectuoſus integrum ad duellum prouocans, ſibi imputet.*

81 *Duello incepto quando finis imponetur.*

82 *Prouocator ad duellum ſi prouocatum non proſternat, quid iuris.*

83 *Occiſo altero in duello, non eſt locus legi. Cor. de ſicar. nec le. Aquil.*

84 *Triumphus victoris in duello.*

85 *An duellũ ſeu monomachia, et vulgaris purgatio Chriſtianis ſit permiſſa*

86 *Torneamenta vetita.*

87 *In torneamentis occiſi, vetantur in ſacro loco ſepeliri.*

88 *Deum tentare vetitum vtroque teſtamento.*

89 *Lege ciuili cruenta ſpectacula vetita.*

90 *Principes an duello inter ſe confligere poſſint.*

91 *Conſilio plerunque in bello vincit, qui armorum virtute inferior eſt.*

92 *Pallium, et quæuis res tranſitoria potius relinquenda, quam pro illis conſeruandis in alios excandeſcere.*

93 *Quomodo cum illis, de quibus mali ſuſpitio eſt, procedendum.*

PARS DECIMAQVINTA, QVALES ET quot teſtes in controuerſiis feudalibus requirantur, & qs probandi onere grauabitur.

HIs nunc intellectis, qui iudices eſſe debeant in cau
ſis feudalibus, videamus iam, quot teſtes in feudi
controuerſiis, tam ciuilibus, q̃ criminalibus requi
rantur, & qui in his probandi onere grauabuntur, Tum qũo
probandum ſit, Et primo quid in cauſis quaſi ciuilibus obti-
neat, tractabimus ordine. poſtea, quid in criminalibus ius ſta-
tuerit, obiter quoq; enucleabimus. Auſpicemur ergo primo,
ſi controuerſia ſit inter dñm & vaſallum de inueſtitura, dño
quidem feudum poſſidente, vaſallo vero aſſerẽte factam ſibi
inueſtituram, vel ab illo dño, vel a p̃deceſſore, vter, qbus teſti-
bus, & qũo probabit. Scdo, vaſallo poſſidente, & ſe inueſtitũ
eſſe dicente, ſed iſtud dño negante. Quo ad primũ, vbi dñs poſ
2 ſidet, fuerit diſtinguendũ nouũ feudũ ab antiquo. Si fuerit cõ
trouerſia de feudi noui inueſtitura, hoc caſu ad eã probandã
vaſallus adhibere debebit ad minus duos pares curiæ, (nõ ẽt
quoslibet, ſed inueſtituræ interfuerunt) vel breue teſtatũ, hoc
eſt, publicũ inſtrũ, duobus aut tribus paribus cõfirmatũ. hęc
oĩa probant̃ p c. i. §. ſi cũ dñs, qd ſit inue. in uer. pares curię il-
lius q interſu. c. i. §. his eñ ſi de inue. feu. inter do. & uaſ. lis oria
tur, p c. i. de cont. inter do. & fid. de inu. feu. p c. j. q teſtes ſint ne
ceſ. ad nouã inueſt. prob. Et ſi pares abſentes fuerint, ſunt tñ ex
pectãdi. c. i. in ver. nec dicat̃, de conſ. re. feu. Nec ob. alibi, ꝙ dr̃,
parib. abſentib. poſſe effici p extraneos, in c. i. § teſtes, in verbo
abfuerint, & in §. ſi qs ibi ſequẽte, in verbis, cũ pares abſunt, ſi
de inue. inter do. & vaſ. lis oria. q a illa verba ſunt intelligenda,
qñ plene abſunt, hoc eſt, nõ ſunt, vel ſunt qdẽ, ſed cõpelli ne-
queũt vt deponãt, c. i. §. ꝙ ſi iurare, quid ſit inu. & c. i. ver. teſtes,
ubi gl. uerbi inueſtiturã, vbi & Alu. ſi de inu. inter do. & vaſal.
lis oria. Fallit primo in terra Mediolanenſi, vbi probat breue
teſtatũ ſup feudi noui inueſtitura factũ duob. vel trib. ẽt, aliis
teſtib. extraneis ſubſcriptũ. c. i. q teſtes ſint nec. ad nouã inue.
ꝓb. Ceterũ dicẽdũ, iſtud eſſe locale, & ſic ſolũ ibi ſeruari: cõi-
ter tñ ſeruari, vt pares adhibeãt̃ in inſtrõ. Iſti tñ idonei erũt ad
hibiti breui teſtato, ẽt ſi inueſtituræ nõ interfuerint, dũmõ ſal
tẽ pares fuerint. d. c. i. qui teſtes ſunt nec. Fallit ſecũdo in feudis
eccleſiaſticis, p c. i. §. in clericorũ, ſi de inu. inter dom. & uaſ. lis
oriatur. ubi p quoſlibet teſtes ẽt inueſtitura ꝓbari poſſet, & rõ
eſt, quia illi ſæpe clã & abſconſe inueſtiũt, ext. p̃ſentiã cõſocio
rũ, quibuslibet teſtib. d. §. clericorũ. Merito ergo inueſtiturã fa
ctã rurſum teſtib. quibuslibet ꝓbari poterit, ſi forte abſq; pari
bus fuiſſe inueſtitũ aſſereret, in clerici tñ ꝓpriis bonis datis in
feudũ dico requiri pares, quia iã ceſſat ratio. & ita tenet ẽt Al-
uarotus in dicto loco. Fallit tertio, ſi dominus ſecularis non
habuiſſet pares, cum primo inueſtiret. c. j. §. ſi vero, verſi. ſi aũt
3 qd ſit inueſ. ar. ca. j. §. ꝙ aũt, de conſue. rec. feu. cum ſimi. †Fallit
quarto, niſi pares (corã qb. inueſtitura facta eſt, mortui eſſent)
tali. n. caſu poſſe ꝓbari p alios teſtes putat Alua. in ca. qui teſt.
ſunt neceſ. ad nouã inueſt. proban. Bal. tñ ꝯriũ exiſtimat in c.
qui teſtes ſunt neceſſar. qui vult, ꝙ qñ inueſtitura non eſt facta
per inſtrm, & teſtes ſubſtantiales ſunt mortui, ꝙ hoc imputa
re ſibi poſſet, q debuiſſet recipiſſe ſibi teſtes, hoc eſt, inſtrm,
ad perpetuam rei memoriam, vel iuſſiſſet publicari ſaltẽ, ar
gumento eorum quæ alibi notantur a Doctorib. in l. publica
ri, C. de teſtib. cũ ſimi ne caſu fortuito ꝓbõnis copia ĩtercluderetur,
ſed primam puto ęquiorem, Baldi, tamẽ ſententia de
rigore obtineret. p c. 1. §. nam ſi inſtrumentum, quid ſit inueſti.
Fallit quinto, niſi pares, qui erãt pares tpe inueſtiturę iã deſiiſ-
ſent eſſe pares: tũc. n. æq; illi ſufficerẽt p c. i. an remo. debe. teſt.
qui pares eſſe deſi. Fallit ſexto, qñ pares teſtari nollẽt, nec dñs
eos cogeret, illo. n. caſu licite ẽt p extraneos (vt ſup. ẽt diximꝰ)
ꝓbare poſſet. c. i §. i. ad fi. quid ſit iu. Et alibi docet̃ pulchre, quo
mõ dñs pares cogere prius dẽt. in d. c. i. circa mediũ quid ſit iu.
Debet enim dominus (inquit) cogere illos vaſallos iurare,
ſciant, aut non ſciant inueſtituram factam, & ſi iurent ſe

neſcire an inueſtitus fuerit,debebit tūc uaſallus per alios duos pares.qui etiam interfuerunt inueſtituræ. probare. alias do mino dabitur iuſiurandum,vbi hoc ꝓbatur etiam,quod noua inueſtitura per quoslibet pares non probatur:ſed per illos tantum qui interfuerunt cum inueſtiretur, quod eſt bene notandum,illi enim ſciunt, an fuerit inueſtitus,an non. Et quare potius admittuntur pares quam extranei,alibi pulchre docet
4 tur.in cap.j.verſicu. idcirco, de notis feud.Si tamen putauerit vaſallus ſe læſum,quia dominus forte (vt dixi)non vult ſuos pares cogere vt iurent,cum aliis probari nequit, poterit quoque tunc dominum ſuum ad Imperatorem protrahere, vt ille cognoſcat,quod tamen intra annum facere neceſſe habet, vel per ſe,vel alium.Si vero hoc omiſerit, tum domino iuramentum ſemper defertur,elegans tex.in capi.j.§.teſtes,ſi de inueſtitu.inter dominum,& vaſ.lis oriat.Fallit ſeptimo, ſi eſſet breue teſtatum caſu deperditum (quod tamen neceſſe haberet probare vaſallus.Bal.in c.i.qui teſtes.ſunt neceſſarii, ad nouam inueſt.proban.)Quanquā hic rurſum,ſibi imputare poſſet,quod non plura fieri iuſſit, vel in publico archiuo poſuerit,vt in quarta fallentia ſupra ipſe Bald.voluit,in caſu quando pares mortui eſſent.Putarem tamen ſufficere,ſi in publico archiuo poſuiſſet,vt communiter fieri conſueuit,& caſu conflagratū & deperditum probaretur. Fallit octauo in caſu, vbi
5 dominus ipſe ſubſignaſſet inſtrumentum,vel breue teſtatum quæ ſubſignatio domini in hac parte ad probationem ſufficeret.Aluaro.in capitu.j.qui teſtes ſunt neceſſarii. hoc tamen ita verum putarem,cum vaſallus cum domino controuertet de inueſtitura, vt tunc contra dominum quidem probaret,q propriam ſcripturam & ſigillum negare non poſſet, argum. Authen.contra,qui propriam,& l.generaliter, verſicu.nimis enim.C.de non nume.pecu.ſecus tamen in caſu,vbi duo diſceptarent vaſalli, de ſe mittendo in poſſeſſionem feudi ex inueſtitura ab eodem domino facta, vbi vnus per ſubſigillationem domini tantum abſque paribus probaret,alius vero per pares curiæ:hoc enim caſu ille ſolus in poſſeſſionem mittendus eſſet,qui per pares probare poſſet,non qui per ſubſigilla
6 tionem domini.text. eſt expreſſus,in capitu.primo, qui teſtes ſunt neceſſarii ad nouam inueſtituram proban. iuncto capit. primo,quibus mod.feud.conſtit.poſſ.Fallit nono,in caſu, vbi
7 vaſallus aliud feudum ab eodem domino habet,de quo controuerſia non eſt.Illo enim caſu non tenetur vaſallus probare per pares curiæ, etiam ſi non poſſideat vaſallus:ſed ſufficit ſi ſolum iuret ſe inueſtitum ab illo domino, niſi dominus contrarium probauerit.textus elegans,in capitulo primo, §.ſi vero aliquis,ſi de inueſtitu.feu.cont.fuerit, iuncto capitulo primo,§.ſed ſi conſtiterit,de controuerſi.inter epiſcopum,& vaſallum,& capitulo primo, §. vbi autem , de alienation. feudi paterni.& dixi ſupra huius alibi rationem, ſupra in parte præcedente 14.
8 Extra ergo hos caſus, vel ſimiles, inueſtituram nouam per pares probare haberet,& illos(vt diximus)etiam qui interfuerunt inueſtituræ , non per alios, licet etiam pares illius curiæ ſint.per text. in capitu. primo,verſicu.nam ſi inſtrumentum, quid ſit inueſtit.Breue teſtatum tamen probare videtur(vt ſupra diximus) etiam ſi confirmatum eſſet ab aliis paribus,qui tamen non interfuerunt,ita videtur alibi textus innuere,in d.
9 capitulo primo , qui teſtes ſunt neceſ. ad nouam &c.arguendo a iure Mediolanenſium ad ius commune, ibi enim ſufficiebant extranei, etiam in breui teſtato , ergo videtur , quod iure communi ſaltem duo pares ſufficiāt ad breue teſtatum . & hæc ſufficiant quo ad nouum feudum.Secundo, ſi feudum fuerit antiquum, & controuerſia fuerit de inueſtitura feudi īter dominum & vaſallum , iā ſuffecerint duo teſtes extranei, non pares etiam.tex.in capitulo,primo §.de veteribus, qui te
10 ſtes ſunt neceſſa.Hæc prædicta tamen vera erunt, dummodo fœminam in teſtem non adhibeant, ſiue vaſalla eiuſdem domini,ſiue extranea fuerit,per text.in dicto,capitu.primo circa finem.qui teſtes ſunt neceſſa.Sed dicet iam aliquis,Quid ſi vaſallus non poſſet probare talibus teſtibus,vel breui teſtato,vt nunc ſeparatim requiſiuimus in nouo feudo & antiquo.Certe iam dicetis,quod actore nil probante,reus abſoluatur,hoc eſt,dominus,per l.qui accuſare,C.de edēdo.neque ad ſui purgationem iurare tenebitur.per tex.in d.capit.primo, §.fina.de
11 conſuetu.rect.feudi.Er hoc verum, niſi quoque vehemens p̄ſumptio pro vaſallo eſſet, quia ſcilicet per vnum teſtem parē in nouo feudo probaſſet,vel duos vel tres extraneos,qui non interfuiſſent inueſtituræ, hi enim quanquam probationem plenam non facerent, etiam ſi mille numero eſſent, hoc tamen efficiunt iam, dominum ſe purgare debere iuramento, hæc ſimul probantur in capitu.i.§.ſi autem non fuerint, ſi de inueſtitu.feu.controuer.fuerit,in verbis nec ſupradictis modis poterit probare,& in capitu.primo,in fine, de contentio.int. dominum,& vaſ.de inueſtitu.feu.in verbis,& ſi pares non fuerint,hoc enim ſolum ſufficit,& per capitu. i. de contentio.inter dominum & fidel.de inueſt.feud.in verbis & ſi idonei ſint & ibi,inopia probationum,& capitu.i.§.ſi quis, ſi de inueſtit. feu.inter dom.& vaſal.lis oriatur in verbis, per idoneos duos teſtes,id eſt,qui interfuerunt eum inueſtiretur,capi.i.§.ſi enim domino,quid ſit inueſtitu.in verbis,non debet probare niſi p pares,quibus in locis probatur , nullos niſi idoneos probare, hoc eſt , pares. & hoc in nouo feudo , in antiquo ſufficerent duo etiam non pares,vt ante diximus.Sed dicet hic aliquis,an ne iudex ī caſu vbi vaſallus vno pari curiæ,vel tribus aut quatuor aliis in nouo feudo probare poſſet, vel in antiquo feudo vno teſte,huic vaſallo non poſſet iuramentum deferre re
12 iecto domino,qui eſt in poſſeſſione.Certe videtur quod ſic,p textum,in capitulo primo,§.ſacramentum,de conſuetu.rect. feudi. qui habet, quod ſacramentum non ſemper eſt dādum poſſidenti,ſed quandoque poſſidenti, quandoque petenti,quandoque neutri.Et paulo poſt in ſequētibus ibidem,ibi, Vbi nihil eſt quod faciat pro aliquo eorum,præter poſſeſſionem ſolam tunc ſecundum quod iudici melius viſum fuerit,aut poſſidenti dabitur ſacramentum,aut actore nihil probante reus abſoluetur,etiam ſi nihil præſtitent.Præterea,ſi vaſallus poſſidet,& eſt controuerſia de feudo ſeu inueſtitura,bene defertur domino non poſſidenti,& reiecto vaſallo poſſidente.capitu.primo
13 §.fina.in fi.de conſuetu.recti feudi.quare ergo etiam non poſſet deferri vaſallo non poſſidenti, reiecto domino poſſidente maxime cum præſumptio aliqua pro vaſallo eſt . Paucis , his non obſtantibus,dicetis tamen,iudicem illam poteſtatē non habere(licet videantur prædicta reſponſa hoc *velle)ſed ſolum*
14 vt cogat in hoc caſu dominum poſſidentem ad *iuſiurandum* ex capitu.fina.§.ſane,extra de iuramen.& l. admonen*di,ff.de* iureiurand.l.in bonæ fidei,C.de rebus creditis. & per ec.*ſupra* allegata.debet tamen referre parti,ſi iurare nolit.capit.primo §.& cum datur,de conſuetu.recti feudi.capitu.i.§.ſi quis,circa finem,quid ſit inueſtitu.capitu.primo,§.ſi quis,ſi de inueſtitu. inter dominum & vaſal.lis oriatur. Manifeſtiſſimæ enim turpitudinis eſſet,nolle iurare,nec iuramentum deferre. l. mani feſtæ,ff.de iureiurand.

Si ergo dominus voluerit iurare eius erit electio, vt multis expreſſis comprobatur textibus,in capitu.i.§.ſi quis,ſi de *inue* ſtitu.feud.inter dominum & vaſallum,de inueſtitu.feu.& cap. i.de conten.inter dominum,& fidel. capi.i.§. ſi enim domino quid ſit inueſt.quibus præciſe requirit pares,vel ſaltē idoneos & ſi non ſunt,vult deferri domino,& non vaſallo,quod iuris iudex domino poſsidēti adimere non poteſt, vt apertius quoque illo probatur reſponſo in capitulo primo, verſiculo ſi autem non fuerit.ſi de inueſtitura,feudi controuerſi.ſit.quo dici
15 tur,Si nec ſupra dictis modis poterit probare, tunc illius erit defenſio,qui inueſtituram dicitur feciſſe, certe ſi debet domino poſsidenti deferri iuramentum , niſi ſupra dictis modis(vt ibi)probauerit , quod eſt per curiæ pares, vel per alios ſaltem idoneos,ergo ſi per tales non probauerit,ſed bene ſemiplene per alios,non debet dño auferri iuſiurandum , a lege *illi iam* conceſſum,& dari vaſallo non poſsidenti, nec plene probanti.Nā ſi hoc voluiſſent iura, non tā anxia fuiſſent in apponendo ſemp illum,cui deferretur, ſed ſufficiſſet ſimpliciter vbiq; dixiſſe,deferatur tunc iurm,non apponendo aliquem vel poſſidentem,vel non poſsidentem,vt vbiq; faciunt , vt infra patebit.Præterea probat ſatis alio loco tex.d.c.i.de contē.inter do. & fide.vbi teſtes quidē idonei fuerūt adhibiti a vaſallo, ſed nō pares,vbi dño poſsidenti iurm eſſe præciſe deferēdū p̄p inopiā probationū uoluit,ut quoq; alia capitula a nobis. ſup. allegata ſufficienter ſatis probant,ſi recte inſpiciūtur.Et ratione alia quoq; hoc poſſet probari in nr̄o caſu,quia dñs,cum ſit in ſua poſseſsione feudi,ab illa expelli nō debet,niſi uaſallus idonee ꝯ probauerit.Imo ēt ſi uere dñs nō eſset,ſed poſsideret,p §.cōmodum,Inſt.de inter.cum præſumptio ſemp pro poſsidēte *ſit*
16 eius eſse rem,eamq; liberam,quamdiu ſeruire non *probatur.* l.altius,C.de ſer.l.ſi quis ædem,& ibi gl.ff. de ſer. urba. prædio. Si ergo uniuſcuiſque res libera præſumitur,certe illam libertatem iudex illi non dēt auferre alteri deferendo ſuper eo iura
17 mentum.poſtremo certum eſt, quod quandocunq; lex defert alicui iuramentum,quod tunc iudex non poteſt ex ſuo arbi
18 trio iuramentum mutare, ita Bald. in capitulo primo,ſi de inueſtitu.feud.controuer.fuer.& Iacobus de Arena,in l. prima, C.ſi aduerſ.libert.quos ſequitur Aluaro.in dicto, capitulo primo,§.ſacramentum, de conſuetudin. recti feudi. facit etiam quod notat Aluarot.in capitu.primo, de milit. uaſal.qui contumax eſt conclu.3.

Sed ita hic eſt,quia ubique lex apponit perſonam , ergo iudex hic mutare quoque non debet, argumento . l. proſpexit, ff.qui & a quib.

Non obſtant prędictis illa quę ſupra attulimus,ex §.ſacramētum,de conſuet.rec.feud.nempe,quod iuſiurandum quando que petenti,quandoq; poſsidenti,quādoque neutri datur,ga illa uerba hoc non uolunt, ꝙ pro ſuo arbitrio poteſt deferre

cui

cui vult, ſed hoc ſolum, quod aliquãdo iis deferri poſſet Sed tamen ſecundum eum modum, quo ius exigit & præſcripſit, veluti petenti aliquando datur contra poſſidentem, videlicet, cum vaſallus nondum toto anno, domino ſciente, poſſedit, vel diutius ignorante dño, vt in ſequentibus adhuc dicemus, & certo reſponſo alibi probatur. in c.j.§.ſi quis, verſic. hæc autem, ſi de inueſtitu. inter dominum & vaſal.lis oria. iuncto ca. j.§. fina. in fi. de conſuetu. rect. ſeu. in verbis. Vbi vero noua eſt poſſeſſio, hoc eſt, nondum anno, ſciente domino, poſſeſſa: illo enim caſu, ſi non poſſet vaſallus ille probare teſtibus idoneis inueſtituram, iam domino petente iurare, defertur ſacramẽ
20 tum, non etiam poſſidenti. Et ratio eſt, quare hoc caſu iuramentum defertur domino in præiudicium vaſalli poſſidentis & non econtra, vbi dominus poſſidet vaſallo in præiudicium domini, quia vaſallus non præſumitur aliquid iuris habere in feudo, de iure feudorum, antequam hoc probet teſtibus idoneis, vel poſſeſſione vnius anni, ſciente domino, per c.i.§.ſi qs verſic. hæc autem, ſi de inueſt. ſeu. inter dom. & vaſ.lis oria. iuncto c.j.§. fi. de conſu. rect. ſeu. ſecus eſt in domino. quia ille ſemper pro ſe habet rei dominium, quod præſumitur ſemper liberum, niſi probetur ſeruire, vt ſupra diximus. Sed huic obſtat aliud iuris placitum, §. commodum, Inſt. de interdic. vbi poſſidens non reiicitur, etiam ſi res vere eius non eſt, niſi petitor ſe dominum probauerit, vbi etiam nullo modo iuramentum pro eo qui ſe dominum aſſereret, aliquid operaretur. Ergo videtur quoque in caſu vbi in poſſeſſione vaſallus eſt & ſunt intra annum, ſciente domino, vel vltra annum, ignorante dño.
21 Paucis ad hoc reſponderi poterit, quod hoc verum ſit in allodialibus bonis poſſeſſis, ſecus in feudalibus, vbi dicit ſe eſſe vaſallum alicuius: nam hic confitetur alium eſſe dominum, & ſe vaſallum, nunc ante diximus, quod non poteſt quis eſſe vaſallus, nec præſumitur vllo modo, niſi per pares vel teſtes idoneos probare poterit inueſtituram ſe accepiſſe, vel toto anno in poſſeſſione feudi, ſciente domino, & non contradicente, fuiſſe, ergo, &c. Secundo, quod dictum fuit, quandoque poſſidenti deferri iuramẽtum, hoc etiam verum eſt: nam quando vno anno vaſallus poſſedit ſciente domino, c.i.§ fi. de conſu. rec. ſeu. in 2. reſponſo. tunc etiam deficiente ꝓbatione, reiecto domino, illi iuramentum deferri debet. per c.i.§. ſi quis, verſi. hæc autem, ſi de inueſt. ſeu. inter dominum, & vaſ.lis oria. & ꝑ c.j §. ſi vero fuerit, ſi de inueſt. ſeu. cont. fuerit, in c.j. de conten. inter dominum, & vaſ. de inueſt. feud. Semper enim ille iurare debet, licet dominus non ſemper, quia certum eſt, ꝙ res ſit domini, nam hoc vaſallus confitetur, & ergo cum dominus
22 negat illum vaſallum, ſi vult, etiam ſuſpicionem illam adimere, debebit ſe ab eo purgare ad minus iuramento, ꝙ vero dñs aliquando non iurat, ideo eſt, quia nulla ita cadit contra illũ ſuſpicio, cum certum ſit, quod ſit ſua res, vel ſaltem præſumptione (vaſallo nihil probãte) ex communi illo theoremate, vniuſcuiuſque rem eſſe liberam, quamdiu ſeruire non probetur. in d.l. altrius, C. de ſerui. & l. ſi quis ædem vbi gloſ. ff. de ſeru.
23 vrb. prædio. Quare ergo dominus iuraret, ad hoc enim iuramentum non eſt iuſiurandum, vt paſſim abſque delectu deferretur ſed ideo vt inopiæ probationis eſſet adiumentum. Tertio, ꝙ aliquando neutri datur, hoc eſt etiam verum in caſu vbi dominus poſſidet, & non vaſallus, nec poſſet vllo modo probare vaſallus, nullis pro eo exiſtentibus præſumptionibus. vt in d.c.i.§. fi. de conſue. rec. ſeu. in j. reſponſo. Nam ita demum defertur iuramentum, ſi aliquid ſit quod moueat iudicem. c.i.§.
24 ſi vero, de contentio. inter. Non obſtant quoque illa verba, ꝙ iudici facere liceat, quod illi melius viſum fuerit, vt in contrariis antedictum fuit, quia hoc eſt verum in certis caſibus, de
25 quibus poſtea. Cæterum in caſibus a iure expreſſis is mutare nihil debet: debet enim ſecundum leges iudicare, & non ſecũdum animi ſui motum, l. illicitas, §. veritas, & ibi Docto. ff. de officio præſidis. & hoc ſi non fecerit, de tali grauamine licite poſſet appellari, & haud dubie litem ſuam faceret, §. primo, Inſtitu. de obliga. quæ ex quaſi delict. naſcu.
26 Paucis ergo concludendo, dico, quod nunquam in caſu noſtro (vbi dominus rem poſſidet, & vaſallus aſſerit ſe inueſtitũ nec poſſit in nouo feudo paribus probare, vel breui teſtato, vt ſupra requiſiuimus, vel in antiquo aliis teſtibus idoneis) iudex poſſit incrementum deferre vaſallo, etiam ſi magnas pro ſe habeat præſumptiones, reiecto domino. Et ratio eſt, quia textus omnes allegati in ea parte, nuſquam ſe fundant ſuper ſemiplena probatione, vel præſumptione, ſed ſimpliciter ſuper poſſeſſione. Et inuenio tandem in eadem ſententia nobiſcum eſſe in effectu Martin. Lauden. in capitu.i. ſi de inueſtitu.
27 ſeu. controuer. fuerit. Nunc videamus, quot modis deferri ergo poſſet iuramentum, quo modo, & qua forma. Et primo paucis dicitc, dupliciter deferri vel a parte parti, vel a iudice
28 parti. Quãdo a iudice parti defertur, videlicet domino poſſidente, cum vaſallus ſemiplenas tantum ꝓ ſe probationes habet, vt diximus, tunc iurabit, ſe inueſtituram non dediſſe, nec per conſcientiam credere, quod a prædeceſſoribus fuerit inueſtitus, & hoc cum duodecim ſacramentalibus, hoc eſt, viris q̃ iurant per ſancta Euãgelia, ſe credere illum dominum recte iuraſſe. tot. titu. qualiter quis ſe defend. debeat, in li Longobar. & in d. capitu.i.§.& cum datur, de conſuetud rect. feudo. capi. i. de conten. inter dominum & fidel. de inueſtitu. ſeu. Quæ forma iuramenti etiam pulchre alio loco præſcribitur. in capit. i.§. ſi quis, ſi de inueſti. inter dominum & vaſallum lis oriatur. & toto titu. de purgatio. cano. iuncto capitu.i. verſic. dominus,
29 in fi. de conſue. rect. ſeu. Et cuius qualitatis eſſe debeant hi ſacramentales, canones bene docent. capitu. quoties, capit. cum P. cap. cum dilectus, extra de purgatio. canoni. & capitu.i. eod. titu. Cæterum quo ad feuda illi ſacramentales erunt, quando domino a iudice defertur, vel vaſalli ſoli, uel parentes ſui hoc eſt, coniuncti, uel parentes uaſalli, uel mixtim uaſalli & extranei, uel mixtim parentes, & extranei, & vaſalli ut habet. d. capitu.i.§.& cum datur, uerſicu. dominus uero. de conſuetud. rec. ſeu. quando uero a iudice uaſallo defertur, tũc rurſum & ille cum duodecim ſacramentalibus iurabit, ſe inueſtitum eſſe a domino, uel ſuos parentes uere fuiſſe inueſtitos, abſque mentione tamen conſcientiæ. Non enim de ſuo facto ſolum, d.§.& cum datur, uerſicu. dominus uero, in uerbis, ſine mentione conſcientiæ, de conſuetu. rec. ſeu. ſed & de facto
30 parentũ uere iurabit contra l. Marcel. ff. rer. amota. Et ſic quodammodo anceps periurium ſubire cogitur. gl. in d.§.& cum datur, ꝙ eſt contra l. uideamus, ff. de in lit. iurã. Sed diceris, tolerandum eſſe, ubi conſuetudo ita tenet, habebit tamẽ iste annum, anteꝗ̃ ſubeat iuramentum, ut bene deliberet, & omnia perquirat interim ab agnatis & ſuis, an parentes ſui talem acceperint inueſtituram, uel minus, ut Lombardico elogio alibi cauetur. in l. ſi qs alii, qualiter quiſque ſe deſen. debe. in ii. Longobard. & l. ſi contigerit, cod. ti. Vbi quoq; docetur, ſi me-
31 dio tempore ſacramentales morerentur, quid tunc fieri deat. Et uaſalli huius duodecim ſacramentales ſex erunt neceſſario parentes, cæteri poſſunt eſſe extranei, uel iurat cũ duodecim uaſallis. in d.c.i.§.& cum datur, de conſu. rec. ſeu. iun. gl. & Do. Si iſti non haberet parẽtes, uel uaſallos, tũc poſſet meris extraneis repurgare, ita gl. in d.§.& cum datur. cum ad impoſſibile nemo neceſſiter. c. nemo ad impoſſibile, de reg. iu. in 6. Prædicta forma ſacramentaliũ & iuramenti quoq; ſeruabitur, ubi pars parti defert. d.§.& cum datur, de con. re. ſeu. Sed hic ſtatim dicet aliquis, ſi hi debent cum duodecim vaſallis uel ſacramẽtalibus iurare, & probare, ergo ſupra male diximus in principio, quod duobus uaſallis, uel paribus, inueſtituram probare ſufficeret, hic enim in uaſallo ad minus requirũtur ſex. Paucis
32 dicitc, quod duo ſufficiunt, qui ſe dicũt inueſtituræ interfuiſſe. ſed hi, de quibus hic agimus, nõ dicunt ſe interfuiſſe, ſed iurãt hunc credere recte iuraſſe, & putare feudum ad eum ꝑtinere, & inueſtituram accepiſſe. Hæc forma tamen præſcripta conſuetudine uel ſtatuto, poſſet tolli, & ergo hodie uniuſcuiuſq; conſuetudo patriæ inſpicienda fuerit. Hactenus ſatis, quando dominus in poſſeſſione feudi (ſine fraude tamen gl. in ca. in uerbo in poſſeſſione, ſi de inueſtitu. ſeu. controuer. ſue.) domi
33 no aſſerente, uaſallum nõ eſſe inueſtitum, uaſallo uero iſtud aſſerente. Primo, hoc caſu dicetis, ꝙ poſſidens uaſallus opus nõ habet probare iam uel per pares curiæ, uel ꝑ alios idoneos teſtes, uel ꝑ breue teſtatum inueſtiturã ſibi factam, ſed ſuffice rei ſaltem iurare ſe inueſtitũ eſſe. in c.i.§. ſi qs, uer. ſi aũt aliqs, ſi de inue. ſeu. inter dominum & uaſal.lis oriatur. c.i. de contẽ. inter dñm & fid. de inue. ſeu. per c.i. de contẽ. inter dominũ & uaſ. de inue. ſeu. & c.i. uer. ſi uero fuerit, ſi de inu. ſeu. cont. ſue. Neq; huic rurſum iudex ex ſuo arbitrio uaſallo adimere poterit iurm, & deferre dño, etiam ſi dñs ualidas pro ſe hẽat pſum ptiones, q̃a (ut ſupra etiam diximus) textus nuſq̃ ſe fundat ſuꝑ aliqua pſumptione, uel ſemiplena ꝓbatione, ſed ſolum ſuper poſſeſſione. per d.c.i. uerſi. ſi uero fuerit, in uerbo ꝑꝑ poſſeſſio
34 nẽ, ſi de inue. ſeu. cõtr. ſue. Prędictũ tamẽ ita intelligens, ſemũ uerum, ſi nõ uaſallus integro anno in poſſeſſione feudi fuerit, domino ſciente, & non contradicente. ita limitat textus, in d.c.i.§. ſi quis, uer. hęc aũt, ſi de inueſt. feud. inter dominum, & uaſ.lis oriatur. iũcto c.i.§. fi. de con. rec. ſeu. in uerbis ſi lõga poſ ſeſſio fuerit, hoc eſt protracta ultra annum. Et hęc obtinebũt non ſolum quando totum feudum tamdiu poſſedit, ſed ſufficit etiam, ſi partem eius tamdiu poſſedit, & aliam partem forte ante annum rurſum alteri ſubinfeudauit. in c i §. cum ãt ſi de inu. ſeu. cõt. ſue.

Hoc ergo caſu, rurſus dominus contrarium probare plene debebit, ſi contra uelit obtinere, ut ſupra docuimus in domino poſſidẽte. & ſi non poterit dominus, iam uaſallus iuramẽto ſe purgabit, ab omni ſuſpicione ea forma & modo quo ante docuimus.

Fuit primo prędictum in Caſtaldo & Guardiano: uel alias actor ex qui poſſidẽt feudum ultra annum, ſi ẽt contendat cũ dño de inueſtitura... ſibi inueſtituram factam. dño

id negante.Iſto enim caſu licet Caſtaldus uel Guardianus poſ
ſederit plus anno, debet tamen neceſſario per pares probare
inueſtituram ſibi factam,alias domino ſemper deferetur iu-
ramentum.in capitu.primo,de conten.inter dominum, & fi-
del.de inueſtii.ſeu.Et ratio in promptu eſt,nempe, quod alias
tales rerum gubernatores,omnia quaſi poſſidentes,quiduis ſi
bi pro ſeudo datum a domino dicerent,grauando dominum
probatione contraria,quod eſſet abſurdum,iniquum, & ad-
modum præiudiciale,dict.ca.1.de conten. inter dominum.&
fidel.in fine.quod etiam tum obtinebit quoque, cum aliud
feudum verum ab eodem domino abſque controuerſia hēt,
cum eadem militat ratio.capitu.1.verſicu.ſi vero Caſtaldus,de
feud.Guardię & Caſta.Fallit ſecundo(vt ſupra etiam diximus)
ſi nondum anno integro ſciente domino,vel diutius,ignoran
te domino,poſſediſſet,tunc enim æque per teſtes idoneos,vel
pares,probare debebit, alias domino iuſiurandum deferetur.
per cap.i.§.fina.de conſue. recti feud. & d.cap.1.§.ſi quis,verſi.
ſi autem,cum verſic.hæc autem, ſi de inueſtitu. feu. inter do-
minum,& vaſſalis oriatur.Hactenus docuimus quid fiet quan
do dominus poſſidet,ſecundo quando vaſallus poſſidet,& eſt
35 controuerſia de inueſtitura. Nunc videamus quid erit ſi neu-
ter poſſidet,de quo facit mentionem alibi gloſſa, in capit.1.ſi
de inueſtitu.feud.controu.fuer.in verbo,in poſſeſſione.& hoc
quando neuter eorum poſſit probare, nec vaſallus quod illi
debetur inueſtitura,nec dominus quod non debetur vaſallo.
Et certe gloſſa dicit,quod tunc reo deferri debeat iuramentū,
& non actori,cum fauorabiliores ſemper ſint rei partes,quā
actoris.l.fauorabiliores,ff.de regul. iur.quam gloſſ.ſequuntur
Docto.ibi.Sed paucis,non intelligo ſatis quid gloſſ.velit:nam
ſi conſtat dominum eſſe proprietarium ſaltem illius feudi,&
hoc confitetur iſte vaſallus inueſtituram petendo,hoc caſu,ſi
feudum a tertio aliquo adhuc detineretur, dico quod domi-
nus vendicabit illud feudum,eo mortuo,vt liberum, niſi va-
ſallus plene contrarium probauerit, vt in ſupradictis ſatis de-
clarauimus,argumen.l.altius,C.de ſeruitu.nam iſto caſu,licet
ab alio detineatur vt feudum,vel precarium,vel ſimili modo
non tamen eo minus dicitur dominus poſſidere, & ideo non
intelligo caſum ſatis illum,vbi dominus non poſſidet,nec va
ſallus,& ergo ſuperſedeo. Videamus nunc quid fiet quando
dominus & vaſallus de inueſtitura non controuertunt, ſed
duo vaſalli inter ſe de feudo ab vno domino accepto, vtroq;
dicente,ſuum proprium eſſe ſeparatim, altero tantum poſſi-
dente,de quo in cap.i.§.ſi autem inter,de lege Conrad. & ca.
i.§.ſi iudex,verſicu.ſi duo,de pace tenen.

Paucis,hoc caſu dicetis,ſi dominus ambos inueſtiuit,alterū
abuſiue,alterum realiter,& inter ſe contēdant(quia is domi-
nus iam iudex eſſe non poteſt,cum eum cauſa concernat,ſed
pares curiæ,ſi ſunt,vel ſi non ſunt,ordinarius,vt in parte præ-
cedenti declarauimus)iam licet dominus poſtea alteri tenebi
tur de euictione, poterit tamē alterum eorum apud iudicem
36 guarentiſare (ſine fraude tamen) hoc eſt,defendere & gratifi-
care,vt vult Aluaro.dicto loco(qui inquit,Tuſcum eſſe voca
bulum)dicens ſcilicet, alterum qui poſſidet bene inueſtitum
eſſe a ſe,alterum vero male,& tali caſu is obtinebit,pro quo
dominus guarentiſauit, niſi alius aduerſarius contra aliquid
inducere poterit.tex.in d.cap.1 §.ſi autem inter,in li.de leg.Cō.
Illud enim domini teſtimonium præſumptionem vaſalli ad-
37 modum confirmat.Ita quoque ſimilem textum alio loco in-
telligetis in dicto capi.i.§.ſi iudex.verſicu.ſi duo,de pace tenen
da,in hac parte admodum hodie de conſuetudine peccatur,ī
ueſtit enim dominus tot hodie vaſallos vno eodemque ī feu-
do,quot eſſe vaſalli affectant,ſiue agnati defuncti fuerint, ſi-
ue mere extranei.Aiunt enim domini manum perpetuo eſſe
extēſam,& apertam,quod certe probare nullo modo poſſum
cum iſtud ſit nihil præter fomentum litibus præſtare, ſcit etiā
dominus,vel ſcire omnino debet, quis verus ſit defuncti hæ-
res in feudo,cum genealogiam omnium prædeceſſorum pe-
nes ſe habeat,hunc ergo ſolum inueſtiet, alios reiiciet. Acci-
piendo enim a diuerſis ius ſuum(vulgo die heergev vee)non
poteſt non locupletari cum alterius iactura contra naturam
l.ſecundum naturam,ff.de condictio.indebi. At dicet aliquis,
ſi plures inueſtit, ſuo damno hoc faciet: nam tenebitur aliis
38 de euictione,ſeu alio æquiualenti feudo,vt iam alibi diximus
per capitulū primū, de inueſtitura de re aliena. fact.Sed huic
reſpondeo, hoc hodie conſuetudine peſſima non obſeruari
(proh dolor)certe ſi de euictione tenerentur,vel alio æquiua-
lenti feudo,vt ius requirit, profecto tot lites de feudo indies
non fierent,ſed ſatis,per me ſint omnia alba, vt inquit Perſ.
Nos ſolum iura feudalia ſcripta docemus, quæ præter æquita-
39 tem meram nihil præ ſe ferunt. Si vero hi duo qui litigant di-
uerſos adſerunt inueſtitores,iam certum eſt,quod nec domi-
nus,nec pares,erunt iudices,quia alter(quoniam alium adſert
inueſtitorem) non agnoſcit dominum alterius, ergo iuriſdi-
ctionem non habet,nec dominus, nec pares, vt ſupra docui-
mus.in parte præcedente 14. & ideo iam rurſum apud iudicē
ordinarium cauſa terminabitur,vel arbitrum,ſi compromiſe
rint.Sed an iam etiam vnius domini guarētiſatio aliquid ope
rabitur,vt in parte præcedente immediate diximus: Diceris,q
non,ſed iudex iam a duobus boni teſtimonii viris illius prouin
ciæ,vnde litigatores ſunt, per ſacramentum quæret, vter illo
40 rum abſque rapina poſſeſſor fuerit, & ille obtinebit. Si vero
cognouerit,alterum per rapinam poſſidere,is & feudum amit
tet,& duplum eius adhuc ſoluet.text.eſt elegans,& bene notā
dus,in dicto capitulo primo,§.ſi iudex, iuncto verſicu.ſi tres,
de pace tenenda.

Sed prædictis ceſſantibus, & partibus non ſufficienter probā
41 tibus,ſi ambo ſe poſſidere dicant ex perſonis diuerſorum do-
minorum,putarem quod hic iudex quo ad poſſeſſorium pro
cedere deberet,ſecundum interdictum,vti poſſidetis, edicto
cauendo,ita vt poſſiderent, conſtituendo p̄iudiciale iudicium,
interim inueſtigando,vter dominorum verus feudi dominus
fuerit, hoc enim vbi conſtat, tunc facile finis, quo ad partes,
inuenietur. Nam ſi alterum dominum verum eſſe compere
rit, ad eum vel eius curiam remittere iam ſtatim cauſam de
bet,vt in parte præcedente monſtrauimus. Si vero neutrum
eorum vere dominum eſſe perſpicit, fruſtra iam de inueſtitu
ra vel ſimili cauſa ageretur, commodum ergo iam eſſet in
poſſeſſione,ſi tantum alter poſſideret,§ commodum.In ſti.
de interdict.l poſſeſſiones,C. de probatio. ſi vero ambo vaſal
li poſſiderent,certe iam in poſſeſſorio pro eo pronunciaretur
qui litis conteſtatæ tempore,non vi,clam,nec precario poſſe
diſſet.per §.quorum,Inſtitu.de interdict. & quæ ibi notantur.
His præmiſſis de controuerſia inueſtituræ, nunc ordine videa
mus de aliis controuerſiis exiſtentibus, reſpectu feudi, vel in
42 ter dominum & uaſallum,vel duos vaſallos,vel dominum &
extraneum,vel vaſallum & extraneum.

Primo, ſi fuerit controuerſia vel inter dominum & vaſallū,
vel inter duos vaſallos de feudo,altero dicente, eſſe nouum
feudum,altero dicente,eſſe antiquum.Hoc caſu dicetis, ante
omnia agnatum in poſſeſſione feudi conſtituendum. textus
eſt in capitulo primo,in principio,ſi de feud.defunct. conten.
ſit inter dominum & agnatum vaſalli. Hoc facto, ille qui
43 aſſerit eſſe nouum, probare debet, capitulo primo,in fin.de
ſucceſſio.fratr.& gra.ſucc.in feu.§.primo verſicu. item placet,
de inueſtitu.in marit.fact.ſi vero probare non poſſet, vel ple-
ne probauit,ſed aduerſarius poſſidens contra probauit. Hoc
caſu cæteris paribus potius agnato iuſiurandum deferetur d.
capitu.primo, verſicu.item placet, de inueſtitu.in mari.fac.in
verbis,detur electio.Nec iudex illi illam prærogatiuam etiam
44 adimet,ſecundum ea quæ in ſuperioribus diximus. Et hoc iā,
quia præſumptio potius eſt antiquum quam nouum feudum
eſſe,eſt tex.in capit.1.In principio,ſi de feud.defunc.conten.ſit
inter dominum & agna.vaſal. ſi tamen iudex videret maiorē
præſumptionem pro eo eſſe qui nouum diceret, hoc caſu,re
licto agnato bene poſſet illi deferri iuramentum. ex §. ſacra
mentum,de conſue rect.feu & hoc eſt quod vult tex.in d.c.i.in
fi.de ſucc.fra.& grad ſucceden.in verbis, ſed ſcio aliter pronun-
ciatum. Sed contra hanc partem videtur fortiter pugnare iū
ſum.in d.cap.1.§.ſi vero, de content.inter me & dominum de
portio.feud.frat.mei.vbi diſceptatur ſuper feudo, agnato dicē
te,paternum,domino vero dicente, nouum vt Doct.omnes
ibi volunt,& textum intelligunt,vbi agnatus tamen ante om
nia non mittitur in poſſeſſionē feudi, nec etiam domino ni-
hil probante, iuramētum defertur, quod eſt contra multa iu
ra,iam in præcedentibus allegata.in cap.i.uerſi autem nōtue
rint,ſi de inueſt.feu.contro fuerit,& c.i.in principio, ſi de feu.
defun.conten.ſit inter dominum & agna.uaſal.& c.i. uerſicu.
item placet,de inue.in mari.fac.ſupra in eam partem a nobis
45 allegat.Paucis,Doct.ſe in illo cap.ita inuoluunt,aliis atq; aliis
aliter ſcientibus,ut uerum finem inuenire nequeant. In hoc
tamen omnes uno ore conſentiunt, uaſallum ibi aſſerere an
tiquum,dām uero nouum feudum eſſe,ſed ſi hoc certiſſimū
eſſet,eſſet certe contra omnia prædicta iura,quæ tamen ſunt
expreſſa.Quare,ne in correctionem capitulorum incidamus
licet Doctor.ita intelligant, equidem tamen longe aliter ſen
tio de dicto reſponſo,& moueor ex tribus, quare nolim Do
ctor.opinionibus acquieſcere. Nam primo, ſi uerum eſſet,
quod dominus ibi contenderet eſſe nouum feudum (ut uo
lunt Doctor.) & uaſallus aſſereret antiquum, tunc primo
agnatus non opus haberet,probare eſſe antiquum, ſed ipſe
dominus deberet probare, & ſi non probaret, ſufficeret a-
lius agnati iuramentum abſque coactione alterius alicu
ius probationis, ut eſt expreſſus textus, in capitulo primo
uerſiculo, item placet, de inueſtitura, in mari. fact.qui
loquitur de nouo, & antiquo feudo,& ſic recte in noſtro caſu
& iterum alius tex.in c.i.in ſi.de ſuc.frat.in quibus locis ſimpli
citer loquitur, non magis quod agnatus poſſedit totum uel
partē feudi,quam non,ſed iam dicitur in dicto reſpōſo expreſ
ſe,

ſe,in d.ca.i §.ſi uero,de contē.inter me & do.de port.ſrat.mei.
quando agnatus partem non poſſidet , quod tunc neque
agnatus , neque dominus iurabit . In uerbo. Nec mihi nec
domino,cum expreſſe alibi dicitur,ſi probationes defecerint,
quod ſemper eſt electio agnatis danda acceptandi iuramen-
tum.in d.§ item placet,& capitu.i. in fin. de ſucceſſ. ſrat. & in
46 capitu.i. ſi de feu.defun.contentio.ſit.Secundo,ſi verum eſſet,
quod Doctor.aſſerunt , non video ſi domino deferatur iura-
mentum , quod per hoc agnatus aliud ſeudum quod ab illo
habet amitteret , quod tamen textus expreſſe pro ratione ibi
aſſignat,quare nec domino iuramentum deferri poſſet,in ver
bis,Domino non vt ego propter hoc ſeudum aliud amittam,
&c. in dicto reſponſo. Ponūt enim caſum. d.c. hoc modo,ꝙ
duo filij patris defuncti feudū diuiſerunt, altero ſine legitimo
hærede decedēte,frater partem ſtatris defuncti habere voluit
quia dicebat feudum paternum , dominus vero negabat pa-
ternum,ſed dicebat nouum fuiſſe,& ſic quod vel ipſe a nouo
ſeparatim illis dediſſet , vel eius prædeceſſor , in quo ſibi mu-
tuo fratres non ſuccedunt.per capitu.j.de duob.frat. de nouo
benefi.inueſt.Sed ponamus iam vtrunque.ſcilicet,quod agna
tus non poſſidet,& domino deferretur iuramentum ſuper eo,
an per hoc agnatus ſuum ſeudum quod illi ſeparatim datum
fuit ab iſtomet domino,vel prædeceſſore eius,de quo nec con
trouerſia nec dubium eſt,amittet:cum ſolum ſit iuratum ſuꝑ
feudo,aut parte ſeudi fratris:Et certe hoc nullo iure probatur
imo eſſet iniquiſſimum,quod pars ſeudi mihi auferretur , de
qua nulla controuerſia eſt, propter delatum iuramentum ſu-
per feudo fratris mei,de qua dubitatur:, nouum an antiquum
fuerit.Certe contrarium potius eſſet dicendum,argum. capit.
j.verſicu.ſi vero ſeudum aliquis, ſi de inueſtitu. ſeud.controu.
fuerit.quare ego dictum textum,d.capitu i.§. ſi vero, de cont.
inter me & dominum,de por.frat. mei. aliter intelligi debere
putauerim.Et primo dico,quod dominus ibi nuſquam contē
48 dat nouum ſeudum eſſe,licet agnatus aſſerat antiquum.Et er
go textum in tali caſu loqui arbitror,nempe, quod dominus
dederat defuncto nouum ſeudum,quod ſeudum quo ad me-
dietatem,libelli nomine in ſuum fratrem alienauerat (quod
olim potuit per capitu.j.qualiter olim ſeu. pot. aliena.capitu.
i.de aliena.ſeu. cum ſimilibus) vel dedit illi pro parte iterum
in feudum, quod etiam hodie vt olim potuit. d. capitu. j.§.ſi
autem diſſentiente.qualiter olim ſeud.pote.aliena. capitu.j.§.
Callidis,& §.illud quoque,de prohibita feud. alien. per Fede.
nunc mortuo fratre vero vaſallo,dominus voluit ſibi vēdica
re feudum defuncti,vt nouum, quia ſine liberis deceſſerat , d.
cap.j.§. ſi autem diſſentiente,qualiter olim,iuncto capitu.i.de
aliena.ſeu.vbi hæc probantur . frater vero agnatus voluit ſibi
illam partem fratris ſui vendicare , vt feudum antiquum. hic
nunc eſt diſceptatio inter hos duos,& quæritur,quid nunc ſie
ri debeat:Et certe iam textus in principio dicit, ſi frater ſuper-
ſtes poſſidet partem fratris defuncti(ita ego intelligo, licet alii
Docto. contra intelligant de parte ſuperſtitis)vel deſiit poſſi-
dere,quia ſorte alienauit,quod hoc caſu etiam,quaſi poſſide-
ret , tamen ſuo iuramento contra dominum obtinebit partē
49 fratris ſui,vt ſupra alibi dictum fuit.per capitu.i §. cum autem
ſi de inueſtitu.feu.controuer.fuerit. nam quod ante diximus,
non poſſidenti non deferri iuramentum,ſed probare debere,
intelligitur de his qui nunquam poſſederunt , & ſic loquitur
textus,in d.capitu.j.de conten.inter me & dominum, de por.
frat. mei . vſque ad verſiculum , ſi vero.Nunc ſecundo,ſi fra-
ter agnatus non poſſidet,nec poſſidere deſiit partem fratris de
functi,quod iam fiet quæritur in dicto capitulo,Certe iam di
citur , quod iuramentum nec domino nec agnato deferetur
(poſſunt tamen bene probare.dicto capitulo j.in fine,de con
tentio. inter me & dominum de por. ſrat. mei.) Agnato non
defertur,hoc eſt,fratri,quia quando non poſſidet,tunc non de
fertur,hoc eſt,fratri,quia quando non poſſidet, tunc non de-
ferrur iuramentum agnato,ſed per pares curiæ debet probare
ſi vult obtinere,per capitu.j.verſicu.ſi autem non fuerit , ſi de
inueſtitu.ſeud.controuer.fuerit.vt in fine d.capitu.dicitur,alias
præſumptio eſt pro domino,qui obtineret,ſed quare domino
etiam ibi non defertur quod videbatur fieri debere?Certe tex.
iam dat rationem , quia per hoc(inquit)aliud ſuum ſeudum,
quod a fratre accepit,amitteret,nam feudi natura eſt,quod li
cet poſſet rurſum ſubinſeudari,vel ad medietatem alienari ad
libellum,quod tamen reſoluitur morte alienantis & decedē-
tis ſine legitimo hærede,c.i.qualiter olim pot.feu. alien. capit.
i.§.rurſus,quib.mod.feu.amit.ti.r.,ſi ergo hic admitteretur do
minus ad iuramentum,eo ipſo quod iuraret , defunctum ha-
buiſſe a ſe nouum iſtud ſeudum , ex conſequenti tunc ſtatim
eodem iuramento conſequeretur, partem feudi fratris ſuper-
50 ſtitis,accepti,vel per libellum a defuncto,vel per ſubinſeuda-
tionem.Sed dicet aliquis,nūquid ſuperſtes ſemper amittet par
tem ſuam , etiam ſi dominus ſolum partē defuncti vendicet,
vt ſeudum nouum:Dicemus, quod ſic:ſed tunc non per iura-
mentum,tantum , ſed per probationem , quia agnatus eſt in
poſſeſſione partis ſratris defuncti,& ergo aſſerendo eſſe ſeudū
ſuum,dominus neceſſario iam probare habet per pares curię
& non per ſolum iuramentum , quod ſi ſacere non poterit,
poſſidens per ſolum iuramentum ſe purgabit, & obtinebit,ꝑ
dictū capitu.i.§.ſi vero fuerit in poſſeſſione,ſi de inueſtitu.feu.
controuer.fue iuncto capi.i.in principio,de conten. inter me.
& dominum de por.fra.mei.Nec huic alius obſtat tex. in ca.i.
verſi.ſi autem non fuerit,ſi de inueſtitu.ſeu.conten ſue.in 2.re
ſpon. quia ibi erat controuerſia de inueſtitura ſuper integro
feudo,hic ſolum ſuper parte,ſuper qua ſi admitteretur iurare,
iuraret totum feudum,& quod defunctus reliquit cum parte
quam frater accepiſſet,vnum nouum feudum eſſe, & in par-
te illa fratrem ſolum ſubinſeudatum,& ſic ambas ſimul par-
tes recuperaret ſub iuramento.Recte ergo inquit tex.dicto ca
pitulo,j.de conten.inter me & dominum de por. ſra. mei.do-
mino non vt ego ꝓpter hoc aliud meum feudum amittam.
Quæ verba ita intelligenda arbitror, Tamen me ſemper ſubii
ciendo iudicio ſaniori.Et verba etiam illa ibidem poſita.in d.
capitu.i.de conten.in.me & dominum. Tanquam habuerim
partem meam.putarem non male ita legi poſſe,Tāquam ha
buerim partem mediam,ſcilicet,per libellum, vt olim tātum
licuit alienare,capitu.i.de aliena.feu.capitu.i.qualiter olim.&
d.capitu.i.verſi.rurſus,quib.mod.ſeud.amit.ti.i. vel partem me
diam intelligi datam in ſeudum iterum fratri : nam vt olim
ita & hodie totum feudum licite iterum ſubinſeudari poſſit ſi
ne conſenſu domini,ita quoque & media pars,vtrūque pro-
51 batur in dicto capitu i.verſic.ſi vero vel totum, qualiter olim
pote.ſeud. in quibus ſemper ſiue ſecundum ius vetus , quo ad
libellum intelligas,quod tum valebat, ſiue ſecundum ius no-
uum de infeudatione,iterum obtinere hic §. hodie poteſt.Et
haud dubie,ſi ſecundum interpretationem Doctor. intelligi
deberet,impoſſibile quaſi eſſet, quod ſe qs illa interpretatio-
52 ne,ex d.§.extricare iuſte poſſet.Secundo nunc videamus,ſi cō
tentio ſit inter dominum & vaſallum de ſeudo,domino dicē
te,caſtrum quod vaſallus poſſidet in Guardiam illi datum,va
ſallo dicente, in feudum illi datum ſeu conceſſum , quid fiet:
Et certe hoc caſu diceris,quod dominus grauabitur probare,
ſolum in Guardiam conceſſum, hoc facto vaſallus tenebitur
tunc domino reſtituere,niſi probare potuerit per pares curiæ
vel breue teſtatum,poſtquam in Guardiam ſuſcepiſſet ſe a do
mino pro feudo inueſtituram accepiſſe,hæc probantur in ca
pitu.i.§.item ſi vaſallus,ſi de inueſtitu ſeu.controuer.fue.Et iō
hic requiruntur pares,quia agitur de noua inueſtitura, quæ ꝑ
pares neceſſario ꝓbari debet, ſi tūc,vt ſupra diximus, habuit.
53 Si vero dominus non potuerit probare in Guardiam illi con-
ceſſum , hoc caſu vaſalli rurſum iuramento(ſi anno , ſciente
domino,poſſedit)res ſedabitur. dicto capitu.i. §.item ſi vaſal-
lus,ſi de inueſtitu.feud.controuer.fue.Nec huic textus ille ob
ſtat,vbi dicitur,quod is onere probādi grauabitur , qui aſſerit
non eſſe guardiæ,capitu.i.verſic.ſi vero Caſtaldi,de feu.Guar.
& Caſtald.quia ibi confitebatur vaſallus ſe nomine guardiæ
poſſediſſe,nunc illo caſu bene verum eſt , quod vaſallus pro-
bare debet inueſtituram factam,d.capitu.i. verſicu. ſi vero,de
feud.Guard.& Caſtald.ſecus vero, vbi vaſallus negat , ſe nun-
quam in Guardiam ab illo habuiſſe, vt hic,illo enim caſu dn̄s
probare debebit.in cap.primo,§.item ſi vaſallus,ſi de inueſtit.
ſeud. controuer.fue. ita quoque diſſoluit Zaſius in ſua duode
cima parte,fol.83.& Aluar.in capit.i.§.item ſi vaſallus,ſi de in
ueſtitu.ſeud.controuer.fue.Nec obſtat quoque aliud ibi reſpō
ſum de Caſtaldo,in c.i.de cont. inter dominum & fidel. quia
illic rurſum conſtabat Caſtaldum eſſe,& dominus negabat in
ueſtituram factam,hic vero dominus confitebatur inueſtiuiſ
ſe de feudo Guardiæ,quod tamen vaſallus negabat,quia dixit
ſe non fuiſſe eius Caſtaldum vel Guardianum,alias,ſi hoc cō
feſſus fuiſſet, debuiſſet probaſſe , vel ante vel poſt Guardiam
ſe accepiſſe in feudum,per pares curiæ.per capit.i.verſicu.ſi ue
ro,de feud.Guar.& Caſtald. Quæ ſupra de Caſtaldo & Guar-
diano diximus, eadem dicetis in caſu ubi dominus dicit , ca-
ſtrum pignori ſaltem uaſallo datum , uaſallo dicente contra,
ſibi in ſeudum conceſſum ab eo.tex.eſt in d.capi.i.§. ſimiliter,
ſi de inueſtit.ſeud.controuer.ſue.
54 Tertio,ſi contentio ſit inter agnatum & filiam ſuper ſeudo
agnato dicente feudum eſſe,filia negante feudum eſſe, ſed al-
lodium.Dicetis,quod ante omnia filia mittenda erit in poſſeſ
ſionem rei controuerſæ , ſiue agnatus poſſideat,ſiue non,gl.
in capit.primo,de controuerſi.inter maſcu.& fœmin.& cap.i.
§.primo,ſi de feud.defunc.conten.ſit inter domin. & agn.uaſ.
Et ratio huius eſt,quia filia habet ſuam exceptionem paratā,
uidelicet,ſe dominam eſſe bonorum defuncti patris,ſicut ip-
ſe pater fuit.ex l.ſiue poſſidetis,C.de proba.cum ibi not. Et ſic
rē illam patris eſſe liberam,quamdiu nō probetur ꝯtrium,exi
ſtēte iam ea in poſſeſſione,ſi agnatus nihil ꝓbare poterit,nec
eſt ulla pro eo præſumptio , hoc caſu putarem , eam quo

ad agnatum in poſſeſſione ſeruandam,nec conſtringi ad ullũ
iurm.per c.i.§.fi.de conſue.rec.feu. Si uero agnatus aliq̃ p̃ſum
ptionẽ ꝓ ſe hẽt,probãs,nẽpe uno pari, uel aliis idoneis nõ tñ
ſufficientib hoc caſu dicetis,ſi filia apertis ꝓbationibus ꝓbare
non poſſet eſſe allodium,vel ſaltem fœmininum fuiſſe feudũ
credendum potius agnato cum ſuo iuramento,quam fœmi-
næ,tex.eſt in c.1..de contr.inter maſcu.& fœmi.§ i.ſi de feu.de
ſun.conten.ſit inter dominum & agn.vaſ.ca.i.§.ſi contentio,
de cap.qui curi.vend.quia lex expreſſe rurſum defert iurm po
tius agnato quam filiæ,quod arbitrium rurſus iudex illi aufer
55 te non debet,vt ſupra diximus. Et ratio, quod agnatis potius
deferatur quam filiabus,illa eſſe poteſt, qa præſumptio potius
pro agnatis eſt quam filiabus,cum fœminæ in feudo nunquã
ſuccedant,niſi pacto,vel ſimilibus,hoc cautum ſit,vt alibi ſu-
pra docuimus in nona parte. Quæ autem hic diximus de agna
to,multo magis obtinebunt in filio conuertente ſuper feudo
hoc modo,cum ſorore,vel nepote cum nepte,& ſimilibus.
56 Quarto,ſi controuerſia fuerit inter dominum, & filiam de-
functi,dño dicente eſſe feudum,filia negante, hoc caſu dice-
tis,rurſus filiam in poſſeſſionem mittẽdam, & quod amplius
eſt,hic iuramentum filiæ potius deferendum,quam ipſi dño,
tex.eſt in d.c.j.de contr.inter maſ.& fœmi.c.j.§.j.verſi.defunct.
milite.ſi de feu.defun.conten.ſit inter dominum & agna.vaſ.
Et rationem huius differentiæ inter agnatum & dominum
puto eſſe,quod maior præſumptio eſt pro agnatis quam pro
domino,reſpectu filię,cum ſint agnationis prędeceſſoris com
munes,de quo non dubitatur,quoniam feudum habuiſſet, q̃
præſumptio ita in domino cadere non poſſit, cum ſit quaſi
57 extranea perſona,reſpectu filiæ Et ergo quum filia duo pro ſe
hic habeat,poſſeſſionem videlicet,cum dominii præſumptio
ne.ex d.l.ſiue poſſidetis.Secundo, præſumptionem libertatis
rei ſuæ,ex l.altius,C.de ſer.cæteris paribus, potius filiæ quam
domino defertur.
58 Quinto,ſi contentio ſit inter dominum & emptorem feudi
domino dicente eſſe feudum, emptore negante: hoc caſu,ſi
emptor poſſidet domino in probatione deficiente,cæteris pa
ribus, potius emptori iuramentum deferetur quam domino.
c.j.verſi.item ſi ſit inter,de contro. inter maſ. & fœ Et rurſum
ratio huius eſt,quod vnaquæque res libera præſumitur,quam
diu non probatur ſeruire.d.l.altius,& l.ſi quis ædem, ff.de ſer.
vr.prædio.Si vero non poſſideret adhuc feudum emptor,hoc
caſu putat Iaco.Bel.quem ſequitur Aluaro.in c.i.de contro.in
50 ter maſcu.& fœmi.emptori non deferendum,quos tamen ſa-
tis non intelligo quid velint,nam dominus ſi agere velit erga
poſſidentem,rei vendicationem intentabit,cum ſit actio rea-
lis,ſi vero non poſſidet, non video quo modo cum eo agere
poſſet,nam emptor agere ad traditionem non poteſt cum do
mino,ſed cum venditore, vel eius hærede, ſic econtra domi-
nus,quia non contraxit cum iſto emptore,non poteſt aliquã
habere actionem cum eo perſonalem, §. j.Inſtitu.de action.
nec realem,quia emptor non poſſidet, debet ergo dominus
neceſſario cum vẽditore,vel eius hærede agere.Non video er
go, quomodo hic locum habere poſſit iuramenti delatio in-
ter dominum & emptorem feudi nondum poſſidentem: vos
cogitate: prædictum tamen (in quinto caſu ſupra) limitabitis,
verum eſſe, niſi venditor vaſallus in dicto loco vbi res ſita eſt
vendita,maiorem partem bonorum habeat in feudum ab ip-
60 ſo domino.Hoc enim caſu præſumeretur pro domino potius
eſſe quoque feudum, & ſic domino potius iuramentum eſſet
deferendum,quam emptori.Secus vero,ſi vẽditor vaſallus bo
nam partem vel maiorem ibi habeat liberam.hæc probantur
in c.i.in fi.de controuer.inter maſcu.& fœmi. & ibi Alua.
61 Sexto,ſi contentio ſit inter emptorem & vaſallum de feudo,
vaſallo dicẽte ſuum eſſe, emptore vero (quoniam a domino
emit) negante,hoc caſu, ſi emptor poſſidet, vaſallus probare
debet.Si vero probare non poſſet,tunc cęteris paribus electio
rurſum emptoris erit,veritatem iureiurando decernere. cap.i.
§.ſi contentio,verſic.& ſimiliter,de capita.qui cur. vend.
Septimo,ſi contentio ſit inter vaſallum & extraneum de feu
do,iam vaſallus ſtatim hoc denuntiare debet domino ſuo, vt
eum defendat, quod ſi facere recuſauerit, aut non venerit,iã
feudo euicto ab extraneo, dominus ſuo vaſallo tenebitur ꝓ-
uidere de alio feudo ęquiualenti, vel tantum numerare pecu-
niarum, ex quibus eiuſdem bonitatis feudum habere poſſit.
cap.j.ſi de feudo vaſal.ab aliquo interpel. fue. Hoc tamen ve-
rum,ſi certum eſt, vaſallum rem iſtam in feudum a domino
habuiſſe.Secus,ſi dominus negauerit,dicendo, nunquam a ſe
rem illam in feudum accepiſſe,iſto enim caſu, ſi vaſallus ido
62 neis teſtibus,vel publico inſtrumento probare non poſſet,ab
illo vel eius prędeceſſoribus acceptum,dominus ſuo iuramẽ
to ſe purgabit.d.c.i.in fi.ſi de feu.vaſ.ab aliquo interpella.fuer.
Ex prędictis primo ergo infertur, ſi vere conſtat feudum acce
piſſe ab illo domino,& non denunciauerit,iam nõ poſſe age
re cum domino de euictione.d.capitu.j.& ibi Docto.

Secundo,ſi amiſit compromittendo in arbitrum, non coa-
ctus ſtatuto vel conſuetudine l.ſi dictum.§.ſi compromiſſo,ff.
de euictio.vbi Barto.& Aluar.Martin.Lau.in c.i.ſi de feu.vaſ.
ab aliquo interpella.fue.
Tertio,ſi culpa amiſit. Quarto,ſi per imprudentiã iudicis ami
ſit.l.ſi per imprudentiam,ff.de euictio.
Quinto,ſi vaſallus non appellauit, vel domino non denun-
tiauit, vt appellaret,vel appellauit,ſed ſuo vitio cauſam ꝓ p̃
ſcriptione amiſit,rurſum nõ agit de eui.l.Herẽnius,in fi.ff. eo.
63 Sexto,fallit etiam,ſi vaſallus ſciẽs alienam rem eſſe,accepta
uit in feudum, citra prouiſionem de euictione,capitulo i.de
inueſtitur.de re aliena.fac.& plures limitationes apud Aluar.
in d.capitulo i.videre licebit.Et de materia huius denunciatio
nis,quomodo fieri debeat in caſu euictionis, notatur plene
alibi in gloſſ.l.ſi rem,in fin.ff.de euictio.vbi etiam Docto.Po-
ſtremo,nunc videamus aliquid de incremento, quod duplex
64 eſt,nempe,fortuitum & induſtriale.Primo, ſi cõtrouerſia fue-
rit inter dominum & vaſallum de incremẽto feudi, domino
dicente ad ſe pertinere,vaſallo hoc negante, hoc caſu, ſi do-
minus partem ſibi ſeruauerit in eadem curte, tunc incremen
tum pertinebit ad dominum.capitu.i.§.ſimiliter, verſic. ſi qs,
ſi de inueſtitu.feudo.controuer.fuer.Et hoc verum, niſi vaſal-
lus contrarium probare poſſet,conuentum inter eos, vt om-
ne incrementum haberet,d.capitu.i § ſimiliter, verſic. ſi quis,
ſi vero dominus nõ reſeruauerit ſibi partem, iam vaſallus ha
bebit iure feudi incrementum,tam cohęrens quam ſeparatũ
de quo alibi.in l.ſi fundi, ff.de vſufruct. & hoc ex natur.feud.
per d.§.ſimiliter,verſic.ſi quis de manſo.& ver.ſed ſi dominus
65 in verbis tunc omne incrementum.Et ſic in eo melioris con-
ditionis eſt vaſallus quam vſufructuarius, q ſolum incremẽ-
tum cohęrens ſuum facit, non etiam ſeparatum, vt inſulam
circa fundum vſufructuarii natam.d.l.ſi fundi verſicu. huic vi
cinus,ff.de vſufruct.Textus enim qui eſt in dicto verſiculo,ſed
ſi dominus indiſtincte loquitur, & ergo a nobis indiſtincte in-
66 telligendus.l.de pretio,ff.de publi.in rem actio. Si vero vterq;
dominus & vaſallus aliquid in curte habuerint, (vt primo di-
xi) iam ſi ſeparatum incrementum acceſſit,vt inſula, & vaſal
lus in poſſeſſione inſulæ ſeu incrementi ſeparati,vel cohęren
tis fuit,toto anno,domino ſciente,certe iam ſufficit ſolũ iura
67 ra vaſallum,ſic intelligo,d.§.ſi quis de manſo.verſicu. ſi vero
fidelis,iuncto capitu.i.§.ſi quis,verſi.hæc autem, ſi de inueſt.in
ter dominum & vaſ.lis oriatur.iuncta etiam l.3 ff.de acquirẽ.
poſſe.ſed quid ſi expreſſe aliquis feudum ab aliquo accepiſſet
cum omni incremento,an ne incrementum faciat plene ſuũ
ita vt illo facere poſſit ꝙ uult, ſcilicet alienare,& uendere ſim
pliciter: Certe uidetur,quod non,ſed quod cenſebitur iure feu
di,c.i.§.ſimiliter,uer.ſed ſi dominus,in fine,ſi de inueſt. feu.cõ
68 trouer.fuerit.& quod ergo erit feudale,ut principale. Sed pau
cis,dicetis illius plene eſſe dominium, & poſſe relinquere ubi
uult,ut allodium & proprium, per text.in capitu.i §.rurſus.ſi
de inueſt.feud.controuer.fuer.& hoc indifferenter etiam,ſi de
nouo feudo inueſtitus ſit, & ſine liberis deceſſerit,ęq; ad ſuos
hęredes quoslibet tranſmittere poſſet ut allodium, irrequiſi-
to domino,uel etiam in uita uẽdere,uel donare quibuslibet.
Pręterea, ſi ex ſubinfeudatione accepiſſet,& mortuo datore,
hoc eſt,ſubinfeudante,ius illius ſolueretur, recuſans iam pri
mum dominum recognoſcere,de quo in capitu.i.in fin.quali
ter olim feud.poter.alien. ęque tamen quod accreuit interim
quamdiu ius acceptoris ſolutum non fuit,tenebit, principale
uero feudum reſtituet ſolum.d.§ rurſus.Si uero,poſtquam ius
datoris reſolutum eſſet,aliquid accreuiſſet, hoc cum principa
li debet reſtitui illi domino,cui competit, nempe domino ſu-
periori,ita textus in d.§.rurſus,in fine. qui eſt admodum nota
bilis & ſpecialis in hoc,quo ad uſumfructum,uel uſufructua-
69 rium,qui incrementum ſemper reſtituit.d.l. ſi fundum, & ibi
Docto.Non obſtat prędictis textus alibi,in capitu.i § ſimiliter
verſicu.ſed ſi dominus,ſi de inueſt.feud.controuer fuer. ubi ui
detur,quod debebat iure feudi habere, qa textus ille obtinet,
70 quando non conſtat, an inueſtituram cum omni incremen
to acceperit,in dubio ergo illic iure feudi tenet, ſecus ĩ noſtro
caſu,ubi certe conſtabat, quod cum omni incremento habe
ret,textus eſt clarus,licet Doct. ſe maxime torquent. Nec ob
ſtat quoque quod Docto.putant,in dict.§. rurſus. quod in ſub
infeudato textus ita procedere non poteſt,cum non potuit il-
li ſubinfeudari aliis legibus,quam primo uaſallo datum fuit,
in pręiudicium domini,per §. ſimiliter, de leg. Conrad.quia
vicetis,quod ſubinfeudans in dicto reſponſo d. §.rurſus, acce
perat a domino cum omni incremento,& ſic bene potuit ea-
dem lege rurſum ſubinfeudare,ut quoque Martin.Laud.be
ne tenet contra alios.Et hęc ſufficerint de incremento,quod
caſu accedit feudo. Videamus iam quoque aliquantulum de
71 cremento quod feudo induſtria accedit.Paucis,ſi uaſallus feu
do per emptionem aliquod prędium adiecerit, vel ſimile,
hoc omnino ad uaſallum pertinere debet, quia per ſe
ſub

ſubſiſtere poteſt ſine corruptione feudi.cap.j.§. econtrario,
de inueſti.de re alie.fac. Et hoc caſu ſi ad dominum forte re-
diret feudum, non tamen teneretur vaſallus domino relin-
quere, quia non eſt in feudo.ita loquitur textus,in d.§. econ-
72 trario †Si vero vaſallus aliquid fundo feudali inædificauerit,
vel ædes meliorauerit,certe hoc caſu in electione domini e-
rit vel precium impenſatum reſtituere, vel admittere id qđ
factum eſt, vt adimatur.ita loquitur tex.in §.ad hoc,ver.ſi va-
ſallus hic fi. lex,deinde conſue. reg.incip. quod tamen Mart.
Lauden.limitat. dicto loco. niſi ad dominum propter deli-
ctum feudum rediret,quo caſu putat, illum ſimul & omnes
impenſas,& inædificationes,ſeu reſtaurationes amittere, qđ
tamen vix credo eſſe verum. Sed quid ſi ſeruitutem feudo
acquiſierit pecunia,donatione,vel ſimili modo,an iam etiã
dominus illius precium reſtituere debeat? Et certe putaue-
rim cum Accur.in dicto verſicu.ſi vaſallus,in gloſ.verbi ſol-
uat,in fine,hic finitur lex. &c. dominum debere illi reſtitue-
re precium, quod pro ſeruitute acquirenda expoſuit, vel ſi
gratis,æſtimationem (quãquam aliqui putauerint olim om
nino ad dominum pertinere, cum per ſe ſubſiſtere non poſ-
ſet.vt habet tex.in §.econtrario,de inueſt.de re ali.fac. & di.§.
ad hoc,verſicu.ſi vaſallus, in fine hic finitur lex.quod etiam
Aluarotus in d.§.ſi vaſallus, & communiter Doctor.omnes
ſequitur) cum non poſſit non iniquum eſſe cum alterius ia-
ctura locupletari.l.ſecundum naturam,ff.de regu.iu.

Et hactenus hæc de controuerſijs feudi ciuilibus ſuffece-
rint:nunc quomodo in criminalibus ſit probãdum, & quot
teſtibus, vbi de felonia commiſſa agitur vtrinque & ingrati-
tudine.Paucis ſubijciamus,& primo licet duo regulariter ad
probandum ſufficerent.l. vbi numerus, ff.de teſtibus.hic ta-
men ad ingratitudinem probãdum,teſtes quinque idonei re
quiruntur.cap.pri. quot teſtes ſunt neceſſa. ad ingra. proban.
74 †Et ratio fuit, ne facile per redemptos teſtes a domino vaſal-
li fraudarentur, quam rationem etiam dat Iuſtinianus alibi.
in l.teſtamentum,C.de teſtibus. Nec dubitandum fuerit, qn
dictus textus pro lege.ĩ d.c.j.quot teſtes ſunt neceſſa.ad ingra.
proban. ſeruandus ſit, dum communiter a Doctoribus ſub-
ſcribatur. in dicto capit.j. quot teſtes ſunt neceſſa. licet gloſ.
ibi contra ſentiat. vbi vero ſufficienter probari non poteſt,
quia nemo forte adfuit,& dominus vaſallum infidelitatis ar
guit, vel econtra vaſallus dominum, tum per purgationem
vulgarem res expediri debet.cap.i. §. non eſt conſuetudo,de
alie.feu.pater. vbi glo.& Docto. Aluaro.in cap.j. verſi.ſi quis
homines,& in §.ſi ruſticus,de pace tenenda.& toto titu.qua-
liter quis ſe defen.deb.in ll.Longob. Videamus ergo,quomo-
do vulgaris iſta purgatio fieri debeat, aut ſoleat, (ne quid
ignoretur) & an hodie ſeruãda ſit, an non, & quotuplex ſit.
75 †Primo ergo dicendum, purgationem vulgarem duplicem
eſſe,vel diuinam vel humanam. Diuina eſt, quæ per iudi
cium diuinum fiebat,& multis modis hæc contingebat: nã
cum quis de crimine diffamabatur,debebat aliquando igni-
tum ſeu calens ferrum,de loco in locum deferre,deputatum
per iudicem (exiſtimabant enim, Deum adiutorem iuſtorũ
futurum) quo facto ſi aduſtio aliqua manebat, tanquam di-
uinitus crimen eſſet probatum, puniebatur: ſi minus,abſol-
uebatur: & hoc ſolitum fieri in Liuonia,probat textus alibi.
in cap.fina.extra, de pur.vulgari. Et meminit huius quoque
alio loco Canon.in cap.Mẽnã.ca.conſuluiſti, 2.quęſtio.4.&
ex literis extra de exceſſ. prælato. Alio modo purgatio fiebat
cum aqua feruente,vel bulliente, cuius meminit idem Ca-
non.in d.§.Mennam,& c.conſuluiſti 3.quęſt. Tertio fiebat ꝑ
ignitos vomeres, mandabantur enim in hac cauſa a iudice
igniri nouem vomeres,& ſucceſſiue ordine poni in terra cer
to ab inuicem ſpatio (nouem puta pedum,aut vt iudici pla-
cuit) diffamatus vero ſe cupiens purgare de obiecto crimi-
ne primum ignitum vomerem ad vltimum deferre abſque
læſione debebat:ſin minus poterat, reus habeatur .l.fina.de
pari.ll.Longobar.Et hęc de diuina purgatione.Secundo, pur
gatio fiebat quoque per humanum iudicium, hoc eſt, per
pugnam,ſeu duellum:putabant enim, quod vincens verum
dixiſſet: alias,ſi ſuccumberet, eſſe reum.vt toto titu.qualiter
quis ſe defen.deb.in ll.Longo.& de eo eſt tex.in cap. j. §.ſi qs
homines,& §.ſi ruſticus,de pace tenen.& in d.cap.j.§.non eſt
conſuetudo,de alie.feu.Et conſcripſit de duello Paris de Pu.
tractatum elegantem,& Alciatus de ſingulari certamine tra
ctum,& Iacobus Rebuff.de eo eleganter alibi.Hæc purgatio
pugnæ multis fiebat olim ex cauſis, vt videre licebit apud
Baldum.in cap.de pace tenen.Sed maxime in delictis, quum
infidelitas vel felonia plene probari non poterat per accuſa-
torem,vt ergo raptim quoque hac de re aliquid indicem, cũ
pleriſque in locis hodie etiam ſibi locum vendicet, ſciendũ
primo,duelli procuratorem infamem eſſe non poſſe, & ita
non furem,prædonem,ſicarium, vel ſimili macula contami
natum: nam vt hi accuſare non poſſunt: ita quoque nec in
duellum prouocare. ita Alci. in ſuo tractatu de ſingulari cer-
ta.& Paris de put.lib.7. quæſt.vndecima. In prouocato vero
hæc non obſtabunt:nam qui ſceleſtum inuitat,eius congreſ
ſum detractare non debet,habet enim quod ſibi imputet, q
76 huiuſmodi virum compellauerit. Sed quibus armis pugna-
bunt? Certe dicendum,militaribus,ſi milites fuerunt,non ẽt
fuſtibus ita glo.in dicto § non eſt conſuetudo. & §.quibuſcũ
que,qualiter quis ſe defen.deb.in ll.Longobar. & æqualibus,
hoc eſt,eiuſdem longitudinis,formæ,& qualitatis.ita Rebuf.
in dicta l.i.de gladiato.libro 11.interim electio armorum,q-
bus vti deſiderat,penes prouocatum erit:& hoc, ne aſſuetus
77 inſuetum illiuſque artis inhabilem ſupprimat,†& incautum
peſſundat ita tamen vt prouocanti,ſi prouocatus duplicibus
78 vti inſtrumentis affectat,idem concedatur,tum temporis tã-
tum,quantum ſatis illi eſſe poſſet,in eo armorum ludo,quo
79 nunc prouocatus eſt,vſum aliquem comparandi, vel a lani-
ſtis chironomiæ,vel acrochiriſtis. Atque hoc quoque curan
dum maxime fuerit, vt ſi prouocatus vnoculus, aut vnima-
nus,exiſtat ſimiliter, vt & prouocanti vnus occludatur ocu-
lus,& vna manus ſtringatur.ita pulchre Bald.in cap.pri.de pa
ce tenen.† Quod tamen non obſeruabitur in prouocante de
80 ſectuoſo,cum is ſibi imputare poſſet,quod integrum talem
prouocarit. Alciat.dicto loco.is enim non neceſſitatur vt ꝓ-
uocatus:hoc etiam cauendum erit, alter ne lapide alectorio
ex ventriculo galli gallinacei cæſo,ore gerat, quem eius eſſe
naturæ Marcilius Ficinius eſt,vt in duello inſuperabilem per
duellem efficiat:nec herbis, vt pœonia,nec aliis magicis in-
ſtrumentis,corpus quibus a læſione immune redditur. Atq;
ideo hæc ſi alter veretur ab altero, iuramento coarctandus
erit,vt abijciat.l.nullus, qualiter quis ſe defen. deb.in ll.Lon-
gobard.& Rebuff.in l.1.C.de gladia.lib. 11.qui tamen fidem
non habent iurato, limen ſtadij ſaltu tranſilire ſolent, quo
magica,& id genus ſimilia occulta, nulla irritaque faciant:
81 duello iam incepto finem imponet ſolis occaſus, vno ſi die
confici conſuetudo,ſtatutum,vel lex habeat:tum enim ſi ꝓ-
curator non proſtrauit, vt reus condemnabitur procurato,
abſque pugnæ reiteratione, dummodo tempore legitimo,
82 hoc eſt,Phœbo mane apparente,vterque vel ſolus prouoca
tus præſto fuit,nec quicquam detractauit,& quis prouocans,
& quis prouocatus habeatur,docet ſatis Rebuff.& Alciat.in
dicta l.j.Cod.de gladiat.libro 11.& Alciat.dicto.Interim defi-
ciẽs prouocator ſuperſtes, nec prouocatus ſuperſtes deficiẽs,
capitali tamen ex hoc afficietur ſupplicio, cum incertũ
ſit,vter eorum cauſam iuſtiorem fouerit, propter inopiam
probationis:vt enim ĩ criminalibus probationes luce clario-
res eſſe debent.l.ſciant.C.de proba.ita quoque nec hic capita
liter condemnari oportet.l.ſcientiam.Cod de pœ. † Quare
83 iuſtius in eo cõſtitutum a Lombardis arbitror, qui ſuperatũ
deportandum, aut pœna pecuniaria iam potius mulctandũ
cenſuere.in l.recolimus,de homicid.liberi hominis, in ll.Lõ
bar.quod etiam Rebuff.in dicta l.i.C.de gladiat.libro 11.ſeq
tur.Altero vero occiſo,nec legi Cornel.de ſicar.nec legi Aq.
locus erit.argumen.l.qua actione,§.in celluctatione,ff.ad le-
gem Aquil.Cœterum collectis ſpoliis aduerſarij, inuocata
Nemeſi,domum ſuperato hoſte,uictor exultans, non ſecus
atque trigeminorum alter Horatius.Halicarnaſſ.libro 3.anti
qui.Liuius libro primo.deca.j.†triumpho redibit.Et hæc obi
84 ter de purgatione uulgari hactenus demonſtraſſe, nobis ſat
fuit:plura qui horum ſcire affectat,Paridem de Puteo,Alcia
tum,Rebuffum,Rofredum,Boneuentatum,& id genus ſites
adeat,& Guidonem Papam, qui huius duelli practicam,ut
apud Francos,& Delphinates obſeruatur, pulchre declarat.
in deciſione ſeu quæſtiõe ſua 617.619.620.621.622.623.624.
85 †Nunc uidere reſtat, monomachia ne iſta,omniſque uulga
ris prędicta purgatio locum ſibi inter Chriſtianos hodie uẽ-
dicet,an minus? Certe ea abs re citius ut me expediam,aio re
gulariter hodie inhibitam.per cap.monomachiam.cap.Mẽ-
nam.cap.conſuluiſti,2.quæſt.& toto titu.extra de purg.uul-
ri,& titu.de clericis pugnan.in duello. immo ipſa etiã ſunt
torneamenta, quę non ita ſunt periculoſa, & fato ſubiecta.
cap.primo.& ſecundo.extra de torneamentis, atque adeo,ut
mortuorum caſu corpora loco ſacro ſepeliri Canon uetet
86 dicto cap.pri.de torniamentis.† quæ tamen paſſim in Princi-
87 pum curijs obſeruari cernimus:† tentatur enim ꝑ hoc De9,
uetitum quod inuenimus iam teſtamento ueteri, quam no-
uo.Matthei 4.Deuteronomij 6.Exodi.cap.20. †lege quoque
88 Ciuili cruenta huiuſmodi ſpectacula eliminata eſſe, in con-
feſſo eſt.l.i.de gladiato. libro 11. Principes tamen inter ſe de
regno,principatu, territorioque ambigentes duelli hunc cõ-
flictum ad cauſam ſupplẽdam poſſe ſuſcipere, autor eſt Al-
89 ciatus.cap.3.ſui tractatus,de ſingula.certami.† nam cum bel
lum non niſi maxima humani generis calamitate & ſtrage
90 conficitur,quid iuſtius excogitari poſſet,†quam ut tanta no
xa e medio ſublata, hi ſoli potiſſimum armis decernant, id

quos

quos ea res pertinet, victoremque res ſequatur? quod aliquã
fuiſſe etiam a Papa Martino approbatum, inter duos ibidẽ,
idem autor teſtis eſt.in d.tract.c.3.rationem adens, ꝙ nõ ma
gis monomachia Deus tenetur,quam iuſto exercituum confli
ctu, cum & ĩ bello quoque ſeu acie plurimum fortuna poſ-
ſit,& plerunque conſilio vincat, qui armorum virtute infe-
91 rior habitus erat.†Sed hic vererer,ne non prædictis obſtaret,
quod Canon alibi docet.in cap.ſuſcepimus. de homicid. ex-
92 pallium & quamlibet potius tranſitoriam rem debere nos
delinquere,quam pro conſeruandi illis, in alios excandeſce
re: ſed huius rei ſolutionem a Theologis petendam duco,
nobis ſat eſt ſummo digitulo tantum attigiſſe. Sed interim
hoc omittendum non erit (quando purgationem vulgarem
nempe monomachiam ferri cãdentis,atq; feruẽtis aquę prę
ſagium,quę pro veritate eruenda loco cuiuſdam quæſtionis
& torturæ erant,admiſimus:quanam via ac modo cum tali-
bus de quibus ſuſpicio aliqua eſt,ſit procedendum.†Et certe
93 in humilioribus res ita ardua non eſt, cum licite ij.præſum-
ptione præhabita,torturis ſubijci poſſent. Cœterum in viris
illuſtribus decurionibus,& ſimilibus, res ita expedicta non
eſt,cum facile iſtud in his non admittatur.l ſeueram,C.de di
gnita.l.diuo.l.decuriones,l.nihil,C.de quęſtio.niſi in crimine
læſæ maieſtatis.l.nullus, C.ad leg.Iuliam maieſt. Quare cum
his (niſi Princeps alter voluerit) nullis teſtibus crimen obie-
ctum probari poteſt, exiſtimo procedendum ad purgationẽ
canonicam.de qua in c.j.cap.quoties cap.cum per, cap.de te
ſtibus,& ſimilia,extra ve purga.canon. purgatione autem fa
cta,tum aduerſario laceſſendi amplius, & infamandi peruer
ſitas interdicatur,argumẽ.l.diffamari,C.de ingen.manumiſſ.
Et ſic feudis finem imponamus.

F I N I S.

T R A C T A T V S
D E F O E M I N I S
Ad ſeuda recipiendis vel non:
HIERONYMI GARZONII AVXIMATIS.

MAiores noſtri coſtituerunt prolem Fœminini ſexus, ſeu ex fœminis prouenientem ad ſucceſſionem feudorum aſpirare nõ poſſe cap.1.§.hoc autem notãdum, de iis qui feudum da.poſ. c.i de ſucceſſio.frat.& grad.ſucc.c.i. §.fin. de ſucceſſ.ſeu.c.i.de feu.ſœmi.c.i.in fi.de feu. March.rationẽ, quidam adducunt fuiſſe,quoniam fœmina pro domino pugnare non poteſt:at qui & fœminas militares,& ſtrenuas nõ dubitamus extitiſſe:aliam dicunt alii, quia non decet fœminam immiſceri cœtibus virorum: ſed & multæ cum dignitate negocia quoque virilia tractant, vel ſaltem per alios expedire poſſunt: Tertiam quidam conſiderabant, quia mulier fragilis ſit,& non apta ſolidis conſiliis, at neque hęc efficax, cum exemplis infinitis comprobari poſſit eas optimis conſiliis Remp.ſæpe iuuaſſe: Quartam aliqui perpendunt, quod ſit lubrici voti,& mutabilis, cœterum data occaſione neque viri multo conſtantiores: Quintam nonnulli aiunt,quia fœmina nequeat retinere ſecreta; atqui ſunt infiniti maſculi, qui Dominos prodidere,adeo, vt eius numeri fœminæ recitari nõ poſſint:Si ex his rationibus vlla eſſet efficax iam nullo caſu fœminæ proſus admitterentur neque pacto vocari poſſent,vtpote ad rem cuius eſſent omnino incapaces, & interdictum illis commercium,quod falſum eſt: Maſculi quoque ex fœminis in quibus proculdubio rationes ceſſant admitterentur,qui tamen diſertis verbis repelluntur, vera itaq; ſit ratio,quod cum feuda inceperint a liberalitate Dominorum per viam gratiæ,vel conuentionis primis autoribus placuit ne fœminæ comprehẽderentur,& paulatim deinde moribus ita receptum,& obſeruatum fuit,atque temporum curſu obfirmatum,vt ſecundum illam originem perpetuo ĩterpremur, niſi contrarium vel diuerſum actum fuiſſe doceat, & eam eſſe veram rationem, vel inde ſatis deducitur, quod eiuſdem concedentis voluntate accedente fœmina non exploditur,exploſa autem creditur ſemper,vbicũque feudi nomen apponitur,quia qui feudum expreſſit ita voluiſſe intelligitur, ob regularem vſurpatam illius naturam niſi aliud exprimat, quamuis in aliis partibus idem feudum impropriũ videretur,quod infra latius attingemus, ſit igitur hoc pro regula ſancitum.

Primo.Ampliatur hæc regula,ne fœminæ aſpirent ad feuda etiam deficientibus maſculis, nam tunc potius Domino aperiuntur,quam fœminæ recipiantur dicto capi. 1. de ſucc. fratr.c.i.quemadm.feud.ad fil.pert. Pariſ.conſil. 72.nume.78. volumi.4.

Secundo.Ampliatur, ne aſpirent etiam ſi dictum ſit in inueſtitura,pro ſe,& hęredibus,quia dictum verbum,hæredib. licet alioqui aptum comprehendere fœminas in contractu cuiuſcunque feudi, modo feudum eſſe partes voluerint niſi aliud exprimatur,interpretamur pro filiis maſculis ſeu deſcẽdentibus maſculis,tex.ad literam.cap.pri.§. etſi clientulus.de alien.feu glo.cap.i.§.pe.de l.Conrad. Bald. pręlu.feud.nume. 25.cum infinitis,& tamen non deſunt quam plurimi,qui appoſito verbo hoc,hęredibus, velint feudum hæreditariũ appellari,in quo quam late hallucinentur infra dicemus.

Tertio. Ampliatur ne fœminæ aſpirent etiam ad feudum maternum videlicet a matre nouiter acquiſitum pro ſe, & deſcendentibus, quia tunc ab ea matre maſculi deſcendentes pręferentur, & illo caſu quidam adeo ſeuere cum fœminis agunt, vt finita quoque linea maſculina ſuperſtites fœminas repellant, aliqui & ęquiores cum quibus ego ſentio linea maſculina finita eas, quę nũquam perpetuo excluſæ fuerint,admittunt,ſicut & matris eiuſdem filiam,eiuſque prolẽ promiſcue,quando initio nullum maſculum reliquit. cap.1. cum ibi not.de feu.fœmi.cap.i. vbi Bald. Afflict. & alii de beneſi.fœm.in feu.da.Afflict.in cap.i.in pri.nume. 112.de natu. ſucceſſio.Abbas conſi.3.colum.3.in pri.verſic.venio ad ſecũdum.volum.2.Socyn.iun.conſi.65.volum.1.conſi.36.num.7. volumi.4.

Si igitur eſt feudum fœmineum antiquum continuabitur ſucceſſio in maſculis vel fœminis,prout catenus obſeruatũ fuit:Si vero ſit nouum,tunc erunt conſideranda verba inueſtituræ,quæ ſi ad maſculos etiam poſt fœminas incidentes referantur,prout diſponunt, obſeruabuntur ſalua declaratione infraſcripta,ſi vero verba ſint ambigua,& varios ſenſus recipientia, tunc ſi initio vel poſtea cœpit radicari in maſculo ſolo, quia forte poſt fœminam acquirentem ſuperfuit maſculus excludens fœminas, vel in curſu inciderunt maſculi, vt maſculus ſine fœminis,maſculi deinceps fœmina præficientur,& idem in portione,quæ deueniſſet ad maſculum cõcurrentem cum fœmina,ſed ſi initio radicari cœpit in fœmina, illi fœminæ ſuccedent in concurſu maſculus & fœmina, & hic fœminæ itidem, & ſic deinceps in portione fœminis delata quia ĩ eo feudo vel portione propter initium fœmineũ, & incidentiam aliarum fœminarum æquata eſt omnium conditio ad not.per D.Tyber.Decia.reſpon. 127.numero 12. & ſequen.volum.3.& licet contra hanc noſtram ſententiam videatur tex.cap.i.de eo qui ſibi, vel hęred ſuis maſcu.& fœmi.vna cum relatis per eundem D.Decia.reſpon.93.num.7. eodem volumi.3.qui poſt alios concludit,quod ſi ex ĩueſtito remanſit filia,& ex illa filia duę filię, quę ſucceſſionem obtinuerunt,& ex altera filia incidat maſculus, hic obtinebit ẽt portionem in materia conſolidatam & ab illa auocabit adeo vim maſculinitatis contra fœminas extendit: attamen tex.dicto cap.l.procedit duobus concurrentibus.primo, ꝗ inueſtitura ſit formalis ad verba illius quę ſunt ampla,& apta comprehendere maſculos ex fœminis: altero quod poſt filiam primam feudum radicatum fuerit in ſolis maſculis,et ideo cum myſterio ponitur exemplum ibi, quando ſupeſũt duo maſculi priori fœminæ,tunc enim conuenit,quod facta radicatione in maſculis, ſi vnus ex fratribus habebit filiam, alter filium tam patruus,quam patruelis vti maſculus excludet hanc fœminam, nec pertinet feudum ad eam deferri ob legem inueſtituræ, & feudorum vſum: ſed ſi illi fœminæ nõ duo maſculi verum vnus maſculus, & altera fęmina vel duæ fœminæ ſuperſuiſſent, textus non dicit, neque decidit quidpiam,vnde aliis legibus, & rationibus id decidi oportet ſiue feudalibus, ſiue communibus in feudalium defectu D.Menoch. conſilio 65. numero 56. volum.1.Socyn.ſen.conſilio 257.volum.2.D.Decia.conſilio 28. numero 34. volumi.pri. Brun.conſilio 1. numero 56. cum conc. ex quibus colligitur quod in feudis non fit extenſio de caſu ad caſum,ſed caſus ibi non deciſus ad iuris communis diſpoſitionem pertinet quia feuda ſunt ſtrictiſſimi iuris D.Menoch.conſi. 61.nume. 19.& ſequen.Socy.Iun.conſilio 31.numero 14.volum.4.Natta. conſi.164.numero 11.& eleganter tradit conſi.162.col. 1.verſic.ratione vero pręſertim quando Caſus in feudis non deciſus inueniatur deciſus, & clarus de iure communi,late Corn.conſi.16.volum.1.eſt tex.cap i.de feud.cogn.not.Iaſ.in pręlud.nu.63.Rol.a val.conſi.54.nume. 29.volu.3.& dr̃ non deciſus conſtitutionibus feudalibus,quando in indiuiduo nõ deciditur,vt dd.locis,& illud ſemper præ oculis habere debemus,

mus, vt ita interpretemur deciſiones feudales ne plures ſpecialiates, ſeu contraria naturæ feudorum vel iuri communi contineant, niſi quatenus inueſtitura expreſſis verbis ita velit Brun.conſi.8.numero 37.conſilio x.ante numero 4.conſilio 66.num.21. Alexan.conſi.30.numero 11.volumi.1. Natta.di. conſilio 164.Menoch.d.conſi.61.Ruy.conſi.25.colnm. 3.volum.2.quid vero eſſet de iure communi d.caſu quando ſuper fuiſſent duæ fœminæ a principio, vel vnus maſculus, & altera fœmina, non eſt dubium, immo & in feudis eſt deciſum niſi cauillemur per tex. cap.pri.§. ſimiliter ſiquis. de Capit.q curiam vend. vbi ponitur primo caſus iſte: ſecundo ponitur, opinio Girardi qui tenebat maſculum præferri: Tertio, opinio Oberti tenentis contrariam; quarto ponitur autoris illius text.opinio qui tenet contra Obertum ſi ille maſculus, q fuerat inueſtitus habuit filios maſculos, vt in tex.cap.j. de eo qui ſibi vel hæred.ſuis ergo ſi non habuit maſculos concludit cum Oberto, & ſecundum nos: immo di.tex.poteſt intelligi in fortiori caſu, quando videlicet primus habuit maſculos, ex quibus remanſere duæ fœminæ, & deinde ſuper incidat maſculus, vt ſit ſenſus G.vult maſculum præferri.O.ſenſit contra, & ego, ſcilicet & ego ſentio contra G.cum O.ſi ille filios habuerit, ſi, id eſt, quamuis ille primus habuerit filios, nam quod dictio, ſi, poſſit ita exponi, eſt glo.fin.l.59.de cōdi. indeb.in l.1.verſicu.fortiſſimum. de oſſic. eius, in l.22.in pri. verſi. ſi pater.de inoffi.teſtamen.in l.2 verſicu.edicti. C.de cōdict.inſer.& licet hic ſenſus repugnet glo.ibi, tamen applaudet literæ, & ſuſtinetur ex prędictis, vt concordet cum text.di. cap.pri.de eo qui ſibi, & hęred.ſuis. & propterea non ſolum nego eam concluſionē quod maſculus ex fœmina incidens poſſit reuocare portionem iam radicatam in matertera, in quo articulo pro nobis eſt communis concluſio ſuper dicto cap.pri.contra D.Decia.quia ſcilicet immo d.maſculus reuocare non poſſet, ſed ad materteræ hæredes promiſcue differetur, verum dico, quod etiam ſi vnus tantum fuiſſet maſcul[9], & altera fœmina, illi ſuperſtites prioris fœminæ concurriſſēt in ſucceſſione per prædicta efficaciſſima fundamenta, quamuis in hoc opinio communis nobis obſiſtat, neque aduerſatur mihi ratio text.dicti cap.j. dum inquit non patere locum fœminæ, quandiu extat maſculus: quia dicta ratio procedit, quando in feudo ſuccedirur maſculo, & nimirum exemplū ibi ponitur in duobus maſculis, ex quorum altero natus eſt adhuc maſculus contra fœminam, quę inuenit contra ſe patruum, & patruelem, ſed non procedit quando ſuccedìtur fœminæ, nam ſi hoc eſſet, ſequeretur, quod mater ipſa ſtatim edito maſculo tanquam fęmina priuaretur, & filio etiam in matris vita feudum aſſignaretur, quod eſt abſurdum prout hac ratione idem maſculus non obtinebit feudum in quacunque alia radicatum, & ſemel factum alterius lineæ, item d.ratio dicto cap.pri.procedit in maſculo, vel maſculis, qui ad totum admittantur, vt ſcilicet quādiu adſit maſculus, qui a pricipio habuit totum, & habeat maſculum, qui poſſit admitti ad totum, ſicut ibi duo fuerant maſculi, qui totum capiebant tunc fœminæ locus non pateat, ſed, quando fœmina relinquit maſculum & fœminam, loquor ſtante illa inueſtituræ forma, maſculus fœminæ ſuccedens non admittitur ad totum, & ideo maſculi ſui non in toto ſed in eo, quod ad patrem vel alterum maſculum deueniſſet pręferentur: ex his patet me diſſentire a glo. dicti capi.pri.quando fœmina relinquit filium, & filiam, & ſic ſumus in caſu diuerſo a text.licet ea gl.ab omnibus probetur. & Iaco.a ſancto Georg.Iuris Secretarius.in gloſ. & fœmininis in radicato quoque communē ſententiam leni tamen calamo pugnat: & quod text. dicti c. j.non extendatur ad alium caſum, & in alio caſu fœmina includatur etiam cōtra maſculum remotiorem poſt Baldum & Curt.tradit Oſaſch.deciſio.23.numero 35.ſicut enim durū eſt contra regulam feudalem admittere fœminas per interpretationes, ita durius videri debet eas excludere per īterpretationes vbi vocantur: neque reſiſtit nobis Bald.conſi. 137. volumi. ſecun. quoniam loquitur in feudo quod nunquam deuenerat ad fœminas, & ſi deuenerat totum reinciderat in maſculos ſecundum dictū cap. j. vt ibi expreſſim iſtud conſiderat: & noto diligenter vnam declarationem Andre.de Iſe. dicto cap.j. ad fi.numero 2.qui dictum tex. etiam ſecundum ſenſum ſuum declaratum, reſtringit, & inquit non habere locum, quando vltra inueſtituram illius formæ, concurrit pro fœmina conſuetudo prouinciæ, fœminas ad feudum admittens etiam ſine pacto ſaltem in defectum maſculorum, tunc enim fœmina non poſtponitur maſculo ſuper incidenti, etiā in caſu dicti capi. j. & ſic iſto caſu non valeret argumentum de feudo ad fideicommiſſum, cum fœminis in allodijs aſſiſtat ius commune: quod non eſt in feudis: iuter, quæ duo eandem ob cauſam fit diuerſa interpretatio nempe, vt feuda maneant, & minus conuellantur, vt in alia.q.dixi pro Sereniſſ. D.Archid.in fideicommiſſis vero, vt ceſſent & remoueantur & minus ligent Cranet.conſil. 81.colum. 2. verſicu.ſecundo reſponſio, col.3.in fi.verſi.confirmatur illa. D. Decia.Reſp.7. numero x.reſp.1. numero 89 vbi ad fauorem fœminæ reſp. 64.numero 32.volumi.3. & in dubio pronunciandum eſt fideicommiſſa non ligare, vel nō extare, aut durare, ſed ſi feuda ſint, manere ea oportet, cap.1.de prohib.feud.alie.per Fed. Rol.a Vall.conſi.18.numero 8.conſi.30. numero 28.volu.4. ſic in fideicommiſſis eſt in dubio pro fœmina pronunciandum propter iuris aſſiſtentiam D.Decia. conſi. 24.num.125. volum.1.conſi.9.numero 23.volumi.3. qui quamuis idem teneat in feudis, conſi 58.num.53.volum. 2. Ego in feudis dico totum oppoſitum ob iuris, & regulæ feudalis reſiſtentiam, vt iam concluſi, niſi quando fœmina per pactum admittitur quia cum ei aſſiſtat pactum idem eſt, ac ſi ius aſſiſteret: Cum igitur dictū cap.i.exorbitet, non extenderetur ad alium caſum, per D.Decia.d.conſi.58.numero 37.volum.2. & ita non procedet, primo, quando a fœmina non conſolidaretur totum ī maſculis ſecundo, quando portio vel totum iam eſſet radicatum in alia fœmina: tertio quando ius commune, vel conſuetudo, aut ſtatutum aſſiſteret ſucceſſioni fœminarum vltra d.pactum: quarto quando formula illa conſtaret ex vltima voluntate, non ex pacto: & nimirum ſi crebrior opinio ibi ſācit, bona ſemel in fœminis radicata per ſuperuenientem maſculum non euelli: quod etiam eſt de mente Bald.dicto conſ. 137.Soc.Iun.conſi.2.volum. 3. Rub.Alexand.conſi.57.ad fin. poſt enim admiſſam ſemel fœminam videtur illius portio reducta ad terminos iuris communis ſecundum quod illi pariter ſuccedunt maſculi, & fœminæ, Paris conſi.23.numero 29. volum.j.prout in quolibet caſu omiſſo ius commune prędominatur, ut dixi, & conferunt nota.per Soc.Iun.conſ.1.num. 112.volumi.1.Alexand.conſil.29.numero 9.volumi.5. & D. Menoc. conſi. 65. numero 55.cum Sim. & videtur de mente Zaſi.titu.de feu.ſucceſſ.nu. 38.

Aduertendum tamen eſt quod tam in caſu dicti capi. pri. quam in alijs caſibus in feudis non habentur in conſideratione ſucceſſionis, nati ex ſecundo matrimonio quo ad fœminas de quarum feudis agitur, immo neque etiam in aliis bonis, quando pacta dotalia id cauerent, vel conſuetudo ꝓuinciæ tolleraret: tex.ad literam ca. pri. §.mulier habens ſi de feud.fuc.cont.inter dominum, & agnatum, quod capitulum ſi durum eſt, debet æquanimiter tollerari poſtquam ita ſcriptum eſt l.12.qui & a qui.& aut eſt abrogandum, aut ſeruandum, aut ſeruandum poſtquam eſt relatum inter conſuetudines feudales, quę pro legibus receptæ ſunt Iaſ. prelud.feud. in pri.& cum omnes alię interpretationes diuinationem cōtineant ſeruandum eſt, vt loquitur, neque ego reputo illam deciſionem tam abſurdam, cum enim maritus admittatur ad recognoſcendum feuda vxoris, & ipſe maritus ſe obliget ad fidelitatem, vt per D.Decia.conſilio 58.numero 40.volum.ſecun.& dicam in limitationibus, iudicio meo eſt poti[9] honeſtum, quam iniquum, quod ſi primus vir recognouit, & iurauit, & filios ex illa fœmina concepit, ſui filii pręferantur, cum non licuerit, illi fœminæ in pręiudicium filiorum primi viri, quibus erat ius a patre quęſitum, ſecundo nubere, & quod ſecundus vir, & genere forſan, & moribus differens incidat in communionem fidelitatis cum filiis primi viri, & ſecundum hunc ſenſum erit ibi caſus peregrinus, & ſingularis, & nō procederet ſi illa mulier ſecundo nuberet antequā primus vir iuraſſet, & cognouiſſet: & cum maritus iuret pro vxore, mea declaratio non eſt diuinatiua ſicut alię, quarum quatuor poſitæ per Afflict.ibi ſunt quidem iudicio meo in ſe verę, ſed illi literæ minime congruunt, ſicut iſta quę eſt plana.

Quod vero quando fœmina fuit inueſtita, & ei ſucceſſit maſculus, ſi maſculo ſuccedat fœmina, huic ſecundę ſuccedant promiſcue maſculi, & fœminę quando inueſtitura eſt indifferens, & facta cum tranſmiſſione, quia poſteriores maſculi ex fœmina tanquam fœminæ reputentur, ſatis habetur ex cap.i.§.ad filias.de ſucceſſio.frat.& grad.ſucc.cap.i.cum gl. de nat.ſucc.feu.ex Ang.conſilio 321. ſi autem tranſmiſſio illa ſit deſtinata ad deſcendentes, adhuc fœminę poſt maſculos primę linee vocabuntur, quamuis alijs id non conſtet, & maternum feudum hoc appellatur, quia in matre initium capit, non ſicut paternum, nam ſi a maioribus venit fœmineum dicitur, in quo materno primi tantum maſculi cōcurrentes pſerunt, & etiā poſteriores donec durat linea ī eo, ꝗ ad maſculos ſemel peruenit capi.pri.de feu.fœ. Abb.in dicto conſilio 3.colu.2.in pri.volu.2. Afflict.cap.1.§. & quia no.37. §.notandum nu.29.de his qui feu.da.poſt Zaſi.conſilio xi.nu. 7.volumi.pri.

Quarto principaliter ampliatur hęc regula repellens fœminas a feudis, vt ſi inueſtitura loquatur in indiuiduo de filiabus, vel filia alicuius puta, Caroli, aut nominatim fiat alicui, puta, Marię, tunc abſque nouo conſenſu, & noua inueſtitura

ſtitura filii dictæ filię, ſine d. Mariæ, neque maſculi, neque fœminę, neque illi alij deſcendentes veniunt, ſed ea mortua feudum domino aperitur ex multis, quę citaui in alia. q. ſiſi, in verſic. decimo, & vltimo pro Sereniſſ. D. Archid. ad confuſionem opinionis receptæ ſuper l. etiam. ſol. matrim. quia nō inuenitur diſpoſitum in fœmina, ſicut in maſculo, quod feudum tranſeat ad poſteros, ſi pactum non dicit: neque obſt. tex. cap. j. de ſucceſſio. feud. quia retorquetur ibi, vel inueſtitura fecerit filiam ſuam, vel ſi filia moritur, & is qui inueſtire fecit, non reliquit filium maſculum, domino feudum aperitur, & in pri. tex. loquitur de maſculo inueſtito: hanc eadem concluſionem probat mihi tex. c. i. de feu. fœm. quo loci fuerat inueſtita mater cum ſucceſſione, & nihilominus ſecundum vnam opinionem non admittebatur filia, ſine ſpeciali conſenſu, eo, quod fœmina neque actiue, ideſt ad tranſmittendum, neque paſſiue, ideſt ad ſuccedendum conſideratur niſi exprimatur, vel nouus conſenſus accedat, qui tamen de æquitate debet accedere, niſi vrgens cauſa diſſuadeat. d. ca. 1. de feu. fœmi.

Quinto. Ampliatur eadem regula repellens, etiam ſi in ſequentibus inueſtituris fœminæ ſint vocatæ, quando in priori non comprehenduntur, quia ſemper innititur priori, vt eſt in ore omnium feudiſtarū niſi prior ignoraretur, & poſteriores mutuo conſenſu dantis, & recipientis cum poteſtate pręiudicandi actiue, & paſſiue confectæ eſſent ad not. per Ruy. conſilio 15. numero 10. verſicu. ad iſtud reſpondetur numero 11. 12. volumi. 1. vel niſi contra priorem cum poſterioribus cōtinua obſeruantia pręſcriptionem creaſſet, vt per D. Decia. conſilio 24. numero 108. volumi. 1. poſt. Grat. conſilio 9. numero 39. volumi. 1. quia in omnibus negocijs mutanda non ſunt, quæ diuturnam, & certam interpretationem ſemper habuerunt, & publicam vtilitatem non lędunt, vel niſi prior inueſtitura non admittens, etiam in ſpecie non repellat, quia poſteriores pręferentur, tanquam declaratiuę prioris, in cuius verbis fœminæ ſuaptè natura verborum comprehendi poterant, licet ſubiecta feudalis materia reſiſteret, quę ſimplex reſiſtentia potius præſumpta quam aperta pôt a domino feudi ſine querela elidi ad not. per D. Decia. conſilio quinquageſimoctauo. numero 60. volumine ſecundo. & dicam limit. 51.

Sexto. Ampliatur, vt ſi fœminæ expreſſim vocētur, adhuc maſculis poſtponantur, & illis nō pateat locus donec maſculi extiterint ab Inueſtito c. 1. de eo qui ſibi & hęre. ſuis, niſi per diſpenſationem, ex vrgenti aliqua cauſa dum ius maſculorum eſt in ſpe, a Domino recipiantur D. Decia. conſilio 24. numero 75. volum. 1. vel per viam declarationis, quando verba patiuntur, alioqui diſpenſatio non valet in præiudicium iuris alterius radicati licet ſperati: & ampliationem probat etiam c. 1. §. fina. de ſucceſſio. feud Bald. cap. 1. §. ſimiliter. 1. de capi. qui cur. vend. in cap. ſignificauit primo not. de reſcri. ad l. fina. numero 3. Cod. de ſuis & legit. & alij ferrè omnes: at contrarium quod fœmina hoc pacto coniuncta cum maſculo ſuccedat in feudo ſi alioqui poſſit eſſe hæres, veluti, quia non excluditur aliqua diſpoſitione alia, vel conſuetudine cenſuit Ruyn. conſi. 16. nu. 7. ver. & eadem ratione volu. 1. ſed prima ſententia eſt vera, & vſu recepta.

Declaratur tamen hęc ampliatio exprimens fœminas, vt maſculos nihilominus præferat, quando ſumus in feudis pprijs, rectis, & legalibus, in quibus fœminæ non comprehenduntur, niſi ſpāliter nominentur, nam in illis etiam nominatæ veniunt poſt lineam maſculinam, ſecus in feudis improprijs, conditionatis, & alijs, in quibus receptum eſt fœminas etiam non nominatas recipi, ex crebriori ſententia, quam inferius diſcutiemus, nam in his, ſi contingat fœminas nominari concurrent cum maſculis in ſucceſſione, vt nominatio aliquid operetur, prout not. Paris. conſilio 12. numero 20. 28. 34. volumi. 1. D. Menoch. conſilio 65. ad ſi. nu. 69. poſt Soc. Ego contra ſentio, niſi impropriatio in ſpecie fiat circa ſucceſſionem ſecundum opinionem meam.

Septimo. Ampliatur, vt fœminæ nominatæ poſt maſculos tantum admittantur etiam ſi in ſcriptura nominationis præponeretur maſculis, veluti ſi dictum eſſet, pro hæredibus fœminis, & & maſculis, nam ordo ſcripturæ vti prępoſterationis inconſiderat æ non peruertit regularem naturam ſubiectæ materię argumen. l. 24. C. de teſtamen. glo. & Doct. l. 2. §. prius. de vulg.

Octauo. Ampliatur, vt fœminæ a maſculis concurrentib. repellantur etiam ſi non ſit feudum, quando agitur de iuriſdictionalibus, vel Regalibus, aut habentibus annexam dignitatē cum adminiſtratione ſuper alios, nam horum omnium fœminæ reputantur incapaces reſpectu maſculorum concurrentium, niſi ſpeciali priuilegio, aut conſuetudine muniantur, Ruy. conſi. io 35 numero 5. conſilio 40. numero 6. volumine primo. ſed iſta concluſione componenda fœminæ non fuere vocatæ: vide limitatio. quinta.

Poſtremo ampliatur, vt fœminę etiam nominatę, amplius in perpetuum non admittantur, quando ſemel a maſculis excluſæ fuere, etiam ſi deinde contingat maſculos illos decedere nullis poſt ſe relictis maſculis, vel fœminis, neque ius illarum excluſarum reintegratur, ſed feudum libere Domino aperitur per tex. cap. 1. §. quinetiam. Epiſc. vel Abb. Brun. conſil. 65. in pri. conſi. 78. numero 2. cum ſequen. quod etiam, eq2 uerſo procedit in maſculis, qui ſemel aliquo caſu, vel vitio excluſi, niſi ius aliud efficax ſuperueniat, ppetuo ſunt, excluſi, & pręferentur illis fœminæ, quæ nunquam fuerunt excluſę, Oſaſch. deciſio. Pedemon. 23. numero 33. verſ. ſexto pro ſorore. ſed iſta concluſio procedit quando excluſio eſt ſimplex, præciſa, vel abſoluta, ſecus ſi ſuſpēſiua tacite, vel expreſſe, veluti, expreſſa, donec, vel quoad maſculi extiterint, tacita, veluti, extantibus, vel deficiētibus, aut alteri ſimili verba implicita. nam his caſibus fœminæ ſemel excluſę, ſi ſuperſtites fuerint maſculis abſque prole maſculina decedētibus ad ius ſuum reducuntur, idem ſi mos patriæ, fœminas excluſas reintegret: vt merito, quia non eſt pręciſa excluſio, quam ſuſpenſiuam mos patriæ reddit: ad not. per Oſaſch. d. deciſio 23. numero 52. & per Ruy. conſilio 9. numero 7. volu. 1. & cum caſus nuper contigiſſet in aula Sereniſſ. D. Archid. propoſit' mihi per hunc modum: Sempronius obtinuit in feudum vnum Caſtrum pro ſe, ac ſuis hęredibus maſculis, & fœminis. S. genuit Titium, qui agnouit: T. Manlium, qui etiā agnouit: M. Lucium. Gneum, Tulliam, & Virginiam: M. extincto, inueſtitur Caſtrum L. & G. cum ſolita clauſula pro ſe, & eorum hętedibus maſculis & fœminis, excluſis Tullia, & Virginia ſororibus: mortuo L. ſine vllis heredibus ſucceſſit G. excluſis itidem ſororibus in portione L. tandem G. deceſſit & ipſe nullis relictis filiis maſculis, aut fœminis: quærebatur an Tullia, & Virginia iam a fratribus excluſę admitti deberēt, ex clauſula, maſculis, & fœminis cum ipſę ſolæ fœminę ſuperſint, an potius feudum domino, & Principi eſſet apertum: Conſultus, recitaui verba Brun. conſilio 108. numero 24. ibi, circa vero tertiam dum quæritur: & verba Zaſi. titu. de feud. ſucceſſ. numero 58. ibi, quarta concluſio. & verba Iaco. I ſenricma. conſilio 1 numero 457. volumi. pri. ibi, quarto ... detur conſilio 37. numero 4. volumi. 3. ibi, omnes tamen tenent. & numero 6. ibi, eo enim caſu cum concord. verum, tres alij inſignes Doctores conſulti, vnus in contrarium citauit Franc. SonſbeKium in Comment. feud. part. 9. numero 128. qui receptam ſententiam deſtruere conatur, & ſubtiles quaſdam conſiderationes fecit, proteſtatus non decedendi ſed diſputandi gratia loqui: ſecundus, communi ſententię in iudicando dixit ſe delaturum, niſi moueret ipſum, quod in propoſito caſu feudum ſit hęreditarium, ſcilicet pro hęredibus maſculis, & fœminis acceptum de deſcendentibus nulla habita mentione: Tertius, diſſinxit, aut inueſtitura dicit pro ſe, & deſcendentibus maſculis, & fœminis, & procedit communis contra fœminam per d §. quinetiam. aut dicit pro ſe, & ſuis heredibus maſculis, & fœminis, & admittenda eſt fœmina etiam excluſa, quia & collateralis poteſt eſſe hęres, citando in terminis Afflict. ſummum feudiſtam ex mente Andre. de Iſer. & Bald. dicto §. quinetiam. colum. 1. qui hoc dicit. atqui Ego his non obſtantibus cenſui Dominum feudi præferendum, ac Tulliam, & Virginiam nullo iure niti, præmiſſa ſemper proteſtatione quod non intendo diuertere a ... Dominum a Gratia ſi quam vult in fœminas redimere ... ſan volentes, exercere, per ea quę dicam, in quibuſdam limitationibus, ſed ſolummodo verba facio in via iuris, & iuſtitię, & vt veritas habeatur, quę quo magis teritur, roboratur.

Quod igitur pertinet ad ſonſbec. ſatis reſponſum eſſet, dicere contra eum eſſe receptam ſententiam, quę in iudicando ſeruatur, & licet ab ea recedere quandoque fas ſit, id demum procedit, quando vel clara lege, vel efficacibus rationibus confundatur, & non aliter Ange. conſilio 110. colum. 4. Curt. ſen. conſilio 56. colum. 4. Socy. iun. conſilio 138. nume. 72. volumi. 2. conſilio 79. numero 40. volum. 3. conſilio 8. numero 16. conſilio 86. numero 7. volumi. 4. cum Conc. inde Vulpianus in Saturnium inuehitur, qui ſententiam dixerat nuſquam auditam, & nuſquam receptam. l. 1. de Senat. Salomon in prouerb. cap. 3. docet inquiens, ne innitaris prudentię, & ſapientię tuę. quę verba interpretatus Diuus Hieronimus, ait prudentiæ ſuę innititur, qui ea quę ſibi dicenda videntur patrum decretis pręponit cap. v. de conſt. vbi Docto. & potiſſimum in materia feudorum, quę non conſtant vlla ... lata, ſed ſolis conſuetudinibus, & prudentum opinionibus Bald. cap. 1. § & qui vidimus. de his qui feud. dare poſſ. omnes feudiſte in pręlud. quod ergo in feudis ex communi opinione receptum eſt a prudentibus, id pro lege obſeruandum eſt, quamuis durum videatur l 12. in prin. qui. & a qui. nec moueat quemquam prætenta ęquitas, quia ęquitas eſt, quod lege,

lege,vel conſuetudine iubetur Aret. conſilio 61. numero 2. verſicu. præterea dato. D.Menoch.vir celeberr.de Arbit.iud. lib.j.quæſt.49.& ita non omne, quod inclinat,vel trahit nos in aliquam ſententiam eo ipſo eſt æquitas, neque omne qđ quis ex ſuo capite inuenit,aut ſtatuit, debet confeſtim appellare iuſtum, ſed quod magis receptum eſt: idem Modernus D.Tib.Decia.reſp.26.numero 41. & ſequen.volumi.j.ſcribit, neminem ex proprio cerebo ſibi configere debere æquitates deuiantes a recta ratione communis omnium ſenſus,vt per Illuſtriſſ.Comit.octau.Cacher.ab Oſalch.Pedemont.deciſio. 79.numero 46.& ſequē. quia æquitas eſt rectitudo iudicij naturalem ſequens rationem,quæ plurimis arridet,vnde debemus ſequi æquitatē communi rationi coniunctam, & legi, non noſtram,& capitis noſtri,neque imaginariam,& qui ſecure vult incedere, debet incedere per viam ſilicatam legib. & prudentum reſponſis: & ſi alia ęquitas cuiuſque arbitrio reciperetur,cum tot ſint iudicia quot capita,iam legum machina tot vigilijs ordinata pœnitus conciderет.l.35. Codi.de inoffic. teſtam. ſed pręterea pro fundamento communis opinionis,ſtat pręciſum illud verbum, vlterius,dicto §.quinetiā. neque phraſis loqnendi reprehendi poteſt cum verba illius. §.Latina ſint omnia,& elegantia:pręſertim prolatum in feudis,quorum originalis natura eſt excluſiua fœminarum, & ideo efficacius excludit concurrente excluſione facti, vt not. declarat Illuſt. Doct. Domi. Hippol.Riminal.ferrar.conſilio 82.numero.v.volumi.primo.neque illatio illa, quod ſequeretur ſecundum dictum ſenſum,etiam filias poſterioris maſculi excludi, & omnes indiſtincte deinceps, me mouet,nam licet contradicere videatur communis opinio, ego cenſeo eam eſſe veriſſimam: & pro declaratione,aduertendum eſt, quod feuda primis illis initijs non erant hæreditaria neque hodie, niſi quatenus pacto, moribus, aut lege feudorum, cauetur, ſed cum olim ita in Dominorum poteſtate eſſent, vt quandocunque vellent, poſſent,auferre, deinde eo ventū fuit,vt aliquam firmitatem haberent, poſtea, vt ad vaſalli vitam durarent, & cum non iure ſucceſſionis, ſed ſola gratia ad filios deferri cœpiſſent,progreſſu temporis paulatim obtinuit,vt filij maſculi ęqualiter inueſtirentur,& dum Conrad⁹ beneficium ad nepotes produxiſſet, poſtremo vſurpatū eſt, vt in infinitum deſcendentes maſculi ad feudum admittantur:licet autem in allodiis fœminæ, vt maſculi patribus ſuccedant,legibus tamen a ſucceſſione feudi remouentur,ſimiliter,& earum filii,niſi dictum ſit,vt ad eas pertineat: ex his intelligere licet originalem naturam feudorum eſſe,vt ad fœminas non tranſeat,item vt neque etiam ad earum poſteros maſculos: Item quod ſi aliquando porrecta fuere ad filios, non iccirco extendebantur ad nepotes, & quod quando extenſa fuere ad nepotes, non iccirco producebantur ad poſteriores,donec ſpecialibus legib. gratiis, vel pactis, aut moribus id introductum non fuit,& quatenus expreſſim introducebatur,id obſeruabatur,& non vltra,& niſi dictæ leges pacta gratiæ,& mores ſuperueniſſent, etiam in maſculis nunquam feudum tranſiuiſſet ad poſteros, qđ igitur & quatenus gratia moribus,lege,aut pacto in illis dilatatum, aut ampliatum non inuenitur,remanere debet in ſua prima originali natura argumen. l.27. Cod.de teſtamen.l.32. C.de appel.hic eſt ad literam tex.cap.1. §. & ga uidimus titu.i.in vſib. feudorū.Nec ad propoſitum:dum tex.dicto §. quinetiam inquit fœminas vlterius non admitti, non eſt ſenſus,vt excludat potius fœminas illius acquirentis,quam alias ſuperuenientes, quoniam verba illa non referuntur magis ad vnam perſonam,quam ad aliam,ſed ſenſus eſt, quod inueſtitura facta ſecundum illam formulam, admittit quidem fœminas, ſi poſt inueſtitum contingat ſupereſſe ſolas fœminas, at ſi ſupſint maſculi, fœminæ neque tunc tanquam a maſculis excluſæ,neque vlterius tanquam non vocatæ admittuntur, & verbum illud, vlterius,indefinitum,æquipollet vniuerſali,cap.j. in pri.de alie.feu. ac ſi dictum eſſet, fœminæ deinceps nullo amplius tempore admittentur:ſuadetur hic ſenſus,dum text. inquit,ſi acceptum ſit feudum,vt deſcendentes maſculi, & fęminæ illud debere poſſint, relicto maſculo, fœminæ ſcilicet deſcendentes non admittentur, non autem ſolæ filiæ dicentē excluſæ,cum etiam tex.indefinite dicat fœminę, non autem dicat,filiæ illius,igitur voluit omnes non admitti: confirmo cum admiſſio fœminarum repugnet originali naturæ feudali,cogimur interprętari,vt ea natura ſuſtineatur in quantum poteſt,& magis conſeruetur ac minus lędatur, vt ſæpe dixi, & dicam; iccirco adiectis fœminis niſi alia tempora exprimātur, per ſimplicem adicctionem intelligentur vocatę primę tantum in caſu deficientium maſculorum,neque adiectio erit,inanis,quoniam ceſſantibus maſculis non admitterentur niſi eſſent adiectæ,& cum adiectio poſſit operari in d.tantum caſu,non eſt porrigendum ad poſteriores, ſiue vlteriores caſu niſi exprimatur ex prędicta ratione, quandoquidem in fęminis non ſit emandata lex aliqua vel gratia producens beneficium ad poſteriores ſicut in maſculis,immo extat lex cōtraria ne producatur: & merito ius antiquum, & primæua feudorum natura in fœminis remanet intactum, & intacta in eodem ſtatu;neque dixerit mihi aliquis, nos eſſe in beneficiis,in quibus latiſſima recipitur interpętatio, ut audio clamitare omnes per l.fina.cum concord.de conſt prin.nam decipiuntur,& ſe ſeducunt, qui ex d.l.fina.volunt ſummere argumentum ad beneficia feudalia,ſiquidem di.l.procedit, in beneficiis abſolutis, in quibus princeps, vel Dominus nihil ſibi reſeruat:ſed in beneficiis feudalibus non eſt ita,quia licet feudum ſit beneficium,eſt tamen cum vinculo ſeruitutis, & grauiſſimi oneris coniunctum,& inde palam dicimus,quod feudum continet ſeruitutem expreſſam, quod ſi feudum eſt beneficium onerosum, non video quomodo ad illud argui poſſit,ex beneficio ſimplici, & pœnitus gratioſo; immo ex d. l.fin.arguo totum oppoſitum, nam ſi in beneficio ſimplici, in quo princeps uel dominus nihil ſibi reſeruat, fit lata īterprętatio ad eius pręiudicium,vt ibi,igitur in eo beneficio, quod noluit eſſe liberum ſed ſeruile,& in quo voluit ſibi reſeruare iura dominalia, & potiora,interpretabimur ſtricte, quod id quod minus potuit,translatum eſſe dicetur, ab eo, qui non omnino transferre voluit,vt nihil aliud, neque ſub alia forma conceſſum ſit, quam prout expreſſum verbis fuit argumen.d.l.99. de verborum obligatio. & nimirum in feudis interpretationem fieri ſtrictiſſimum iam ſupra tetigi ampliatione.iij.& conferunt no.per Sign. de Homod.conſi. 10.colum.2.Bello.conſilio 33.numero 5. Calca.conſilio 51. numero 9.numero 10.Soc.ſen.conſilio 68.numero 14.vol.j. ex his igitur ſatis liquet, in feudis originali natura repugnante,fœminas eſſe potius interpretationibus excludendas, quā includendas contra ac dixerit D. Tiber. Decia.pręptor meus colendiſſimus reſp. 24.numero 125.volumi.1. nam cum repugnet natura feudalis conſequenter etiam repugnat intentio illius,qui rem ſuam tradere voluit intitulum feudi, & nō alterius contractus, vel beneficii,ſiquidem qui eligit potius feudum,quam alium contractum, is cogitauit ſubiicere rem geſtam regulis feudi,non alterius diſpoſitionis, & ſi alteri diſpoſitioni ſubijcere voluiſſet, dixiſſet, a qua intentione nos non debemus eum interpretationibus noſtris remouere,& credere,quod voluerit, feudum,quod elegit in ſuis regulis offendere,niſi quatenus apertis verbis declarauit: hinc ſua ſponte cadunt acclamationes SonsbeKii contra communem ſententiam,quoniam,ſi ſtandum eſt pactis, nihil vltra pacta introducendum eſt,& prout certam interpretationem prudentum ea pacta ſemper habuerunt.l.22.de legi:cū quibus prudentibus inueſtientes videntur ſe conformaſſe volitantibus eorum opinionibus per ora virum,& non cum opinionibus nouiter excogitatis: eſſet autem præter,& vltra pacta ipſa quoque ſi vellemus ad feudum recipere alias fœminas,quam illas,quibus impetrans ſtipulatus fuit, vel in alio caſu:illæ autem fuere filiæ impetrantis, vt in caſu ceſſantium maſculorum, non autem poſteriores, & in omni caſu: alioqui in poſterioribus fœminis concurrerent,plures ſpecialitates,contra ea quæ dixi ampliat. iii.ex Angel.conſilio 110. & Rub.Alexand.conſilio 110.& aliis,prima eſſet,quia fœmina, ſecunda, quia in poſterioribus caſibus expreſſe non vocat ad.cap.i.§.& quia vidimus.conſideratio autem illa, quod proculdubio mens patris fuit potius pro filia, quam pro dn̄o inimiciſſimo,non eſt curanda,quia & nos concedimus,qđ ſi iura feudorum penderent a voluntate recipientis,& talia,eſſent qualia recipiens cuperet, idem vaſallus credendus eſſet eum animum habuiſſe,ſed iudicio meo in hoc fallitur SonſbeKius, quoniam iura feudalia pendent a voluntate domini concedentis,in cuius eſt poteſtate, quam vult legem adiicere rei ſuæ, vaſall⁹ autem qui meram liberalitatem recipit, cogitur etiam cum gratiarum actione recipere ſub eo onere quo confertur,& prout confertur, nō prout cupit: iam qs dubitat,quod vaſallus reciperet eo animo transferendi in filias,& neptes omnino,immo ſi poſſet, reciperet etiam animo diſtrahendi,& pro arbitrio diſponendi,atqui hic animus illi non prodeſt, quoniam inſpicitur animus vltro dantis,q eſt,vt ſeruiat,vt maſculis tradat,vel aliis,quos exprimit, non vt aliter vtatur fruatur,vel diſtrahat, ſecundum naturam cōtractus,quem elegit,& ſecundum leges,& conſuetudines diſponentes in materia illius contractus,non autem ſecundum animum, & cupiditatem vaſalli,qui omnem ſeruitutis nexū abhorrere cenſendus eſt, ſicuti econuerſo dominus in feudans ſeruitutem ſibi acquirere eo medio maluiſſe; minus arbitror conſiderandam domini inimicitiam, quominus illi feudum aperiatur,cui non res vaſalli,ſed propria aperitur,& ad ipſum quaſi poſtliminio reuertitur in quo puto defeciſſe omnes qui contra dominum ſenſerunt, nam cum non res vaſalli, ſed propria domini redeat ad illum non odioſa

dicenda

dicenda eſt interpretatio excludens perſonas non vocatas,
immo fauorabilis, vt potc reducens rem in priſtinum, & ef-
ficiens ne dominus inuitus diutius careat re ſua, argumen.
l.28.§ quod in ſpecie de pact. Porro quod inanis eſſet ſtipula
tio ꝓ filia, quando maſculus ex improuiſo præmoreretur, &
ſimiles extrauagantes conſidrationes nihil facio, quia cum
feudum ſit ſpontaneum beneficium quamuis onroſum
quodcũque vel nimium adferat commodum, eo acquieſce-
re debet impetrans, ſi laxius impetrare non poteſt, neque in-
commodorum euentus inducendi ſunt ad extenſionem ei⁹,
quod conceſſum non fuit, neque eſt verum, quod ſentiat in-
commodum is, qui lucrum in ſe prout ambiuit non radica-
uit, quia nullum detrimentum propterea habet: & econuer-
ſo ſi filis maſculus viuat, & poſteros deinceps multos habeat
ad quos alendos feudum tranſmittat, certe non erit leue be-
neficium: ſed & ſi patri ſuperſit filia maſculo prædefuncto,
non erit inane beneficium, quod filia per eam ſtipulationẽ
ſit conſecutura: quid obligationis habuit dominus cum va-
ſallo ante conceſſionem? quamcunque igitur legem æquo
animo ferat ab eo qui potuit, nihil concedere, & ſi ad vlte-
riores fœminas, vel ad illas nullo modo exiſtente maſculo,
produci noluit, non poteſt vaſallus obiicere domino Cur ſic
feciſti: ſi eas cõditiones abhorrebat quaſi duras, vel iniquas
in ſua erat poteſtate non recipere; quis autem dixerit, hæc
non eſſe demente conſtituentium leges feudales, quę nihil
aliud meditantur, quam efficere!, vt feudorum natura, vel
pacta, leges, vel conſuetudines prout expreſſim militant, ob-
ſeruentur, & ea natura minus quam poſſit violetur, vel tolla
tur? Exemplum illud SonsbeKij de patre feudum emente
extra rem adducitur, quia feudum emptum non regulatur
ex communi ſententia ſecundum regulas aliorum feudo-
rum gratuitorum, prout nos inferius differemus, de quo mi-
nime nunc agimus: quod ſimus in feudo improprio, & hęre
ditario, vt fere omnes videntur adſtruere, non poſſum con-
cedere: Admiratio autem SonsbeKij, quod Doctor. negent,
ſororem ſemel excluſam poſt fratrem admitti, qui iidem ve-
lint fœminas admitti deficientibus maſculis intermediis, qñ
in fœmina feudum habuit originem, ceſſare poſſet ob ratio-
nis diuerſitatem, quia in inueſtitura, quæ initio radicata fuit ĩ
maſculo emerſit feudum ſecundum propriam originalem
naturam, & difficile eſt, vt in curſu mutetur, ſed in inueſtitu-
ra, quæ initio radicata fuit in fœmina, ſtatim ſurrexit impro-
prium, & nimirum ſi etiam in curſu improprii naturam am
plectitur: at qui non puto verum, quod in improprio fœmi-
na ſemel excluſa ſuccedat, immo & in eo regulam habe-
re, ne duæ ſpecialitates concurrant, vna quod fœmina,
altera quod ſemel excluſa, vt no. Brun. d. conſi. 108. nume. 24.
nume. 27. Dum dicitur, caſum eſſe dubium, negamus, atten
to textu dicti §. quinctiam. & attenta communi opinione,
quæ eſt clara, neque aliquorum contradictio moueat, nam
alioqui nihil eſſet tam clarum, quod vel ſola negatione du-
bium non redderetur. §. ſi vero indignus, ver. & non fingant.
Authen. de Tabell. & concedo in ambiguis ſpectandam eſſe
mentem eius, qui verba protulit, quæ verba in caſu noſtro
ſunt prolata a Domino concedente, non a vaſallo, qui quæ-
cunque prolata recipit ad quem dominum pertinet expli-
catio, & in dubio facienda eſt contra vaſallum, qui ſe fundat
in verbis illis, & vult exinde commodum reportare Bal. cõſ.
ſequen. volumi. 5. Alexand. conſi. x. nume. 6. volumi. 3. Decia.
conſi. 41. nume. 3. cum concord. & ſpecialiter in dubio debet
excludi fœmina, quę comprehendi non poteſt niſi in caſu
nominatim expreſſo, vt dicam in limitatione prima: quod ſi
recipientis alia fuit intentio, nihil ad rem quia non aperuit
eam, & ſine concedentis approbatione mens acquirentis ni
hil ponit in eſſe: itidem concedo, in ambiguis eum ſenſum
capiendum, qui iuri communi conſonat, ſed iuri communi
eius negocii de quo agitur, non autem omnium negociorũ,
ius autem commune in feudis eſt, quod fœminæ repellan-
tur ſecundum regulam, quæ ne violetur, curare debemus ꝑ
omnem interpretationem reſtringendo etiam expreſſionẽ
factam, vt in fœminis excludendis præciſe a feudis tradunt
Ange. dicto conſi. 110. Rub. Alexand. dicto conſi. 110. Curt.
ſen. conſi 49. & colleg. Bonon. conſ. ſeq. nume. 5. num. 24. De-
cia. conſi. 517. nume. 5. cum ſimilib & hæc mens concedentis
pluſquam verba ſpectanda eſt a quo feudum creatur, non
autem mens recipientis, quę non concurrit niſi ad obligatio
nem formatam effectui mancipandam prout illam a domi-
no ſibi oblatam ſuſcipit: fateor quoque humaniorem ſenſũ
eſſe ſequendum, & rationabiliorem, & veriſimiliorem, & vi-
tio carentem, at humanius eſt, & rationabilius quod res ſua
Domino reddatur, quam alteri eo inuito tradatur, preſertim
illi, cui nihil cautum eſt, & ſi cautum eſt, ab ea cautione ſe-
mel cecidit ſine ipſius domini facto, aut culpa: & res mea
quam nemini obligaui præter eum qui obijt, debet ex omni
iure, & ratione ad me libere reuerti, & cum hæc interpreta-
tio rationem habeat, non poteſt dici non carere vitio, & nõ
eſſe veriſſimillimam: quis enim eſſet ille Dominus, qui inter-
rogatus an ita contulerit vt fœminis excluſis ipſe ſit pręteren
dus, ſtatim non affirmet? merito ergo ita cõcludendum eſt,
vt in pactis quoque ſcribit D. Tiber. Decia. reſp 29. nume. 43.
volumi. 2. & hoc eſt etiam humanius, & fauorabilius habita
relatione ad ius commune feudorum contra fœminas, quę
agunt de lucro captando, & pro domino qui agit de damno
vitando, ad not. per Alexand. conſi. 54. nume. 9. volumi. 5. De-
cia. conſi. 445. nume. 49. vbi ampliat hoc procedere, etiam ſi
intentio agentis fuerit a iure communi deuiare, quia reſtrin
gere debemus, vt deuiet, quam minus poſſit, cum quacunq;
limitatione B ad reprim. glo. non obſtantibus nume. 5. Aret.
conſilio 15. nume. 8. cum ſequen. Cur. ſen. d. conſi. 49. poſt nu-
me. 94. ver. vt verba. & in his ſemel excluſis obſeruantia con-
currens cum autoritate prudentum retinenda eſt pro inuio-
labili lege, Feli. cap. 8. ann. num. 28. de proba. D. Menoch. con.
21. nume. 25. præſertim cum nõ potuerit inane dici verbum,
& fœminis, quod potuit operari in vno caſu nempe maſcu-
lo præmoriẽte viuo patre, & is caſus non ẽdt ad alios trahi,
vt regula ſuſtineatur in reliquis, & minus lædatur, & fiſco do
mini diuturnius damnum contingat l. 3. C. de pręci. impo. of-
fic l. fina. C. ſi contra ius vel vti. pub. & in dubio facienda eſt ĩ-
terpretatio contra fœminam, pro qua eſt poſitum verbum
dubium ad not. per Paul. de Caſt. conſilio 282. colum. 6. num
7. verſi. quantum ad tertiam volumi. 1. & dicta clauſula, pro,
fœminis: certe fuit poſita pro vaſallis, & fœminis, eorum igĩt
debuere curare ſibi clarius caueri. l. 34. in pri. de contrah. em-
pt. quare honeſtior legalior, rectior, ꝓbrior, æqor, & rationa
bilior eſt hic ſenſus pro domino ad rem ſuam aſpirante, quã
pro muliere alienum appetente, & nimirum omnia fere fun
damenta SonsbeKii contra ipſum retorquentur, quę idcirco
latius attigi, ne quiſpiam illius autoritate decepꝰ de crebrio-
ri ſententia dubitaret, a qua nephas eſt in iudiciis diſcedere,
præſertim concurrente tex. §. quinctiam & autoritate gloſ. a-
pud omnes eminentiſſima: nec ſane video, quibus clarorib.
verbis potuiſſent Obertus, & Gerardus hunc ſenſum explica
re, quam dicendo, fœminas vlterius non admitti: nec etiam
video, quid mali, aut abſoni ex ea ĩterpretatione oriatur, cũ
iuſtiſſimum ſit vnicuique quod ſuum eſt reddi: eodem pacto
retorquetur fundamentum ex cap. pri. §. fina. de feud. March.
quo loci, inquit SonsbeKius æquiparari duos caſus, quod fę-
minę in feudo ſuccedant, & quod duo fratres in feudo nouo
inuicem ſuccedant, nam ſicut frater licet inueſtitus ſimul cũ
fratre in feudo nouo ipſi fratri non ſuccedit, niſi hoc dictum
ſit, ut inuicem ſuccedant, pari ratione fœmina quamuis vo-
cata cum maſculis poſt inueſtitum non ſuccedet maſculis, ni
ſi pactum hoc dicat, quod ſolum ipſi inueſtito fœminæ ſuc-
cedant, ſed etiam maſculis ſucceſſoribus inueſtiti: paria enim
ſunt hæc duo in hoc, quia neque fœmina in quocunque feu
do, neque frater, aut collateralis alius in feudo nouo quic-
quam aſſequi poteſt, niſi pactum diſertis verbis id exprimat:
porro inueſtitura, quę dat ſucceſſionem pro maſculis, & fœ-
minis non dicit, quod ſi inueſtitus reliquerit maſculum, &
fœminam, maſculo in ſua perſona inueſtituram renouante
pro ſuis maſculis, & fœminis, eadem fęmina iam excluſa ſuc
cedat fratri pro aliis fœminis, & non amplius pro illa inueſti
te, ergo nec nos dicemus, & cũ hic frater aliũ ſucceſſorem ex
inueſtitura ſua non relinquat, eſt neceſſario dicendũ domi-
no feudum aperiri, quia inueſtitura, quæ tractat de ſucceſſio-
ne ſuccedentium inuicem, prout illis inuicem eſt ſucceden
dum, & non primo acquirenti, prout aliqui inconſiderate te
nent, quod aduertit Paul. de Caſt. di. conſi. 191. colum. 1. volu.
2 nec aduerſantur tex. cap. 1. de eo qui ſibi vel hæred. ſuis. & c.
de duo frat. a capit. inueſti. quia illis in locis ſunt vberiora ver
ba: nam in primo dicitur, ſibi vel hæredibus ſuis maſculis, vel
his deficientibus fœminis, quod ver. deficientibus, non exclu
dit, ſed ſuſpendit fœminas. Oſaſch. deciſio. 23. numero 53. &
ita ceſſante ſuſpenſione feudum debetur fœminis retardatis
expreſſo pacto, at in caſu noſtro non eſt prouiſum, qui nam
ſuccedere debeat deficientibus maſculis ſicut ibi: in ſecundo
erat expreſſus tenor, quod quandiu ipſi, vel eorum hęredes
maſculi viuerent, & maſculis deficientibus, fœminæ ſupereſ-
ſent, ſuccederent, ex quibus verbis ceſſat omnis ambiguitas,
quia fœminæ non ſunt excluſæ, ſed ſuſpenſæ, & cum ea iura
loquantur in ſuſpenſione, igitur contrarium pręſupponunt
in excluſione, cuius ratio longe eſt diuerſa, & non ſine myſte
rio di. duobus locis ponuntur verba ſuſpenſiua, nimirum ad
indicandum, quod aliud ſuiſſet pręſuppoſitis verbis excluſis.
Non obſtat etiam tex. capitu. pri. §. filia de ſucceſſio. feud. quo
niam loquitur expreſſe de inueſtito cum ea clauſula, ibi reci
tata, & vult, vt fœmina vocata tunc demum ſuccedat ſi non
extat maſculus, ſed quando maſculus ſuperfuit inueſtito, vel
quando

quando de ipſius maſculi iam admiſſi ſucceſſione agitur, ibi non deciditur: immo argumento ducto a duorum fratrũ nomine inueſtitorũ ſucceſſione, fœmina maſculo, cum adiecta ſit vt ſuccedat inueſtito, indefectum maſculi, non autem maſculo cõiuncto niſi id ſpecialiter catum ſit, vt eodem text. in ſi.& tex cap.i.§ ad filias de ſucceſſ. frat. probat oppoſitum, hæc ſunt enim verba ad filias ſeu neptes, vel proneptes, vel ex filia nepotes, ſeu pronepotes ſucceſſio feudi nõ pertinet, proles enim fœminini ſexus, vel ex fœmineo ſexu deſcendens ad huiuſmodi ſucceſſionem aſpirare non poteſt niſi eius conditionis ſit feudum, vt eo pacto acquiſitum ſcilicet vt ſuccedãt poſtea deficientibus: porro propoſiti caſus inueſtitura non continet pactum, quod fœminæ ſuccedant maſculis coniunctis, ergo ad ſucceſſionem illorum aſpirare non poſſunt, ex quo bona feudalia sũt affecta, & ad preiudicium domini nõ regulantur alia ſucceſſione, quam illa, cui pactum dat formam ſpecialem, & legibilem dicto §.& quia vidimus. Quod Martin. Lauden. fuerit contrariæ ſententię, nihil ad Rhumbum, quia vna hyrundo non facit ver. vt eſt in adagio. & Iacob.de Belui. quicquid in via diſputationis innuere viſus eſt, conſcientia tactus crebriori ſubſcripſit:& per iſta motiuis Sõsbckii ſit reſponſum.

Non etiam me mouet Iul. Clari. de feud.queſt.SO.ver.ſed quęro quid e conuerſo diſtinctio, qui nec ipſe in ea inſiſtit, nã vt ex pręmiſſis docuimus licet vocetur cum maſculo fœmina, non eſt tamen in omnem caſum vocata, neque ad omnes ſucceſſiones omnium poſterorum, neque per verba ſuſpenſiua, ſed ſolummodo, in caſu deficientis maſculi ad ſucceſſionem. Acquirentis, nimirum adueniente caſu in quo deinde maſculis vocatis ſuccedendum ſit, in eum caſum fœmina non inuenitur vocata, & ideo feudum domino proprietario, & directo, qui in alium caſum non inueſtiuit aperitur, neque fęmina quicquam amittere dici poteſt, aut incommodum ſentire in eum caſum non vocata, & propterea contra eam nihil erit iniqui.ſed & conſiderationes alias officere nõ puto dum ponderatur tex.cap.i. de eo qui ſibi vel hęred.ſuis, & infertur æquiparari hos duos caſus, nempe non ſuccedere fœminam niſi deficientibus maſculis, & non ſuccedere donec maſculi ſuperſint: nam concedo, quia vtroque caſu insũt verba ſuſpenſiua, ſed nihil ad rem propoſitam, in qua ſupponimus fœminas excluſas non autem ſuſpenſas: ſic dum ponderatur glo.dicto §.quinetiam.citans capi.i.§. filia.de ſucceſſ. feud.& d.cap.i.de eo qui ſibi vel hęred. ſuis: nihil obeſt prout d.duo iura ſuperius declarauimus, quæ a glo. citantur in hoc quod niſi inſint d.verba ſuſpenſiua, fœmina ſemel excluſa ꝑpetuo erit excluſa.

Quo ad ſecundum Do.conſulentem, is fatetur, quod cæteris paribus ex communi iudicaret, niſi moueret ipſum in præſenti caſu, quod feudum videtur hæreditarium, dum dictum fuit,,pro ſuis hæredibus maſculis, & fœminis, qui caſus eſt diuerſus a caſu d.§.quin etiam. vnde tanquam in feudo hæreditario videntur fœminæ admittendæ, ſed cum oſtenſuri ſimus per hæc verba non fieri feudum hæreditarium, & caſum hũc non differre a caſu d.§.quinetiam. ceſſabit motiuum imo fundamentum eſt falſum, nam nulli dubium, quod allodia ſunt hæreditaria, & tamen etiam in illis fœmina ſemel excluſa, eſt perpetuo excluſa. Bald.vero l.quoties nu.5.C.de ſuis, & legit. ſolum docet eſſe differentiam inter coniunctiones, & vel, cũ non autem docet eſſe aliquam differentiam ſi dictum ſit potius, hæred.bus, quam deſcendentibus, & quid in caſu omiſſo: vel in ſucceſſione inuicem inter cõiunctos imo ex eius verbis colligitur fundamentum pro ſententia noſtra in ver.ſcias ꝙ conſuetudo illius feudi non determinat hunc caſum, & ideo feudum reuerſum eſt ad Dominum feudi, & loquitur in fortiori caſu: ergo idem in propoſito ex quo inueſtitura non decidit caſum huius ſucceſſionis: in iiſdem terminis Bald.loquitur Iaſ.l.Gallus.§.quidam recte, num.32.de li.& poſthum.& Pariſ.conſilio 12.numero 17.volumi.j.qui ibidem.nume.33. dicit quod ſi inueſtitura diſponat de maſculis, & fœminis deficientibus maſculis fœminæ admittuntur ſecundum communes concluſiones, quæ militant in caſu, quo primus inueſtitus moritur ſine maſculis vt d.§.quinetiam. Vnde Pariſ.conatur docere illam fœminam nunquam fuiſſe excluſam vt facit numero 35. vt cõcludat admitti poſſe: cuius uerba hæc ſunt: minus obſtat, quod dicebatur, quod ſemel excluſa cenſetur perpetuo excluſa: nam procedit quando fœmina eſt excluſa iuridice, vt per conſuetudines feudales, quod non eſt in pręſenti caſu, ex quo ipsa D.Ange.nunquam fuit excluſa, immo ſemper admiſſa, vt ſatis apertiſſime oſtenditur ex ſuperiꝰ deductis: ita Pariſ. qui nobiſcum ſentit quando fœmina ſemel fuit excluſa per d.§.quinetiam. & ex his habemus duas declarationes ad propoſitionẽ, quod ſemel excluſa &c.vnã, dũ nõ excluſio ſit præciſa ñ ꝯtinẽs ſuſpẽſionẽ; altera dũ nõ ea excluſio fuerit legitima, & conſueta, non autem de facto.

Quoad tertium D. conſulentem virum ſane oculatiſſimum, dum putat, diſtinguendum vtrum inueſtitura dicat, pro ſe ac ſuis hæredibus maſculis, & fœminis: an pro ſe ac ſuis deſcendentibus maſculis, & fœminis, vt priori caſu non procedant notata ſuper dicto §.quinetiam:& mouetur autoritate Afflic. qui ex mente Andre. de Iſern. & Bal.in terminis ita declarat d.§.colum.1.ſed aduertendum eſt, quod Afflict.arguit ex mẽte Andre.Iſern.nam palam ille nõ ita cenſuit, eius verba hęc ſunt: verbum ergo, deſcendens, videtur hic facere, alioqui diceretur paternum inter eos, qui deſcendunt ab eo cui feudum datum eſt, infra de eo qui ſi.ma.&c.c.qui ſibi: Cum autẽ Doctor intelligatur ſecundum legem quam citat Iſern. citando d.cap.qui ſibi habuit hanc mentem, ſecus eſſe, quando non fuit vſurpatum verbum; deſcendentibus, ſed verbum hæredibus, non ſimpliciter, ſed cum clauſula ſuſpenſiua, de qua ibi, vel his deficientibus, fœminis, ergo non potuit Afflict.iudicare mentem Iſer.ad ſimplex verbum, hæredibus, quod non eſt ſimplex in capi. citatio. & ut ipſe Afflict.ſaluetur, eius illatio debet intelligi parimodo quando dictum eſſet, pro ſe ac hæredibus maſculis, & his deficientibus fœminis, quo caſu dicitur excluſio temporalis, & ſuſpenſio ad Oſaſch.d. deciſio.23. numero 35.cum concor.& quando Iſern.non eſſet intelligẽdus ad formulam capi. citati, debet intelligi, vt loquitur, ꝙ videlicet verbum, deſcendens, ibi faciat, alioqui dicatur feudum paternum inter eos &c.non autem, vt alioqui fœmina non excludatur; adde quod Afflict. dicit ſe moueri ex mente Iſern.& citat illi conformem Bald.porro Bald. ibi vtitur his verbis; hoc eſt ſpeciale in feudis ſimplicibus, & rectis ideſt nõ conditionatis, & quæ non dantur ad certum ſeruitium, in aliis ſecus ſecundum Iacob.de Belui. & eſt ratio propter apertam naturam verborum a qua non debemus recedere niſi ĩ caſu expreſſo in iure: vnde iſte.§. debet reſtringi ad feudum ſimplex, & rectum, ſecus ſi eſſet conceſſum ad certum ſeruitium, quod fœmina poſſet explicare per ſe vel per alium: ita Bal. ex cuius verbis non poteſt colligi deciſio ad caſum, quũ dictum eſt, pro hæredibus maſculis, & fœminis prout Afflic. citat immo contrarium: dicit enim quod iſte §.non procedit in feudo conditionato, & di.clauſula non continet aliquam conditionem, vel ſpecificum ſeruitium, ergo continebitur in deciſione.§. dicit etiam Bald. quod non debemus recedere a natura verborum in feudis niſi in caſu expreſſo: ſed in caſu noſtro nihil exprimitur, per quod recedamus a natura feudorum, quæ in excludendo fœminas ad not.per Clariſſ.D.Hyppol.Riminal.dicto conſilio 83.numero 5.Bald. quoque dum ait, tex.reſtrĩgi ad feudum rectum, & ſimplex, manifeſte vult, quod feudum datum pro deſcendentibus maſculis, & fœminis, ſit rectum, & ſimplex, & non ſit impropriatum per coniunctionem fœminarum, neque ob id mutata illius recta natura, ſaltem in reliquis vt not. ſuper cap.i.de feu. non habẽ. propr.na.feu.ſicuti ergo per nominationem fœminarum, de qua dicto §.quinetiam natura recti, & ſimplicis feudi non dicitur ſublata, vel vitiata, per verbum hęredibus, quamuis requireret qualitatem hæreditariam, quoniam qualitas nõ impropriat feudum, ſed conditio, & ſeruitii genus; cœterum nego ego conſtituendam eſſe aliquam differentiam inter verbum, hęredibus, & verbum, deſcendentibus in materia feudali, & propterea in totum reprobo eam ſententiam, quæ affirmat feudum dici hæreditarium ex eo ſolo, quod dictum ſit, pro ſe ſuiſque hæredibus, vt in propoſito caſu erat, nam dicatur hęredibus, dicatur deſcendentibus, idem eſt, & fit interpretatio vtroque caſu id eſt, pro filiis maſculis, vt eſt ad literam tex.cap.pri.§ & ſi clientulus.de alie.feu. & neutro caſu requiritur in ſucceſſore illa qualitas hæreditaria, ſed ſolummodo ſanguinis continuatio legitima, vnde Bald.d.cap.pri.numero 3. de eo qui ſibi vel hęre. ſuis ita ſcribit: Iacobus Aurelianus ſuper iſto cap.talem poſuit poſtillam: qui ſtipulatur feudum ſibi, & hæredibus ſuis: hæc verba illud operantur, quod hæredes debeant habere feudum iure expreſſæ cõuentionis, & ſic non dicentur habere in ſucceſſionis: & numero 6.not. quod Iacob.de Beluiſ.videtur hic concordare cum opinione Iaco. de Aurel.ſic dicens, quod ſi vaſallus accipit pro ſe, & hęredibus ſuis deſcendentibus, veniunt ex pacto propter hęreditatem defuncti, & non veniunt niſi ſint hęredes pro ſe, vel per mediam perſonam:& infra ipſe diceret verum, ſi nomen, hęres haberet ſignificare qualitatem ſucceſſionis, ſed in feudis ſignificat qualitatem ſucceſſoris, vnde in iis, quę in hæreditario iure contingere poſſunt, concedi poteſt opinio Iacob.ſed in aliis hęredibus ſanguinis quos ad ſucceſſionem feudi non vocat hęreditas, ſed natura, non oportet, quod tales ſucceſſores habeant ius, & nomen hæreditatis:& numero 7.quod autem hęres dicatur duobus modis, ſcilicet hęres hæreditatis, & hęres ſanguinis, no.Innocen.ſuper rub.de iur.patr.hęc sũt verba Bald.qui vult aperte, quod ob ſolum verbum, hęredibus, feudum non dicatur hęreditarium, neque ceſſet eſſe ex

pacto

pacto,& prouidentia,rectum,& ſimplex,quoniam intelligitur de liberis,& deſcendentibus,& ſi quid præterea ſignificare poteſt, ſignificabit hoc, quod in ipſo feudo ex pacto appellentur hæredes iux.opinionem Iacob.Aurel.non autem, quod neceſſe ſit, ſuccedentem in eo eſſe alioqui hæredem in aliis bonis,quia hoc neque pactum dicit,neque vlla lex feudalis iubet,& concedens non potuit habere intentionem ad alia bona a ſe ipſo non proficiſcentia de quibus cogitare nihil ad ipſum, ſed habuit intentionem ad rem quam concedebat, vt in ea ſucceſſores vocati appellarentur ex pacto hæredes illius inueſtiti: & hæc pręcipua ſunt, quando hæredib. ſtat in vim ſubſtantiui, non autem adiectiui, ſicuti ſtat in Themate noſtro dum dictum eſt, pro ſe ſuiſque hæredibus maſculis,& fœminis,non enim verbum, hæredibus,ponitur ad qualificandum maſculos,vel fœminas, ſed verba,maſculis & fœminis,ſunt adiecta ad declarationem verbi,hæredib. & nobiſcum ſentit Bald.cap.pri.numero 6.de alien.feu.& in fortioribus terminis tradit Dec. conſilio numero 185.numero 5.verſicu.ſed tamen his non obſtantibus.conſilio 395.nu. 8.verſi.& ſi hoc eſt vt,numero 11.Pariſ. conſilio 2.nume.23. volum.j.cum concord.vt apud Clariſ.D. Hyppo.Rimin.con. 18.num.56.57.& ſequen.volum.i.quibus addo Andre.de Iſe. cap.i.§.præterea ducatus.colum.3.verſ.hoc indubitanter.ibi, ſed ſi dicatur.de prohib.feu.alie.per Fede.quo loci ſcribit,qđ ſi dictum ſit in inueſtitura,pro liberis, vel pro hæredibus ſuis deſcendentibus.d.ver.hęredibus non faciat feudum hæreditarium,ſed adhuc dicatur ſimplex,& rectum ex pacto, & prouidentia:prout ego teneo, quod omne feudum ſit ex pacto, & prouidentia in ea forma, qua creatum eſt, quia niſi quis paciſcatur,niſi quis prouideat, nullum feudum alicui debetur.& propterea niſi pactum loquatur, niſi prouidentia procedat,non etiam conſtituitur, neque creatur vllo modo, & ſi creatur,eam formam obſeruat,quam pactum, vel prouidentia præſcribit:tolle etiam ab impropriis pactum,& prouidentiam,ipſa quoque nihil erunt, Afflict.in prælud.feud.quęſtio.6.pri.regiſtrando quoddam conſilium Bald.ſcribit præciſa verba numero 167.ibi eſt aduertendum, quod eſt ſpeciale in feudis tam de iure conſuetudinario redacto in lib. feudorum,quam etiam per leges Imperatorum, incipiendo a Cõrado,qui primo inuenit feuda,& deſcẽdendo ad alios, quod verbum hoc,hæredes,ſemper accipitur pro filiis, ſeu liberis, & deſcendentibus:& citat multa concordã. Iul. Clar.de feu. q.83.ver.ſed quid ſi feudum ſit conceſſum ſimpliciter pro ſe, & hæredibus:deinde ſequitur Afflict.adeo,quod ſi dicat prĩceps concedo tibi,& tuis hęredibus, ſolum de filiis intelligitur,ſeu deſcendentibus ex eo:& numero 168.inquit,& eſt ratio,quia in feudis nomẽ,hæredis, ſemper accipitur pro filiis, & deſcendentibus: immo etiam in allodiis vſus admittit in aliquibus prouinciis dictum ſenſum, & ſocer meus in pactis dotalibus volens paciſci de filiis primi matrimonii, & de filiis ſecundi, nominauit eos primos hęredes, & ſecũdos hæredes cum verbis vulgaribus, quia plerique ita vulgo nominant filios hęredes:idem Afflict.d.§.& ſi clientulus nume. 7.ſubdit:hoc præmiſſo concluditur, quod quando cõceditur feudum tibi, & tuis hęredibus,intelligitur de deſcendentibus, & ex pacto,& prouidentia vt per eundem Afflict.d.cap.j.nu. 2.de eo qui ſibi vel hæred.ſuis.& in prælud. numero 170.addit,quod feudum datum Titio, & hæredibus ſuis, tam inueſtitus,quam deſcendentes, ab eo dicuntur, habere ex pacto, & prouidentia, & ſic non iure hæreditario in aliis bonis, qa d.verbum,idem refert,quod verbum deſcendentibus: Afflic. cap.pri.§.rurſus numero 63.quib.mod.feudum amit.adeo vt non ſit opus quod illi deſcendentes incluſi ver. hæredib. ſint hęredes aliquo modo in patrimonio, ſeu allodio, vt ſubdit numero 172.ibi,forte fuerũt moti illa ratione,quia tale feudum fuit acquiſitum ſibi & deſcendentibus, & tamen dictũ erat,hæredibus,& infra ver.nec obſt. ibi, quia idem eſt ſi ſic ponitur facta inueſtitura,pro ſe,& ſuis, hæredibus deſcendentibus,citat d.c.j.de eo qui,ſibi: poſtea ſubdit, & ſic clare probat tex.ille,quod ex pacto primi infeudati ſuccedunt deſcẽtes in feudo licet non ſint hæredes,quamuis ponantur in inueſtitura illa verba,tibi, & hæredibus ex tuo corpore & cap. finiunt verba Bald.& Afflict. ratio mihi videtur efficax, cur ob ſimplex ver.hęredibus, non requiratur qualitas hęreditaria reliqui patrimonij,ſed idem ſit, ac ſi prolatum eſſet verſi. filiis,vel deſcendentibus.Alexand.conſi.17.colum.1.volumi. v.D.Menoch.conſi.89. num. v. quoniam in feudis non cadit proprie hæreditas,ſed ad ſummum,ſi pactum dicat, conſideratur, quod in ea re debeant inueſtiti ex pacto dici hæredes, & erunt conuentionales,non quod cogantur eſſe hæredes in patrimonio, quæ hęreditas conuentionalis licet non ſit proprie hæreditas,erit quo ad hoc,vt cum ſucceſſione ſanguinis dicatur ſatiſfactum dicto verbo,& emunctæ naris homines, qui verba plus quam ſententiam captant,acquieſcant ad no. per Caſtr.d.conſi.191.colum.2.volum.2.Dec.conſi. 516.col. pen.in prin.quod etiam d.ver.hęredibus, poſitum in vim ſubſtantiui in materia feudali non implicet qualitatem hæreditariam,ſicut implicat in allodijs in quibus proprię cadit hæreditas,ſed ſolummodo referat quendam Ordinem ſucceſſorium ſanguinis ex pacto,& prouidentia not.Andreas de Iſer. c.i.§.quid ergo in fi.de inueſt.de re alie.fac Afflict. poſt Bal.d. prælud.nume.171.& in cap.i in pri.numero 110.de ſucceſſio. feud.quo loci ſcribit,verſi.hæredibus, importare qualitatem anomalam congruentem feudis:igitur eo verbo non ſignificabitur ſimpliciter,hæres,niſi anomalice iuxta naturam feudi,nempe ratione pacti in re ipſa , non extra,& conſequenter in effectu non erit vlla differentia,in feudis vti in verbo, hęredibus,aut verſi.deſcendentibus: hinc idem Afflict. cap.j. §.Titius cum Sempronio in vlti.not.nume. v.ſi de feu.... contro.inter dom.& agnatum, inquit precíſe,nota ex tex.ꝙ qui recepit feudum pro ſe,& hęredibus,intelligitur de liberis deſcendentibus,& in cap.1.in prin.nume.113.de natu.ſucceſ. feu.ait:pone inueſtitura dicit,ꝯcedimus feudum tibi, & hæredibus tuis maſculis,ſiue fœminis,an maſculi, & fœminæ pariter ſuccedant,vel ſeruetur ſexus prærogatiua? certe de iure communi feudorum vbi eſt d. inueſtitura , tunc ſuccedit fœmina,quando nunquam fuit maſculus deſcendens illius, de cuius ſucceſſione agitur,ſed ſi fuerit maſculus,& non ſubito mortuus,eius ſoror primo excluſa amplius non ſuccedet,& tamen dictum fuerat hæredibus, vt intelligamus non eſſe vĩ faciendã in terminis noſtris inter verſ. hęredib.& ver.deſcendentibus:idem Affli.d.c.1.in princ.num. 2.de eo qui *ſibi*: eandem ſignificationem de verſic. hęredibus tradit Specu. *lib.4.* par.3.tit.de Emphyt.quęſt.156.numero 184.Iaſ.l.ſi non *fortẽ.* §.Libertus poſt,numero 35.de condi.indeb.in l.Gallus.§.quidam recte.num.45.de libe.& poſthum.Bald. d.capi.i.in prin. numero 7. Aret. de teſtamen.glo.& ſi deceſſerit.numero 10. Alexand.conſi.80.colum.pe.verſi.tamen dato.volum.1.Dec. conſi.38.nume.6.conſi.445.ante nume.9.eſt glo.8.de vſufruc. accreſc.tex.notab.l.30.§.ſed & ſi ſuus.de fideicomm.lib.& ꝙ ex ſolo ver.hęredibus, in feudis non ſit exigenda qualitas hęreditaria,conſidero,quod in feudo nouo quamuis non ſit dictum,hęredibus ſed deſcendentibus, cogitur filius eſſe hęres patris ſi vult habere feudum,quamuis creatum ex pacto, & prouidentia,vt per Iſer.cap.1.§.vbi vero.an agn.vel fil.Afflic. d.prælud.nume.178. ver. & ſequendo iſtam diſtinctionem.ex diuerſo,ſi dictum ſit,hęredibus,& adhuc ex pacto , & prouidentia,Bald.d.§.quinetiam.& ſufficit concurſus qualitatis hęreditarię in primo ſucceſſore,neque alterius requiritur, neq; iccirco appellatur feudum hęreditarium, ſed remanet rectum ex pacto,& prouidentia in cęteris deſcendentibus, idem Bal. cap.in pręſentia.colum.4.nume.21.de proba. hęc tam vane, quoniam cum feuda naturam alterabilem habeant , & ſint ſubiecta variis interpretationibus,vnuſquiſque pro motu ſui capitis interpretatur,& pro varietate verborum,& *clauſularum* indiuerſis inueſtituris poſitarum , cum *aliis indiuiduis* conſiderationibus,quas impoſſibile eſt certa regula complecti,niſi his duabus,prima,quod in dubiis feuda reputentur legalia,& recta,prout initio conſtituta , & legibus ſuis deinde reformata fuerunt ſecunda,quod in claris obſeruentur pacta ipſa indiuidua prout verba ſonant,& mos patrię roborauit & circa ver.hęredibus,concludo opinionem communem indifferenter poſitam,de qua per Gabriel.li.6. de verborum ſignificatio.concluſio.3.numero 7.& Iul.Clar.de feud.quęſt.9. ver.nunc ſequendo. probari non poſſe,ſed ex omnium dictis ad hanc diſtinctionem deueniendum:aut ver. hęredibus,pręponitur in vim ſubſtantiui,quod pręſumitur, quando pręcedit,& adijcitur,maſculis,vel fœminis,tunc indiſtincte procedit ſententia noſtra,ne ſit hęreditarium,intelligendo,hęreditarium,ſecundum ſenſum aliorum,quia ſequentia verba venientia ad dilucidationem eius,verbi, aperte indicant loquẽtem protuliſſe dictum verbum,hęredibus,pro *filiis*,& deſcendentibus, & qualificaſſe illud cum qualitate maſculina , vel fœmina:& idem ſi prolatum ſit verb.hęredibus, abſque alio adiuncto:aut di.verſi.poſtponitur in vim adiectiui alteri verſicu.ſubſtantiuo,vel ſubſtantiui vim habenti, quod pręſumitur per poſtpoſitionem, veluti ſi dictum ſit , filiis hęredibus, maſculis hęredibus, deſcendentibus hęredibus , & iſto caſu, cum ver.hęredibus,adijciatur ſubſtantiuo pręcedenti dicitur adiectum ad qualificandum illud,& in vim qualitatis, & ... mitum ea qualitas reqrtur , & pręcedet communis opinio, conferunt citata per Pariſ.conſi.2.nume.17.cum ſequen.vol. j.Alciat.reſpon.27.li.3.Dec.conſi.290.nu.v. & quod ver.hęredibus, pręcedens nunquam alteret feudum quominus dicatur ex pacto,& prouidẽtia, neque faciat illud hęreditarium, ex multis conſtat,quę congerit Clariſſ. ętatis noſtræ iuriſconſultus D.Hyppo. Riminal. conſi.5.nume.46.48.conſi. 18.nu. 56.57.& ſequen.volu.1.& quod ſubſequens alteret , nonnihil

ex

ex Dec. conſilio 395. numero xi. Sententia vero noſtra probabilior videtur, quando præcedenti verſicu. hæredibus, anteppoſitum eſt ver. ſuis, vt quia dictum ſit, ſuis hæredibus maſculis, & fœminis, nam præmiſſo ver. ſuis, ſenſus eſt, de hæredibus qui ſint ſui, ideſt, qui habeant eam qualitatem ſuitatis, quæ concurrit in deſcendentibus tantum ſanguinis, quod ſi d. ver. poſtponeretur, & materia pateretur, fieret relatio ad omnes indiſtinctè: & d. qualitatem ſuitatis conſiderari quando d. verſicu. ſuis proponitur, & ſucceſſorem eſſe debere de exiſtentibus in poteſtate, in quibus ſolis cadit, tenuit excell. D. Tibertius Decia. honor. Præceptor meus me audiente dum repeteret l. fina. C. vnde libe. quamuis in reſponſis nuper editis aliter ſenſerit, nam conclusionem optimè probant l. 3. §. fina. de lib. agnoſcen. l. 8. in princ. de pact. l. 3. de repud. hæred. l. 29. §. etiam ſi parente. ver. & bene verba. de liber. & poſthu. l. prima. §. interdum. in fi. §. ſequen. & tot ferre titu. rubric. & nig. de ſuis, & legiti. facit glo. l. 8. in princ. de vſufruct. accr. quę exponit, ſuis hæredibus, ideſt, filiis, pro qua eſt. l. j. § ſi quis longo. de liber. agnoſcen. l. 11. in princi. de liber. & poſthum. ſequitur Ange. conſilio 306. Alexand. conſilio 36. volumi. pri. præſertimque hoc obtinet, vbi agitur de re non tranſmiſſibili ad omnes hęredes cap. ſi. ſi de feudo fuerit controuer. inter domi. & agna. B. Doc. di. §. etiam ſi parente. Alexand. conſi. 107. numero 16. volumi 4. vt autem quis ſit, & dicatur ſuus hæres, ſatis eſt deſcendentia ſanguinis, quamuis in patrimonio non eſſet hæres, vt eſt ad literam, tex. d. l. 30. §. ſed & ſi ſuus. de fideicomm. lib. & ita nullo modo erit differentia aliqua ſi dictum ſit, ſuis hæredibus, uel deſcendentibus, & omni caſu erit feudum rectum & legale: & non obſtante expreſſione verſi. hæredibus fœmina ſemel ſimpliciter excluſa erit perpetuo excluſa, niſi uerba ipſa implicent, vel explicent temporalitatem, vt ex communi tradunt Pedemon. d. deciſio. 23. ver. non obſtat octauum. numero quinquaſimotertio. & ſequẽt. Paril. conſilio vigeſimoſecundo numero decimooctauo. numero 25. conſilio ſequen. numero 60. volumi. pri. Dec. d. conſilio 390. numero quarto. verſi. quia in caſu. colum. 4. coniunctis iis quæ dicit numero 5. Brun. conſilio 78. numero ſecundo. Caſt. conſilio 191. colum. 2. verſ. ex his videtur, coniuncto verſicu. uam præſuppoſito. numero 3. volumi. ſecundo. & licet ibi contrarium concludat, obteſtatur ſe moueri aliis rationibus, non obſtat verſicu. hæredibus: & idem conſilio 300 colum. ſecunda. verſic. idcirco pro fundamento, eod. Bal. conſilio ducenteſimoſexageſimoſeptimo. numero 5. volum. 5. Socin. ſen. conſilio decimonono. numero 5. volumi. pri. & quamuis Alciat. in gratiam magnorum clientum aliquãdo allegauerit in contrarium reſpon. 3. numero 39. libro tertio. reſpon. 4. numero quarantesimooctauo. libro 4. tamen eius rationes in ſpecie diluuntur a Caſtr. di. conſilio 191. & ab aliis qui conſuluerunt contra, Alcia. & qui cum Alcia. ſenſerunt omnes confugerunt ad illud ſuffragium, quod feudum erat apertum domino, & dominus ex certa ſcientia, & gratia fœminam admiſerat, ut per Pariſien. dicto conſilio vigeſimoſecundo. numero decimooctauo. conſilio ſequen. nume. 60. volumi. pri. & nimirum idem Alcia. ſerio conſultus noſtram ſententiam præciſe ſtatuit reſpon. decimo. libro tertio. qui exorditur etiam cum verſicu. hæredibus, ita ſe habere communes concluſiones, ut ſemel excluſa ſit perpetuo excluſa, & dominus pręferatur, aduerſus quas loqui, dicit eſſe quærere nodum ſcyrpo: & in fortioribus terminis, nempe in feudo improprio, nobiſcum eſt etiam Ruyn. conſilio decimoquinto. volumi. primo. immo adhuc fortioribus, etiam ſi non ſit feudum, ſed inſit dignitas cum adminiſtratione, & quod eſt mirabilius, etiam ſi fœmina in excluſione maſculi reſeruauerit ſibi ius ſuccedendi competens, in caſu Germaniæ tradit idem Ruyn. conſilio quaranteſimo. numero 6. ver. ex his ſequitur. volumi. pri. immo in omni ſucceſſione in qua non eſt dubium deferri iure hæreditario ſemel excluſa eſt perpetuo excluſa, ut ſunt concluſiones vulgares igitur non eſt dicendum, quod dictus §. quinetiam. non procedat, ſi dictum ſit, hęredibus, potius quam, deſcendentibus, vt ponderauerat Affict. nulla iudicio meo, fultus ratione: & retorquendo conſiderationes propoſiti caſus in contrarium: dico quod aut volumus inueri inueſtituram primam. S. & certe per illam vocabantur filiæ. S. in caſu deficientis maſculi non autem hæ, Tullia, & Virginia, illæ vero fuerunt a maſculo excluſæ: T. maſculus extincto. S. inueſtitus cœpit poſſidere ex perſona ſua non amplius. S. & in inueſtitura ſua vocantur filiæ ſuę, non amplius illę. S. neque enim recepta eſt pro ſororibus, ſed pro ſe, & ſuis hæredibus maſculis, & fœminis, & ita deinceps: nam licet inueſtitura prior inſpiciatur quoad formulam renouationum impetrandum, vltima renouata inſpicitur quo ad ſucceſſionem in ipſa formula, non antiqua, cum vere ſuccedatur vltimo, vt per Caſtr. dicto conſilio 191. colum. 1. non autẽ primo, qui ſemel ſuos habuit hæredes, & non poteſt æternè alios habere immediatos hæredes: vnde aut iſtæ duæ ſorores volunt admitti ex poſtrema inueſtitura L. & G. fratrum ſuorum, & non poſſunt, quia verba dirigũtur ad filias ipſorum L. & G. non ad ſorores, aut ex inueſtitura communis patris, & non poſſunt, quia illa eſt extincta dũ fuit ſortita effectum in L. & G. & illius virtus quoad ſucceſſionem ceſſauit per ſubſequentem impetratam a dictis fratribus. ex hoc diſcurſu elicio vnam concluſionem, ad glo. di §. quinetiam. dum limitat illum text. niſi maſculus moriatur ſubito, nam poteſt intelligi illud, ſubito, ſcilicet antequam renouetur inueſtitura in ipſo maſculo, quæ renouanda eſt intra annũ, videtur. n. res adhuc integra nõdũ renouata inueſtitura, facit, quod dicitur de incontinenti, id eſt antequam ad alia diuertatur, argumen. l. 6. §. fin. de duo. reis. cum ſimilibus, puto autem citra veri præiudicium: quod Affict. opinio eſſet probanda, illa proculdubio non procederet etiam appoſito di. verſicu. hæredibus quando fœmina excluderetur duplici excluſione, vna ſcilicet ex natura feudorum, altera ex lege, vel conſuetudine patriæ, quæ repelleret fœminas indiſtinctè maſculis extantibus, & procederet etiam quoad feuda in caſibus in quibus de iure communi admitti poſſent Corne. conſilio centeſimoquaranteſimoquinto. colum. fina. volu. 1, nedum quoad allodia Anchar. conſilio 220. cum concord. cum enim fœmina etiam ſublatis feudi legibus non potuerit eſſe hæres, nullo pacto contineri potuit in verſicu. illo, hæredibus, & duplex excluſio ſemper operatur efficacius, quã ſimplex, argumen. §. ſanctiſſimas. Authen. de alie. & emphy. & ita remanet hæc ampliatio late diſcuſſa, nunc ſequuntur limitationes.

Primo itaque reſtringitur di. regula, ne obtineat quando fœminæ ſpecialiter ſunt vocatę, nam admittuntur uel ordine ſucceſſiuo ſi nil dicatur, vel prout lex dicitur conuentioni. Afflict. di. §. & quia, numero 13. in cap. pri. in primo, numero. 17. & ſequen. de natu. ſucceſſi. feu. Roma. conſilio princ. conſilio 33. cum infinitis: ſed aduertendum eſt, quod non eſt ſatis in verbo includi fœminas, quando includi poteſt pariter & maſculus, quia in ſpecie nominare debent, vt fœminæ filię, vel in indiuiduo, vt Maria, Catharina, & inde videmus, ꝙ licet verbum, hęres, excludat maſculum, & fœminam, in feudis ob ſubiectam materiam, & leges initio datas, includi ſolum maſculum, & non fœminam: ſic verbum, filii, verbum, liberi, verbum, deſcendentes, & ſimilia verba: & propterea tex. di. cap. i. §. hoc autem notandum, de his qui feu. dare poſ. inquit fœminas a ſucceſſione feudi remoueri, & filios illarum, niſi ſpecialiter dictum ſit, ut ad eas pertineat. nota primo verbum, ſpecialiter, & deinde nota quomodo tex. intelligat, ſpecialiter, ſcilicet, vt cõcedens in ſpecie exprimat, quod ad eas pertineat, eas videlicet fœminas, cum mere fœminino verbo prolatas, & non cum communi, vel promiſcuo: de quo ver. ſpecialiter, in hunc ſenſum multa inueniuntur ĩ iure l. i. in pri. vbi late Doct. de offic. eius, & requirere ſpecialẽ expreſſionem probant. l. 15. §. 1. de pigno. l. 8. cum glo. qui po. in pig. hab. l. 68. in pri. de furt. l. 15. §. lex Iulia. de adult. cum conco. Tex. cap. pri. de ſucceſſ. frat. & grad. ſucc. inquit fœminas non admitti niſi feudum ſit eo pacto acquiſitum, eo ſcilicet, vt fœminæ admittantur, ergo pactum requiritur expreſſum: Tex. cap. primo. §. fina. de ſucceſſio. feud. ait, niſi dictum ſit, vt filii, & filiæ ſuccedant, ergo non ſufficit filios, ſed opus eſt exprimere etiam filias: cap. j. de feu. fœmi. inquit, feudum ad fœminas pertinere non poſſe, niſi per pactum ſpeciale: c. 1. in fi. de feud. March. vult, ita demum idem dicendum de filiabus ſi pactum exprimat: text. capitu. pri. in fi. in quibus ca. feu. amittat. requirit, quod nominatim dicatur, nominare autem eſt per nomen ſuum exprimere, non ſub genere, uel promiſcuo comprehendere l. 3. in pri. cum glo. de legit. tut. l. 7. §. fina. de peric. & comm. rei vend. l. 24. l. 47. de manu. teſta. l. 88. de leg 3. l. 8. de caſtr. pecul. item tex. c. i. in pri. de na. ſuc. feu. requirit pactum, vel vſum, ex quibus confunduntur multę limitationes inferius recitandę.

Secundo reſtringitur, ne obtineat, quando locutio ſit ita vniuerſalis, ut non poſſit fœmina non comprehendi, veluti ſi dicatur, pro omnibus hęredibus, uel pro quibuſcunque hęredibus: tunc enim excluduntur notiſſimi termini feudales, cum verba nimirum prægnantia vſurpantur, Bald. capitu. 1. §. fina. de noua forma fidelitat. ideo fœminam quoque tunc vocari tradunt ex crebriori ſententia Iac. Phyl. Por. lib. 2. con cluſ. 41. ver. item veniunt filia fęminę: Goza. in cauſa Montiſſer. conſi. 8. nume. 36. & ſeq. Crauet. conſi. 256. col. pen. verſic. hic tamen videndum, & pro indubitata opinione reputat Clariſſ. D. Hyppo. Riminald. conſilio 63. numero 20 conſil. 65. numero decimonono. ſed certe adeo dubius eſt articulus, vt quo magis quis legit, eo ſe magis confundat inueniendo Doct. nedum a Doctorib. diſſidere, verum eoſdemmet ſibi inuicem cõtradicere: cõtentionis, & diſſidii origo fuit autori-

Trigeſimoſexto reſtringitur, ne procedat in feudis hæreditariis,nam ad hæc fœminæ aſpirant,Dec.d.conſ.390. col. pe. verſi.tertio non videtur:contrarium ponit Brun.d.conſil. 18. nu.11.difficultas eſt in cognoſcendo,quid ſit feudum hæreditarium,nã, ꝙ ex clauſula,pro ſe,& hęredibus,dicatur hæreditarium,eſt falſum,vt probaui in ſecunda,& vlt. ampli.ſi vero cõſideramus ad idem,clauſulam, pro ſe,& omnibus,vel quibuſcunq; hæredibus.tũc an fœminæ veniant, diſcuſſimus limi.2.Ego conſidero dupplici modo dici poſſe hæreditarium, primo,quia cum aliqua hæreditate deferatur, & in ea inſit, vt in ſim.Ruy.conſ.38.nu.7.vol.1.Oſaſch.deciſ. 26.nu. xix. D. Decia.d.cõſi.58.nu.44.& iſto caſu nulli dubium quod admittitur fœmina in poſſeſſorio iuxta limit. 26.ſecundo, quia ex pacto,& cõuentione debeat eſſe hæreditarium, & tunc duplex cadit cõſideratio, Prima,vt ſit hæreditariũ ꝑ hæreditatẽ ſanguinis,nõ bonorũ,& iſta qualitas nullo pacto admittit fęminas:Secũda,vt ſit hæreditariũ ꝑ hęreditatẽ bonorũ, & tũc diſtinguunt ẽt plures caſus,ſi inueſtitura dicat,pro te tuiſque hæredib.ꝑt capi pro hęreditate ſanguinis,ſed ſi capias pro hæreditate bonorum hęc verba non ſonant, quod ſucceſſor in feudo, debeat eſſe hæres in reliquo patrimonio, ſed quod in ipſo feudo debeat eſſe hæres,& hoc reſpectu dici poteſt hæreditarium, quia in ſolo eo feudo ſuccedens dici põt hæres, & non quod ſuccedat in reliquo patrimonio. neque id erit neceſſe ad eam qualitatem inducendam, cum inducatur ex pacto,neque contrahentes potuerunt habere conſiderationem extra feudum de quo agitur in aliis bonis,de quibus nihil ad feudi Dominum,& iſto caſu quoque concluſio eſt falſa.ſi uero inueſtitura dicat,pro te,tuiſque omnibus hæredib. adhuc non omnes fœminæ veniunt,niſi prout declaraui d.limit.2.& hoc feudũ non erit abſolute hæreditarium,ſed ſolũmodo in re conceſſa,ex pacto appoſito,& non erit opus ſuccedentem eſſe hæredem in alio patrimonio, quia dicere,omnibus hęredibus,idem eſt ac,dicere oĩb.filiis vel oĩb.deſcẽdentibus, & aliqui poſſent ita interpretari, omnibus, vt Vaſallus relinquat omnibus filiis maſculis,& non aliquibus,ſecundum quem ſenſum,qui videtur habere aliquam operationẽ nullo modo per ver.omnibus,venirent fœminę,& iuſtificaretur opinio D.Vvalterii, de qua dixi limit.2.in fi. ſi autem inueſtitura dicat,pro te tuiſque omnibus hęredibus, & ſucceſſoribus: tunc puto quod ſuccedere volens debeat etiam eſſe ſucceſſor in patrimonio,vt ſit ſenſus,tuis hęredibus, qui ſint hæredes in hoc feudo, & ſucceſſoribus in toto patrimonio, vel ſucceſſoribus, in hoc feudo,& hæredibus in patrimonio, & ita dicta duo verba exponi,& verificari debent, vt quodlibet operetur,& iſto caſu dicetur feudum ſimpliciter hæreditarium,vt ſcilicet in ſucceſſore d.qualitas requiratur, ſed quod idcirco fœmina in dictis verbis includatur,nõ opinor niſi, vt in d.limit.2.poſſunt etiam d.verba,hæredibus,& ſucceſſorib. habere aliam ſignificationem.hęredibus,ſcilicet in bonis,vel in feudo ipſo,& ſucceſſoribus,qui ſcilicet ſucceſſiue naſcant ex Vaſallo,& ſic deſcendentibus ſecundum, quam de fœminis non eſſet cogitatum. & ideo ſi hæres non eſſet de deſcendentibus,feudum non haberet quamuis hæres eſſet,& fœmina deſcendens non haberet,quia non hęres, vel non vocata niſi in d.caſu limit.2.Ex his liquet feudum tale hæreditarium non idcirco minus dici ex pacto, & prouidentia, quia quodcunque pactum prouidit,ſiue quod eſſet hęreditarium, ſiue alterius qualitatis,id totum dici debet ex pacto,& prouidentia,ſine quibus certe nihil eſſet,& illos longe errare, qui conſtituunt differentiam inter feudum ex pacto,& prouidentia, & hæreditariũ,nam ſi eſt hæreditariũ ex pacto, & ipſum dicitur ex prouidẽtia,ſed ſi eſſet hæreditariũ primo mõ,quia deferretur cum aliqua hæreditate, & natura illius ignoraretur tunc bene eſſet differentia, quia ex pacto apparenti non conſtaret: omnia igitur feuda in duo genera principalia reſoluuntur alia ſunt recta,& legalia, hęc ſunt quorum natura,vel forma ignoratur,iõ rectitudine legis,vel conſuetudinis ſuſtinent.alia ſunt ex pacto,& prouidẽtia, & hęc ſũt oĩa alia de qb. extãt inueſtituræ cũ pactis,& prouiſionib. apertis, qẽũque ſint illa pacta,& prouiſiones.iſta declaratio iudicio meo tollit omnes abſurditates,& ambages in quas Docto. inciderunt,capiendo hæreditarium feudum aliis modis ad ea, quæ refert.D.Decia.d.conſi.24.nu.63.& ſeq.vol.j. cum ſi.

Trigeſimoſeptimo reſtringitur, ne obtineat in feudis recognitis,ideſt,quæ a dñis nunꝗ proceſſerũt, ſed ab ipſis vaſallis vltro ſua allodia fuere in feudum recognita,quo caſu vaſalli potius conferunt,ꝗ referant beneficium, propterea fœminæ a talibus deſcendentes ſaltem finitis maſculis admittentur, etiam ꝙ fuerit facta recognitio iure antiqui, recti, & legalis feudi,niſi pactum expreſſe illas repelleret.quia non eſt credẽdum, ꝙ talis recognoſcens odio habuerit ſanguinem ſuum etiam fœmineum,ſicut in dño de ſuo concedente,nõ eſt credendum,ꝙ alienas.i.vaſalli fœminas incluſerit:& pro hac opinione fac.c.j.§.ſi.ibi cũ de pprio allodio.de eo q ſibi, vel hęred.ſuis.quamuis contrarium ſenſerit Bru.cõſi.108.nu.28.cui non aſſentior in hac parte ex no. per Iaſ. de feu. ſucceſ.num. 57.quinimo puto feudum hoc nunꝗ aperiri,aut deuolui,qa nec vnquã proceſſit, & mens recognoſcentis habuit alium finem, & nõ acquiritur ius dño ad priuationem vaſalli recoſcentis in ſuo iure vltra ꝗ verba ſonãt,ſicut nec pñs transfert pluſquam exprimatur,quando ſua concedit.& in hoc feudo verificabitur, & ſuſtinebitur opinio Sonsbekii.

Trigeſimooctauo reſtringitur, ne obtineat in feudo ignobili,in quo fœminæ includuntur, qñ tales vaſalli non exercent arma,neq; aliquod nobile officium D.Menoc. conſ.65. nu.30.& ſeq.& in ruſtico tradit Gram. deciſ.78.nu.11.& ſic ĩ ruſticis non cadit cõſideratio agnationis: vnde infertur ad ꝯſiderõnẽ,quam ego alias in facto habui, nempe ꝙ ſtatutum excluſiuum fœminarum pro conſeruanda agnatione nõ habeat locum in ruſticis,in vilibus,vel pauperibus perſonis,aut aſtrictis,ſed in nobilibus,& ciuilibus tantum.

Trigeſimonono reſtringitur,ne obtineat in feudis conceſſis maſculo ad arma,& ꝯſilia inepto,nam ꝯcedens tunc non vr̃ habuiſſe rationem earum qualitatum,& ꝓpterea ẽt fœmina capiet,vt colligitur ex D.Menoc. d.nu.30. & ſeq.ſed non placet, quia dominus cõcedens potuit habere ſpem in poſteris, & moueri vel contemplatione maiorum, vel alia non leui, vnde non recederem a regula niſi diceretur expreſſe.

Quadrageſimo reſtringitur,ne obtineat in fœmina potentiore ipſi dño concedente, quæ non debet intelligi excluſa, ſed incluſa ſicut maſculus,qñquidem hæc tueri dnm poterit melius,ꝗ debilior maſculus, & depreſſus, & ita finis feudalis magis obtinebit: cõfirmo:in generali ſermone excluſiuo nõ ꝯtinent perſonæ potentes,& in excelſa dignitate poſitæ Dec. c.eccleſia S.Mariæ nu.xv.de ꝯſt. ergo verba feudalia tacite tñ fęminas excludẽtia,multo minꝰ excludẽt, fęminas excluſas.

Quadrageſim optimo reſtringitur, ne obtineat in fęmina æque potente,& excelſa eadem ratione,intereſt.n. dñi magis defendi a vaſalla imperium habente,ꝗ ab humunculo: non tñ intelligo potẽtem, & excelſam eam fœminã,quæ cũ ipſo feudo,& ꝑꝑ ipſum talis eſſet,ſed quæ aliunde ſit potens,& excelſa,& ad hanc limi.eſt arg.c.4.de arbit.cum ibi nor. ad not. per Par.de Put. tract.de ſyndic.§. dicitur autem ſydicatus.fol. 32.patet exemplum de comitiſſa Matilda.

Quadrageſimoſecundo reſtringitur,ne obtineat, qñ publice intereſt fœminam admitti,vt quia publica, & euidens ĩde oritura ſit vtilitas: multa enim publicæ utilitatis cauſa cõtra regulas iuris conſtituta ſunt,& recepta,iuribus vulgatis.

Quadrageſimo tertio reſtringitur, ne obtineat, qñ imminet periculum publici alicuius maioris ſcandali, nam vt extinguatur,vel occuratur etiam fęmina admittẽda eſt,ad vulgaria quæ nota ſunt.

Quadrageſimoquarto reſtringitur,ne obtineat in feudis inferiorum a principe, infeudantium aliquid de allodiis ſuis, quia talia non iudicantur iure,& regulis feudi. ti.j.§.ſi.ti.7.ti. 16.in vſi.feu.intelligo ĩferiores eos, qui nullũ hñt pricipatũ.

Quadrageſimoquinto reſtringit,in caſu,quo inueſtitura facta ſit ꝑ deſcẽdẽtib.& hr̃dib.maſculis,& fęminis,nã ꝗ fœmina ſit vocata poſt maſculos ſm cõem, tñ his verbis attentis, fęmina quæ ſit hæres vltimi morientis ſm opinionẽ Paul.de Caſt.d.ꝯſ.191.col.j. vol. 2. ꝓferuntur maſculo nõ hr̃di eiuſdẽ, ꝗuis agnato,& ſic huius inueſtituræ ſenſus erit, ꝙ fęmina ſtatĩ admittatur finitis maſculis hr̃dib. ſi ipſa ſit hæres,Bru.ꝯſ.39. nu.8. & hinc fęmina ꝯphenſa hęres vltimi præferet agnatis maſculis collateralib.Oſaſch.deciſi.24.nu.30.33.& aliis agnatis ſemel excluſis,vt ibid.nu.33.ver.6.ꝑ ſorore.& notab.ꝑ Clariſ.D.Rimi.ſenio.cõſi.259.nu.33.vol.2.vbi loquitur in feudo antiquo:ſed in contrarium videtur tex.d.c.j.de eo qui ſibi vel hered.ſuis.expendenda erunt verba inueſtiturarum.

Quadrageſimoſexto reſtringitur in caſib.in qb. Doct.ꝓbabiliter ambigunt,vtrũ fęmina ſit incluſa,nã in ea ambiguitate non vr̃ declarandũ ſm cõem opinionẽ,ſed ſm illã,quę fęminas admittit fauore priſtini iuris,& odio excluſionis, vt ꝑ D.Decia.d.cõſ.24.nu.125.vol.j.& d.conſi.58,nu. 53. vol.2.ſed hoc reprobaui ſ.ꝑterꝗ in iudiciis poſſeſſoriis, & tũc addo aliũ caſum,in quo d ꝯcluſio ſaluari põt.ſ.qñ fœmina eſt noĩata, ꝯcedit aũt ſup verbis an fuerit excluſa, vel ne, & an ꝑpetuo, vel ad tps,nã niſi verba ſunt ꝑcila,& clara, ſed in vtramq; partem ſenſũ recipiant,pro fœmina,quæ nominata eſt,interpretãdum,erit rationib.prædictis, alioqui nullum priſtinum ius haberet neque dici poſſet excludi, ſi nõ probaretur incluſa.

Quadrageſimoſeptimo reſtringitur in feudis, quæ ſint mēbra alicuius corporis feudalis, & ab eo corpore proceſſerūt, & dependent, ut in membris comitatus, Marchionatus, Ducatus, Regni, nam licet in membris nulla de fœminis mentio fieret, attamen comprehenderentur, ſi, & prout ipſum principale corpus feudale fœminas admitteret vt per Clariſſ. Do. Hyp. Rimi. conſi. 6. nu. 132. & ſeq.

Quadrageſimo octauo reſtringitur in caſu, quo fœmina p̄ſens vna cum maſculo in cuius non eſt poteſtate, & principaliter ſtipulatur, vel ſi abeſt idem maſculus etiam pro illa cōiunctim, & principaliter ſtipulatur, vt ſi verba dicant, pro te, & ſorore tua præſente, vel pro te, & conſobrina tua, vel pro te, & Maria, nam tunc nunquam fœmina venit poſt maſculum, in cuius non eſt poteſtate, ſed cum illo Ruy. d. conſi 15. col. 4. ver. præterea intelliguntur. volu. 1. deſcendentia, enim, & poteſtas cauſant illam interpretationē ordinis ſucceſſiui.

Quadrageſimonono reſtringitur, qñ inueſtitura diceret ꝓ hæredibus vtriuſq; ſexus, quia tunc ſecundū aliquos fœmina nedum cōprehenditur, ſed ꝯcurrit, niſi alia lege municipali, conſuetudine, vel diſpoſitione excluderetur ab hæreditate maſculo extante ſm Ruy. conſi. 16. nu. 6. nu. 7. vol. i. ego puto fœminam his verbis vocatam poſt maſculum, ſm regulam, ſubiectæ māæ cōtēplatione, quicqd ſubtilis verbū vis īferret.

Quīquageſimo reſtringitur, qñ inueſtitura diceret pro, tuiſque hęredib. & ſucceſſorib. quia tunc ne alterum verbū abūdet, fœminæ ſm proprietatem verborum continebuntur ēt ad concurſum ſm Corn. conſ. 16. vol. i. Soc. ſen. conſi. 257. vo. 2. q̄ limitationem puto falſam præſertim ſm declarationē, quam ſuperiori loco feci limit. 36. & verbum hæredib. intelligo ꝓ filiis maſculis, c. i. §. ſi. de alie. feu. quos ſatis ſit hæredes eſſe ſanguinis, vel in ipſo feudo, & ſucceſſoribus, qui ſuccedūt in aliis bonis, & ſic nullum verbum abūdabit, & omnia operabuntur.

Quinquageſimo primo reſtringitur, vt procedat, in, via nouæ diſpoſitionis, quia ſi fœmina diſpoſitiue non continetur, nō poteſt nouiter diſpoſitioni, vt recipiatur, ad præiudiciū alterius, ſecus in via declarationis, quia dn̄s bene declarare poteſt, fœminas ab initio incluſas ſi verba non repugnant, vt̄ eiuſdem obſeruantia, contra quam fraus fieri videretur, nam alioqui qui declarat, nihil de nouo facit l. 21. §. 1. de teſtam. & tetigi ampli. 5. & ſeq.

Quinquageſimoſecundo reſtringitur, ne obtineat, quādo ſemel iudicatum eſt pro fœmina in contradictorio iudicio, nam ea ſententia cum tranſiuerit in rem iudicatam pro veritate hr̄, quamuis iniuſta fuiſſet, & attendenda eſt etiam cōtra tenorem inueſtituræ pręcedentis ſi edita fuit in iudicio, & ſuper illa diſputatum, niſi in contumaciam lata ſit, vel ſuppoſito aduerſario per colluſionem, iura ſūt ſatis vulgata, & ratio naturalis dictat. Et omnes caſus in quibus fœminę admittuntur intelligas de fœminis agnatis non de aliis, Gabriel. lib. 6. de verbo. ſignifi. concluſio. 4. nu. 4 & hæc ſint ſatis. die vlti. Septē. 1580. Ego Hieronymus Garzoninus, qui in omnibus, & ſingulis pręcictis humiliter me ſubiicio vniuſcuiuſque correctioni, & iudicio meliori, & præcipue Illuſtriſſimi Domini mei Præſidentis.

FINIS.

TRACT. AVREVS
ET PRACTICA PERVTILIS TOTVS ET SINGVLARIS DE HOMAGIIS
PER CLARISSIMVM MONARCHAM,
Dominum Iacobum de S. Geor. iuris vtriuſque Doctorem ac interpretem conſumatiſſimum in Thaurinenſi Gymnaſio editus.

SVMMARIVM.

1 *Homagium quid dicatur, & in quo iure de eo agatur.*
2 *Homagium quotuplex ſit.*
3 *Homagium quod feudi ratione datur duplex eſt.*
4 *Homagium ligium & non ligium, quid ſit.*
5 *In præſtatione homagii ligii quę excipiantur.*
6. *Homagii ligii effectus quotuplex ſit.*
7 *Homo alterius an poſſit quis effici aliter quam per pactum aut ſtipulationem.*
8 *Homo alicuius an poſſit quis effici per pactum ſolum aut ſtipulationem.*
9. *Filius hominis mei an ſit homo meus.*
10 *Filius hominis mei quibus caſibus efficiatur meus.*
11 *Filius an per homagium patris efficiatur homo alicuius.*
12 *Recognoſcens ſe hominem alicuius an præiudicet filiis.*
13 *Perſona eccleſiaſtica an poſſit ſe facere hominem alterius.*
14 *Prælatum eccleſiæ pro bonis feudalibus ſubiicit iuriſdictioni domini temporalis, qualiter ſit intelligendum.*
15 *Homagium qualiter ſit præſtandum.*
16 *Homagium qualiter probetur. & nu 19.*
17 *Re pro qua apparet homagium fuiſſe præſtitum ad aliquem perueniente, an ille tenebitur ad homagium pręſtandum.*
18 *In materia præſcriptionis an ſemper neceſſario ſit bona fides præſtanda.*
20 *Ad probandum hominem eſſe ſuum, quæ requirantur.*
21 *Homagium probatur profeſſione ſeu confeſſione.*
22 *Homagium pręſtare an ſit ſpecies ſeruitutis.*
23 *Homagium probatur ratione originis paternę, & ratione matrimonii & ſucceſſionis: item additione hæreditatis.*
24. *Domino dicente talem eſſe hominem ſuum, homine autem prætendente libertatem cui incumbat probatio.*
25 *Homo alicuius ſi ab alio inuitus detinetur, an poſſit deſinere eſſe illius.*
26 *Homo alicuius ad quid illi teneatur.*
27 *Vaſallus qualiter contra dominum concipiet libellum.*
28 *Subditus an, & in quib. poſsit accuſare dominum ſuum de crimine.*
29 *Subditus an teneatur alimentare dominum ſuum in caſu neceſsitatis.*
30 *Subditus an teneatur iuuare dominum ſuum contra inimicos.*
31 *Seruitia perſonalia domino debita an conuerti poſsint in ſubſidium pecuniarium.*
32 *Homo & ſubditus alterius, an teneatur illi præſtare ſacramentum fidelitatis.*
33 *Domini terrarum an hominibus & ſubditis ſuis poſsint imponere collectas, aut talias.*
34 *Ius collectandi an conſuetudine quęratur an pręſcriptione.*
35 *Principes an a ſuis ſubditis poſsint collectas ſeu talias exigere.*
36 *Princeps an poſsit hominibus vaſallorum ſuorum imponere collectam.*
37 *Solutio cenſus eſt ſubiectionis probatio.*
38 *Immunitas alicui de communitate conceſſa de non ſoluendo collectam, an cęteris pręiudicare debeat.*
39 *Nobiles an pro bonis quę poſſident debeant ſubire omnia patrimonialia ſeu onera collectarum quę imponuntur in illo loco.*
40 *Priuilegium minus iniuum an & quando poſsit reuocari.*
41 *Nobiles teneri ad contributionem collectarum qualiter intelligatur.*
42 *Conſuetudo dat priuilegium.*
43 *Domini terrarum an poſsint cogere ſubditos ſuos ad cuſtodiam alicuius caſtri.*

CIrca iſtam materiā homagiorum † eſt etiam ſciendum ꝙ de iſto
1 verbo homagium non habemus aliquem tex. expreſſe de iure ciuili, neque etiam in libello feudorum præterquam in duobus capitulis quæ ſunt in titu. de capitulis extra ordinariis, quæ titulis communiter nō habetur ī libello feudorum, ſed illa duo capitula reperio allegata per Iaco. de Ardizo Veronen. in ſua laudabilia ſumma feudorum. Et licet dicant quod illa duo capitula ſunt apocripha, tamen optima ratione fundata ſunt, & eorum verba formalia recēſuit. Bald. in ſuo conſilio. 159. incip. in Chriſti nomine † Quæritur primo ī iure autem canonico habemus tex. expreſſos d̄ iſto verbo homagium, in c. ex diligenti. ext. de ſimo. & in c. ſi ert. de reg. iur. in antiquis, & in c. grandi in verbo homagium extra de ſuppl. negl. præla. li. 6. † Nunc videndum eſt, quotuplex
2 eſt homagium. Circa ꝙ debemus ſcire quod aliquando homagium pręſtatur ratione feudi. Aliqñ rōne rerum non feudalium. Aliqñ ratione ſolius perſonæ, & tunc dr̄ homagium quędam ſeruitus in perſonā conſtituta. quoddam homagiū morib. & conſuetudine eſt intraductū vt patebit ex j̄. dicēdis.
3 † Circa primum homagium, qñ pręſtatur ratione feudi. Sciendū ē ꝙ tale homagiū eſt duplex qddā ligiū, quoddā nō ligiū. Homagiū ligiū eſt illud qd̄ p̄ſtat̄ imperatori vel regi nullius alterius perſonę, fidelitate reſeruata. Homagiū nō ligiū eſt illud, qd̄ p̄ſtatur aliis reſeruata fidelitate imperatoris vel regis. c. imperial. §. fi. in tit. de proh. alie. feu. per Fe. Et ita determinat Spe. in c. j. de feu. §. qm̄ ſuper homagiis. ver. & no. Io. Blanc. in ſuo eleganti tractatu de feu. & homagiis circa hoc ſic inquit
4 † Homagium aliqñ dicitur ligium aliqñ non ligiū: Ligiū dr̄ quaſi ligalitatem fidelitatē gerēs. Nam homo ſeu vaſallus ligius aduerſus oēs dēt gerere fidelitatem longius erga dñm ſuum ligium. Homagiū non ligiū eſt, qñ in pręſtatione homagii aliquis excipitur, puta q a dico ego p̄ſto tibi homagiū & fidelitatem excepto tali dño meo ligio, ꝯ quē nolo tibi teneri ſeruire, vel dico hoc nō pręſto tibi homagiū, & fidelitatē, excepto quia volo aliquē quē eligā conſtituere dñm meū ligiū, vel ī pręſtatione homagii ego excipio talē nobilē ꝯ quē
5 nolo obligari tibi ſeruire. † In pręſtatione aūt homagii ligii nullus ali⁹ excipit̄, q̄ tū ad verba, ſed q̄tū ad mentē & ītellīn ītelligant̄ excepti hñtes gñralē & ſupꝑmā iuriſdonē. d. c. imp. §. fina.

§.fina.Iſta ſunt verba pręfati Docto.ſed magis placet opinio
Spe.Et licet multi dicant quod iure dicitur homagium ligiũ
quando vaſallus ponit manus inter manus domini & pręſtat
ſibi homagium & ab eo recipitur ad oſculum, tamẽ hoc nõ
eſt verum,ſecundum Baldum in pręallega.ſuo conſi.clix.Iſta
tamen forma pręſtationis homagii ſcilicet quod iungantur
manus inter manus domini eſt aliquali ratione fundata, q̃a
manus ſignificat poteſtatem,l.manumiſſiones, ff.de iuſtit.&
iure,& ſignificat arbitrium,l.penul.ff.de arbitri. Et porrectio
manus dextrę ſignificat ſoliditatem & firmitatem,vt notatur
Inſtitu.de verbor obligatio.in princip & dicit,Spe.in d.§ quo
niam ſuper homagiis.verſi.& no quod in Italia dicitur vaſal
ligium in Francia dicitur homagium. poſtea ſubiicit hæc uer
ba.Nos vero prouinciales nobiles feudatarios a nobis feuda
tenẽtes appellamus vaſallos & feudatarios,plebeos uero ho
6 mines noſtros appellamus †Et aduertite,ꝙ huius homagii li
gii multiplex eſt effectus. Primus effectus eſt quod non poteſt
quis eſſe homo ligius duorum dominorum.Ita uult gloſ.no.
communiter approbata in clem.paſtoralis,§.denique,in ver.
homoque ligius.extra de iud.Et probatur expreſſe per tex.in
c.ſi quis inuentus cum c.ſeq in titu.de capi. extraor. & ita ult
Bal.in cap.cæterum.extra de iu. Homo autem non ligius be-
ne poteſt eſſe duorum dominorum. d. c.grandi. vbi probatur
expreſſe & ita vult Io.Rey.in d.c.imperialem,§.fi.l.3. chart.Se
cundus effectus eſt,quia quando præſtitum eſt homagium li-
gium non eſt amplius locus pœnitentiæ.l.eſt receptum.ff.de iu
riſd.om.iud.quam l.ad hoc allegat Bal.in d.conſ.clix.Idẽ vult
ipſe Bald.in d.c.cæterum.extra de iu.Tertius effectus eſt, quod
licet vaſallus non ligius poſſit renuntiare feudo,inuito domi
no.c.j.in titulo,de vaſal.qui contra conſtit.Loth. & dixi vobis
in tractatu feudorum,ver.refutauit tamen illi,qui pręſtitit ho
magium ligium ſeu fidelitatem ligiam pro feudo,non poteſt
inuito domino renuntiare feudo,quia talis contractus habet
vim.l.pen.C.de dona.inter virum & vxorem,& l. Cęſar. ff.de
pub.Ita ſing.determinat Bal.in conſ.pręallega.circa vltimam
col.quod ſemper notetis.Quartus effectus eſt,quia quãdo va-
ſallus pſtitit homagium ligium ſeu fidelitatem ligiam alicui
domino pro aliquo feudo,nedum illa bona feudalia ſunt ob
ligata ipſi domino,imo reliqua omnia bona, quæ habet ipſe
vaſallus ligius ſunt ſub iuriſdictione illius domini, cui eſt prę-
ſtita fidelitas ligia,quia poſſunt obligare perſonam ſuam, &
in conſequentiam obligãt omnia bona ſua,intellige ſane,ni-
ſi teneantur in feudum ab alio dño, ſecus eſt quando præſtatſ
homagium non ligium pro feudo. Ita eleganter determinat
Spec.in d.§.quoniam ſuper homagiis.verſi.17.quęro.Quintus
effectus eſt,quia ille qui pręſtitit homagium ligium ſeu fideli
tatem ligiam alicui domino,non poteſt in caſu motę guerrę
dicere domino ſuo priori: Dominę vos iniuſte bellatis & con
tenditis cum alio tali domino meo,& ideo non debeo vos iu
uare contra eum.Poterit enim dominus replicare. Amice,q̃
non eſt mecum,contra me eſt,l.cęlicolarum.C.de iudę.Secus
eſt in vaſallo non ligio,quia aliquando licitum eſt ſibi dicere
domino ſuo,ꝙ non tenetur eum adiuuare,quia bellum eſt in
iuſtum ſecundum tamen diſtinctionem quã facit tex.no.in c.
domino guerram faciente in titu.hic finitur lex.& incip.conſ.
feg.Ita vt ſup.decidit Bal.ſub dubio tamen forte in conſ. pręa.
vbi omnino videatur.Addite ad præmiſſa vnum quod voluit
no.Pet.la.in ti diſtinctionis feu.ſua diſtinctione decima vbi di
cit ꝙ quamuis ratione rei feu. pręſtatſ homagium ligium vel
non ligium,tamen ꝓpter hoc non alteratur natura feudi ſed
remanet in ſua virtute quo ad alienationem & quo ad exhi-
benda ſeruitia & quo ad alia q̃ concernunt contractum feu-
7 di,quod dictum eſt bene menti tenendum.†Aliquando vero
fit homagium alia ratione quam ratione feudi. Et circa hoc
primo quęro,vtrum quis per pactum vel ſtipulationem poſ-
ſit ſe facere hominem meum Concludite ꝙ ex mente Specu.
in ti.de feu.§.quoniam ſuper homagiis.ver.5.quęritur.Et hoc
idem voluit Ioan.Rey.in c.imperialem,§.fi.in antepe.char.In
verſic.quęro vltimo quid eſt, quod in titu. de aliena.feud.per
Fed.allegat.l.1.§.& l.iuriſgentium.§ prætor.ait ff. de pac. & eſt
tex.ad literam in d.c.grandi.in ver.ex pacto.extra de ſupple.ne
gli.prǽla.li 6.Nam per ſtipulationem quis poteſt aggrauare in
tentionem ſuam l.cum ſanc.C.de an.& cenſib.lib.11.Item po
teſt effici quis religioſus.c.omnes fœminæ.23.q.2.& extra de
regula.per totum quæ quidem religio eſt quædam ſeruitus.c.
multos.54.di.Item pactionibus,quis poteſt conditionem ſuã
aggrauare,§.pe.Inſt.de iure perſo.Idem eſſet in ſententia, ꝑ q̃
quis pronuntiaretur eſſe homo meus.Nam talis ſententia fa-
cit ius inter partes.capitulo cum inter.extra de re iudica.& ha
betur pro veritate,l.res iudicata, ff. de re iudicata. Nam iu
diciis dicemur quaſi contrahere. l.tertia, §.idem ſcribit, ff.
de pec.multo magis debet fieri homagiũ ꝑ expreſſum factũ,
facit.l.ſi quos ſpontaneos,C.de decurio.libro.x. licet ergo ho-
magiũ inuẽt rationibus iuris tamẽ morib. & cõſuetudine eſt
8 introductũ. † Concludamus ergo ꝙ per pactum expreſſum
vel ſtipulationem quis poteſt ſe facere hominem meum, &
ita vult Albe.de Roſa in fin.ad fi.commen.C. de pa. qui fil di
ſtra.Et ita teneatis,licet Bal.in l.ſi.C.de tranſact.teneat cõtra-
rium. Et ꝙ ſi dubitatur an ſis homo meus Ego enim dico te
eſſe hominem meum.tu autem hoc negas,& per tranſactio-
nem do tibi decem vt remaneas homo meus, talis trãſactio
videlicet ſi certũ eſſet eſſe hoĩem liberũ, non poſſes ita facer̃
hoĩem meũ. Sed vos tenebitis q̃õnẽ ꝓcedẽtẽ, maxime ꝑ tex.
9 ĩ c.grãdi. † Secũdo q̃ro,vtrũ filiꝰ hominis mei ſit homo meꝰ
Mart.de Fano. ĩ ſuo tractatu de homagiis diſtinguit hoc mo
do.Aut ille filius fuit conceptus,& natus antequam pater eiꝰ
faceret mihi homagium, & tunc non eſt homo meus.l.j.&
ij.C.de lib. & eo. liber. Aut ille filius fuit conceptus & natus
poſtquam pater ſuus fecit mihi homagium: & tunc erit hõ
meus, quia ſequitur fortunam patris: ſm̃ m̃ ius eſſet aliter di-
ſtinguendum. Aut ille filius eſt natus ex matre libera,& tũc
non erit homo meus l.ſi.C.de agri.& cenſi. & c.fi. ext. de ſer-
uis non ordi.Aut eſt natus ex matre quę eſt fœmina tua,quę
tenẽt tibi ad homagium,& tũc iura potius fauent mihi, qui
ſum dñs patris, q̃ tibi.l.ne diutius.C.de agri. & cenſi lib.xi.ut
tamen habeatis pleniorem declarationem in iſto paſſu,faci-
te uobis quinque caſus. † Primus caſus eſt,quando aliquis fe
10 cit mihi homagium in emendam alicuius iniurię: puta q̃a
impingitur ſibi quod occidit patrem meum,& in emendam
iſtius iniurię conſtituit ſe hominem meum, & hoc caſu filiꝰ
eius non erit homo meus, quia delictum patris non debet
nocere filio, toto titulo. C. ne fil. pro patre. & pœna debet
tenere ſuos autores.l.ſancimus.C.de pœn. & c. quę ſunt.ext.
de his quę fiunt a ma.par.cap. Si enim propter delictum pr̃is
filius non debet perdere bona,cum ſit ſpeciale in caſu.l.q̃ſqs.
C.ad l.Iul.maie.ubi filius portat iniquitatem patris, multo-
minus debet perdere ſtatum & dignitatem ſuam.§ fi.in Au-
then.ut nulli iudi. Secundus caſus eſt quando non ſolum in
emendam iniuriæ fecit ſe hominem meum,ſed etiam ſubie-
cit mihi bona ſua, quo caſu videtur ea mihi tradidiſſe & in
meo domino tranſtuliſſe, & iterum poſtea recepiſſe a me in
feudum, vel emphyteuſim.l. quiſquis. C. de donatio. Et hoc
caſu ſi velit abſtinere ab illis bonis, non tenebitur ipſe filius
mihi pręſtare homagium,ſed ſi agnoſcat illa bona,tenebitur
mihi pręſtare homagium, quia illa bona tranſeunt cum ſuo
onere.argu.l.via conſtitui.§.ſi fundus.ff.de ſerui. ruſti.prædio.
Nam ego vendicabo illa bona ratione directi dominii & ſi
ipſe excipiat ꝙ pater ſuus erat vtilis dominus:ego replicabo,
ꝙ ſi velit habere illa bona debet ſupportare onus, ad quod
pater erat aſtrictus,ſcilicet ad homagium.l. 2. C. ſine cenſu
vel rel.Tertius caſus eſt,quando quis conſtituit ſe hominem
meum ligium, quia dedit ſibi aliqua bona in feudum vel in
emphyteuſim,& vt debeam eum defendere, & tunc perſona
principaliter aſtringitur & bona dicuntur interuenire gratia
cuiuſdam remunerationis.l.ſi remunerandi. ff. manda. vnde
quia veriſimiliter ita voluit prouidere filiis ſuis, & ſicut ſibi.
l.pactum.ff.de prob. Ideo filius mihi tenebitur ad homagiũ,
quantuncunque velit refutare illa bona. Nam quemadmo-
dum poſſum prouidere filio meo paciſcendo vel ſtipulãdo.
l.& hęredi.§.nos autem.& § Iulianus.& l.auus.ff.de pactis.ita
poſſum ſibi prouidere conſtituendo me hominem alicuius
potentis. ita,vt ego & filii mei ab eo defendamur. Magnum
eſt enim ius patriæ poteſtatis, quia vidimus ꝙ propter ne-
ceſſitatem famis pater poteſt vendere filium.l. 2. C. de pa.qui
fil.diſtra.Item pater poteſt filium impuberem cõſtituere ſub
poteſtate tutorum.l.1.ff.de tutel.Item poteſt filium conſtitue
re ſub domino & poteſtate alicuius domini, vt defendantur
ab eo. Quartus eſt caſus,quando aliquis conſtituit ſe homi-
nem meum cum iſta dictione,duntaxat: vel cum iſta dictio-
ne, ſolum. & iſto caſu filius eius non tenetur mihi pręſtare
homagium,quia iſtę, dictiones taxatiuæ ſunt excluſiuæ cæte
rorum.Ad hoc allego vobis pulchrum text. in l non ſolum.
§.tale.ff.de lib.lega.habetur in l.qui in futurum.§. ſi ex altera.
& in l.iuriſgentium.§.pactorum.ff.de pact. Et ita expreſſe de-
terminat Io.Rey.licet non alleget prædicta iura,in d cap.im-
perialem.§. fina in antepe. charta, in verſi. quæro vidimus.
Quinto eſt caſus,quando quidem ſimpliciter conſtituit ſe do
minum meum ligium, nihilo ſibi dato: & tunc ſi non liquet
nobis de cauſa quare factum fuit illud homagium, q̃a nulla
cauſa fuit expreſſa,in dubio præſumitur ita feciſſe,vt defenda
tur a domino ſuo,vt ſic eius liberi ſint aſtricti ad homagium
etiam ipſi defendantſ ab ipſo domino. & vt res potius valeat
quam pereat l.quoties.ff.de reb.dub.& c.inter dilectos.§ cæte
11 rum.ext.de fi.inſtrum. † Addite ꝙ Bald.in l.1.de pa. qui fil.di
ſtra.dicat,ꝙ per homagiũ patris filius non fit homo alicuius.
Sed ne iſtud dictum obſtet his, quæ dixi in diſtinctione prædi
cta.dicatis ꝙ dictum Bald.debet intelligi, quando homagiũ
principaliter fieret ratione bonorum ſeu ratione feudi. &
hoc

hoc eſt quod ſubiicit ipſe Bal.in d.l.j.dum ſubiicit hoc eſſe ve
rum, niſi filius poſſideat rē ratione cuius debetur homagiū,
12 quia tunc bene tenetur illud præſtare. †Addite etiam, quod
diſtinctio prędicta procedit quando quis per pactum vel ſtipu
lationem conſtituit ſe hominem alterius alioquin licet pater
ſimpliciter recognoſceret ſe hominem alterius, talis recogni-
tio non noceret eius filiis, niſi ſimilem faceret recognitionē.
& ita vult Bal.& omnes ſequuntur in l. tranſactione matris.
C.de tranſa. Illud eſt clarum, ꝙ ſimplici offenſione ſeu volun
tate quis non poteſt ſe facere hominem alterius. iſta ſunt ver-
13 ba Bal.in l.liberos, C.de lib.cau. †Quæro ſecundo, nunquid ꝑ-
ſona eccleſiaſtica poſſit ſe facere hominem alterius. Conclu-
dite ꝙ non, niſi forte hoc faceret ratione alicuius feudi, quo
caſu ſubmittitur illa perſona eccleſiaſtica iuriſdictioni domi
ni temporalis, a quo recipit inſeudationem.c.ex tranſmiſſa.&
c.verum.extra de ſo.compe.Non obſt.ſi dicatur, ꝙ imo prin-
ceps ſecularis videtur habere fundatam intentionem de iure
communi in rebus temporalibus ab eccleſia poſſeſſis.& hi, q
hanc opinionem tenent, adducant tex. in capitu. veniens. in
prin.extra de accu.vbi tex.dicit, quod ille epiſcopus inculpabi
tur, eo quia contra priuilegia ſuæ eccleſiæ pſtiterit homagiū,
& fidelitatem Duci Boęmiæ.ergo innuit illa litera ꝙ ceſſanti
bus priuilegiis ille epiſcopus tenebatur præſtare homagium,
& fidelitatem alij Duci.ſed Do.Panor. ibi intelligit illum tex.
procedere, quando aliqua bona temporalia fuiſſent conceſſa
in feudū per illum Ducem, ſeu ſuos anteceſſores illi eccleſiæ,
lioquin ſi ſimpliciter ipſa bona temporalia fuiſſent conceſſa
ipſi eccleſiæ non poſſet princeps ſecularis pro talibus bonis
exigere fidelitatem ſeu homagium a prælato illius eccleſiæ, p
no.in c.ſolitæ.extra de maio.& obe.& in c. nimis. extra de iu-
14 reiu.†Quod dixi ſupra, prælatum eccleſiæ pro bonis feudalib.
ſubiici iuriſdictioni domini temporalis, intelligatis procedere
in pertinentibus ad naturam feudi, & quando agentur mere
ciuiliter ad amiſſionem feudi. Cæterum ſi ageretur criminali-
ter de crimine vel etiam ciuiliter de ipſo crimine ad effectum
amiſſionis feudi, tunc cognitio non ſpectaret ad dominum
temporalem, ſed ad ſuperiorem eccleſiaſticum illius prælati, et
lata ſententia condemnatoria contra ipſum prælatum ſub ip
ſo crimine digno priuatione feudi, tunc dominus temporalis
poterit auferre feudum ipſi pręlato. ita not. vult do. Panor. ex
mente Innocen.in loco pręallegato.cap. verum.circa.7.vel 8
col.in ver.quęro, quam intentionem &c.
15 †Tertio quęro, qualiter pręſtetur homagiū. Dicite ꝙ in hoc
non poteſt dari certa regula, quia talis pręſtatio homagii va-
riatur ſecundum varias conſuetudines: quandoque enim prę
ſtatur genibus flexis, quandoque caputio eleuato, quandoq;
manibus iunctis intra manus domini, quandoq; depoſito cor
rigo. In hoc ergo attendatis, ad quod antiquitus ſeruari cōſue
uit, & hoc vult Pe.Iac.in titu.diſtinctionis feudorum. Optime
facit, ꝙ vult Specu.in ti.de feud.§.quoniam ſuper homagiis.in
vlt.col.in verſic.porro.in Regno Francię.vbi dicit ꝙ Sereniſſi-
mus Rex Francorum nobiles, quos inueſtit de bonis feudali-
bus, recipit ad oſculum pacis. Ignobiles autē etiam ſi inueſtiā-
tur de feudo, non recipit eo modo.& domi.Marti. de Fano in
ſuo tract.de homagiis, conſuluit ꝙ in pręſtatione homagii re
ſeruatur aliqua cauſa, puta dicendo, ego pręſto tibi homagiū
eo quia mihi cōceſſiſti talia bona, & quia promiſiſti defende
re me & liberos meos, & bona contra omnem hominem vel
in emendam alicuius iniurię dicendo hoc modo, quia dicitur
quod ego occidi patrem tuum, & in emendationem talis in-
iurię facio tibi homagium, vel inſeram aliquam aliam iuſtā
cauſam.& hoc idem laudat Spec.in d.§.quoniam, ver. quarto
16 quęritur, ad fin. illius.§.†Quarto quęro, qualiter probetur ho
magium, concludendum eſt ꝙ aut agitur de facto recenti, &
tunc faciliter poterit probatio per teſtes vel inſtrumenta: aut
agitur de facto antiquo, puta qa dicitur ꝙ auus vel proauus
Titū facit homagium tali domino, vel ſeruiuit, vt homo per
tantum tempus, ex quo prętenditur deberi homagium, & tūc
ſi apparet inſtrumentum de inueſtitura, & inſeudatione aut
homagio, tunc iſta erit legitima probatio. Dicit enim non te-
nere Iacob.in tit.diſtinctionis feud.9.diſtinctio.quod formæ, &
qualitas homagiorum, & antiquorum inſtrumentorū in hac
materia multum debent attendi, per l.in finalibus, ff. finium
regun.& per no.cum cauſam extra de proba & per Spe.in di-
cto verſicu.porro.in Regno Francię, & per Ioan.Rey.in d. ca.
imperialem, §.fi.in fi.de proh.feu.alie. per Fed.
17 †Ex hoc infertur, quod ſi res illa, pro qua apparet fuiſſe prę
ſtitum homagiū, peruenerit ad Titium, tenebitur ipſe Titius
pręſtare homagium, quia res tranſit cum ſuo onere, l.2.C.ſine
cenſu.vel reli.l.traditio, §.1.ff.de acqui.rerum do.l. via conſti-
tui.§.ſi fundus, ff.de ſerui.ruſti.prędio. Si vero in iſto facto anti
quo non apparet aliquod inſtrumentum de homagio, ſed be
ne apparet inſtrumentum ſimplicis recognitionis, tunc iſta ꝓ
batio dicitur fieri per indirectum, quia non apparet de inſeu-
datione ſeu inueſtitura prima.ca.ſciendum.in fin.ti. de feu.co
gnitio.tunc per tale inſtrumentum ſimplicis recognitionis be
ne ſit probatio inter laicos, ſed inter clericos non, quia pręſu
meretur clericum ſubieciſſe rem temporalem eccleſię domi
no temporali, quod eſt prohibitum. tex. eſt aureus in capit.2.
extra de reb.eccle.non alien.lib.6. Si aūt de huiuſmodi homa
gio antiquo non appareat aliquod inſtrumentum & teſtes de
ficiunt, ſed allegatur conſuetudo ſeu vſus cum lapſu tempo
ris, puta allegatur quod talis res ab antiquo conſueuit teneri
ſub homagio talis domini, vel quod tales, puta Petrus & ſui
deſcenden ab antiquo reputati fuerunt ſemper homines talis
domini, tunc eſt aduertendum, quod aut allegatur tempus, cu
ius initii memoria non extat in contrarium, tunc facta proba
tione de tanto tempore erit ſufficienter probatum homagiū
quia tēpus tale, cuius initii memoria &c. habet vim tituli ſeu
priuilegii, l.hoc iure, §.ductus aquę, ff.de aqua quotidia.& eſt.
& c.ſuper quibuſdam.pręterea, extra de verbo.ſignifi. Et dicit
eleganter Barto.de Sal.in l.2.C.de ſerui.& aqua.vbi habemus
tempus, cuius initii memoria &c.non eſt curandum de bona
vel mala fide.
18 †Addo, quod licet in materia pręſcriptionis quandoque nō
oporteat probare bonam fidem, quia aliquando pręſumitur
propter titulum.l.penulti.C.de euictio.habetur in l.ſuper lon
gi.C.de pręſcriptio.lon.tempor. tamen oportet eam allegare.
ita dr̄ in c.ſi qs per 30.in ti.ſi de feu.defun.fue.cōt.no.p can.ī c.
fi.ext.de pręſ.hoc tn̄ limitat̄, niſi ageret̄ de pſc.tpis, cuius initii
quia tunc eſt neceſſe allegare bonam fidem. ita dicit ſing.Bal.
in capitu.ſi diligenti.in fine.commen. extra de præſcrip. Quo-
modo autem & qualiter debeant teſtes deponere quando ꝓ-
ducuntur ad probandum tempus, cuius initii memoria.&c. ha
betis pulchrum tex.in ſua glo.in l.ſi arbiter, ff.de probatio. Et
glo.ordinariam perpetuo notandam in c.j.extra.de præſcript.
li.6.& Bar.in l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.arcen. Aut alle-
gatur tempus ſolum.30.vel 40.annorum ꝙ talis tāquam ho-
mo meus præſtitit mihi ſeruitia. Et tunc facta probatione de
tanto tempore, videtur probatum eſſe ſufficienter homagiū,
l.cum ſatis, §.cum autem, C.de agri.& cenſi.li.11.& l.cum qui
C.de fun.rei priua. & l.iubemus, C. de fun. reipub.co.li.facit.l.
omnes, & l.ſicut.C.de pręſcri.30.vel 40.anno.habetur per Spe
cu.in ti.de feu.§.quoniam ſuper homagiis.ver.3.quęritur. Nā
in tanto tempore acquiritur ius vaſalliticum.c. ſi quis per 30.
& ibi no.per Bald.& omnes in titu.ſi de feu.defunct.fue.cōt.
19 †Eſtote tamen cauti in pratica, quia non ſufficeret articulare
vel probare quod talis per 30.vel 40.an.pręſtitit mihi ſeruitia,
ſed oportet articulare & probare ꝙ illa ſeruitia mihi pręſti-
tit tanquam homo meus ratione homagii vel ratione feudi
Alioquin non eſſet concludens probatio, quia potuiſſet mi-
hi pręſtare tanquam amicus. facit optime quod not. Innoc.in
c.cum eccleſia Sutrina.extra de cau.poſſeſſi.& prop. Aut alle
gatur minus tempus, puta.10.vel 20. ann. vnde dubitatur, an
probatio tanto tempore dicatur ſufficienter probatum ho
magium. In hoc reperio varias opiniones. Nam glo.in l. cum
de in rem verſo.in glo.magna, in fi.ſub dubio tamen forte, ff.
de vſu.dicit quod iſtud tempus.10.annorum ſufficit, dummo
do allegamus titulum homagii. Et ad probandum ipſum ho-
magium inducimus tempus.10.annor. Nam probato tanto tē
pore pręſumetur titulus allegatus per illam. l. cum de in rem
verſo. Sed glo.tenuit contrarium in l.2.C.de inge.ma. & Cy.
de Piſto.in l.ſi certis annis.in 10.quęſtio.C.de pact. dicit quod
iſta gl.vlti.eſt verior, Bar.autem in d.l.cum de in rem verſo in
vlti.q.tenet glo.ibi quod ſufficiat tempus 10.annorum, per l.
ſolent.in fin.ff.de offic.conſu.& leg.pro hac ſententia adduco
vobis nota. per Bald.& Angel. in l.qui in aliena. §. ſed ſi non
adierit.ff.de acquirenda hęredit. ubi dicunt quod ſi qui tenue
runt rem tanquam emphyteuticam per ſpatium 10.annorū,
pręſumetur habere titulum emphyteuticum eodem modo
ſi quis ſpatio.10.ann.poſſiderit aliquod beneficium pacifice,
pręſumetur ꝙ fuerit legitime inſtitutus in eo. Ad idem faciūt
no.per Bar.in l.litibus, C.de agri & cenſi.lib.6. Addite not.per
Bal.in l.ſ.circa tertiam ſeu quartam col.in verſi.pone ego tan
20 quam vaſallus &c.C.de fideicom †Aduertite tamen, ꝙ non
ſufficeret probare ꝙ talis mihi pręſtitit ſeruitia. 10. annis.vel
20.quia oporteret probare ꝙ ea mihi pręſtitit tāquam homo
meus ratione homagii. Et cōſulendo tenerem contra opinio
nem Bart.attento ꝙ glo. in l. cum de in rem verſo.idem tenet
nam ex quo per 10.annos mihi pręſtitit ſeruitia tanquam ho
mo meus, ego conſtituor in quaſi poſſeſſione illius homagii
& illa pręſumptio fundat intentionem mei agentis niſi reus
conuentus probet ſe liberum hominem.l.circa. ff.de proba.
l.moneor, C.de ſe.expor. facit quod habetur in c.querelam.ex
21 tra de electio. †Item probatur homagium per profeſſionem
ſeu confeſſionem illius qui quaſi profeſſus ſeu confeſſus fuit
ſe eſſe hominem meum. Nam huic confeſſioni ſtabitur in ꝑ
iudicium ipſius confitentis. l.cum pretium. C.de li.cauſa.cum
tex.

tex.no.in l.quod ff.de conſt.pecu.& eſt de mente Bal. in addit.
ad Spe in ti.de ſeu.in vl.col. Sed tamen tali confeſſioni nõ ſta
bitur in præiudicium tertij. Ad hoc videatis omnino in l. 2.C.
de oper.liber.Et no per Spec.in ti.de iuriſd.om.iud.in penulti.
22 colum.in verſi.illud etiam not.†Et ſi dicatur, quomodo quis
poteſt ſe facere hominem alterius cum ſit ſpecies ſeruitutis p̄
ſtare homagium alteri,ꝙ non videtur de iure permiſſum .ca.
fi.extra de ſer.non ordi.ad hoc reſpondetur ꝙ homines noſtri
non propterea amittunt libertatem,licet aliquali ſubiectione
teneantur domino.ita dici Speculator.in titu.de ſeu. §.quoniã
ſuper homagijs.verſic.primo autem.Circa p̄miſſa addite Bar.
in l.talem,§.i.ff.de hęr.inſt.ubi dicit, ꝙ licet vaſallos & ſubdi
tos nr̃os appellem⁹ hoĩes nr̃os,tñ liberi ſunt,addite Bal. ĩ add.
ad Specu.in j. colum. vbi dicit quod homagium eſt quædam
ſpecies ſeruitutis,ſed minor benefacit quod no.gloſſ. in l.ſi cu
ius.in prin.ff.de vſuſruct. Addatis eundem Bald.in l.j. C.de hæ
re. decu. vbi dicit quod homines noſtri nihilominus ſunt in-
genui.allegat glo.Inſtitu. de iur. perſo. quæ incipit , ſed quod
23 de ſtatutis.†Item probatur homagium ratione originis pater
næ,l.cum ſcimus,§.illud.& l.ne diutius.C.de agri.& cenſi.lib.
11.& l.fi.C.de murile.co.li. Nam ſi pater præſtitit homagium
domino vt ſibi præuideret de defenſore, qui defenderet eum
in bonis & in perſona.idem voluit proſpicere filiis ſuis l.ſi pa-
ctum ff.de probatio.& l.ſi hæredi.§.nos autem & l.auus. ff.de
pac.de quo plene per Specu.in d.§. quoniam ſuper homagijs.
ver.tertio quæritur.

Item probatur,ſecũdum quoſdam,homagium ratione ma-
trimonij.Nam vxor hominis mei ſecundum eos, appellatur
fœmina mea,ſeu mea homenga,quia vxor ſequitur conditio
nem viri.l.fœminæ,ff.de ſena.& l.mulieres,C.de dig.lib.12.&
l.fi.§.idem reſcripſerunt,ff. ad muni. ſed vos tenebitis contra-
rium,quia mulier non ſequitur infortunium viri. Et per hãc
rationem & multas alias ita determinat Specu.in d.§.quoniã
ſuper homagiis.verſicu.22.quæritur.

Item homagium probatur ſucceſſione,nam ſi aliquis præſti
tit mihi homagium ratione certorum bonorum,& illa bona
vadant ad ſucceſſorẽ hominis mei, tranſibunt cum ſuo one-
re,ſcilicet homagii.l.2.C.ſine cenſu vel reli. & ita determinat
Specu.in d.§.quoniam,verſicu.23. Item probatur homagium
aditione hæreditatis.Nam ſi aliquis adeat hæreditatem homi
nis mei, per talem aditionem efficietur homo meus etiam
ante apprehenſam poſſeſſionem rerum hæreditariarum. l.3.
§.fina.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.& l.j.& 2.C.de actio. hære. & ita
determinat Specu.in dicto.§ quomodo. verſi.23.

Quid autem dicemus de filio exhæreditatio vel qui reſtituit
24 hæreditatem paternam,dicam vobis in fra. †Iuxta prædicta q̃
ro,cui incumbit onus probandi, an domino dicenti talem eſ-
ſe hominem ſuum an vero ipſi homini prætendenti liberta-
tem ſeu alleganti ſe eſſe libertum?Cõcludite quod ſi dominus
eſt in poſſeſſione, ſeu quaſi, talis iure vaſallitici vel homagij
tunc alteri alleganti ſe liberum hominem incumbit onus ꝓ-
bandi.l.circa.ff.de proba.Si vero ille eſt in poſſeſſione ſeu qua
ſi libertatis,retorquet onus probandi in dominum, dummo
do talis poſſeſſio ſeu quaſi libertatis ſit abſque dolo.tex.eſt no
ta.in l.eam quæ.C.de lib.cau.vbi Bald.colligit,quod quaſi poſ
ſeſſio in iuribus incorporalibus tunc prodeſt,quando eſt cum
bona fide.Ad præmiſſa videte tex.& Bar.in l.3.§.ſi ſeruus. ff.de
acqui.poſ.& Cyn.de Piſto.in l.2.C. vbi cauſa ſtatus vbi no.loq
tur.De iſta materia habetur per Inno.in cap.2.extra de ſer.or.
& per Io.Fa.in §.penul.Inſt.de iur.perſo. Diſtinctionem prædi
ctam facit.Ioan.Rey.in compendio ſeudorum, in c. imperia-
lem,§.fina.in pe.char.in fin. de prohibita. alien.feud. per Fed.
25 in li.feudorum.†Vnum notetis,quod licet homo meus appre
hendatur per alium,& inuitus ab illo detineatur, tamen ſi in
animo ſuo gerit ſe quod ſubdito meo, & ita ſe appellet, non
perdo meam poſſeſſionem incorporalem. Ita dicit eleganter
Bal.in l.i.in 3.colum.alias in 5.in verbo,plus etiam dico. C.de
ſer.fugi.allegat.l.ſi rem mobilem,§.fi.ff.de acquiren.poſſeſſio.
vbi dicitur hoc probari ad literam. allegat etiam. l. in arbori
bus.§.fi.ff.de vſu.vbi dicit quod ſi prædo poſſideat ſeruum, in
quo habeo vſuſructum & ipſe ſeruus gerat ſe pro ſeruo ad
me vſumfructuarium ſpectantem, quod nõ perdo quaſi poſ
ſeſſionem vſuſructus.& opi.Bal.ſequutus eſt Pau.de Caſt.in l.
3.§.fi.alias eſt in §.ſi ſeruus,ff.de acq. poſſeſ. Ponderetis verba
Bal.quia dicit ꝙ non perdo poſſeſſionem incorporalem ratio
ne iuriſdictionis & ſubiectionis,quam habeo in hoĩem meũ,
ſed poſſeſſionẽ corporalem ipſius hominis mei bene perdo
eo ipſo ꝙ eſt apprehenſus per alium & inuitus detinetur ab
eo.l.j.§.per ſeruum qui in fuga.ff.de ac.poſ.Et iſtam opi. tenẽ
do reſpondebitis ad l.ſi rem mobilem,§. fin.ꝙ ibi nulla parte
26 fit mentio,ꝙ ille fuiſſet apprehenſus per alium. †Sexto prin-
cipaliter quæro, ad quid mihi teneatur homo meus cõcludi-
te ꝙ ad multa. In primis tenetur mihi exhibere reuerentiam
exemplo liberti erga patronũ.l.libertos.ff.de obſe.a libe. pa.p̄
ſtan.Notatur in l.ſi non ſortem,§.libertus,ff.de cond. inde.Se
cundo dicunt,ꝙ nõ poteſt me vocare in ius, niſi petita venia.
l.venian.ff.de in ius vocã.Sed vos determinabitis contrarium.
In primis, quia nos habemus quod vaſallus poteſt vocare do
minum ſuum in ius etiam venia non petita.Iſta eſt glo.valde
no.in ver.ſerua reuerentia.in ti.de nul.& vaſal.qui cont.eſt in
li.ſeu.Et illam glo.ſequuti fuerunt ibi Iacob.de Bel.Ni.de Nea
po.Bal.& Iac.Alua.Mouentur,quia vaſallus non eſt de perſo
nis enumeratis in edicto prædiorum vt patet ex no. in §.pęna
lis.Inſti.de actio.& in l generaliter,ff.de in ius vocã. Secundo
mouentur,quia non reperitur iure cautum,ꝙ ſubditus tenea
tur petere veniã:ergo dicere non debemus.l.illam , C.de col.
Addite ꝙ Spe.in ti.de ſeu §.quoniam ſuper homagiis.verſicu.
17.tenet expreſſe,quod homo ſeu ſubditus non poſſit domi-
num ſuum vocare in ius ſine venia.& dicit Bal.in l.bene a Ze-
none.C.de quadri.præſcript. in aliquibus lecturis, ꝙ quis non
poteſt mouere quæſtionem principi ſuo, niſi prius venia peti
ta.Et dicit hoc alibi non reperiri & eſſe menti tenendum. In
hac veritate ego ſæpe conſului ꝙ homo & ſubditus poteſt fa
cere vocari dominum ſuum in ius venia non petita in princi
pe ego ſeruarem dictum Bald.in d.l.bene a Zenone, & idem
dicerem in fiſco . & ideo quando vultis mouere quæſtionem
contra fiſcum principis vel contra principem veſtrum:conſu
lo ante omnia petatis veniam & in iudicio quando conten-
ditis contra ſimiles perſonas debetis vti verbis honeſtis. Ter-
tio non poteſt homo meus & ſubditus intentare actionem
famoſam contra dominum ſuum. Sed debet petitionem ſuã
verbis obtemperare,l.non debet , ff.de dolo. & l.honori,& l.
parens . §.fin.ff.de ob.a li.pa.præſt.& idem eſt in vaſallo, ſecũ-
dum Bald.in c.imperialem.in titu.de prohi. ſeua. alie.per Fed.
27 †Sed quæro in practica,qualiter ergo homo vel vaſallus cõ
tra dñm ſuum concipiet libellum in actione de dolo vel in
actione furti,quia iſtę actiones infamãt.l.j.ff.de his qui no.inf.
Reſpon.vobis ꝙ debet aduertere ad medium concludendi &
illud fundare ſuper bona fide,dicendo hoc modo,quia bonę
fidei nõ congruit,nec bona fides patet ꝙ talis dominus meus
locupletetur cum iactura mea, ideo peto eum condemnari
&c.Ita dicit eleganter Bart.in l.infamem.in prin. 2. colum.in
verſi.his expeditis,ff.de pub.iu.& ſequitur Ang.de Are.Inſt.de
act.in 1.ſeu.2.col.
28 †Quarto non poteſt homo & ſubditus accuſare de crimine,
dñm ſuum,niſi iſtis caſibus,ar.l.qui cum maior, §.ſi libertus,
ff.de bo.lib.Et dicit eleganter Bal.in c.licet cauſam.in 4. col.in
in ver.horæ.extra de prob. ꝙ pro huiuſmodi honorantiis cõ-
petit poſſeſſorium remedium,quia habent in ſi.vtilitatem &
ſepiunt obedientiam.ꝓ aliis vero honorantiis, q̃ ex ſolis mo-
ribus tñ competũt,non dare poſſeſſorium remedium ſed im
plorare iudicis officium.alle.no. in l. ſi duo patroni.in prin.ff.
de iureiuran.
29 †Quinto,homo & ſubditus ſecundum opi.quorundam,te-
netur alimentare dñm ſuum indigentẽ.Sed videamus,an iſta
opinio ſit vera.ego in vaſallo,an teneatur alere dñm indigen
tem,reperio varias opiniones.Nam Specu.in ti.qui filii ſint le
gi.in §.i.ver.ſed nunquid dñs,mouet dubiũ , ſed clare non de-
terminat Bar.in l.alimenta,ff.de lib.agno.etiam clare non de
cidit magis tamẽ videt̃ inclinare ꝙ vaſallus teneatur , & hoc
expreſſe firmat ipſe Bar.in ſuo tra.alimentorum,in fi.& ꝓ iſta
opinione vr̃ facere tex.in c.licet.in ti.ſi de ſeu.defun.fue.conr.
in vſi.ſeu.ubi tex.dicit ꝙ vaſallus tenetur iuuare dñm quando
videt ipſi dño magnum periculum imminere, ergo vr̃ ꝙ ſibi
indigenti teneatur ſubuenire,alias vr̃ necare,l.necare, ff.de li.
agnoſ.Ad idem facit tex.in c.1.in ti.de no. ſeu.Iac. de Ard.Ve
ronen.in ſua ſumma ſeu.in ti.qui.mo.ſeu.ami.ſub rubricella,
an vaſallus dñm egentem teneatur alimẽtare, determinat ex
preſſe vaſallum non teneri . Et in hanc partẽ vr̃ inclinare Io.
An.in add.ad Spe.in ti.præal.qui fil.ſint leg.in illo ver.ſed nun
quid dñs vbi refert dictam opinionem Iac.de Ard.Bal.in l.vni
ca,§.ſed ſcimus,C.de lat.libe.tol. dicit ꝙ vaſallus tenetur ſub
uenire dño indigenti de redditibus ſeudi, non autem de reddi
tibus bonorum ſuorum non ſeudalium Bar.de Sali.in l.ſolo,
C.de lib.cau.tenet vaſallũ non teneri ſubuenire dño indigen
ti,qa non reperitur iure cautum Iac.Alua.in præalle.c.licet,te
net eandem ſententiam, vnde concluderem in puncto quæ-
ſtionis formatæ,hominem & ſubditum non teneri ſubuenire
dño ſuo indigenti,qa q̃uis teneat aliqua bona ĩ emphyteuſim
a dño ſuo, non eſt veriſimile ꝙ volunt ſe obligare ad alimen
ta per ea,quæ notantur in l.cõdemnatione,ff.de re iu. & in c.
fi.extra de dolo,& in l.fi.C.de reuo.don.Et pro hac ſententia,
q̃ puto veram,allego optimũ tex.in l.ius alimentorũ, in §.fi.
vbi pup.ędu.debe.vbi Iuriſconſultus dicit ꝙ amicus non tene
tur alimentare amicum indigẽtem, imo dicit ibi tex. ꝙ tutor
pupillum ſuum indigentem non tenetur alimẽtare de ſuo ꝓ-
prio.ideo conſilium eſt ſecundũ An.de Iſer.in d.c. licet ꝙ dñs
in pactis initis cum homine ſuo exprimit ꝙ ipſe homo tenea
tur

tur ipſum dominum alimentare ſi peruenerit ad inopiam.
30 †Sexto, homo & ſubditus tenetur iuuare dominum ſuũ contra inimicos ipſius domini c.forma 22.q.v. & ca. ego enim extra de iureiu.& c.cũ clerici Placentini extra de verbo. ſig. habetur in c.j.in ti.hic finitur lex.& incip. conſue.reg.in vſi.feu. Excipiuntur tamen coniuncti quia carnem ſuam propriam nemo vnq̃ odio habuit ita dicit gl.in l.2.ff.de in ius voc.vt eſt aut ſatiſ.pro qua gl.eſt tex.ad literam in c.neminem, alias incipit non eſtimemus 14. q.2.facit l.humanitatis. C. de exc.tut. Et ita expreſſe determinat Spe.in d. §. quoniam ſuper homagiis.verſi.7.Septimo hõ tenetur pręſtare dño ſeruitia impoſita tempore quo dñs conceſſit ſibi bona puta,quia promiſit par caponum vel certam quantitatem grani,ve certas operas,nõ tñ liberaretur ſi traderet capones mortuos dño. Ita tenet expreſſe Bar.quem omnes ſequuntur in l.ꝙ te in fi.col.ff.ſi cert. peta. Nam potuit dñs tpe traditionis bonorum apponere legem,q̃ voluit. l.rebus.C.de re.per.& l.in traditionib.ff.de pac. & l.in tradendis.ff.communia.prædio.& hoc eſt quod ſolemus
44 vnica. C. de ſent. q̄ pro eo, quod inter. pro ſe. † Secūdo finitur homagium, ſi homo meus de conſenſu meo ſubroget alium loco ſui, per no. per Spec. in d. §. quoniam ſuper homagiis. ver. 30. Tertio finitur, per emptionem rei propter quam fuerat pręſtitum homagium, per l. i. C. de iure emphy. & per l. qui vſumfructum. areæ. ff. de vſufru. Quarto finitur excommunicatione, nam dum eſt dominus excommunicatus durante illa excōicatione hoīes ſui, et vaſalli ſunt liberati in tm̄, ꝙ nō tenentur ſibi obedire, text. hētis, in c. i. in ti. hic finitur. l. & incip. conſue. reg. in lib. feud. Quinto finitur præſcriptione centum annorum, nam ſi homines mei per tantum tempus mihi nō ſeruierūt, nec præſtiterunt mihi ſeruitia, ſed vixerunt in libertate curſu tanti temporis erunt liberati ab homagio. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & ęſti. & c. ſuper quibuſdam, ſupra pręterea. extra de verbor. ſignifica. Ita dicit Do. Floria. de Sancto Pet. Doctor Bononienſis in l. hęc aūt iura. ff. de ſer. vrban. pręd. not. per can. in c. ad audientium. extra de præſcript. Et hoc limitabis niſi dicti homines ceſſaſſent præſtare ſeruitia domino etiam per tempus de quo ſup. Ex eo quia dominus nunquam indiguit, nam hoc caſu nō poſſent allegare ſe tutos pręſcriptione. ita dicit eleganter Bar. in l. in filiis. C. de decu. lib. x. & idem Bar. in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. libro xi. Sexto finitur homagium expreſſa remiſſione, ſeu liberatione facta per dominum. Aduertite tamen quia hoc caſu non liberaretur homo a iure reuerentiali. tex. eſt no. in l. ſina. in ver. reuerentia. C. de bonis liber. Itē non liberaretur ab eo, ꝙ de facili poſſet experiri per eū, tex. eſt ſingularis & ibi Bar. in l. decu. C. de decu. lib. 10. vbi Bar. colligit ex illo text. ꝙ immunitas alicui conceſſa non eximit illum ab actu, qui de
45 leui poteſt expediri. queſtio eſt bene notanda. † Sed an iſta remiſſio, ſeu liberatio ab homagio poſſit fieri in vlt. voluntate, vel mandari Bal. in l. 2. C. de oper. libert. determinat, quod ſic. Nam ibi format talem. q. Pater in teſtamento iuſſit filio ſuo, ꝙ deberet liberare, vnum ex ſuis vaſallis, & hominibus, filius mortuo patre liberauit illum vaſallum ab omni ſeruitute retentis aliquibus tamen ſeruitiis. Quæritur nunquid talis retētio valeat, determinat, ꝙ non, quia cum illa liberatio ab homagio & ſeruitute deberet fieri ex neceſſitate, ſic ppter iuſſū patris debebat fieri pure & ſimpliciter nullo retēto ſeruitio. Monetur per illam. l. 2. C. de ope. libe. allegat etiam. l. vxorem, §. pater naturalis. ff. de leg. 3. & l. qui vſumfructum. ff. de verbo. obl. Eſt ergo concluſio, ꝙ iſta liberatio, ſeu remiſſio homagii pōt fieri nedum inter viuos, ſed etiam in vltima voluntate. Et ſi vtilis ſcire qualr debeat cōcipi inſtrumētum affranchamēti ab iſto homagio, vide Spec. in titu. de ſeruis non ordinā. §.
46 porro. & ibi etiam per Ioan. And. in addit. † Septimo finitur, & extinguitur homagium propter mala tractamenta domini, quia ſęue, & tyrānice tractat ſubditos ſuos, & quia iſte paſſus eſt quotidianus eum vobis plene diſcutiam. Nam in primis Alber. de Roſa. in l. bene a Zenone. C. de quadri. pręſcrip. circa. 6. colum. dicit quod quando dominus male tractat ſubditos ſuos poteſt priuari dominio. Bald. in l. 3. ff. de his qui ſūt ſui, vel alie. iur. dicit per illum tex. ꝙ propter nimiam ſeueritatem domini poteſt ſibi auferri iuriſdictio. allegat Cyn. ibidem ita velle. Nam ille qui abutitur dominio facit ſe indignum, dominari, idem Bal. in cap. 1. §. publici latrones. in titu. de pac. tenend. & eius vio. in vſib. feud dicit ꝙ dominus qui male tractat ſubditos ſuos poteſt moueri per ſuperiorem, vt eos tractet modo debito alias, ꝙ auferret ſibi caſtrum. Idem Bald. in Autth. ſtatuimus, C. de epiſc. & cler. dicit, quod cum Comes, flandrēſis denegaret iuſtitiam ſubditis ſuis, ipſi ſubditi habuerunt recurſum ad Regem Francorum Pariſiis, & dicebant, quod ipſe comes debebat priuari iuriſdictione eo, quia ſę-

pe requiſitus denegauerat iuſtitiam ſubditis ſuis. Et ipſe Bal. poſt Petr. de bellaper. ibidē dicit ꝙ præfatus comes non debebat de hoc curare quantum ad priuandum eum iuriſdictione, ſed eſt bene verum quod ipſe incurrat indignationem ſuperioris, & tenebatur læſis ad intereſſe. allegat tex. in §. ſic tibi in Auth. de mād prin: ſed ex eo ꝙ incurrerat indignationem ſuperioris poterat punire arbitrio ipſiꝰ ſuperioris. allegat text. in §. ſuper hoc, in Auth. de quæſt. Pau. de ca. in auth. qui rem, C. de ſacroſanct. eccle. dicit, ꝙ quando dominus male tractat ſubditos & vaſallos ſuos debet priuari dñio. mouetur exemplo eius quod diximus de emphyteuta qui not. deteriorauit rem emphyteuticam. quia debet priuari emphyteuſi. Ad idem allego vobis bonum tex. in c. ad apoſtolicæ. extra de re iud. lib. vi. Inter has opiniones videtur mihi ita diſtinguendū, Aut dñs delinquit in omittendo, puta quia nō facit iuſtitiam hominibus ſuis, tunc dicerem ꝙ ex hoc non debet priuari ſua iuriſdictione, licet læſis teneatur ad intereſſe & incurrerat indignationem ſuperioris, & ita intelligo Bald. in d. auth. ſtatuimus. Aut delinquit in faciendo, puta quia ſeueriter & tyrannice tractat ſubditos ſuos, & tunc dicerem eos poſſe priuari, & ita intelligo Alberi. de Roſa. in d. l. bene a zenone. & Bald. poſt Cyn. in d. l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Et Pa. de Caſtr. in d. auth. qui rem, & tex. in d. c. ad apoſtolicæ. in verſi. exinaniuit. Non nego tamen quin cautela Bal. in d. § publici latrones. ſit bona, qa optimū conſilium eſt, ꝙ ſubditi habeant recurſum ad ſuperiorē & faciant moueri dominum terræ vt tractet homines ſuos modo debito cū cōminatione ꝙ alias auferret ſibi caſtrum. Et iſtum paſſum noteris quia eſt quotidianus. Nec miremini ꝙ delictum in faciendo grauius puniatur quam delictum in omittendo, quia ſimile habetis per gl. ordinariam in l. mora. ff. ſol. ma. Item dñs debet defendere homines ſuos & ſubditos ab oppreſſionib. pp ſeruitia quæ ſibi pſtant. c. i. §. dñs quoq;. in ti. de for. fide. & in c. 1. de forma. §. dñs. 22. q. v. Itē debet bene regere & gubernare ſubditos ſuos & eis iuſtitiam facere miniſtrari, alioquin nō eſt rex nec verus dñs. c. regū. & c. rex debet. xxiii. q. v. & c. ſcelus. ii. q. j. faciunt optime ea quæ habentur in c. 1. in fi. in ti. de nul. & vaſal. qui contu. eſt.

47 Et ſi ipſe dominus neſciat regere neque gubernare terram ſuam propter defectum intellectus. puta quia eſt furioſus vel mētecaptus ſubditi poſſunt habere recurſum ad ſuperiorem temporalem illius domini, ſi illum habet alias ad papam vt domino furioſo et mentecapto det coadiutorem. c. grandi. extra de ſup. negli. prœla. lib. vi. habetur in c. 1. extra de cleri ægro. co. lib. & ita expreſſe determinat Spec. in ti. de feu. §. quoniam ſuper homagiis, ad fi.

48 Item ſi dominus non impendat ſubditis ſuis officii debitū ſubditi non tenentur ſibi ad ſeruitia. Ita determinat Bald. in proœ. ffotū, in 3. char. non tamen eſt licitum ſubditis propria authoritate recedere a domino ſuo & alium eligere. Ita determinat Bal. in l. ex hoc iure. in fin. pen. colum. ff. de iuſt. & iur. tamen ſi ipſe dominus ſæpe requiſitus non poſſit regere & bene gubernare ſubditos ſuos nec eis dominari, tunc licitum eſt ſe ſubmittere. alias autem regulariter non eſt licitum ſubditis pro arbitrio eorum mutare dominū, ita determinat Hoſt. & Io. An. in c. fi. extra de iudi. & idem Io. And. & omnes Doc. in c pſidentes. extra de hære. libro vi. no. per Bal. in d. l. ex hoc iure. in 1. colum.

49 † Item poteſt finiri homagium propter nimiam ſæuitiam domini qui quotidie infert violentias, iniurias & offenſas hominibus ſuis. Nam propter hoc poſſunt petere ſe eximi & liberari ab eius iuriſdictione, & homagio, per l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & per l. 1. cum ibi notatis per Barto. C. ſi quacun. prædi. po.

Nunc formo aliquas vtiles quæſtiones in hac materia homagiorum, & quæro. Quidam comes habet caſtrum quod tenet in feudum ab alio domino, ille dominus ſuperior petit ꝙ homines ipſius comitis iurent ſibi fidelitatem, comes dicit ſe ad hoc nō teneri, nec homines ſuos teneri iurare fidelitatē ipſi ſuperiori domino, vnde quæritur quid iuris. Bald. in commen. pacis Conſtan. in pe. ſeu antepen. col. in ver. hæc ſunt nomina. determinat dictos homines non teneri iurare fidelitatem illi dño ſuperiori niſi īueſtitura eſſet appoſitum pactum ꝙ nedum ipſe comes ſed etiam homines ſui tenerentur iurare fidel. quia homo vaſalli mei nō eſt hō meus. de hoc hr̄ per Specul. in ti. de feu. §. quoniam ſuper homagiis. verſ. 14. quæritur cum ſeq. Adduc ꝙ pro opinione Bal. optime facit ꝙ ipſemet Bal. no. in l. 1. in xliij. q. ff. de re. diui. vbi dicit ꝙ poſtquam princeps inueſtiuit me de caſtro cum mero mixto imperio & omnimoda iuriſdictione non pōt poſtea ſe intromittere de primis cauſis ruſticorum meorum quia ego habeo ius vtile. Quidem in hac parte infert directo & tenete bene menti iſtā deciſionem.

50 † Vltimā quæro ego habebā caſtrū in quodā loco & hoīes illius loci ex pacto tenebāiur mihi cuſtodire illud caſtrū. Contingit, ꝙ dictum caſtrum pp guerram fuit penitus diruptum. Ego feci ædificare aliud caſtrum non in eodē loco ſed ibi prope, vtrum illi homines mei teneantur mihi cuſtodire illud caſtrum de nouo conſtructum: Iſta quæſtio fuit diſputata in ſtudio Paduano & concluſum fuit ꝙ homines tenebantur, quia cenſetur idem caſtrum cum ſit ſubrogatum in locum primi, & ſurrogatum dēt ſapere naturam ſui ſubrogati. l. ſi cum § q iniuriarum. ff. ſi quis cautio. & c. eccleſia. extra vt li. pen. Et pro hac parte adducitur. l. legatam. ff. de admi. re. ad ciui. pertinen. & l. legatum. ff. de vſuf. leg. & l. fi. ff. de ope. pub. in quibus iuribus hr̄ ꝙ legatum factum in vnam cauſam ſi non poſſit conuerti in illam cauſam debet conuerti in aliam cām. in ppriis terminis refert & determinat Alb. de Ro. in l. ſi vſusfructus. ff. qui. mo. vſusfru. amit.

51 † Quæro etiam ſunt tres domini in eo caſtro & habent homines habitātes in illo loco. Nunquid poſſunt inter ſe diuidere homines illos? Cōcludite ꝙ licet iuriſdictio ſit indiuiſibilis vt hr̄ in c. imperialem. § præterea ducatus. in ti. de proh. feu. al. per Fe. no. per gl. in l. ſi æque. in prin. ff. de vſuſr. tamen adminiſtratio & exercitiū iuriſdictionis bene poſſunt diuidi. Iſta doctrina Bar. in l. inter tutores. ad fi. commen. ff. de admi. tuto. Notatur per cano. maxime per Imo. & Panor. in c. prudentiā, in prin. in qōne quam ibi formant de comite qui deceſſit relictis filiis. extra de offi. deleg.

52 Quæro vlterius quidam dominus habens merum mixtum imperiū & omnimodam iuriſdictionem in loco vult ingredi ipſum locum cum gentibus armatis, homines illius dñi habitantes in loco illo ſe opponunt & dicunt ꝙ nolunt ꝙ ingrediatur niſi cum certo numero: dicite ꝙ talis opp. nō debet admitti. & hoc facit contra illos homines qui volunt paciſci cū dño ſuo ꝙ non poſſint intrare locum cum gentibus armatis vel niſi cum certo numero; nam non debent audiri. Item dicunt no. Io. an. in nouella. & Do. de ſancto Gemi. in c. grandi. extra de ſupplen. neg. præla. Rurſus quæro homines mei tenētur mihi præſtare decimas bladi & vini. Ego facio eis prohiberi ſub pœna ne recolligant meſſem vel vindemiā niſi prius ea viſa quia dubito fraudari, & volo ponere inſpectorem qui videat quantitatem meſſium & vindemiæ, vtrum hoc poſſū facere de iure? Concludite ꝙ ſic, ad hoc adduco vobis no. per Bal. in l. ſi ita. §. dominus. ff. de vſu & ha. & no. p Ang. in auth. nunc hæres, C. de lib. & ita fuit iudicatum in quæſtione facti me conſulente. dicit enim Angel. in d. auth. ꝙ ſi dominus habeat vaſallum ſuſpectum, poteſt pro ſuo intereſſe apponere cuſtodem in caſtro vaſalli ꝙ noteris.

53 Adhuc quæro homo meus deliquit in alieno territorio. Nunquid ego teneat tradere illi iudici in cuius territorio deliquit. Cōcludite ꝙ aut fuit repertus in fragranti crimine, & tunc Bal. in c. i. §. ſi iudex, in titu. de pace tenen. & eius viola. in vſi. feud. videtur velle ꝙ familia illius iudicis in cuius territorio deliquit & repertus eſt in fragranti crimine eum inſequi quocunque vadat, ex quo incepit eum inſequi in ſuo territorio, & ſic principium fuit licitum. ad hoc adducit Bal. l. ꝙ ait lex. ff. de adult. & ſic videtur velle Bal. ꝙ ſi familia iudicis illius territorij in quo homo meus deliquit incepit inſequi hominē meū in territorio illius iudicis poterit poſtea inſequi eum & eum capere in territorio meo ꝙ non puto verum. Et ad hoc allego vobis Bal. in propriis terminis. ī l. ſecuti. §. Ariſto. ff. ſi ſeruit. vin di. vbi dicit ꝙ capiens malefactorem in alieno territorio tenetur actione iniuriarum ei cuius territorium offendit per tex. ad hoc no. in c. ex parte in Chriſto. extra de verborum ſignif. Nec ego dñs hoc caſu teneor tradere ſeu remittere hoiē meū illi in cuius territorio deliquit, ſed bene debeo eum repellere a territorio meo nec debeo ſibi dare receptaculum. l. congruit. ff. de offi. præſi. de quo vide no. per Bar. & omnes in l. a diuo Pio. §. ſententiam, ff. de re iudi. & not. in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet. & in §. ſi vero quis comprehenſorum in Auth. vt nulli iud. & in Clemen. paſto. extra de re iud.

Si vero homo meus nō fuit repertus in fragranti crimine, ſed pro delicto fuit proſcriptus ſeu condemnatus a principe, in cuius territorio deliquit. & tunc idem dicendum ꝙ in caſu proxime præced. l. 3. ff. de offi. præſi. Si vero homo meus non fuit repertus in fragranti crimine nec fuit proſcriptus ſeu condemnatus, ſed ſolū inculpatus de crimine ſi het habitationē in terra mea non teneor eum tradere petenti imo ego debeo eum conſeruare & tueri quia dominus nō debet eſſe becharius ſui ſubditi ſecundum Bal. in d. §. ſi iudex. Si vero non het habitationem in terra mea teneor eum tanquam profugum tradere petenti niſi timeam de violentia irrationabili. Iſtam diſtinctionem faciunt Bal. & Iaco. Alua. in d. §. ſi iudex. quod tenete bene menti.

FINIS.

AMAEDEI A PONTE LOMBRIASCI, CONDOMINI SERENISSIMI DVCIS SABAVDIAE SENATORIS.

QVAESTIONES LAVDIMIALES ex ſuo tractatu feudali deſumptæ.

Vnà cum tractatu quis ſit iudex in cauſa feudi, cum additionibus eiuſdem authoris, ac emendatione errorum primę impreſſionis.

SVMMARIA QVAESTIONVM.

1 *Laudimium quid ſit, & quare ſoluatur, & de militiis antiquis, quod feudo æquiparentur.*

2 *De variis præſtationum feudalium nominibus, laudimio, adhoc, quod eſt militare ſeruitium, Relenio, Tertia venditione, et quod ſtricte ſint interpretanda.*

3 *Laudimium an in fuudis ſit debitum.*

4 *Laudimii quantitas quæ ſit.*

5 *Laudimium, an de æſtimatione totius rei debeatur, vel pretio.*

6 *An de acceſſionibus, & commoditatibus in venditione adiectis, & quæ conſideratio habenda ſit expenſarum, & aliorum onerum in pretio.*

7 *An de fructibus cum fundo venditis, & quomodo fundi pars dicantur: & quid de mobilibus & allodialia, ſimul cum feudalib. venditis.*

8 *An itidem de melioramentis: & an feudo cedãt melioramenta, vel ad hæredes tranſeant. Quid de alluuione, & an per alluuionem transferatur iuriſdictio.*

9 *Ad quem ſpectet laudimii ſolutio, emptorem ne, vel venditorem.*

10 *Nouus emphyteuta quis dicatur, & quod dicatur nouum feudũ, & quot modis, & de noua inueſtitura, quod non præiudicet agnatis, & de renouatione veteris.*

11 *Laudimiũ, an ex prima cõceſſione debeatur, et quid de emẽte a domino.*

12 *Agnati, an inter ſe alienantes laudimium ſoluere debeant, an ſoluendum ſit de remiſſione caducitatis, & quando ex remiſſione caducitatis efficiatur feudum nouum: Quid de inueſtitura per finitam generationem, & in materia alienationis an poſſint inter ſe alienare, ſine conſenſu domini, et an facta inter ſe alienatione, teneantur accipere inueſtituram.*

13 *An pro re quæ ſine conſenſu alienari põt, debeatur laudimium. Ad quem effectum conſenſus requiratur, et qualis exigatur denũciatio, et de iure prælationis domini, tã in proprietate rei, quam in fructibus, et quid de prælatione conſortum.*

14 *Quid ſi in inueſtitura dictum ſit, ꝙ poſſit alienari, et an in alienatione requiratur nouus conſenſus.*

15 *An debeatur, ſi dominus conſenſerit alienationi, et quod conſenſus intelligitur ſaluis iuribus domini. Quid ſi ſit præſtitus poſt contractum, et an emptor poſt ſuam approbationem teneatur accipere inueſtituram.*

16 *An ex receptione cenſus, cenſeatur præiudicium laudimio, remiſſa caducitas, et quomodo ex actibus poſitiuis inducatur conſenſus et renunciatio iuris ſui.*

17 *An dominus recuſans conſentire amittat laudimium, et an moram purgare poſſit, et ad conſentiendum an cogi poſſit.*

18 *An de feudo franco laudimium debeatur, et de feudi franci natura, et an alienari poſſit ſine domini conſenſu.*

19 *An laudimio non ſoluto, res cadat in cõmiſſum, et an nõ obtẽta inueſtitura.*

20 *Laudimium, an debeatur proprietario, vel vſufructuario, quid de commiſſis, et an locatori, vel conductori.*

21 *An dominus locans emolumenta debeat cõductor laudimium, ſi emat emphyteumata: Quid de locantibus gabellas & vectigalia, quid de exemptis locatione facta per dominum.*

22 *An domino emẽti emphyteumata debeatur laudimium ab emphyteuta.*

23 *Quid iuris, vbi unus ex pluribus dominis emit rem emphyteuticam, an teneatur condomino ſoluere laudimium, et an tunc emens dicatur aliorũ ſubditus, reſpectu rei emptę. Et an ſubditus plurium teneatur requirere conſenſum omnium, et omnibus iurare fidelitatem, vel vni nomine omnium, et quid ſi vnus nolit conſentire, vel iure prælationis vti velit.*

24 *An immediato domino, vel mediato debeatur laudimium. Quid de confiſcationib. et mulctis, quomodo poſſit eſſe quis dominus vtilis, et directus diuerſis reſpectib. Ad quem ſpectet cohertio ſubitorũ et cognitio eãrũ ſubditorum, qui ſunt ſub domino infeudato, et in quib. caſib. ſuperior poſſit manum apponere, cuius conſenſus requirendus ſit in alienationibus.*

25 *An pro diuiſione laudimium debeatur. Quid ſi vni tota res adiudicetur, mediante pretio, vel ſine.*

26 *An ex alienatione neceſſaria. quæ dicatur neceſſaria alienatio.*

27 *An ex datione in ſolutũ debeatur laudimium, ſiue voluntaria, ſiue neceſſaria ſit, et an veniat appellatione venditionis, et quid ſi de tertia uenditione ſit ſoluendum. An in datione in ſolutum ſit locus prælationi.*

28 *An ex permutatione debeatur laudimium. Quid ſi fiat permutatio feudi ad allodium, quid ſi partim permutetur, partim uendatur, et quid ſi permutetur cum re æſtimata.*

29 *An ex re in dotẽ data; an poſſit in dotem dari ſine conſenſu domini ineſtimata uel æſtimata, an pactum lucri dotis, ſine domini conſenſu apponi poſſit, & an æſtimatio facit emptionem.*

30 *An ex donatione.*

31 *An de legato vel hæredis inſtitutione.*

32 *An ex tranſactione: Quid ſi res ex titulo tranſactionis in alium transferatur, vel ſupprimatur ius aliquod.*

33 *An ex pignoratione: Quid ſi pignoretur pro æquiualenti pretio.*

34 *An ex locatione ad longum tempus, quando dicatur ad longum tempus, an ex eo transferatur vtile dominium, Quid de venditione fructuum.*

35 *An ex impreſſione de vendendo.*

36 *An de alienatione conditionali. Quo tempore debitum ſit Laudimium, an tempore contractus, vel conditionis.*

37 *Quid, vbi adeſt pactum de retrouendendo, durante tempore. An pactum operetur retro tranſlationem dominii ipſo iure, an retrouenditione debeatur Laudimium. Quid de prorogatione facta intra tempus luendi, an emptor Laudimium ſolutum a retroemente conſequi poſſit.*

38 *An item Laudimium de diſſolutione contractus debeatur, & an de irritatione contractus duplex debeatur, & de renouatione, & quod debeatur ex ſolo contractu, non impleto licet res alienata non cadat in commiſſum, niſi tradita, & ſtante contractu alienationis tempore vnius, & inueſtitura tempore alterius, cui debeatur, item an attendatur tempus cõmiſſi delicti, vel ſententiæ, quo ad emolumentum.*

39 *An ex contractu nullo, Quid ſi reſcindatur.*

40 *An de venditione nudæ proprietatis, & quid ſi poſtea vſusfructus conſolidetur cum proprietate, quid etiam de venditione vſusfructus.*

41 *An de cenſibus, ſeu annuis redditibus venditis, & ad quam rationem debeatur: Quid iuris ſi ſine dñi conſenſu cenſus vel ſeruitus imponatur.*

42 *An de ceſſione iurium in re, vel ad rem: item an de renunciatione.*

43 *Quid ſi plures venditiones eodem anno fiant.*

44 *An Dominus poſſit cogere vaſallum ad exhibendum titulum, pro conſecutione Laudimii vel aliter.*

45 *An res ſit, pro Laudimiis hypotecata, pro cenſu, pro collectis, & an pro iis compelli poſſit emptor, aut venditor, aut tertius poſſeſſor.*

46 *An duodecim liberorum immunitas eximat, a ſolutione Laudimii.*

47 *Præſcriptio, an locum ſibi vendicet in Laudimiis, & iure Laudimiorum.*

48 *In Laudimiis, an ſit locus iuri accreſcendi.*

49 *Quę fraudes circa Laudimia committantur: De re ad rem: De perſona ad perſonam: De contractu ad contractum: De quantitate ad quantitatem, In tempore: item mixtim.*

50 *Pęna q̃ ſit fraudantium Laudimia.*

51 *An ſtatuta laicorum circa laudimia ligent clericos. Quis ſit iudex clericorum pro conſequutione Laudimi.*

OCcaſione alienationis vtilis dñii rei feudalis, vel Emphyteuticę directo domino ſoluũtur Laudimia, quorum mã frequẽs in patria noſtra, cõmuniſq; hodie eſt feudo, & emphyteuſi, circa q̃ aliquot ſubiiciam qõnes, imprimiſq;, qd verbum ipſum ſigificet, inquiram.

QVAESTIO I.

ESt aũt Laudimii vox latinis ſcriptoribus incognita, a verbo tamen laudo, vtcunque deducta, ꝙ nouus emphyteuta, vel vaſallus, alienatioq; iuris emphyteutici, uel feudalis in eum facta, a domino directo laudatur, & approbatur. Bar. in l. fi. ver. dic ergo. C. de præd. dec. li. 11. Alc. cõſ. 123. col. fi. ver. ꝓterea. vol. 5. vbi dicit, ꝙ ſoluit̃ Laudimiũ pro conſenſu, quẽ ꝓſtat do. Paris de Put. de feu. reinte. c. 85. fuerunt. nu. 2. & 6. Affli. in c. j. §. ſimiliter, nu. 14. de capit. Conr. & in ti. de ꝓh. feu. alie. ꝑ Fed. §. illud quoq;. nu. 14. vbi alludens vocabulo, inquit, Laudimiũ ex eo dici, qa dominus laudat, & approbat ꝯtũ, ſuũ ponendo aſſenſum, & ibi ſubiicit nonnullos, Laudimiũ pęnã aureã vocaſſe, & ſicuti merces a merẽdo ęre dr̃, ita Laudimiũ a laudãdo, laudare. n. plerũq; ſignificat approbare verbo, vel ſcripto, aut re ipſa. Hinc in oratione ꝓ ſextio, Põpeus approbauit, & laudauit ſñiam Cottæ, & Plautus ĩ trina inquit, Laudo conſiliũ, & ꝓbo, q̃uis magis dicamur verbis laudare, & reprobare. Laudimiũ lex quinquageſimã vocat, l. fi. C. de iu. em. Bud. in l. Hęrennius. ver. cęterũ. de eui. dictũ putat Laudimiũ, eo ꝙ emptor intra paucos dies teneat̃ laudare, id eſt, noĩare domino directo authorẽ ſuũ, q emphyteumata uendi dit. Sed hoc onus denunciandi principaliter impoſitũ eſt vẽditori, nõ emptori, vt in l. fi. C. de iur. emp. idcirco melior eſt prior ſenſus cui lr̃a dictæ legis arridet, dũ dicit ꝓ ſubſcriptione ſua. Poſſet tamẽ ſaluari dictũ Budei, vt emptor teneatur denũciare poſt primã reqſitionẽ, & ꝯctũ factum, prout praxis uı̃ obtinuiſſe, ut uidelicet obtenta licentia alienãdi ꝑ uenditorẽ, & facto ꝯtractu, aliud nõ requirat̃, q̃ ꝙ uenditor petat ĩueſtiturã, & ſoluat Laudimiũ, q̃ inueſtitura hr̃ loco ſecũdi cõſenſus a lege requiſiti, q̃ declarationẽ uı̃ ſequi Io. Mont. in l. fi. in uerbo, neceſſitatẽ in prin. & in uerbo, & ne auaritia, verſic. & hoc eſt. quẽ ẽt ſequit̃. Alc. li. 1. parerg. c. 46. & ibi dicit cõmodius appellari poſſe Laudatiuum, ꝙ ẽt ſequitur Io. Mont. de uſi. feu. li. 2. c. 3. ĩ fi. & li. 5. c. 7. uer. allodiũ uero alibi idẽ Alc. Laudatoriũ uocat in l. in cõuentionib. de uer. ſig. Eſt igitur id ꝙ alienatione facta, ꝓ appbatione noui emph. uel uaſalli, & rõne nouæ poſſeſſionis

nis directo domino ſoluitur. Imol. in c. potuit. nume. 13. extra locat. Par. de Put. vbi ſupra in c. 142. an ſi dominus emat, poſt Alber. in d. l. fi. verſi. quęrit etiam dñs, C. de iur. emphy. & in l. quod ſi vno. ff. de in diem adi. vbi dicit, quod ſoluitur pro noua inueſtitura, & receptione noui emphyteutæ. Bertr. conſi. 3. vol. 2. & Albet. ſequitur Iul. Cla. in §. emphyteuſis. q. 23. dicens laudimium ſolui propter nouam inueſtituram, quod a ſuperiori ſenſu non eſt admodum alienum, cum in inueſtitura dominus approbet alienationem, & loco ſubſcriptionis ſuccedat inueſtitura. Monta. in l. fi. vbi ſupra. & dicit Aluar. ꝙ ſoluitur in ſignum ſubiectionis & recognitionis, de prohib. ſeu. alie. per Fed. d. §. illud, nume. 3. quem refert Gozad. conſil. 65. num. 13. Montan. quoque loco ſupra allegato lib. vi. c. 4. ver. in tantum. diffinit eſſe pecuniam quæ domino, pro re feudali vel emphyteutica vendita, datur, vt alienationi conſentiat, vel pro ſuo iure ratam habeat, quod in idem ferme reincidit, quod ſupra dictum eſt, Alibi dicit Paris de Puteo, ꝙ eſt illud quod ſoluitur pro intratura, & ideo alio nomine introitus appellatur, & ita intellexit Iſer. in c. i. §. præterea. num. 14. de capi. Conrad. concord. tex. in l. pen. §. alumno. de leg. 2. addens, ꝙ, militiis illis antiquis feuda æquiparantur, ponitur autem ibi militia pro redditu quodam, qui publica authoritate, erat cõſtitutus vel beneficio principis conceſſus. Bal. in l. fin. C. de pignor. bonus tex. in §. optimum. in Authen. de exhiben. reis. & in quo militia differat a feudo. Afflict. in prælud. feud. nume. 55. & in quo concordet Marin. Frec. in commenta. feudali, li. j. c. j. de orig. feu. nu. 22. vnde ex communi ſententia apparet, non principaliter ſolui hanc quinquageſimam, propter laborem, quem capit dominus in immittẽdo nouum emphyteutam in poſſeſſionem, quod aliqui exiſtimarunt, vt Io. Rayne. in tract. feud. §. præterea ſi quis infeudatus, quæſt. xx. ſed propter conſenſum. Et text. in d. l. fin. dicit pro ſubſcriptione, quia actus momento expediri poteſt, & hodie rogantur inſtrumẽta, & datur licentia intrandi poſſeſſionem etiam propria authoritate, & ideo in quibꝰ caſibus cõſenſus domini omnino non eſt neceſſarius, Laudimium non ſolui infra videbimus. vt in quęſt. 12. & 13. Brun. conſi. 44. in fi.

QVAESTIO II.

Quomodo vocentur extraordinariæ quædam pręſtationes feudales, vel emphyteuticariæ: prout diuerſa ſunt iura præſtationum, diuerſis quoque nominibus nuncupantur, de quibuſdam tantum dicemus, q̄ confirmationem habere videntur inter ſe. Eſt enim Laudimum, Adhoa, releuium, & tertia venditio, ſeu venditiones. De Laudimio, quod quinquageſimam lex vocat, vidimus ſ̄. Adhoa, eſt militare ſeruitium, quod pro feudo ex cauſa belli, vel alia valde neceſſaria domino præſtatur. In Regno Neapolitano eſt ſeruitium burſale, quod loco perſonalis pro feudo pariter ex cauſa belli, vel alia valde neceſſaria, domino pręſtatur. Par. de Put. de verbor. ſignifica. in verbo, adhoa, & ſic ſuccedit loco ſeruitii perſonalis. In patria noſtra, loco Adhoę Caualcatam habemus, quod ſeruitium eſt mere perſonale: nam belli neceſſitate vrgente, & vbi patria inuaderetur, tenẽtur feudatarii ad quoſdam milites Cataphractos, & leuis armaturę, prout ad vnumquodque caſtrum ſpectat, & tangit, de hac late in dicto §. ſimiliter. de capit. Corrad. vbi tex. hoſtẽditias vocat. Et ibi. an teneantur ſeruire tam in dominio, quã extra, vbi Dux pro Ducatu ſeu principatu bellum gerit, & militat, Camera. in c. Imperialem, fol. 262. ſecundũ Patu. Impreſ. Bru. conſi. 238. & 239. vol. 3. & conſi. 320. volum. 4. Bal. in ca. i. nu. 4. quib. mod. feu. amit. Et cuius etiam expenſis Iaco. de Sãcto Georg. in verbo, & promiſerunt. Præpoſ. in c. i. in fi. princ. de nou. for. fid. Ferd. Loaz. in conſi. oppidi de funda in 3. argu. pro parte Marchio, ver. nihilominus. nu. 12. In hoc tamẽ eſſẽt conſideranda pacta & conuentiones, ſi quę extarent. Releuiũ eſt, id quod ſoluitur quando moritur vaſallus vtilis dominus feudi per eius hæredem pro confirmatione. Iſer. in c. 2. §. ſed & plures, nume. 7. per quos fiat inueſt. Afflict. deciſio. 748. nume. 8. & has differentias inter hæc vocabula ponit Afflict. in d. §. ſimiliter, & ibi, nume. 13. tractat de eis. Iſer. in cap. j. nume. 12. de controuer. feu. apud pa. term. & in dicto. §. ſimiliter, vbi Afflict. etiam in j. col. loquitur de adiuuamento, quod dicit eſſe dimidiam annalis redditus feudi. in cap. j. § ſimiliter, nume. 4. de cap. qui cur. vend. in §. fina. qui incipit vt autem æquitas, nume. 32. alias eſt ſub ti. de allodiis. In Gallia, releuiũ latiꝰ patet, & ad plura ſe extendit, nam ſoluitur quotieſcunque cõtingit mutatio vaſalli, pręterquam in venditione, aut directa ſucceſſione, late tractant Moder. in conſuetu. Pariſien. §. 22. Ego, de huiuſmodi. nõ ſum in præſentiarum tractaturus, tantummodo principale ꝓpoſitum meum eſt attingere de eo quod ſoluitur ab acquirente per viam alienationis, nõ autem ſucceſſionis, & aut ratione alterius debiti. Tertia venditio, ſeu venditiones ſunt, quę propter venditionis contractum debentur, ſtrictiuſque accipiuntur, cum non pro omni alienatione, aut iuris trãſlatione debeantur, prout Laudimium, & de his tractat Iacob. de ſancto Georg. in tracta. de Royd. num. 28. verſ. habent & domini. habetur in conſuetu. Pariſi. §. 23. & ibi per Modern. quamuis etiam alicubi dicatur Laudimium. Ioan. Fab. In princip. Inſti. de emp. & in dicto §. 23. taxatur. R. ad quintum denarium, & appellatur quintum precii, & dicũt ibi Modern. num. 3. quod huiuſmodi onera ſunt odioſa, & reſtringenda ad caſum ſcriptum, non autem extendẽda de vno caſu ad alium, etiam vbi militaret eadem ratio, allegant Iſer. in cap. i. §. ſed & res. colum. 2. per quos fiat inueſt. & in c. j. §. ſimiliter de capit. Conrad. quod in materia iſta eſt bene notandum, & dixi infra quæſt. 27. reciperent tamen interpretationẽ paſſiuam, prout etiam ſtatuta correctoria ad Bar. in l. omnes, populi, in 6. quęſt. princ. quæſtio. 4. de iuſt. & iure, & alias quãdo ſtatuta odioſa & correctoria ex identitate rationis, vel aliter extendantur ad caſus non expreſſos, nõ eſt propoſiti mei hic inculcare, lata eſt materia, de qua in dicto. §. omnes populi. In l. de quibus. de legibus in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrimon. Cano. in capitu. 2. de conſtitutio. & diffuſi hodie ſunt tractatus.

QVAESTIO III.

Vtrum Laudimium a iure in feudis ſit debitum, prout in emphyteuſi. Afflic. in conſtitu. poſt mortem, nume. 10. loquendo de releuio dicit, quod in vſibus feudorum nihil de eo reperitur expreſſum. Calde. in titu. de feu. conſi. 7. nihil deberi cenſet pro inueſtitura vel conſenſu domini præſtito, & generaliter dicit, ꝙ vaſallus pro feudo nihil domino ſoluere tenetur, idem ſentit Guidop. conſil. 213. vol. 2. ver. non debet, niſi aliter per ſpeciale pactum ſit expreſſum. Idem eſſet, ſi conſuetudo aliud obſeruaret, cum natura feudorum non tam pacto, quam conſuetudine regatur. Io. Pap. lib. 13. titu. j. arreſt. 3. & hoc ſentit Alex. conſi v. col. j. ver. vel etiã vol. 5. Mar. deci. 368. num. 16. Guidop. deci. 415. num. 3. vbi atteſtatur de conſuetudine patrię Delphinalis, Sabaudienſis, & aliarum prouinciarum circumuicinarum, dicens, ꝙ accipitur Laudimium inſtar rerum emphyteuticarum. Iacob. de sãcto Georg. in tract. ſuo, in verbo, qui quidem inueſtiti. numer. 58. ponit quæſtionem, & ſubintrat aliam difficultatem, nunquid feudum mediante pecunia concedi poſſit: inferens, quatenus ſit beneuola conceſſio, amore, & honore non precio acquiri debere, & tandem vbi nõ agitur de renouatione antiqui feudi, ſed de inueſtitura noui feudatarii, puta per alienationem factam in nouum vaſallum, ſentit laudimium eſſe ſoluendũ, & ita ſeruari ac vſu pręualere dicit Io. Ray. in compręhen. feu. §. præterea ſi quis infeudatus. quęſt. 20. nume. 32. per totam q̄ſ. & idem iuris in hoc eſſe de re feudali atque emphyteutica expreſſe dicit Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empr. & vendit. q̄ 82. nu. 235. quod obſeruari paſſim videmus in patria noſtra, & ſtante tali conſuetudine circa ſolutionem laudimii idem obſeruatur in feudis quod in emphyteuſi. Riminald. conſi. 38. nume. 37. Idem pariter obſeruatur in contractu cenſuali ſecũdum vſum gallicanum, ſecundum quem directum retinet dominium ac ius omne dominicale in re conceſſa. Moder. in conſuetu. Pariſ. §. 41. num. 28. diuerſum ſtatuitur in contractu mere cenſuali, in quo plenum trãsfertur dominium, nec alia iura pręter cenſum retinentur. ad glo. in ca. conſtitutus, in verbo iuxta ratam. de relig. domi. Iaſ. in l. i. nu. 48. C. de iur. emphy. Moder. Pariſ. tit. 2. in prohe. nu. 19. cum ſequen.

QVAESTIO IIII.

Laudimii quantitas ne immoderate exigeretur, & vt dominorum auaritia compeſceretur, fuit a lege ad quinquageſimam pretii, ſeu valoris rei, vbi pretium non interuenit d. l. fi. & ibi no. ſcriben. Fulgoſ. conſi. 6. verum plus valde, & minus quandoque de more regionis, aut ex pacto exigitur. Alex. conſi. v. & 123. in princip. volu. v. Aret. conſi. 41. in fi. & dicit Hoſti. in ſumma in ti. de locat. §. quid ſi de natura. verſ. & dominus, ꝙ loco quinquageſimæ quaſi generalis conſuetudo trecenum introduxit. Et quod tantum in quampluribus locis exigitur, alicubi 3. pars. Bertr. cõſ. 192. nu. 4. vol. 3. part. 2. inc. pro faciliori reſolutione. Caſſan. in conſue. Burgun. tit. des cenſes. §. i. glo. in princip. adeoque in hoc præualet vſus, vt nedum in modo ſoluendi, ſed & an id ſoluendũ ſit, is attendatur. Iſer. in d. §. præterea. Bal. in authen. ſi quas ruinas. colum. 2. verſi. 4. fiet. C. de ſacroſanct. eccle. Imol. in cap. potuit. num. 13. extra loca. Paris. de Put. in ca. 91. pone quod ſunt duo. num. 10. & in c. ſeq. nu. 33. Redoan. de reb. eccle. non alie. tit. de laudem. in prin. extatq; in patria noſtra conſuetudo, vt pro laudimio ſextans ſoluatur principi, l. ſexta pars pretii rei, quæ alienatur, vel paulo minus ad rationem de ſexdecim pro centenario, & de ſimili conſuetudine eccleſię Ferrarienſis atteſtatur Rimin. conſ. 38. nu. 21. erat etiam cõſuetudo, vt fieret gratia de quarta parte, ſeu quarta pars Laudimii debiti remitteretur

teretur

teretur.Cagno.in dicta l.2.quæſt.82.in fin.C.de pact.int.empt. & vendi.qui de iſta patriæ conſuetudine atteſtatur, quem refert Redoa.vbi ſupra.§.iſta autem.nume.5.& cum hoc ſolitũ eſſet fieri,non eſſet ab huiuſmodi ſolito abſtinendum per principem,& Dominos auditores Cameræ. Audiui quandoque, vt inuitentur ſoluere debentes Laudimium ad quanto citius ſoluendum ſolitum etiam fuiſſe quid plures remitti,ſed huiuſmodi gratiæ & remiſsiones obaudiuntur a modernis officialibus. tantummodo ex munificentia principis condonatur dimidia pars Laudimii officialibus, & principi inſeruientibus. Vbi autem extra ordinem per principem fit gratia de Laudimio,Illa debet interinari in Camera Ducali,& ſeu per Dominos auditores Cameræ homologari. vt in ſimili caſu dicunt Moder.In conſuetu.Pariſiens.§.24.nume.4.in fi.A ymo.de antiquit.temp.part.1.§.2.verſ.non omitto.in prin. Eſtque valde probabilis, ac conducibilis vſus interinendi literas tum gratię,tum iuſtitiæ, vt apud Rebuf.videre licet in titu.de reſcrip. & alibi ſæpius.vt non immerito conſtitutionibus Mediolani cautum ſit,reſcripta quęcunque principis, ac literas,tam gratiæ,quam iuſtitiæ debere præſentari Senatui, cui facultas tribuitur ea approbandi,limitandi, uel irritandi,prout e re principis,& publica,aut iuri conſonum illi videbitur, ti.de ſenat. §.cognoſcet,qui vſus deſumptus eſt ex.l.humanum.C.de legi. Sunt & alii domini inferiores patriæ noſtræ, qui pro Laudimio,ſeu potius venditionibus, quas tertias uęditiones uocãt, multo plus accipiũt a ſubditis ſuis,uidelicet,vt duo aurei ſoluantur uenditori,& vnus domino,& de his Fran.Mar. deciſi. 62.dicit in patria Delphinatus, Laudimia ad rationem tertii exigi pro dimidia precii, & tales Laudimiorum augmentationes fieri & induci poſſe decreto etiam Dominicali cautũ reperitur libro 3.antiquorum ſub rubrica. Laudimium non debetur.Eratque ſimilis conſuetudo in feudo meo Lombriaſci antiquitus obſeruata, ſed tumultuãte bello ſubditi noſtri, nos ad tranſactionem coegerunt,& de dicta ſumma Laudimii aliquod tunc fuit diminutum.Nec inconueniens eſt tam magnam ſummã pro approbatione & inueſtitura exigi, cũ veriſimile ſit,quod pactum fuerit appoſitum a principio rei, quæ erat dominorum, & quod ſubditis ea lege fuerit tradita, l.in traditionibus.de pact.& l.cum te,C.de pact. inter empto. & vendito.

QVAESTIO V.

Quæro, an illa pars pretii,& ſeu æſtimationis loci, domino debita,intelligat̃ de pretio,& æſtimatione totius rei,vel vtilis tantum dominii?In prætio clare patet, quod eſt vtilis dominii tantum.dicta l.fi. C.de iur.Emphy.Idẽ procedit in ęſtimatione loci,quia non ęſtimatio totius rei ab ſolute attenditur,ſed quanti res valet cum onere ſubiectionis l.ſed ſi hoc.§.1.de condi.& demonſtr. vbi Bar.& in l.quantitas patrimonii.ff.ad l.Fal.& ſic quanti vtile dominium valet abſque directo.nam eadem determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare.l.iam hoc iure. & ibi Docto.de vulg.& pupilla.l.fi.C.de ſent. vbi dicit Bart.ſe neſcire alibi tex.ad hoc expreſſum.l. in teſtamento.& ibi Bar. Iaſ.& alii.C.de mili.teſt.Ioan.Mont.in dicta l. fi.circa. fin.verſ. & hoc eſt quod vulgo,& ideo indebite mihi videntur nõnulli Aſtenſes exigere Laudimium pro re egregia valde penſione grauata,dum exigunt non ad rationem prætii quanti venditur ius emphyteuticum,ſed ad rationem totius valoris rei, accipientes aliqui pro Laudimio id quod ſoluitur in vno anno pro penſione,quę ſępe eſt ad rationem de quinque pro cẽtenario, niſi eos excuſet conſuetudo quam ſupra diximus in modo ſolutionis Laudimii præualere. Ang conſi.240. in fin. vbi de ſtatuto.Eſtque etiam conſuetudo in Gallia recipiendi pro Laudimio duplum eius quod pro penſione ſoluitur, de qua per Boer.in conſuetud.Bir.§.17. de conſuet.feu.Rebuf.in ti.de conſti.ted.artic.1.glo.17.nu.9.Tom.2

QVAESTIO VI.

Quæro inſuper,an de commoditatibus in venditione adiectis in gratiam venditoris, quæ pars prętij dicuntur, vt in pacto de retrouendendo, ſit habenda ratio in ſolutione Laudimii? dico,quod non, quia cõſtitutum pretiũ tantummodo conſideratur,& de eo Laudimium debetur,ac de eo quod certi pretii loco eſt,non habita ratione,quod pretium minus ſoluatur,propter onus venditioni appoſitum.Cagno.in dicta l.2.quæſt.89.nume.246.Pariter dicendum eſt, vt Laudimium non debeatur de expenſis, quas facit emptor vltra pretium,puta in ſalario notariorum,ꝓxenetarum,& aliorum,quæ nihilominus regulariter augent,vel diminuũt reſpectiue pretium,cum debeatur de precio conuento, vel æſtimatione rei,vbi pretium conuentum non eſt.dicta,l.fina.C.de iure.emphyt.adde Barto.in l.ſed ſi hoc,§.cuidam,ff. de condi.& demonſtratio.& in l.quantitas patrimonii. ff.ad l.Falc. ubi diſtinguit,an lex dicat de pretio,quo res vẽdita eſt,uel de pretio quod uenditor accipit,aut de pretio rei, vt primo caſu impenſarum non eſſe habendam rationem dicat,aliis vero caſibus ſic.Contra Barto.tamen in dicto,§.cuidam tenet Imo.in vlti. caſu dicens,quod pretium rei dicitur illud pro quo res venditur:Et mihi videretur potius diſtinguendum,aut lex, vel ſtatutum conſiderat in ſui diſpoſitione effectum,& tunc expenſarum ſit habenda ratio,hinc de decimis debitis ex lucro,detrahentur expenſæ quæ fiunt circa rem,& extra rem pro re habẽda,aut conſiderat actum vel contractum, & non ſit habenda ratio.& propterea de decimis debitis ex fructibus nõ detrahũtur expenſę factę,nec circa rem,nec extra rem, ca. paſtoralis. & ibi no.de dec.licet id particulari ratione ſtatutum dicãt Doctores plures.Et dicit Barto.quem alii ſequuntur. in l. fructus, ff.ſolu. matrimo. quod ſi pro quolibet ſextario frumenti dẽt ſolui gabella, non deducuntur impenſæ. Idem generaliter ſi ex omnibus fructibus collectis ſoluenda ſit gabella. Saly.in l. 1.C.de fruct.& lit.expen.ubi etiam, an fructus dicantur deductis expenſis,conſiderat quatuor caſus, vtrum debeãtur ex cõuentione,aut legis diſpoſitione,aut teſtatoris prouiſione,aut iudicis pronunciatione.Et valde referre inquit, an fructus ſoluendi ſint vel quid pro fructibus. Barto. tamen diſtinctionem in dicto,§.cuidam.ſequuntur Angel.& Caſtren.Fabia.in trac. de emp.par.5.num.17.Bertach.de gabell.in tertia par. octauæ par.prin.quæſtio.28.Moder.in §.24.num.3.& §. 53. nume.34. vbi dant rationem differentiæ inter ius retrahendi,& ius percipiendi Laudimii, cum hic Dominus tractet de lucro captãdo,is autem a quo res trahitur certet de damno vitando,quæ fuit diſtinctio Bal.in dicta,l.j.Tiraquel.de retrac.Lignag.§.15. gl.1.num.5.& §.29.glo.4.nu.8. Et quod dicitur pacta & onera minuere,vel augere contractum & rei æſtimationem ad l.generali,§.fina.ff.de vſufruct.lega.l.ſi venditor.in fi.de ſer. expor tan.Bal.conſi.164.maritus in fin.volu.5.Dec.conſi.167.nume. 2.Tiraq.de retract.conuention.in proœmio. nume.24.& ſeq. vbi plura cumulat,& §.6 glo. 2. id alio reſpectu procedit quã ſolutionis Laudimii.Minus habetur ratio expenſarum venditoris,vt pretium videatur diminutum,niſi aliter verba ſtatuti ſuaderent,vt per Bar.in dicto,§.cuidam,& Moder. §.55.glo.5. nume.4.vide Iaſo.in §.tripli.colum.2.Inſt.de actio.nu.8.& ſequen.vbi plura exempla ponit,& in l.cum quædam puella,§. fi.de iuriſd.om.iud.Et ſecundum huiuſmodi diſtinctiones intelligenda eſt opinio, quam pro communi ponit Soarez in Theſaur.recep.ſen.in verbo,gabella.Neque etiam habetur rõ ſi prædium minoris vendatur,ꝓpterea ꝙ emphyteuta ęre alieno præmatur,neque reperiat fideiuſſorem pro euictione,Bertrand.conſi.192.in fin.volumine.3. part.ſecunda.ſunt tamen plures caſus,in quibus expenſæ veniunt deducendę, & eius tãtum habetur ratio,quod ſupereſt deductis oneribus, ita vt regulare id eſſe dicat Brun.in tracta.de reb.dub.cap.quantitatẽ, verſic.recipit autem quantitas. vbi pluribus poſitis exemplis, in quibus deductiones oneris faciendæ ſunt de quãtitate, ſtatim ſubnectit aliquot limitationes. Et firma ſtante principali concluſione ſupra poſita,quod in cauſa laudimii nõ fiat detractio expenſarum,illa eſt limitanda,niſi onera in venditione adiicerentur æſtimata,ita vt inſolutũ pręſtentur pro parte prætii,vt ſi fundus emphyteuticus vendatur centum, & adiiciatur onus emptori,vt liberet alium fundum venditoris,qui erat obnoxius emptori pro ſolutione annua, quę erat redimibilis certo pręcio,aut alias erat communi vſu extimabilis vti pars prætii,ſecus ſi ex communi uſu onus illud in prętiũ non erat reſolubile,puta,quia haberet emptor ius tranſeundi per prædium venditoris,l.ſi partem,ff.de contrahẽ.emptio.Mod. in d.§.53.nume.36.& §.23.nume.51.& d.§.55. gloſſ. 5.& §.58. numero 9.

QVAESTIO VII.

An Si vendatur fundus cum fructibus vnico precio,debeatur Laudimium de toto precio,vel pro parte fundi tãtum?ꝙ pro integro precio tenet Guidop.ſing.497.ſi venditur, allegat Iac.de Are.in l.qui concubinam,§.ſi fundum.de leg.3. per illum tex.ibi,quia idem pretium ad totã cauſam pertinet, id eſt,tam ad fundum,quam ad fructus,vt gloſſ.exponit. In cõtrarium facit,ꝙ no.Tiraq.de retract.Lignag.§.j.glo.7.numer. 85.vbi dicit,quod ſi immobilia,& mobilia ſimul vendantur, quod Laudimium ſoluitur pro rata tantum immobilium.Dicendum eſt igitur quod aut fructus non ſunt a ſolo ſeparati, & cum pars fundi dicantur,l.fructus pendentes vbi gloſſ.ff.de rei vendi.debeatur Laudimium pro toto pretio, cum etiam vnica ſit venditio,l.fin.§.pen.de his quæ in fraud. cred. Didac. lib.1.var.reſol.capit. 15. vbi declarat quomodo dicantur pars fundi:aut ſunt a ſolo ſeparati,& non debeatur. Idem ſi nondum

dum a ſolo ſeparati ſint ſed diuiſim, ac ſeparatim, a fundo vendantur, cum diuiſim ac ſeparatim conſiderentur. quod vt̃ fuiſſe de mente Tiraq.in d.gl.7.nu.43.cum plurib. ſeq.vbi late tractat,licet ipſe vim faciat,an fructus ſint de proximo recolligendi vel non cum de proximo recolligendi habeantur pro collectis,ad Bart.in l.diuortio.§. interdum,ff.ſolut.matri. quod ſane procedit interpretatiue ſecundum ſubiectam materiam,non vere,vt d.l.penul.§.fin.ff.quæ in frau.cred.vbi Ange.& ſecundum diſtinctionem ſupradictam determinat Boe. deciſi.229.qui idem dicit de nobilibus,vna cũ domo venditis diſtinguens,aut ſunt parieti affixa,vel non,iuxta tex.in l.eum qui ędes,de vſucap.l.Iulianus.§.fina.cum l. ſeq.de act.empt.vt primo caſu de eis debeantur laudimia.ſecundo non, quod innuit procedere,vt videlicet non debeatur laudimiũ pro mobilibus,vel fructibus a ſolo ſeparatis, etiam ſi vnica fuerit facta venditio rei obnoxiæ, quod etiam facit ad id quod ſæpenumero occurrit,vt ſi venditio ſimul facta ſit plurium bonorum,quorum aliqua ſint feudalia,aliqua allodialia,vt pro rata feudalium tantum debeantur laudimium,non autem pro allodialibus,licet vnica ſit venditio, cum diuerſæ ſint res venditę ,quod obſeruatum fuit in Camera in cauſa D.Caroli rottarii,in qua ſeparatim fuit facta ęſtimatio feudalium,authoritate camerę,& ſolutum laudimium habita tantum ratione valoris feudalium,& habetur apud Mar.deciſi.608.

QVAESTIO VIII.

Quid ſi egregium ædificium factum ſit in parua area emphyteutica,& emphyteuta id totum vendat, an Dominus directus, & areæ & ædificii debeat habere quinquageſimam? Mouet hanc quæſtionem Iaſ. poſt Alberi. in l.fin.nume.44.C.de iur.emphyt.& cum ædificium ſolo cedat,ipſum quoque dicit fieri emphyteuticum, & conſequenter totius pretii quinquageſimam habere debet Dominus.allegat etiam ſpecu.in titu. de emphyteu. verſic.119.quod dicit procedere niſi expreſſe eſſet conuentum in datione areæ in emphyteuſim.quod id quod ſuperædificaretur eſſet propriũ ſuperędificantis,& generaliter dicit ſpecul. ibidem quod pro melioramentis factis ęque ſolui debet laudimium,atque pro re ipſa in emphyteuſim conceſſa. Redoan.in tract.de reb.eccleſi.non alienan.titu.de Laudim.nume.18.Paris de puteo in capitu.143.an,ſi aliquis dedit vilem aream,diſputat articulũ & tractat quæſtionem,An ſuperędificata, & meliorameta ſint vtilis domini,libera vel obnoxia,de qua latius in capit.8. aliqua cap.13.& c.14.fuit facta.& cap.159.Doct.in l.2.C.de iure emphyteu.& ibi Iaſ.nu.27.& in §.ſcire,Auth.de non alien. & in c.ſi quis.de manſo.& §.rurſus,de controuer. inueſt. & in cap.i.§.ſi vaſallus.vbi tex.notab.in tit.hic finitur lex Contad. Iul.Clar.in §.emphyteuſis.quæſt.45. & in §.feudum.quæſt.88. Bru.conſi.332.verſic.circa aliud.volum.4.& conſil. 127.colũ. antepen.verſicu.item ſuccedit fœmina. volum.2.& in trac.de augmen.concluſ.20.Vint.lib.ij.commu.opin. verſicu.melioramenta,& Burſ.conſi.60.nume.31. Et ij concludunt, quod ſint propria facientis, & tranſmittantur ad hęredes, niſi ob culpam cadat ab emphyteuſi vel feudo.Guido Papę.deciſio. 169.Barba.conſ.63.colum.fin.volum.1.Alciat.conſi.176.in fine.Ioſeph.Ludou.Deciſ.Peruſ.117.c.fi.part.ſecunda,Pariſi.cõſil.23.nume.90.vol.i.vbi propter meliotamenta dicit dari retentionem rei feudalis in qua facta ſunt hęredibus. late tractant Modern.in conſuetud.Pariſien.§.i.glo.v.num. 67.& 75. & reſtringunt limitationem quod amittantur melioramenta ob culpabilem caducitatem, ea videlicet, quæ ex natura, aut lege contractus, emphyteuta, vel feudatarius tenebatur facere,ad l.colonus,& ibi Barto.ff.loca. ſecus egregia additamenta,vel ędificia,bene facit quod Bald.dicit in l. 2. C. de rei vendicatio.Quod emphyteuta non pręſumitur ędificare animo donandi,& dicit Bru.conſi.106.in fi.quod ſunt immemores domini vel agnati ad quos feuda deuoluuntur,ſalutis ſuę anhelando iis melioramentis.Rurſus limitatur concluſio, ꝙ emphyteuta amittat melioramenta ob culpam in vero emphyteuta,ſecus in eo qui ſoluit egregium canonem fructibus pene correſpondẽtem, is enim non ſecus atque colonus melioramenta poteſt detrahere.d.l.colonus.Bero. in cap. i.num. 30.de in integ.reſtitu.dependet hæc limitatio a quæſtione an huiuſmodi emphyteuſis magis accedat naturę coloniæ quã emphyteuſis,& vtique putarem procedere in amplis additamentis.de opinione autem Modern. dixi in ti.de feu. amiſ.& differit nonnulla elegans Menoch.in tract.recuper.poſ.in 15. remed.num.502.& 560.Et licet melioramenta & acceſſiones ſequantur fundi & rei principalis naturam,ad dominumque rei ſpectent vbi per ſe ſubſiſtere non poſſunt,§.econtrario.de inueſt.de re alie.fact.tamen pretium per eum ſoluendum eſt, ad quẽ res peruenire debet quatenus factus eſt locupletior.

Rui.conſ.24.num.10.vol.j.Cephal.conſ.183.num.44 volum. 2.Ita etiam pretium,quo mediãte res feudalis fuit ab aliquo, nexu liberata reficiendum eſt per dominum vel quemcunq; alium ſucceſſorem, & generaliter id totum, quod in perpetuam feudi vtilitatem expenſum eſt. Bal.conſi.232.fœmina, volu.3.Bru.conſi.104.& in tract.de augm.concluſ.quinta. limit.4.Aym.conſi.197.nume.1.Afflict.in cap.fin.nume.11. de fratr.de nou.bene.inueſt.per illum tex.Camer.f.81.Sed redeũdo ad principalem quęſtionem Boer.deciſ.19.num. 3.dicit, ꝙ nedum habita ratione fructuum,ſed etiam ędificii eſt ſoluẽdum Laudimium,& tex.in l.fi.C.de iur.emphyt.videtur expſſus,quod pro alienatione meliorationũ ſeu iuris emphyteutici debetur Laudimium,iuncto § & ne auaritia, cum prin. legis.Riminal.Iun.conſi.1.in fi.Sed & ſi alluuione aut alio modo aliquid acceſſerit rei in emphyteuſim datę,pro augmento pariter atque pro re principali ſolui debet Laudimium,cũ eodem iure cenſeantur feudum & emphyteuſis,& quod feudo accedit feudale fiat, dicto §.ſi quis,de manſo. & §. rurſus, Moder.in dicto §.i gloſ.v.q.vlt. Brun.in tract.de augmẽ.in 4. concluſ.princ.in 3.limita.in fin.& rationẽ aſſignat,quia Laudimium ſoluitur conſiderato pretio,pro quo res venditur, & ſic inſpicitur tempus venditionis,Mar.deci.607.& quod iuris eſt de principali, idem cenſendum eſt de augmento. cap. acceſſorium.de reg.iur.in 6.Brun.d.tract.de augm. in v.quęſtio. princ.Burſ.conſi.50.nume.35.Quod adeo verum eſt, vt ſi antiquę conceſſioni addantur prędia vel augeatur cenſus, non dicetur noua conceſſio,neque nouum feudum, additamẽtũ. Bru.conſ.130.in prin.volum.2.& in tract. de augmen.in 2.quę.ne.3.concluſi.princ.In ſeparabilibus tamen diuerſa videtur ꝯſideratio feudi & augmenti.Bru.d.conſi.127.in 16. conſideratio.& quid ſi poſt primum contractum augeatur pretium rei nunquid de augmento debeatur Laudimium? videtur ꝙ ſic, cum eodem iure cenſeantur pretium principale & augmentum.Tiraque.de retract.Lignag.§.i.glo.18. nume.51.& 55.Ex quibus inferri poteſt ad duas opiniones Doctorum controuerſas.Prima,an quod alluuione accedit acquiratur emptori irreuocabiliter, qui tenetur predium retrouẽdere,vel ſubeat naturam prędii venditi, quod ſicut venditor poteſt luere, ita etiam alluuionis augmentum eodem pretio. Secunda, an ꝙ alluuione accreſcit efficiatur eiuſdem iuriſdictionis, cuius eſt prędium principale, ſi quod accedit ante additamentum erat alterius iuriſdictionis.In prima Cagnol.fuit ſibimet contrarius in l.2.C.de pact.int.emp.& vend.& ſemel caſus accidit in Senatu de anno 1572.29.Martii.contendentibus inter ſequbuſdam Marchionib. Ceuę,& fuit reſolutum, quod alluuio ſubiiceretur pacto luitionis, improbata ratione Cagno.& valde vrget,quod dicitur alluuionem ſequi debere naturam & effectum fundi. & a prędio ſeparatim cenſeri non debere, l.fina.C.de alluuio.l.& puto.§.id quod.ff.fami. erciſcũ.& fundi portio per alluuionem accreſcit portioni,& ius fundi ſequitur.l.ſi Titio.iuncta gloſſ.in verbo,alluuio, de vſufruct. & licet alluuionis augmentum domino fundi acquiratur.l.adeo §.1.l.inſula.ff.de acquir.rer.domi.§.præterea.inſt. de rerum diuiſio.l.i.& fi.C.de allu. Intelligendum eſt,quod eo iure acquiratur,quo antea pertinebat,prout Bar. declarat in tract.de alluuio.In verbo,noſtro,& in verbo acquiritur,vbi dicit,quod eodem iure cenſetur prędium,& alluuio.Quo iure igitur ad nos ſpectat ager, eodem iure ſpectat augmentum, & conſequenter, ſi irreuocabiliter ſpectat ager, eodem iure ſpectabit augmentum,& e diuerſo,ſi ſpectabit reſolubiliter. Brun. in dicto tract.de augmen.quęſtio.20.facit tex.in l.ſi proprietati.de iu.do.vbi ſi alluuione quid accedit prędio ĩ dotem dato, dotale efficitur.Et ſi iure quaſi dominii ſpectabit prędium eodem iure ſpectabit alluuio.l.ſi ego.§.idem ait.de publici.Et dicit.Bar .vbi ſupra,quod ſi fundus ſpe quadam ad nos ſpectat, eodem iure ſpectabit alluuio , et quod legato ante mortem teſtatoris accedit,ab hęrede debetur.l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.de leg.primo.l.ſępe.de leg.3. Et quod prędio hypothecato accedit,pariter eſt hypothecatum.l.ſi conuenerit.§.i.de pigno.act.l.ſi fundus. in princ. de pignori. Et quod fundo accedit,pariter vſufructuario debetur,quo ad vſumfructum, proprietas autem alluuionis ad proprietarium pertinet.Et quod prędio feudali alluuione accedit,feudale efficitur, et ſi feudale prędium deuoluitur ad dominum,redit etiam augmentũ, d.c.ſi quis,de manſo.et cap.fin.de controuer.inueſt.et ibi ſcr. Moder.Pariſien.in propoſito,vbi ſupra, num.99.dicentes alluuionem eſſe partem primi agri,et eodem iure, eadem cauſa et qualitate acquiri,et poſſideri.Et cum hac opinione in propoſita quęſtione,quod debeat pariter alluuionis augmẽtum retrouendi eodem pretio. tenet Tiraq.de retract.conuen.§.fi. q.14.Goz.in d.l.2.q.32.C.de pact.int.emp.et ven .Et vltra eum reſpondeo ad l.id quod.de peri. & com.rei ven.et §.ſed ſi poſt. inſtit.de empti.et ven.quod id quod alluuione accedit, acquiritur quidem emptori,ſed ea lege et conditione , qua habet

prę·

prædium emptum, prout ſupra proxime dixi poſt Bar. & idē ꝙ emphyteuſi accedit, acquiritur emphyteutę. Iaſ. in l. .num. 79 C. de iure emphy. ſed iure emphyteuſis. Neque obſtat ratio æqualitatis ſeruandæ conſiderata per Cagnolum, & quod ſi decreuiſſet fundus, ꝙ veriſimiliter venditor non fuiſſet redēpturus, vnde non debet aſpirare ad id cuius contrarium non eſſet petiturus, vt in non diſſimilibus terminis dicit text. in l. pe. C. de ſolut. quoniam augmentum deſumi debet a contrario in propriis terminis, & ad limites verborum quæ in ſenſu directo ponuntur. Dec. conſi. 386. colum. 3. ver. dico ad hoc, & conſi. 216. colum. 3. num. 8. vnde argumentum procederet ſi eueniente aliquo decremento venditor vellet redimere, vt decremētum cedat damno redimentis, & ecōtrario. Et quod dicitur, non veriſimile, quod eſſet redempturus, procederet, ſi magnum eſſet decrementum, verum poſſet decreſcere & nihilominus uenditor redimere. Et ſicut redimeret cum decremento, ita conſequi debet augmentum, prout dicit text. in l. ex mille. ff. de euict. Et quamuis ſit in facultate ſua redimere vel non, hoc eſt commodum eius, qui ſibi ius redimēndi reſeruauit, propterea dicitur, quod eſt pars pretii. l. fundi partē, ff. de contrahen. emptio. Socin. conſi. 15. colum. fina. volum. j. & conſi. 248. in fi. & tanto minoris res fuit uendita propter facultatem hanc. Et hoc videtur innuere glo. in dicta l. pen. ibi, niſi ex vi pacti aliter actum ſit, quaſi dicat, quod nō debet qs petere cuius contrarium non eſſet petiturus, niſi pacto aliter conuentum ſit, quia etiam ſi prædiū vileſcat precio, vel pars caſmate pereat, non eſſet venditor redempturus, & tamen ſi prædium pluris valeat, poterit redimere, quia conuentum eſt quod id ſiet in facultate venditoris. Et hæc quidem procedūt, vbi venditio non eſt facta ad menſuram. Quod ſi facta ſit vēditio ad menſuram, commodum erit emptoris, qui debet retrouendere. l. Rutilia. de contrah. emptio. ad no. per Docto. in l. Iulianus. §. ſi Titius. ff. de act. emp. l. in agris. de acquir. rer. domi. Bar. d. tract. verbo, acquiritur. Bald. in l. j. in 3. oppoſi. C. de per. & com. rei vendi. Brun. d. tracta. quæſtio. ſexta. Quod autē attinet ad ſecundam concluſionem. Iaſ. conſi. 146. volumi. 2. & Curtius conſi. 56. in eadem facti ſpecie. contrarium conſuluerunt. Primus, quod non mutetur iuriſdictio, pro quo allegat tex. in l. Martius. verſi. id autem, de acqui. rer. domi. Bald. in d. cap. ſi quis, de manſo. Soc. conſi. 127. colum. 2. volum. i. Hier. de Monte. de fin. reg. cap. 24. nume. 6. Egid. Boſ. in ti. de princi. nume. 80. in fin. vbi dicit, opinionem contra Cur. eſſe communem, late diſputat Corn. conſi. 387. volumi. 3. & 191. cod. 322. volum. primo. & conſi. 15. vol. 4. vbi plura in materia alluuionis tractat. & quod acquiratur emphyteutæ non domino directo, & alibi dicit Brun. conſil. 159. volu. 2. quod alluuio acquiritur dominis locorum, ſi vicini neglexerint per triginta annos. Curtium autem ſequitur Bologn. conſil. 14. & idem videtur ſentire Alex. conſi. 25. nume. v. volum. 7. dum dicit, ꝙ eſt incrementum latens & inſeparabile. Cagn. in d. l. 2. C. de pacti. inter emp. & vend. quæſt. 59. in fin. Modern. in conſuetudi. Pariſi. d. §. j. glo. v. & allegant tex. in l. ergo. §. alluuio. de acquir. rer. domi. & l. ſi. C. de alluuio. per quem textum conſuluit Nata conſi. 286. quod alluuione acquiſitum, debet poni, ad regiſtrum oppidi, in cuius regiſtro erat prædium principale, licet, id quod alluuione acquiſitum eſt, eſſet alibi regiſtratum, & videtur facere, quia vbi diuerſa ſunt territoria, Dominus vnius aduerſus alterum vtitur iure priuati prout dicitur, quando diuerſi ſunt principes contendentes, qui inter ſe viūtur iure priuati. Bal. conſi. 195. volum. 2. & hæc mihi ſemper viſa fuit verior opinio, ſed primam opinionem Iaſ. vti communem ſequendam monet Viui. lib. 2. commu opin. in verbo, alluuio. Brun. conſ. 382. volum. 4. quę ſine dubio procedit vbi flumen aquarum impetu, & per ſaltum alueum mutat. Pet. de Vbal. de duobus fratr. num. 5. & 31.

QVAESTIO IX.

Ad quem ſpectet laudimii ſolutio? Gloſſ. in l. fina. dicit, ꝙ ad nouum emphyteutam, quam ſequitur ibi Salic. & Iaſ. & dicunt ſingularem Gozad. conſil. 65. num. i. & 13. Iul. Clar. lib. 4. §. emphyteuſis q. 23. & hoc generale eſt quod laudimia, & gabellæ ſoluuntur per emptorem, & non per vēditorem, niſi aliter per ſtatutum diſponatur. l. dēt. ff. de ędilic. edic. vbi dicit eſſe caſum Rom. ſingu. 182. Alexan. conſi. 51. verſi. ex his, volum. 3. Beriach. de gabel. parte. 7. num. primo. Redoan. de reb. eccl. non ali. ti. de Laudim. §. & ad ſolutionem. Socin. conſi. 247. colum. 2. volum. 2. & ibi dicit, quod in dubio ſoluenda venit gabella per illum cui virtute contractus celebrari acquiritur, & in cuius fauorem eſt celebratus contractus, & ibi notabiliter ponit quinque caſus diuerſos ad cognoſcendum per quem ſolui debeat gabella. Deciſ. Tholo. 451. Sylu. conſi. 8. nume. 18. vol. 2. Moder. in §. 23. nu. 7. & hoc quidem in laudimiis, & tertiis venditionibus patriæ noſtræ procedit, & dicit Afflict. in cap. i. §. illud quoque. nume. 15. de prohibi. feu. alie. per Fede. quod laudimium terzaria, ſiue quartaria, quæ de more prouinciarum ſoluitur, ſolui debet, per emptorem de iure, niſi conſuetudo aliud ſuadeat, vt ibi per Iſer. Frāciſc. Burſa. conſilio 56. numero 16. vbi etiam dicit, ꝙ onus ſoluendi laudimium ſpectat ad emptorem. ſed onus obtinendi a Domino licentiam vendendi ſpectat ad ipſum venditorem. De venditionibus autem gallicanis in feudis, ſoluitur quintū pretium per venditorem, vt in d. §. 23. & ibi per Modernos, & debetur a poſſeſſore laudimium, adeo vt dixerit Caſſan. in d. ti. des cenſes. §. i. num. 9. quod iſtud ius laudimii eſt reale, & ſequitur rem, poteſtque cauſa a iudice rei tractari, de quo tamē videbimus infra, an pro laudimio ſit res emphyteutica hypothecata. quæſtione. 45.

QVAESTIO X.

Operepræcium autem eſt videre, quis dicatur nouus emphyteuta, vel vaſallus. & cum dicit Bal. d. l. fi. nume. 17. qui ſub priori inueſtitura non eſt comprehenſus, gloſſ. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Alexand. conſi. 9. volum. 2. Pari. conſi. 86. nume. 9. volum. 4. Salic. d. l. fin. col. antep. verſ. ne auaritia. Iaſ. numer. 41. qui comprobat iſtud dictum per notata per ipſum in l. 2. nu. 215. C. eo. & ibi inueſtigando, quis ſit nouus emphyteuta vel vaſallus appoſite tractat, quę noua emphyteuſis, & quod nouum feudum dicatur, & ſi ſtrictam uerborum proprietatem inſpiciamus, poteſt eſſe nouus uaſallus habens antiquū feudum, vt in emptore, & nouum feudum apud antiquum vaſallum, vt in eo qui conſenſit feudo dari nouam formam, & Iaſ. vbi ſupra poſt Bal. dicit feudum nouum appellari, quod nō ex ſucceſſione, vel linea progenitorum prouenit, ſed eſt a ſe nouiter acquiſitum, tex. eſt in cap. j. in verbo, nouam inueſtituram. in titu. qui teſt. ſint neceſſ. ad proban. nou. inueſt. Iac. de Sancto Georgio, in verbo in feudum, numero 10. Curt. in tract. in prima parte quęſtio. 8. nume. 6. vbi inquit feudum nouum dici, quod de nouo conceditur, & habet initium in perſona primi inueſtiti, & verum quidem eſt, nouum feudum dici iis duobus concernentibus, & inſuper nouus eſt etiam vaſallus, altero autem, tantum concurrente, vel nouum feudū dicitur, vel nouus vaſallus reſpectiue. Zaſ. in ſecunda parte circa fin. Iul. Clar. quæſt. 8. Dec. conſi. 390. nume. 4. idem Curt. cōſil. 1. nume. 14. Alexan. conſi. 28. num. 1. volum. v. ubi tamen ex noua cauſa feudum emptum a uaſallo per extraneum nouū dicitur. Zaſi. par. x. nume. 122. Aymo de antiqui. in 5. & vlt. parte. numero 3. ratione etiam nouorum pactorum dicitur noua inueſtitura, & nouum feudum. Doct. in c. primo, de vaſ. decrep. ætat. & ibi Alua. declarat, & in cap. i. de eo qui fi. fec. agn. Oldrad. conſ. 178. Alexan. conſi. 19. verſic. ſiue enim. volu. 5. & in l. ſi mihi & Titio. de verbo. obligat. Iaſ. conſil. 24. nu. 4. vol. 3. Bologn. conſi. primo. colum. 6. vbi, an diuiſione facta dicatur feudum nouum, de quo Caſtren. in conſil. 44. circa præſentem, volum. 2. Rul. conſi. 7. nume. 10. uolu. 1. Afflict. deciſ. 112. nu. 1. & 248. nu. 8. ubi dicit, quod nouū feudum noua cauſa facit & noua forma, & quod ubi noua forma datur, uidetur feudum in manu inueſtientis refutari, & deinde per ipſum inueſtientem de nouo inueſtiri. Vbi autem uaſallus renunciat feudum Domino, & dominus poſtea reinueſtit eundem vaſallū, ſiue adiiciātur noua pacta, ſiue ſimpliciter reinueſtiatur, quia id fit, ex noua cauſa, extincta prima, nouum feudum dicetur. gloſſ. in c. ſi quis miles. Conſti. feu. Lotha. & in ti. an agn. uel fi. uerbo, de nouo, & ibi Bal. Tiraq. de retr. lign. §. 32. nu. 30. & 35. Grat. cōſi. 4. nu. 10. uolu. i. ubi de qualitate comitatus adiecta, quod nouam inducat formam. Zaſ. in 3. par. nu. 5. & conſi. 13. numero 7. & 17. uolum. primo. ubi dicit, quod non quæcunq; alteratio nouum feudum facit, ſed ubi ſubſtantialia alterant, ſecus ſi circa accidentalia noua forma ſit adiecta. Bald. in d. c. ſi quis miles, colum. 2. nume. 6. & conſ. 215. proponitur. col. 2. in fi. vol. 2. ubi de qualitate fœminina adiecta, uel detracta. de qua etiam Hānetο de feu. nume. 1. c. 3. uerſ. ſi ergo. ubi ſi feudū maſculinum cōceſſum ſit pro fœminis in eis, dicetur nouum & in deſcendentibus ab eis maternum. & idem Zaſi. conſi. 15. Rui. conſ. j. nume. 17. & 20. nume. 7. & conſi. 91. colum. penul. nume. 12. & conſi. 160. nume. 16. uolum. i. Gozad. conſi. 53. nume. 7. Gul. de peruſ. inter conſilia feud. conſi. 12. nume. 4. ubi de qualitate primogeniturę adiecta, late, D. Pręſes Ozaſcus nunc digniſſimus Cancellarius deciſ. Pedem. 23. num. 22. & ſequen. Nat. conſi. 615. nume. 2. qui conſuluit in feudo Fruzaſci, & in ſupradictis locis late explicatur. Quod præfata renunciatio, et alteratio primæ inueſtiturę, in præiudicium agnatorum fieri non poteſt, neque tenet ī feudo antiquo, & in alienabili, niſi eis conſentientibus. capitulo primo, de alienatio. feu. pater. ubi Bal. in primo not. & d. capit. fin. iuncta gloſſ. de eo qui fin. fec. agna. Bal. conſi. 250. ad euidentiam. vol. 2. & in l. qui ſe patris.

tris,colum.pen.uerſiculo.& adde,C.und.lib.& in l.i.nume.31. C.quan.non petent.par.c.primo,qui ſucceſſ. ten. & ibi Iſern. & præpoſ.quos ad hoc propoſitum inducit Rui.conſilio.7.nu me.31.volum.primo.& conſi.108.nume.28,volum.2.Iaſ.con ſil.7.col.5.verſi.3.vol.3.& conſ.152.& conſi. 180.colum.6.vol. 2.Brun.conſi.78.num.7.& conſil.ſeq.vol.i.& conſi. 234.vol.3. atque in eodem feudo fruzaſchi.Aym. cõſi.679. Camer.in ca pi.imperialem. fol.247.ſecundum paruam impreſſ.Tiraq.vbi ſupra nume.42.Moder.in conſuetu.Pariſ.glo.i.§.8. nu.39. Cephal.conſi.302.nume.67.& 88.volum.3.& quamuis ample a Doctoribus,diuerſa ſentientibus, tractetur quæſtio. An princeps poſſit iuri feudorum in ſpe agnatis competenti derogare ex certa ſcientia. hęc mihi ſemper viſa fuit verior opinio. Quod ſine cauſa nõ poſſit,cum cauſa autem,quod poſſit. Itẽ quod cauſa debeat eſſe legitima iuſta,& rationiabilis.Neque pro cauſa ſufficiat principis voluntas.Quinimmo & illa iuſta dicetur cã,quę publicam non priuatã vtilitatem reſpicit,prout de ijs generaliter in quacunq; materia , late dixi in titu. qui feu.dar.poſſ. Renouatio ẽt antiquę inueſtiture, aut executio veteris, nõ facit nouũ feudũ,niſi aderet noua forma Bal.in d. c.imperialem.§.inſuper, glo.in c.quicũque in verbo, nouum 25.quæſ.2.& quamuis in renouatione,ſeu confirmatione an tiquæ inueſtiturę addantur verba, & de nouo concedimus, non ex eo feudum nouum dicitur.Iaſ.conſilio 24.Alexa.con ſilio 30.colum.ſecunda.volum. primo.Dec. conſilio 445.numero ſexto.Are.in l.ſi mihi,columna penultima. verſiculo ꝓ pterea,de verborum obligatio.& conſilio 164.columna tertia,verſicu.ſed ad hoc. Ozaſ.dicta deciſio.23.numero octauo. Cum igitur nouam formam circa ſubſtantialia dixerimus no uum feudum efficere ſciendum, quoque eſt ſubſtantialia dici ea,quę in inueſtiturę diſpoſitione eſſentialiter continentur ad Bal.in l.j.columna ſecunda.verſicul.nunc venio.numero, quarto,C.de ſacroſ.eccle.vbi inquit,quod nonnunquam pro miſcue vtimur his terminis,videlicet,forma,ſolẽnitate,& ſub ſtantia,itidem dicemus de natura,glo.& ibi Doct.in.l.pacta conuenta.de contrahen.emp.Feudi autem natura eſt ea, quę pro regula traditur . Bal.conſ.175. quod pro regula in prin. volum.2.& alibi dicit Bal.in c.inter dilectos. colum.3.ver.ſed tu quæris.de fid.inſtrumento.Quod natura eſt,id quod per ſe ineſt.& eſt idem quod obſeruãtia regulæ. Quicquid igitur circa regularia in inueſtitura proprie,vel improprie reperiretur diſpoſitum,ſi mutari contingeret,nouam formam efficiet.Septem etiam ſunt naturalia requiſita feudi,quæ diſputat Cur.an ſubſtantialia ſint in prima par.prin. quęſt.vi.cum tamen ſubſtantialia dici non poſſint omnia,ſubſtantialia enim tolli nõ poſſunt.gl.in c.non putamus.In verbo, officiali. de conſuet.ĩ 6.ſed naturalia ſic.Alcia.de eo,ꝙ intereſt.nume.15.& in propoſito de feudo tolli non põt fidelitas,quę dicitur de ſubſtantia feudi. Afflict.poſt Iſer.in prelu.nume.14.quamuis poſſit eſſe liberum a iuramẽto fidelitatis,Pariſ.de Pui.c.9.pone,quod dominus nume.22.Claud.de Syſell.in Spe. feu. in Rubrica de definitione verſ.vnde poſtremo,& verſ.ſolum reſtat.differentiam ſtatuit, an pactum ſit contra ſubſtantiam & formam, an ſit contra naturã,vt primo caſu non cenſeatur iure feudi, ſecundo ſic;ſed dicatur feudum alteratum,quod Camer.ęqui parat,contractui innominato,fol.267.Soc.in l. gallus, §.etiã ſi parente.de liber.& poſthum.colum.2.vbi notabiliter dicit, quod quando apponitur pactum,propter quod feudum,ma gis accedit naturę alterius contractus,puta libelli vel emphy teuſis potius iudicamus de tali feudi conceſſione,prout de libello vel emphyteuſi,quam de feudo. Quod ſi feudi cõceſſio magis accedat naturę feudi,& vti feudum cenſendum ſit, in aliquibus tamen feudi natura, per pactũ alteretur in aliis nõ cenſebitur alterata,quę conſecutiua non ſunt, ſed tantum in ijs quę in conſequentiam ſequuntur virtute illius pacti.Et dicit Ozaſc.vbi ſupra,quod licet accidentalia tantum mutent, tamen ex quo accidens qualificatum ſuperueniens enti facit ens alterius naturæ,& ſpeciei, diuerſum dicetur feudum ab antiquo,& ſic nouum.de quo tamen vide Calder.conſil. 11. de feu.vbi vult accidentalia non uariare naturam feudi , ſed ſubſtantialia,& ipſe de ſubſtantialibus proprie, & ſtricte loqtur,& nos in propoſito diximus ſubſtãtialia nõ ita ſtricte accipienda , vt ſine eis actus omnino corruat , prout ſine ſubſtantia actus ſubſiſtere non poteſt,ſed ſatis ſit, quod circa feu di regularia quidpiam addatur vel minuatur, quod patet ex dictis per Doctores cẽſentes formam, ſeu qualitatem additã, vel mutatam,nouum feudũ facere, & ſic promiſcue utũtur, vt dixi poſt Bal.his terminis, forma qualitate, ſeu ſubſtantia. Alio,& tertio modo etiam feudum nouum conſideratur reſpectu noui domini,a primo cauſam non habentis. Curt.Se. conſil.49.nume.70.Ozaſc.vbi ſupra.nume. 22.Brun.conſilio. 283.volum 3.quamuis tunc uere noui feudi naturam nõ ſortiatur reſpectu agnatorum,qui a primo inueſtito deſcendũt. Et adde,quod idem feudum.reſpectu unius dicetur nouum, & reſpectu alterius antiquum . Iaſon dicto conſilio, Afflict. poſt Bal.in §.hoc quoque, numero ſecundo,de ſucceſſio.feu. vt in feudo empto a fratre.Quid autem ſi in noua feudi conceſſione appoſita ſint verba , ut e feudi antiqui , an ſortietur naturam feudi noui vel antiqui ? Doctores valde ſe torquent poſt Oldrad.conſilio 178.nunc autem ſuper eo non eſt in[...] dum,dixi in ti.qui feu.dar.poſſ.& ibi tenui veriorem mihi videri.Quod cum feudum antiquum plures patiat effectus, quo ad ſucceſſionem huiuſmodi clauſula non operetur, neque immutet feudi naturam,niſi aliter conſtet de mente inuestientis,ſed quo ad alios effectus,quos de ſui natura parit antiquitas,vt videlicet nobiliter poſſeſſorem cauſet ius accreſcendi, eximat a collectis dicta clauſula operetur.In ſucceſſione aũt frater fratri nõ ſuccedat,neque eorum deſcendentes inuice, licet feudum ſit antiquum,cum antiquitas ſucceſſionem non cauſet,ſed ideo ſuccedant tranſuerſales,quia deſcendũt a primo ſtipite,& de feudo antiquo idem iudicamus, quod de nouo,ſi referamus antiquum feudum ad tempus primæ conceſſionis.Caſtrenſ.conſilio undecimo.ſuper primo quæſiti numero ſecundo.volum.ſecundo.Modern. in conſuetud.Par. titu.primo.§.quinto,numero 80.Ozaſc.deciſio.161.numero ſeptimo.Hęc autem,cum videantur repugnare cõmuni opinioni,quomodo poſſint procedere,ibi dixi. & ſentit Dec.con ſilio 53.illa verba operari vbi alteratur inueſtitura,& feudũ, habet originem ex antiqua conceſſione, vbi autem renouatur inueſtitura propter caducitatem vel defectum lineæ , an dicatur feudum nouum,uidebimus infra,quæſtione duodecima circa princip.Aduertendum tamen eſt,quod non omnis nouus,emphyteuta vel uaſallus debet indiſtĩcte ſoluere Laudimium,ſed quoties res mutat manum.& uaſallus rem transfert in alium vaſallum,in prima inueſtitura non cõprehenſum,vt infra uidebimus eadem q.ſequenti.& 12.

QVAESTIO XI.

Alia infertur quęſtio ex ſupradictis. An ex noua & prima cõceſſione feudi & emphyteuſis debeatur Laudimium tex.in dict. l.fina.videtur inferre, quod illud debeatur,propter conſenſum Domini, qui adhibetur in tranſlatione rei,& mutatione emphyteutæ,quod expreſſius ibi dicit Alber.poſt Odofr. dicens id deberi propter ꝯſenſum præſtitum,dum emphyteuta in alterum alienat,& ꝓpterea de prima conceſſione non deberetur Laudimium & ratio poſſet etiam aſſignari , quia feudum, a principio penes dominum eſt iure allodii,& ſicut vendens vel donans liberũ rem allodialem,tenetur ſine vlla impẽſa emptoris vel donatarii,eum in poſſeſſione rei inducere , & ſuch ita etiam princeps vendens vel donans feudum,facere tenetur, cum etiam ex abuſiua inueſtitura teneatur vacuam poſſeſſionem tradere.Doctor.in c.i.quid ſit inueſtitu.ca.fi.de nou.for.fi.capitu. primo,§.ſi facta.ſi de feu.defun.fuer.contro.Iacobi.in verbo, inueſtiuit.Vnde cum infeudans teneatur ex ſuo proprio, facto, tenetur adimplere ſine vlla impenſa acquiſitoris.l.ſuo victu,& ibi Bar.de oper.liber.Archidiaco.in capitul. cauẽdum in fin.decima quæſtione tertia.Brun.in tracta.de reb. dub.fol. 9.in dubia diſpoſitione ratione expenſatum. §. Et hic ſtat regula.Et hoc maxime procederet in feudo,quod gratis conce di ſolet,vnde non debet aſpirare Dominus ad aliquam pecuniam,alioquin iam gratuita non erit conceſſio, & centratio ſit, ꝓpterea ꝙ dominus approbat factum emphyteotæ.vt ſup.diximus.q.i.verum cũ prima inueſtitura oĩno depẽdeat a voluntate domini abſq; facto alterius,quo ad tranſlationem iuris,ceſſat ratio ſolutionis Laudimiũ. Alexan.conſi.165.in fi. vol.2.facit,ꝙ Afflic.poſt Iſer.no.in c.i.§.ſed & res, nu.40. per quos ſi.inueſt.ꝙ quando de nouo feudum acquiritur nõ ſoluitur releuiũ,& ita etiam tenẽt Mod.§.55.gl.2. nu.5. inferẽtes propterea,ꝙ ſi quis emat a Domino rẽ directo dominio con ſolidatam , ꝙ de ea emptione non tenebitur ſoluere Laudimium,cum perinde habeatur ac ſi noua eſſet conceſſio,argu unique Mod.de hac queſtione,ſi res a directo domino emptur,ad ſequentem qõ.22. an ſi dominus ipſe emat emphyteu mata,vel iura vtilis dominii,ſed non eſt par ratio, cum Laudimium ſoluatur per acquirentem,& Dominus acquirens ſibi ipſi ſolueret,quod non eſt in caſu iſto.in quo tamen cõtra videtur conſilium Alex.5.volum.5.colum.2.verſ.5.& colum fin.ver.vltimo.vbi exemptione facta a Camera debetur Laudimium,& facit quod infra ſeq. q.poſt Iaſ. late tractabimus, ſi feudũ efficiatur caducũ , & dominus remittat feloniam, an ſit ſoluendum laudimium,ſed dicas, ꝙ Alc. ibi ſe fundat per maxime in conſuetudine loci,& quod ita alias fuerat declaratum per principem,quinimo Camerę, quæ vendebat feudum,uon erat debitum laudimium,ſed eccleſiæ,a qua feudũ mouebatur,ideo diuerſus eſt caſus.

QVAESTIO XII.

An Agnati, vel alij compræhenſi ſub prima inueſtitura ſuccedentes, aut inter ſe alienantes, teneantur ſoluere laudimium? ex deciſione ſupra poſita, ex quo nouus emphyteuta, vel feudatarius dicitur ille, q non eſt comprehenſus ſub prima inueſtitura, infertur, quod non: & hanc illationem faciunt Salic. & Iaſ. in d. l. fin. nu. 41. qui in hoc nullam differentiam, conſtituunt inter feudum, & emphyteuſim, licet dña ſit in ſuſceptione Inueſtituræ, q̃ tenet renouare feudatarius per mortẽ pris inueſtiti, aut pris dñi. iuxta not in c. 1. quo tẽp. mil. inueſt. pet. deb. & ibi Prępoſ. c. j. quæ fuit prima cauſ. benefi. amit. In prin. c. j de capit Conrad. cap. fina. de prohib. feud. alien. per Loth. & c. præterea de ꝓhib. feud. alien. per Fed. ſubiungit tamẽ Iaſ. ex mente Bald. in c. quæ in eccleſiarum nume. 36. de conſtit. iſtud procedere, quoad renouationem tantum inueſtiturę, niſi feudum eſſet ad eccleſiam reuerſum, vel incorporatũ, quia tũc deberetur laudimium. Hęc dicta Iaſ. ſunt diligenter excutienda, nam caſus plerunque occurrit in facto; diſtinguẽdaq; ſunt ſingula capita. Et quoad renouationem inueſtiturę, quæ fit proximioribus ſuccedentibus, & vocatis, nullũ deberi pro ea laudimium omnes concludunt. Bald. vbi ſupra, nume. 36. Brun. conſi. 210. volum. ſecundo. vbi plus dicit, neque etiam deberi aliquod ſalarium. Dec. conſi. 262. colum. 2. verſic. 7. & conſi. 443. col. j per eum in Authen. præterea, num. 20. C. vnde vir, & vxor. prout econtra non ſoluitur laudimium. cùm renouatur inueſtitura per mortẽ domini. Afflic. quæ fuit pri. cauſ. benefi. amitt. cap. primo. in princ. num. 3. loquitur tamen de releuio. Sylua de feud. recog. quæſt. 20. Quod autem excipit Iaſ. niſi feudum ſit ad eccleſiã reuerſum, non ita indiſtinctè, eſt intelligendum: nam dependet hoc dictum à quæſtione illa, ſi feudo effecto caduco renouetur inueſtitura, an feudum reaſſumat naturam primam, vel dicatur nouum feudum, de qua per Alex. & Iaſ. in l. ſi mihi, & Titio, de verb. obligat. Idẽ Iaſ. in prælud. feud. num. 96. Zaſ. in tract. de feud in 3. part. nu. 4. latè Aymo. de Antiquit. temp part. 5. nu. 12. ſecundum quos diſtingui poteſt. Aut dominus remittit caducitatem ante declarationem, & incorporationem feudi, & ante ſententiam, & nouũ non dicetur feudũ, neque nouus vaſſallus. gloſſ. in cap. imperialem. §. inſuper. in ver. priuetur. de prohib. feud. alien. per Fed. gloſſ. in c. peculium §. ſi ęre. de pecul. & in l. ꝙ dicitur. de impen. in reb. dot. fact. Bal. in l. j. quæſt. 15. de rer. diuiſ. Par. de Put. de feud. c. an Baro poſſit quod mihi eſt 178. q dicit in terminis, ex renouatione inueſtiturę ea ratione facta, non deberi laudimium. Idem determinat Boer deciſ. 279. in fi. facit, quod notat Tiraq in l. ſi vnquã, in verbo reuertatur, nume. 12. C. de reuo don. Afflic. in §. ſed & res, nume. 35. per quos fiat inueſtitura idque procedit etiam, ſi dominus verbis nouam conceſsionem ſapientibus, vtatur: cùm effectus magis, quàm verba attendi debeat. Cur. Sen. conſi 49. nume 88. Afflic. in cap. primo. num. 21. de vaſa. decrep ęta. & eo caſu dicit Ardiz. in ſum. in prima part. titu. vtrum frater inueſt. §. ſed quæro. quod non dicitur feudum nouũ, neque eſt neceſſaria noua inueſtitura. Aut caducitatem remittit poſtquàm Feudum per ſententiam, vel alias facta declaratione per dominum, ipſo iure, domino eſt applicatum, & acquiſitum, & tunc uis eſt in modo remiſsionis. Nam ſi princeps remittat culpam & vtatur verbo, reſtituimus, vel reddimus, aut alias faciat gratiam, ſub commẽmoratione prioris inueſtiturę, nõ nouum feudum dicitur, ſed priorem antiqui feudi naturam retinet. Iſer in d. cap. primo. num. ſecundo de vaſſ decrep. ęta. vbi idem dicit in dubio, ſi princeps vſus fuiſſet verbis, reddimus & de nouo concedimus, quia inſpicitur, quod principaliter agitur, & verbum, de nouo concedimus, eſt acceſſoriũ, & intelligitur, quatenus opus ſit. Brun. conſi. 112. & ſed. & cõſi. 143. col. 3. vol. ſecundo. Quod tanto magis, & ſine dubio ꝓcedit, ſi vaſſallus continuo, nihilominus fuit in poſſeſſione. Ardi. vbi ſupra. Afflic. ibidem latè tractat: plures remiſsiue tamẽ, accumulat more ſuo. Goz. conſi. 84. Caſt conſi. 425. volum. 2. Ceſal. conſ. 27. colũ. 3. volum. primo. Tiraq. de retract. lignag. §. 32. glo. 1. nume. 29. Aymo vbi ſupra, num. 26. Et hoc caſu, vbi nouum feudum non dicitur, retinet priſtinam qualitatem & naturam, & ſuccedent agnati, & is cui facta eſt gratia, non tenetur propter hanc remiſsionem accipere nouam inueſtituram, ſecus in ſequenti caſu. Card in §. ſed etiam res, per quos fiat inueſt. col pen. ver. deinde. Ceſal. cõſi. 301. num. 117. & 128. volum. 3. Aut in remiſsione caducitatis, vtitur verbis nouę conceſsionis, & ſeu renouatur inueſtitura, vel alterantur priora pacta circa ſubſtantialia, & feudum nouam ſortitur naturam. Bald. in d. § inſuper. Pariſ. conſi. 21. volum. primo. colum. ſi. Iacob. in verbo, dictique vaſſalli. nume. 94. verſi. addite. Gozad. conſi. 46. num. 17. & d. conſi. 84. num. 12. præſertim, vbi princeps ipſe eſſet in poſſeſsione. Bald in l. 2. quæſt. 15. de re. diuiſ. Moder. late in conſuetu. Pariſienſ part. prima. §. 30. nume. 105. qui omnia membra proſequuntur. Idem, ſi princeps reſtituat delinquentem, vel eius hæredem ad feuda ipſo iure deperdita, mediante precio: nam videtur vendere ipſa feuda, etiam ꝙ nunquam Princeps illa poſſederit, vbi precium interuenit. Afflic. in d. §. ſed etiam res. nume. 36. quod vtique in precio procedit at ſi aliquid principi daretur, quod feudo non eſſet ęquiualens, & ſine ex cauſa recognitionis, ſiue gratia euitandi dubij euentus litis. ſecus dicendum eſſe. Item diceretur nouum feudum, quando conceſsio fieret ſimpliciter poſt ſententiam, & incorporationem ipſius feudi patrimonio, cum de eo tunc idem iuris ſit, quod de rebus patrimonialibus Principis, vt dixi in titu. qui feud. dar. poſſunt. Ex his infertur ſecundum Bald. & Iaſ. quod vbi delinquens admittitur tanquã ad nouum feudum, quod ſit ſoluendum laudimium, ſecus ſi reſtituatur tanquam ad antiquum, per ſupradicta, quamuis putem eo caſu ſi admittatur tanquam ad nouum feudum perinde eſſe, atque in prima, & noua conceſſione diſponitur, & ſupra proxima quęſtione dictum eſt, quicquid ſenſerint Bal. & alij, quorum dicta exiſtimo poſſe procedere, vbi ex qualibet noua conceſsione deberetur laudimium, eſſetque talis conſuetudo capiendi laudimium de huiuſmodi primis cõceſsionibus, ſeu renouationibus. quod introgium vulgares appellant, alias introitus dicitur. l. pen. §. alumno. de lega. 3. Quoad finitam autem generationẽ, ſi ille q inueſtitur, non eſt de comprehẽſis in prima inueſtitura, dicetur nouum feudum, & videt quod laudimium ſit ſoluendum, ſiue res ſit incorporata, ſiue nõ. Riminal. conſi. 38. Pariſ. de Puteo. in c. 122. an ſi reperiatur facta. num. 10. vbi in fortiori caſu dicit, quod ſi per feudatarium concedatur res ad vigintinouem annos, pro cenſu ad renouandum, quod dicitur contractus libellarius, & ſoluitur iterum laudimium pro renouatione, finito primo libello, & loquitur in ſubalterno. De hac ſecunda deciſione Paridis, ego dubito, & contrarium mihi videtur verius, cùm renouatio fiat vigore pacti in prima inueſtitura appoſiti, quo caſu non dicitur talis renouatio noua emphyteuſis. Dec. conſi. 55. & infra dicemus, quod de his quæ fiunt. in exequutionem primi pacti, non debetur laudimium. Bal. conſ. 440. ſecundum ca. vol. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. 29. gloſſ. 1. numer. 4. Quinimo etiam, vbi dominus non teneretur inueſtire vigore pacti, ſi tñ inueſtiat finita linea, non videtur debitum laudimium. ꝑ ea quæ dicta ſunt ſupra, & proxima quæſtione, & conſequẽter omni caſu, quo translatio fit ꝑ dominum, aut vaſſallum in perſonam comprehenſam in inueſtitura, ſiue gratis, ſiue pretio, ſiue reintregetur perſona ad feudum ꝑ viam conceſsionis, renouationis, aut confirmationis, ſemper immunis eſt, qui inueſtitur a ſolutione laudimij. Adde etiam in primo caſu, quod ſi per finitam generationem, illi, qui non eſt de comprehenſis in prima fiat inueſtitura habita relatione ad antiquas, feudum non dicitur nouum, ſed antiquum Bart. & Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio. de verb obli. Ceſal. conſi. 27. nume. 16. & 17. & dicunt etiam hoc procedere, ſi ſimpliciter inueſtiatur, prout ſupra de caducitate fuit dictum. Quod tamẽ magis eſt dubitabile: extincta enim prima conceſsione, ſi iterato ſimpliciter concedatur, nouum erit feudum in perſona inueſtiti, ad not. per Barba. in cap. ſecundo. numer. 6. de feud. & ſupra, quęſt. decima. licet quoad quid, non dicatur nouũ, videlicet, vt prælatus poſſit reinfeudare: Ardiz. in ſum in ſecũda part. 2. par. & Bar. in d. l. ſi mihi, impugnat Aretinus q pulchre, valde & diſtincte tractat articulũ, ponendo tres caſus. & Areti. ſequitur Iaſ. ibi, quę ſane opinio videtur verior, & militat in caſu iſto diuerſa ratio a confiſcatione, nam in caſu confiſcationis, quidem comprehenſus delinquens in prima inueſtitura, & facilius reſtituitur in priſtinum. ad Bal. in cap. j. quid iur. ſi poſt. alien. fact & ibi Afflic. nume. 46. & 52. at vbi eſt defectus lineæ, feudum omnino renouatur in perſona alterius, qui ſi inueſtitur ſimpliciter, erit feudum nouũ, ex quo de nouo inueſtitus, non eſt de genere primi. Quod ſi ſub commemoratione antiquarum inueſtiturarum inueſtiatur, procedet dictum Bartol. quamuis eo caſu etiam uideremur eſſe in quæſtione, quid operetur conceſsio iure antiqui feudi, de qua per Oldr. conſi. 178. Clar. quæſt. 8. verſ. ſed hic. Inſuper conſiderandum eſt, ꝙ Bar. ſe fundat in opinione, quod dominus teneatur inueſtire agnatos poſt finitam lineã, ad not. in l. j. § permittitur. de aqua quo. & ęſt. quæ opinio valde dubia eſt & recipit tot limitationes, vt deſtruatur regula Soc. Iun. cõſi. 9. vol. 3. Tiraq. de retract. lign. in proœm. nume. 42. & ſeq. Quo autem ad alienationem, ſi alienatio fiat in ſucceſſuros ab inteſtato comprehenſos in inueſtitura, non debet ſolui laudimium, cum illa potius ſit refutatio in fauorem ſucceſſuri quam alienatio. cap. j. de alien. feud pat. cap. primo. de vaſ. decrep. ętat. Iſer. in cap. primo §. ſed ẽt res. numer. 9. & ſeq. per quos fiat inueſtit Brun. conſi. 317. volum. 3. Purp.

3. Purp.conſi.338.& 349. Martin. de Laud.inter Brun. conſilio.119.numero.3.Caſſa.in conſuetud.Burgun. in titu.des cenſes.§.primo.glo.1. numero.6. qui propterea male reprehenditur a Moder.in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.22. nume.71.intelligendo in ſeudo paterno.Paris de Put.in cap.141. an quādo is eiu.nume. 11. Guidop.quæſt.411. nume.ſecundo facit. tex.in l.prima.C.de his qui ſibi aſcri. ibi,iuſtus ſucceſſor futurus eſſet.Marin.Frec.lib.3.in 25.diſceren Quod ſi fiat in alios non ſucceſſuros,qui ſint de comprehenſis in inueſtitura, pariter non deberi laudimium cenſuit Brun. conſil.44. in fin. ſequendo dicta Salice & Iaſ.vbi ſupra,hac potiſsimum ratione,quod inter ipſos agnatos poſſit alienatio fieri, ſine conſenſu domini.§.ſi vero, ibi fratri vero. de alien. feu. lauden. in.§.Titius.nume.20.ſi de feud.def. pro quo allego Bald.not. conſi.300.text.vol.2. vbi dicitur, quod non videtur alienatum quod in linea ſeu agnatorum corpore conſeruatur, idem fere dicit gloſſ.in d.§.ſed & res.in verbo,proximiori faciunt not.per Bart.in l.j.C.de impo.lucr. deſcr.lib.decimo.& in l.ſi domus.§.fin.de leg primo.& in l.pater.§.quindecim.de leg.3.idem Brun.hoc expreſſe tenet in conſilijs ſuis nouiſsime impreſsis, conſi.124.vol.2.& 338.vol.4. & cum hac opi. videtur tranſire Rip.in §.duo fratres,nume.87 in fin.& hanc credo in iure veriorem,cum nouus non dicatur emphyteuta,vel vaſſallus,qui eſt ſub prima inueſtitura comprehenſus. Rui.conſi.159 nume.8. volum.primo omitto aliam rationem Bar.quod nullum ex alienatione patiatur incommodum dominus,ex quo habet emphyteutam iam obligatum. & facit,quia ceſſio.& alienatio rei litigioſæ,alias prohibita inter ſocios,aut coheredes permittitur.l.ſi.in fin.C.de litigio. l.per diuerſas.§.exceptis.C.mand ex quibus etiam legib.argumentatur.Io.Mont.in d.l.ſi.C de iur.emphyt.verſicu.quapropter.Et licet diuerſæ fuerint opiniones Doctorum, quando alienatio fit in remotiorem agnatum, an impune fiat irrequiſito domino: de quo recenſendo Doctorum opiniones & argumenta latius dixi in titulo.de alienatio. feud. tamen communis,& verior videtur opinio,quod non ſit neceſſarius domini conſenſus.Io.Blan.in ſum.quib. mod feud amitt. colum.26.verſi.& quod Dictum eſt ſupra, qui indiſtincte loquitur,ſubditque ibi Blan.in verſic. ſed quæritur, quod vaſſallus poterit etiam vendere conuaſſallo non agnato. argu. eorum quæ ſupra dixi,& l.prima.C.ſi liberal.imper.lib.x. qui tamen tex.loquitur,prout ibi glo.& Doctor. notant in caſu ſpeciali videlicet in ſociis liberalitatis imperialis,vt in eis habeat locum ius accreſcendi,quando motu proprio, & ex liberalitate principis non ad alicuius ſupplicationem a principio pluribus fit conceſſio.Iacob.de Sancto Georgio.in verbo,princeps.verſicul.ſi late Iaſ.in l.re coniuncti. nume.223. cum pluribus ſequen.de leg.3.& conſilio primo.volum.3.& conſilio.117.colum.6.volum.4. Socin.Iun conſi.73. volum. primo.Curt.in ſecunda part.princip.in 3.dubita. vbi late diſputat.Ripa.in d.l.re coniuncti.numer.158.qui ſentit.d.l.non procedere in feudis.& re vera generaliter intellecta,prout videntur intelligere aliqui Doctores deſtrueretur text.in cap. primo.de fratr.de nou.beneſic. inueſt.cum concord.& in c. primo.§ cum vero Corradus.qui feud.dar.poſſ.qui tex.loquitur in ſupremo Principe,prout dicunt Rip.& Curt.& in feu. nouo.videtur verior Cyn.opinio, quod non procedat.d.l. vt in l.vnica circa fin.C.quan.non petent.part.notatur in appoſtillis nouiſsimis ad Alex.conſilio 30. ſub nume.8.volum. primo.& ego adduco tex.in c.fin.de feud.march.iuncto principio,qui loquitur in imperatore,& poteſt etiam induci tex. in cap.primo.in fin.de beneſi frat.notabilior in hac materia, ponderando in fin.exceptionem,vel in hoſtem regis acquiſierint,id eſt,armis pro Rege,& contra eius hoſtes pugnando, vt tale feudum a rege datum,trāſeat in fratrem, ſecus regulariter:& ſic loquitur ibi de feudo conceſſo a ſupremo Principe,in quo frater fratri non ſuccedit,niſi in caſibus exceptuatis,& ibi not.Doctor.quatuor caſus,in quibus frater fratri in feudo nouo poteſt ſuccedere; vt mirum ſit Docto.aliquando frequentiori calculo tenuiſſe contrarium, quos recenſent,& bene refellunt Curt.Iaſ.& Rip.ſupra allegati.Et illam legem dicit valde exorbitātem Corn.conſi.196. litera,f. volu.ſecundo. quæ procedit, vbi quis vult conſequi portionem per ius accreſcendi Grat.conſi.4.col 4.volum.primo.& ſic vbi haberet locum ius accreſcendi poſſet dictum Blan. procedere,alias non:& ſic non procedit in duobus fratribus, de nouo inueſtitis,volentibus inuicem ſuccedere,& admitti ad partem alterius iure inueſtituræ vt dictum eſt in.de ſucceſ. feu.Præterea, lex illa condita eſt dum valde,une conſtitutiones feudales,& vbi ex conſtitutionibus feudalibus aliquid diſponitur cōtrarium legi commun attendun diſpoſitionē feudalem non legem communem:huc diſpoſitionem feudalem habentem expreſſam contrariam legi, ergo attendenda eſt.Et redeundo ad principale noſtrum propoſitum, quod alienatio inter agnatos valeat.firmant.Bald.Præpoſ.& alij in cap.primo.in princ.numer.8.de prohib.feud alien.per Feder. vbi dicitur quod qualitas perſonę non eſt prohibita licet pręmature res ſit alienata.Et idem Bal.& Caſt.in l. voluntas nu. 4.C.de fideicom.vbi Iaſ.etiam indiſtincte loquitur,& melius, quam in l.fina numer.116.C.de iur.emphyt.vbi videtur tenere contrarium,& tandem tenet cum Alex.in l ſi domus.§.fi. de leg.primo.vbi dum Alexand. dicit quod non poſſunt inter ſe alienare irrequiſito domino, loquitur in emphyteuſi a principio pluribus conceſſa,ſecus in emphyteuſi vel feudo,in quibus inuicem ſuccedìtur.Et hęc opinio communior eſt,quam fuerit opi.Gulielmi de Cun.in l.cum hi.§ ſed ſi pluribus de tranſ vt ibi per Caſtren. & alios idem Bald.in cap. primo de alie ſeu pat.vbi late diſcutit articulum, & tandem concludit,quod quando alienatio ſit in remotiorem agnatum,eo viuente qui alienauit, tenet alienatio,quia dominus non contemnitur proximiores autem poſſunt reuocare, poſt mortem alienantis.Alexand. conſi.89.numer.7.volum. ſecundo. Et ſi taceat proximior agnatus, per annum, tenet alienatio, & ſic, quo ad dominum ſentit Bald.quod non ſit differentia, vt alienetur in proximiorem vel remotiorem. Idem Bald.in capitul.ſanc.de renunc.ſequitur Fel.in capitul. quæ in eccleſiarum.colum. antepenul.verſicul.7. declaratio. de conſtitutio.& in capitu.cum cantam colum.prima.de probat.Feder.de Sen conſilio.228.Cald.in titulo.de loca.quæſt. x.Anton de Butri. conſil.37.qui dicit,quod lex cogitauit de extraneo non de conſorte, dum prohibuit alienationem, ſine conſenſu domini Hipp ſingu. 28. Rip.poſt Barr in d §. duo fratres.in x.quæſtio.allegat huius deciſionis plures rationes,& ibi etiam Crot.tranſit cū hac opinione.Iſer.& Afflic. in d §.ſed etiam res.& ibi Afflic.late tractat, an ſoluendum ſit releuium,& concludit.quod non illud tamen differt a laudimio.vt ſupra diximus in princip.idem ſentit Afflic.in cap. primo in 3.not.numer.38. de vaſſ.qui cont. conſt.Loth. vbi expreſſe dicit, quod quando alienatio fit in agnatum, licet non proximiorem, ſine conſenſu domini nunquam præſumitur facta in cōteptum domini, imo quo ad dominum licite fit.late Afflic.in cap.primo.§. & ſi clientulus de alienat. feud vbi plura ſimilia congerit.& idem dicit in emphyteuſi procedere numer.34. Iaſ.conſi.64. in fin.vol. 3. Brun. conſi. 205.col.ſecunda.verſicu. quod ſi dicatur. volum. 2.Menoch. in 2.reſp.cau. ſin.nume.45.& in 9.remed.recuper. poſſ.nume. 259.Paris de Put.de feud.cap.26.habens feudum. Rui.in conſi.159.nume.6.volum.primo.Tiraq de retract.Lignag.in proœm nume.52.& § 11. gloſſ.6. nume.9. Bero.in c. potuit. nume.32.Aymo,conſi.303 nume.4. Roland. conſi.57. numer. 8.volum.3.Quod autem Doctores aliqui ex ſupra allegatis loquūtur in agnato proximiori & ſucceſſuro, illud eſt propterea quod in præiudicium proximioris non teneret alienatio in remotiorem,quia reuocari poſſet, vt in dicto cap. primo.de alien feud.pat & hoc eſt quod ibi expreſſe ſentit Iacob de Beluiſ.dum addidit alteri id eſt proximiori ſucceſſuro,hoc ita declarat ibi Afflic.nu.33.& vbi ſupra, dum dicit,quod ſi fiat in remotiorem,non dicitur facta in contemptum domini, & latius colligitur ex allegatis per Bal.in locis ſupra ſcriptis.Iacob de ſancto Georg in verbo,& cum pacto de non alienando.nume 32.verſi. ſed moueo vobis in [illegible] vbi dicit,quod tenet quidem alienatio in agnatum facta ſed reuocabilis eſt per proximiorem Rui. conſi 8. num. [illegible] vol. primo.Moder.§.13 glo.6.nu.5. In conſuet. Pariſien. Et pro hac parte,quod alienatione facta inter agnatos de feudo paterno,non debeatur laudimium, audio alias in Camera Regia Taurini fuiſſe iudicatum in quadam cauſa Nobilis Domini Aymonis de Scalēgijs:& ego in cauſa propria obtinui in Camera Ducali poſt ſuperuentam pacem, & reſtitutam Patriam,& tunc fuit dictum per Dominos auditores, viſis meis allegationibus,quod in futurum nihil exigeretur a deſcendentibus a primo inueſtito ratione alienationum,quas contingeret fieri inter agnatos.Vbi autem ageretur de agnatis non deſcendentibus a primo inueſtito vere vel interpretatiue illi extraneorum loco haberentur Bal. in l. cū virum. num.22.C.de fideicom.Lauden.in §.Titius.colum ſecunda. ſi de feu. defu.vbi agnatos in feudis diuerſimode accipi dicit, quam in iure ciuili,& conſilio.29.nu. quint.Propterea autem in feudis agnati dicuntur qui deſcendunt a primo inueſtito vere vel interpretatiue.Ceſal.cōſ.307.num. 26 Et nihilominus contrarium in hoc caſu,quoad hoc,vt laudimium ſoluendum plerumque ſeruari dicit Cagnol.in d l.2. quæſt. [illegible] circa fin.propter inueſtituram quam de nouo capere compelluntur acquirentes, ſed ratione inueſtituræ ſimplicis non deberi laudimium,ſupra vidimus quæſt. 1.& 2. quia [illegible]mo ratione conſenſus,& approbationis noui emphyteotæ, qualis non eſt,qui ſub prima inueſtitura continetur.Sed ego alia ratione poſſe ſuſtineri puto hanc partem, quia inſpecto

tempore

tempore alienationis, verum eſt dicere ipſum non eſſe com-
prehenſum ſub inueſtitura, ad effectum conſecutionis feudi,
cum alius eum præcedat, qui proximior eſt in gradu, & pro
pterea non habet is feudum ſecundum voluntatem domi-
ni, ſed præmature, & non ſeruata prima feudi diſpoſitione,
per quam rationem exiſtimauit Benedic. Cam. in cap. impe-
rialem. char. 24. & ſequent. alias. 107. & alibi ſæpe. in d. ca. non
poſſe etiam inter agnatos vaſſal. diſponere, præpoſterando,
ſine domini aſſenſu. Item non uenit agnatus ad feudum,
veluti in inueſtitura comprehenſus, ſed ex noua acquiſitio-
ne. Hub Zuch in repet. l. fina. numero 38. C. de edic. diui Adr.
tollen. Item venit veluti extraneus emendo ab agnato, tan-
quam a quolibet extraneo. Tiraq. de retract. lignag. §. 32. nu
mero 46. & eo reſpectu illa pars feudi, dicitur nouum feu-
dum. Afflic. in cap. primo. numero 41. de vaſſ. decrep. ęta. un-
de, ſi dicitur nouum feudum, nouus erit vaſſallus, quod eam
portionem, & cõſequenter debebitur laudimiũ, ſed ad iſtud
reſponderi poteſt ex mente Bald. in dict. capitulo primo nu-
mero 8. de prohib. feud. alien. per Federic. & Brun. d. conſilio.
124. colum. final. quod agnatus remotior non venit ad feu-
dum vti extraneus, ſed de voluntate tam alienant quam
proximioris, & ex eorum ſaltem tacito cõſenſu ad §. Titius,
ſi de feu. fuer. controuer. inter do. & agn. & c. primo. § porro.
qual feud. alien. pot. Ideo non dicitur noua acquiſitio, inſpe
cta perſona acquirentis, qui reperitur uocatus, neque dici po
teſt pręmature vocatus, præcedentibus in gradu renuntian-
tibus expreſſe, vel tacite, quinimo id ſecundum voluntatem
domini primi concedentis fuit, vt vno refutante ad alterum
perueniat, & ad quem feudum peruenerit ille ſeruiat. facit c.
omnes filij, ſi de feud. def. controu. fuer. & quo ad dominum,
eius nihil intereſt. prout dicebat Bar. Cetal. d. conſi. 27. nume.
15. & eſt hoc de mente Bald. vbi ſupra. & Mart. de Laud. in c.
ſi Titius. ſi de feud. controuerſ. fuerit. Neque ſimpliciter ad-
mitto, quod dicatur nouum feudum, ſed tantum ad eum fi
nem, vt decedentes ab emptore excludant quandocunque
eos, qui erant proximiores in gradu ſuccedendi vẽditori, &
eius deſcendentes. c. primo. de natur. ſucceſ. feud. vbi Doctor.
notant. Soc. conſi. 86. num. 13. vol. 3. non autẽ dicitur nouum
indiſtincte, ita vt deſcendentes venditoris excludantur defici
ente linea emptoris, per ea, quę notat Alc. in §. duo fratres.
colum. pen. & conſ. 189. nu. 6. volum. 2. Gabriel. conſi. 89. nu.
9 Paris de Put in c. 40. poſt hæc, & ita declarari poteſt, quod
dicit Afflic. num. 41. facit, quod notat Iaſ. conſi. 7. col. 5. ver.
30. volum. 3. vbi, quoad pręiudicium deſcendentium ab alie
nante, non dicitur nouum feudum. Brun. conſi. 78. col. pen.
verſi. fortius. & conſi. 135. col 14. ver. nec etiam obſtat renun
tiatio, vol. 2. vbi renuncians agnato poſtea decedenti ſine filijs
nihilominus ſuccedit. Hyppol. in l. j. §. ſi quis vltro. nu. 24.
de quæſti. Rui. conſi. 7. nu. 11. vol. 1. vbi in fortiori caſu, quan
do is, ad quem ſolum feudum peruenit, acquiſiuiſſet dire-
ctum dominium, id non præiudicat agnatis ſucceſſuris, qui
nihilominus mortuo acquirente ſine liberis ſuccedent in vti
li dominio, ſed hoc caſu in proximiores vltimi defuncti
acquiſitoris, licet ſint tranſuerſales, excludent deſcendentes, &
proximiores alienãtis. cap. primo. de natu. ſucceſ. feud. & ibi
Iſern. Paris. conſi. 23. num 263. volum. primo. Quod autem
deſcendentes venditoris non excludantur, intelligendum
eſt, quando feudum in familia alienatur, & in eos, qui ex pri
ma inueſtitura ſunt vocati, cum cõſenſus præſtitus ad vnum
finem non debeat extendi ad alium, ſecus, ſi extra familiam
& in extraneos, aut qui ſub prima inueſtitura non ſunt com
prehenſi, per tex. in cap. primo. quid iur. ſi poſt. alien. fact. vaſ.
feud. recuper. Alex. conſilio. 28. in cauſa. & lite. columna pri-
ma, volum. 5. Zaſ. in 10. part. nume. 122. Et hic aduerte, quia
differentia eſt, vtrum, is cui feudum eſt delatum, conſentien-
tibus agnatis, id renũciet in manibus domini abſolute, aut
alias cadat a feudo, & dominus eundem vel remotiorem in
ueſtiat, & tunc cum feudum ad dominum reuertatur inueſti
endo de nouo tãquam ex noua cauſa, nouum erit in perſo-
na inueſtiti, vt ſupra dictum fuit, & procedit, quod dicunt
glo. & Doct in d. cap. primo. quid iur. ſi poſt alien. quod ex
quo res mutauit naturam ſuam, & prima cauſa ſemel fuit
extincta, licet redeat ad priorem ſtatum non reaſſumit ean-
dem naturam, ſecus ſi vaſallus etiam remotior fuerit inue
ſtitus, abſq; eo, quod feudum reuerſum fuerit ad dominum:
quia primo caſu videbatur extinctum, & de nouo creatum,
vt in ſimili dicit Bal. de pomo arancio. in §. inſuper. in fi. de
prohib feu. alien. per Federic. & dicitur propterea nouum
feudum conſtitutum. ſecundo vero caſu, remanſit eadem na
tura feudi, licet ad vlteriorem in gradu de conſenſu proxi-
mioris deuenerit, Caſtren. conſilio. 181. notandum eſt. vol. 2.
idem ſi alienatio facta eſſet in extraneum, cum pacto redi-
mendi, quia redemptũ non mutat naturam ſuam. Dec. cõſ.
88. numero 3. quæ tamen intelligenda ſunt iuxta ea, quæ ſu-
pra, & quęſtione præcedenti dicta ſunt. Hanc etiam partem,
quod debeatur Laudimium, videtur tenere Guido Pa. conſ.
46. verſ. nec obſtat. vbi dicit, quod illud, quod traditur, quod
vaſallus poſſit in agnatum alienare, irrequiſito domino, pro
cedit, quoad hoc, vt non cadat in commiſſum, ſecus, quoad
eum effectum, vt poſſit ingredi poſſeſsionem, eo irrequiſito,
quatenus Guido Pap indiſtincte loquitur, etiam quoad pro
ximum ſucceſſurum, dicit cõtra omnes Doctores: veruntamen
men eſt, quod tenetur accipere inueſtituram vt ſupra dixi,
ſed in caſu ſui conſilij agebatur de feudo nouo a duobus fra
tribus acquiſito, quo caſu, vbi non eſſet ſucceſſurus mediate
neque immediate perinde eſt, ac ſi eſſet extraneus. Bal. in l.
cum virum. numero 22. C de fideic. & in l. nepotes. C. de ſuis
& legit. & conſi. 16. facti euidentia. nu. 2. volum j. & non po-
teſt alienatio fieri ſine conſenſu domini, alias ſic. Alex conſi.
186. volu. 2. & cum ea opinione, quod debeatur Laudimiũ,
tranſeunt Moder. vbi ſupra. d. §. 22. nume. 71. ſequuti Bertra.
conſi. 173. volum. tertio. in fin. & illud idem ſentit Bertrand.
conſi 85. numero primo. volum quarto. ſed communior eſt
contraria opinio, ſecundum quam, vt dixi, bis fuit obten-
tum in practica, & quam etiam ſequitur & comprobat Ce-
phal. d. conſ. 27. num. 18. Silua. de recogn. feu. quæſt. 90. Adde
tamen, quod agnatus emens ab agnato, aut aliter acquirens
tenetur nihilominus petere inueſtituram, ſeu potius renoua
tionem inueſtituræ infra annum & diem, niſi veniret per ius
accreſcendi in feudo antiquo, ante acquiſitionem alterius
agnati. Iacob. in verbo. Et cum pacto de non alienando. nu-
mero 41. verſiculo quarto vlterius ſunt duo fratres. Curt. in
4. pars in ſecunda regul. verſiculo circa hanc tertiam regu-
lam, allegant Cardi. & alios in tit. per quos fiat. inueſtitura. §.
ſed & res, vbi Affli. numero 34. Dec. conſil. 144. columna fi.
Nam & ſi ſuccedat agnatus agnato, vt ſupra dixi, inueſtitu-
ram infra annum & diem petere tenetur, ſed hæc noua inue
ſtitura non eſt quę non exigitur, cum nihilominus abſque
ea quæratur feudum antiquum, Brun. conſi. 121. columna fi.
volum. 2. ſed eſt quædam recognitio, ſeu cenſus reuerentialis
qui pręſtatur domino poſt acquiſitionem feud. & cauſas hu-
iuſmodi renouationis exacte recẽſent Bal. in Aut. ſi quas rui
nas. columna 2. C. de ſacroſanct. eccleſi. Nouum autem feu
dum ſine inueſtitura non acquiritur, ita declarat Bald. in l. 1,
numero 4 de rer. diuiſ. Iaſ. conſi. 17. columna 4. verſiculo in
primis, volum. 3. Præpoſ. in cap. 1. §. ſciendum. columna fina.
de feud. cogn. Bru. conſi. 215. verſiculo & licet. & 222. circa fi.
volum. 3. Clar. quæſtio. 49. in fin. vbi tamen conſulit quando
agnatus venit per ius accreſcendi, quod etiam petatur inue
ſtitura proportione nõ agnita, licet non petendo excuſetur,
quod tamen conſilium, non puto neceſſarium ex ſupra ad-
ductis. Et latius de ijs dictum eſt in titu de inueſtitu.

QVAESTIO XIII.

An in caſibus in quibus res alienari poteſt ſine
conſenſu domini directi, debea-
tur ex alienatione nihilominus Laudimium? In tota hac
materia, puto veram concluſionem Bar in l. & ideo. in prin.
de cond furt. Quod an ſit ſoluendum Laudimium, prius in
quirendum ſit, an in alienatione ſit neceſſarius conſenſus
domini. quia, ſi res abſque conſenſu domini alienari poteſt,
nullum debeatur Laudimium. Montan. in l. finali in verbo
expoſuimus, vbi adducit cauſam, conſenſum, videlicet præ-
cedere debere effectum Laudimij, & ceſſante cauſa, ceſſare,
effectum: econtrario autem non procedit neceſſario argu-
mẽtum, vt in diſcurſu patebit Intelligo tamen hanc concu-
ſionem, vbi conſenſus ſimpliciter & abſolute non requiri-
tur, id eſt tam ante contractum, quam poſt, nã, vt etiam in-
fra dicemus in alienatione, quæ pretio mediante fit, exigi-
tur quædam denuntiãtis, & conſenſus domini, ante contra-
ctum, ad effectum, vt deliberet dominus, an ipſe rem vena-
lem velit emere: alioquin venditioni præſtet conſenſum vt
in l. finali. quę tamen denunciatio in rebus emphyteuticis
in patria Pedemontana videtur abſoluta, & in deſuetudinẽ
tranſijſſe, teſte Purpur. in add. ad Iaſ. in l finali, numero. 10.
C. de iur. emphyt. & in caſu Ozalij, conſuluit Brun conſi. 44.
numero 2. Nam fiunt contractus, & intra annum denunciã
tur domino, & petitur inueſtitura, quamuis tamen non
ceſſet ius prelationis, prout Senatus cenſuit, de anno 1569.
mẽſe Iunij in cauſa Ripaltę. Et huiuſmodi conſuetudo vide
tur ex ratione inducta, vt ſuperflua vitentur, cum tempore
petitę inueſtiturę ſalua ſint omnia iura domino, licet in feu
dis pręambula denunciatio, ſeu licentia vendendi ex decre-
to requiratur, & ex iuris diſpoſitione, vt infra dixi, quęſt. 19.
itaque, iſta denuntiatio antecedens ad effectum prælationis,
quamuis non exigatur in feudis, Camera fol. 359. attamen,
aſſenſus domini, & licentia requiſita erit loco præambulæ
denun-

denũciationis, cum in feudis etiam dño detur prælatio.c.1.§.porro,vbi gl.qual.ol.feud.alie.pot.Iaco.in tract.in verbo,qui quidem inueſtiti.nu.60.Mar.deci.368.Par.de Put.in c.242.an ſi vendãtur,& c.14.fuit facta.in fi.Pet.de Bellaper.in tract.feu.titu.8.qual.rer.in.feu. num.4.Rebuf.in declar.arbor.feu.in 3.q.ver.habebit tamen Rub. conſ. 146. quod limitatur, ſi dominus per ſe velit retinere,ſecus ad effectum alijs vendendi,quia.tunc ius prælationis ei non cõpetit Guidop. q. 411. ſufficitq; vt tempore prelationis adſit animus, nõ autem vt propterea in futurũ ligetur dominus,vel promittere adſtringatur, alijs non vendere Mod.in conſue.Pariſ.§.13.gl.r.nu.31.& ita quoque cenſuit Senatus,qui dixit etiam dominum non teneri iurare limitat Reb.in eccleſia, vt ipſa non habeat ius prelationis,& ſe remittit ad no.per Boer.in conſue.Biturig.quod eſt ꝯ tex.in c.potuit.ſed dictum Rebuff.poſſet procedere ex æquitate & vrbanitate,ne videamr eccleſia inhiare huiuſmodi cõmoda, niſi ipſa re egeret.Item, preferuntur agnati domino.glo.in c.1.in verbo.partem de ſucceſ.feu.Io Rayne.in ſuo cõprehenſ.feudo.§.præterea.q.21.nu.37.Pariſ.de Put.d.c.an ſi vẽdantur.facit quod notat Iaſ. ĩ d.l.fi.nu.14. Rip.in l.1.nu.19.de priuile.cred.quamuis Arc.in l.ſi mihi.circa fi.de verb. obl. videatur tenere,ꝙ dominus ſit præferendus in caſu,in quo feudum alienari poteſt,quod comprobatur, quia plus iuris hẽt dominus in feudo,quam agnatus.Extat tamen in plurib. locis conſuetudo, ꝙ dñi feudales vti non pñt iure prelationis. Gul.de Bened.in c.Raynutius.verbo,& vxorem nomine Adelaſiam.num.296.Et in priuilegiis patriẹ Pedemontanẹ cauet, vt ſi princeps ĩ aliqua parte feudi ſuccedat,puta ob defectum lineẹ,vel aliquo alio modo,pars feudi ad ipſum deueniat,nõ poſſit eam partem retinere ſed mediante pretio teneatur cõſortibus remittere,quod videtur rationabile.ad Bald.in c.1.§.ſi vero,vel in totum.qual.olim feu.alie.pot.Bru. conſi.234.in fi.vol.3.licet ſtricto iure ad id nõ teneãtur dñi.Paris. de Pu.c.8.aliqua. & de iure ẽt qñ rẽ aliquã vult vẽdere fiſcus,teneť prius offerre cõſorti.Bal.in l.2.C.de com.rer.alie.vbi dicit, ꝙ de æqtate dẽt prẹferri ſocius,ad l.j.de priui.cre.ꝙ ẽt ſenſiſſe videtur Dec.conſi.283.nu.7.ver.vlt.quæritur.& dicit Afflict.ꝙ ius prothomiſeos habet locũ in feudo tñ ſi pñum ſit, in tract. prothom. in rub.col.4.ver. 10.& vlt.& in §. ſed & res.nu. 8.& 10. per quos fiat inueſtitu.inter conſortes autem non deſcendentes a primo ſtipite, Senatus in cauſa Dominorum Giallioni & Cœſaris Groſſi,cenſuit, oblationem non eſſe neceſſariam etiam in iuriſdictione,impugnando dictum Fabia. de Mont. in tract.de emp.in 3.quæſt.prin.nu.41.declarando Bald. in l.1. in fi.C.qui teſt.fac.poſſ.vt eius dictum procedat in alienatione ad emulationem.Alc.reg.3.præſumpt.23.in fi.dixi hoc eodem titul de alienatio.feud.verſic.Conſenſus agnatorum.Adde,quod dominus non ſolum habet ius prælationis in re,ſed etiam in fructibus rei laſ.in l.fi.num.11.allegat Bar.in d.l.1.C. de metall.lib.11.vbi Luc.de pen. dicit,quod vaſallus, fructus venales tenetur prius vendere domino,idque iuſto pretio.Tiraq.de retract.Lignag.§.1.glo.18. nume.2. quod reſtringit,nume.5.quando fraudis eſſet ſuſpicio,alioquin ẹquali pretio,ꝙ ab alio reperiretur.Ita etiam ſentit Didac.lib.3.Var.reſol.cap.14.nume.6.qui dicit opinionem Bar.receptiſſimam eſſe,licet ipſe eam impugnet,prout etiam ſimilia proclamata, ꝙ homines nõn poſſint vendere, aut extra territorium exportare, fructus,aut animalia,niſi prius oblatione facta dominis, enixe impugnat.Bru.conſi.263.volu.3. & 380.volum.4.quamuis poſſet dici,quod in fructibus rerum feudalium,vel emphyteuticarum maior vigeat,ratio ob maiorem obligationem,quã habet vaſallus,vel emphyteuta erga dominum,prẹſertim,ſi a domino fuerint præmoniti.Marin.Frec.li.2.in 38.autho.vbi limitat quatuor modis. Poſt contractum autem. altera denunciatio & conſenſus exigitur ad effectum approbationis noui emphyteutæ,& miſſionis in poſſeſſionem, cũ irrequiſito domino non debeat in poſſeſſionem induci,etiam ſi poſſet quis eo irrequiſito contrahere,puta,donare,permutare &c. Pet.Iacob.ver.item ſi alia prætia,& verſicul.item ſi dominus non vult,Gabriel.conſi.84.nume.9.expeditque hoc domino,propter tria,primo,vt nouus emphyteuta ſe obliget pro penſione,cum alioquin nõ detur in eum perſonalis actio. gl. in l.fi. verbo aliis,& ibi Bar.& alii.C.de iur.emphyt.pulchre explicat Bal.in Auth.Si quas ruinas colum. 2. verſic.ſecundo propter. C.de ſacroſan.ecc.facit.l.fi.§.fin.de contrahen.emp.Pe. Iacob. vbi ſupra quæſt.pen.Alexan.poſt Bar.in l ſi domus.§.ſi.de lega.1.Ang.in l.vniuerſas.in princ.C.ne rei domin.Anto.de Butri.& Imol.in c.potuit.in gloſ.3.competit tamen rei vendicatio,& hypothecaria,ſecundum quod annotaui infra in quæſtio.45. an res emphyteutica ſit pro Laudimio obligata,& in ſeudatario,vt dominum recognoſcat, & debitum præſtet iuramentum fidelitatis.Secundo intereſt etiam domini, vt fiat talis denunciatio,vt facilius cõſequatur Laudimium. Tertio, vt deliberet,an nouus emphyteuta ſit idoneus.Arc.conſi.41.Alex.conſi.pen.num.7.vol.3. & ita etiam declarat Bero. poſt alios in dicto cap.potuit.in princ Calca.conſi.50.col.3.Mont in l. fi.ver.refirmatio,& facit quod ĩfra dixi de donatione.Idoneitas autem conſideratur tam reſpectu ſolutionis,vt ſucceſſor facilis ſit çonuentionis.ad gloſ.in dicto cap.potuit. in verbo,prohibentur, quam etiam reſpectu aliarum commoditatum,quæ ex feudo prouenire poſſunt.vt ſunt caducitates, & laudimia.Quo fit,vt ſi emphyteuta vel vaſallus velit alienare in eccleſiam,vel manum mortuam, dominus non teneatur conſentire quinimmo id prohibere põt.c.j.§. inde poteſt,de alienа.feu.Card.conſi.34.circa primum verſicu.ſed ex defectu. Curt.in 2.part.q.9.in fi.Brun.conſi.217.vol.3.Rui.cõſ.143.nu.10.vol.1. Alexan.conſi.9.nu. 4.vol.3. Afflict.in §. donare.nu.13.qual.ol.feu.alie.po.Paris.de Put.c.269.an ſi quis vendat.Bened.in c.Raynutius in verbo,& vxorem deciſ.5. num.3.Mod. in conſu.Pariſ.§.41.nu.54.& 57.Praxis autem,vt iam dixi,obtinuit.vt loco ſecundi conſenſus,petatur per emptorem inueſtitura intra annum,etiam poſt adeptam poſſeſſionem, & cum inueſtitura ſit loco ſecundi conſenſus, ſoluitur pro ea Laudimium.

QVAESTIO XIIII.

Ex his reſultat dubium, an ſi a principio dictũ ſit in inueſtitura, quod poſſit in quemcunque alienare, cum in alienatione non videatur requiri conſenſus domini, debeatur Laudimium: Et uidetur,quod non cum illud ſoluatur rõne conſenſus, q a principio fuit præſtitus, & in alienatione poſtea non requiritur,idem ſi in inueſtitura dictum ſit pro ſe & quibus dederit.nam tunc etiam videtur, quod ſine alio conſenſu domini,poſſit alienari per tex.in c.1.de feud.nõ hab.propt.na.feud.& hoc videtur voluiſſe Salic. in l.fi.col.4.verſ.quæro an res,qui loquitur in legato emphyteuſis conceſſæ pro ſe hæredibus,& ſucceſſoribus, propterea quod legatarius comprahendatur ſub verbo,ſucceſſoribus,& ſic cõtineatur ſub prima inueſtitura,atque ideo non dicatur nouus emphyteuta.Alb.in d.l.fin. ver.ſed nunquid hęc lex.Bald.in l.prima quęſt.45.de rer.diuiſi.vbi dicit,quod qui habet feudum ꝓ ſe & cui concedere voluerit, habet poteſtatem alienandi,liberam, quoad hoc,vt nõ teneatur requirere dominum, ſed nõ liberam,ideſt,contra iura domini. Came.ĩ c.imperialem.fol.29 vbi tamen dicit diuerſum in inueſtitura,pro ſe, & heredibus quibuſcunque,quẹ alienationem per viam vltimẹ voluntatis non contractus includit,& quod non exigatur cõſenſus Alexan conſi.173.colum.penul.in fi.volum.2.Iaſ.in l.fin.a.colum.2.Montan.verſ.ſed &.Cur.in 4.par.in 2.regul.princ.quęſ.5.vbi dicit communem Roman.ſingul.469.Tiraque.in l.ſi vnquam.in procœmio.nume.35.C.de reuoc.donatio.Dec.conſi.164.colum.tertia,verſic.ſecundo reſpondetur,vbi etiam dicit communem.& conſil.193.poſt numer.quint.verſicu.non obſtat & 680.Aymo.conſi.84.numer.10.Par.conſi.tertio nu.29.vol.1.Iul.Clar.in §.feudum.q.31.verſ.alterius.Natta conſ.322.nu.1.Rolã. a Valle conſ.42.nu.16.libr.i.& ĩ tract.de lucro dot, q.54 nu.22.Menoch.2.reſpon.cauſ.fin.art.4.nu.80. & conſi.1.nume.126.Oſaſc. deciſi.164.in princip.Bero.in capitul.potuit colum.tertia.late diſputat Iaſo.conſ.165.in cauſa duorum.columm.ſecunda volum.ſecundo,& hanc dicit communem Purpu.conſi.628. nume.39.Brun.conſi.332.& quia ſupra tactum eſt de clauſulis importantibus ſecundũ ſupraſcriptos Doctores,facultatẽ alienandi,de ſingulis clauſulis in inueſtituris apponi ſolitis,dixi in tract.ſub ti. de inueſtitu.ver.forma. Obiter tamẽ hic dicã, quod inueſtitura pro ſe, hẹredibus, & ſucceſſoribus,in feudis nil amplius importat,quam ſi ſimpliciter dictum eſſet,pro ſe,& hẹredibus, ita vt neque fœmina, neque hẹredes extranei comprehendantur.Deci.conſ.208.num.11.171.nu.5.vbi reprehendit So.quatenus putat geminationem operari,vt ad extraneos feudum tranſire poſſit, & idem Deci. conſ.38.Rip.in l.ex facto.§.ſi.num.15.ff.ad trebel. & ita fuit reſolutum in cauſa vlmetæ,quæ coram Principe tractabatũ,diebus proxime decurſis,prout etiam latius in dicto titulo dictũ eſt.ſed quod etiam. vbi a principio eſt permiſſa alienatio vel adſunt clauſulẹ id importãtes,exigatur domini conſenſus,& noua licentia,multi tenuerunt.Specu.in tit. de emphy.quęſt.94.& ibi Io.An.moti ea rõne,quod tale pactum intelligatur ſecundum naturam iurium feudalium.Signor.conſil. tertio numero tertio.Brun.conſilio 80.numero tertio,& conſilio 181.col.5.ver ſeptimo,volum.ſecundo & Specul.ſequuntur Alex.conſ.106.nume.4.vol.4.& conſ.128.nume.6.volum.5.Calca.dicto conſil.50.Afflict.deciſ.307 numero 21. Rub. conſ.110. Gozad.conſ 4.nume.29.Neuiz.conſi.9.nume.24.Moder.§.13.glo.1.nume.8.qui inferunt conſenſu non obſtante, cõpetere dominum iura prẹlationis,& Laudimii, quamuis quoad prẹlationem [illegible] videatur ſubſiſtere eorum opinio, cum non ad

alium

alium finem prior conſenſus exigatur, quam vt deliberet dominus, ſuper prælatione. l. fina. C. de iure emphyteuti. & data licentia videtur remiſſa emphyteutæ denunciatio, & in conſequentiam remiſſum quoque ius prælationis, alioquin fruſtra liceret ei libere vendere, & hoc ſuadetur ex eo, quod licentia huiuſmodi vendendi, vt infra dicam æquipolet lapſui duorum menſium poſt quos non licet amplius domino offerre: Sed quicquid ſit de requiſitione conſenſus ad effectum prælationis, quo ad ſolutionem Laudimii, quod id debeatur, vera eſt concluſio, quam tenet Salicet. in l. fina. colum ſecunda verſicul. ſed iuxta, quem refert Curt. vbi ſupra Iacobus de Sancto Georgio in verbo, ita quod etiam ipſi, colum prima, & late Socinus iunior conſilio 70. volumine tertio, qui reſpondet ad dictum Salicet. colum. iiij. vbi videtur contrarius, quod procedat, quando ſucceſſores ſunt in inueſtitura comprehenſi, ea comprehenſione, vt decedente emphyteuta, abſque alio facto extrinſeco vocarentur ad emphyteuſim, & dicit hãc eſſe nedum communem opinionem, ſed ne habere quidem contradicentem, Alciat. conſilio 750. præſens conſultatio. Iul. Clar. dicto, §. emphyteuſis quæſtione 28.

Et ad argumentum, quod non ſit neceſſarius conſenſus domini, negatur eſſe verum abſolute; nam, non eſt quidem neceſſarius a principio, nec ad effectum prælationis, ſed vtiq; poſt contractum, & ad effectum recognitionis, ac approbationis, cum facultas alienandi reſtrictionem recipiat ex habilitate, & iuxta formam legis, quæ diſponit, vt antequam adipiſcatur poſſeſſionem nouus emphyteuta, aut vaſallus, approbetur ipſe, & recognoſcatur dominus. & ita concordari poſſunt ſupraſcriptæ opiniones Doctorum contrariæ. Ruin. dicto conſilio 143. numero decimo, volumine primo. vbi dicit, quod licet data ſit facultas a principio alienandi, non tamen poteſt alienatio fieri in perſonam prohibitam, puta eccleſiam, vel potentiorem. & hanc licentiam initio datam æquiparat facultati conceſſæ a lege, poſtquam dominus reſpondit ſe nolle emere, vel facta denunciatione non reſpondit intra duos menſes, quibus elapſis poteſt emphyteuta vendere cui voluerit, modo non ſit de prohibitis, & dominus tenetur conſentire, quod videtur eſſe de mente Parid. de Put. in capitulo 95. an ſi dominus, & in capitulo 136. ſequitur. explicite id aſſerit. hoc idem ſenſit Imol. in capitulo potuit, numero 64. quæſt. antepenul. qui dicit, quod poteſt fieri alienatio, irrequiſito domino, ſed quod non debet induci emptor in poſſeſſionem, antequam requiratur dominus, quia quo ad hoc non dicitur per licentiam alienandi legi derogatum, cum pactum poſſit operari, quoad primam denunciationẽ ante contractum requiſitam. Brun. conſilio 406. volumine quarto. Imol. ſequitur ibi Bero. numero vigeſimotertio. qui dicit, quod idem operatur pactum, quod expreſſa licentia, & voluntas domini, ſed ſi dominus volenti alienare conſentiret, quinquageſimam conſequi deberet, ergo, & ſi pactum fuerit appoſitum, remouet primam denunciationem requiſitam ante contractum, non eam, quam poſt contractum facere tenetur emphyteuta vel nouus emptor, prout praxis obſeruat. Præpo. in dicto capitu. primo, de feud. non hab. prop. nat. feudo. & qui in vno conſentit, nempe in facultate alienandi, non ſibi præiudicat in alio, videlicet in Laudimio, quia contractus ſtricte intelliguntur. Afflict. in titu. qui ſucceſſ. tenean. colum. prima capitulo primo, volumine tertio verſic. & licet illi conſenſus, & hoc idem ſenſit Redoan. titu. de Laudim. numero 17. Camer. d. fol. vigeſimoquarto, faciunt quæ infra proxima quæſtione notantur. quæ huic affinis eſt.

QVAESTIO XV.

AN ſi dominus cõſenſit alienationi factæ per primum emphyteutam in ſecundum, requiratur alia renouatio inueſtituræ, & ſolutio Laudimii? Ana. conſilio 90. concludit, quod non. quia l. fina. C. de iure emphyteu. non requirit aliquam renouationem, ſed tantummodo conſenſum, allegat conſiliũ Anchar. quod mihi eſt 63. motiua iudicis, & hoc cõprobat ibi Bologon. & ſequen. Iaſon. in dicta, l. fina. numero quadrageſimo. Dicit etiam Afflict. in § prętereaſi quis. columna prima, verſicu. & eadem ratione. de prohibita feud. aliena. per Federicum; quod non requiritur inueſtitura, ſi dominus alienationi præſtitit conſenſum. Idem Afflict. in §. ſed & res, numero 37. per quos fiat inueſtitu. & in cap. primo num. 109. quo temp. mil. vbi tamen dicit videndum Iſern. in capitulo, ſi minori. ſi de feud. defunct. fuer. controuer. ubi Iſer. ſe fundat in conſuetudine regni, ſecundum quam pro feudo empto nõ ſit inueſtitura, neque præſtatur fidelitas: ſed tantum pro feudo quod ſucceſſione quæritur, facit quod no. Bald. in l. dotalem. verſicu. quod ſi dominus, ff. ſoluto matrimo vbi dicit, quod ſi dominus permittat vaſallo vendere rem, quam habet in feudum, quod videtur remittere omne ius ſuum. Afflict. deciſio. 112. in fin. Alexand. conſilio 189. numero nono. volumi ſecũdo, quod intelligo, ſi permittat vendi rem, tanquam liberam, alias intelligitur conſenſiſſe, reſeruato iure ſuo debito reſpęctu directi dominii Paris de Put. de feud. reintegr. capitu. 268. an ſi rex ſimpliciter. & in capitulo 62. an ſi dominus feudi. Aluaro poſt Iſern. in capitu. imperialem. numero 15. de prohibi. feudi alien. per Fede. Afflic. ibidem. in 16. quæſt. & facit quod ſupra proxima quæſtione dictum eſt, quod conſenſus intelligitur præſtitus ſecundum naturam iuris feudalis, & nedum iura directi dominii cenſentur reſeruata, ſed etiam vtilis, ſi aliquo modo ſibi competat. Afflict. ibidem in 12. notab. numer. vigeſimoquinto. Caſt. d. l. dotalem. in ſi. vbi dicit, quod miratur de dicto Bal. cuius deciſio videtur mihi dubia. In primis namque præſuppono, quod prout ſupra dictum eſt in alienatione rei emphyteuticæ duplex requiritur denunciatio, & domini conſenſus, diuerſis tamen reſpectibus, nempe licentia, vt ſup. dixi, alienandi ante contractum, ac licẽtia poſt contractum, ratione miſſionis ĩ poſſeſſionem, & approbationis noui emphyteutæ, vel loco huius ſecundæ licentiæ inueſtitura. Modo, licet dominus conſenſerit alienationi, non ſibi præiudicauit in iure approbandi nouum emphyteutam, ac miſſionis in poſſeſ. uel inueſtituræ, & conſequenter in perceptione emolumentorum, quæ eo reſpectu ſibi debentur. Afflict. poſt alios, in dicto capitulo, imperialem. & eo minus in feudo, in quo omnino vltra conſenſum requiritur renouatio inueſtiturę in acquiſitore, capitu primo. in princip. quæ fuit prima cauſ. beneficii amitte. & §. præterea ſi quis, dum generaliter loquitur de prohibit. feud. aliena. per Fede. Bald. in allegat. authentic ſi quas ruinas, colum. ſecunda, C. de ſacroſanct eccleſi. quicquid dixerit Afflict. in dicto, §. præterea cuius dictum etiam procedit de conſuetudine regni. Paris de Put. in capitu. primo, §. primo, verſicu. an ſi ſingulares. per quos fiat inueſt. facit quod in agnato acquirente feudum antiquum ſupradictum fuit quæſtio. 12. in princip. verſicu quod tanto magis. & in fi. poſt Iaco. in verbo, & cum pacto de non alienando numero 40. & ſeq. vnde attenta illa renouatione in feudis requiſita. & duplici conſenſu in emphyteuſi, cum etiam dominus intelligatur cõſenſiſſe, ſaluis ſuis iuribus, debetur laudimium, & fortiori ratione in feudis, quam in emphyteuſi, & Ana in ſpecie reprobant Modern. §. decimoprimo, gloſſ. prima. numero octauo. Montan in dicta l. fina circa finem, verſicu. quapropter non videtur. Redoan. de rebus eccleſię non alienan. tit. de laudim. numero decimoſexto. & illa in feudis requiſita renouatio habetur loco ſecundi conſenſus requiſiti prout ſupra ſæpe dictum eſt. Bero. dicto capitulo, potuit, numero vigeſimoquarto. Ego tamen iſtam quæſtionem ſic determino. Aut dominus ſimpliciter alienationi conſentit, & non cenſetur ſibi in laudimio præiudicaſſe. Alberic. in dicta, l. ſi fundum per fidei commiſſum. in fine. de legatis primo. Bero. ubi ſupra, qui ad hoc inducit lege final. & ſupra proxima quæſtione dictum eſt, aut conſenſit alienationi poſt contractum, & approbauit emphyteutam, & tunc ſibi præiudicauit in perceptione laudimii, cum illum reperiatur approbaſſe, debeaturque laudimium ratione approbationis noui emphyteutæ, & hoc eſt quod ſenſit Ana. dicto conſilio, 90. vbi in caſu Ana. Dominus expreſſe approbauerat ſecundum emphyteutam, idcirco nihil poſſe peti dicit ratione renouationis inueſtituræ, cum iam contractus reperiatur approbatus, & nouus vaſallus admiſſus abſque reſeruatione alicuius ſui iuris, & ita etiam procedit conſilio Anchara. iuxta quod reperio conſuluiſſe Gozadi. conſilio lxv. numero nono, & videtur fuiſſe de mente Iaſo. in dicta, l. finali. numero 52. arguendo a paritate iuris; ubi duo menſes ſunt elapſi, qui terminus habetur pro conſenſu præſtito, & in propoſito dicit Bald. in capitulo primo, §. præterea, quibus. modis feud. amittatur. allegando. Innocen. capi. inter dilectos. de fid. inſt. quod inſpiciendum eſt, ad quem effectum Dominus conſenſerit, quod ſequitur ibi Afflic. col. 7. in 2. no.

QVAESTIO XVI.

SVbſequenter quæritur, an per tacitam approbationem noui emphyteutæ, quæ reſultat ex cenſus receptione, cenſeatur quis ſibi, præiudicaſſe in iure Laudimii? Quod non. Modern. §. quadrageſimoptimo, numer. lxxii. & §. quinquageſimoſecundo, gloſſa. prima, numero centeſimo quinquageſimo, dicentes, quod ex huiuſmodi actu duo tantum inferuntur videlicet, quod plenum domi-

nium nõ ſit recipiẽtis, & quod ſoluens conſtituatur in quaſi
poſſesſione iuris cẽſuarii, nõ autẽ inferatur remisſio caducita
tis, quod dicunt abſurdum, & tamen eorum dictum eſt ꝯ gl.
in l.2.verbo repellere, C.de iur.emphy.quam ſequuntur indif-
ferenter Doctor.omnes, prout Iaſ.dicit nume.134.& glo.in c.
potuit, in verbo, expelli, differentiam conſtituẽs inter emphy
teuſim laicalem, & eccleſiaſticam: & glo.in d. capi.j. quo tẽp.
mil.in verbo, poſt menſem.vbi Bal.& alii Cur.in 4. par. in 23.
cauſ.priua.in 6.limit.Iul.Clar.in §.feudũ, q.49.ver. ſed pone.&
generaliter dicit Brun.conſil.38. nu.7.quod qñ recognoſcitur
dñs in ſeruitiis, non eſt, quod imputetur caducitas ob non pe-
titam inueſtituram, perinde ergo eſt, ac ſi inueſtitus fuiſſet, &
eadem diſpoſitio in laudimiis videtur ſeruanda, ad hæc ſerui-
unt, quæ notantur infra quæſt.ſequenti poſt Iaſ.in d.l.fi.nu.52.
vbi dñs amittit laudimium, ſi requiſitus non conſenſerit exp̃ſ
ſe infra duos menſes, nam, perinde habetur, ac ſi conſenſiſſet,
& tacite approbaſſet emphyteutam? vnde ſequit̃, quod ſicut
ex expręſſa, ita ex tacita approbatione amittat quis ius laudi-
mii, quamuis inter caducitatẽ, & amiſſionem iuris laudimii
diuerſa poſſet aſſignari ratio, quia in caducitate agitur de pri-
uando aliquem ſuo vtili dominio, & dominus recipiendo cẽ
ſum facit actum contrarium, quod non eſt in ratione laudi-
mii, in quo dominus recipiendo penſionem, poteſt nihilomi
nus exiſtimare ſaluum ſibi fore ius conſequendi laudimium,
& ex actu indifferenti, conſenſus non inducitur. Aymo conſi.
197.nu.13.quod vtique procederet, ſi cõtractum alienationis
ignoranie, idem in dubio, vbi non conſtaret de certa ſcientia
domini, vt in quadam cauſa Bononienſi bonorum de Bolo-
gninis decidit Rot.de anno 1544.quinta Decembris, & 1545.
vigeſimaſeptima Febrarii, in qua deciſum fuit ꝓpter plures
receptiones canonum, nõ cenſeri remiſſam caducitatem, ꝗa
non probaretur ſcientia contractus. at vbi Dominus certior
factus eſſet de alienatione, ex receptione penſionis induceret̃
conſenſus, & approbatio noui emphyteutæ, & in conſequen
tiam laudimii remiſſio. multo magis, ſi ſolutio eſſet cõtinua-
ta, ad notata per Doct.ſupra allegatos, dicẽtes per huiuſmodi
actus induci remiſſionem caducitatis a ſciente, & facit tex.in
l.quidam de parte. de euict.l ſi ſeruus communis, cum ibi no.
de don.inter vir.& vxo.l.de lege, §.fin.& l.poſt diem.de leg.cõ
miſſ.l.commiſſoriæ, C.de pact.int.empt.& vend. l. quod ſi no-
lit, §.in factum.& ibi glo.de ædi.edi.c.ex ore; & ibi Anchar.in
7.no.de his quæ fiunt a maio.par.ca.ex quibus elicitur regula,
quod ex actibus poſitiuis inducitur conſenſus, & renunciatio
iuris ſui, qñ illi actus tendunt ad eum finem, aut alias cum iu-
re competenti non ſe compatiuntur, & de conſenſu Io. And.
in c.qui tacet.de regu.iur.in 6.vbi dicit notandum, quod ſi is
qui tacet conſentire videtur, fortius is, qui aliquid agit, quod
ſonet in conſenſum l. Paulus reſpondit, ff.rem rat.hab.Brun.
conſil.220.Feli.in cap.cum Bertoldus, colum.4.verſi.30.aduer
te.de ſent.& re iud.Tiraquel.de legib.connub. gloſſ.7.verſi.ex-
preſſ.nu.23.& de renunciatione, gl.pen.in c. cum acceſſiſſent,
& ibi Panor.& Fel.de conſt.An.de But.poſt Inno.in capitu.ac
cedentibus.nume.8.de priuileg.vbi ponit regulam, ꝙ quando
actus eſt incompatibilis iuri competenti, nec alia coniectura,
quam renunciationis ſumi poteſt, tunc etiã per vnicum actũ
contrarium cenſetur renunciatum iuri. Tiraq.de retra.Ligna.
§.1.glo.x.nu.20.& §.fi.q.6.& de retra.conuen.§.j.gl.2.nu.59.&
§.4.glo.10.

QVAESTIO XVII.

Quid ſi Dominus nõ conſentiat
alienationi infra tempus ſibi ſtatutũ nempe bimeſtre, & em-
phyteuta vendat, an amittat Dominus laudimium? videtur,
quod non, quia poterit quandocunque conſentire, & illud cõ
ſequi nec quo ad id reperitur pœna impoſita, ſecundum Bald.
quod aliter recurrendum eſſet ad materiam purgationis mo-
ræ, ſequitur Salic.colum.penul.verſicu.ſed dubitandum, & re
petit eadem verba Bald.facit vulgaris regula, in penalibus nõ
eſſe extenſionem faciendam, & quicquid non reperitur exp̃ſ
ſum, haberi pro omiſſo, ad ca.odia.&c.in pœnis, cum ibi not.
de reg.iur.in 6.Iaſ.autem nume. 52.tenet, & dicit veriſſimum,
ꝙ Dominus amittat laudimiũ, ſed quod poſſint moram pur-
gare, re integra. Redoan.in ti.de laudim.§.iſta autem num.21.
Eſt autem duplex hæc quæſtio. An Dominus poſſit purgare
moram, primo videlicet ad effectum prelationis, & tunc etiã
non poteſt niſi conſentiat, re integra, nondum facta venditio
ne per emphyteutam. Iaſ.nu.25.vel an poſſit conſentire ad ef-
fectum conſecutionis laudimii, etiam facta venditione, & ꝓ-
cedit, quod dicit Iaſ.nu.52.quod nõ poteſt, niſi re integra, id
eſt, ante trãslationem poſſeſſionis, & valde vrget ratio per eũ
allegata quod laudimium debetur pro receptione noui em-
phyteutæ, qua cauſa ceſſante, ceſſare debet effectus ſolutionis
tiem, ex quo recuſatio habetur pro conſenſu, ſicut poſt ad-
miſſionem non debetur, ita poſt recuſationem, cum a pari it
dicentur in d.l. finali, & ad rationes in contrarium adducta,
facilis eſt reſponſio, quod ſatis dicitur expreſſum, quod ex le
gis ratione colligitur. ad no.per gloſſ. Ang.& alios in l.prętor
ait, §.primo de oper.nou.nunc. Fel.in capitu.translato, nume.
3.de conſtitutio. Bald.autem & Salicet.videntur ſub dubitatio
dum dicunt, aliter recurrendum eſſet ad materiam purgatio-
nis moræ, & ideo pro Salicet.pro opinione Iaſonis allegant
Mod.in §.56 gloſſ.prima, nume.5.dum tenent contra Iaſ.con
tra quem etiam ſentit Montan.d.l.fi.verſicu.relatum, vbi pari
ter a Iaſone diſſentit, dum binos menſes duplicat, duos videli-
cet ad vendendum, & alios duos ad mittẽdum in poſſesſionẽ,
& circa fi.leg.verſicu.quapropter, putat verſicu. ſin autem no-
uum, in lege appoſitum, ſcriptoris ſeu impreſſoris vitio addi
tum, & minime conuenire cum textura ſuperiorum verborũ,
aſſerit, dum reiterat emphyteutæ licere ius ſuum in alium trã
ferre, quod prius in lege iam dictum fuerat, verũ de effectua-
li & actuali translatione, ſi intelligas cum Iaſ & antiquis *Do-*
ctoribus, ceſſabit inconueniens, cum paulo ante dictum ſit,
nouum emphyteutam vel emptorem ſuſcipere noluerit &c.
& ſic ius iam ceſſum, & cõtractum initum præſupponat lex.
Et quod dominus non conſentiendo, amittat quinquageſi
mam, tenet, etiam Petr.Iacob. in form. libel.pro re emphyt.
verſicu.item emphyteuta: Et quod dictum eſt de emphyteuſi,
idem videtur dicendum in feudo, in quo etiam vbi dominus
tenetur conſentire, ſi non conſentiat, conſenſus habebitur ꝓ
præſtito. Guid.Papę.quæſt.415.Camera. d.ca.Imperialem.fol.
225.ſecundum paru.impresſionem, de quo tamen *vide* eun
dem fol.694.qui videtur ſentire contrarium, *ſed ſupra loqui*
tur, quando dominus conſentire debet ex obligatione, & *vt*
ipſe dicit ſecũdum iuſtitiam, nam eo caſu ad conſentiendum
cogi poteſt. Reb.in arbore feuda.col.4.in fi. Quod ſi conſenſus
præſtandus ſit ex gratia, dominus ad eum præſtandum, nec co
gi poteſt, nec requiſitus pro præſtito haberi debet, Nat. conſi.
165.in fi.

QVAESTIO XVIII.

INſuper. non impertinenter quæri põt, An
de feudo francho Laudimium ſol-
uendum ſit? Et dicẽdum eſt, ꝙ nõ, cum poſſit alie
nari, irrequiſito dño. Bal.in l.i.nu.5.in fi.C.ſi a non
cõp.iud.vbi dicit, ꝙ de feudo franco, nulla habetur mentio in
vſibus feudorum, ſed illud æquiparat feudo, non habenti pro
priam naturam feudi, & in auth.niſi rogati, nu.15.C.ad Treb.
refert quoſdam dicẽtes, ꝙ in tali feudo ſuccedit eccleſia, & de
eo vaſallus teſtari põt. Iaſ.cõſi.57.col.2.verſi.2.vol.i. & pariter
alienare per viam cõtractus. Hoſtiẽ.in c.fi.de reb.eccl.nõ alie.
Cur.in pri.par.q.8.nu.31.Rui.conſ.143.nu.19.vol 3.Gramm.
dec.103.nu.134.& habens feudũ frãcum nõ tenetur ad *aliqua*
ſeruitia, niſi ad expreſſa Io.And.in add.ad Spe.*de præl.in rub.*
ver.his diebus. Cur.vbi ſupra nu.28.Iaſ.in prælu.feu.nu. *123.q.*
refert dicta plurium, circa hoc Io.Ferra.li.j.feudorum, c.6.ver.
2.feudum, intelligẽdo de feudo vere franco, videlicet, quod
ita expreſſum eſt in inueſtitura in qua non continẽãtur pacta
repugnantia feudo frãco, & illud dicunt alienabile, prout *cra*
cte adnotauit eccellẽtisſimus Oſaſc. deciſ. *163.* qui *alioquin*
lnet cõtrarium, prout etiam plures tenent, ꝙ non ſit *alienabi*
le. Areti.conſil.14.numero 3. Alexan.conſil.2. in fi.volum.5.
Præpo.in prælud.in 3.diuiſ. Afflict.in titu.de his qui feudare
poſſunt, in §.fina.colum.6.verſic.octaua ſpecies, vbi reprobat
Hoſt. Bald.hoc idem ſenſit, licet eum pro contraria parte alle
gent aliqui. In prælud. feud. numero 53. vbi allegat quidem
Hoſtiẽ. ſed ſtatim ſubiungit Ber.contra extra de fide inſtrum.
capitu.inter dilectos, & melius dicit ſentire Ber. Et licet in di
cto capitu.inter dilectos, & locis ſupra allegatis videatur ſen
tire contrarium, illud eſt, ex quo refert opiniones aliorum, ip
ſe tamen dicta eorum non comprobat, & ita ſaluari poteſt a
contrarietate: Alio etiam modo ſaluatur, vt quãdo dicit alie
nari poſſe intelligat de feudo omnimodo franco; etiam a iu
ramento fidelitatis, ut per Bald. in l.ſi plures, numero 7.C.de
condictio.inſer. Deci.conſi.185.colum.3.Soc.iun.conſi.77.vo
lumi.j.Zaſ.parte.12.numero 48.Roland.conſilio, ſecundo nu
mero 134.volum.primo, Burſ.conſilio quarto numero quin
to. Diuerſitas autem iſtarum opinionum, cauſatur ex confu
ſione proprietatis vocabuli, quomodo feudum dicatur fra
cum.

Et quidem tribus modis principaliter francum dici poteſt,
a ſeruitio, a maleficio, & a fidelitate, vt ſupra dictum eſt
in titulo de natu. feudi.verſiculo, de feudi diuiſione. A ſer
uitio equidem liberũ dicitur, cum nõ habeat certũ & deter
minatũ ſeruitiũ, & hoc niſi iueſti.explicite vel implicite aliud
ſuadeat, ꝗa ex pacto i inueſtitu. appoſito, plus minuſue frãcũ di

ci poterit, prout & alias ſeudum plus & minus alteratum dr̄. Dec. in c. cęterum col. 4. de iud. A maleficio autem francum nunq̄ erit, vnde dr̄ francum ab omni ſeruitute, præterquam a maleficiis conſiſtentib. tam in committendo, q̄ in omittēdo. Et in propoſito dicit Bal. in c. i. de feu. non hab. ꝑp. nar. ꝙ licet feudum poſſit alienari, nō tamen eſt francum a culpis delicti, ſed a culpis contractus, vt licet non fiant ſeruitia, quæ debent̄ regulariter, ex contractu non perdatur feudum, ſed ſi committantur maleficia, feudum amittatur. Paris de Put. c. 96. eſt a modo. fol. 64. Rebuff. in arb. feud. in 14. decla. Brun. conſi. 156. vol. 2. A fidelitate autem, & contentis in ipſa fidelitatis forma, ac præceptis, præſertim negatiuis, liberum nequaquam feudum erit, quod late explicat Camera. in ca. imperialem, ſol. 256. cū plurib. ſeq. ſecundum paru. impreſ. & hoc eſt, quod Doctores dicunt, quod licet pro feudo franco non teneretur vaſallus iurare fidelitatem, tenetur tamen ad contenta in iuramento fidelitatis. Ioan. And. vbi ſupra, in add. ad ſpecu. in rub. de præſc. in fi. Tiraq. in l. ſi vnquam. verbo donatione largitus. nu. 339. Duar. in conſue. feu. c. 2. nu. 8. ex iis puto, quod non ſit incomipatibile, quod in feudo franco iuretur fidelitas, cum nihilominus abſque iuramento, ad contenta in eo teneatur, qui habe. feudum francum, quicquid Brun. conſi. 379. volu. 4. allegando Io. An. dixerit, erit enim francum ab omnibus, præterquam ī expreſſis & contentis in inueſtitura, & in quibus per pactum non alteratur natura Franchiſiæ, in ijs naturam feudi Frāchi retinebit, quando ſpecifice in feudum francum cōceſſum eſt. Burſa. conſ. 2. num. 36. & faciunt quæ Feudiſtæ paſſim tradūt, quod feudum alteratum, in aliis retinet ꝓpriam naturam feudi. Cur. in j. par. q. 6. num. 28. tetigi ſupra. q. 10. poſt Soc. in l. Gallus, §. & ſi parente. de lib. & poſthu. Et de Franchi feudi natura vide Camera. vbi ſupra, & fol. 282. qui in propoſito dicit, ꝙ non alienare feudum ſine conſenſu domini eſt de comprēhēſis in fidelitate, & id comprobat Rolan. d. conſi. 2. quod tamen videtur procedere regulariter, vbi prohibita eſt alienatio. alioquin, eorum ratio, quod dn̄s contemnatur per alienationem, ſine conſenſu, fragilis eſt, quia procedit vbi conſenſum tenet̄ requirere vaſallus, non alias: nullus eſt enim contemptus, vbi permiſſa eſt alienatio, & licet poſſit cadere a feudo, id intelligitur ex aliis cauſis, iuxta diſpoſitionem tex. in capi. primo de feud. non hab. prop. nat. feu. ibi ex ijs cauſis ipſum amittat, quibus & verum feudum, cui diſpoſitioni tex. ęquiparatur ꝑ Docto. feudum francum. Ex his dato etiam, ꝙ opinio. contra Hoſtien. eſſet verior, cum feudum francum ſit ab omni onere liberum, vltra contenta in inueſtitura, neque aliquod aliud grauamen ꝓ eo imponi poſſit, vt Doc. frequentiori calculo ſentiunt poſt Oldr. conſ. 234. certe vbi de laudimio in inueſtitura expreſſum quidpiam non ſit, ad id non tenebitur vaſallus, & hoc modo ēt argumentatur Natta conſ. 507. nu. 10. licet in ꝯſil. 600. nu. 7. Aſſl. in c. i. qui cur. ven. nu. 63. & Io. Rayn. in comprehenſ. feud. in prin. num. 24. vbi dicit deberi trecenum, non hoc mō intelligit francū, ſed ſolum a ſeruitio annuali, & penſione liberum: Nos autē loquimur in feudo omnimodo, & vere ab omni pecuniario ſeruitio, franco vt loquuntur regulariter Doctor. & hoc idem ſentit Io. Pap. li. 13. titu. primo Areſt. 3. in feudo ligio, quod dicit importare gētile, francum, & nobile. Et francum in propoſito dicitur, quo ad commodum pecuniarium, licet debeantur obſequia, & honores dn̄o. Menoch. de reti. poſſ. reme. 3. nu. 408.

QVAESTIO XIX.

Quæro inſuper, an ſi Laudimium non ſolutū fuerit intra annum & diem, res cadat in commiſſum? Loquendo de emphyteuſi, nullibi hoc reperitur expreſſum, id circo non id dicemus extendendo pœnas, requiritur enim tantummodo conſenſus domini, antēq̄ res alienetur, & nouus emphyteuta inducatur in poſſeſſionem, & dominus poteſt recuſare conſentire, niſi ſibi ſoluatur quinquageſima, propterea quod duplex fit ſibi denūciatio ante contractum, vt poſſit retinere ſi velit, & poſt cōtractum, vt facilius cōſequatur Laudimium, & cogat nouum emphyteutam ad ſe obligandum, vt ſupra dixi, poſt Are. conſi. 41. Quod ſi alienans inducat in poſſeſſionem nouum emphyteutam, irrequiſito dn̄o, ea ratione cadit a iure ſuo tam is, qui alienauit, quam acquiſitor, d. l. fi. Guidop. q. 46. & conſ. 147. in 6. dub. Neque officit conſ. Fulg. 219. col. 2. ver. 2. autem, vbi dixit in caſu ſuo, propter non ſolutam vigeſimam, rem cadere in commiſſum, quia ſe fundat in pacto inueſtiturę, in feudis autem inueſtituram quidem non accipiens intra id tempus cadit a iure ſuo. ca. j. § præterea ſi quis. de ꝓh. feu. alie. per Fe. c. 1. in prin. quæ fuit pri. cau. bene. ami. c. i. quo temp. mil. dictum eſt infra in ti. de amiſſione. feu. § inueſtiturā non petens. De Laudimio autem, cum nihil reperiat̄ expreſſum, neq; etiā nos dicemus, vī tamen in patria noſtra, ꝙ ſit conſuetudo, vt niſi Laudimiū ſoluatur, & inueſtitura petatur infra annum, tam in emphyteuticis, quam feudalibus, res fiat caduca: habetque emptor tempus illud ad ipſum Laudimium ſoluendum de conſuetudine, & hoc idem ſenſit Cagnol. in l. 2. C. de pac. int. empt. nu. 109. & arguendo de feudo ad emphyteuſim, infert, quod tam in emphyteuſim, quam in feudo tenetur quis de iure infra annum, & diem petere inueſtituram, ſed illud argumentum in his quæ deuiant a regulis iuris communis, non eſt tutum, vt per Iaſ. in d. l. prima numero 55. C. de iure emphyteu. Dec. conſilio, 328. numero 4. Doctor. in l. Gallus §. etiam de liber. & poſthu. Nicol. Euerar. in loc. legal. in loco a feudo ad emphyteuſim numero 44. Curt. in princip. quæſt. 3. Iul. Clar. in §. feudum, quæſtio. 3. in fi. opinio etiam Cagnol. procederet in terminis ſuis, videlicet in nouo emphyteuta, quem domini valde intereſt obligari, vt poſt Aretin. dixi ſupra hac eadem quæſtio. & quæſt. 13. circa fi. In ſucceſſore autem vocato ex prima inueſtitura non eſt emphyteutæ aliquod tempus præfixum ad petendam inueſtituram, ſed ad requiſitionem domini, debet fieri renouatio, vt colligitur ex Iaſ. in l. prætor ait, §. fina. numer. 15. circa finem. de oper. noui, nuncia. & in l. fi. nume. 41. C. de iur. emphyt. neque aliud videntur ſenſiſſe Anchar. conſil. 63. & Ana. conſil. 90. per Cagnol. allegati. Guidop. q. 417. in facto etiam extat in patria, diuerſa conſuetudo, quod in emphyteuſi non requiritur prior licentia, ſed petitio inueſtituræ intra annum, poſt contractum, loco ſubſcriptionis requiſitæ. vt ſupra dixi quæſt. 13. in feudis vero primitus exigitur licentia alienandi, deinde infra annum petitio inueſtituræ. Idem ius tamē ſeruatur quo ad ſolutionem Laudimii in vtroque caſu, Hinc tractant Doctor. an vbi feudum eſt ſub annua præſtatione, vaſallus ceſſans in ſolutione, cadat a feudo, ſicut emphyteuta. Iaſ. in præl. feu. nu. 57. Cur. in 4. par. in 39. cau. primat. Sylua de feu. recog. q. 110. & fi. & dixi infra d. tit. de amiſſi. feu. §. ſeruitium debitum denegans.

QVAESTIO XX.

Laudimium cui debeatur. an ꝓprietario, vel vſufructuario? Oldr. conſ. 24. domine. concludit deberi vſufructuario, quinque rationibus, & inter alias, cum Laudimium ſoluatur ratione conſenſus præſtiti, & ad vſufructuarium ſpectet conſenſum præſtare, propterea quod eius interſit vnum potius, quam alterum emphyteutam habere, non mirum, ſi eius quoque debet eſſe commodum. Iſta ratio non videtur ꝯcludens, & aſſumptum non uidetur verum, cum cōſenſus ēt proprietarii requiratur ad l. in cōcedendo, de aqua plu. arcenda, cum ibi not. l. per fundum. l. per quem locum & l. quintus, de ſeruitu. ruſticorum prædior. Imo magis ad proprietarium ſpectat inueſtire. Mar. deciſ. 605. & hanc difficultatem ſenſit Paris de Puteo. qui recitat, conſilium & rationes Oldra. in tracta. de feud. reintegr. capitulo 85. fuerunt conceſſa. & capitu. 83. & quia, & nihil reſoluit. Dicit tamen, quod id quod dicitur requiri vtriuſque cōſenſum procedit in feudis magnis. Ego de iure in omnibus vtriuſque conſenſum requiri exiſtimo, vt in alia quæſtio. infra dixi quęſtio. 24. cum diuerſitatis ratio nō detur concludens, & agatur de vtriuſque intereſſe, & ita in terminis videtur tenere Oldrad. conſil. 30. in fi. prout determinauit parlamentum Tholoſe teſte Guliel. Bened. in capitulo Raynu. in verbo Cœtera bona, numero 33. vbi late de ijs. Et cum Oldrado commodum Laudimii ad vſufructuarium ſpectare, quia fructus eſt re ipſa, ſeu propter rem prouueniens, l. vſufructu legato, & l. item veniunt, de vſufruc. quos tex. etiam allegat Ioan. Andr. in additio. ad Specul. verſicu. 92. in fi. & Doctor. poſt eum Paris de Put. in capitu. 177. an ſi duo. numero 3. Socin. Iunior conſil. 70. numero 31. volumi. 3. Iul. Clar. libr. quarto, ſententia. §. emphyteuſis. quæſt. 23. Redoan. de Laudi. numero 14. Idem etiam obtinet in emptore cum pacto retro uendendi ad quem interim ſpectāt commoda Mari. Frec. lib. ſecundo, in capitu. hic quæro fol. 228. Diuerſum in re, quæ cadit in commiſſum, cuius proprietas applicatur proprietario, quamuis vſufructuarius eius quoque habeat vſumfructum. Oldrad. conſil. 240. Paris. de Put. in capitulo 84. filius ſecundo genitus. Bellon. conſilio 6. numero 16. & hos caſus in ſpecie ita diuerſificat Alberic. in Rubrica, C. de uſufruct. quem refert Iaſo. numero 45. Guido Papæ quæſtio. 477. Benedict. in capitu. Raynutius, in uerbo cœtera bona. numero 33. de teſtamentis. Tiraquel. de retract. Lignag. §. fina. numero 106. Modern. in §. i. quæſtio. quarta, & conſequenter, ad conductorem redditū, & emolumentorum feudalium, Laudimium quoque ſpectabit. Paris de Put. in dicto capitulo, & quia. & Ioan. An. ubi ſupra, qui parificat uſufructuarium & conductorem. Alciat. conſilio 688. quamuis domino ſoluendum ſit, qui inueſtituram facere tenetur, & dominus illud debeat dare conductori, ſeu ꝯductor ē facta inueſtitura, illud exigere poterit,

ut per Moder.d.§ primo,num.17.& nu.21. ubi etiam dicunt, ꝙ ex conſuetudine uulgari non autem legali conductores inueſtiūt nouos emptores,& in emphyteuticis rebus,id uidem obſeruari in patria noſtra,atq; etiam in feudis minimis, pſertim ſi inſtrumentū locationis id ferat, & clauſulæ generales idem comprehendere poſſint, cum actus iſti gerantur nomine domini,& quod tempus addatur,vel contractus,vel inueſtituræ in gratiam conductoris,vide infra.q.38.circa.fi.Neque ſupradictis de commiſſo obſtat,quod tradunt Bart. & Caſt.in l.fi.ff.ſol.mat. quod uidelicet confiſcationes bonorum etiam immobilium acquirātur plene vſufructuario alicuius Caſtri, quæ opinio communis eſt contra Bal.vt per Doct. in d.l.fi.& Alexan.in l.quę dotis,§.ſi vir.ff.eodem. nam diuerſa eſt ratio commiſſi bonorum allodialium, atq; feudalium vel emphyteuticorum,cum feudalium vtile dominium conſolidetur cū directo,quod ſequitur,apud quemcunque maneat, & conſequenter proprietario neceſſario acquiritur, at in allodialibus proprietarius Caſtri non eſt dn̄s prædiorum particularium,vt ſcite tractat Imo.in d.l.fi.& Tiraq. d.§.fi.nu.110.& 10.nu.19.q̄ ratio validior eſt,quam ea,quod res publicetur ipſo iure, vel per ſententiam, quę diuerſitas in caſu ꝓpoſito non diſtinguit ius,quicquid aliqui ſenſiſſe videantur,quinimo ſi diligēter cōſiderabimus,licet ipſo iure res feudalis, vel emphyteutica cōmittatur,id tamen fit domino uolente, interim igitur donec facta ſi declaratio,non dicitur vere res commiſſa.Aymo.conſil.212.vbi in fine dicit,quod de iure res commiſſa pertinet ad dominum directum, non autem ad conductorem reddituū, niſi verba conductionis eſſent vniuerſalia, & pręgnantia, & ꝗn̄r apta comprehendere hunc caſum.

QVAESTIO XXI.

Sed quid ſi Dominus locet emolumēta feudalia,& emat ius emphyteuticum,vel vtile dominium vaſalli,an tenebitur ſoluere Laudimium cōductori,vel deducere de locatione? Mod.tenent ꝙ ſic.in §.55 gl.j. nu.113. ſeruit in propoſito,cōſ.Bar.226.cauetur ſtatuto, qui arguit in vtramque partem,& quod notat in l.j.C.de naui.li.xi. nu.7.& facit,quia dn̄s emendo ius emphyteutæ,facit actum magis ꝯuenientem ſubdito,quam dn̄o,ideo;quo ad eum actum non mirum,ſi iure ſubditi vtatur & ad ſolutionē Laudimii teneatur,contra hoc dictū tamen facit, quia nemo cedendo actiones,præſumitur cedere cōtra ſeipſum, & ideo ſi communitas vendat gabellam ſalis,deinde ipſa Communitas emat ſal,nō tenebitur ſoluere gabellam.Alc.cōſ.149.vol.2.nu.7.& eſt tex. & Dyn.ibi notat in l.licitatio,§.fiſcus.de publi.vbi ēt Bar.Alb. & Caſtr.& ponit ibi Albe.quæſtionem ventilatam, Pergami, dicens fuiſſe iudicatum contra publicanum:notat Bal.& Sal. in l.emptor,C.de hæred.vel act.vend.Bertac.in trac. de gabel. in 7.par.num.25.qui dicit ſecundum hanc opinionem vidiſſe pluries iudicari.Pet.de Vbald.in tract.de collect.q.31.Boer.deciſio.213.in princip.in quæſt.de molēdino remiſſo ſub cenſu, vt dominus remittens non teneatur ſoluere molturam.Ant. Boyd.in repet.rub.C.nou.vectig.inſtitu.non poſſ.num.31.quę opinio communis cum ſit,tenenda eſt, ſed videtur mihi procedere,vbi locans ſoluere vectigal non eſt ſolitus, & in ſolutione eſt priuilegiatus,l.ſi publicanus, §.de rebus.de publica. alioquin ſecus.& multominus habentes cauſam a locatore licet priuilegiato.vnde,ſi quis emat a fiſco,res fiſcales, q̄ alioquin ſunt priuilegiatæ,etiam ſi pro vſu publico vehantur,emptores tamen & mercatores ſoluere tenebuntur,d.l. licitatio, §.fi.& Bar.in fi.dicti conſilii,per quem tex.vr̄ etiam quod mercatores conducentes annonam ad exercitum, vel ad curiam principis,vendendi gratia, etiam ſi ſint pro vſu exercitus, vel principis,ſoluere debeant vectiga & facit l.omnium,C.de vectigal.dum in fin.dicitur,exceptis nauiculariis,cum ſibi generé probabuntur,non igitur mercimonii cauſa,prout ſolent facere propolæ:idem ſi ſit alia Communitas,vel princeps, quā qui vectigal vendidit,cum in alieno territorio eſſet eius immunitas & imperium,allegatur tex.in l.j.§.in cauſa,ff.de quæſtion.qui recipit plures intellectus.Bar.& alii notant in d.§.fiſcus,eccleſia tamen cum habeat vbique locorum immunitatem,non tenebitur ſoluere authen. item nulla communitas, C.de epi.& cler.& propterea,dum annis præteritis vrgente penuria frumenti ſummus Pontifex aduehi faceret frumentum è prouincia Romandiolam,ſeu ad Ciuitates ſibi ſubditas,trāſeundo per mare Nicenum.Publicanus Villefranchæ petebat vectigal, vel tantundem ſibi a principe diminui de cenſu, eo quod in ſuis pactionibus cautum eſſet, quod princeps quemquam nō eximeret,fuit dictum in Camera, quod eſſet obaudiēdus,cum Eccleſia haberet priuilegium inſertum in corpore iuris.Imo.conſi.84.in fi.& Bertach ubi ſupra.q.6.Parpal. in l.placet,nu.106.C.de ſacroſan.ecc.Burſa.conſ.42. Villalob.li. 7.commu.opin.in verbo,gabella.ſecus ſi fuiſſet alius princeps uel Ciuitas,cuius res tranſeundo per mare Nicenum tenerentur ad uectigalis ſolutionem,& ſi princeps noſter concederet immunitatem, teneretur tantundem refundere publicanis.q emiſſent uectigal.Soc.conſ.72.in fi.uol.4. Idem ſi mercatores aſſumpſiſſent onus tranſducendi granum.tenerētur enim ſoluere,ut ſupra dixi ad §.fi.d.l.licitatio.Bōer.d.deciſ. 213. in fi.allegat text.in l.unic.C.quib.mun.excuſen.2.& ibi Io.de Plat.& glo.in clemen.præſenti.in uerbo,non negociādi, de cenſi.Bertach.num.17.Rip.lib.2.reſpon.c.12.Hoc idem cenſerem,ſi dominus ipſe ſoleret ſoluere vectigal ſiue molturam tempore locationis, & dum uectigal ad eius commodum & nomine ſuo exigitur,ut plures principes Italiæ obſeruare uidemus, dū uolunt immunitatem curialibus & aliis concedere,ne domū quidem Auguſtam a ſolutione eximunt,cum id totum reddet in eorum commodum, nam uectigalia cenſentur locata & uendita,ſecundum ſolitum modum exigendi, d.l. ſi publicanus,§.fi.& l.licitatio,§.earum.Ideo, cum ſolerent ipſi ſoluere tempore locationis,tenebuntur perſeuerare,ne conductores fraudentur ſpe ſua, & propterea ſolet ſuper iis ſpeciale pactum apponi,quod ſi conceſſio fieret ex gratia, non per uiā contractus onéroſi, omnino dominum non teneri dicēdum eſſet,argumento eorum quæ Anch.no.in c.quanto.in fi.de cēſib.& quia officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum,l.ſi quis ex ſignatoribus,ff.quem.teſt.aper.

QVAESTIO XXII.

An pro diuiſione ſit ſoluendum Laudium? Aliqui tenuerunt debere ſolui, pro quibus facit quod Rom. notat conſilio 182. in ſecundo dubio, dum tractat de ſtatuto, quod de omni alienatione ſoluatur gabella, ꝙ debeat ſolui etiam pro diuiſione, per l. ſi pupillorum in princ. de reb. eorum Alberi. in prima par. ſtatut. quæſtio. 110. Ioan. Raynau. in comprehenſor. feu. §. præterea, ducatus. nu. 25. diſputat quæſtionem, & nihil decidit. Contrarium tamen receptiſſimum eſt Bar. Bald. Caſtrē. & alij in l. & ideo, in prin. de cond. fur. & dicit Bald. ibi, ꝙ poteſt emphyteuſis, & feudū diuidi ſine conſenſu domini, ad nota. in cap. 1. §. præterea ducatus. de prohibita feu. alie. per Federicum, Alexā. conſi. 189. nume. 5. volum. 2. Bru. conſi. 173. colum. 4. vbi plus dicit, ꝙ diuiſio feudi fieri poteſt inuito ſuperiore. non igitur ſoluetur Laudimium. Iacob. in tract. de Royd. nume. 34. Iaſ. in l. fi. nu. 48. Neque enim proprie diuiſio, alienatio eſt. Authē. de litig. in prin. facit, quia per eam nulla fit translatio rei in nouum emphyteutam, vel vaſallum. Fel. in ca. quæ in eccleſiarum in 8. declarat. de conſtit. Alexan. conſi. 189. num. 5. & ſequen. vo. 2. Neuiz. conſi. 15. Aym. conſi. 755. Ambro. de Opizo. in repe. §. diui. num. 97. licet ipſe diſtinguat inter prouocantem & ꝓuocatum. Quam concluſionem amplia, vt procedat etiam ī emphyteuſi noua, duobus fratribus conceſſa, qui poterunt inter ſe diuidere, irrequiſito domino. Fede. de Sen. conſi. 228. & late comprobat Crot. in §. duo fratres. nume. 137. Riminaldun. conſi. 1. nume. 55. in diuiſione enim, vt dicit Pau. de Caſt. in l. cum hi. §. ſi vni pluribus, de tranſ. licet fieri dicatur alienatio, portio tamen vnius, ſuccedit loco alterius. & nos habemus decretum in antiquis, ꝙ de diuiſione non debeatur: hoc idem tenet Bertr. conſi. 310. ponitur. volumi. 2 limitatur tamen hæc deciſio, niſi in diuiſione tota emphyteuſis, uel feudum vni cederetur, aut aſſignaretur: nam tunc pro dimidia foret ſoluendum Laudimium, quando emphyteuſis eſſet noua. Pract. Papien. in form. libelli pro hæredit. vel ſing. re diuid. in verbo, domum vnam. glo. Auſre. deciſ. Tolo. 75. Bertr. conſi. 88. ex caſu. volum. primo. par. 2. Tiraquel. de retract. lignag. §. primo. gl. 14. num. 77. & ita etiam conſuluit Guidop. 46. vbi noua erat empyteuſis a fratribus acquiſita: idcirco, quoad portionem fratris, noua erat acquſitio. & licet talis adiudicatio fieri poſſit, irrequiſito domino: cum in ea locum non habeat ius offerendi eſt tamen neceſſarius. ſecūdꝰ conſenſus & approbatio, prout in donatione, & permutatione, quādo adiudicatur feudum vni & alteri allodium. Quod ſi totum feudum vni adiudicetur, mediante precio, etiam prior conſenſus videtur requirendus. Ripa. in §. duo fratres. nume. 86. Bertr. conſi. 112. volumi. 1. late Gabr. conſi. 83. nu. 4. & numero 16. limitationis rationem aſſignat, quia licet diuiſio ſit alienatione neceſſaria, tamen non eſt neceſſaria adiudicatio. Vnde, per Doctores ſublimitatur hæc fallentia, niſi ſit adiudicatio neceſſaria, non voluntaria, ut in re, quæ commodam diuiſionem non patitur, vt in fra inſi. quæſtio. proximę dicam. Quod ſi eſſemus in emphyteuſi paterna, vel ī qua haberet locum ius accreſcendi, dependet quęſtio ab eo dubio, nunquid ex alienatione facta in emphyteutam vel vaſallum, ſit ſoluendum Laudimium, de quo ſupra vidimus: ꝙ non Brun. conſi. 123. volumi. 2. faciunt ad hoc propoſitum, quod Laudimium de diuiſione non debeatur. notata per Bar. in d. §. duo fratres. in x. q. & ibi Rip. & Cro. poſt alios in d. l. fina. numero 114. Ruin. conſilio 159. numero 7. & conſilio 7. nume. 10. volumi. 1. Bertr. d. conſi. 112. puto. in fi. lib. 1. Ex quibus apparet receptam eſſe hanc limitationem, quicquid ſentiant Moder. in conſue. Pariſien. titu. 1. §. 22. q. 22. qui dum recedunt ab hac limitatione, primam concluſionem ampliāt, reſtringunt, ac ſublimitant diuerſimode, pręter doctorum intentionem. Docto. poſt Bar. in di. l. & ideo aſſignant rationē, quare de diuiſione non debeatur Laudimium, eo quia ſit alienatio neceſſaria, quæ tamen militat in prouocato, non in prouocante. vt ibi dicunt Bald. & Opizo. in d. §. diui, alias rationes etiam aſſignant. in d. §. duo fratres. & ibi Crot. nu. 135. duas alias adducit.

QVAESTIO XXVI.

Vtcunque Ex ratione Bar. in pręcedenti quæſtione poſita, deducit Iaſ. in l. fina. nume. 4. concluſionem generalem, ꝙ ex alienatione neceſſaria non debetur Laudimium. l. Cęſar. de publica. & l. nauigia. C. de fur. ſequitur Brun. conſi. 44. colum. fina. ver. 3. quæritur. Tiraq. de retra. lignag. §. 29 glo. 1. nume. 4, & glo. 2. in princp. & dicto §. 1 gloſ. 14. numero 18. cum ſequen. & numero 109. Ay. conſi. 215. numero 3. & in conſilio progenero. numero 290. quæ tamē neceſſitas conſideranda eſt, ut infra quæſtione proxima dicetur, & ex hac concluſione, inferunt doctores ad deciſiones plurium quæſtionum, in hac materia, de quibus tamen ſuis locis videndum eſt, infra q. ſeq. & potiſſimum quæſt. 37. verſi. & cum illa fiat, & inter alios caſus, qui tractantur a doctoribus, infert Alber. in ſecunda par. ſtatu. quæſtio. 221. quod ſi qs vendidit ex obligatione pręcedenti, non debet ex tali venditione ſoluere gabellam: facit quod Alexan. notat conſi. 215. nume. 5. volumi. 6. vbi, quando vnus contractus procedit, vt cauſatus ab alio, non cōſideratur cauſatus, ſed cauſans. quod intellige quando ex vno ipſorum cōtractuum ſoluitur Laudimium: alioquin ſi præceſſiſſet promiſſio de vendendo,

&

& ſubſequeretur venditio, non deberetur Laudimium, quod
dicendum non eſt. vt infra quæſt. 37. tactum eſt. item dicit Ti-
raqu. glo. 29. vbi ſupra, & de tract. conuention. §. 6. glo. 2. circ.
prin. quod ſi res vendita iure proximitatis retrahetur, duplex
non debetur Laudimium, ab emptore ſcilicet, & a retrahen-
te: ſed vnicum tantum, perinde, ac ſi vnica eſſet emptio, &
id cedet incommodo retrahentis, qui omnem indemnitatē
præſtare debet emptori, Redoan. in tract. de rebus eccleſ. non
alienan. titu. de laudim. §. iſta autem. in fi. ſed quid ſi retrahēs
non teneretur ipſe ſoluere Laudimium, ſi emiſſet a primo vē
ditore, puta, quia eſſet illius agnatus, & tunc, aut primus con
tractus tenet, aut in irritum deducitur, & dicendum eſt, prout
notatur infra q. 39. infert & aliud quod ſupra proxima quæ-
ſtione tactum eſt, Rebuf. in titu. de præconi. & licita. art. 3. gl.
vni. numero 3. quod ſi domus commodam non capiat diui-
ſionem, & propterea vni ſit adiudicanda, is, qui ex licitatione
alteram partem emit, nō teneatur ex ea ſoluere Laudimiū,
quia neceſſaria ſit venditio, & ita dicit fuiſſe iudicatum per
Præſidem Pariſien. contra fiſcum regium, prout notatum re
peritur per Io. pap. lib. 13. titu. 2. arreſt. 22. & ita conſuluit Caſ.
conſi. 144. dubium videtur facere, vol. j.

QVAESTIO XXVII.

An ex Datione inſolutum, debeatur Laudimium? Pet.
Iacob. verſi. item & in datione, tenet, quod ſic.
Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peru 60. nume. 7. tamen videtur diſtin
guendum, Quod aut datio inſolutum eſt neceſſaria, & non
debetur, vt ſupra quæſtione præceden. Io. Monta. in di. l. fina.
verſi. quapropter. Aut eſt voluntaria, & debetur. Afflict. deciſ.
191. in princ. vbi etiam declarat, quando dicatur voluntaria
& neceſſaria. Nec nempe, quæ fit iudiciaria autoritate, & cū
decreto iudicis. Iaſ. in d. l. fina. numero 113. Cur. in 4. par. in vl.
cauſ. priuat. reg. 1. quæſt. 12. Alex. conſi. 52. volumi pri. ex quib.
habetur, quod in tali alienatione neceſſaria, non requiritur
conſenſus domini, & conſequenter nullum debetur Laudi-
mium. Aym. dicto conſilio 215 numero 3. & progenero, nu
mero 290. & hoc quidem obtinet, vbi de alienatione debet
Laudimium. Quid autem in ſtatuto ſeu conſuetudine conce
dente tertiam venditionem, & ex quo de venditione loquit,
nō habere locum in datione ſolutum, etiam voluntaria, cē-
ſuit Iaco. numero 30. co ꝙ ſtatuta, & conſuetudines, ſtricti iu
ris ſint, & ſtricte interpretanda, allegat in ſimili. Specul. in ti-
tu. de empt. & vend. §. nunc dicendum eſt, verſi. ſed pone ſtatu
tum, & eſt. §. fina. de reſcin. vend. vbi ponit de ſtatuto, quod li
ceat proximiori retrahere rem venditam eodem precio, ꝙ
non habet locum in datione inſolutum & ibi Ioan. Andr. di
cit quod cum ſtatutum loquatur de precio ſatis apparet, ꝙ
reſtringitur ad venditionem, & licet dicatur datio inſolutū
venditio, illud eſt large, ſecus proprie. pro quo allego Panor.
in cap. potuit, nume. 9. & in ſpecie Pariſ. conſi. 82. nume. 18 &
volumi. 3. & plura hinc inde, vbi ſtatutum loquitur de vendi
tione, an procedat in datione inſolutum Tiraq. in d. § i gloſ.
14. in prin. & magis in propoſito noſtro Mod. §. 55. in prin. &
numero 8. & in ſimili dixit Brun. conſi. 317. volumi 4. quod
huiuſmodi conſuetudo de tertiis venditionibus, non proce-
dit in donationibus, & permutationibus, & conſi. 43. circa fi.
aduerte tamen quod illud dictum Specu. intelligit Doc. in da
tione inſolutum neceſſaria, non voluntaria. in conſi. 160. co.
1. in fi. verſi. præterea dato. Specu. tamen indiſtincte loquitur,
verum nedum vbi lex de alienatione loquitur, ſed in hoc ēt
caſu ſtatuti, deberi laudimium puto ex datione inſolutum
voluntaria. Venditionis enim verbum, generale eſt. l. ſtatulib.
§. quintus. de ſtatulib. l. ſicuti. §. venditionis. ff. quibus mod. pig.
vel hypot. ſol. Marin. Frec. lib. 2. quæſt. 18. & in terminis noſtris
inquit tex. in cap. 1. in fi. de controuer. int. dom. & empto. ſeu.
quod de venditione dicitur, idem in omnibus alienationib.
obtinet, & ibi not. Afflict. numero 17. quod in materia feuda
li, prohibita venditione, cenſetur prohibita omnis alienatio,
& militat, ratio, quare Laudimiū, ſeu tertia venditio debeat,
videlicet, propter approbationem noui emphyteutæ, item
interuenit hic precium, quod eſt debitum, pro quo res datur
inſolutum, quapropter ſtatutum loquens in vno, habet etiā
locum in alio, licet ſimus in materia exorbitanti. cum præ-
ſertim ſit iſta interpretatio legalis Guidop. conſi. 46. verticu.
plus poſtea, qui in terminis Laudimij dicit, quod inſolutum
datio, eſt venditio. Bolog. conſ. 21. Afflict. deciſio. 368. num. 2.
Iaſ. in l. cætera. §. ſed ſi parauit. in 8. not. de leg. 1. vbi adhoc in-
ducit illum tex. vide Moder. §. 23. nume. 1. Alciat. libro ſecun.
de verborum ſignifi. chart. 49. ver. lex ait rem venditam. Pari.
conſi. 81. nume. 32. & ſequen. volumi. 2. late Tiraq. vbi ſupra
qui plura iura allegat, ex quibus apparet, hoc ſine dubio pro
cedere in datione inſolutum volūtaria, etiam ſi ſtatutum de
tertia venditione loquatur, quicquid ſit de datione inſolu-
tum neceſſaria, quam leges addictionem vocant, & fortius in
Laudimio quod debetur ex omni ferè alienatione & transla
tione rei in alterum, ſed etiam in hac alienatione neceſſaria
deberi Laudimium & tertiam venditionem verius videtur.
Bald. in cap. pri. in prin. numero xi. de prohi. alie. feu. per Fede
ricum ibi, ſaluo iure canonis, & hoc idem voluit Bald. conſ.
306. verba inueſtituræ. volumi. pri. fundans ſe in eo, quod fa
ctum iudicis, cenſetur factum partis: & iudex non poteſt nec
cenſetur derogare iuribus tertii, quoquomodo ad eum ſpe-
ctent: Idcirco. iure prælationis nihilominus dominus vti po-
terit, & Laudimium conſequetur. Moderni. in conſuetudi. Pa-
riſ. tit. j. §. 13. glo. 5. numero 48. qui ibi dicunt, quod huiuſmo-
di alienatio neceſſaria, poteſt quidem fieri, irrequiſito domi-
no, ad effectū, vt non cadat vaſallus in cōmiſſum, ſecus, quo-
ad iura Laudimiorum. ſequitur hanc opinio. Tiraq. de retra.
lign. d. §. 1. glo. 14. numero 14. & addit vnam rationem, quod
cum neceſſitas ęris alieni ſit cauſata primum ex facto volun
tario id eſt, pro debitis a principio voluntarie contractis, nō
dicitur proprie, & abſolute neceſſaria; pariaque ſunt aliena-
re, & aliquid facere, propter quod ſequatur alienatio Ceph.
conſi. 255. numero 6. volumi. 2. Marin. Frec. lib. ſecundo. in t.
autor. §. pluribus, numero 8. fol. 143. ubi īquit dici neceſſariā,
quia lex in ſubſidium & bonorum defectum neceſſario hoc
facit. ſecus, ſi debitum a principio non fuiſſet voluntarium,
ſed in id quis incidiſſet ex neceſſitate, cauſata, a lege, vel, a na
tura, prout etiam appoſite declarat. Burſa. conſi. 44. numero
29. & ſequen. & exemplum poni poteſt, in cauſa dotis, de qua
infra quæſtio. ſequen. aut ſi ex alia neceſſaria cauſa conflatū
eſſet ęs alienum. Aym. dicto conſilio pro genero. numero 32.
290. & 386. & his concurrentibus, fuit in camera hoc anno
deciſum, non deberi Laudimium, quamuis in facto, quod in
camera fuit tractatum, tria concurrerint, datio videlicet inſo
lutum neceſſaria, cauſa dotis, & quod debitor nulla alia bo-
na habebat, & quod poſſit res alienari incōſulto domino, his
concurrentibus videlicet alienatione neceſſaria, pro debitis
neceſſariis, & quando nulla alia extabant bona, conſuluit
Grat. conſi. 133. volumi. 1. ſicque non ſufficit ſola addictio ꝓ
cauſa neceſſaria in materia iſta; neque eius neceſſitatis in ꝑ-
iudicium alterius ratio haberi debet, in quam ſponte ſe quis
coniecit Rot. deci. 489. Bald. conſilio 332. præmittendum eſt
ꝙ ordo. nume. 3. volum. 1. & conſilio 75. quidam tutor, codē
volum. Boer. deciſio. 44. numero 27. Dida. libro ſecundo. var.
reſol. c. 16. numero 9. Oſaſc deciſio. 167. & ſequen. quinimo ī
cauſa etiam vere neceſſaria, niſi concurrat fauor dotis, vide-
tur, quod ſolui debeat laudimium, alioquin in patria noſtra,
nunquam fere de venditionibus feudorum ſolueretur Laudi-
mium: cum ea regulariter non poſſint alienari, niſi ſubſiſten
te cauſa neceſſaria, & non extantibus allodialibus vt tn̄ anti
quis decretis violant, Caroli, Blāche, & Philiberti, de quibus
per Brun. conſilio 18. & 309. & quomodo conſideretur neceſ
ſitas & procedēdum ſit in ſimili caſu, Deci. conſi. 403. num.
17. 687. numero 5. Neuiz. conſi. x. numero x. D. Oſaſc. in cauſa
propria. deciſio. 165. cum ſequen. Aym. pro genero. num. 32.
& 386. Itaque domini conditio deterior fieri non debet ex ne
ceſſitate æris alieni vaſalli, & videmus, vt plurimum, quod q
alienant, id faciunt, vt ſuccurrant ſuis neceſſitatibus, & debe-
ri ex tali datione in ſolutum laudimium, cenſuit Senatus in
cauſa Careme, & facit, quod ſi quis cedat bona ſua alicui, vt
ſoluat debita, pro tali ceſſione bonorum debetur laudimiū.
Deciſ. Tholoſ. 278. quam allegat Tiraq. di. glo. 14. Diuerſimo
de autē neceſſaria cauſa, cōſiderari poteſt videlicet reſpectu
ipſius actus, vel contractus, & cauſæ principalis, item reſpe-
ctu perſonarum contrahentium, & potiſſimum inſpecta per
ſona, cuius eſt res emphyteutica, vel feudalis. Ex parte etiam
plerunque acquirentis prout in diuiſione, at in licitatione,
emptor dicitur volūtarius, cum nulla neceſſitate aſtringatur
ad licitandum. Io. pap. lib. 13. titu. 2. arreſt. 22. & ad id quod di-
citur non requiri conſenſum domini in neceſſaria datione ī
ſolutum, reſponderi poteſt, cum reſeruentur integra omnia
eius iura, reſeruatur etiam hoc ius conſenſus, vt ſit in eius fa-
cultate, vel approbare dationem inſolutum, & laudimium
conſequi, vel rem ipſam habere iure prælationis, vt ſupra di-
ctum eſt: & decretum iudicis operatur tantummodo, quoad
caducitatem euitandā, ſed quoad effectualem & irreuocabi-
lem feudi tranſlationem conſenſus domini requiritur, & in-
ueſtitura tempore debito. Marin. Frec. dicto § pluribus, nu ſ
& pro huiuſmodi datione inſolutum deberi Laudimium, ſeu
tertiam venditionem cenſuit pariter Senatus de anno [illegible]
23. Iunii. in cauſa dominorum Noni, & fuit dictum, quod a-
lioqui eſſet aperta via fraudibus: nam volens vendere prædiū
obnoxium, & fraudare dominum laudimio, conficeretur ſe
debitorem ex cauſa mutui vel alia, & pateretur prædium le-
uari de gagio, & deliberari creditori eſt autem computanda
via tenementariis, ne malignando bona plerunque auferant
domino,

domino, vt dicit text. in capi. 1. de content. inter domi. & fidel. Quod autem de iure prælationis dictum eſt, non videtur ī ea ſu iſto ſine ſcrupulo procedere. Vbicunque enim, alienatio, eſt permiſſa ſine conſenſu domini, prælationi locus non eſt, vt dixi ſupra q. 14. & multo magis in caſu iſto ī quo æquum non videtur licitatores fraudari iure ſibi quæſito ex licitationibus, & domino eſt quod imputetur, cur non etiam ipſe licitatus fuerit. Et ad conſil. Bald. 306. videtur poſſe reſponderi, quod ibi concurrebat duplex ius, & vinculum, legale, & conuentionale, nam ibi ſpecifice fuerat conuentum a principio, vt teneretur emphyteuta offerre domino, & ei minoris vendere, quam ab alio reperiret. Sed ſtante etiam opinione contraria, illa limitatur, vt locus non ſit prælationi, quando bona debitoris non ſufficerent creditori, & domino, pro Laudimio, quia tunc magis æquum eſſet, vt prius ſatisfaceret creditori, quam domino: ad Alber. in 3. par. ſtatu. quæſt. 14. & 46. Item limitari poſſe videtur principalis concluſio, quod Laudimium debeatur ex datione īſolutum, vbi pro certo precio, ſit datio inſolutum, ſecus ſi pro īcerto, aut pro re alterius ſpeciei ineſtimata, cum, vt venditionem ſapiat, ſubſtantialia venditionis habere debeat, inter quę eſt, ut precium certum ſit. §. precium. inſti. de empt. ſed eo caſu, idem per omnia quod infra proxime, de permutatione ſtatuitur, cenſendum eſt, dixi autem ineſtimata, quia ſi eſſet ęſtimata aliter dicendum eſſet per doctrinam Caſtren. & aliorum in l. prima. C. de rer. permuta. Bologn. conſi. ſupra allegato, & tenet Pet. Iaco. vbi ſupra, qui ſubiungit in verſicu. item ſorte, quod idem forte eſſet, ſi non pro pecunia, ſed pro aliqua ſpecie in genere conſiſtente daretur inſolutum, & in verſi. item ſi debeat dari, facit, ꝙ idem Tiraq. notat d. gl. 24. nu. 7.

QVAESTIO XXVIII.

An ex permutatione, debeatur Laudimium? videtur quod non. Io. Monta. In vſus feudorū. lib. 6. cap. 4. verſicu. in ea autem alienatione. Guidop. quæſtio. 92. allegat Pet. in verſicu. item ſi alia precia, quia tamen tenet contrarium, & quod immo debeatur, cum hic non de emptione tantum, ſed de quauis alienatione, & dominii translatione agatur. verius eſt, & probatur ex l. fi. iun. gloſſ. in verbo transponere permutando, & in verbo æſtimationis. Cod. de iur. emphyte. dum glo. dicit, quando alio titulo, quam venditionis transfertur, quod datur quinquageſima æſtimationis rei pro renouatiōne: Deciſ. Tholoſ. quæſt. 27. Caſſan. in tit. des cenſes. §. 7. numero 1. Rip. in §. duo fratres. numero 87. circa finem. Bertrachi. in tract. de gabell. in 3. membro. 8. parte, nu. 12. & facit, quod dicitur in donatione, quia licet conſenſus domini, non requiratur, quo ad effectum prælationis, requiritur tamen, quo ad approbationem emphyteutæ, antequā ingrediatur poſſeſſionem. Imol. in cap. potuit numero 16. & Bero. ibi, numero 96. Redoan. in titu. de laudim. §. iſta autem in prin. Iaſ. in l. fi. num. 101. & ſequen. ita declarat Petr. Iacob. vbi ſupra. Neq; procedit ratio Monta. dum dicit, ꝙ conſuetudo, ſeu ſtatutum diſponens de portione dominica, ſeu laudimio, eſt ſtricti iuris, eamque propterea non extēdi debere ad contractus, in quibus nullum interuenit precium, qui proprie venditioni non æquiparantur, quia non de venditione agitur, ſed de alienatione. Et contrarium ſentit Monta. in l. fi. circa. fi. vbi de laudimio tractat: Quam opinionem ſequuta eſt camera in cauſa Podiuarini, vbi permutatio facta fuerat feudi ad allodium ęſtimatione ſubſequuta, ad Deci. conſilio 160. Quod ſi feudi ad feudum fieret permutatio, maior eſſet dubitatio, cum in feudo permutato, iam reperiatur perſona approbata, & dummodo bona fide fieret, non videretur ſoluendum Laudimium, cum tali caſu videatur etiam permutatio poſſe fieri ſine conſenſu domini. ad Bald. in l. ſi domus. §. fina. de leg. primo. Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres. numero 86. de verborum obliga. & in l. 2. in prin. nu. 38. ff. ſi cert. peta. Iul. Clar. in §. emphyteuſis. quæſtio. 17. de quo dixi ſupra hoc eodem titu. de alienatione, verſicu. permutare. & de anno 1572. 19. Iunij in cauſa Caremæ Senatus ſenſuit deberi, qa īderat expreſſum recognitionib. alias ſecus ſentiebat, & mediam viam amplectitur Curia Delfinalis Guidop. di. quæſt. 92. vt videlicet ſoluatur laudimium, pro dimidia, de permutationibus feudorum, vel rerum emphyteuticorum vnius ad alteram, ſecus eſt de re ſubiecta, ad rem liberam, quia tunc deberetur integrū at vbi ſit de feudali ad feudalē diſtinguendum videretur, an res pemutatæ procedant ab eodem ſtipite, vel non? iuxta quæſtionem. 12. Et in eadem cauſa Podiuarini, Camera irritauit permutationem feudi factam per Borgarellum, cum allodio, tanqnam non bona fide factam, cum Borgarellus tempore permutationis eſſet ſine prole, & infirmitate poſt duos menſes deceſſit. Limitatur, niſi ſtatutum loqueretur de tertia venditione, quia non comprehenderetur permutatio cum venditionis appellatione proprie non contineatur permutatio. capi. primo. & ibi Panorm. de his quæ fiunt a prela. l. fina. de præd. decur. Bald. in l. fin. 2. colum. 1. verſ. extra hoc non. de condi. ob cau. vbi pulchre dicit, quod quantum ad verba, non continetur permutatio, quantum ad mētem, ſi loquitur in actu fauorabili, continetur ſi autem loquitur in ſtatutis odioſis, aut pœnalibus non continetur. Idem Bald. conſi. 440. ſecundum, & in ſi. volumi. 5. Iacob. in d. tract. de royd. nume. 33. Brun. conſilio 317. Fabian. de Mont. in tracta. de emphyt. in 2. q. princ. nume. 8. & 15. & per totam illam quæſtionem late tractat, quid veniat appellatione emptionis & venditionis Rip. in §. diui. numero 100. & ſequen. qui etiā ſe remittit ad dicta per Fabia. Sublimitatur niſi in permutatione interueniret pecunia, principaliter tamen, & non acceſſorie, vt quando precium eſſet maius, quam valor rei, cum qua fit permutatio, ſecus ſi eſſet minus. Iacob. vbi ſupra Guidop. d. deci. 92. & ibi add. nam vbi precium maius eſt tunc nō permutationem contrahi, ſed venditionem veriſimilius eſt, quod ſi minus ſit precium, quam res, additamenti cauſa uidetur permutationi precium appoſitum, neque mutat ſubſtantiam actus, niſi aliter de uoluntate partium conſtet, vt emptionis potius, quam permutationis contractum voluerint inire. Ant. de Butr. Panormit. & Imo. in cap. ad quæſtiones de rerum permutatio. Tiraqu. de retract. lignag. §. 30. glo. pri. in princ. & numero xi. & ſequen. vbi dicit, quod ſi maius preciū ſit appoſitum, quam ſit valor rei, licet permutationis verbo contrahentes vtantur, potius præſumimus venditionem, ne fraus fiat domino Io. Monta. d. ca. 4. Quid ſi precium ſit ęquale, aut parum diſtet, in dubio pręſumemus emptionem. Aſſli. poſt Bald. in prælud. feudor. numero 87. & hoc ſentit Alciat. ī lib. 3. fol 69. in fi. de verborum ſignifica. & in l. 2. in prin. num. 19. de verborum obligat. vbi etiam dicit, pro dimidia tūc eſſe propter mixturā contractus ſoluendum laudimium, quod de conſuetudine in cap. permutationibus, inquit non pręſtari. Tiraq. tamen, vbi contrahentes permutationis verbo vſi ſunt, ſatis dicit nos eſſe ī caſu claro, ut potius permutatio ſit, quam uenditio, late comprobat, numero 15. & pro ſua opinione inducit tex. in d. cap. ad quæſtionem, ſed propter ſuſpicionem fraudis, magis conſiderandus eſſet effectus, quam verba. l. inſulam. de pręſcr. verb. l. ſi vno. in prin. ff loc. Guidop. quæſt. 186. in fi. Dec. conſi. 164. numero 3. & facit regula, plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur, & in ſuſpectis, non ſtatur partium aſſertioni: ad Bart. in l. ſi forte de caſtr. pec. & notatur in l. ſi donatione. C. de collat. l. qui teſtamētum de probat. l. cum quis decedens. §. Titia. de lega. 3. Tiraq. de retrac. lignag. §. primo gl. 18. numero 78. facit, quod de mixto contractu venditionis, & donationis idem Tiraq. not. in l. ſi vnquam. in verbo donatione largitus, numero 2. cum ſeq. C. de reuoc. dona. Item ſublimitatur prima, & principalis limitatio, quando permutatio fieret cum re, quæ daretur ęſtimata, tunc enim facit emptionem, vt ſupra tetigi. not. in l. pri. C. de rerum permuta. Bologn. conſi. 25. æſtimatio enim regulariter facit emptionem. Tiraq. de retract. lignag. § primo. glo. 14. num. 20. idem ſi æſtimatio fieret a principio, licet eius executio penderet, vt ſi dictum eſſet in permutatione, quod poſſet quis recuperare rem permutatam, pro centum aureis, nā eam recuperando ſolueret laudimium. Modern. §. 55. nume. 97. idem tamen Moder. numero 106. dicunt, quod æſtimatio non ſemper facit emptionem, vt quando res permutatæ æſtimantur ad effectum tantum vt ſciatur, quanta ſit læſio, de quo dicentur quæſtio. ſequen. Quando autem permutarentur res cum ſpeciebus recipientib. functionem in genere ſuo, puta frumento, vino, oleo, &c. tenet Pet. Iacob. vbi ſupra uerſicu. item ſi debeat dari, quod l. fina. etiam in caſu prælationis habet locum propter identitatem rationis, ſed in ſtatuo difficilis eſſet id obtinere, propter ſtrictam in ſtatutis vocabuli interpretationem. ut per eundem in verſic. ſecundus autem, ſed hoc etiam caſu laudimium deberi puto, cum pecuniæ appellatione veniat, quod pondere, numero menſura ue continetur, & in genere ſuo functionem recipit. l. pecuniæ nomine, cum ibi notatis, de verb. ſign. Tiraq. d. §. i. glo. 14. num. 43. neq; adeo reſtringenda materia eſt, vt dominis pereant eorum directa iura, & commoda, deturque ſubditis anſa fraudandi. Eſt quidem verum, tertias venditiones magis odioſas eſſe, & ſtrictius accipiendas, quam ſint Laudimia. ſed non iudaice. c. in ijs. c. intelligentia. de verborum ſignificatio. Alcia. li. 2. c. tit. colum. 2. verſ. Alius eſt caſus.

QVAESTIO XXIX.

Succedit quæſtio, An pro re in dotem data ſoluēdum ſit Laudimiū, Et in primis quærendum eſſet, an res feudalis, vel emphyteutica

tica in dotem dari poſſit,irrequiſito domino? quod late ſatis tractat Iaſ.in d.l.fi.nume.107.Iſern.Bald.& alii in cap. j.§.donare.qual.olim ſeu.alie.pote. Fel.in d.cap. quæ in eccleſiarū. numero 75.Cur.in tract.feu.in vlt.cau.priuat.feud. quæſtio.4. numero 93.Iacob.de ſancto Georg.in verbo,ita etiam. num. 17.Cano.in cap.nuper.de donat. inter vir.& vxor. & in capit. ex parte.de feud.Brun.conſilio 305.de principe loquens, & conſilio 137.colum.x.verſicu.4.ſupra hoc eodem titu. verſic. In dotem dare.ſed magis in ſpecie in propoſito noſtro, laudimij, Cur. vbi ſupra videtur trāſire eum opinione Io. Rayna. quod, aut feudum datur ineſtimatum,& non ſit ſoluendum Laudimium, nec requiratur conſenſus domini. Aut datur æſtimatum tali æſtimatione,quæ faciat emptionē, & debeat requiri conſenſus domini,& ſolui laudimium, hanc opinionem refert Specu.Et eam ſequitur ī titu.locat.§.nunc aliqua. verſicu.110.Hoſtien.in ſumma in titu.loca.§.quid ſit de natura verſic.nunquid ergo.Pet.Iacob.in titu.de act.in rem pro re emphyt.verſicu.item excepta datione in dotem,qui ibi dicit, hoc procedere fauore dotis.Sali.in l.fi.colum.3.verſic. ſed an dominus.Guidop.quæſ.49. gl. Aufre.in deciſio.Toloſ. 278.Et iſta videtur communior.Bertran.conſilio 380. duo ſunt.vol. 2.Tiraquel.de retract. lignag.§.1. glo.14.numero 95.& 103. Redoan.titu.de laudimi. §.iſta autem numero 12. Iaſ.tamen in l.fi.numero 49.tenet ī diſtincte nullum deberi laudimium, ſiue ſit datum prædium æſtimatum,ſiue ineſtimatum,hac ratione,quod alienatio ſit neceſſaria.Io. pap.lib. 13. tit.2.arreſt. 24.vbi aliam adducit rationem, quia dos ſuccedit loco legitimæ,quam filia poteſt capere, etiam in corporibus hæreditariis,& arreſt.33.opinionem Iaſo.ſequitur Aymo Crauet.conſilio 215.illam limitando,& declarando,ex mente Iaſo.quādo alia bona non erant,quę poſſent in dotem dari,iuxta notata.in l.commodis.de re iudica.& ſic omnino alienatio erat neceſſaria,alias ſecus: ſed poſſet dici,quod neceſſitas non eſt aliqua in æſtimatione,licet ſit conſtitutione dotis. Argumentum autem procederet in reſtitutione dotis, vbi contingeret in defectum allodialium bona dari,ęſtimata pro reſtitutione ſummæ dotalis,vel in datione inſolutum,& nihilominus, in caſu,vbi non ſunt bona allodialia, quod in conſtitutione dotis,ſiue bona dentur æſtimata,ſiue dentur inſolutum,pro dote, non debeatur laudimium, cenſuit camera Regia, anno 1556. 19. Decembris in cauſa feudi Ripaltę.pro domino Georgio de Alinatiis, cōtra procuratorem patrimonialem, & idem cenſuit camera Ducalis,anno 1571. 28.Maij,in cauſa nepotum domini Georgij eo,quod concurreret duplex ratio,videlicet fauor dotis,& cauſa neceſſaria, & fuit dictum, quod etiam ęſtimatio neceſſaria eſt in dote conſtituenda, propter modum conſtitutionis, cum non liceat vaſallo totū feudum in dotem dare, ſi de parte congrue filia dotari poſſit.Paris.conſi.16.numero 32.volumi.1. Purpu. conſilio 343. & in omnem caſum agnati ſunt pręferendi ſi offerant ipſi precium.Rub. conſilio 59. numero 4. pro quo facit.§.porro. qual.olim feu.alien. pote. Retenta etiam communi opinione,quod debeatur laudimium, quando datur fundus æſtimatus,illam limitat Aymo, quando filia non erat de comprehenſis in prima inueſtitura,quia ſi foret de comprehēſis, nō prohiberetur quæcunque inter ipſos alienatio, præſertim patris in filiam,nec de ea deberetur laudimium, quod vtique ſine dubio procederet,inſpecta eorum perſona,iuxta ea quę ſuperius pluries dicta ſunt.Par.de Pu.cap.261.habens feudū, verum cum dos,licet pro filia detur marito,procederet communis diſtinctio,an detur æſtimata,vel inæſtimata. Idem Paris de Put.in cap.275.an res particularis.numero primo. & in cap.92.pater habēs.numero xi.& numero xxi.dicit, quod qn̄ emphyteuta vellet feudum in dotem dare extraneo, quod deberetur Laudimium, & generaliter ſi pro ea, quam quis dotare nō tenetur fundus in dotem detur, licet inæſtimatus, quod debeatur Laudimium, tenet Bertr. conſilio 315.volu. 3.par.2.& conſilio 57.volumi.7.Bru.conſilio 44.in fi.Ex quo infertur,quod non ſolo fauore dotis,eximitur quis, dum pater,vel mulier dat feudum in dotem a ſolutione laudimii, prout ſentiebat Pet.Iacob.ſed etiam, quia cauſa erat neceſſaria, vt quia pater tenebatur dotare,& alia bona non habebat,ex quibus congrue dotare poſſet. & conſequenter in caſibus,in quibus dos ex neceſſitate conſenſu domini non poteſt apponi.Doctor.in Rubr.& in §.donare,qual. olim feudum aliena. pote.vnde eueniente caſu lucri, non debebitur laudimium, quia ex neceſſitate facta ſit alienatio, ſecus ſi ex voluntate. Et aduertendum eſt, quod niſi dominus conſentiret pacto lucri dotis,etiam ſi conſentiret, quod feudum daretur in dotem,maritus non lucraretur illud ex pacto, vel etiam ſtante ſtatuto,quod lucretur dotem. Bald.conſilio 346.puncta.vol. 2.Brun.conſilio 286.in fi.volumi.3.quamuis ad id,quod dicitur de ſtatuto,maior ſit dubitatio, propterea, quod qui vult antecedens,cenſeatur velle,quod ſequitur ab eo.Aymo.conſilio 79.num.4.præſertim ſi dominus dicta ſtatuta non ignorauerit,Marin.Frec.lib.2.q.2.nume.15.& ſeq. Moder.in conſuetud.Pariſ.§.56.numero 41.ſequuntur communem diſtinctionem,ſed dicunt,quod Spec.diminute loquitur, quia æſtimatio non ſtatim facit venditionem,ſed ita demum ſoluto matrimonio,ſi maritus vellet rem ęſtimatam.ad l.plerunque.§. fina.de iu.dotium idcirco,non ſtatim,ſed reſtituta demum pecunia, & retenta re,deberi Laudimium. Ego autem ſtatim deberi laudimium puto poſt contractum,& matrimonio ſecuto,ab eoque tempore cenſeri factam venditionem, prout deprehenditur in d.l.plerunq;,vbi ad maritum ſpectat periculum,& poteſt interea maritus vendere.Caſtren.in l.ęſtimatæ. & in l.ſi æſtimatis.ff.ſolu.matrimo. electio autem, poſita eſt in facultate mariti,& ea non facit conditionem,ad notata.in l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in meſe.de verborum oblig. & hic appoſite facit,quod notat Bart.in l.ſancimus. C.de cōſul. lib.12.de quo infra dicam,Soc.conſilio 56.volumi. 1.numero 6.vbi ſeptem ponit caſus, ad effectum, vt dignoſcatur quando maritus,poſſit,aut debeat reſtituere rem,uel preciū, & ibi dicit,quod in dubio,quando res eſt æſtimata,licet non appareat,an ad effectum venditionis facta ſit æſtimatio,ea tamen facit emptionem.l.quoties.de iure dotium. & quod dicitur mulieri ſoluto matrimonio, etiam pro re æſtimata competere rei vendicationem.ad l.in rebus.C.de iu. dotium.intelligunt ibi Doctor. quod competat vtilis in ſubſidium, & id quod quidem.Speciali fauore dotis,in quibus autem caſibus æſtimatio nō facit emptionem, ſed ea fit ad alium effectum, de quo,per Soc.conſilio 16.& tradit Didac.pract. quæſt.capi. 28.perinde eſt,ac ſi tradita res eſſet ineſtimata, quoad ſolutionem laudimii:æſtimatio autem rei in dotem datæ,quid operetur,vide late per Didac.d cap. 28.vbi late in quibus caſibus ęſtimatio faciat emptionem,Sylu. nuptial.in verbo diuiti non nubendum Tiraq.d.glo.14.numero 20. Et cum dupli ci reſpectu fieri poſſit æſtimatio, vt etiam adnotauit Natta conſilio 650.ſi fiat ęſtimatio,vt ſciamus rei deteriorationem, ut in caſu l. ęſtimatis. ff. ſoluto matrimo. non debebitur laudimium.Redoan.vbi ſupra.

QVAESTIO XXX.

An de donatione debeatur Laudimium? videtur ꝙ non.Specu.in verſi.107.Pet.Iacob.verſi. item excepta donatione,& in verſicu.item colligitur hic, in §.vbi ſubdit,verſicu.3.quod in omni tranſlatione,quæ ſit ipſo iure,nō debetur laudimium:additio ad Guidop.quęſtio.48.in fi.deci. Toloſ.278.contrarium tenet in d.deciſio.glo. Aufre.& melius Imo.late in cap.potuit,numero 12. Guidop. quęſtio.46. dicens quod licet emphyteuta poſſit donare, irrequiſito domino glo.in l.fina.C.de iur.emphyt.Alexand.in l. domus.§.ſi fundus.de legat.1.& conſilio 120.volumi.pri.in fi.tamen, donatarius debet accipere rem per manus domini, & ei ſoluere Laudimium Modern.§.56.glo.pri.nume. 3. Alciat.in l.in cōuentionibus.in fi.de verborum ſignificat.Redoan.titu.de laudim.§.iſta autem.num.3.Ceſal.conſi.307.num.76. volumi.3. ſic,licet denunciatio ſeu conſenſus non requiratur, ratione prælationis,requiritur tamen ratione approbationis, & immiſſionis in poſſeſſionem, neque enim ratione prælationis recte denunciatio adaptari poteſt donationi. Bru. conſi.331. circa fi.volumi.4.conuenit tamen requiſitio conſenſus ad effectum approbationis,& ſolutio laudimii. Alber.in l.fin. Bal. in cap.quę in eccleſiarum.numero 34.Card.conſi. xv. Iacob. de ſancto Georg.in Authen.qui rem. C. de ſacroſanct.eccleſ. nume.126.Iaſ.in l.fi.numero 66.Bero.in cap. potuit. numero 88.Bertran.conſi.123.volumi.pri.par.2.vbi dicit hoc procedere,niſi in contrarium ſit conſuetudo,vel ſtatutum,vel niſi de venditione tantum debeatur.Brun.conſi.43.numero xv. Iul. Clar.lib.4.emphyteuſis.quæſt.xxv.& quæſt. xv. in fi.Hinc ſuccedit quęſtio,ſi de tertia venditione debeatur, nunquid debebitur de donatione,cuius deciſio colligitur ex iis, quæ dicta ſunt ſupra.quæſtio.28. de permutatione, quod non.Inſuper, non impertinenter hic etiam quæri poteſt, vbi adeſt conſuetudo,vel ſtatutum de tertia venditione.Si feudum partim vēdatur,partim donetur an ex conſuetudine tertiæ venditionis debeatur laudimium tātum pro parte? quod ſic modo id bona fide,& ſine fraude fiat. Nam fraus in hoc de facili committi poteſt modern.§.13.glo.52.quinimmo talis mixtio contractus,fraudem præſumi facit.Tiraquel.de retract.lignag. §.pri.glo.18.numero xi.vt infra notatum eſt. quæſt. 49.limita etiam,ſi eque principaliter agebatur,vt donatio fieret, atque venditio,ſecus ſi hoc intendebant contrahentes, vt venditio fieret,& precio aliquid remiſſum ſit, quia tunc ex toto iuſto precio laudimium debebitur ſm Mo.in §.23.nu.50. Redoan. vbi ſupra nu.28.Ego pro ea parte, pro qua verba donatio interceſſit,

terceſſit, laudimium non deberi puto, vbi de tertia venditione agitur. Quod enim iuris eſt de toto, ſiue dimidia, idē eſſe debet de qualibet parte ad l. quæ tota, de rei vend. quam exornat Tiraq. de retract. lignag. §. pri. glo. 7. nume. 37. 1. Euerat. in loco a toto ad partem. & a alias venditio facta minori precio, in eo, quod pluris valet res vendita, donatio eſt, & catenus reuocari poteſt per querelam inofficioſæ donationis. l. 1. quæſt. pri. verſi. opinio mea. C. de inoffi. dona. Alex. conſilio 55. conſideratis. nume. 3. volumi. 1. Quod vtique procedit, vbi vera donatio eſt, ſi quis autem minoris vendat, non donationis cauſa, ſed quia putet ſe iuſto precio vendere, tunc eius remiſſionis precii, etiam in laudimio ratio habenda non eſt, & ita procedere poſſunt quæ Moder. notant. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo donatione largitus. numero ſexto. C. de reuocan. donatio.

QVAESTIO XXXI.

An delegato, Vel hæredis inſtitutione laudimiū debeatur? Dic idem, quod in donatione. Bertran. conſilio 78. ex caſu volumi. pri. par. 1. Iaſ. in l. fi. nume. 50. Par. de Put. in cap. 141. an quando is cui. Redoan. ti. de laudim. §. iſta autem. nume. 13. fallit in hærede ſuo, vel, qui ab inteſtato in emphyteuſi, aut feudo eſſet ſucceſſurus: tunc enim nullum debetur laudimium Brun. conſi. 44. colu. pen. verſi. tertio. videtur, habetque rationem in ſe, quia alienatio eſt iſta neceſſaria. Aretin. in l. is poteſt. circa fin. de acquiren. hæred. ſitque in ſucceſſurum, qui ex tenore primæ inueſtituræ, reperitur vocatus: idem in legatario, quia ſub prima inueſtitura ſit comprehenſus: vt quando eſt pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus. Sal. quod ſi in inueſtitura, appoſita ſit dictio, ſucceſſoribus, dicantur legatarij comprehenſi, illud reſtringitur, quando ipſi legatarii, alioquin abſque diſpoſitione teſtatoris, ſunt de vocatis, puta deſcendentibus a primo inueſtito, ita declarat Soc. in conſilio 70. volumi. 3. Habemus etiam in patria noſtra decretum ducale in antiq. lib. 3. quod laudimiū non debetur, de bonis hæreditariis, legatis, vel fideicommiſſis, nec de rerum diuiſione. Idcirco, quo ad hos caſus, lex eſt nobis clara. Hoc etiam de iure communi ſentit procedere in hæredis inſtitutione, Ioan. Raynau. in ſuo comprehenſ. feudo. §. habito. num. 19. quod in tertiis venditionibus omnia procedit, ſed in laudimiis de iure communi, a ſupradictis non videtur recedendum.

QVAESTIO XXXII.

An ex tranſactione debeatur laudimiū? videtur, quod ſic, ad Bald. in l. per diuerſas. C. manda. vbi ſtatutum diſponens, quod de emptione, & venditione, ſoluatur gabella, habet locum in tranſactione & quitatione. Petr. Iacob. in pract. in titu. de act. in rem pro re emphy. verſi. item ſi res detur, tenet, quod ſi in tranſactione res in alium transferatur, accepta pecunia, quod laudimium debetur. ſequitur Tiraq. de retract. dicto §. primo. glo. 14. nume 63. & 69 ſecus, ſi remaneat res, penes poſſeſſorem, & alius cedat ius etiā mediante pecunia. ad l ſi pro fundo. C. de tranſact. glo. in l. ex cauſa. C. pro emptore. Bart. in l. nulli. de tranſact. hoc idem ſētit Iaſ. in l. fi. numero 122. Mar. deci. 52. numero 10. par. ſecun. & facit, quia debetur ratione nouæ poſſeſſionis, & hic res nō mutat poſſeſſorem. Bertrand. conſilio ducenteſimoquinquageſimoquinto. quæſitum. volumi. 3. & conſilio 302. viſo dubio, eodem volumi. par. ſecunda. Donec enim vaſallus feudū retinet, domino non fit præiudicium. Quo circa ſi contendatur inter partes, tamſuper poſſeſſorio retinendæ, quamſuper petitorio, & de re, vel parte eius fuerit tranſactum accepta pecunia, nullum videtur deberi laudimium & dum caſus iſtē ī camera fuiſſet diſceptatus fuit reſolutum laudimium non deberi, cum regulariter non debeatur ex tranſactione, bona fide facta, quæ etiam ſine domini conſenſu fieri poteſt. capi. ſi vaſallus de ſuo beneficio, ſi de feu. defun. controuer. fuer. cap. 1. de controuer. feud. int. vaſ. & all. Cur. in tract. feud. in 4. par. q. 8. Contrarium cenſuit camera, in tranſactione facta inter vaſallum & ſubditos, in qua tranſactum fuerat, quod mediante quodam cenſu, vaſallus cedebat quibuſdam ſeruitutibus, licet non appareret, quod eſſet in quaſi poſſeſſione illarum, nā ex hac ceſſione domino poterat inferri præiudicium: & idō eius conſenſus erat neceſſarius, & conſequenter, laudimium ſoluendum ex abdicatione iurium vaſalli, in non vaſallum: Ratio differentiæ inter vnum caſum atque alterum eſt in promptu, quia in primo non conſtito, quis eſſet vaſallus, vel poſſeſſor, domini non intererat habere vnum potius, quam alterum. in ſecundo domini valde intereſt, propter extinctionem, & remiſſionem iurium. Et in ſimili caſu etiam de anno 1569. 27. Ianuarii, Senatus cenſuit in cauſa Balangerij, in qua facta fuerat tranſactio per dominos, cum hominibus loci, de certo annuo cenſu, ex cauſa ſucceſſionum, & tertiarum venditionum, quas prætendebant domini, debitas ab hominib. quod ille cenſus, tāquam ſubrogatus loco debitarum eſſet feudalis. Camera in capi. imperialem. fol. 302. licet in contrarium adduceretur, quod non appareret illas debituras contineri in inueſtituris, aut de iure deberi, minuſque dominos fuiſſe aliquando in earum poſſeſſione, vel quaſi: & nihilominus, cum remitterentur iura viſum fuit, quod ex tali tranſactione deberetur laudimium, & quod cenſus etiam ſubrogatus eſſet feudalis, ita quod ſi contigiſſet de illo cenſu contrahi, vel eum alienari, laudimium etiam deberetur, & perinde iudicandum eſſet, ac de feudo. Et ita etiam iudicarunt ſenanatus, & camera, in cauſa Colegij, in qua primo dominus Collegij remiſerat hominibus molēdina, mediāte annuo cēſu, & poſtea cenſum remiſit, acceptis molendinis, & quadam ſumma pecuniarum: Ideo fuit dictum, quod ex hac vltima remiſſione deberetur laudimium, ad ratam pecuniæ acceptæ faciunt quæ infra traduntur. q. 41.

QVAESTIO XXXIII.

An ſi res pignoretur, debeatur Laudimium? Quod non: cum non ſit alienatio, quamuis per eam ad alienationem deueniatur. glo. in cap. pri. in verbo, inde, vbi etiam Doctor. de alienat. feud. Aym. conſilio 464. ī prin Modern. Pariſien. §. 22. numero 60. & licet ſit differentia inter feudum & emphyteuſim, quoad prignorationem, vt feudum non poſſit pignori dari, emphyteuſis autem ſic, irrequiſito domino. Iaſ. in l. fina. numero. 78. cum ſequen. tamē, quoad ſolutionem laudimii, idem ius eſt, cum ex hypotheca nō efficiatur quis dominus: limitatur, niſi, res ſit pignorata, pro æquiualēti p̄cio rei. ut veriſimiliter nulla eſſet ſpes luitionis, id enim ſine domini conſenſu fieri non poteſt. Bald. in l. ſi. C. de reb. alie. non alien. per l. qui habebat, de leg. 3. Alexand. cōſilio 169. in fi. volumi. 6. idem Bald. in cap. 1. in prin. in 1. nota. de prohibita feud. alien. per Federicum, vbi etiam Afflict. nume. 42. & numero 46. diſtinguit, an oppignerationem ſequuta ſit actualis traditio, quæ videtur rationabilis diſtinctio, quā ſequutus eſt Senatus in dicta cauſa Caremæ, & pro ea videt tex. in §. aut ſi libellario. Quibus modis feudum amitta. ubi aut pignore plus medietate obligauerit, ita ut tranſactum permittat. facit, quod notat Alexand. in l. 1. §. per ſeruum coporaliter, circa fi. de acquiren. poſſ. & ibi etiam alii ſcriben. Nam tunc licet contractus ſonet in pignus, re uera tamen potius eſt venditio, & alienatio paleata, quam ſubditi faciunt, vt fraudent dominos ſuis iuribus, & laudimiis, Iacob. royd. nume. 37. quæ ſimulatio deprēhenditur ex eo potiſſimum, ſi is cui pignus fuerit datum, fructus percipiat, quos alioquin ſuos nō facit, niſi ex translatione dominii, ut infra dictum eſt quæſti. 49. Quod ſi re vera pignus eſſet, abſque alia fructuum perceptione, & nulla eſſet fraudis ſuſpicio, licet feudum pro ęquiualenti precio eſſet pignoratum ſecuta etiam traditione laudimium non deberi exiſtimarem, cum eſſet in hoc etiam caſu ratio conſecutionis laudimii, videlicet approbatio noui vaſalli. Et dicitur hæc impropriiſſima alienatio. vt Bald. inq̄t in di. §. aut ſi libellario. in fi. & licet feudum ſine conſenſu domini eo modo pignorari non poſſit, non tamen ex eo conſenſu approbatur vaſallus, ſed remanet vaſallus is, qui pignori dat, & is ſubit onera, niſi domino directo pignori daretur: ad not. in cap. j. de feud.

QVAESTIO XXXIIII.

An de locatione ad lōgum tempus facta per emphyteutam debeatur laudimium? quod ſic, cum per eam, ius in rem transferatur. l. fina. ff. ſi ag. vectig. vel emphyteu. pet. l. pri. §. quod autem ait prætor. & ibi gloſſ. de ſuperfic. propterea, quod alienare dicatur locator, & hāc partem tenet Pet. Iacob. in verſi. item precium, vbi ſubdit idem, ſi ad modicum tempus fiat de loco publico fruendo. Idem in verſicu. Item in locatione. Alexand. conſilio centeſimoſexageſimoquinto. volumi. 2. Deci. conſilio 204. Par. de Put. in ca. 144. pone, quod facta fuit locatio. Caſſan. in conſuet. Burgun. titu. des cenſes. §. 7. numero 3. facit, quod notat Felyn. in capi. quæ in eccleſiarum. numero 87. Bertran. conſilio ducenteſimoquinquageſimoquinto. numero 4. volumi. 7. & ipſe ſequitur conſi. Decij. cum etiam ſentit Redoan. titu. de laudimi. §. iſta autem. numero 14. Comprobantur iſta, quoniam ad longum tempus, vaſallus nec emphyteuta, non poteſt ſine conſēſu domini locare. Bald. in capi. 1. in princ. nume. 16. de his qui

feu.

ſeud.dare poſſ.vbi poſt Io.An.dicit, quod alienationis nomine continetur locatio ad decem annos, & ibi numero 23.dicit,ꝙ locans in centum annos.nō dicitur alienans, ſi ſit actū quod tot ſunt locationes,&c.alioquin ſecus ſubdit tamen,ꝙ fraus ex eo preſumitur.& in c.j.§.ſi libellario.in fi. quib.mo. ſeud.amitt.& Bald.dum cenſet locationem ad longum tempus,dici alienationem ideo non poſſe fieri irrequiſito domino.omnes ſequuntur,vt dicit Iacobi.in verbo, & cum pacto de non alienan.numero 13. Curt,in 4.par.in vlti.cau.amiſſ. ſeud.in prima regu.quęſt.3.Afflict. de prohibita feud.aliena. per Federicum,cap.j.nume.61.Zaſi.in 9.par.Feudor. num.13: & in emphyteuſi.Iaſ.in l.fina.quæſt.4.C.de iur.emphyt.Alex. conſi.105.volumi.3.Iſer.& alij in conſtitutione, conſtitutionem diuinæ memoriæ.& late, tractat Bened.Camer. in repetitione.l.imperialē.de proh.feu.alie.char.16.120. Par.de Put. in cap.120.an bona demanij, & ex quo requiritur conſenſus in tali locatione,ſequitur,quod pro conſenſu & approbatione contractus,debeatur Laudimium,concurrente tranſlatione iuris, præſertim, cum ſpecies alienationis ſit huiuſmodi: Contrarium videtur,quod videlicet non debeatur laudimiū ad glo.in l.codicillis.§.inſtituto.in fi,de leg. 2. vbi argumentū glo.quod locans ad centum annos, non dicatur alienare, & videtur tex.in §.donare.qual.olim ſeu.alien. & hanc partem ſequunt.Mode.§.56.glo.j.numero 6.& in addi. ad Alexan.cōſilio 119. volumi. 3. & hæc opinio ex generali conſuetudine Galliæ videtur approbata.Io.Pap.libro 13.titu. 1,art.21.& facit,quia feudatarius,poteſt fructus rerum feudalium pro tempore vitæ ſuæ vendere.Aluar, c.imperialem. nmero 13.& ibi Afflict.numero 30.Tiraquel,de retrac.Lignag.§.pri.glo.7.nu. 46.Par.de Put.in cap. 255. an feudatarius:eam quoque partē tenet Boer.deciſ.234.dicens, ex hac locatione non transferri vtile dominium,& circunſcripto,pacto,vel conſuetudine,videtur idem ſentire Bald, conſil. centeſimouigeſimoſeptimo. volumi.pri.in fi.quod tamen non admitto.Quinimmo,vtile dominium transferri paſſim tenent Doctor.vt etiam ipſe cōmuniter teneri dicit, niſi aliter inter partes actum ſit.Bart.in d.l.j.per illum tex.de ſuperfic.Alexand.conſilio 120.volumi. 3.Iaſ.in l.manumiſiones.numero 6.ff.de iuſt.& iure. Brun.cōſilio 161.colum.2.volum.2. Afflict. in tract. prothomiſ. in 8. notab.Soci.iun.conſilio 56.numero 11.volum. 2.late Tiraq. de retract.lignag.§.pri.glo.14.numero 79.cum ſequen.vbi dicit talem locationem ſortiri vices emphyteuſis.Didac.Var.reſol.libro 2.cap.16.vbi adnotat,quod ſi in locatione additum ſit,quod nullum transferatur dominium, vbi fraus fieri poſſet prohibitioni de non alienādo,haberi nihilominus eo caſu locationem, pro alienatione, allegat Bal. in Authen.hoc ius colum.j.verſicu. 6. C.de ſacroſanct.eccle.idem dicit Bald. in cap.1.numero 7.de prohib.feud.alien.per Federicum, aſſerens tale pactum videri appoſitum in fraudem Fabia.de Mōtein trac.emp.in 4.q.prin.q.vlt.nume.8.& paſſim Doc.tenēt, dici ad longum tempus locationem factam ad deceniumd. l.fina.& ibi glo.ff.ſi ag.vectig.Par.de Put.cap. 256.an ſi feudatarius.Idcirco, a ſuperiori opinione non videtur diſcendendum,prout eam tenent Barto.& alij.in d.§.inſtituto,reprobātes ibi glo.quæ etiam reprobatur per glo.iuris canonici in clemen.j.de reb.eccle.non alienan. In verbo, locationes, & per Doctores omnes allegatos, & quod nō debeatur Laudimiū, poſſet procedere de conſuetudine Franciç, de qua atteſtatur Boerius.de iure autem,circunſcripta conſuetudine, verius videtur conſilium Decij: Neque me mouet argumentum, qđ in contrarium adducebat Do.Io.Franciſcus,Nucetus dum caſus iſte ſemel contigiſſet in camera diſputandus,coram Sereniſſimo Duce noſtro, quod ex quo de iure in feudis non debetur laudimium,ſed ex conſuetudine patriæ:quod iſta conſuetudo non ſit extendenda ad locationem.ad Barto. in l.1. §.ſi quis hoc interdicto.de itinere actuque priua. cum vulga. quia,ex quo adęquata ſunt feuda emphyteuſibus, per viam regule,quoad ſolutionem laudimiorum, diſpoſitum in vno habebit locum in alio.adnota,in l.1.de leg. 1. & faciunt notata,ſupra in quæſt.3.Præterea, eſt iſta interpretatio conſuetudinis paſſiua,quæ admittitur,licet materia non ſit alias extendibilis.ad Bartol in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de furt.& in l.omnes populi.in 6.quæſt,princ.quæſt.5. de iuſt.& iur.Roch.de Cur.in tract.coſuetu.numero 536.& ſequen. Ad id autem,quod dicitur de vēditione fructuum,illud eſt quia per talem venditionem nullum cōſtituitur ius in re, & diuerſa sūt inter ſe,res,& fructus rei.l.in ædibus.§.1.de donat.not.per Aluaro.& alios ſupra allegatos:facta itaq; venditione fructuū, non ſit venditio rei,nec rei dominium aliquod,aut poſſeſſio transfertur,neque aliqua in rem actio competit emptori,ſed perſonalis ex empto tantum,ſecus in locatione longi temporis, vt ſupra dictum fuit, & ideo licet poſſit fructus vendere non tamen poteſt vſufructuarium facere.gl.in cap.pri. §.preterea.de capit. Contra. Iacob.in verbo.ita etiam quod.nu.14. & ita declarat Alexā.conſi.18.numero6.volumi.v.Cremon. ſingu.85.quem ſequitur Hyppo.in l.3.§.cum quidam.de quæſ. & nihilominus etiam in venditione fructuum, quando fit vltra nouennium Senatus in dicta cauſa Carenię, cenſuit,deberi Laudimium,vt tollatur via fraudibus, quod vtique procedere exiſtimarem, quando fieret ad certum & determinatum tempus,ſecus,ſi indeterminate, & indefinite, fieret fructuum venditio, videlicet, ad vitam:nam licet poſſet viuere vſque ad centum annos, poſſet etiam ſtatim mori. Camer. char.128.ſecundum Paru.Impreſſ. & facit, quod not.add. ad Bald.in cap.1.verbo alienationes de his,qui feudum dare poſſunt,vbi diſtinguit,aut alienatur vſusfructus:aut quis promittit dare fructus,qui naſcentur,etiam ad centum annos,& tūc cum ex tali promiſſione oriatur perſonalis obligatio,nō autem conſtituatur ius in re,non dicitur talis promiſſio alienatio. Et in caſu,qui tractatus fuit in Camera coram principe, præſente eius etiam conſiſtorio,fuit declaratum, deberi Laudimium, ſed illud fuit ex principis liberalitate remiſſum,& abſolutus reus. Sed & ſi laudimium debeatur ex locatione ad longum tempus,erit tamen laudimij quantitas moderanda,vt nō tāta pecunia ſoluatꝛ,quāta ꝑ uēditio,ne, cū vna vēditio auferat tꝑa multarū locationū. Idcirco arbitrio iudicis taxa erit moderanda,& valde intererit,an locatio, anticipata ſolutione ſit facta, vel ſtatuta penſio, ſingulis annis. Quod expreſſe cautum ſit, vt non tranferatur dominium vtile,vel ius aliquod in re vt ſupra dixi,videtur,quod nō debeatur Laudimium: niſi pactum in fraudem ſit appoſitum.Bal. in d.cap.imperialem.& Felyn.in dicto cap.quæ in eccleſiarū. numero 87.de conſtitu.vbi inquit,quod tunc dicitur tranſlatio ſolius commoditatis: eſt tamen dictum pactum valde ſuſpectum,vt ſupra dictum eſt: prout etiam ſuſpectæ admodum,ſunt clauſulæ, ſiue cautelæ. Quod tot ſint locationes, quot anni:de qua cautela ſupra dictum eſt,poſt Bald.Similiter ſuſpecta eſt clauſula ſiue pactum, de renouando de tempore ad tempus.Fely.vbi ſ.& Bero.in fi.c.

QVAESTIO XXXV.

Ex promiſsione de vendendo, Aan debeatur Laudimium? Quod non: Eſt ſatis clarum: neque etiam ex promiſſione huiuſmodi emphyteuta vel vaſallus cadit in commiſſum. Doct. in l.in bonęfidei.de eo quod certo loco.Bald.in l.i.C.de pact.pign.Tiraquel.de retract.conuention.§.fina.numero 44.Modern. §.lv. gloſ. 1.nume.78.& tam per Tiraquel.quam Mode.plura adducuntur de promittente contrahere, quæ apud eos videri poſſunt.Et an vēdere promittens ſine conſenſu domini obligetur ad intereſſe? Marin.Frec.lib.2.in prima autor.§.pluribus.nu.28.fo.145.

QVAESTIO XXXVI.

Quid ſi contractus Sit celebratus ſub conditione,an laudimium ſtatim ſolui debeat, vel expectato tempore conditionis? Iacob.de ſancto Georg. de Royd. numero 38. ſe refert ad Bart. in l.ſancimus.C.de conſul.libro 12.qui de hoc nihil dicit,ſed tantummodo.dicit,quod ſi aliquid ſit ſoluendum in adeptione dignitatis, quod qui eſt electus in conſulem, licet ſibi adminiſtratio non ſit conceſſa, tenetur nihilominus illud ſoluere, & ſic non loquitur in diſpoſitione conditionali, & ita eum ibi declarat Ioann. de Plat. bene tamen dicit Barto. ibi, quod ſi quis ea lege dederit aliquid alicui, vt ius non transferatur in eum, niſi, mortuo donante vel vendente,quod ſi a principio fuerit ſoluta gabella donationis, aut venditionis, non tenebitur donatarius iterato ſoluere mortuo donante, & ideo dicit Iacob.nu.39. ꝙ cum de promiſſione vēdendi nō debeatur Laudimium,Bald.& Ange.in l.1. C.de pact.pigno. & dixi ſupra,ſi tamen quis ſponte ſoluerit, non tenebitur iterato ſoluere,vbi actualiter vendidit,ea ratione, quod quando fuit ſolutum Laudimium de principali contractu,non debet ſolui de executione, etiam ſi illa executio tranſeat in nouum contractum: allegat Barto.in l.interdum.§.quoties.de public.Bertach.in tract.de Gabel.par.v.quæſt.3. & ſequen.Sigiſmond.inter conſi.feud. conſilio xv.numero 16.Sed quod incontinenti, non expectata conditione,debeatur laudimium, facit;quod not.idē Bertach.de Gabel.par.v.quæſt. xi.& par.6. in princ.vbi dicit, quod ſi de contractu debeat ſolui gabella, ſi contractus ſit conditionalis,ſoluitur a principio, non expectata conditione: Idem dicit Aretin.conſilio xi.columna 2.in princ.allegant not.per Barto. in dicta l.ſancimus.verum ī caſu noſtro,laudimium non ſimpliciter ſoluitur de contractu, ſed de effectu cōtractus,id eſt laudatione domini, vt in principio dixi Moder.§.22.nu.40. in fi. vnde quandiu cōtractus poteſt

reſt ſe habere ad eſſe, & non eſſe, non requiritur, quod dominus laudet emphyteutam, nec interim debetur laudimium, & quod de contractu conditionali, ante euentum conditionis, omnino non debeatur laudimium: Guido papę conſil. 116. in ſecundo dubio nec etiam ante euentum conditionis res ſit caduca. Tiraq. de retra. lignag. §. 1. glo. 2. numero 22. & glo. 10. numero 46. qui plura in materia contractus conditionalis, non extra propoſitum, congerit, per quæ etiam reddi poteſt dubia deciſio Bertach. Moder. in conſue. Pariſ. §. 13. gl. 5. numero 23. & adeo tempus purificatæ conditionis eſt attēdendum, vt ſi contractus celebratus ſit tempore vnius cōductoris, & purificatus tempore alterius, debebitur laudimium ſecundo, non primo. Io. Pap. lib. 13. titu. ſecundo arreſt. 26. vbi tamen propter clauſulam ex nunc prout ex tunc refert ſententias contrarias.

QVAESTIO XXXVII.

Quid ſi appoſitum ſit pactum

De retrouendende? videtur, quod neque tunc ſit ſoluendum laudimium: niſi lapſo tempore, cum dominium rei emphyteuticæ non ſit irreuocabiliter translatum, quinimmo ſecundum multorum opinionem, aduenienté die recatus, vtile dominium retrotransfertur, abſque ceſſione, adeo, vt poſſit res a quocunque per venditorem vendicari, quod vltimum eſt expeditum in patria noſtra per decretum poſitū in antiq. lib. 3. ſub rubrica ementes, vt videlicet contra quemlibet poſſeſſorem competat actio ī rem ſcripta, licet de iure communi plures tenuerint contrarium, vt late per Tiraquel. de retra. conuentio. §. i. glo. 6. & Aymo. Crauet. conſilio 201. & hanc partem, quod non debeatur laudimium. tenuit Caſſan. in titu. des cenſes §. pri. numero 15. ſequendo Boer. in conſuetu. Biturig. allegat Io. Fab. in l. fina. C. comm. de lega. ſed Io. Fab. loquitur in venditione conditionali, & quæ in irritum ipſo iure deducitur, eueniente caſu, & idem Caſſan. ibi ſupra §. 7. in fi. relinquit cogitandum: hanc etiam opinionem tenet Boer. deciſ. 182. numero 39. & deciſ. 234. in fi & idem Boer. conſilio 3. numero vigeſimoſeptimo. innitens ei rationi, ꝙ huiuſmodi pactum operetur retrotranslationem dominii vtilis ſoluto precio, quod tamen circunſcripta patriæ conſuetudine, eſt contra communem opinionem, ut per Tiraquel. vbi ſupra. facit pro hac opinione, quod dixit Bald. conſilio ducenteſimodecimoquinto. proponitur. colum. 2. verſi. item pactum retrouendendi. volumi. ſecun. quod vbi appoſitum eſt pactum de retrouendendo, videtur vaſallus potius, vendidiſſe cummoditates feudi, quam ipſum ius inſeparabile, & idem Bald. conſilio 164. maritus. volum. v. vbi dicit ſolutionē gabellæ pendere ex futuro euentu, an videlicet intra tempus luendi res redimatur, necne, quamuis caſus Baldi ſit diuerſus ex quo ſemel fuerat ſoluta gabella de promiſſione. Et hanc opinionem valde æquam dicunt Modern. Pariſien. in cōſuetu. § lv. numero quaranteſimooctauo. quando facultas redimendi eſt ad modicum tempus, & §. 41. numero 19. Et hoc præſertim in patria noſtra, vbi ſoluitur egregium laudimiū, & multomagis in tertiis venditionibus, adeo, vt durum ſit venditionem, qui emptori tenetur reſtituere laudimiū ꝓ modico interuſurio temporis quo pecuniam retinet debere, pati iacturam egregii laudimii, ſed durius eſt, quod domini came. Auditores quandoque faciunt, vt eodem caſu etiam cogant emptorem, ac venditorem ad duplex laudimium ſoluēdum, allegantes ſolitum, quod pro ſuo arbitrio inducunt: In huiuſmodi quæſtione, an ſoluendum ſit laudimium, durante tempore retrouenditionis, diuerſas enarrat conſuetudines Tiraq. de retrac. conuention. §. 6 glo. 2. numero 4. & ibi etiam non debetur, ſi tamen ſolutum ſit, non reperitur. Arius. Pinel. in l. 2. par. 2. cap. 3 numero 36. C. de reſcind. vend. Contrarium verius eſt de iure, quod immo laudimium debeatur: cum venditio a principio ſit perfecta, nec pendeat ab aliquo futuro euētu, licet reſolubilis ſit, eſtque hoc caſu translatum dominiū vtile, cuius translationis intuitu, Laudimium debetur. Alber. Bald. & Caſtr. in l. ab emptione. de pact. Maſuer. in titu. de loc. & iur. emphy § pri. quæ referunt & ſequuntur Modern. in cōſuetud. Pariſ. §. 22. quæſt. 3. numero 12. declarando dicta Boerij procedere in retrouenditione, non uenditione, vt de ipſa retrouenditione non debeatur laudimium, Redoan. titu. de laudim. numero 9. & hanc opinionem, quod ex retrouenditione non debeatur Laudimium ſequutus eſt Senatus de anno 1561. in cauſa Reuerend. Epiſcopi Aſtēſis, & domini Bernardini Cambiani, & de anno 1572. in ſupradicta cā Cateniæ. Diſtinguunt tñ in hoc puncto Doct. vtrum pactum reſolutiuum contractus recipiatur per verba directa, & reſoluat contractum, vt ex nunc, vel per verba obliqua, quæ reſoluant, vt ex tunc: primo caſu, cum vt ſupra diximus, ex contractu conditionali non debetur laudimium, nam debebitur ex pacto, quod reſoluit, & irritat contractum, vt ex nunc, non perinde habetur, ac ſi contractus nō eſſet celebratus, vel ac ſi eſſet celebratus ſub conditione, & quando dicatur contractus reſolui, vt ex nunc. Alexand. conſilio 10. volumi. 1. videlicet, ſi pacto de retrouendendo adiectum ſit, ita quod redemptione ſecuta, contractus ſit nullus, & habeatur pro infecto, non debebitur Laudimium. Idem ſi dictum ſit, quod res ſit inempta, in d. l. ab emptione. Albe colum. 2. verſic. contra quærit hic Guliel. Caſt. §. 23. numero 11. 12. & ſequen. Mar. deci. 572. Tiraq. vbi ſupra. Aym. conſilio 332. numero 4. & Mod. §. 55. numero 166. dicunt, quod vbi longum tempus eſt appoſitum huic pacto, & emptor lucratur fructus, quod debetur laudimium, ſecus ſi breue tempus ſit adiectum pacto: nec vim faciunt in verbis reſolutiuis. Et de anno 1464. 5. Nouembris, in quadam cauſa accenſatoris Ciriaci. contra iugales de ſangano, vbi pactum fuerat appoſitum, quod ſi venditor reſtituiſſet pecuniam infra menſem, contractus haberetur pro infecto, Senatus cenſuit, non deberi laudimium, attenta breuitate temporis, & quod nulli fructus eſſent percepti, ſecus ſi tempus longiuſculum fuiſſet appoſitum, & fructus ſaltem vnius anni emptor lucratus fuiſſet, eo præſertim, vt obuietur malitiis emphyteutarum, ac fraudibus, ne eo pacto domini directi priuentur ſuis laudimimiis, cum facile eſſet reperire huiuſmodi viam, habetque rationem hæc deciſio, cum non omnino reſoluatur contractus, quando emptor fructus lucratur, tanquam ſi a principio nihil actum eſſet, ſed potius re ipſa diſſoluitur, vt ex tunc, quicquid ſonent verba contractus, cuius effectum inſpicere debemus Docto. autem in l ab emptione, loquuntur de vera reſolutione, & quando contractus ad non cauſam deducitur. Secundo caſu, quando reſoluitur per verba obliqua, ſiue vt ex tunc, debetur utique laudimium, etiam ſi ipſo iure pactum operaretur retrotranslationem dominii, modo tamen non importet reſolutionem cōtractus ipſo iure, nam non dicitur contractus ipſe pendere, aut ſtare in ſuſpenſo, prout ſupra, quamuis ſit reſoluibilis re ipſa, ex ſubſequenti facto partium, & potius reſcinditur, quā ad non cauſam deducatur. Ita Caſtren. & alii ubi ſupra. Ego vero ſic hanc quæſtionem abſoluo; Quando pactum concipitur per verba directa, aut venditio eſt conditionalis, & non debetur laudimium, vt ſupra dixi, aut eſt puta, ſub conditione tamen reſoluenda, & puto nihilominus deberi argumen. l. ſi res. de contrahen. emptio. & l. 2. de in diem adiect. vbi ponuntur exempla. Alexan. in l. ſtataliberi. circa fi. ad leg. Falc. & habet rationem in ſe, cum ſecundo caſu interim ſit domin⁹ emptor, & fructus faciat ſuos, & vt dicit tex. potius ab emptione diſceditur, quam quod inemptus a principio fundus cenſeatur, prout in ratione deciſionis uenatur ſupra, proxime dixi, & ita videtur ſenſiſſe Brun. in conſilio ſno. 123. volumi. 2. hancque meam opinionem ab æquo, & bono, non abhorrere exiſtimo, & reddit hanc materiam ſatis claram, & pro ea facit, quod notatur in quæſt. 39. poſt Barto. Iaſ. & alios in l. fi. §. ſed quia. C. comm. de leg. quod ſi alienetur res fideicommiſſo ſubiecta, interim tenet alienatio, licet reſolubilis ſit, Et propterea debetur ex tali alienatione laudimium, propterea, qđ a principio tenet contractus, qui eueniente caſu fideicommiſſi reſoluitur. Eo tamen caſu, quo Laudimium deberi dixi de venditione cum pacto de retrouendendo, vnicum tātum debetur laudimium de ipſa venditione, non autem ſoluetur de retrouenditione, aut reſolutione contractus, vt ſupra tactum fuit argumen. l. ſi pro fundo. C. de tranſact. Alb. in d. l. ab emptione. Tiraq. vbi ſupra glo. 7. & §. 6. numero 19. Boer. deciſio. 182. numero 39. Io. pap. lib. 13. titu. 2. arreſt. 23. vbi dicit Doctores tenere, quod Laudimium dēaī pro prima venditione. Modern. §. 23. numero 7. neque enim noua videtur acquiſitio. Deci conſi. liiii. placet mihi. colum. 2. verſicu. ad hoc poſt Barto. in l. in diem. de aq. plu. arcen. & idem Dec. conſilio 88. numero 3. dicit, quod tali caſu, bona non translata, ſed reddita videntur, & facit quod dicitur talis retrouenditio neceſſaria, cum illa fiat in exequtionem pacti in contractu primo appoſiti, & cui dominus alias conſenſum præſtitit, & non debetur de exequutione laudimium. Angel. in l. ſi hominem de vſucap. Io. de Plat. in l. ſancimus, verſicu. & ſimiliter. C. de conſult. libro 12. Bertra. conſilio 45. pridem in fi. volumi. 1. & ſupra. quæſtio. 26. & ſequen. Par. de put. in cap. 326. & circa iā dicta. numero 12. & in propoſito Afflict. in cap. imperialem. in principio. numero 39. de prohibita feu. alien. per Federicū, vbi, ſi dominus præſtitit conſenſum. contractui venditionis in quo aderat pactum de retrouendēdo, emptor poteſt retrouendere ſine conſenſu, & ibi Camer. char. 58. alias. 362. ſecundum paru. impreſſ. Aym. dicto conſilio 332. numero 14. facit, quod notat Afflict. deciſio. 285. numero xiiij. vbi dicit, quod conſenſus præſtitus in principali contractu, trahitur ad omnia, quæ veniunt in exequutionem, & ex dicto Afflict. inferē,

quod

quòd ſi pactum de retrouendendo fuerit aliquo interuallo poſt vendõnẽ appoſitũ,& de eo in regſitione,& appoſitione conſenſus non fuerit habita mentio, quod ex retrouenditione debebitur Laudimium.Io.pap.d.arreſt.23.conſenſus enim appoſitus venditioni non trahitur ad pactum retrouẽditionis,Mari.Fre.lib.2.quæſt.16.quod fuiſſe de mẽte Bal. in d.l.ab emptione. dum diſtinguit, aut pactum ponitur a principio, vel integra,aut non,& infra comprobabo. Et quod non debeatur de executione,facit, quod dicitur ſi adſit ſtatutum, ꝙ de quolibet contractu ſoluatur gabella, quòd ſi fiat compromiſſum,& ſequatur laudum,quod de laudo non ſoluetur gabella, quia eſt executio primi contractus Bald. in rubri.ad fi. C.de rerum permu.Barb.in rub.numero 9.& quod not.in ca. primo. extra depoſiti. Rip.in l.i.numero 59.ff.ſi cer.peta.vbi de fideiuſſione dicit non eſſe ſoluendam gabellam,idem,vbi duo contractus reincidunt in vnum. Bal.in l.cum dotem.in fi.C.de iu.dotium.Hoc idem ſentiunt Modern. d.§.22.q.3.nu. 13.& 18.vbi hoc limitant in mero pacto retrouenditionis,ſecus in facultate prælationis a principio data, vt ſi dictum ſit quotieſcunque voluerit vendere,teneatur emptorem præferre:iidem etiam limitant.§.55.numero 58.ſi ipſemet redimat, ſecus,ſi tertius ex iure ſibi ceſſo. Et quod dicitur per Bald.& Ang.in l.ab emptione, quod ad multitudinem traditionum ſequitur multitudo Laudimiorũ, ad l. quicũque. C.de ſer.fu. procedit,ſecundum limitationes ſupra prox.poſitas, & quando pactum non a principio, & in ipſo contractu, ſed ex poſt fuit appoſitum. Par.de put.in d. c. & circa iam dicta.Mar.deciſ. 171.& 602.Tiraq.d.glo.7.& ita intelliguntur dicta Doctorum contrarium tenentium. in l.ab emptione.& Iaco.in tra. de Royd.numero 35.verſicu.per prædicta, qui ſe remittit ad notata per Docto.in d.l.ab emptione, dicit diſtinguendum, vt ibi per eos: Iacobi.ſequitur Cagnol.in d.l.2 numero 233. Ex his,declaro dictum Bertah.in v.par.quæſt.4.dum ſequitur conſi.Caſtren.quod mihi eſt 266.videtur dicendum. volum. pri.reprobando opinionem Ange.in l.cum eiuſdem.de ędil. edic.qui cenſuit, quod ſi in contractu dotis promittatur pecunia,& pro ea dentur inſolutum immobilia, quod vnicus eſt contractus, & vnica debetur gabella,ex diuerſo Caſtren. ſi promiſſa ſit pecunia,& in defectum ſolutionis data licentia creditori capiendi immobilia,& ea vendendi, vel pro ſe retinendi, cenſet facta venditione ſub haſta duos eſſe cõtractus, & quod duplex gabella debeatur: nam loquuntur Caſtren. & Bertach.quando de datione inſolutum in primo inſtrumẽto non fuit præciſe conuentum, ſed tantummodo de facultate vendendi.nam diuerſi ſunt contractus promiſſio ſolutionis,& venditio poſtea ſubſequuta, & in caſu præſertim Caſt. vbi gabella ſoluenda erat de ſingulis contractibus, non mirum,ſi duplicem gabellam ſoluendam cenſet,ſed vbi fuit cõſtituta dos in certa quantitate, & in defectum ſolutionis vſq; ab initio datus fundus inſolutum, ex quo a principio de datione inſolutum fuit conuentum vnica tantum debebitur gabella. & hoc modo intellectus non meretur eius dictum reprehendi a modernis,& poſſunt procedere vtriuſque dicta Caſtren.& Ange.in terminis ſuis, vt videlicet pro primo contractu, vbi dos fuit promiſſa in pecunia, pro qua datus fuit fundus inſolutum non duplex,ſed vnica debeatur gabella videlicet,pro contractu donationis inſolutum,non autem pro executione.& hoc eſt, quod ſentit Angel. quod etiam eſt de mente Bald.in l.quoties.de iur.dot.in fi.ſi autem, ſoluto matrimonio,prædium æſtimatum reſtituetur, debebitur iteratũ laudimium,nec ſine iterato conſenſu domini reſtitui poſſet. Iſer.in cap.primo.§.ſi vero,de controuer.inueſt.niſi in inſtrumento dationis inſolutum eſſet data facultas reſtituendi ſundum,vel precium.Adde tamen, quod ſi poſt tempus datum, fiat retrouenditio,iterato debebitur laudimium, & idem, ſi poſt terminum datum fuerit prorogatum tempus luendi, cũ prorogatio facta lapſo termino vim habeat nouæ,& iteratæ conceſſionis.l.ſed et ſi.in fi.de precar.Purpur. in l.lecta.numero ſexageſimoſexto.ff.ſi certum peta.vnde,ſecus videretur, ſi intra terminum, tempus luendi fuiſſe prorogatum ad Bart. in l.dies cautionis.in principio,de dam.infec. Bald.in l.ſi a te. C.de pact.inter emphyt. Modern. § quinquageſimoquinto. nume.62.& ſequen. quod tamen vltimum videtur eſſe cõtra id quod notat Bart.in l.Aemilius.de minorib.in v.notab.Tiraq.de retra.conuention.§.primo.glo.7.nume.35. vbi dicunt de locatione prorogata, vt debeatur gabella, ſed ibi prorogatio inducit multiplicitatem actuum,quod non videtur conſiderabile in caſu noſtro Mod. § 23. nume.48.Marc.deciſ.185. nume.quarto.par prima, & idem Mar.deciſ.647.par.2.dicit, quod de prorogatione nõ debetur laudimiũ,& quòd nihilominus prorogatio fieri non poteſt in domini perniciem, & abſque eius conſenſu, & conſequenter de retrouenditione laudimium deberi,prorogatione non obſtante, & in hoc caſu non militat ratio ſupra poſita, quod dominus approbando contractum conſenſerit retrouenditioni, quia conſenſus ipſius limitatus eſt, & limitata cauſa limitatum producit effectum.l.in agris.de acq.rerum domi.Iaſ.in l.age.in prin.C.de tranſact.& in l.ſi fundum per fideicomm. numero 20.de leg. 1.Neque etiam videtur, quod retrouenditio fiat in executionem primi cõtractus abſolute, ſed qualificatiue in executionem primi contractus, & prorogationis ex poſtea factæ.id dici poſſet deberi laudimium ex retrouenditione, quæ fit ex nouo conſenſu,& videtur de mente Doctorum.in d.l.ab emptione.& in materia prorogationis, dicit Bald. conſi.327.ad euidentiam ſciendum.volum.3. Quod omne tempus,quod prorogatur coniungitur tanquam termino, a quo ſubſtantiuo actus,& per acceſſionem temporis fit unum, & idem. Qđ intelligendum eſt,vbi extrema ſunt habilia,& ut ipſe dicit ni ſi ius repugnet:vbi autem prorogatio fieret nouatiue,vt quia fieret renouatio actus proprie, & vt ex nunc,reſultat eo caſu nouus contractus,& noua inſurgit conſideratio. Hanc autẽ theoricam reducendo ad praxim caſus noſtri, ex quo non pendent a libera voluntate partium contractus rerum feudalium,vel emphyteuticarum, ſed in ijs verſatur præiudicium domini directi, cuius in contrahendo conſenſus requiritur, quicquid inter ipſas partes geritur poſt primum actum, coniungi non poteſt,tanquam termini non ſint habiles, deficiẽte in altero termino domini conſenſu, de cuius præiudicio agitur,& in propoſito facit tex.in l. ſi cum dies. in prin. de recep.arbitr.vnde poſt habitã dicta prorogatione, videtur,ꝙ ex retrouenditione,quæ fieri contingeret, poſt primum terminum luendi,debeatur laudimium.Marin Frec. *lib.2.q.17.* ſe fundat in eo quod licet terminus prorogatus cenſeatur idẽ terminus cum pri.illud eſt per fictionem quæ in præiudicium tertij procedit. Quicquid Doctores ſupra allegati in contrarium ſenſerint. adde etiam, quod ſi prorogatio intra terminum fiat cum noua qualitate, & forma,ac pactis diuerſis a primo contractu nouus dicetur contractus ad gl. in cap.hi qui.de præbend.in ſexto.Bal.in l.ſi a te. C. de pact.inter empt. & vendit.Par. de put. in tracta. de ſyndic. in verbo reſirmatus tex.Alexan.in d.l.dies cautionis. & conſequenter nouum debebitur laudimium.faciunt not.ſupra quæſt. decima. Ex hoc etiam dicto, quod de executione non debeatur laudimium inferunt Doctores, quod ſi venditio facta ſit procuratori,& de ea ſolutum laudimium ex ceſſione procuratoris domino facta,non amplius debebitur laudimium.Bald.& Sal.in l.cũ per eos.C.ſi quis alt.vel ſibi.Iacob.de Royd. numero 35.& generale eſt,ꝙ ex vno contractu in alium tranſfuſo,vnicum tantum debetur laudimium: elegans eſt conſi.Bald.440.ſecundum ea,quæ proponuntur.in fi.volum.quinti.Tiraquel.de retract.lignag.§.29.glo.prima.nume.tertio.Et quod dictum eſt ſupra ex uenditione cum pacto de retrouendẽdo deberi laudimium, dubitari poteſt, an facta venditione ſine conſenſu domini cum pacto de retrouendendo res cadat in commiſſum de quo per Tiraq. vbi ſupra de retract. conuention.*d.gl.* 7.Inſuper quæritur, ſi illud laudimium per *emptorem fuerit* ſolutum,an in retrouend.illud conſequi debeat,etiam ſi id actum non ſit expreſſe,& dicendum eſt, quod ſic, nam venditor,qui vult redimere tenetur reſtituere vna cum precio laudimium, & omne id quod emptor occaſione primæ venditionis perſoluit.Cagno.in d.l.2.nume.237. Tiraq. di.§.6.de retractu conuen.glo.2.nu.3.& 24.vbi ex hoc reprendit. *Panor.* Cępo. & Bertran.arguentes pactum de vſuraria prauitate ſuſpectum,ſi conuentum ſit, quod huiuſmodi onera ad venditorem ſpectent,cum illud ſit iuri communi conforme,ſed loquuntur ipſi,in caſu,quo onus vel gabella ſpectaret ex diſpoſitione ſtatuti ad eum, qui eſſet per pactum ab onere liberatus, vel ſecundum opininionem eorum, qui tenent de iure onera huiuſmodi ad emptorẽ ſpectare, qui fructus percepit, non autem venditorem teneri reſtituere.Neuiz.conſi.88.nu. 18.Item poſſet opinio eorum procedere, quando res empta eſſet vili precio cum pacto redimendi,aliunde enim ſuſpecta ſit conuentio,non ex ſe,Moder.de vſur.quæſt.129.adde quod ſi ex aliquo iure immunitatis ex perſona ſua competentis, emptor non ſoluat laudimium, non recuperabit illud a vẽditore in retrouenditione.Boer.deci.231.nu.3.

QVAESTIO XXXVIII.

Inſuper, ſi facta ſit venditio, & Poſtea re integra conſenſu partium diſſoluta, vt quaſi partes iubeant cancellari inſtrumentum, an debeatur laudimium? Quod ſic,nam ſtatim eſt domino ius acquiſitum per contractum,qui cõſenſu partium perficitur.c. j. ubi notatur qđ iur. ſi poſt alie.feu.vaſ.id recup.Alb.in l.ab emptione. col.pe.ver. & ſi.vide illud facto contrahentium poſtea ſubſecuto ab eo diuelli non poteſt.Ang.& Imo.in l.acta.in prin.de re iudica.

Fel.

Fel.in c. vergentis. nume 2. in fi.de hæretic.Barba.conſi.43.in principio.volum ij.Cagnol.in l.id quod noſtrum.numero v. de regu.iur.Moder.§.22.q.2.num. 10.Io. Monta.in vſibus feudorum.lib.vj.cap.4.verſiculo & adeo.Ang. in l.iuriſgentium. §.adeo.de pact.& ibi Caſtr.& Ale.qui limitãt hoc dictum, qñ ex interuallo fuit receſſum, ſecus ſi incontinenti poſt ſequitur.Iacob in d.trac.de Roy.numero vigeſimonono.& 35.vbi exponit,incontinenti,antequã partes diuertant ad extraneos actus.& Zaſi.in decima parte numero ſeptimo, dicit quando dicatur incontinenti,id eſſe repoſitum in iudicis arbitrio,verum eſt,quod quando de amiſſione feudi tractatur,lõgiuſculum tempus videretur concedendum,quam pro cõſequutione Laudimii,facit pro hac limitatione,quod not.Io.Fab.in l. j.C.quan.lic.ab emp.diſced.& in ſpecie in principio Inſtit. de emp.Mar.deciſ.569.& 570.& ex his impugnatur dictum Roma.conſil.78.dum in fine dicit,non deberi gabellam,ſi a contractu recedatur,etiam quod contractus a principio eſſet validus,allegat ipſe nota.per Bal.in l fi.§.ſed quia noſtra.C. commu.de leg.ſed Bal.diſtinguit, an reſcindatur contractus, tanquam inualidus,necne.Redoan.titu. de laudim. numer.8. de quo dixi infra proxima queſtione.Item limitatur, vt ꝓcedat, ſupraſcripta deciſio ſecundum Moder.§. 13.glo.5.numer. 19. poſtquam denunciatio facta eſt domino per emptorem, vel venditorem,vel quandocunque dominus ipſe extraiudicialiter ſaltem emptorẽ interpellauerit,ſecus ſi ante, quia liceret pœnitere.Neque enim antea videtur ius acquiſitum domino,& facit ratio,quia venditor non poteſt cogi feudum tradere præciſe,quando vendidit ſine conſenſu domini, ſed ſoluendo intereſſe liberatur.Bal.in §.ſi facta.ſi de feud fuer.controuer.inter dominum & agnatum ergo domini non intereſt,an ſit facta venditio.Verum,Doctores indiſtincte loquũtur,vt partibus non liceat pœnitere,in præiudicium domini, poſt perfectum contractum, neque diſtinguũt iura per Doctores allegata,videlicet.l.inſulam.§.fin. ff.ſolut. matri. l.fina. de pac.& ita tenet Ange.in d.§ quia vero.in fi. Auten.de nup. Tiraq.de retract.Lignag.§.j gl.18.numero.56.& ſeq.& faciũt notata in l.qui Romæ.§.flauius.ff.de verborum obligatio cuius materiam late tractat Didac.libro primo, var.reſol.capit. 24. Nam ſicut per pactum expreſſe appoſitum in fauorem tertii,acquiritur ipſi tertio irreuocabiliter, idem videtur vbi quotiis modo ex facto cõtrahentium ius domino acquiritur & fortius ĩ caſu iſto,vbi ius acquiritur domino ex actu.etiam præter intentionem agentium. Idque ex ſolo contractu, etiam non ſecuta traditione.Tiraquel.de conſti. part. 3.limi. 27.Io.Pap.lib.13.titu.2.arreſt.29.Redoan. vbi ſupra. numero 22.quod omnino ſaltem procedit, poſtquam dominus contracta reſciuit, & ius Laudimii ſibi competere non ignorauit.Tiraquel.de retract.conuentione.§.j glo. vii. numero xix. vbi ſi vaſallus alienauerit inſcio dño, & poſtea redimat, ius caducitatis domino ſaluum remanet.Adde tamen, quod ex eo diſceſſu,& cancellatione inſtrumẽti,non duplex, ſed vnũ tantum debebitur Laudimium.Paul.de Caſt.conſil.74.in cã mota col.fi.volum.2.Tiraq.de leg.connub.glo. v.in verbo cõtracter.numero 2.& 29.& hoc,niſi diſſolutio fieret ex noua cauſa,vtpote ex noua venditione, addito,vel mutato precio, aut variatis conditionibus,nam tunc duplex ſolueretur Laudimium Tiraq de retract.conuentio.§.6.gloſſ.2.numero 7.& de retrac.Linagier.§.i.gl.2.nume.30. & § 29.glo.i. numero 6. allegat Bal.in l 3.§.contrarium.in fin.ff.de contr.tut.act.Zuc. in rep.rubric C. de pact numer. 103. ſed quoad ſolutionem duplicis Laudimii, re integra, & vt dicatur nouus contra. Pau.de Caſ.in l.3.C.quan lic.ab emp.diſced.remittit ſe ad notata per Bar.in dicta l.iuriſgentium.§. adeo. de pact. vbi Bartol. diſtinguit, quando verba ſunt apta ad renouationem cõtractus,vel in dubio,vt dicatur renouatus,aut non ſunt apta & non dicatur nouus contractus,ſed reſolutio aut reformatio primi.allegatur tex.in l.pacta conuent.de contrahend.emptio.vbi etiam gloſſ.magis declarat, aut eſt additum vel mutatum quid circa ſubſtantialia,vel non,& cum doctrina Bar. communiter tranſeundo Doctores, circa quam eſt aduertendum,quod ſentit Bart.ibi,& Alexand. quod Laudimium debeatur ex contractu renouato, non tamen ex primo, & ſic vnum tantum,non duplex,quod verius puto, quando inter eaſdem perſonas fit renouatio, cum ſit quodammodo primus contractus in ſecundum tranſfuſus, ſecus ſi mutetur perſona,quamuis re integra,vt quia vendatur alteri de conſenſu primi,& ita ſentit Bertach in v.parte quæſtione.v. facit,quod Bald.notat in l.cum per co:,in fi.C.ſi quis.alt.vel ſibi. Deberetur autem duplex Laudimium ex diſſolutione contractus ꝑ viam pacti, quando res non eſſet integra, puta, quia ad traditionem iam proceſſum eſſet, multiplicatio, namque eo caſu,potius eſt contractus, quam diſſolutio. vt dicta l. ab emptione. Alberic.columna penultima.verſiculo.Item quæritur quid ſi.Bald.colum.fina.verſicul ſi vero.& ibi etiam Caſtren.num.3.& 10.& ita intelligenda ſunt, quæ Tiraq. notat loco ſupra proxime allegato,vt videlicet procedant notata per eum,quando res non eſt integra.Modern.in §. 22. nume. 19.& ſequent.hoc limitant procedere quando implemẽtum contractus hincinde ſecutum fuit,ſecus ſi ab altera parte tãtum,& propterea reprehendunt Bertach in tract.de gabel.d. par.v.quæſt.v.& in 3.par 8.par.quæſtio.14.tanquam nimis indiſtincte loquentem,ſed non videtur,reprehendendus, nam in l.i.C quan lic.ab emptio.diſc.gloſſ.eſt expreſſa in verbo, ꝑ traditionem, quod res non dicitur integra poſt traditionem rei & pretii,vel alterutrius tantum,quam ſequitur ibi Bal.numero.5.neque.In hoc diſſidet Fabia.de mont.per eum allegatus in tract.de emp in 5.queſtio princip.quæſtio.8.& Doctor. in dicta l.i & in l.ab emptione.in propoſito noſtro dicunt,ꝙ quando contractus,eſt executioni mandatus ab vtraque parte,vel ſaltem ex altera,quod ſi recedatur a primo contractu, & procedatur ad retrouẽditionem,iſta diſſolutio dicitur nouus contractus,& de eo ſoluitur Laudimium Ang.in d.l.i.in gloſſ.penu.Vnde limitatio eſt,ſi verba ſint concepta per modum nouæ obligationis,& tunc dicetur nouus contractus,& noua debet ſolui gabella, ſecus ſi per modum reſolutiuum, & hoc ſiue contractus ſit adimpletus pro parte, tantum ſiue ex vtraque parte,q̃a quoad hoc,Doctores non faciunt vim. Iaſ.poſt Bal.& alios,in dicta l.ab emptione.numero 16.& ibi Iaco.numero quinto,ponit exemplum.Bar.num.xii.Ex iis apparet Laudimium, ex ſolo etiam contractu deberi,licet traditione non ſecuta,dummodo is contractus iuris habeat effectum.Alber.in d l ab emptione.colum.pen.verſic.ſi autem conuentio, cum in præiudicium domini non poſſint contrahentes pœnitere poſt contractum,ex quo erat cõſequuturus dominus emolumentum per approbationem Mar deciſio.602.Bertrand conſilio 194.viſo caſu volum.i.quem refert & ſequitur Tiraquel.de retract.Lignag §.i.glo.2. numero 48. quod notandum eſt,quia prima facie videretur dicendum ꝯtrarium,prout ſentit Redoan.de Laudim.in nume. 8. cum ꝑ ſolum contraractum abſque conſenſu domini initum non ſecuta rei traditione,aut dominii tranſlatione non cadat res in commiſſum c.imperialem.§.callidis,& ibi nota.l.ſer.Bal.& alii de prohib aliena.per Feder.Barba.conſ.12. colum.16.volumi.i.Cur.in 4.par.quæſtio 20 Imol.in c.potuit.numero.49. Iaſ.in cap. fin.num.132.late Tiraquel. vbi ſupra numero 42. Rub. in §.morte.nume 47.Mar.deciſi. 569.ſed hoc propterea quia agitur de pœna euitanda,& quia conditio domini deterior,non fit traditione non ſequuta,propter quam rationem res cadit in commiſſum,at reſpectu Laudimii,non debet auferri ius domino acquiſitum ex cõtractu quem dñs põt approbare ante traditionẽ,ex qua approbatione dño debet Laudimium.Item arguitur ꝯ ſupraſcriptam concluſionẽ quia Laudimiũ nõ debet̃,nec peti põt, niſi facta fuerit inueſtitura.Bert. conſi.3.nu.33.vol.3.ſed illud ego intelligo, vel niſi per dominum non ſteterit. Nam vt dixi.quæſt.prima.& 18.poſt Arc. conſi 41.conſenſus domini ante inductionem noui emphyteutæ in poſſeſſionẽ exigitur ĩter alia,vt facilius dñs cõſequatur laudimium,dẽt igitur illud habere antequam inducatur in poſſeſſionem vel eo ſaltem tẽpore, quo paratus eſt ipſum eſſe qualiter inducere, hoc idem in quinto denario, q̃ ſoluit̃ loco Laudimii,ſentiunt Moder.§.22.nu.6.licet ꝯtrium dicant in releuio,& id ſentiunt procedere,ita demum, ſi res non ſit integra,vtputa,quia dño fuit denũciatũ,vel quia ipſe emptorẽ ĩterpellauerit.Mod.§.13.gl.v.nu.19.hoc idẽ ſẽſit additio ad Guidop.q.cj in ad.vlt.Et licet Guid.in d.deciſi. dixerit,ꝙ Lau. non debetur,antequam emptor inductus fuerit in poſſeſſionem rei,ꝑpea ꝙ debeatur pro labore inueſtituræ & inductionis ĩ poſſeſſionem,& ꝙ ita ſeruatur in Gallia,contrarium ſeruari dicit Tiraq.vbi ſ.de cõſt.ĩ 3.par.lim.27.& Io.Pap.ſ.allegati.& ſupra etiam Laudimium deberi potiſſimum,diximus rõne conſenſus,& approbationis noui emphyteutæ. Ex ſupraſcriptis vr̃ poſſe decidi q̃õ,quæ contigit in facto.Quidam conduxerat emolumenta feudi per triennium, vltimo anno fuerunt factæ alienationes per vaſallos, petita fuit inueſtitura poſt tempus conductionis. Quærebatur, ad quem ſpectaret Laudimium videtur,quod ad dominum,non autem ad conductorem,per ea, quæ notat Guidop quæſtio 535.pro quo facit text.in l.ſuſceptores. Codice de ſuſceptor. libro decimo. Sed contrarium ex ſupraſcriptis videtur dicendum, cum ſtatim poſt contractum incipiat Laudimium deberi, licet peti non poſſit, niſi præſtito conſenſu, ad leg. cedere diem ff.de verb ſig.& hic adaptari poteſt, quod Doctores tradunt initium eſſe in quolibet actu attẽdendũ.l.ſi i.l.quod, paragraph. ſi filiusfamilias.& ibi gloſſ.Digeſtis pro ſocio clemen fina. & ibi Card.de reſcrip.Bartol in l.quod ait.§.i.ff.de adult.& ibi in addi.l.ſi filiusfamilias, & ibi nota. de verborum obligation.

feudali, quæ omnino vendi non poteſt, & ſi vendatur, agnatus reuocat, idem ſi vendi poſſit ſeruatis ſeruandis, quæ in alienatione reperiantur defuiſſe, quia etiam eo caſu reſcinderetur contractus, vt ex nunc Eccellentiſſimus Oſaſc. deci. 165. nu. 4. ſed vbi teneret venditio in feudo, vel re alienabili quæ reuocari poſſet, firmo manente primo contractu, iure prælationis, vel aliter debebitur Laudimium, & ſecundus emptor tenebitur primum releuare, & ita videntur ſenſiſſe Moder. dicto. §. 22. nume. 40. & §. 55. nu. 26. quamuis ipſi diſtinguant, an reſciſſio ſit facta intra modicum vel longum tempus, ratione fructuum quos lucrari cõtingeret Baldi diſtinctionem in d. §. ſed quia ſequitur Tiraq §. 29. in princ. vbi etiam vnicũ deberi Laudimium, ex vno contractu in alium transfuſo aſſerit, & faciunt ad prædicta quæ notant Doct. de fructibus cõſumptis, an debeantur ante litem motã, contractu reſciſſo, & videtur communis opinio. Quod ſi contractus reſcindatur ipſo iure vel tamquam nullus, quod fructus debeantur, a die contractus, & occupationis, ſecus ſi reſcindatur ex aliqua cauſa quæ inualidet contractum, qui a principio tenebat. Roma. conſ. 454. col. fi. nu. 27. vbi dicit, quod cum titulus ex quo quis ſe tuetur reducitur ad non titulum, vel habet ortũ a cauſa irrita, fructus omnino debentur. Rebu. in titu. de reſciſ. contract. in prohemio. nu. 4. Didac. lib. 1. Varia. reſo. c. 3. Itaque arguendo a ſimili, ſi initio, contractus ſit vitioſus & irritus, aut ex poſt irritetur ex primeua cauſa tanquam non ſubſiſtente, non debebitur Laudimium ſecus ſi ex cauſa extrinſecus, aut ex poſt ſuperueniente.

QVAESTIO XL.

An ſi vendatur proprietas, Cuius vſusfructus ſit penes alium, vel cedatur ipſimet vſufructuario, debeatur Laudimium? Quod ſic. Imol. & Alex. in l. vſusfructus. ff. ſol. matr. Quid ſi vſusfructus conſolidatus ſit cum proprietate dicendum eſt, quod per proprietarium, ratione conſolidationis non debeatur Laudimium, cum nouus nõ ſit emphyteuta. Bar. in l. ſi proprietatis. de iure dot. Iaco. de Royd. num. 37. Idem in quacunque alienatione vſusfructus, vt nõ debeatur Laudimium, modo tamen non fiat in fraudem, cenſent Modern. §. 55. gloſſ. 1. nume. 12. ſed contrarium videtur verius per ea, quæ ſupra dicta ſunt. q. 34. de locatione. cum ius in re acquiratur: ſecus in venditione fructuum, & licet differentia cõſtitui videatur in verbis, an vendantur fructus vel vſusfructus, tamen diuerſitas reſultat ex iuris effectu, vt ibi tetigi. quod tamen intelligas, quando vaſſallus, ſeu emphyteuta iure obnoxia vſumfructum licite conſtituit. Tiraquel. de retract. Lignag. § 1. glo 7. num. 40 cum ſeq. cum alioquin vſusfructus formalis cedi nõ poſſit alteri quam proprietario, bene tamen cedi poteſt commoditas. l. cum vſusfructus. de vſufr. §. fi. inſtit. eodem titu. Bal. conſi. 384. in hoc puncto. vol. 4.

QVAESTIO XLI.

An de cenſibus, ſeu annuis redditibus conſtitutis de conſenſu domini directi, ſuper fundo aliquo vectigali, ſi illi vendantur, aut alienentur debeantur Laudimia ipſi domino directo? Petr. Iacob. col. pen. verſ. item ſi poſtea, tenet, quod ſic idem Mar. deciſ. 477. Diuerſæ tamen in hoc ſunt conſuetudines, vt apud Tiraq. videre licet de retrac. lignag. §. 6. & vide, quæ ſupra dixi de ſubinfeudatione, & quę tractant Moder. §. 58. & ibi, nu. 26. ponunt quæſtionem, ſi vaſſallus vendat prædium quod minoris æſtimatur propter cenſum, quo eſt affectum, an laudimium ſit ſoluendum habito reſpectu ad precium conſtitutum, vel ad valorem totius fundi? Et pro rata precii deberi Laudimium concludit, quod ſatis clarum eſt ex iis, quæ ſupra dixi. quæſtio. 4. tum, quia ex alienatione cenſus quando contingit alienari, debetur Laudimium; & hoc idem ſenſit Tiraquel. vbi ſupra, nume. 8. Adde in propoſito, quod ſi cenſus, vel ſeruitus aliqua ſit impoſita prędio vectigali, ſine domini conſenſu, quod ſi redeat ad dominum ex antiqua cauſa ſcilicet iure dominii, quod libera redit ab omni nexu, & obligatione. § quid ergo de inueſtit. de de alie. fact. §. ruſus. quib. mo. feu amit. l. lex vectigali. de pigno. Petr. Iacob. verſicul. item eſt notan. & in quæſt. ſed, quid erit, ſi emphyteuta vendit: ſecus ſi ad eum peruenit non ex antiqua, ſed ex alia cauſa, vt puta voluntaria emptione, & non vti ad dominum feudi, ſed vti quemlibet priuatum. Iacob. de ſancto Geor. in verbo, quiqui dem inueſtiti nume. 83. verſi. item quæro, de pulchra quæſtio. Bal. conſ. 271. Matiolus. vol. 1. Moder. §. 13. gloſſ. 5. nume. 26. plures allegant remiſſiue. Tiraquel. de retra. Lignag §. 1. gloſſ. 14. nume. 112. & §. 34 gloſſ. 1 nume. 3. & de certa conuention. §. 3. glo. vnica. nu. 11. Nata, conſi. 328. in prin. Cum conſenſu autem domini impoſita ſeruitus perpetuo durat. §. & ſi clientulus, & §. ſeq. de alien. feu.

QVAESTIO XLII.

An de ceſſione iuris, & actionis ad feudum competentis debeatur Laudimium? Quod non. Moder. §. 23. nu. 26. & ſeq. & 55. gl. 2. nu. 5. vbi generaliter de venditione iuris, ad rem, ſeu ſeruitutis prædialis non deberi Laudimium dicũt: debebitur tamen quandocunq; emptor iuris integre rem ipſam cõſequetur: & hoc eſt quod ſentiunt ibidem Mod poſt numerum 4. Quod intelligendum eſt, vbi alias Laudimium eſſet debitum, & dum ponunt exemplum in venditione iuris redimendi, ex ſola venditione illius iuris non deberi integrum Laudimium, etiam retrouenditione ſequuta, refert fuiſſe iudicatum Io. Pa. lib. 13. tit. 2. arreſt. 23. ſentiendo tamen deberi ex vẽditione illius iuris, & ad ratã precii. Et in ſimili etiam ſi ex remedio l. ſecunda, C. de reſcin. vend. ſupleatur iuſtum pretiũ Laudimium debebitur pro ea parte precii Rebuſ. in l. appellatione rei, de verb. ſignific. Et quod de iure redimendi debeatur Laudimium, facit, quia in venditione eiuſdem iuris, locũ habet retractus, & de eo cenſendum eſt, prout de re immobili: ad notata per Tiraquel. de retract. lignag. §. 1 gloſſ 7. nume. 31 quamuis hic diuerſa videatur ratio cum res manum non mutet: ſecus autem ſi cederetur, aut venderetur ius in re, puta ius percipiendi fructus, tale, quod conſtitueret ius in re ſecũdum diſtinctionem, quam ſupra poſui in quæſtione, de locatione. 34. Maior difficultas eſt in iure ſeruitutis rei, feudalis, pro quo nihilominus Laudimium deberi cenſet, Mar. deciſio. 608. part. 1. & generaliter de omni iure, quod eſt conſolidatum in perſona vaſſalli, vel emphyteutæ, ſi illud alteri cedatur, & in alium transferatur puto Laudimium deberi. Angel. conſilio 94. cum his. colum. penultim. verſicul. videndum igitur reſtat. eſt enim talis iurium remiſſio, alienatio prohibita ſine conſenſu dñi Luc. de pen. in l. ſi quis. C. de agri. & cenſi. lib. 11. quod in ceſſione iuris quæſiti obtinet in iure autem quærendo ſecus dicendum videtur. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo, donatione largitus. num. 173. & 180. ſed etiam in iure quærendo illud alii quam ſucceſſuro, cedi non poteſt, ſine cõſenſu domini neque licet refutare ei ad quem feudum non erat reuerſurum cap. 1. de alien. feud. pater & c. 1. de eo qui ſin. ſec. agn. & ibi notatur. Neque obſtat quod Bald dicit in rubr. C. de pact. & in l. ſiue apud acta. C. de tranſ. col. 2. quod ſi de cõtractu debeatur gabella, non debetur de ſimplici renuntiatione, cum renuntiatio proprie non ſit contractus, quia Laudimium de omni alienatione debetur, niſi fiat in comprehenſum in prima inueſtitura iuxta notata ſupra quæſtione duodecima, bene tamen poſſet refutare ius nondum prædio acquiſitum.

QVAESTIO XLIII.

An ſi eodem anno contingat fieri plures alienationes, plura debeantur Laudimia? Aſſlic. in cap. 1. colum. 12. verſ. & per hæc, quo temp. mil. in releuio, tenet, quod non. Et pariter Moder. §. 22. quæſt. 38. nume. 113. dum mouent hãc quæſtionem loquendo in releuio, quod debetur ex mutationibus neceſſariis, & valde æquum putant, vt vnicum tantum debeatur: ſecus in mutationibus, quæ ex mera voluntate, & facto vaſſallorum contingerẽt: Et de his principaliter nos tractamus. Propterea cum Angel. in l. ab emptione, de pact. dicendum eſt, quod ad multitudinem traditionum, ſequitur multitudo Laudimiorum. l. quicunque. C. de ſer. fugit.

QVAESTIO XLIIII.

An ad effectum conſequendi Laudimium ab emptore, poſſit Dominus ipſum emptorem cogere ad exhibendũ inſtrumentum venditionis? Quod ſic, via iudiciali, tenet Caſſan. in dicto. titul. des cẽſes. §. 1. verbo, amende, ver. ſed iterum, & eadem ratione, poterit etiam dominus petere exhiberi inſtrumentum, vt detegatur fraus circa contractus, & fraudationem Laudimiorum, quod tamen ibi limitat Caſſan. ſi conſtabit rem eſſe ſubiectã. Specul. in ti. de emphyt. §. nunc aliqua. ver. 41. Iaſ. in prelud. nu. 50. & in l. 2. num 175. C. de iur. emphyt. Panor. conſi. 74. num. 1. volum. 1. Dec. conſi. 61. colum. 2. verſi. non obſtant. Modern. §. 55. gloſſ. 1. nume 90. & §. 51. glo. 3 in princ. Iacob. Nouel regu. 217. prima fallentia. Marin. Frec. libro. 2. in 36. autor. Nec per hanc requiſitionem exhibitionis inſtrumenti, cenſetur Dominus ſibi præiudicare in iure caducitatis & idem Moder §. 51. glo. 2. altiuero ſecundo, & nume. 8 dicunt,

quod dominus nedum aduerſus nouum acquiſitorem habet actionem, vt edat titulum, ſed etiam ꝗ eum, qui alienauit vt declaret, cui, & quo titulo alienauerit, opponunt autem contra concluſionem ſupra firmatã de regula. l. cogi. ff. de pe. hę. quod nemo cogitur oſtendere titulum ſuum, per quam Doc. poſt And. de Barru. in l. 1. C. de conduct. & procur. lib. 11. inſerunt, quod ſi Rex faciat citari Baronem ad oſtendendum iura ſua, quæ habet in caſtris, talis citatio eſt nulla. Corn. conſi. 313. colum. 1. litera D. vol. 4. ſed regulam illam l. cogi, limitat viginti modis Afflict. in c. ſi autem. nu. 7. cum pluribus ſeq. de controuer. inueſti. vbi inter alias limitationes dicit, ꝙ ſi vaſallus non negat feudum, tenetur oſtendere inueſtituram. idem vbi dominus habet fundatam intentionem in iure, vt poſſit cogere, vt in octaua, & 14. limitationibus. procedit itaque dictum And. de Barru. vbi rex non habet intentionem fundatã ex ſimplici iuriſdictione, & ille, qui conuenitur, non confitetẽ ſe vaſallum. Iacob. de Sancto Georg. in verbo, dictique vaſalli. promiſerunt recognoſcere nume. 19. verſic. vos poteſtis, allegat Bal. in l. 2. nume. 7. C. quom. & quan. iud. Idem Bald. in c. j. §. cum Domino, in verſ. neſcire, de no. feu. & in l. ſi legatum. ff. de edend. vbi dicit, quod qui poſſidet vt emphyteuta, tenetẽ oſtendere titulum ſi habet pœnęs ſe. Paris de Put. in c. 128. an vaſallus. & c. 50. pone, quod eſt, nume. 9. & c. 19. ſequitur de finib. feud. vbi plus cenſet cogendum vaſallum ad exhibitionẽ tituli domino faciendam contra tertium. Inſuper nõ ſolum titulum exhibere emphyteuta tenetur, ſed etiã declarare rẽ, pro qua ſoluit Euerrar. in loco ab emphyteuſi ad ferdũ, ver. 7. quod etiam ſentit Sylua. de feu. recogni. quæſt. 89. Monta. de feu. lib. 2. c. 5. & vbi conſtat aliquem eſſe emphyteutam, niſi indicet rem, pro qua eſt obligatus, omnia bona pręſumuntur obnoxia. Spec. in d. §. nunc aliqua. verſ. 62. Iaſ. in l. 2. nu. 175. C. de iur. emphyt. Socin. conſi. 167. colum. 6. volum. 2. verſi. circa quartam, vbi dicit, quod cõſignatis aliquibus, ſi dominus dicit eſſe plura, probare debet, & ita limitatur dictum Specu. ꝙ videtur eſſe de intentione Brun. conſi. 211. vol. 2. & conſ. 116. col. ſi. vbi dicit, quod vaſallus tenetur indicare domino, quid recognoſcat, & dominus quãtũ. Et ſi probabilis ſit dubitatio pręſumptionibus agendum erit de quibus per Ardiz. in 2. parte primę part. tit. quid ſi dubitatur. Burſ. conſi. 49. nu. x & ſeq. Alcia. de p̃ſump. reg. 2. p̃ſum 3. in 3. fall. Et ꝙ emphyteuta teneatur declarare rem, pro qua ſoluit. Bal. con. 225. volu. 1. niſi purget ſe iuramento, vt in conſi. Sicil. fol. 109. lin. 71. & 223. 75. & in cauſa Virlarum. 1571. 21. Iunii factis proclamationibus ad inſtantiam Dominorum in genere de conſignando, dum homines requirerent, ꝙ domini ſpecificarent pro qbus bonis peterent conſignationem, cum eſſent diuerſi generis bona, & homines offerrent dare liſtas omnium bonorum, quæ poſſidebant, ad effectũ, vt dñi declararent, quæ bona p̃tenderent, obnoxia dicentes ſe eſſe in iuſta ignorantia, cum ſucceſſiſſent in ius alterius, Senatus cenſuit, non teneri dominos ſpecificare, ſed quod homines ipſi conſignarent quæ, & & qualia tenerent obnoxia, & ſi domini agerẽt poſtmodum ad caducitatem non conſignatorum, quod tunc Senatus videret, qui eſſent in probabili ignorantia, vel non. adde ad materiam Afflict. in c. 1. nu. 16. cum multis ſequen. de controuer. inter maſc. & fœm. & in § illud quoque, nume. 28. de prohibi. feu. alie. per Fede. Iaſ. in prælu. feudorum, nume. 50. Brun. conſ. 127. in 9. cõſideratione; volumi. 2. Et de anno 1573. 17. Iulii in cauſa Noni, Senatus cenſuit, ſubditos teneri ad ſpecificãdum bona obnoxia cum debituris, de quibus, vbi dicerent ſe non hr̃e notitiam, ex aliqua iuſta cauſa, puta quia ſucceſſiſſent in ius alterius, & id affirmarent cũ iuramento, quod tenerentur nihilominus indicare, a quib. & quomodo, bona habuerint, & fidem facere de eorum titulis, quo facto, vbi conſignarent legitime, ſaluum eſſet ius dominis, agendi ad caducitatem, & pœnas impoſitas, vbi doloſe verſari eſſent. Et toties tenentur ſubditi, & emphyteutæ bona obnoxia recognoſcere, quoties & quandocunque dominus voluerit. allegatur Bal. in l. plures apochis. cauſa ſi. C. de fid. inſtrum. licet ſimpliciter, & indiſtincte loquatur. Iaco. in verbo, Dictique vaſalli promiſerũt recognoſcere. numero 1. Guidop. q. 417. vbi dicit toties quoties. Sylua. de feu. recogn. cap. 21. vbi tamen ſubditi modico temporis interuallo decurſo, ante requiſitionem recognouiſſent, nec domini ꝓbabiliter intereſſet, quod denuo recognoſcerent fruſtratoria videretur talis requiſitio. & congruum tẽpus ad petendas recognitiones videtur eſſe in ſingulos decem annos §. nobis autem, de pac. conſtan. Quinetiam, vbi domini intereſſet denuo recognoſci rem paulo ante recognitam, expẽſis domini recognitio faciẽda eſſet, prout de anno 1567. 15. April. In cauſa Abbatis, & hominum Ripaltę Senatus cẽſuit. Dum Abbas requireret cõſignationem ab emphyteutis qui prædeceſſori recognouerant ante triennium, cum modernus Abbas diceret ſua intereſſe, quia ſucceſſor. Dixit Senatus teneri emphyteutas iterato recognoſcere erga ſucceſſorem, expenſis tamen Abbatis, ne emphyteutę grauarentur tot iteratis recognitionibus, & hoc, niſi quoad eos, qui reperirẽtur, antea minus legitime conſignaſſe, aut niſi emphyteutæ vellent ſibi leuari inſtrumenta, ſumptibus moderatis. Marin. fre. lib. 2. In 17. author. vbi quid econtra ſi a domino petente canonem vel recognitionem ſubditus requirat tituli ędiuonẽ, ſiue rei obnoxię demonſtrationem.

QVAESTIO XLV.

An Res emphyteutica, vel feudalis pro Laudimus, & aliis iuribus directi domini ſit hypothecata? videtur, ꝙ ſic. ad Bal. in Authen. ſi quas ruinas. col. pen. verſic. ſed vltra omnes. C. de ſacroſanct. eccle. qui dicit, quod pro cenſu eſt hypotecata, res emphyteutica. per tex. in §. ſcire autem, de non alien. Afflict. deciſ. 95. vbi late diſſerit, & concludit pro canone pręterito competere domino hypothecariam aduerſus tertium poſſeſſorem. Moder. §. 53. gl. 1. nume. 18. & ſeq. & §. 52. gl. 1. nu. 139. vbi de Laudimio idem dicunt, quod de cenſu, vt res ſit hypothecata. & facit quod notat Caſſa. in ti. des cenſes. §. i. nume. 9. dum dicit, quod iſtud ius Laudimii eſt reale, Rim nal ꝯſil. 1. num. 57. ex eo, quod onus Laudimii concernit res, infert tranſire debere ad quemcunque res tranſeant, & hypothecaria poſſe agi pro Laudimio debito per alios, quam nouum emptorem, firmat Io. pap. lib. 11. arreſt. 4. In contrarium facit, quia hoc iure non reperitur expreſſum, & hypotheca tacite non inducitur, niſi in certis caſib. a lege expreſſis, vt in ti. ff. & Cod. in quib. cauſ. & pig. vel hyp. tac. contrah. & ita arguit *Bartol.* in l. Lucius. de alimen. & cib. legat. ſecundo, facit *regula*, quod rei ſuæ pignus conſiſtere non poteſt. l. neque pignus. ff. de reg. iur. l. ſi rem alienam. la ſecunda. ff. de pigno. act. vñ non poteſt eſſe domino directo res emphyteutica hypotecata, ſed iſta ratio non bene concludit, quia vtile dominium non eſt domini, cuius ratione res emphyteutica ex conuentione, partium expreſſe obligari poteſt, & ſubſiſtit hypoteca, vbi expreſſe reperitur appoſita, vt per Alexan. & Imol. in loco infra proxime allegando. & regula l. Neque pignus, fallit, vbi alius rem dñi poſſideret, & in ea ius haberet Bar. in l. ſi aliquam, de acqui. poſſeſſio. notatur per Dec. & Cagno. in d. l. neq; pignus. Tertio, contra Bal. tenet Bar. in l. fina. C de iur. emphy. Angel. in l. vniuerſas. C. ne rei dominic. vbi diuerſum dicit in pręd io tributario, quod pro tributo eſt hypotecatum, quia ita reperitur expreſſe, a lege cautum. l. prima, C. ſi prop. publ. penſitat. & notatur. in l. fin. C. ſin. cenſ. vel reliq. Anto. de Butr. & Imol in c. potuit. extra loca. in gloſ. tertia, in quibus locis Doctores præfati tractantes de aliena. rei emphyteuticę, dicũt, quod domini intereſt, ne alienetur eo irrequiſito, quia cõtra tertium poſſeſſorem non habet aliam actionem, quam rei vendicationẽ, ſupra tetigi quęſt. decimatertia, & Baldum impugnat Alexand. poſt Imol. in l. quod dicitur, colum. noua, numero decimoquinto, verſicul. & ſic expeditum patet. de rebus obligatio. & ita tenet Neguſan. in tract. de pignor. in 4. parte 2. part. prin. nu. 127. & Doct. oẽs ſupraſcripti. & Iaſ. in l. 1. nu. 70. C. de iur. emphy. affirmãt, ꝙ tex. in §. ſcire nõ probat id, ad ꝙ per Bal. allegatẽ, & re uera tex. ille nõ videtur probare, dum enim dicit obligatas eſſe res empyteutę, ſe refert ad deteriorationem datam in re emphyteutica, neque dicit de re emphyteutica, ſed ſimpliciter de rebus emphyteutæ, poſſet etiam intelligi de rebus inuectis in prædium emphyteuticum. l. ſecunda. ff. in quibus cauſa pignus tac. contrah. & ſic nulla erit ſpecialitas in re eccleſiaſtica. Et hoc caſu poſſe procedere opinionem Baldi dicit Neguſan. hoc idem videtur innuere idem Bald. in l. certi iuris, in quinta quęſtio. C. loca. bene tamen fructus rei emphyteuticæ pro penſione erunt hypotecati nedũ pendentes, ſed etiam a ſolo ſeparati. l. in prędiis. ff. in quibus cauſi. pigno. quod intelligendum videtur ſubſiſtente actione perſonali, & poſtquam emphyteuta ſe recognouit, vt pares ſint termini. Ego autem Baldi opinionem amplector, quam etiam Modern. vbi ſupra comprobant, pro qua facit l. murileguli, & ibi Ioan. de plat. C. de Murileg. l. inter debitorem, de pact. vbi gl. notat, ꝙ ſi emptor idoneus non ſit, venditor, nihilominus ad functiones tenetẽ. l. Imperatores, de publ. & d. l. fina. C. ſin. cenſ. vel reliq. & in dictis locis Doctores notãt, quod pro cenſibus, & tributis, bona ſunt hypothecata, idem dico in canone, licet multi conentur dare rationes diuerſitatis, & etiam hr̃, quod qui emit a Domino, nõ tenetur ad onera præterita. Ioã. de plat. in l. fin. C. de iur. haſt. fiſc. lib. 10. alioquin tenebitur pro cenſu pręterito, etiam non facta excuſſione contra venditorem. l. cum poſſeſſor. §. fin. de cenſibus. Are. conſil. 105. Aymo conſi. 217. nu. 6. qui dicunt id procedere, quoueſcunq; cenſus eſt debitus ſuper re, vel ex re, alias ſecus per l. moſchis, de iure fiſci, & l. primã. C. de conuẽ. fiſ. deb. li. 10. l. 2. C. de debi. Ciuitat. lib. xj. Hẽt etiam dominus rei vendicationem, ſi

propter

propter nõ ſolutam penſionem res ſiat caduca,& ita intelligitur,quod not.Bart.in d.l.moſchis de iur.fiſc.quod in tributis prius conuenitur poſſeſſor,quam debitor, actione videlicet hypothecaria,vel in rem.Afflict.d.deci.95.numero tertio, & addi poteſt,quod etiam pro collectis bona regiſtrata cenſentur obligata,quando habent certam, & determinatam p̄ſtationem.Dec.conſi.286.verſ.quinto.Neguſan.vbi ſupra,numero 126.Egid. Boſ.in titu. de princi. numero 103.& titu. de fiſc. numero 26.& facit,quod notat Pet.Gerard. ſingul.decima,verſiculo prędicta procedunt,& quod notatur. in l.apud Iulianum.§.hęres.de leg.primo.Rip.in l.prima.§.ſi hęres.ff.ad Trebel.column.tertia & ſequen.vbi quando contra ſingularem ſucceſſorem agi poſſit. Brun.conſi. nonageſimoquarto. & 103.in fine, vbi ſecus dicit ſi non ſint ęſtimata pro certo,& perpetuo onere, ſed indeterminate,quod tñ in d.l.Imperatores.Caſtren. intelligit, niſi poſt impoſitionem collectarum, & intimationem ſeu denunciationem collectę.Nat.conſilio 71. in fine, vbi dicit oriri hypothecam a tempore impoſitionis, etiam ante denuntiationem. Et ex ſola regiſtratione indeterminate facta non oriri hypothecam, ſępe ſecutus eſt Senat⁹ noſter,& nouiſſime de an.1565.17.Decẽbris, In cã Cõmunitatis Foſſani,& dñorũ de pẽſa ĩ qua ſcripſit.Aymo cõſ.872.Et alias ĩ cã Dñę Angelę Cẽtorię,& particulariũ Trõzani;In quibus etiam cauſis fuit deciſum,quod pro collectis pręteritis, nõ poſſet agi aduerſus nouum poſſeſſorem quando communitati poſſet imputari negligentia,aut aliqd propter quod non fuiſſet actum aduerſus antiquum poſſeſſorem, & propterea ex noua exactione lęderetur modernus poſſeſſor.Et cum tempore belli, & occupationis bonorum, communitas nihil petiiſſet ab occupatoribus, fuit dictũ non teneri pro eo tempore D.Angelam. pro qua deciſione videt̃ tex.in l.fi.C.de cenſib.lib.11.licet illum tex.reſtringant Luc.de pen.& aliĩ.facit Rot.deciſ.vigeſimaquinta.in antiq. & in omnẽ euentum ęquitas ſuadet,vt prius excutiatur is, qui fructus percipit tempore decurſi oneris, quam nouus poſſeſſor.Are.conſi.105.Gig.de penſion.quęſt.43. & vr̃ eſſe de mente Caſt. Non datur igit̃ hypotheca pro bonis regiſtratis,vbi adeſt ſimplex regiſtratio,ſed vbi adeſt regiſtratio cũ ſubmiſſione bonorũ ꝓ collectis, ſatis patet bona eſſe affecta,& hypotecata, ẽt pro q buſcunq; collectis in certis,Barb.conſil.1.vol.3. Aymo d.conſi.217.num.4.In propoſito igitur, cum certa penſio debeatur pro re emphyteutica nimirum ſi res ipſa erit oneri hypotecæ affecta.Et faciunt, quæ no.Gig.de penſion.quæſt.trigeſimanona.& ſeq.vbi parificat penſiones,collectas,cenſus, & decimas,quas dicit eſſe onus reale,& ſequi rem ad quemcunque tranſeant, & idem quæſtio. 44.& 51. ſed quamuis Bald. opinio procedat,non videtur inferendum, quod pro Laudimio ſit emphyteuſis hypothecata,cum cẽſus habeat certam & determinatam quotannis pręſtationem,Laudimium autẽ ſit quodam emolumentum incertum,& indeterminatum, a communi tamen quod detur hypotheca,non eſt recedẽdum neque diuerſitatis valida ſorte ratio reddi poſſet, niſi qđ certa pręſtatio magis ſuboleat naturam tributi, & propterea ad collectas certam,& indeterminatam habẽtes pręſtationem, tenetur etiam Eccleſia.ſecundum Angel. conſil.24. Eccleſia, quod quomodo procedat,declarat Rui.conſil. 111. numero primo,& 12.volum. quinto, ſed vbi de inſtrumento emphyteuſis apparet.cum in inſtrumentis quibuſcunque hodie hypotheca ſoleat apponi generica pro obſeruatione omnium, tam ratione Laudimii,quam cenſus,dabitur hypotheca,quę tranſit cum re ipſa ad quoſcũque, vt de canone dicit Paris de Put.in cap.quadrageſimoſexto,pone quia ruſticus. nume.14. Aymo,vbi ſupra.& idem de Laudimio ſi clauſula ſit late cõcepta.Alexan.conſ.173.volum.2. Neque officit,quod Doctores dicunt.in c.potuit,quod videlicet contra nouum poſſeſſorem,non competat perſonalis actio, quia licet contra eum illa non competat dabitur tamen hypothecaria,& rei vendicatio,prout pulchre declarat Caſtr.in d.l. Imperatores. & ita procedit etiam dictum Bar.in l.fi. qui nihil de hypotheca loquitur.Competit quoque remedium poſſeſſorium reintegrãdæ,contra ceſſantem ſoluere canonem,ſeu cenſum, de quo per Rom.conſi.311. & de hoc vide notata in c.quęrelam de elect. Gig.de penſion.q.47.

QVAESTIO XLVI.

An habens priuilegium immunitaris duodecim liberorum excuſetur a ſolutione Laudimij? Mouet hanc quæſtionem Alex.conſi.123.in 2.dub.volũ.5.& decidit ꝙ non.cum nõ ſit publicum munus,& q̃a onus Laudimii,cenſetur reale ſeu patrimoniale, a quo numerus liberorum non excuſat.l.his onerib.in princip.l.ſunt munera de vacat.muner.vbi gl.& l.ſemper.§.demonſtratur. de iure immu. Didac.in epito.2.par.decret.c.8.in prin.Nat.conſi.508.nu.15. vol.3.Quod utique procedit in oneribus mere realib.In mixtis autem ſecus videtur dicendum.

QVAESTIO XLVII.

Iuri ſoluendi Laudimia, an preſcribatur?Quod ſic triginta,vel quadraginta annis,etiam ſine titulo.Guidop.cõſ. 213.nume.6.vbi dicit procedere præſcriptionem, ſi res tanto tempore fuerit bona fide poſſeſſa,vti libera.Paris de Put.in c. 170.an in tertiariis,in princip. de quarta Epiſcopo debita.eſt tex.in ca.de quarta,& ibi Canon.de præſcrip.vbi plura in propoſito huius quęſtionis,& quomodo res dicatur poſſeſſa tãquam libera.Quod ſi quis fateretur rẽ feudalem, uel emphyteuticam,& uti talem poſſediſſet,licet Laudimium non ſoluiſſet,non propterea diceretur, eueniente caſu alienationis poſſeſſa vti libera,a ſolutione Laudimii,niſi toties fuiſſet alienata cum conſenſu domini,ſine ſolutione Laudimii, vt diceretur inducta conſuetudo, & interueniente tempore habili, præſcriptio.ad Panormi.in c.ad audientiam.num. 17. de preſcrip.& ibi Imol.Aymo conſi.111.numer.3. & 21. cum ſeq.ſi tamen res poſſeſſa fuiſſet etiam per centum annos,& nõ eueniſſet caſus ſolutionis Laudimii,vt quia tanto tempore non fuiſſet alienata in extraneum,non diceretur inducta aliqua præſcriptio libertatis ſoluẽdi Laudimium. c.ſancimus de feu. ſin.culp.non amit.Feli.in cap.cum acceſſiſſent. colum.10.nu. 25.ver.hanc regulam,de conſti.& ibi Dec. Balb.de præſcript. in quarta parte.5.par.quęſt.prima, & aliquot ſequen.Por.lib. tertio.concluſ. 33. Et licet aliquando caſus eueniſſet præſcriptio procederet in pręteritum,& quo ad caſum qui euenit,ſecus in futurum.Balb.in 4.par.q.4.niſi facta eſſet interpellatio & ſubſecuta negatio.ad no.per Cur.in c.fin.de conſuetudi.in 6.& 7.requiſito.Aymo de antiquita.tempor.par.4.verſi.materia iſta.num.99.& verſi.ſeq.circa pręmiſſa,numer. 38. aut niſi multiplicati actus interueniſſent, vt ſupra per Panormit. & Imo.& quia lata eſt materia,ad dicta loca erit recurrendum, & ad notata in l. quominus de fluminibus Rip. in c. cũ eccleſia, de ea.poſſeſſ.Gig.de penſio.qõn.83. & contra principem etiam pro laudimiis decurſis,procedit præſcriptio quadraginta annorum Guid.Pap.q.416.

QVAESTIO XLVIII.

An in Laudimijs ſit locus iuri accreſcendi?Quod non habetur in l.& Proculo.de leg.2.Modern.§.55.glo.4.nume.37.bene tamen habebit locum ius nõ decreſcendi, vt ibi per eos,qui allegant notata in l. ſi mihi & Titio,ff.de verbo.obligat.

QVAESTIO XLIX.

Quomodo committatur fraus circa Laudimiorum ſolutionẽ?Poſſet hic cumulari materia ſimulationis contractuum,quæ late patet,& de qua per Bar. & alios in l.poſt contractum.de donat.in l.multum.C.ſi quis alt.vel ſibi,toto ti.C.plus valere quod agit.quam quod ſimul concip.Cepo.in tract.ſimulat.Contract.Afflict. in c. i. de feu. dat. in vic. leg. commiſſor. & ibi nume. 48. recitat vndecim modos fraudis.Idem Afflict.in tract.prothomiſ.§. 4.niſi quis. ver.ſciendum.Tiraq.de retract.Ligna.In diuerſis locis, & de retract.conuention.in proœm.num.123.centum viginti tres pręſumptiones doli enumerat.Lucas de pẽ.in l.quemadmodum.C.de agri.& cen.lib.11.quarum tamen non multæ propoſito noſtro conueniunt. Nec commode dari poteſt certa norma,cum multiplices ſint hominum pręſertim ruſticorũ verſutiæ,qui dominos directos,totis viribus ſuis,fraudare nituntur vt dicit Paris.de Put.c.296.facta eſt conceſſio in ſi. verum placet, quod ad rem noſtram facit diſtinctio Iacob.in tract.de Roydis,numer.36. qui ponit aliquos modos, quibus fraus committitur,quos tangam omiſſis aliis per Afflict.narratis.Primo,de re ad rem,exempla ponit in l.ſed Iulianus. §. mutui.ff.ad Macedon.vbi ſenatuſconſultum prohibet pecuniam filiofamilias mutuari, idem in aliis ſpeciebus quę functionem recipiunt in genere ſuo,ſi ad eum effectum mutuo dẽtur,vt illis diſtractis,filiusfamilias pecunia vteretur, allegat l.quemadmodum.C.de agri.& cenſi. libro 11. dat etiam ipſe exemplum,ſi prohibitũ ſit extrahi frumentum extra territoriorum, vt pari ratione prohibeatur extrahi farina, vbi fieret fraus,licet frumentum & farina ſint diuerſa.De re ad rem fraudem faciunt ſubditi mei Lombriaſcenſes, quorum bona omnia ſunt obnoxia tertiis vẽditionibus,præter quaſdam do

mos prope caſtrum exiſtentes intra mœnia loci: nam emere volentes agrum, emunt vnam ex illis domibus, quę ſunt ab huiuſmodi nexu ſeruitutis liberæ, quam deinde permutāt cū alio prædio venditoris, nulla quo ad prędium obnoxium, habita mentione pretii: fraus detegitur euidens, tum ex qualitate contractus, tum ratione precii rerum, tum demum ex vicinitate contractum, atque ex aliis coniecturis, quas res ipſa diligenter inſpecta indicabit. Secundo, fraus fit de perſona ad pſonam, vt quando perſona aliqua eſt prohibita contrahere, alia ſupponitur loco prohibitę. l. ſi ſponſus. in princi. de dona. inter vi. & vxo. l. hac edicta. §. i. ver. omni cōſcriptione. C. de ſecund. nup. Idem. ſi non mutetur perſona, ſed nomen ipſum. l. eum qui probabilem, C. de epiſ. & Cler. glo. in l. j. C. de priuile. ſchol. li. 12. Tertio, fraus fit, & quidem perſæpe, de cōtractu, ad contractum, vt quando eſt reuera contractus venditionis, ſcribi faciunt Mutui, donationis, ceſſionis, locationis, hypotecæ, aut alterius generis contractus nomen. capitu. imperialem, §. callidis de prohib. ſeud. alie. per Fed. & hic locū ſibi vendicat regula, plus vale re quod agitur, quā quod ſimulate concipitur. allegatur d. l. ſi ſponſus. §. circa, de donatio. inter vir. & vxo. Paris de Put. in c. 234. Rex conceſſit baroni. Dec. cōſ. 160. nume. 2. & dictum eſt ſupra de permutatione qō. 28. & in mutuo facile fraus deprehenditur, quando mutuans fructus prædii hypotecati percipit, & in proprios vſus cōuertit, cū eo prętextu ſuos facere non poſſit: prout generaliter, nec ratione ſimplicis hypotecę poſſidens facit fructus ſuos, idcirco fraudis viget prǽſumptio. Item ſi quis tenetur relinquere poſt mortē certam portionem bonorum domino, alienatio facta per eū titulo lucratiuo cenſetur fraudulenta. l. fina. ff. ſi quis in fraud. patr. Alexan. conſi. 55. in princip. volu. 1. Idem, ſi res pignoretur pretio ęquiualenti. & iuſto. Præſumptio enim eſt, quod fiat abſque ſpe alicuius luitionis, & ſuppoſitum ſit nomen hypotecæ loco venditionis, ad l. qui habebat. de le. tertio. & dixi ſupra verſi. an ſi res pignoretur. quęſtio. 33. Idem, ſi is, cui prædium pignori datum eſt, fructus percipiat, ſalua principali pecunia, vel aliter, prout no. in l. poſt contractum. de dona. Hic non incongrue ſubnecti poteſt, ſi in modo contractus fraus fiat, vt ſi mulier prohibita fideiubere, principalem ſe debitricem conſtituit. l. quamuis. §. ſi cum eſſent. ff. ad Velley. Quarto fit fraus de quantitate ad quantitatem, vt in l. ſi libertus. de iu. patrona. Paris de Put. in capitu. 287. feudatarius. num. 6. vbi dicit, quod ex qualitate precii, prǽſumitur fraus. Hic ſatis commode adaptari poſſunt quotidianæ fraudes, minorē ſummā facientium ſcribi in inſtrumento, quam reuera prædium venditum, ſit quod etiam prǽſumitur, ſi dominus maius pretium ſolutum probet, quam in inſtrumento ſcriptum ſit. Modern. §. 55. glo. 5. nume. 2. & ſeq. Quinto, fit quoque fraus in tempore, & allegatur. l. filię meæ. ff. ſolu. matrimon. glo. in l. nulli. C. de erog. milit. ann. libro 12. quę dicit de quodam Alberto Calui, qui mutuabat granum ruſticis, tempore vbertatis. & nunquā illud curabat recipere, niſi tpe cariſtię. Sexto, fraus committitur in caſibus ſupraſcriptis, mixtim vel ꝑ parte, vt ſi emptor conſtituat precium centum aureorum, & alios centum aureos ſtatim donet ſub commemoratione, etiam meritorū, quæ alioquin non probentur, nam & precii & ſummæ donatę habebitur rō in ſolutione Laudimii, qm̄ cenſebitur donata ſumma in fraudem domini, id quod ex vero valore pretii deprehendetur. Tiraquel. de retract. Lignag. §. 1. gloſſ. 18. num. 19. ad gl. in l. j. §. primo, in verbo, agendo. vbi etiam Barto. de ſuperfi. Mod. in §. 13. glo. quinta. num. 52. & dixi ſupra de permutatione. quęſtione. 28. & de dona. q. 30.

QVAESTIO L.

Quæro, qua pœna ſubditi puniā-

tur fraudem committentes in contractibus, vt dominos priuent commodo iuris Laudimiorum integre, vel pro parte? Iacob. vbi ſupra nume. 36. dicit, quod puniuntur pœna priuationis feudi, vel ſaltem puniuntur in quadruplum, pro primo allegatur tex. in §. callidis. de prohib. ſeud. alien. per Fed. ſed ille tex. loquitur, quando fraus committitur circa alienationem, vt quando vendere, aut alienare nequeunt, ſub imaginario titulo inſeudat. vel aliter alienant, recipiendo precium cētum aureorum, quod erat quingentorum, ſed non probat ille tęx. quod alienando in caſu licito, ſi fraus interueniat in pretio, res cadat in commiſſum, ſed melius id probatur in l. fin. C. de iur. emph. vbi Bal. num. 13. Iaſ. num. 21. Guid. de Suza. in tract. emphy. numer. 54. Guidop. deciſ. 171. in fin. Gozad. conſil. 46. nume. 7. & generaliter, quod committēs fraudem, rem ipſam amittat. Paris de Put. in c. 191. an ſi ruſticus, qui tenet. vbi de eo, qui vendidit ſaluo conſenſu domini, & redditu, qui ei debetur, non aliter exprimendo, redditum in fraudem domini. Mat. deciſ. 573. vbi de eo, qui fraudem committit de vno contractu ad alium. Quo ad ſecundum, quod puniantur in quadruplum allegat. l. qui in contractibus. C. de iur. fiſc. li. 10. quāuis etiam poſſet dici, quod illud eſt ius ſingulare prout ibi doctor. dicunt, & propterea non eſſet extra terminos extendendum, iuxta illud, quod lex non loquitur, nec nos dicere debemus, loquitur autem lex illa in caſu, quo quis procurat interuertere res fiſco icorporatas. & pœna quadrupli, quando locū habeat, notatur, in §. quadrupli. Inſti. de ac. vbi non eſt enumeratus caſus noſter. Nec ſunt pœnæ extēdendę aut multiplicandę. c. odia de reg. iu. in 6. cum cæteris vulgaribus.

QVAESTIO LI.

An ſtatuta laicorū circa Laudi-

mia habeant locum in foro eccleſię, & ligent clericos? Quod ſic. niſi aliter per canones ſpeciales ſuæ conſuetudinis, aut eccleſiaſticas ſanctiones reperiatur diſpoſitum. Fulgo. conſi. 6. allegat notata in c. eccleſia ſanctę Marię, de conſt. & ibi Fel. Barba. Deci. & canoniſtę omnes generaliter tractant, an, & quando ſtatuta laicorum ligent eccleſiaſticas perſonas. Pan. in c. cęterum. nu. 6. de iud. & an pro Laudimiis clericus poſſit coram laico conueniri, l. cum aliquid, & l. ſi qui. C. vbi cauſ. fiſc. & ibi Alber. & Caſtren. notant, quod ratione cauſę conuenitur quis coram nō ſuo iudice, & propterea dicunt poſſe conueniri laicum conductorem rerum eccleſiaſticarum coram Epiſcopo. E diuerſo, ſi clericus conducat ipſe vectigalia, coram laico nō poterit conueniri. Vaſq. lib. 1. §. 10. l. quoniam in prioribus, nume. 648. ver. quo caſu, ſed cum hic non reperiatur exceptuatus caſus, firma manebit regula, quod pro conſequtione Laudimii, clericus coram ſuo iudice conueniendus erit. Poterit tamen laicus cogere eccleſiaſticum, vt ſoluat Laudimium, aut aliter ſibi prouidere, antequam ſuum ponat aſſenſum miſſioni in poſſeſſionem, item prohibere, ne ſubditi in eccleſiam, & manum mortuam alienent prout dixi q. 13.

INDEX TITVLI QVIS SIT IVDEX in cauſa feudi.

Quis ſit iudex inter dominum, & vaſallum.
Pares Curiæ qui ſint.
In eorum defectum, ad quem ſit recurrendum.
Vaſallorum quis ſit iudex.
Si feudum negetur.
Si diuerſi dicantur domini.
Si iidem ſuperiorem non recognoſcant.
Negligente domino iuſtitiam miniſtrare, ad quem ſit recurrendum.
Vaſalli, an poſſint prorogare iuriſdictionem alterius, quam domini ſui.
Quid de ſubditis.
Quid ſi agatur alio iure, quam feudi.
Quid in cauſis poſſeſſoriis.
Et corollarii loco, an Iudex laicus ſit competens in poſſeſſoriis beneficialibus omnibus, vel aliquib. & ſigillatim de remedius manutenendæ, reintegrandæ, et adipiſcendæ.
An poſſeſſorium beneficiale, dicatur quid temporale.
Quid de commendis Religionis Sancti Ioannis Hieroſolimitanæ.

QVis ſit iudex in cā feud. Curt. tractando mām in 7. & vl. par. ponit tres regulas ego tm̄ duas conſtituo principales diſtinctiones: primam videlicet pſonarū, q̄ ī iudicio eſſe debent, ſcām aūt iudicii, & cāę qualitatē reſpiciētem. Prima itē ſubdiuidit ī duas, quarū altera eſt vbi iudicium ē tractādū īter dnm̄ & vaſal. vel cū q feudū ꝑtendit, ſcd̄a ſubdiſtinctio eſt, qn̄ cā agit inter vaſallos ipſos, aut alios feudū ꝑtendētes. Capio igit primū membrū, & de eo titulū habemus, de contr. feu. ꝑ pares terminan. vbi notant oēs, ꝙ cā feudalis per pares curię eſt cognoſcenda & decidenda. Idq; procedit, ſiue tractetur de Inueſtitura vel de cōmiſſo, vel de quocūq; iure Dn̄i in feudo, vel de iniuria, aut violentia dn̄i in re feudali facta. Io. Blā. in 4. par. in ti. de cont. feu. in prin. & Ard. e. ti. col. j. ſunt aūt pares curię cū vaſal. q partiū cōſenſu eligūt in ꝓuincia ſi ſint, alioqui ext. prouinciā, hr̄ in dictis locis, & late Iac. de Sā. Geor. de feu. ver. & dicti vaſal. Marin. ſrec. ī ti. de difer. inter feu. re. nu. 14. vbi inquit, ꝙ paritas conſideratur ratione feudi non perſonæ. dicunturq; ordinarii Iudices curię. Innocen. in capit. cęterum, in gl. magna, in fine. de Iud. vbi canoniſtæ oēs ample tractant materiā, Io. Ray. de feu. §. prǽterea. num. 9. vbi dicit, quod poſſunt delegare, & numer. 14 quod tenentur ſeruare ſtylum ordinarii iudicis. Mari. Soc. in c. ex tranſmiſſa. colum. 3. de foro competen. vbi & ipſe diſtinguen. complectitur omnes fere ca-

ſus

ſus totius huius tituli.Menoch.in tract.de retin.poſ.remed. 3.
num.388. & 432. vbi ſumpta occaſione tractandi materiam
poſſeſſoriam feudi,tractat etiam quis ſit iudex petitorii,& ma
teriam,per plures quæſtiones proſequitur.Ego verius puto pa
res non eſſe ordinarios iudices, eliguntur enim per partes ad
certam cauſam,ſuſpectique allegari poſſunt & recuſari d.ca.
j.de contro.feu.per pares,veruntamen poſtquam electi ſunt
a lege habenti tributam iuriſdictionē,proptereaque ordina-
rii munere funguntur,& eius vices gerunt.Iacob.vbi ſupr.nu
me.10.& 17. & ab eis appellatur ad ſuperiorem domini feu-
di,ſimplexque contradictio vaſalli habeт̄ pro appellatione,&
ſuſpendit executionem.Blanc.vbi ſup.col.antepenultima,ver
ſic.in ſententia,& col.ſeq.Afflict.in d.cap.i.nume. 15. de con-
tro.feu.per pares,vbi tenet, ꝙ corū ſentētię executioni demā
dari non poterunt.alleg.c. ſancimus,quo tēp.miles,vbi ipſe la
te tractat.Io. Mont.lib.5.cap.6.in fi.Qui tamen ſentit,ꝙ ſi ſen-
tentia tranſitum fecerit in rem iudicatam,quod eā pares exe-
qui poterunt,& hoc innuit tex.in c.i.de mil.vaſal.Soc.quęſt.fi
na.in fi.Dici etiam poſſe, pares iſtos ante electionem habere
iuriſdictionem habitu,& poſt electionem actu,cum ſit certū
genus perſonarum,extra quod iudicium inter dominum, &
vaſallum regulariter conſiſtere nequit. Et ij tenentur iurare,
de recte iudicando.§.volumus.de pac. conſt. Iacob. vbi ſupra
nume.12.licet de hac opinione dubitet, dicuntur etiam pares
curię teſtes, qui idonei reputantur in cauſa feudali.cap.i.de cō
ten.int.domi.& fidel.Limitantur ſupradicta de paribus,vbi ɔ
traria eſſet cōſuetudo cognoſcēdi, videlicet per alios iudices,
quam pares curię.Bal.in §.pe.de pro.feu.ali.per Fed. quod ma
xime procedit in principibus habētibus iura imperialia,quo
rum etiam præcipuū eſt,vt in cauſa propria. iuſdicere poſſint
per ſe,ſiue per officiales a ſe deputatos,ad notata in c.cum ve
niſſent.de iu.quod in Ducatu Mediolani obſeruari dicit Cur.
in 11.Fall.2.reg.Boſ.in ti.de ſo.com.nu.170.vbi in Imperatore
dicit hoc eſſe de iure.Deci.in d.c.cęterum,nu.12. & Menoch.
num.435.dicunt,puod potius de honeſtate quam de iuris ne-
ceſſitate,dominus ſupremus a iudicando abſtinere debet,ſed
Doct.in d.c.i.de contro.feu.per pares.& d.c.penul.de prohib.
feu.al.per Fe.ſentiunt illos tex.procedere de iure in quocun-
que ſupremo principe,licet contrarium vbique fere ſeruetur
de conſuetudine.per eos qui iura habent imperialia.& de Se-
reniſſimo Duce noſtro dixi in titu.Qui feudum dare poſſunt.
Iaco.vbi ſupr.verſi.& aduertite, vbi dicit conſilium principis
cognoſcere de cauſa inter dominum & vaſallum, & hodie
habemus Cameram rationalem ſeu computorum, quæ hu-
iuſmodi cauſas cognoſcit.In cauſa tamen D.Iacobi de Sabau
dia principis Pedemontium,& Comitis Amædei,a quo prin-
cipatus recognoſcebatur in feudum, ratione controuerſi pe-
dagii impoſiti.Sign.conſil.108.in princ. conſuluit Principem
fuiſſe conueniendum coram ordinario iudice, ſed ego dico,
quod ordinarius iudex erat Comes Amędeus,qui ab Impera
tore erat inueſtitus de principatu,& licet eius cauſa ageretur,
poterat ipſe per ſe vel officiales ſuos iuſdicere, per ea, quę ſ.
dixi.Alii autem inferiores domini, in cauſa propria nequa-
quam iuſdicunt,vt habetur in rubr.& nigro,C.ne quis in ſua
cauſa iudicet.pulchre Capic.dec.124.Zaſi.de feu.parte vnd.nu
me.12.& 16. vbi plus dicit non valere obſeruantiam contra-
riam,tanquam ſit mali exempli,& naturali rationi repugnās
quod tamen videtur eſſe contra cap.j.de pœnis, in 6.Bru.cōſ.
30.conſuetudo enim tribuit iuriſdictionem.c.cum contingat
de for.compe.& propterea Henric.Boic.in ſua pulchra diſtin-
ctione quam facit in capitu.2.de feud. præmittit cauſam feu-
di tractari debere coram iudicibus, coram quibus tractari
ſolet ex conſuetudine legitime præſcripta. Hinc dubitatur,an
de crimine pro quo venit applicanda pœna Domino, poſ-
ſit ipſe cognoſcere,& concluditur,quod ſic,quia tunc princi-
paliter agitur de vindicta publica.ac publica vtilitate ne deli-
cta remaneant impunita,licet in conſequentiam tractetur de
commodo domini,quod conſequuturus eſt ex multa inferē-
da.gl.in d.c.i.in verſi.punire.de pęn.in 6.Alex.conſi.13.nume.
10.colum.3.volum.6.vſu etiam receptum eſt,quod in plurib.
cauſis iuſdicens,a domino deputatus de cauſa domini cogno
ſcat,vt quando debitum eſt clarum,aut alias factum eſt no-
torium.Spe.in ti.de feu.§.quoniam.verſi. 18.Boer. deciſi.304.
colum. 1. & multo magis vbi plures ſunt domini, officialis
ab omnibus deputatus poterit cognoſcere de cauſa unius,ele
gans eſt conſi.Nattæ.87.qui inducit Barto.id probantem in l.
qui iuriſdictioni de iuriſdictio.omnium iudic. Cyn.& Salicet.
in l.vni C.ne quis in ſua cauſa iudi.Bru.conſilio trigeſimopri
mo.& in dictis locis ponuntur etiam aliqui caſus, in quibus
dominus poteſt cognoſcere in cauſa propria pręſertim ſi pu-
blica & notoria ſit offenſa,illaque reſpiciat dignitatem.Non
poteſt tamen officialis a pluribus deputatus cognoſcere de de
licto ab vno dominorum commiſſo.Barto.in l.inter tutores.
num.ero ſexto. de adminiſtratio.tuto.Fel.in capitu prudentiā.

numero,quarto de offi.del.Alexan.in l.eſt receptum.de iuriſ-
dict.omnium iud.Limitatur etiam principalis cōcluſio,quod
pares debeant cognoſcere,vbi pares in curia ſunt,videlicet ɔ-
uaſalli eiuſdem domini, quod ſi pares non exiſtāt,aut exiſten
tes uti ſuſpecti merito recuſentur,vel qui ſunt,in iudicio ſint
producendi pro teſtibus,tunc ad ſuperiorē dominum media-
tum,vel ordinarium iudicem erit recurrendum.notatur in di
cto capitu.primo,de contro.feud per pares. Iacob. vbi ſupra
nume.decimoquinto.Socin. in dicto capitu. ex tranſmiſſa.in
primo membro limi.ſeptima.Menoch.numero 440.& ſequ.
idem,ſi dominus non ſtet iudicio parium, aut alias vaſallum
opprimat,Blanc.col.3.verſi.item ſi res cognoſcit,& vbi ſupe-
rior dominus iuſtitiam non adminiſtraret,adiri poteſt papa,
vt prouideat.Curt.In colum.prima limitatio.2.3.& 4.& ſupra
notatum eſt in titulo,qui feudum dare poſſ. Ad ordinarium
pariter erit recurrendum quotieſcunque quęſtio eſt,& dubiū
de directo dominio.Henric.Boic.in d.c.ſecundo.De huiuſmo
di cognitione,ac iudicio pauca ſatius duxi ſcribere,quam lō-
giori ſermone rem protrahere, proptetea quod hic vſus co-
gnoſcendi per pares apud noſtrates hodie paucis in locis ob-
ſeruatur,quamuis in Germania frequentior ſit vſus, teſte Pa-
ſio. Secūda ſubdiſtinctio perſonas reſpiciēs, eſt, ſi controuer-
ſia ſit inter vaſallos,aut alios feudum prætendētes, & certum
eſt inter vaſallos de feudo contendentes, Dominum feudi eſ-
ſe iudicem competentem,habereque ordinariam iuriſdictio-
nem.Sed iure quodam ſpeciali, etiam ſi alias iuriſdictionem
non habeat.c.imperialem.§.penultimo,de pro. feud. alie.per
Fed.& ibi notatur per Iſer.Aluar.Bal.Afflict. & alios,Iacobi.
numero vigeſimo,in fi.verſ.ratio diuerſitatis. ex quorū dictis
elicitur hanc concluſionem maxime procedere, quando agi-
tur inter eos,qui vaſalli ſunt alio reſpectu, quam feudi contē
tioſi.Quod ſi aliunde quam pro prætenſo feudo non ſint va
ſalli omnes vel alter eorum. gl.ibi cenſet dominum feudi nō
eſſe iudicem competem,etiam ſi vterque eūdem dominum
feudi eſſe dicat.ſequitur Cur.in d.7.par.nu.4.Sed contrariū ue
rius eſt,videlicet ꝙ quādo vterq; dicit ſe vaſallum, etiam pro
eo feudo tantum de quo litigatur,Domini ſit cognitio.gl. 1.
in c.i.de inueſt.in maritum facta. Blan.vbi ſupra.col.3. ver.Itē
quod primo dixi.Henric.Boic.d.c.2.ver.in quarto,vbi dicit,ꝙ
ſi non vaſallus conueniat vaſallum, & ambo confiteātur feu
dum eſſe eiuſdem domini,ipſe dominus cognoſcet Soc. in 3.
memb.Boſſ.in ti.de prin.nu.261.& cum in hoc propoſito plu
res textus habeamus intricatos,qui etiam contrarii videntur.
Zaſi.par.11.nu.8.pro concordia textum dicit eſſe diuinādum
& nihilominus poſt gl.& Alua.in d.c.i.ſentit hoc caſu domi
num debere cognoſcere cum curia. Ego in iis nō admodum
immoror, cum locorum conſuetudines vt plurimum circa
iuriſdictionis modum certam habeant legem, quę maxime
attendenda eſt.Quod ſi vnus feudum aſſerat,& alter allodiū
dominus feudi non erit iudex competens, ſed ordinarius.c.i.
apud quem,vel quos.notatur in d.cap. penultimo,& locis ſu-
pra allegatis,& id maxime,ſi dicens allodium alioquin vaſal
lus non ſit.Zaſi.vbi ſupra. nume.10.in 5. conclu.& ſeq.Curt.
in fi.in 5.limi.Soci.in 3.memb.in 2.lim.& in 4.membro,& ɔ-
ſil.274.col.penul.ver.6.vol.2.Menoch.nu.425. Verum,in hac
concluſione diſtinguendum videtur, & inquirēdum, quis ſit
poſſeſſor,& qs actor,vel reus,vt ſi in poſſeſſione ſit is qui feu
dum dicit,& præſumptio ſit ꝓ feudo, alius aūt petat,cū fraus
in negatione fieri poſſet,vt dñi declinaretur iudiciū erit nihil
hominus dominus a quo feudum tenetur Iudex.Blan.vbi ſu-
pra.colum.3.verſi.Item quod,& verſi.Sed ſi reus, vbi dicit id
præſertim procedere,ſi ſummarie ſaltem conſtabit, quod res
ſit feudalis,vel præſumptio ſit pro feudo,& econtra, & idē di
cit obſeruādū ī dño,qui cōuenit aliquē negātē rē feudalē, &
col.4.ver.generaliter.Ard.e.ti.col.2.ver.generaliter.Inn.Ab.&
Arc.in d.c.cæterū col.3.& ibi hr̄,ꝙ ſtāte dubio,vtrū ſit feudū,
vel allodiū,qñ ordinario sūmatim ɔſtat eē feudū,cām remit
tit dño.Clar.in §.feudū.q.90.Menoc.nu.429.Quod ſi actor ip
ſe feudū dicat,& poſſidēs iure feudi,aut alias īueſtitus, feudū
nihilominus neget,iudiciū reddet dñs in inuitū.Henric.Boic.
d.c.2.in 4.caſu,& ꝓpea in cā finarii cū ante occupationē mar
chio poſſideret iure feudi locū finarii & de eo eſſet inueſtitus
ab imperatore quicquid perpēderent Ianuenſes vt in cōſiliis
poſitis poſt trāſlatū Menoch.đ re ītegrā poſ. In qua ēt cā ſcri
pſit Ay.cōſ.634.& 673.& 678. Vbicūq; ēt verſaт̄ dñi ꝑiudiciū,
aut igitur de eius cōmodo,vel incommodo, regulariter do-
minus non erit iudex competens.c.j.an apud iudicē. c.j. de in
ueſt.in maritū facta,& ita itelligiт̄ c.j.in prin.de leg.Cōr.Cur.
in 3.Fal.2.regulę.Soc.in 3.mē.limi. 3.Alc.cōſ.1.nu.4.vol.5.vbi
ſi impugnetur factū dñi,non erit ipſe iudex competens,idem
ſi vnus dicat feudum ſibi collatum a domino tāquā caducū,
& alter ſibi debitum,tanquam antiquum Rom.cōſ.112 nu.
4.Zaſ.vbi ſup.quamuis eo caſu differre dicant,an dominus ꝓ
infeudatione pecuniā,aut aliquid aliud acceperit,vel quomo

docunque de euictione teneatur, an gratis infeudauerit.quo
caſu non tanta in eo militat ſuſpcio , prout etiam ſi agatur
de commodo ſportularum,quod conſiderabile non eſt in ca
ſu iſto .Imo.d.c. cœterum. in fi. Conſiderabile autem in pro-
poſito dicit præiudicium ſi vltra exercitium iuriſdictionis,iu
dex prętendat dominium rei contentioſæ. Item ſi iudicis de-
negetur totale fundamentum iuriſdictionis.alias quando de
alio commodo non agitur, quam de nudo exercitio iuriſdi-
ctionis cognoſcere poteſt , an ſua ſit iuriſdictio. Socin. in 3.
memb.principali limit.3.& in iis caſib.valde refert , an iudex
eſſe non poſſit,vel recuſari poſſit,tanquam ſuſpectus. ſed Me
noch.nume.391.ſequendo Deci.putat nihilominus iudicem
eſſe poſſe,& ꝙ magis eſt vltra Deci.non poſſe ſuſpectum al-
legari,cum ordinarius ſit , ſed vel dandum eſſe adiunctũ,vel
cauſam eſſe delegandam per dominum.ego à Baldi opinio-
ne,in cap.j.§.ſi qua controuerſia,de pac.cõſtan. non puto re
cedendum,& conſtanter teneo,ꝙ dominus in ijs caſibus, in
quibus tractatur de eius commodo , vel incommodo nõ ſit
iudex competens,licet enim ſit ordinarius, eſt ordinarius tã-
tum ad certum cauſarum genus,a quo exceptuati ſunt caſus
iſti in quibus nõ magis poteſt cognoſcere,quam ſi cauſa agẽ-
da eſſet inter dominum & vaſallum,quinetiam,vbi iudex eſ-
ſet,exiſtimo.ꝙ allegari poſſet ſuſpectus,licet enim ſit ordina
rius,eſt tamen iure ſingulari,non autem eſt iudex generalis,
& iura communia ſiue generalia ſunt fortiora,quã iura ſpe-
cialia,quæ infirmiora ſunt,& propterea facilius iudex parti-
cularis poterit ſuſpectus allegari.ad not.per Iacob.nume.20.
in fin.Generalem autem & ordinariam habens iuriſdictionẽ
ex inueſtituris uel aliter,ſiue ipſe allegẽr ſuſpectus , ſiue eius
ideſt feudatarii officialis , poterit ſuperior vel alteri cauſam
committere,vel officiali adiunctum dare. §.ſi qñ. de of.dele.
in 6.l.prætor, de iuriſd.omn.iud.cum ibi notatis Marin. Frec.
lib.2.de diſ.feu.quar.nu.36.vbi in propoſito notat . Quod ex
quo feudatarius iuriſdictionem habet in feudum,& vtile hẽt
dominium, difficilius ab eo auſertur,quam ea quę habeť in
officium.Et propterea infert,ꝙ licet officialis oridnarius , ex
graui cauſa inimicus omnino repellatur.l.ſi pariter. de liber.
cauſ.non repelletur feudatarius,ſed per ſuperiorem deputa-
bitur iudex qui nomine feudatarii ius dicat.Et in ſimili,in ca-
ſu.l.vn.C.ſi quacun.pręd.poteſ . quando officialis remouetur
non ius dicit eius vicarius,ſed vicarius principis,vel ſuperior
prout Sal.not.in d.l.vbi.viii caſus ſingularis,quando ex atten
ta iniuria extraiudiciali per officialem,eximitur quis ab eius
iuriſdictione,non tantum is cõtra quem iniuria fuit de facto
attentata eximitur in omnibus cauſis ciuilibus & criminali-
bus,ſed etiam tota eius familia.Et de materia ſuſpicionis , &
reuocationis iudicis ſi quis plura velit, videnda ſunt notata ĩ
l.apertiſſimi.C.de iud.Specu.in ti. de recuſ.iudi. Auſr.in tract.
de recuſa.Lanfran.in c.quoniam contra. in verbo recuſatio-
nes.Frã.in c.cum ſpeciali,& c.ad hęc,el primo,& c.poſtremo
de appel.Didac.prati.quæſt.c. 26. Interim non omittendum
duxi quod Marin. Fre.d.num.36.adnotauit, ꝙ ſi iudex feuda
tarii ſuſpectus allegatus ſit,licet feudatarius primas non hẽat
appellationes poterit nihilominus, de cã ſuſpicionis cogno
ſcere,& vel iudicem remouere, vel ei adiunctum dare.vbi ẽt
vtriq; feudum aſſererent, ſed diuerſos prætẽderent dominos,
tunc cognoſcet ordinarius , uel arbiter.d.ca.i. & ibi gloſ.apud
quem.c.ſi duo.de pac.tenen.Blanc. vbi ſupra,colum.5.verſic.
cœterum.Ardiz.colum.2.verſi. cæterum.gl.in d. c.cœterum,
de iud.vbi alii notant.Soc.in 3.memb.principali.limi.3. & in-
fert,quod ſi dubium ſit vtrum feudum pertineat ad eccleſiã,
vel ad laicum nullus ipſorũ iudicabit,ſed oridinarius erit cõ
petens inducit.cap.verum, vbi ipſe notat eodem titulo . Bru.
conſilio.45.colum.3.verſi.venio ad ſecundum,vbi ſentit ,qđ
ordinarius ſit is,qui iudex eſt rei conuenti , non autem ſupe
rior omniũ dominorum a quibus res prętenditur ad capitu.
cum ſit generale.& ibi notata.de for.competen.Ego in actio
ne perſonali exiſtimo quidem eſſe ordinarium illum,qui iu-
dex eſt perſonæ conuentæ,at in reali actione ordinarium eſ-
ſe cenſeo dominum ſuperiorem vtriuſque pretenſi domini
immediati,& ad eum eſſe recurrendum,quod ſi prętenſi do-
mini immediati ſuperiorem non habeant,vel arbiter eligen
dus eſt,ad Barto.in l.de iure,in fin.ff.ad municipa Boſ.de foro
competen.numero 175.& id ſępius obſeruatum in uariis cau
ſarum generibus , & prǽertim in cauſa Viogenæ , territorii
contentioſi inter ſereniſſimum Ducem noſtrum , & excel-
ſam Rempublicam Ianuenſem , vel ſi non conueniant præ-
tenſi domini de arbitro , ad Papam erit recurrendum, vt ip-
ſe cognoſcat, iũ ratione peccati,vt in c.j.nouit, extra de iudi-
cium ex eo,quod ipſe Summus Pontifex ordinarius ſit oĩum
non recognoſcentium ſuperiorem. clement.paſtoralis.de re
iu.Inn.in c.per venerabilem, qui filii ſint legitimi , & dixi ſu-
pra,in rubrica.de feud.acquiſitione.in titul. qui feudum dare
poſſunt.Eodem ferme ordine cognoſcendum eſt, vbi domi-
nus eſſet negligens in iuſtitia adminiſtranda vaſallis,cogno-
ſcet enim tunc ſuperior dominus in defectum inferioris,ne-
gligentis iuſtitiam adminiſtrare vaſallis , & in non recogno-
ſcentibus ſuperiorem cognoſcet Papa,d c.nouit,c.licet ex ſu
ſcepto,& c.ex tenore.de fo. comp.& ita intelligendum eſt, ꝙ
dicitur de miſerabili perſona , quę alioquin dñm feudi recu-
ſare non debet,nam & regulare eſt , quotieſcunque vaſallus
habet dominum mediatum & immediatum,quod prius ipſe
vaſallus reſpondere tenetur, coram immediato, deinde corã
mediato Marin.Frec. nu.2.in 7. autor.,Soci.in quinto notab.
& in gl.prima.ver.vel poteſt dici,& in ſeptima queſtione prin
cipali,vbi tamen ponit quandam differentiam inter clericos
& laicos contra opinionem Innoc. quæ mihi videtur ratio-
nabilior,& in quæſtione ſequenti. dicit, quod eodem modo
erit procedendum in cauſa appellationis.vt videlicet ad ſupe
riorem recurratur,& in eius deffectum ad Summum Pontifi
cem:Et in deffectum iuſtitię dominorum.Cur.in ſeptima par
te. in decimaſecunda fallen. ponit quatuor remedia,ex quib.
poſſunt domini aſtringi ad iuſtitiam miniſtrandam ſuis vaſal
lis,ſed facilior via eſt recurſus ad ſupriorem dominum,ad ef-
fectum,vt ipſe cognoſcat,aſtringere enim iudicem inuitum
ad iudicandum ꝗ ſit periculoſum,nemo non videt.& licet re
gulariter ob negligẽtiam ordinarii,iuriſdictio non deuolua-
tur ad ſuperiorem.cap.paſtoralis.& ibi gl.de apell.tamen, qñ
quis eſt ordinarius aliquo iure ſpeciali,ſi is negligens eſt iuriſ
dictio deuoluitur ad ſuperiorem.ca.irreſragabilis.§.exceſſus ,
de officio ordinarii, at dominus iudex eſt feudi iure quodam
ſpeciali,vt ſupradictum eſt,nimirum ideo ſi eo negligente,iu
riſdictio deuoluitur.Menoch.nu.414.& adeo procedit regula
iſta,ꝙ dñs ſit ordinarius vaſallorũ,quod ſi litigetur inter eos,
coram domino pro cauſa feudali, alter alterum etiã pro alia
cauſa reconuenire poteſt coram eodem domino.gl.in d.c.j.
in fi.de contr.feu.apud pares terminãda.in vſib.feu.Blan.col.
5.verſi.item quæritur, Iacob.nume.19.Soci.in primo mẽbro,
qõne 10. Sed hic cadit nõ leuis eius difficultas, an vaſalli poſ
ſint de feudo litigare,coram altero,quam domino ſuo,& gl.
in dicto §.penultimo de prohibi.feud.aliena.per Federi.vide-
tur ſentire, quod ſic, ex iuriſdictione ſcienter prorogata , ꝙ
potiſſimum procedit domino ſciente & tacente , ſecundum
aliquos.Alii quorum ſententia communior videtur, proro-
gabilem non eſſe iuriſdictionem cenſent,neque ſcientiam,&
patientiã dñi ſibi præiudicare,& multo fortius ſi ignoret, vel
ↄdicat,ꝙ omnino prorogari non poſſit per vaſallos iuriſdi-
ctio alterius.Bal.cõſ.121.a capite.col.pe.ver.ver. ij. alia ,& cõſ.
218.colum.2.verſicul.Item in dominum regem, volumi. ter
tio,vbi conſuluit,quod Comes Sabaudiæ iuriſdictionem rea
lem non potuit prorogare in Regem Francię in cauſa Mar-
chiæ Saluciarum ſine conſenſu Imperatoris directi domini.
Panor.in c.cęterum,numero 9.qui pro clariori intelligentia
ponit aliquos caſus diſtinctos Cur.quęſtio.5.& quęſtio.8.in fi
ne,Menoch.num.418.Ego autem prorogabilem iuriſdictio
ctionem alterius eſſe puto in prorogãtium præiudiciũ,ita ut
proceſſus facti in eorum odium teneãt ex communi regula.
l.i.& 2.de iu.vbi neq; Bar.ad hoc diſsẽtire vĩ,dũ dicit,ꝙ vaſal
lus inuito dño nõ p̃t prorogare,& ſic dñi cõſiderat p̃iudiciũ ,
ſed in pręiuditium domini prorogabilis non eſt iuriſdictio,
vt propterea acta facta inter vaſallos ſibi non noceant , etiã
ſi ſciuerit & tacuerit eos coram alio litigare, & quandocum
que contradixerit,cauſa erit ſibi remittenda,licet diutius li-
tigauerint ipſo ſciente & patiẽte,qui ſciebat ius ſuum durare,
niſi etiam iuditio ipſi pręſens fuiſſet,quia tunc magis eius cõ
ſenſus aperiretur , nam ipſo conſentiente teneret iudicium ,
nec poſſet pœnitere,ſi ſemel conſenſiſſet,conſenſus enim ra
tione iuriſdictionis non eſt reuocabilis . Hinc conſidero , ꝙ
ratio prohibitionis cognoſcendi per alium iudicem eſt , ne
dominus ex ea re detrimentum capiat , quod ſi ex conſenſu
ſuo patiatur eſt, quod ſibi imputet , nec lex aliam probabilẽ
rationem aliudve pręiuditium conſiderat , & ceſſante ratio-
ne legis ceſſat ipſa diſpoſitio,quamuis aliqui pro ratione pro
hibitionem alienationis adſerant , conſidero etiam, quod a-
lius iudex nõ eſt omnino ĩcapax talis iuriſdictionis, nec pror
ſus incompetens , cum in pluribus caſibus,vt ſupra vidimus
poſſit cognoſcere,ſiue vt ordinarius,ſiue tanquam ad ipſum
cauſa potius ſpectet,quam ad alium,& tunc ſententia per eũ
lata inter litigantes valet, & tenet Henric.Boic.in capitu.at ſi
clerici,diſt.2.de iud. notatur in capi.ſignificaſti,de foro com-
peten.& propterea Deci.d.c.cęterum.num. 6. tenet valere p-
ceſſum factum in cauſa feudali, coram iudice ordinario, le-
cus coram eo qui ordinarius non eſt,facit etiam, quod Soci.
Cur.Iaco.& cœteri omnes dicunt , quod ſi quæſtio vertatur
inter dominum & vaſallum,quod relictis paribus curię poſ-
ſunt in alium iudicem conſentire.ratio eſt,quia de alterius p̃
iudicio non agitur;vnde ſi iſti dominum haberent ſuperiorẽ
ad quem relictis paribus,ſpectaret cognitio , idem iuris eſſe
cen-

ceſſerem. vt in ſuperioris prę iuditium nō poſſent dominus & vaſallus alium adite iudicem, prout nec duo vaſalli inter ſe litigantes, poteſt autem dominus mandare vaſallo, ne alterius iuriſdictionem proroget aut coram alio litiget, Marin. Frec. lib. 2. in 10. autor. Licebit etiam præcipere ne in præiudicium ſuæ iuriſdictionis alium ſuum ſubditum trahat ad ſuperioris domini tribunal, nō poteſt tamē prohibere recurſum, Paris de Put. in tract. de ſyndic. titu. de exceſ. baro, ver. an baronat. conſi. 614. Idem in ſubdito quocūque ratione iuriſdictionis cui dominus poteſt inhibere, Ozaſc. deci. 78. nume. 12. Et generaliter poſt domini recuſationem omnino non tenet iudicium, & certe Docto. valde conſiderant prę iuditium domini, dum dicunt vaſallum non poſſe prorogare pro re feudali alterius iuriſdictionem. Iacob. numer. 32. Socin. in v. quæſtio. princip. Eadem diſpoſitio procedit in quocumque ſubdito feudatarii, qui eſt īueſtitus de iuriſdictione vt litigare debeat in curia domini ſui pro quacumque re, allegatur Barto. in l. 1. §. & poſt operis. in fi. de nou. oper. nunciatio. vbi Alexand. & alii, tractant de vaſallo, & ſubdito ratione iuriſdictionis tantum vel bonorum ſubiectorum ad onera erga dominos, ī q̄bus maior militat ratio pro dominis, vt non poſſint conueniri coram alio iudice in actione etiā perſonali ſubditi ſui, nec ipſi iuriſdictionem alterius prorogare ſine conſenſu domini. Et licet Acquen. ibi ſentiat in actione perſonali poſſe prorogari iuriſdictionem, tamen Bart. generaliter dicit non poſſe prorogari iuriſdictionem vbi homines ſunt vaſalli, & prædia ſunt tributaria, & id intelligas vbi dominus aliunde hēt iuriſdictionem quam ratione feudi. Idem dicendū eſt in quocunque ſubdito vbi eſt infeudata iuriſdictio. Marant. in Spec. in 12. diſt. 4. partis princi. in fi. vbi dicit, quod licet regulariter ſubditi poſſint prorogare iuriſdictionem alterius, id fallit in ī feudatis. notatur in d. capitu. cœterum. vbi Innocē. & Panor. colum. v. Curt. in 7. fallen. dixi ſupra in titu. de Laudimio. qō. 24. verſi. per quas rationes. Et paſſim ſe opponentibus dominis Senatus remittit eis cauſas ſubditorum, quæ ad eorum tribunal ſpectant, & de anno 1570. 9. Nouembris cenſuit ſubditum non poſſe prorogare iuriſdictionem alterius, etiam pro re allodiali in prę iuditium vaſalli infeudati, ſed quod ipſe ſubditus ſtante prorogatione aut ſubmiſſione, non poſſit allegare declinatoriam, minuſque petere remiſſionem, & ita intelligenda ſunt dicta Doctor. Afflict. in §. pe. nu. 16. de prohi. feu. alie. per Fed. dicit id procedere ratione iuramenti fidelitatis. Boer. deciſ. 114. Foller. de cenſi. in ver. & ſubmiſſiones numer. 3. vbi an dominus ſuperior poſſit facere edictū cōtrarium, & concludendum eſt, ꝙ ſic in caſibus in quibus iure communi inſpecto quis ſortiretur forum alterius iudicis, vt ſi alibi cōtraheret vel delinqueret vt ſupra dictum eſt. quæſt. 24. Adde, quod etiam ſi clerici ſint dominus feudi competens eſt, ſi de feudo agatur, ſiue dominus ſit laicus, ſiue clericus, & ſiue inter laicos, vel clericos agatur. c. ex tranſmiſſa. & cap. verū, de fo. comp. c. cœterum. de iud. & ibi notatur. Iacob. vbi ſupra num. 3. argumentatur in vtranque partem, & tādem dicit ab hac opinione, quę communis eſt, non eſſet tutum recedere. Cur. queſt. i. Zaſi. in xi. parte. numer. 6. vbi etiam dicit laicum poſſe contra clericum mandare executioni ſuam ſentētiam. Aufrer. de poteſt. ſecu. ſupra eccleſiaſtic. perſo. in 2. reg. nume. 3. Clar. d. §. feudum. q. 90. qui de communi atteſtatur. Socin. in 3. memb. limi. v. ubi limitat, niſi in cauſa criminali, etiam ſi ciuiliter intentetur contra clericum. Menoch. nume. 396. Secūda conſideratio eſt reſpectu iudicii, & cauſæ. Primo ſi cauſa feudalis criminaliter tractetur, aut alias agatur de alia re, quam de feudo, aut agatur alio iure, quam ex lege feudali, vel ad alium effectum, quam ſimplicis feudi ordinarius eſt iudex. Innocent. in capitu. cœterum. & ibi Felin. nume. 8. Bald. in c. i. de inueſt. in maritū facta. Cur. in 3. memb. princ. & hoc ſiue agatur inter dominum & vaſallum, ſiue inter vaſallos. Cur. in fi. verbis huius tituli. Soc. conſ. 27. volum. 3. vbi dicit generaliter, quod quando cauſa non tangit naturam feudi per ordinarium eſt tractanda, nam alio iure dominus feudi non habet iuriſdictionem in vaſallum, quam ex lege feudorum, niſi etiam de iuriſdictione ſupra vaſallos ſit inueſtitus, nam tunc eſt ipſe ordinarius, & propterea poteſt cognoſcere, Menoch. nume. 443. Secundo, quando, quæſtio feudalis dependet a iuramento, & agitur de virtute iuramenti. Cur. in 9. Fallen. vbi ſecus dicit ſi agatur tantum de executione iuramēti. Soc. in d. c. ex tranſmiſſa, in 3. memb. prin. lim. 6. vbi declarat, ꝙ eccleſiaſticus ad quem quæſtio iuramenti pertinet, poterit etiā cognoſcere de cauſa feudi, ſi iuramētum directe cauſam ipſā feudi concernat. ſecus ſi controuerſia feudi ſeparati poſſit a quęſtione iuramenti. Cauſa poſſeſſoria feudi, coram ordinario iudice, ſiue laici, ſiue clerici non coram domino feudi tractanda eſt, nihil enī commune habet poſſeſſio cum proprietate. gl. fi. in capitu. ex parte. de foro comp. glo. in d. c. cęterum in verb. quamdiu parati. de iudi. Blan. vbi ſupra, colum. tertia. ver. & eiuſdem. Luc. de pen. in l. vnic. col. pen. verſi. vnde clerici. C. de reis expoſtul. lib. x. Henric. Boic. in d. capit. 2. Paris de Put. cap. 198. an citatus, & licet plures impugnent glo. attamē mihi videtur poſſe procedere, quando cauſa poſſeſſoria nō habet cauſam mixtam proprietatis, alias ſecus, & hæc videt̄ fuiſſe intentio glo. & Bal. in d. capit. cæterum, & in §. penul. de prohi. feu. alie. per Fed. & Bal. in cap. primo, §. ſi inter pares, de leg. Conr. & in l. tertia. C. ſi a non compet. iud. Menoch. d. remed. 3. retin. poſſeſſ. nu. 377 cū ſeq. & 422. Et ita in effectu videtur limitare communem opinionem. Curt in 6. quæſtio in qua etiam quæſt. inſert ad poſſeſſoria iudicia cauſarum ſpiritualium, in qua ſiue inter clericos agatur, ſiue laicos, valde referre puto, an de plenario poſſeſſorio ordinario iudicio agatur, vel de ſummario poſſeſſorio extraordinario iudicio. Hīc ſumpta occaſione corolarii loco ſubnecto quæſtionem, quæ vſu ſæpe euenire ſolet, An ſcilicet laicus inter clericos ius dicere poſſit in poſſeſſorio beneficiali, vel rei ſpiritualis. In qua quæſtione, conſiderandum eſt primo, an tractetur de iuriſdictione laicorum priuatiue, ad eccleſiaſticos, prout in Gallia obſeruatur, vbi etiam fiunt præcepta, ne eccleſiaſtici cognoſcant de petitorio, donec cauſa poſſeſſoria ſit per ſeculares iudices definita, & ſimiliter fiunt inhibitiones eccleſiaſticis, ne cognoſcant de actione reali, etiam inter clericos. Io. Fab. in §. item Seruiana. nume. 32. ver. & facit, quod prælati. Inſt. de act. Boer. deciſ. 69. Io. Gall. quæſt. 155. freti diſpoſitione Auth. clericus, C. de epiſcop. & cler. c. cauſam, el 2. qui fil. ſint legi. quod tamen capitulum loquitur de poſſeſſione bonorum temporalium inter laicos, & contra huiuſmodi ſtylum inhibendi, facit. c. quoniam. de immunit. eccle. in 6. Sed dici, poteſt quod vnaquęque prouincia abundat in ſenſu ſuo. De iure autem, certum eſt, quod clericorum competens iudex eſt eccleſiaſticus, ſiue petitorii ſiue poſſeſſorii, aut quacunque alia cauſa agat̄. c. at ſi clerici. c. clerici c. qualiter, de iudi c. 2. c. ſi clerici. de foro compe c. cauſam de reſcrip. authen. ſtatuimus. C. de epiſ. & cler. quinimo competens eſt etiam iudex inter laicos, ſi de poſſeſſorio rei ſpiritualis ordinario iudicio agat̄. c. ex cōqueſtione. & c. literas. de reſt. ſpo. c. accedens, el. 2. ut lit. non conteſta. & regulariter poteſt eccleſiaſticus iuſdicere in laicos in caſibus mixti fori. c. tuę, & ibi notatur de procu. Feli. in c. cum ſit de for. comp. Iaſ. in rubr. C. de iud. Clar. §. fi. q. 37. Et quid ſi delinquens in caſu mixti fori, ſit abſolutus per eccleſiaſticum, q̄ prę uenit, an poſſit puniri per laicum tanquam non ſufficienter punitus? Iſte caſus occurrit ſuperioribus dieb us, dum Reuerendiſ. Nuncius abſoluiſſet, quendam de loco collegii, qui copulam habuerat cum commatre. Dicebatur, quod ſi conſtatet euidenter non fuiſſe, ſufficienter punitum, quod poſſet ſuppleri pœna per laicum, ſed quod in dubio, ubi pęna eſt arbitraria, laicus non poſſet cognoſcere, an eſſet ſufficienter punitus necne, quia eſſet per indirectum cognoſcere, an eccleſiaſticus bene, uel male pronunciaſſet, quod non licet pari, ita etiam non poſſet eccleſiaſticus cognoſcere, ſi laicus pronunciaſſet, quod ſi notorie id appareret, uel diuerſæ pœnę eſſent ſtatutæ, quod tunc procederet doctorum ſententia, quod minus ſufficienter in uno foro punitus poſſet cōdecenter in alio foro puniri ſupplendo, eo, quod pęna non fuit condigna: In caſu autem occurſo dicebat Reuerendiſ. Nuncius. quod ex quo proceſſerat per uiam gratiæ iuxta facultatem ſibi a papa conceſſam, quod ſemel abſolutus, per uiam gratię uel iuſtitię non poteſt in alio foro moleſtari, quādo gratia emanauit ab eo, qui poteſtatem habebat concedendi. ad gl. in capitu de iis de accu. & de materia, late Io. Bapt. Cacialup. in repe. l. 1. C. de ſumm. Trinit. & fide cath. col. xi. Barb. in c. poſtulaſti. numer. 102. de foro comp. Didac. uar. reſol. lib. 2. c. x. ſed in propoſito, de abſoluto per uiam gratiæ. Aufr. in trac. de poteſt. eccl. ſuper layc. q. cxx. uidetur ſentire. quod eo modo abſolutus, poſſit ī altero foro puniri. Item poteſt conueniri laicus propter uim turbatiuam, uel expulſiuam coram eccleſiaſtico capitu. conqueſtus. de for. compet. & clemen. i. eodem titu. & ubi agi poteſt coram utroque eccleſiaſtico, uel ſeculari, electio erit clerici agendi coram quo maluerit, ad notata in c cum ſit. de fo. competen. Sed prout eccleſiaſticus in laicos plerunq; ius dicit an etiam laicus poſſit cognoſcere inter clericos? regula eſt negatiua. c. placuit ca. clericum nullus. 11. quæſtio. prima. c. ſi qs. 23. q. 8. c. ſi iudex laicus de ſenten. excommu. in 6. c. item ſtatuimus conſti. Fede. Dec. conſi. 241. num. 2. quinimo, neque inter laicos iudex ſecularis poteſt cognoſcere, ubi agitur de re ſpirituali. capitu. cum laicus. de reb. eccl. non alie. c. quanto. de iudi. c. tuam, de ord cogn. c. lator. qui fil. ſint legit. c. contingit. de arbi. cum ibi notatis. Duab. itaq; rationib. interdicta eſt laico cognitio, tum ratione perſonarum, tum ratione rei, & cauſæ. Ratione perſonarum non poteſt laicus cognoſcere inter clericos, ſeu inter laicum, & clericum, ubi clericus ſit reus, ſiue agatur de re ſpirituali, ſiue temporali, etiam ſi de fundo mere prophano ageretur, uel de cauſa pecuniaria. c. ſi diligēti. & c.

ſigni-

ſignificaſti de foro competen. capitu. eccleſia. de conſt. Et propterea iuri conueniens non uidetur Galliæ conſuetudo, per quam clerici in actione reali ad tribunal laicale trahuntur, qui caſus eſt primæ quæſtionis, 11. cauſ. & habetur in c. inolita, eadem. q. c. clerici. de iud. Bal. in d. Authen. clericus. num. 2. in fin. Io. quin. Hedn. de ariſtocra. ti. de iud. rer. temp. colum. 3. in fi. Roſſi. de conſue. nume. 450. Rot. deciſ. 840. in antiq. Viu. lib. 2. cont. op. in verbo clerici. Licet in contrarium faciant, q̃ infra annotantur poſt Didac. pract. q. c. 31. Ratione autem rei & cauſę interdicta eſt laico cognitio, nedum inter clericos, ſed etiam mere laicos c. quanto. de iud. d. c. lator. qui fil. ſint legiti. cap. tuam. de ord. cogn. vbi gloſſ. fin. ampliat, etiam ſi incidenter, vel per reconuentionem de cauſa ſpirituali agatur, c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. de hęr. c. d. c. ſi iudex. de ſentē. excommu. in 6. Specula. in ti. de reconuen. §. nunc dicamus. in princi. & ver. & trado. & hic obiter notandum eſt fortiorem eſſe rationem cauſæ, & magis impeditiuam cognitionis, quā perſonarū. Cauſę n. natura, quo ad ius fori principalr inſpiciēda eſt. Bal. in d. Auth. clericus. in 2. nota. atque ēt naturam cauſę trahere ad ſe perſonam clerici non econtra cenſet Hanneto, de feu. li. 1. c. 6. in fi. vnde cauſam ciuilem clericorum, laicus poteſt cognoſcere ex delegatione epiſcopi, nō autem poteſt epiſcopus cauſam ſpiritualem delegare laico. gloſ. in cap. 2. de iud. vbi omnes notant. Item, clericus coram iudice laico in cauſa ciuili poteſt reconueniri, ſecus ſuper cauſa ſpirituali glo. in c. 2. de fo. compe. gl. fi. in d. c. tuam. & in c. denique. 96. diſtin. & in c. multi. 2. q. 1. & in ſumm. 11. q. 1. quam opinionem dicunt veriorem ęquiorem, communem, & in practica ſeruādā. Feli. Dec. & Bero. in c. at ſi clerici. de iudic. quicquid ibi Barba. dixerit. Maria. in c. 1. de mut. petit. colum. 27. ſed tu aduerte. In propoſita autem quæſtione, doctores nonnulli tractando materiam confundunt huiuſmodi rationes, dicentes aliqui, non poſſe laicum cognoſcere de poſſeſſorio beneficiali, quia agatur inter clericos. d. cap. qualiter, & quando de iud. vbi canon omnino prohibet clericum trahi coram iudice ſeculari. Alii contrarium aſſerētes, quia agatur de re temporali: Primi quidem regulæ adeo inhęrent, ſicut Bononienſes carrocio. Alii autem limitationem conſtituunt, quæ regulam deſtruit, & ęquiuoce loquuntur. Neque hi, neque illi ſcopum mihi videntur attigiſſe, & pro declaratione pręmitto, quod priuilegium Eccleſiæ quatenus propoſito noſtro deſeruit, conſiſtit ī duobus primo in adminiſtrando, iudicando, ac ſtatuendo de iuribus eccleſiaſticis, maxime ſpiritualibus. Secundo in iudicando perſonas eccleſiaſticas, & in eas iuriſdictionem exercendo, notatur per Inno. & alios. in c. nouerit. de ſentent. excommu. Bellam. conſ. 40. nume. 3. in princip. & colum. 7. verſ. circa quod. & ibi dicit cauſas eccleſiaſticas eſſe triplicis generis criminales, ciuiles, & ſpirituales, additur quartum, quaſi ſpirituales. Cauſę autem eccleſiaſticę non niſi per eccleſiaſticos tractari debent. Item regulariter ſolus eccleſiaſticus inter clericos cognoſcere poteſt, laicus tamen in pluribus caſibus clericorum quoque iudex eſſe poteſt, aliquos enumerat gl. in c. principis. 23. q. 5. & in ſumma. 11. quō. 1. multos enumerat Anchar. in c. ea quæ. q. xi. de reg. iur. in 6. gl. in c. item ſeruat. de cle. vol. decl. ſor. ſuper ritu curię Neapo. Maran. in 4. part. ord. iud. diſt. 11. ver. ſucceſſiue, plures Aufr. & Bern. Laur. in trac. de poteſt. ſecul. ſuper eccleſiaſt. perſ. & in quibus clericus aduerſus clericum poteſt agere coram iudice ſeculari, poterit nihilominus de iure agere coram eccleſiaſtico, vt ſupra dixi, & electio erit clerici. ad notata in d. c. cum ſit. de for. compe. in gl. fi. in fi. & in c. dilecti, eodem tit. l. cum clericis. in princip. C. de epiſco. & cler. l. decernimus. C. de epiſco. aud. Eſt quoque conſideraudum, quod licet nō cognoſcat regulariter laicus de cā ſpirituali, id quandoque poteſt incidenter, vel ſi non ex profeſſo de re ſpirituali tractetur, ſed de facto rei ſpiritualis. Fede. de Sen. conſ. 245. in fi. Galder. de iud. conſi. 15. Bal. in l. filium. de his qui ſui, vel ali. iur. ſunt. Bar. ponendo exēpla in l. omni nouatione. C. de ſacroſan. eccle. & in l. quoties. vbi Bald. C. de iud. & ibi Iaſ. Alc. & Bar. & in l. Titia. ff. ſol. mat. Felin. in ca. decernimus. in fi. de iud. & in c. 1. num. 22. de iureiuran. Imol. in clem. diſpendioſam nu. 19. de iud. vant. de nulli. ſent. ex defect. iuriſdict. nume. 54. Alexa. conſil. 9. volumi. 4. Afflict. deciſ. 219. numer. 5. Capic. deciſ. 7. Gerard. ſing. 96. Didac. in ępitom. capi. 8. §. 12. nume. 3. His itaque pręſuppoſitis, redeūdo ad principalem quæſtionem, vtrum laicus competens ſit in poſſeſſorio beneficiali, cum duplici ratione conſideretur in competētia propter perſonas, & cauſas, ad hoc, vt competens eſſe poſſit, ceſſare debet vtraq; ratio vulg. §. affinitatis, inſt. de nup. l. ſi nō lex de hæred. inſtitu. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa. limit. 22. & propterea, cum de beneficio agi nō poſſit, niſi inter clericos dixerunt indiſtincte nonnulli laicum de huiuſmodi poſſeſſorio non poſſe cognoſcere, quos ſequutus eſt Menoch. in trac. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. q. 18. & in tract. de reint. poſſeſſ. remed. 3. q. 52. nume. 349. & pro his facit, quod ſupra dictum eſt quod clericus licet ratione feudi, in petitorio corā iudice laico conueniri poſſit, in poſſeſſorio coram eccleſiaſtico debet cōueniri, & ſic, ſiue poſſeſſorio, ſiue petitorio agatur, coram eccleſiaſtico eſt conueniendus, nec laicus in eū iuſdicere pt, & propterea infertur, quod poſſeſſorium non eſt illud, quod alteret qualitatem fori in clerico, & vbi poſſet cognoſcere, cē ſuit Afflict. deciſ. 2. num. 5. ꝙ non poteſt id per modum ordinariæ iuriſdictionis citando clericum, ſed extra ordinem citādo gnāliter quoſcunq; qui ſua putauerint intereſſe, quo citādi mō abutunt̄ qnq; laici in cauſis ad eorū forū non ſpectantib. qt̄ fieri non poteſt. Grammat. deci. 61. Eandem opinionem plures tenuerūt, propterea, quod poſſeſſorium beneficii prout cenſetur cauſa beneficialis, ita etiam poſſeſſorium cuiuſcunque rei ſpiritualis, ſpirituale cenſeri dicunt, & licet cā ſpiritualis dici non poſſit, attamen dicit̄ quaſi ſpiritualis, vt poſt alios refert Vant. de null. ſen. ex defec. iuriſd. nu. 54. in fin. Alii vero diſtinguendum putant inter remedia poſſeſſoria, neque in omnibus eandem eſſe rationem, & huiuſmodi differentia eo tendit, vt aliqua remedia poſſeſſoria rerum eccleſiaſticarum dicantur temporalia, aliqua ſpirituralia, propterea, quod cauſam proprietatis habeant annexam. Poſtremi cenſuerunt indiſtincte laicum eſſe iudicem competentem in omni cauſa poſſeſſoria, eo quod nihil habeat commune ꝓprietas cū poſſeſſione, quæ dicitur quid temporale. Horum diuerſæ, atque adeo contrarię opiniones diſcutiendæ ſunt, vt eis diſcuſſis veritas eluceſcat. Primi innitētes regulę, quod laicus inter clericos non poſſit cognoſcere patiūtur hunc obiectum, ꝙ ex regula ius ſumi nō debet, & omnis regula patiat̄ exceptionem. l. 1. de reg. iur. Itaque regulare eſt, & genericum, quod notatur in d. cap. placuit, & iuribus ſupra allegatis. Speciales autem ſunt caſus, quibus laicus iusdicit in clericos, & generi per ſpeciē derogatur. Cum igitur pluribus in caſibus ſupra dixerimus laicum poſſe cognoſcere inter eccleſiaſticas perſonas, non erit inconueniens, quod caſus iudicij poſſeſſorii ſit de exceptuatis, quod an verum ſit ex infra dicendis liquebit. Sed quoniam alterum etiam impedimento, eſſe poteſt cognitioni, ſi cauſa ſit beneficialis, vel ſpiritualis, non inutilis ea eſt indagatio, an poſſeſſorium beneficij, aut alteri⁹ rei ſpiritualis dicatur temporale, necne, & negatiuam tenentes, propterea dixerunt laicum incompetentem, Franc. in c. j. in fi. de reſt. ſpoli. in vi. Hęc diſquiſitio facilior reddetur, ſi ſigillatim remedia poſſeſſoria diſcutiemus, cum non eiuſdem naturæ ſint iuxta frequentiorem. Doctorum ſententiam. Illud interim non omittēdum putauerim, vt quoties dicemus iudicē laicū poſſe cognoſcere, ad vtrāq; rationem incompetentiæ eſſe animaduertendum ne aliqua obſit. Primo itaque in poſſeſſorio retinendę Doctores paſſim eunt in eam ſententiam, vt laicus poſſit cognoſcere. Neque obſit regula clericalis, eo ꝙ laicus poſſit inter clericos cognoſcere, quādo ſubeſſe poteſt timor ſcandali, & ad laicum ſpectat pacatam reddere prouinciam, vt infra dicetur. Cum autem vterque ſuam poſſeſſionem tueri conatur, plerunque ſcandala oriuntur, quę vt prohibeat laicus ſummatim cognoſcit, & prouidet. Minus obſtare dicunt cauſæ naturam, eo quod ſit temporalis, cū de ſolo poſſeſſorio agatur, quod licet ſit beneficiale, vel rei ſpiritualis, eſt nihilominus ipſum merum, ac nudū poſſeſſoriū tpale, ſi non hēat mixtā cauſam proprietatis. Poſtrema hæc ratio mihi videtur habere poſſe duplicem ſenſum, vnum quidem qui reſpiciat rem, de qua agitur, ideſt, poſſeſſionem, quæ cum cenſetur ex actu poſitiuo, & temporali, ſeiungique poſſit a ꝓprietate, vulgato. §. nihil commune, licet proprietas ſit ſpiritualis, poſſeſſio nihilominus erit temporalis, ſecundum eos, qui tenent cauſam poſſeſſoriam eſſe temporalem. Similiter, ſi de mero facto tractetur, puta, an talis contraxerit matrimonium, vel potius fecerit actus, ex quib. induci ſolet matrimonium, & nunquid in contractu interuenerint ea, quę faciunt contractum ipſum vſurariū, iſtud factum dicetur mere temporale, licet matrimonium ſit quid ſpirituale, & vſura ſit crimen eccleſiaſticum. Alter vero ſenſus reſpicit, non tam rē ipſam, quā formam, & modum cognoſcendi, licet enim tractetur de re temporali, ſi tamen iudex qui habet cauſam decidere, voluerit de his etiam cognoſcere, quæ merum factum excedunt, & cauſam proprietatis habent annexam, quæ ſpiritualis ſit, tunc an poſſit laicus cognoſcere, necne, contendūt Doctores, alii quidem poſſe negant, alij affirmant, ſi incidenter, & ſummatim cognoſcat, Feli. & Maria. in c. cum ſit. de foro compet. & in c. decernimus, de iudic. Redeundo itaque ad remedium retinendę affirmant fere omnes, laicum poſſe cognoſcere, tam ex eo, quod cauſa poſſeſſoria ſit temporalis, q̄ quod hoc remedium, mixtam non habeat cauſam proprietatis. Addunt aliqui iudiciū tunc dici hīc mixtam cām proprietatis, quando oportet fidem facere de titul. vt cenſuit Ber. Hęc dicta Doctorum, ſi diligenter perpendantur, quomodo procedant, & vera ſint, reſoluetur facili negotio, propoſita differentia

ferentia

ſerentia inter remedia poſſeſſoria. Et primo, quod attinet, an
poſſeſſorium beneficii dicatur tēporale, aliqui tenuerunt, ꝙ
non & ꝙ propterea laicus non ſit iudex cōpetens An. de Bu
tri. in c. literas. circa fin. de iuramento cal. & ibi late Barba. Di
dac. pratic. quæſt. c. 35. verſi. prima concluſio, & cum etiā in
remedio retinendæ, debeat fieri fides de titulo, & is vincat, q
melius probat de titulo Guidopa. quæſtion. 71. Oſaſc. poſt a-
lios per eum allegatos, deciſ. lv. Menoch. in tertio reme. retin.
poſſ. nume. 730. videtur, quod iudex laicus non poſſit cogno
ſcere. V aut. vbi ſupra de nullit. ſenten. ex defect. iuriſdiction.
numero 54. Grama. deciſ. xxi. numero 8. Alii cenſuerunt cau-
ſam poſſeſſoriam beneficii, vel rei ſpiritualis, eſſe beneficia-
lem. ſeu ſpiritualem, aut quaſi, ita vt naturam beneficialis, &
ſpiritualis ſequatur addit. ad deciſ. Tholoſ. 470. Cur d. par. 7. q.
6. plura adducens. Quidam autē ſubdiſtinguunt, an agatur de
poſſeſſorio beneficii, aut alterius rei ſpiritualis, & cauſam,
dicunt beneficialem ſeu ſpiritualem, aut agitur de poſſeſſo-
rio prædiorum, & corporum ad beneficium ſpectantium,
vel ad eccleſias, & tunc dicunt cauſam eſſe temporalem, &
laicum poſſe cognoſcere, pro his videtur text. in capitu. ſi
quæ cauſæ, in fin. vndecima quæſtione prima, glo. in clem.
diſpendioſam in verbo beneficiis & in verbo Decimis. in fin.
de iud. & notat Bero in Rubr. de iudic. numero 152. Alii indi
ſtincte tenent rei ſpiritualis poſſeſſorium, dici quid tempora-
le, vel ſi quaſi ſpirituale dicatur ſecundum aliquos, naturam
tamē cauſæ temporalis ſequi. Horum opinio communis eſt,
& verior videtur gloſ. in d. c. literas. de iuram. calum & ibi Pa
nor. no. & Zabarel. & gl. in c cum dilectus, in verbo, iuramen-
to, de electione. nota in d. clem diſpendioſam de iud. Archid.
in c. primo, in verbo in ciuilibus, de reſtitu ſpo. in 6. Bald. in c.
primo, apud quos vel quem controuer. feu. & in l. ſi de pro-
prietate numero decimoquinto, C. ſi a non comp. iud. Mara.
in quarta part. diſt. xiij. vbi diſtinguit iudicium ſeculare a tem
porali, eccleſiaſticum, a ſpirituali, vt ſeculare, & eccleſiaſticū
iudicium, tribunal reſpiciat. Temporale, & ſpirituale rem de
qua agitur. Rip. in rubric. extra de iudic numero 90. vbi dicit
hanc eſſe communem concluſionem. Eman. Suarez. recept.
ſent. in verbo. poſſeſſo. benefi. Marc deci. 512. facit, quod ſupr.
dictum eſt, quod cauſa mere poſſeſſoria feudi, non eſt feuda-
lis, & propterea, non mirum, ſi iudex feudi non ſit iudex poſ
ſeſſorii, ſed ordinarius, & id facit pro opinione gloſſę, & com
muni declarando vt laicus non ſit iudex in cauſa ordinaria
ſed in ſummaria ſic, nō, quia poſſeſſoriū tribuat huiuſmodi
qualitatē, ſed ſummaria cauſæ cognitio, & vbi tractatur ma
teria facti, & non obſtat qualitas rei, de cuius poſſeſſorio agit̄,
licet ſit ſpiritualis, ex quo poſſeſſorium temporale eſt, & ex cā
videlicet ſcandali euitandi, & ne vis alicui fiat, coram ſecula
ri tractari poteſt, licet clericus reus ſit, prout infra dicetur, qđ
videtur eſſe de mēte Burſa conſi. 49. nume. 7. allegat. Ant. Gra
uat. in annot ad pratic. Octau. Veſtr. lib. v. cap. i. vbi dicit com-
munem eſſe opinionem, quod poſſeſſorium cauſæ ſpiritua-
lis, non ſit ſpirituale. Idem ferme ſentit Menoch. in iij. remed.
retin. poſſeſ. q. liiii. numero. 381. vbi ſentit duos poſſe eſſe indi
ces in cauſa poſſeſſoria beneficiaria, vel ſpirituali. eccleſiaſti-
cum, & laicum, quo facilius, & validius eccleſia defendatur.
In cauſa tamē poſſeſſoria feudi, nume. 422. diſtinguit, an aga-
tur, de puro, & ſimplici poſſeſſorio, vel habente mixtam cau
ſam proprietatis. propterea indiſtincte quoque putarunt nō-
nulli, laicū poſſe cognoſcere de huiuſmodi cauſa prout idē
Grauat. dicit Benedict. in cap. Raynutius. in verbo, & vxorem
nomine Adelaſiam. deciſ. ſecunda. nume 39. Boer. deci. 69. nu
mer. 23. Grammat. deciſ. 78. Caſſan. conſi. 45. numer. decimo
tertio. Io. de Selu. in tract. bene. par. prima, quæſtion 7. nume.
16 Aufre. in trac. de poteſt. ſecul. numero decimoſeptimo. Ay
mo conſi. 322. colum. i. & cum his videtur tranſire. Quint. Mā
doſ. in tract. de monit. quæſt. 13. dum ſimpliciter dicit, quod iu
dex laicus procedere poteſt ſuper eccleſiaſticis, in concernen
tibus factum, & in poſſeſſoriis. Alii vero, & melius cenſuerūt
laicū poſſe de huiuſmodi poſſeſſorii cauſa cognoſcere, ſi non
habeat mixtā cauſam proprietatis, alias ſecus. c. cām quæ. qui
fil. ſint legi. vbi tex. dicit, quod iudicium poſſeſſorium ſpectat
ad Regem, licet tractaretur de connexis ad cām matrimonii.
Et propterea cum retinendę remedium cauſam proprietatis
non habeat annexam, fere omnes cēſent de eo poſſe laicum
cognoſcere in beneficialibus, Ferre. poſt alios conſil. primo.
Oſaſc. d. deciſ. 55. Quod autem aliqui adducunt tunc dici poſ
ſeſſorium habere mixtam cauſam proprietatis, quādo opor-
tet fidem facere de titulo nequaquam admittendum eſt, præ-
ſertim in beneficialibus, in quibus in quocunque poſſeſſorio
neceſſe eſt fidem facere de titulo. Panorm in c. conſtitutis. co
lum. 2. verſic. & aduerte. de elec. & in d. c. in literis. numero 12.
de reſti. ſpol. vbi late tractant Doct. & Bero. num. 77. 86 cum
ſequen. Aſflict. in conſti violentias colum. 14. verſ. in contra-
rium. Alc. reſp. 409. Caſſad. de reſt. ſpol. deci. 4. nu. 7. Menoch.
in xv. remed. recup. poſſ. nu. 458. idque ea ratione, ꝙ beneficiū
non detur ſine canonica inſtitutione. c. beneficium. de reg. iu.
in 6 c. ex frequentibus, de inſti & de titulo iudex laicus poteſt
cognoſcere, quando ſolummodo quæritur, an ſit coloratus,
necne, non autem an ſit validus, vel inualidus. Rip. lib. ij. reſp.
c. xxxvj. quod eſt finale Oſaſc. deci. 116. nume 4 Purp conſil.
430. in fin. Dicetur igitur habere mixtam cauſam proprieta-
tis poſſeſſorium, quando iudici eſt attributa poteſtas cogno-
ſcendi de validitate, vel inualiditate tituli. Vbi autem nihil
aliud requiritur, quam exhibitio tituli colorati, qui prima ſui
facie, & extrinſecus validus apparet, vt quia collatus ſit a po-
teſtatem habente, non dicetur iudicium habere mixtam cau
ſam, cum de proprietate non poſſit cognoſcere iudex, ſed il-
lud tantum inſpicitur, an titulus ſit coloratus, & ſic inciden-
ter de titulo cognoſcitur, principaliter autem de poſſeſſione
ſeu quaſi beneficii, & iuris ſpiritualis: Menoch. in 3. remed. re-
tin. poſſ. num. 328 cum ſequen. licet ipſe alia ratione ſentiat
laicum non poſſe cognoſcere, quando vterque litigator eſt
eccleſiaſticus, eo quod inter clericos ſit incompetens, ſicque
nedum remanet expeditum iudicium huius remedii retinen
dæ, quod in eo laicus ſit competens inter clericos etiam rō-
ne beneficiorum, & rei ſpiritualis, ſed etiam aperta videt̄ via
decidendi in aliis remediis. Et in remedio redintegrandæ,
communis quoque eſt doctorum cōcluſio, laicum poſſe co-
gnoſcere adducitur intellectus Vincen. ad cap. fina. de iud. qui
licet ſit diuinatiuus, eſt nihilominus verus, vt ibi ſentiunt Za-
barel. & alii nonnulli Et Zabarel. in clem. diſpendioſam. qō.
decima, de iud. Guidop. deciſ. 1. & 207. Luc. de pœn. in l. ſi co-
loni, colum. fi. C. de agri. & cenſ. lib. 11. Bero in d. rubri nume.
53 de iudi. Nata conſi. 411. nume. tertio, Oſaſ. deciſio. 116. nu-
mero primo, aliqui tamen contrarium tenuerunt. Federic.
de Se. quæſt. 90. Guidop. conſi. 149. Rolan. conſi. 23. volum. 2.
Menoch. in xv. remed recuper. poſſ. numero 211. & horum
ratio eſt, quod ceſſet timor ſcandali, cum conſtet, ſeu de facili
conſtare poſſit de poſſeſſore, qui etiam ſi prædo ſit, manute
nendus eſt, nec citra iudicialem cognitionem priuandus. iu-
dicialis autem cognitio, tractanda eſt apud competentem iu
dicem, qui inter clericos eſt eccleſiaſticus, vt ſupra præſuppo-
ſitum eſt. His reſponderi poteſt, quod non omnino ceſſat ti-
mor ſcandali, propterea, quod putant nonnulli ſibi licere rē
ſuam recuperare, & vim vi repellere c. dilecto, de ſent. exc. in
6. l. 3. §. cum igitur, de vi & vi arm Sed & alia ratione cōtraria
ſententia ſuſtineri poteſt, quoniam ad laicum ſpectat prohi-
bere, ne cui vis fiet. l. i. §. eſt autem. ff. ne vis fiat ei. c. fortitudo.
cum ſeque. 23. quæſt. tertia, debetque eccleſiaſticas perſonas,
& eorum bona tueri, c. quidam monachi. 16. quæſt. prima, c.
omnis. 7. quæſt. i. c. filiis. 16. quæſt. ſeptima, quę ratio fuit etiam
ab Aſflicto conſiderata, deciſ. 24 & dicitur ex textu in c. prin-
cipis. 73. quæſt. quinta, ſupra allegato, & cap. regum. eadem q.
per quę iura dicunt nonnulli poſſe laicum cognoſcere de vi,
& iniuriis etiam inter clericos, Villalob. in com. op in ver-
bo clerici, in v. fall. & hoc ſecundum conſuetudinem regni, ī-
ſpecta etiam cauſa, illa poterat tractari coram laico, cum de
poſſeſſorio agatur non habente mixtā cauſam proprietatis,
& hac ratione, quamuis ſubdubius non negat Rober de Fre
ta, in d. conſ. Bellam. quadraginta, colum decima ſexta, ver. &
ſuppoſito. quin poſſit agi ī foro ſeculari. vt laicus tueatur, vel
reſtituat clericum. Maior verſatur difficultas in poſſeſſorio
adipiſcendæ, quod dicunt Doctores habere mixtam cauſam
proprietatis, & propterea laicum eſſe incapacē, ſi agatur de
poſſeſſorio beneficii, vel rei ſpiritualis. Guidop. quæſt. prima,
Aymo conſilio 104. numero 17. Menoch. vbi ſupra, numero
25. citantes alios, & videtur hæc communis opinio, ſed peni-
tius conſiderando, Doctores diuerſificantes huiuſmodi reme
dia, ſe fundant, quod laicus ſit incapax ratione rei, & cauſæ,
non admodum conſiderata ratione perſonarum litigātium
& profecto obiectus ratione pſonarum videtur tolli hoc in
remedio eadem ratione, quæ in aliis ſupra fuit adducta, cau-
ſa videlicet ſcandali euitandi, quod in concurſu apprehenſio-
nis poſſeſſionis non minus oriri poſſet, quam in materiam
manutentionis, aut reintegrationis, ex quo ad aprehendēda,
ſacerdotia plures quandoque certatim currunt, vt inquit Fer.
conſ. 12. nume. 15. & propterea, a iure dicit approbatam con
ſuetudinem, vt laici cognoſcant in poſſeſſorio. Aliqui etiam
in adeptione poſſeſſionis, ſi reperiant cōtradictorem, quem
legitimum non reputant, omni conatu ius ſuum exequi, &
poſſeſſionem adipiſci curant, intruſi quandoque etiam præ-
ſidia collocant in eccleſiis. vt reſiſtant habentibus bullas pon
tificias, & interim mouent omnem lapidem, vt ipſi pariter
aliquem, vel mendicatum titulum nanciſcātur. Ecce igitur,
quomodo ſcandali occaſio oriri poteſt, non minus in hoc re
medio, quam in aliis, notat. in ſimili Caſtren. in l. fi num. 2. C.
de ed. diu. Adr. toll. Neque ideo minus ad Principem ſpectat
prouidere, vt ceſſent huiuſmodi occaſiones ſcandali, quam

necui

nc cui vis inſeratur,& vt amoueantur ſimiles de facto deten
tores,faueatque requiſitioni clerici prouiſi, & mandata Pon-
tificis obſeruet argum.capitu.vt famę,in fin.de ſente.excom-
muni.& quod dictum eſt ſupra,per capit. Principis.& capitu.
Chriſtianis.11.quæſt.1.Et in propoſito videtur eſſe glo.in ter-
minis,iuncto textu in cap.petimus.11.quæſt. prima. dum ibi
gloſſ.inducit illum tex.in argumentum, quod ſi quis mittat
in poſſeſſionem,& aduerſarius eum non admittat,quod ma
nu militari res poteſt ei auferri. Et loquitur tex.in epiſcopo
detentore,qui per ſecularem compelli poterat, concordãtiæ
autem per gloſſ.allegatę de poteſtate laicali ſupra clericos lo
quuntur.& facit cap.de perſona. eadem quæſtione vbi habe-
tur,quod laicus iudex poteſt executioni mandare ſentẽtiam
inter clericos latam per eccleſiaſticum,& conſequẽter in poſ
ſeſſionem mittere rei adiudicatæ. Non minus igitur poterit
in executionem literarum, Pontificis inducere clericum in
poſſeſſionem rerum beneficialium.Reſpectu autem cauſæ,ↄ
ſiderandum eſt,vt in aliis remediis,ita etiam in hoc poſſeſſo-
rium duplex conſtitui poſſe,ſummarium videlicet & ordina
rium.Menoch.poſt alios.in prælud.recuper.poſſ.numero,24.
Summarium autem eſt,in quo nuda poſſeſſorii cauſa tracta
tur,vt in l.fin.C.de edic. diu. Adr.toll. vbi oſtenſo teſtamento
in ſui prima figura non viciato, hęres ſcriptus mittitur in
poſſeſſionem. & ſufficit ſummaria cognitio, non plenaria,
niſi adſit legitimus contradictor,de cuius iuribus veniat ple-
nius tractandum, quo caſu agetur cauſa iudicio ordinario.
Caſtrenſ.ibi nume.v.& nume.11.tractat, qualis ſit neceſſaria
citatio.Alberic.colum.7. verſicul.reſtat,vbi dicit, quod duæ
ſunt cognitiones in materia edicti, vna ſummaria,altera ple
naria.Ordinarium autem poſſeſſorium eſt,quod altiorem in
daginem,& mixtam habet cauſam proprietatis. & licet poſ-
ſeſſorium rei ſpiritualis, ſit tpale, tñ qñ habet annexam cau
ſam proprietatis,laicus eſt incompetẽs eius cognitionis,vt ſi
de validitate, vel inualiditate iuris ſit cognoſcendum;Itaque
ſummarium in beneficialibus poſſeſſorium adipiſcendę eſt,
vbi clericus laicum requirit, vt eum in poſſeſſionem benefi-
cii comitetur,eiuſque implorat auxilium,ob dubium,ne uis
aliqua ei inſeratur in adeptione poſſeſſionis, ad quem effe-
ctum præſentat literas ſuæ collationis, & vt doceat ſe eſſe ta-
lem,qualem ſe nominat.Eſtq; huiuſmodi extraordinarium,
auxilium,vt in ſimili dicit Archidia.in capi.primo, de eo qui
mit.in poſ.cau.rei ſeru.libro 6.Cepha.conſi.19.In fi.& cogno
ſcit laicus per viam extraordinariam,id eſt ſummatim,vt im-
pediat rixas,oppreſſiones, & ſcandala.Alba.conſi.75.numer.
5.regulaturque ſimile poſſeſſorium,eiſdem ſere modis quib.
l.fin.C.de edict.diu.Adr.Ideoque laicus iudex, viſis literis nõ
canzellatis,neque vitiatis eius, qui obtinuit beneficium, fa-
uet requiſitioni clerici,& mandata Pontificis obſeruat. Neq;
eo inficias munus mittendi prouiſum de beneficio in poſſeſ
ſionem ſpectare ad clericum,non ad laicum.Rebuſ.in praxi.
benefi.tit.de miſſio.in poſſeſſ.nume.11.& 20.ſed laicus proui
ſum comitatur, & protegit authoritate ſua laicali, & ſuper
oppoſitione ac reſiſtentia facti cognoſcit.& quamuis in hoc
prout in alio quocunque poſſeſſorio,fides fieri debeat de ti-
tulo,illud eſt pro colore,ſicuti,nec etiam admittitur contra-
dictor,niſi habeat titulum coloratum,vt ſupra dictum eſt.In
nocen.& Abb.in capitu.veniens.el ſecondo.de teſt.in verbo,
incontinenti,Gozad.conſi.7.nume. 7. Neque propterea talis
cauſa trahitur ad naturam ſpiritualis, quia tn attribuendo
actum alicui ſpeciei,inſpicitur,quod principaliter agitur Pa-
norm.in dicto c.literas.nume.8.& ita etiam declarat Dec.cõ-
ſil.220.vbi parificat huiuſmodi remedium poſſeſſorium be-
neficii,diſpoſitioni,l.fin.& de vno ad aliud etiam argumen-
tatur Menoch.in dicta l.fina.nume.749.quamuis huiuſmodi
poſſeſſorium beneficiale hoc magis in reo exigat, quam ædi-
ctum in prophanis,vt habeat ipſe quoque titulum coloratũ,
cum beneficium non poſſit ſine canonica inſtitutione retine
ri, at in caſu l.fina.legitimus pleiunque eſt contradictor,etiã
ſi titulum non oſtendat.Verum, ſicut in ędicto fide facta de
teſtamento,non requiritur cognitio habens altiorem inda-
ginem,ita ĩ beneficii poſſeſſorio,laicus non cognoſcit de va-
liditate,vel inualiditate tituli,ſed ſufficit,quod ſit coloratus.
Guidop.deciſio.85.Rebuſ.de ſenten.excommu. arti.1.glo.pri
ma.Alciat.conſi.24.numero ſecundo.Ferre.conſi.13.in prin-
cip.& cum iſta ſit ſummaria cognitio,non eſt laico prohibi-
ta,etiam de re ſpirituali.ita Bald.in Auth.ei qui nu.27. C. de
bo.aut.iud.poſſid.& in c quanto de iudic.vbi voluit, ꝙ iudex
ſecularis poſſit cognoſcere de poſſeſſorio iuris patronatus,li
cet ius patronatus ſit ius ſpirituale.Hipol.ſing. 70.& licet de
huiuſmodi dicto aliqui dubitent, reperio quod in quadam
cauſa Tolletana matrimonii, de anno 1542. 30. Octobris,
coram D.Fabio Accorambono propoſito puncto, an laici,
poſſint cognoſcere de poſſeſſorio ſuper cauſa legitimatis vel
illegitimatis,ac etiam matrimoniali. Rota reſoluit,quod eſ-
ſent laici Iudices competentes, quod dicebatur procedere,
quando de articulo ſpeciali,& matrimonio, ſiue principali-
ter ſiue incidenter,non veniebat plene tractandum,ſed ſuffi-
ciebat quaſi poſſeſſio illius qualitatis requiſitæ, & ſumma-
tim de illa qualitate laicus cognoſcit.Bald.in l.2.C.de Carbo.
edic.& in l.filium.cap.fin.de his qui ſunt ſui.vel alie.iur.Rom.
conſi.173.verſic.primo,& licet idem Roma.conſil.299.colu.
fin.dubitet etiam ipſe de huiuſmodi dicto.tamen rationes in
contrarium per eum allegatę Procederent,vbi laicus cogno
ſceret de iure ſpirituali,non ad effectum quaſi poſſeſſionis iu
ris,ſed validitatis vel inualiditatis,& ita etiam intelligẽdum,
eſt,quod ſcribit Gome.in regu.de anna.q.46. & quod gl.not.
in c.fi.de iud.& faciunt quę ſupra dixi poſt Bar.& alios in l.Ti
tia.ff.ſolu.mat.Fel.& Deci.in c.decernimus.de iud.in cauſa ẽt
decimarum, quę alioquin ſpiritualis eſt, poteſt laicus iuſdi-
cere executiue compellendo debitores ad ſolutionem.glo.in
conſtitutio.Sicil.in tit.de decim.in glo.fi.& ibi Affiict.in 8.qõ
ne.libr.i.& in cap.reg.Caro.2.ti.de priuileg.& immuni. eccle.
facit quod Bal.notat in l.acceptam.num.4.C.de vſur.vbi dicit
quod quando procedit executiue.& Iudicis officio, clericus
depoſitarius poteſt cogi per iudicem laicum ad reſtitutionẽ
depoſiti,quia non proceditur contra eum per modum iudi-
cii,ſed executiue ex officio ſuſcepto.gl.ĩ deciſ. Tholoſ.168.&
idem Bal.dicit de ſequeſtro apud eccleſiaſticum facto. in l. ſi
fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum.ff.qui ſatiſd.cogan.quem ſequitur
ibi Iaſ.nume.6.& dicit notandum.Propterea, non negat Di-
dac.dicto.c.35.verſi.6.iudices regios poſſe iuſtiſſime tractare
cãm poſſeſſoriã beneficii extraordinarie, ad effectũ vt quie
ta reſpublica ſit Afflict.d.deciſi.24.& deciſ.85.vbi autem is, q
mittit executiue in poſſeſſionem reperit ↄdictorẽ, aut is ↄdi-
ctor hẽt ipſe quoq; titulũ coloratũ,& tũc partes ſunt laici re
mittere clericos ad iudicem eccleſiaſticum,& interim manu-
tenere poſſeſſorem,& nedum de validitate, vel inualiditate
tituli cognoſcere non debet,ſed neque etiam quis magis ha-
beat coloratũ titulũ, hoc enim ſine petitorii cognitione
vix fieri poteſt.neque id tantum in adipiſcendę, ſed in omni-
bus aliis remediis poſſeſſoriis obſeruandum eſt, & ĩ ſimili di
citur,quod ſi proponatur exceptio excommunicacionis co-
ram laico,cognoſcit quidem laicus, vtrum ſit quis excõmu
nicatus ab eo,qui poteſtatem habet excommunicandi, non
autem de validitate,vel inualiditate excommunicationis.Ge
min.in c.fi.in fi.de for.compe.& ita procedit,quod ſupradicti
Doctores dicunt non poſſe laicum cognoſcere in poſſeſſorio
adipiſcendę,qui habet mixtam cauſam proprietatis. c.tuam.
de ordi.cogni. & hoc modo declarandum eſt etiam dictum
Anch.in c.ea quæ.quæſt.17.de reg.iur.in 6.dum inquit,ſi quis
petiit miſſionem ex edicto l.ſi.C.de edict.diu. Adr. & contra
miſſionem factam in aliqua re, compareret clericus contradi
ctor dicens ſe poſſidere, contra ipſum comparentem debet
offerri libellus coram ſuo iudice competẽti, allegat.tex.illius
leg.in verſi.ſinuautem contradictor extiterit, tunc in iudicio
competenti.&c.Et ſubdit,quod cum iudicis officiũ,tunc ver-
ſetur,vt cognoſcat,quis habeat potiora iura, *non videtur* lai
cus iudex competẽs contra clericum, ſe opponentem. Agen-
dum eſt enim tunc ordinario iudicio,& pro immiſſione, iu-
dicis officium imploratur,quod ſummarie expeditur.Excep
tiones autem requirentes altiorem indaginem, ordinario iu
dicio tractantur,quamuis ſi plures compareant contradicto
res, inter quos adſit clericus,cẽſuerit Bal.clericũ debere ſiſte
re coram laico. in d.l.fi.nu.45.quod utiq; procedit in ſumma
ria cognitione,ſecundum formam illius legis, ex quo natura
litis,& cauſę,trahit ad ſe perſonam.Iacobi. in d.verſi.& dicti,
vaſalli,num.3.ſic itaque,vbi de nudo poſſeſſorio agitur, cau
ſa ſummarie tractatur.& corã laico clericus cãm tractabit.ſe
cus,vbi cognitio tituli,aut alias ordinario iudicio tractari de-
bet. Neque inconuenit ꝙ vnus ſit huius ſummarii iudicii,&
alius ordinarii,vt innuit tex.illius legis, & ibi notant Doct. &
canon.in c.fi.de iud. vbi vero ↄdictor nullũ habet titulũ, vel
habet prorſus non coloratum non impeditur miſſio.Et titu
lum non habere,vel habere non coloratum paria ſunt, vt p
Guidop.d.dec.85.Natta conſ.411.num.6. vbi id declarat in ti
tulo euidenter nullo,& primo aſpectu inualido, quo ad for
mam extrinſecam.Rebu.in ti.de cau.benef.poſ.ar.1.gl.un.nu.
4.vbi dicit,quod qui non habet authoritatem ſuperioris,dici
tur euidenter iniuſtus poſſeſſor, & ei non competit poſſeſſo
rium ad Ro.dec.14.ſub dubitatum.in nou.quę notabiliter di
cit,ꝙ vbi conſtaret clare,& notorie de non iure partis, q ea
non eſt audienda,cum eius nõ interſit, & in ſimili caſu facit,
quod notat gl.in extrauag.ſuſcepti,ne ſed. vac.alie.in nou.in
verbo collectores.verſ.ſed qualiter,vbi collector non põt co
gnoſcere de titulo,ſed ei committitur ſimplex compulſio, &
executio in beneficia uacantia,aut quę detinẽtur per aliquos
quorum poſſeſſio nulla eſt,& nullo iuris adminiculo, ſuici
ta prompdę ij ei conſtabit de nuda poſſeſſione,& nullitate ti-
tuli

tuli notorie, eiiciet detentorē, ſecus ſi dubium ſit, quia tunc partes pręmitet ad ordinarium iudicem Ferre. conſ. 23. nu. 3. in propoſito igitur, vbi reperitur contradictor, aut aliquis ſe opponens miſſioni qui ſit ſine titul. vel titulum habeat prorſus non coloratum, cum eius non interſit, audiendus non eſt, iuxta opinionem Azo. in d. l. fina. vbi dicit quod non eſt legitimus contradictor, qui nullam prætendit poſſeſsionē, & ibi Bal. nu. 3. dicit ꝙ iudex non debet pati, quod beneficia ſpiritualia de facto occupētur, & tunc cū oppoſitio ſit magis facti, quam iuris, ſpectetque ad laicos clericos tueri, & nē de facto vis fiat eis. clemen. 1. verſ. ego. de iureiur. cap. 1. in prin de pac. tenen. glo. in c. grandi. verſic. defenſionem. de ſupl. negl. pręl in 6. Puto iſtius ſummarij iudicij, quod plenam cauſæ cognitionem non requirit, laicum eſſe capacem: Et hic ceſſat ratio per Docto. allegata cum huiuſmodi cognitio mixtam non habeat cauſam proprietatis. Et ex iis patet hoc in caſu ſuſtineri poſſe opinionem eorum, qui indiſtincte dicūt laicum poſſe cognoſcere in poſſeſſorio beneficiali, & rerum ſpiritualium, & eorum qui ſpecifice loquūtur in remedio adipiſcendæ, intelligendo de ſummario non de ordinario: & hanc opinionē tenuit Igne. in l. neceſſarias. § non alias, part. 2. nume. 11. ff. ad Syllan. Dec. d. conſ. 220. & in l. fin nume. 19. idem videtur ſentire Guidop. conſ. 68. nume. 3. Ferre. conſ. 16. nume 6. & conſ. 18. nume. 3. & 28. & addi poſſunt doctor. ſupra allegati tenentes indiſtincte laicum de poſſeſſorio beneficiali poſſe cognoſcere. Huiuſmodi autem opinio communiter recipitur ſi vſus, & conſuetudo adſit in patria ita cognoſcendi & in eadem Tolletana fuit deciſum laicum eſſe capacem iuriſdictionis ſpiritualis, præſuppoſito exercitio immemorabilis temporis, & fama priuilegij, multo magis igitur ſtante conſuetudine cognoſcendi in poſſeſſorio. quod videtur elici ex bulla Martini Gallis conceſſa, quæ ſe fundat in vſu. & ex ea nihil Gallis de nouo atribuitur, ſed quod vſu ſibi parauerant, comprobatur, vt inquit Rebuf. in titul. de cauſ. benef. poſſeſſ. articu. octauo. gloſ. ſecunda. & in vſu etiam fundatam intentionem laicorum cognoſcendi in poſſeſſorio beneficiorum, dicit Gul. Bened. in dicto. c. Raynutius. Hunc etiā vſum cognoſcendi inter clericos per laicum, admiſsibilem eſſe in ſimilibus caſibus, atque adeo in fortioribus terminis, videlicet in cauſa petitoria reali comprobat Dida. pract. quæſtio. cap. 31. in prin. & nume. 5. ea ratione, quod huiuſmodi priuilegium ſit humano iure conceſſum, vt ipſe late diſſerit, & reſpondet contrarijs. Boer. deciſ. 69. in princ. Alciat. in cap. cum non ab homine. de iudi. facit. c. ſicut. & cap ſequent. 11. quæſtione prima. dum ibi dicitur, quod clericus in ciuili cauſa ante ciuilem iudicem eſt conueniendus, & in fin. ſubdit, quod ſacris canonibus, & forenſibus legibus, clerici tam in ciuili, quam criminali cauſa ad laicum iudicem non ſunt trahendi: non ergo de iure diuino: & Paulus a pręſidę Cæſarem appellauit in act. Apoſtol c. 25. & in c. mendatur. 2. quæſtione quinta Papa mandauit epiſcopo, vt de crimine ſe purgaret coram regina francorum, & eius arbitrio, & plura congerit Oſaſc. deciſio, 30. Et ad capitul. ſi Imperator. 96. diſtinctione. cum ſimilibus, vltra reſponſiones datas per Didacum, poteſt reſponderi, quod aliud eſt laicos habere poteſtatem ſuper perſonas clericorum, quod innuit diſpoſitio illius text. non poſſe, late Clar. in §. final. in practi. crim. quæſtione 36. aliud, quod ſuper rebus eorum propriis vel beneficialibus habeant iuriſdictionem, quod videbatur iure antiquo magis conceſſum, per iura ſupra adducta. Authen. vt eccl. Rom. cen. ann. gaud. præſcr. ibi eccleſias noſtras. & alibi multoties conſtat Imperatorem condere leges reſpicientes res eccleſiæ, & eccleſiaſticas perſonas. l. cum clericis. C. de epiſc & cler. & toto eod. tit. verum nouiſsimo iure pontificio, regulariter etiā conſuetudo videtur improbari, per quam clerici ad laicale tribunal trahuntur, vt ſupra dixi: quę tamen regula patitur exceptionem. Propterea in caſibus exceptuatis, & in habentibus eandem rationem, ac vbi reipublicæ expedit negotiūque publicum bonum concernit, hic vſus tanto magis admittendus eſt. & ipſe etiam Fely. in capitul. 2. de maior. & obed. colum. 1. non diffitetur, quod quando Papa non tolleret omnino priuilegium clericale, ſed ſupra clericos laicis tribueret iuriſdictionem in certis caſibus, vel perſonis, id facere poſſet, præſertim ex cauſa Iaſ. in Rub. ff. de offic. eius. & prout ius ipſum ſpirituale conceſsibile eſt priuilegio, ita etiam præſcriptibile per laicos. Io. And. & Gemin. in c. 2. de præben. in 6. col. pen. c. ſi. & col. fin. in princ. verſi. 2. no. Fel. in c. cauſam quæ. de præſcrip. Et profecto Reipublicæ valde conducibilis videtur vſus cognoſcendi ſummarium in poſſeſſoriis beneficialibus, propter ſcandala vitanda, quæ in concurſu apprehenſionis poſſeſsionis oriri poſſe diximus, nō minus forte, quam in materia manutentionis ex quo ad apprehendendam poſſeſsionem beneficiorum plures quandoq; concurrunt, vtentes cōſilio Inno. in c. in præſentia. de prob. vbi conſulit, quod ſi ſint duo contendentes de hæreditate, quod procuretur præuentio in occupando bona, & ibi dicit, quod ſi concurrant, ne cauſentur rixæ, iudex vtrique inhibet. Ceſſante autem publica vtilitate. in cæteris caſibus, non paſsim admiſsibilis eſſet vſus cognoſcendi per laicum inter clericos, tanquam a iure improbatus, vt ſupra dixi: & notat Io. Quin. hedu. de ariſtocra. tit. de iud. rer. temporal. colum. tertia. in patria autem noſtra Pedemontana, hic vſus cognoſcendi per laicos & præſertim ſenatum de quocunque poſſeſſorio ſummarie, inoleuit antiquitus. & ſæpius ita obſeruatum fuit, prout in quadam cauſa, Braidenſi, & in alijs etiam pluribus cauſis, & de huiuſmodi vſu teſtantur. Aymo conſilio. 258. nume. 8. Menoch. in 15. remed. recuper. poſſ. nu. 211. Et nouiſsime de anno. 1573. de menſe Nouembris in quadam cauſa Valpergiæ & Regis, cum a Valpergia detineretur beneficium abſque titulo, fuit dictum Regium eſſe immittendum, & aſſociandum in poſſeſſionem amoto detentore, qui allegabat quidem titulum, & petebat cauſam remitti, ſed fidem non faciebat, & compertum etiam fuit per Auditorem Reuerendiſsimi Nuntij, qui Regis partes tuebatur, hoc valde expedire, cum ipſe Valpergia haberet in eccleſia homines armatos, quibus tuebatur ius ſuum: In eo tamen caſu, fuit poſtea idem Valpergia reſtitutus per principem ad producendum ſuum titulum, ſolutis omnibus retrofactis expenſis. Quinimo, fortius eadem ratione ſcandali vitandi gratia a quampluribus principibus ſtatutum eſt, ne ſine eorum permiſsione aut literis placitoriis, poſſeſsio beneficiorum apprehēdatur, quæ ſtatuta, an de iure procedant non modica eſt controuerſia. Negatiuam tenent Abb conſil. 83. volum. 1. Feli. in capitu. eccleſia ſanctæ Mariæ. numero. 96. de conſtitu. & ibi Deci. numero. 48. Boſſ. in titul. de Princip. nume. 218. facit capit. cum vos. de offic. ordin. vbi fortius loquitur text. in patronatibus, & ibi Zabar. dicit. dicto. capitul. cum vos. non procedere in Francia, & Anglia, affirmatiuam tenent Ange. conſi. 23. tanquam bona ratione ſint facta, & gratia ſcandali vitandi. Socin. inter conſil. Curtij. conſil. 20. Ferre. conſi. 18. nume. 3. vbi dicit, quod hęc practica obſeruatur apud omnes Principes, tam vltramontes, quam citramontes, licet in certis regnis corroboretur auctoritate priuilegiorum Summi Pontificis: & in dominio Mediolani atteſtatur Boſſ. vbi ſupra, ita obſeruari, & ſi diu huiuſmodi decreta fuerint obſeruata, prælatis ſcientibus, & patientibus, illa ſuſtinentur, ex tacita ſaltem prælatorum approbatione. ita Didac. dicto. capitu. 35. verſicul. ſic etiam in his regnis, vbi dicit quod Rex Hiſpaniarum & alij Chriſtiani orbis Principes, circa hoc, eodem iure vtuntur. Ex generali autem conſuetudine patriæ Pedemontium, Princeps manum apponit ad beneficia vacantia, & eorum cuſtodiam committit, donec compareat prouiſus ab habente poteſtatem conferendi, ad capit. generali, de elect. in ſexto. de qua conſuetudine conſtat ex ſcripturis archiuij Cameræ rationalis & atteſtatur Purpur. conſil. 360. Quæ conſuetudo tolerabilis eſſet dummodo nō impediretur diuinus cultus, & ſimplex adhiberetur cuſtodia, abſque aliquo abuſu. Inſuper etiam eadem ratione ſcandali vitandi, & propulſandi violentias, ſolet Princeps, & Senatus concedere eccleſiaſticis literas ſaluaguardiæ, ad effectum, vt quis conſeruetur, a ui, potentia, & iniurijs manifeſtis iuxta. c. res omnes. 21. quæſt 5. Oſaſc. deciſ. 88. & hæ literæ tanto magis iuridicę ſunt, ex quo per eas non derogatur iuriſdictioni ordinarię glo. in cap. ſi Papa in verbo, non exiſtunt. de priuil in ſexto Iaſ. conſi. 57. vol. 3. & pulchre Neuiz. conſi. 83. nume. 9. vbi poſt Ancharan. cōſi. 86. dicit, quod per talem receptionē, ſub protectione & ſaluaguardia, nihil noui inducitur, & eas æquiparat conſeruatorijs Papę, de quibus etiam per Guidon. quæſtione 56. & 77. & Boer. deciſio. 297. Cum autem dixerimus rem de qua agitur. plerunque eſſe in cauſa, vt laicus poſſit, vel non, de poſſeſſorio cognoſcere: vbi de præceptorijs ſeu commendis ſancti Ioannis Hieroſolymitani agitur facilius poſſe laicum tractare cauſam poſſeſſoriam dicendum eſt. Non enim ſunt beneficia illæ commendæ, ſed militię temporales. Ita Salicet. in l. omnimodo. §. imputari. ff. de inoffic. teſtam. Peruſch. conſi. 66. Mar. deciſ. 1240. Pariſ. conſ. 125. nu. 17. volum. 4. & colligitur ex bulla Pii ſecundi Religioni conceſſa. ſunt autem dictæ commendæ debitæ militibus illius ordinis, qui rempublicam Romanam, eiuſque ſedem, & omnē Criſtianitatem pro virili tuentur, vt dicit Bon. de Curtil. in trac. de nobilit. part. 3. nume. 51. vbi plus dicit, quod non debent tales præceptoriæ conferri ijs, qui vix, aut nunquā Rhodum viderūt, vel hodie Melitam ſed tantum militaribus inſulis quoquomodo decorati ſunt, quos dicit indignos huiuſmodi præceptorijs, quas militibus conferri vſu receptum eſt. Cagnol. in l. fin. nu. 121. C. de pact. Propterea, non immerito Princeps noſter Sereniſsimus eidem ordini promiſit, per ſe & ſuos. tradere poſſeſsionem, tantummodo habentibus literas, a Magno Magiſtro, & non alijs, declarando, quicquid

ſecus

ſecus fieri contingeret ſubreptitium, & nullum, quod etiam videmus ab aliis magnis Regibus & Principibus obſeruari, & tradit Foxan. Hiſpanus in chronicis religionis Hyeroſolimitanæ. Quod tranſmiſſis legatis per quondã Illuſtriſs. & Reu. F. Petrinum de Ponte magnum magiſtrum, & principem Melitenſem, patruum meum, ad Magnum Carolum quintum Imperatorem, reſponſum oratores ab eo acceperunt, indignum ac irrationabile eſſe, Equites ordinis fraudari pmiis, quæ promeriti ſunt inſeruiendo republicæ Chriſtianę, & ꝓpterea mandauit viceregibus vtriuſque Sicilię, & Producibus Mediolani, quod poſſeſſio beneficiorum ſeu pceptoriorum ordinis, nulli alii traderetur, pręterquam prouiſis a Magno magiſtro. Et adeo militibus debitas dixerunt aliqui huiuſmodi commendas, vt cenſuerint non valere collationes aliter factas per Summũ Pontificem. ẽt ante ius in commenda alteri quęſitum, eo ꝙ anciano competat ius ad rem ꝙ auferri non poteſt. Nata conſ. 268. Cephal. conſi. 97. Aymo conſi. 773. nu. 2. quæ tamen opinio mihi ſemper viſa fuit dubitabilis. Exiſtimo tamen cõtra ſimiles Papales collationes obiici poſſe plures exceptiones obreptionis, & ſubreptionis, necnon inualiditatis derogationum genericarum, & defectus voluntatis papę. & alias quas prudẽs, & ſagax cauſæ patronus iuxta caſuũ varietatem excogitare poterit. Diſputare autem, an papa poſſit, ſacrilegii inſtar mihi videtur iuxta gl. in c. eam te, extra de ęta. & quali. præſic. l. 2. C. de crimi. ſacri. Verum, licet poſſit, an debeat, niſi ex cauſa facere, & quidem iuſta, & publicum fauorem reſpiciente, ipſius ſummi Pontificis ſit iudicium, non aliorum, quorum non eſt os ponere in cœlum. Iuſtiſſimus autem Pontifex, boni & ęqui vere ſacerdos Gregorius 13. prout anteacto tempore in minoribus exiſtens, iura reddendo, ſuũ vnicuique perpetuo tribuit, ita quoque ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptus, huiuſmodi commendas militib. actũ ſeruientibus debitas exiſtimans illas, dum uacare hactenus contigit, ipſis, non aliis, conferendas merito cenſuit. Addunt aliqui, ex quo commendæ huiuſmodi manuales ſunt, & ad nutum amouibiles, vt ex ſtabilimentis illius religionis colligitur, quod nunquam vacare dicantur, & propterea conferri non poſſint ad Rot. deciſ. 244. in antiq. Archidia. in c. præſenti de oſ. ord. in 6. ſed licet eſſent amouibiles ex primæua inſtitutione, attamen vſu receptum eſt, ꝙ dentur ad vitã ꝓpterea non manuales cenſeri debent. Roma. conſi. 350. Gomes. in reg. de trienna. quæſt. 5. in fi. Caſſad. 5. reg. cancel. deciſ. 30. & 32. num. 6. Quicquid ſit de collationibus in earum poſſeſſorio, latius patet ſecularis iudicis Imperium, quam in beneficialibus, idque vel ex eo, quod ſupra dictũ eſt. quod vbi agitur de poſſeſſorio prædiorum eccleſię, non autem ſimpliciter de beneficii poſſeſſione, laicus ſit omnino competens, & cum ſaltem huiuſmodi præceptoriæ, non ſint proprie eccleſiaſtica beneficia, licet ad eccleſiam ſpectent de earũ poſſeſſorio, laicus poterit cognoſcere. Et propterea hac forte ratione motum conſilium Neapolitanum ius dixit in petitorio, dum tractaretur de re ad ordinem Hieroſolymitanum pertinente inter priorẽ illius religionis, & quoddã monaſterium, licet adducat alias rationes, quare cognitum ſit. Afflict. deciſ. 380. in fi. & in poſſeſſorio adipiſcendæ de anno 1573. cenſuit Senatus ſe iudicẽ competentem. In cauſa prioratus Lombardię inter Reuerendiſs. fratrem Obertũ de Solari o Equitem Hieroſolymitanũ promiſſum a magno magiſtro agentem, & Illuſtriſſi. ac Reuerendiſs. Cardinalem Sforciam conuentum, licet poſtmodũ Princeps, ex gratia ſpeciali, & contemplatione ipſius Cardinalis, remiſerit cauſam quondam Illuſtr. & Reuerend. Cardinali Bobbę protectori ipſius religionis Hieroſolymitanę.

FINIS.

LVCERNA LAVDEMIORVM FRANCISCI SOLONAE ANGVLARIENSIS IVRIVM PROFESSORIS Notariiq; publici Barchino. Laudimiorum Lucerna.

HVnc vnum proceſſum aggrediens, Deo Optimo Maximo adiuuãte, apud quem, (vt habetur Matthei 2.) oĩa poſſibilia ſunt & eius beatiſſima matre sẽper virgine, quę teſte Diuo Bernardo in ſermone de eius natiuitate, ſi pie a nobis pulſata fuerit & benigne inuocata, nunquam deerit neceſſitati noſtrę, cum ſit Regina cœlorum miſericors, & mater miſericordiæ exemplo iuriſconſulti Tertuliani in l. proponebatur, in verſi. quibus ita pręmiſſis. ff. de caſtr. peculio. Etenĩ q̃rendo doctrinam ſubtiliſſimi domini Bal. in pręludiis feudorum, in ver. tractatus noſter, vbi dicit, quod non ſtatim in mẽſam iniiciendę ſunt manus, ſed quædam eſſe facienda pręludia, veluti, vt ſentio, cõnexarum materiarum diſtinctiones, terminorum & vocabulorum diffinitiones, generalem quandam & compendioſam totius, materię, de qua agitur declarationẽ, & ſimilia ſecundum materiæ exigentiam. Quia præfationes huiuſmodi, vt eleganter voluit Caius in l. i. ff. de origi. iur. ad lectionem propoſitę materiæ libentius producunt, & pręparatoria præmitti debent, vt in d. l. 1. ff. de orig. iur. & in l. ordinari. C. de rei vend. & tenet Iaſ. in rub. C. de eden. Ideo ergo antequam proceſſum hunc incipiam, præludia quędã ſubiiciã, maxime ad rem facientia.

SVMMARIVM

1 *Bona allodia quæ ſunt.*
2 *Allodia habentes recognoſcunt ſuperiorem in iuriſdictione.*
3 *Allodium, & iuriſdictio nihil habent commune.*
4 *Territorium quid ſit.*
5 *Feudalia bona emphyteuticaria bona.*
6 *Feudum quid ſit, feuda nobilia quæ dicantur.*
7 *Emphyteuticaria bona quæ dicantur.*
8 *Emphyteutę prius inſitores.*
9 *Emphyteuſis contractus nominatus.*
10 *Contractus emphyteuſis appetit ſcripturam.*
11 *Differunt feudum, & emphyteuſis.*
12 *Emphyteuſes non cohæret perſonæ ſed rei. feudum cohęret perſonæ.*
13 *Feuda in Cathalonia redacta ſunt ad inſtar patrimonialium.*
14 *Dominus præfertur cæteris aliis.*
15 *Emphyteuticaria bona in ciuitate Barcinonæ ſunt in duplici differentia.*
16 *Allodium eccleſiæ quid ſit.*
17 *Allodium layci quid ſit.*
18 *Diuiſio allodiorum.*
19 *Diuiſio laudemiorum extra hortos, & vinetis non eſt facienda.*
20 *Cenſualia bona quæ dicantur.*
21 *Cenſitorius propter cenſum non ſolutum non cadit a re.*
22 *Conſuetudo dat auctoritatem contractibus.*
23 *Si ex tenore contractus non apparet, quis ſit contractus qualis iudicabitur.*
24 *Laudemia an debeantur de annua pręſtatione in ipſo relicta.*
25 *Horti & vinetum qui ſunt.*
26 *Decimę, & primitię quando non ſoluuntur.*
27 *Territorium quid ſit.*
28 *Empara realis effectus.*
29 *Empara realis non fit in emphyteute.*
30 *Dominus directus aſſignat iudicem ſuo emphyteuſi.*

PRIMVM PRAELVDIVM.

PRæmitto hic quod alia bona ſeudalia, & emphyteuticaria, & alia ſunt bona allodialia, & francha, bona autem allodialia, ſunt bona mea propria, quæ proprie dicũtur bona mea quã allodium eſt proprie alicuius patrimonium, quod a nemine alio tenetur, nec recognoſcitur niſi a ſolo Deo, ita quod [illegible] debeat ſeruitute m perſonalem, aut pecuniariam, & ideo [illegible] allodium franchum, quod ſui iuris eſt nulli ſubiacens [illegible] ti, & cui onus non poteſt imponi ſine poſſeſſoris conſenſu, vt in c. j. de allod. in vſib. feud. in ti. ſi de feudo fuerit controuerſia. §. defuncto ſecundum Bal. ſed Aluarat. & Bal in d. c. de allodiis dicunt, quod allodium dicitur hęreditas, quam quiſque illam habens vendere, aut donare, vel quouis alio titulo in quemcumque transferre poteſt, & ſic dicitur ſua proprietas, vt de illa diſponere poſſit nullius licentia requiſita poſſunt etiam dici plenum dominium, faciunt notata per Abbatem Panor. in c. conqueſtus, extra de fo. competent. & in c. cum iter. de re iud. & in c. auditis, de præſ. vbi ſunt bona tex. de plena proprietate, ſeu pleno dominio, & in l. libertis, libertabusq; ff. de alimentis, & cibariis lega. Vide Gul. Bened. in repe. c. Raynu. extra de teſta. in verbo, & vxo. nomine Adela. nu. v. dec. 2. dr̃ allaudiũ ẽt ſiue allodiũ, ſm̃ Budeũ in l Herẽnius ff. de euictionibus ex eo, quod qui prædia eo iure habet, nullum habet auctorem, vel ſuperiorem dominum, quem laudare ſeu recognoſcere teneatur in proprietate, ſiue allodio, & hac ratione vocatur francum, & a iuribus, & ſeruitutibus liberum & exemptum. Non tamen excluduntur illi qui talia prędia allodia & francha habent, ſeu poſſident, quin recognoſcant dominum habentem iuriſdictionem in exercitio iuriſdictionis, & quamuis dicta prædia frãcha & allodia, ſub iuriſdictione aliquius ita ſint, non tamen ſunt allodium, quia allodiũ & mera proprietas habent commune cum iuriſdictione, vt tradit Bal.

.Bal.in l.a procuratore.C.mandati.& ſic ſimul poſſunt eſſe,&
3 ſtare in codē territorio,& ſundo ſiue latisfundio, quia dicta
verba videlicet iuriſdictio,territorium, & diſtrictus ſonāt ī ſu
perioritatē coertionis,vt in l.pupillus.§. territoriū.ff.de verb.ſi.
& in c.licet cām,de probatio.li.6.ꝙ Fely.in c.Rodulph. in ver
4 bo territorio c.li.6.nu.15.ext.de reſc.Vbi dicit, quod proprie-
tas dicit dominium nudum , a formali vſu ſeparatum , & eſt
verum vt in l.proprietatis.C.de probationib. Vide etiā Guil.
Bene.in c.Rey.ext.de teſ.in verbo moriuo.itaq; teſtato.2.nu.
65.& ſic dñs allodialis alicuius rei, eſt dñs ſupremus, neminē
in ipſa re recognoſcēs in dñio.niſi ſolum Deum.Et ita etiam
tenet Io.de Succarar.Doc.practicus in cōmemora.Pet.Albe.
c.Si petita,& Iac.de Sanc.Geor.in ſuo tract. feu.in §.dictique
vaſalli.nu.7.Et in hoc omnes cōcordant, videatis, Guidop.q.
112.& iura p eum allegata, ſed ſi plura, & altiora de allodio
videre cupitis recurite ad Iacobum Calitium in margarita fiſ
ci octauo dubio,ver.153.quæ conſulto breuitatis cā hic trāſ-
cribere relinquo.Feudalia ſiue emphyteuticaria bona ſunt,q̄
dam bona quę alio quis tenet, & in eis ſuperiorem recogno-
ſcit,& ea alienare non poteſt,ſine licentia,& conſenſu domi
ni ſuperioris & allodialis a quo tenentur,& cui recognoſcun
tur eo videlicet effectu inter alia,vt ſi vendātur & ea velit dñs
allodialis recuperare præferatur cæteris alijs,vt in l fi.C.de iu.
emphy.& in c.potuit.ext.de lo.& in conſl.dñi Reg. Pet. 3.c.3.
Item ne ſuper laudemio ,& in c. cautum in commento. Pet.
Alb.& Doc.in Iure ciuili & canono.ſcribētes,& in noſtro iu-
6 re Cathaloniæ paſſim,& ĩ.in 3.princ.q.per totā. Eo quia feu-
dum prout diffinit dictus Gul.Bene.in c.Ray.ext.de te... in ver
bo & vxorem nomine Adælaſiam, deciſio.3.nu.3.& Caſſ.ī ꝯ
ſue.Bur.rub.3.de feu.qui dicit Iaſoni placere, eſt beneuola,&
libera rei immobilis vel æquipollentis conceſſio, cum trāſla
tione vtilis dominii,proprietate ſub fidelitate retēta,cū exhi
bitione ſeruitii. & de huiuſmodi feudi diffinitione vide Iaſo.
in prohemio feudorum & Rebuf.in ſua elegantiſſima arbo-
ris feudorum declaratione,vbi ponit plures feudorum diffini
tiones,quæ quidē feuda,vt ait Corraſius Toloſas in ſuo trac.
de iure emphy.& cętera alia bona immobilia quę antiquitus
ducibus & militibus veterannis pro p̄mio virtutibus, & quo
cæteri redderentur animoſiores aſſignabātur gratuito vt nul
lā inde mercedem,nullumq; vectigal nec canonem ſed fidē,
& obſequium militare præſtarent , vbi res exigeret . Nunc il-
la bona feuda nobilia appellantur.emphy.vero ſm eundē be
nedictū loco ſupra proxime citato,eſt rei immobilis vel ęqui
pollentis conceſſio alicui facta ſub certa annua cēſus vel ca
nonis pręſtatione cum tranſlatione vtilis dominii, proprieta
7 te retenta cōcordat Iaco. Marquil. in vſu ī baiulia,fol.326.co
lu.i.& dicta emphy. vt dicit Ant.Nebriſſen. ī ſuo dictionario
iuris idem eſt ꝙ inſitio,ſiue implantatio,vt ait etiam idem di
ctus Corra.in loco ſupra proxime alleg.Iſti eīm inſitores ſiue
implantatores poſtea dicti ſunt emphy.ſiue melioratores eo,
quia ſterilia ſaxoſa,& ſqualentia pręmia ſua cura, & diligētia
culturę reddunt habilia,& fructuoſa,ſquallidum enim idem
eſt quod ſordidum & incultum quæ quidem qualitas cum p-
dijs tribuitur aut adea refertur idem eſt quod incultum ſteri-
8 le,& infructuoſum,& eſt contractus nominatus habens ele-
gans nomen,& ab aliis diſtinctum contractibus,vt dicit An
ge.in l.j.nu.i.C.de iu.emphy. & Iaſ.ita concludit in præludiis
feu.nu.34.& cū ſit ꝯtus noīatus ī eo nō eſt licita pęnitentia,
ſicut licita eſt in ꝯtibus innominatis,vt tenēt coīter Doc. in
l.iurisgentium.ff. de pact.& īl.5.ff.de rerumpermuta.& Iulius
Clarus in ſuo tract. de iure emphy.& iſte contractus appetit
ſcripturam vt tenet gloſ.in l.i.in verbo alienationis.C.de iure
emphy. & Sal. in eadem l.nu.5.quem refert Areti. in §. adeo,
Inſti.de locato,& Imo.in c.potuit ext.de loc.Hac opinionem
dicit eſſe communem,idem dicit Iulius Clarus in dicto tract.
emphy.q.4.& quamuis feudum & emphy.quodammodo vi-
deantur eſſe eiuſdem naturæ,& qualitatis , & ſæpe pari paſſu
ambulent,& in pluribus valeat argumētum de vno ad aliud
tamen in aliquibus differunt, & Primo differūt, quia emphy
teu.cenſetur data pro annua penſione,& eius gratia l. i. ff.ſi
ager vectigalis vel emphyteu.feudum vero conceditur gratis,
& libere.Secundo pro emphy.ius reale ſiue canon debetur,l.
9 2.C.de iur.emphy.pro feudo vero perſonale obſequium.Ter
tio emphy.non cohæret perſonæ, ſed rei immobili,æquiualē
ti,feudum vero magis cohæret perſonæ quam patrimonio.
quoniam cauſa feudalis dicitur radicata in perſona , ut di-
cit Iaſ.in vſib.feudorum circa principiū . Quarto,emphy.eſt
proprie contractus,ſed feudum magis accedit beneficio quā
contractui,quamobrem habet naturā ab aliis contractibus
ſeparatam Iaſ.in vſi.feu.paulo poſt principium , & emphyte.
eſt contractus a iure ciuili inuentus l. ex hoc iure. ff de iuſti-
tia,& iure.Quinto,emphy.requirit ſcripturā l.i.C.de iure em
phy.feudum vero non requirit ſcripturam quoniam ſufficit
conceſſionem fieri ante teſtes,ſine ſcriptura gl.in c.i.de cenſi

bus in vi.Sexto,emphy.de iure tranſit & tranſmittitur ad reli
gionem per monachum,& pariter ad eccleſiam Bal.in auct.
ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccl Feudum vero de iure perditur p
tranſitum ad religionem,ſicut per mortem, c. qui clericus,ſi
de ſudo defuncti fuerit controuer.inter dñm , & agnatum in
vſib.feu.ſecus eſt in Cathalonia,quia feuda ſunt redacta ad ī
ſtar patrimonialium.Plures aliæ differentiæ reperiri poſſunt
ex quibus aliquas ponit Io.Beſſianus in conſue. Aluerniæ in
ti.de feud.art.44.& Iaſ.in l.i.C.de iure emphy.vide gl.in c.quę
in,eccleſia.extra de conſti.& quod dictum eſt ſupra quod dñs
præfertur cęteris aliis,aut alio effectu,videlicet, ꝙ ſi dñs alie-
nationi conſentiat,ꝙ laudemium ſiue quinquageſimam ha
beat & emptorem in poſſeſſionem inducat iuxta mentem di
ctæ.l.fi.vt optime declarat Iaſ.in expeditione magnę glo. d.l.
10 fi.nu.54.ver.2.q.Quidē dñs per inductionem noui emphy. in
poſſeſſionem uidetur cum eo ꝯhere,& ſic acquirit actionem
perſonalem ꝯ emphy & ꝙ videatur cum eo ꝯhere Pet.Iaco.
in libello de actio in rem pro re emphy. quę cecidit in com-
miſſum,& Io.de ſucca. in c.eodem in cō.Pet. Alb. pa.22.nu.
11 71. Et iſta bona emphy. in ciuitate Bar.ſuburbiis proximis ,
& immediate contiguis.ſunt in duplici differentia , quia q̄dā
ſunt de allodio eccleſię,ſiue eccleſiaſtico, & quędam de allo-
dio layci ſiue laycali,probatur per priuilegium regis Iac. 2.ĩ.
incertum in cellula, in prin.& per ſnīam arbitralem inter cle
rum,& ciues Barci. latam & per vſantias ſcriptas Barci.quas
12 inf.adducam ſuis locis,& alia iura huius ciuitatis. Allodium
eccleſię ſiue eccleſiaſticum eſt,cuius verus dñs eſt eccleſia,ſeu
quiuis alius eccleſiam ſeu piam cauſam repręſentans,qui ſeu
quæ acquiſiuit ipſum dñiū,ante ꝓbatione ſ.mētionatę arbi-
tralis ſnīæ.Quia,ſi poſt prolationem dictę ſentētiæ arbitralis,
ipſæ eccleſiæ,ſeu cauſæ piæ acquiſiuerint ipſa allodia a laycis
vt layci haberi,& reputari debent,vt ĩ.in 2.cellula in priuile
gio ibi inſerto,probatur, & ſic ab ipſa ſentētia arbitrali ſum-
13 pſit exordium dicta allodiorum differentia,quæ antea nō co
gnoſcebatur.Allodium vero laycale,ſiue layci eſt illud cuius
verus dominus eſt quidam laycus , eccleſia aut cauſa pia,lay
cum repręſentans,quę ſucceſſit in allodio poſt probationem
dictæ ſnīæ arbitralis layco dño directo,& iſta diuiſio allodio
rum eccleſiaſticorum,& laycorum eſt neceſſario facienda ad
intelligendum ea quę infra dicuntur,ſuper ſolutione,& diui
ſione laudimiorum,ſiue quinquageſimarum prouenientium
de prędiis,quę ſunt in præſenti ciuitate Barci.& in eius ſubur
bijs proximis,& immediate contiguis,& in hortis & vineto.
Quo vero ad laudemia prouenientia de prędiis exiſtenti-
bus extra hortum,& vinetum,dicta diuiſio non eſt facienda
nec conſideranda,cum vtraque habeant laudemia vniformi
ter & ſine aliqua differentia.Quia ea non ſunt comprehenſa
nec cōprehēdi potuerūt in dicta ſnīa arbitrali , & iō remane
rūt diſpoſitioni iuris huius patrię.Sed aduertatis, ꝙ ſunt quę-
dam bona conditiua , ſiue conditionata quę non ſunt feuda
lia nec emphy.Sed cenſualia,iuxta tex. cū gl.in c.conſtitutus.
ext. de reli. do. bonorum cenſualium contractus eſt proprie
vt dicit Iaſ.in j.col.xi.verſi.4 quæro ſcilicet qñ quis vendit vel
alienat ius omne ꝙ habet in re,vt ſi ſit directo dñs vendat di
rectum & vtile dñium,& ſic totum ius ꝙ hēt in re puta pro
centum,cum hoc pacto,ꝙ ſibi præſtetur aliquis annuus cen-
ſus,videlicet duorum denariorum,vel duorum ſolidorū aut
plus,aut minus, & ſic ipſe vēditor nō eſt dñs directus & acce
ptator eſt cēſitor,& nō eſt emphy.quia emphy.pp ceſſationē
canonis nō ſoluti,priuatr re emphy.vt in l.2.& ibi Doc. & ibi
Iaſ.loco ſ.alleg.& latius in c.potuit ext.de locato,auctē. q rē,
C. de ſacroſ.ecc.licet valeat cōſu. ꝙ emphy.non ſoluēs cano
nē ĩ.bienniū,vel triēnium nō priuetur re emphy. prout viget
in hac ciuitate per.c.27.Priuilegii recognouerūt proceres.Et
etiam hoc tenet Abbas ſiculus conſi.72.vol.i.& eſt etiā dicta
conſuetudo apud Venetos,prout refert Iaſ.in l.ſi quis maior.
col.3.ver.item per iſtam.C.de tranſactionibus,& idem tenet
Io.de Ana.in cōſi.84.col.2.ver.2.ver.poſtremo.Et faciunt quę
notat Fran.Curſ.in ſuo tract.feud.in ii.parte, charta xi.col.ii.
in prin.& in charta 6. Et Feli.in c.cum cauſa in 5. col.ver.ob
ſtaret etiam in fi.de re iu.licet Bal.in l.ſi a te , C. de pact.inter
empt.& vend.videatur tenere contrarium,& Fran.de crema.
in ſuo ſingulari.108.ſed poteſt reſponderi ad Bald.per ea quæ
dicit dictus Abbas ſic.in d.conſi.72.ꝙ non eſt ſic in cenſu,qa
cenſitorius pp cenſum non ſolutum non priuatur a re cēſua
ria,vt dictum eſt,& idem tenet d. Abb.in c.v.col. verſi.fi.adde
tertiū de in integ.reſt.& Io.de Imo.in d.c.ad audiētiam col.2.
de reb.eccl.nō alie.& Bal.in c.v.§.pactiones in vlt.q.de pace ꝯ
ſtan.& Io.Fab.in d.l.2.C.de iur.emphy.tamen dicit d. Io. Fab.
in §.adeo eo. pe. Inſt.de actio.quod in francia de cōſue.ſerua
tur inter laycos,ꝙ res cenſualis cadit in commiſſum,ſi cenſi
tor ceſſauerit ſoluere cenſum per triennium, & ille qui reci
pit cenſum cenſetur dominus directus,& recipit laudimia,ſi
poſſeſſor vēdat,& fere in ipſa re cēſuali vtit fatica,ſicut in ꝯ-
ctu

ctu emphy.qa vt ipſe dicit,conſu.dat auctoritatē ꝯct.tā feuda
lib.& emphy.q̄ cēſualib.vt notāt Doc.ī rub. C.de ſacroſ.ec.&
Bal.432.col.vl.ver.vr dcd̄m.& Cęp.veronen.in cōſ.22.li.j.col.
5.cir.fi.& Ab.ſic.in d.cōſ.72.li.5.& ad præd.vide ipſum Abb.ī
c.pp.ſterilitatē.col.2.ver.no.vlt. tñ de iure cēſitorius ob ceſſa-
tionē ſolutionis,non priuatur ęre cēſuali.Sed ſi in inſti.cōceſ
ſionis rei cenſualis concedens dicat,concedo rē in emphyteu
ſim perpetuā ſub annuo cenſu,decē denariorū,& transfero ī
te oē ius q̄ habeo, an dicatur ꝯctus cenſualis, an emphyteu-
ticarius.Io.Fab.in d §.adeo tenet,q̄ eſt cēſualis,nō obſtāte, q̄
dictum ſit concedo in emphyteuſim, pp hoc q̄ dictū eſt trāſ-
fero in te oē ius,& idem tenet Imo.in d. c. ad audientiā dr̄ de
bellem in addi. Ab. in d.c. conſt.dicens ibi ſm Alb.de Roſ.in
d.l.2.C.de iu.emphy.col.8.ver.quid de q.a me quęſita per quē
dam priorem,quod ſi ex tenore inſtri.nō apparet an ſit ꝯctus
15 cenſualis vel emphyteuticalis,q̄ in dubio eſt ꝯctus cenſualis,
& tenet Iaſ.in d.l.2.col.ix.ver.3.quęro,& pro hoc facit tex.in l.
ſp in ſtipulationib.ff.de reg.iu.Sed an pro defectu ſolutionis
poſſit agi poſſeſſorio.vide notata p Nich.Boe.in conſue.Bitu
rig.§.xxij.in fin.ver.an pro deffectu,vbi citātur plures Doc.de
cōſue.feu.& cēſual.Et iſte ꝯctus cēſualis pōt fieri, nedū p mo
dū onerofę cōceſſionis, verū ēt p modū donationis inter vi-
uos.& in vltima voluntate,ut ſi quis donet alicui aliq̄ rem,&
totum ius q̄ habet in ea,vt ſibi præſtetur aliqua annualis pſta
tio vel ſi quis in ſuo vltimo teſtō relinquat alicui aliquā rē,vel
totā ſuam hęreditatē,cū pacto,q̄ donet alicui particulari,ſeu
vniuerſitati,ſeu ecclę,aut alicui pię elemoſinæ aliquē cēſū an
nuū qa his caſib.oīb.trāſferī res et oē iꝰ ad eā ꝯpetēs,& creat̄
annua penſio.Et de iſta annua creatione penſionis an dēatur
laudemium,necne,eſt diſtinguendū , quia ſi pr̄ vel aliquis ex
aſcendentib.relinquat,vel donet ſuā hæreditatem,aut aliquā
rem,ſub pacto pſtationis certæ annuæ pēſionis ſuis deſcēden
tib.tūc non debeī laudemium.Si vero relinquat collateralib.
vel ex̄neis tunc debetur laudimiū,q̄ probatur per conſt.dñi.
16 R.Pe.3.c.3.Itē ne ſup laudimio,curiæ Ceruariæ. Et qa s̄.facta
eſt mētio , & pluries fiet ĩ.de hortis,& vineto,iō ſciēdū eſt,q̄
horti,& vinetū sūt oīa pdia,ſiue vrbana,ſiue ruſtica q̄ſita sūt
extra ciuitatē Barcinon.& eius ſuburbia proxima , & imme-
diate cōtigua,intra tñ limites parroquiarū eccleſiarū præsētis
ciuitatis Bar. S. Mart. de Prouincialib S.Vinc.de Sarriano,&
B. Mariæ de Sanctis probaī hoc per ſnīam arbitralem dñi.R.
Pe.3.& epi Valenti.ibi in ver.hortos aūt & vinetum protēdi
volumus &c.Qui quidē horti,& vinetū alio noīe dicunī ter
ritoriū,& ſub dicto verbo territorio comprehenduntur dicti
horti & vinetum ſed verū vocabulū & proprium eſt horti,&
vinetū.Ne credas illis q dicūt q̄ territoriū Barcinonæ accipiē-
do territorium pro hortis & vineto ī quo ſolutio laudimii p
tinet venditori,extendatur ſeu protēdatur a colle de Codinis
vſq; ad riariā de horta,& a colle de Agulario & de Cerola,vſ
que ad mare,qa hoc nō eſt ſcriptū ī ſnīa arbitrali,lata p dñm
R.& epm Valētinū,ſup ſolutione laudimiorū ſed ſunt verba
17 ſcripta in c.37.priuilegii recognouerūt proceres.quo c.cauet,
q̄ in locis cōprehenſis in dictis terminis nō ſoluūtur decimæ
neq; prēmiſſię de oliuis neq; de fructib.arborū &c.Et ſic qcq̄d
eſt intus hortos & vinetū cōprehēditur in dicta ſnīa arbitrali.
quo ad ciues & habitatores Barci. quo ad alia q̄ ſunt ex̄.dicta
loca ſita nō cōprehendiī nec quo ad ciues,nec quo ad foren
ſes. Probaī p dictā ſnīam ī ver. Ibi in pñti aūt ſnīa nō intelli
gimus ruſticos &c.Vbi cauetur, q̄ qui habitant in parrochiis
Sancti Martini de prouincialibus, & ſancti Vincentii de Sar-
riano,& beatæ Mariæ de ſanctis , & aliis remotiorib. parro-
chiis & locis non gaudent beneficio dictæ ſnīæ arb.latæ inter
clerum & ciues Barcinonæ , quoad laudimiorum ſolutionē.
Aliter,quid ſit territoriū,vide l.pupillus.§.territoriū. ff.de ver.
ſignifi.& ibi ſcribentes & alibi.

S V M M A R I V M.

1 *Domini quot poſſunt eſſe in qualibet re.*
2 *Quod non apparet præſumitur non eſſe.*
3 *Plures quam ad vnam partem vocantur pro vno reputantur.*
4 *Domini quot poſſunt eſſe in ciuitate Barcion.*
5 *Duo ſolidi in quot partes poſſunt diuidi.*
6 *Diuiſio duorum ſolidorum.*
7 *Quinquageſima non ſoluitur in Barchinonæ nec in hortis & vineto.*
8 *Libellarii qui dicantur dominationes mediæ ſunt confirmatæ.*
9 *Dominationes mediæ extra ciuitatem Bar. hortus et vinetum ſlant in nuda perceptione.*
10 *Contractus cenſualis non eſt contractus cenſualis mortui.*

S E C V N D V M P R AE L V D I V M.

PRæmitto etiam , q̄ in præſenti ciuitate Barcinonæ , hortis ,
& vineto eiuſdem in quolibet prædio , ſiue vrbano, ſiue
ruſtico , ſiue mixto , ſiue ſit allodiū eccleſię , ſiue allodiū
layci poſsūt eſſe quatuor emphyteutæ ſucceſſiue vnus poſt
alium ſiue vnus infra aliū infra dominum allodiale , ſcilicet
vnus immediatus , & tres mediati, quorum tres in caſu alie-
nationis habent & habere dēnt partē laudimii, ſiue quinqua
geſimę,tertii ſeu foriſcapii vt ĩ.in 2.prin. q.abunde probabiī.
Et nūq̄ vidi,nec viſum eſt,q̄ in vno,& eodem prędio,ſeu fun
do īueniātur plures q̄ emphyteutę,qui ſtarēt ſucceſſiue vnus
poſt aliū.& q̄ non apparet,præſumitur non eſſe , vt in l. duo
ſunt titii ff.de teſt.& tenet Bal.in l.ſi veritas.C.de fideic.in ver.
not.in ver.defuerit , & iſtud argm̄ , q̄ non apparet præſumiī
non eſſe,eſt in iure certiſſimū vt tenet Io.de Soccar.in c.eo.in
commc.Pet.Alb.nu.35 & cū hoc,q̄ in quolibet pdio nō pñt
eſſe plures q̄ 3.emphyteutæ ſit in iure exhorbitans, iō extēdi
nō dēt,Fab.in l.ſi quis.C.de interdict. matri. & Geminia.in c.
cōſtitu.de reg.iu.li 6.& idem Soccar.vbi s̄.proxime nu. 16.Nō
dico q̄ dñi directi & allodiales non poſſint eſſe tres,quatuor,
aut plures,& in 2.dñatione non poſſint eſſe totidē emphyteu
tæ,& totidē in tertia,& eodē mō in quarta dominatione,qui
oēs ſtēt in uno loco cōiter, & pro īdiuiſo vel per partes ęqua
les vel inęquales ēt,vnus vt eccleſia, & alter vt laycus pro indi
uiſo,tñ oēs in ſuo loco faciēt vnū corpus,& oēs loco vnius &
pro vno reputantur,qa,qñ plures ad vnā partē vocantur,oēs
loco vnius hr̄, & pro vno reputantur, vt in l. ſi nepotes ff.
de collat.bo.& Bal.in l.plures.ff.de pac.vbi dicit, quod plures
interpretantur vt vnus,qñ ſub vnius noīe cōſiderātur,qa hęc
ſæpe reperiūtur.Dicit tñ And.de Iſer.in li.feu.ī c.i.ti.de le.cor.
In §.qbuſdā,q̄ in feudis vaſalli non pñt eſſe plures trib. videa
tis ibi tex.& Doc.Tñ ī præſenti ciuitate Barc.& eius hortis,&
4 vineto emphyteutæ pñt eſſe quatuor,tñ ĩ.directū. & hoc eſt
verū,& probatur per commo. Pe.Alb.c.ſi duo & c.eodē mō
& per vſantiā ſcriptā Barcin.poſt clauſulas ſeptimi,& quinti.
Et nedū pdicta reſtant pplata periura s̄. alle.ſed ēt pp quādam
a iure huius patriæ īductā neceſſitatem, q̄ declaro ſic. Placuit
n.cōſtōnū & aliorū iuriū huius patrię cōditorib.p laudimio
cuiuslibet rei emphyteuticariæ laycalis alienatæ dño directo
ſi ſolus eſt,& immediato,& mediatis,ſi cū eo sūt,nō vltra du
os ſolidos dari pro qualibet libra,vt pbaī ī priuilegio regio
eiuſdem domini.R.Pe.dat.quinto chalēdas Iulii An. 1295.ĩ.
in prin.2.cellulæ inſerto,& infra in proxime ſeq.præludio.Pla
cuit ēt dictos duos ſolidos ī quatuor tñ partes poſſe diuidi,&
non in plures vt ĩ.in 2.princ.q.larius dicet in uer.ſi pterea. per
iura ibi alleg.& in plurib.conſuetu. ſcriptis præſentis ciuitatis
6 depēdentib.ex ſnīa arbitrali ſup laudemiis lata.His prēmiſſis
iuxta vſantias ſcriptas Barcino.qñ in re quę alienaī tali alie-
natione,ex qua debeatur laudemiū non eſt niſi vnus dñs di-
rectus,& emph.vtilis,& ipſe emphit.vtilis vendit rem emphi-
teuticam , ipſe ſolus directus dominus habet,& recipit inte-
griter dictos duos ſolidos,ſed,ſi ſunt duo domini, vnus domi-
nus ſupremus,& allodialis,ſiue eccleſiaſticus, ſiue laicus , &
vnus immediatus tunc emphiteuta immediatus. qui eſt in-
ter dominum directum & emphyteutam recipit, & recipe-
re debet 18.denarios,in allodiis laycalib. quia in allodiis Ec-
cleſiaſticis ipſe dominus ſupremus plus recipit, vt habeī in l.
princ.q.celula 5.Sed ſi ſunt tres dñi vʒ vnus ſupremus,& allo
dialis,& duo medii,ſucceſſiue vnus ĩ.aliū,tūc dñs medius infi
mus,exiſtēs immediate ſiue cos a cos cū emphyteuta vtili ē-
dēte recipit 12.denarios,& dñs medius s̄.ipsū exiſtēs recipit 6.
denarios.Et dñs ſupremus & allodialis recipit reliquos alios
6.denarios.Quando vero ſunt ī re quatuor dñi ſcilicet ſupre
mus,& allodialis, & tres dñi medii dicti duo ſolidi, qui dāiur
p qualibet libra,dēnt diuidi inter oēs æqualiter, & iſta ꝯputa
tio fit ĩ.in 2.princ.q.latiſſime.Et noīa iſtorum quīque dñorū,
propria ſunt quę ſequunī videlicet primus dñs,a quo oēs alii
dñi dependent,dr̄ directus,& allodialis,ſecundus dñs medius,
dr̄ immediatus,tertius dñs,& quartus dicūtur ambo mediati
& quintus dr̄ vtilis,ſiue emphyteuta & iſta phraſis,ſeu verbo-
rum contextura,vtitur ſnīa arbitralis dñi R.Iac.2.& Ren.eps.
Valentinus in ſnīa arbitrali inter clerū,& ciues Barcinonæ lo
cata ſuper ſolutione laudemiorū,& ſignanter in clauſulis ſep
timi,quinti,& quarti,ex dicta arbitrali ſnīa emergentib. ſeu
depēdentib. & cum prēfati duo ſolidi,nequeant diuidi in plu
res partes,ideo hac neceſſitate non poſſunt eſſe plures emphi
teutæ infra dictum directum niſi quattuor, & propterea dicit
tex.cap.ſi duo in commemo. Pet.Albert. ſi duo , aut tres,aut
plures non extendens numerum vltra quatuor.& tex.in capi
tul.eodem modo in dictis commemo . Et iſta non lęduntur
7 nec impediuntur per capitu.80.poſitum in priuilegio dicto
recognouerunt proceres incipient.Item concedimus quod do
minus rex vult quod non ſoluantur pro laudimio niſi quin-
quageſima pars pretii,cum ſupra mentionatum priuilegium
dicti R.Pe.3. infra inſertū in 2.cellula,quo cautum eſt, quod
ſoluantur duo ſolidi tantum pro qualibet libra , ſit datum
duobus

duobus annis poſt priuilegium, recognouerunt proceres, per
quod eſt reuocatum dictum c. 80. poſitum in d. priuilegio,
recognouerunt proceres, cum ſint directo contraria, & vlti-
mum ſit in virili obſeruantia & iuxta tenorē & diſpoſitio-
nē illius ſunt factæ plures locales ſiue vſantiæ Barcino. ſupra
mentionatæ quas ſeruamus in practica ſine aliqua ꝯrietate
& varietate. & qñ ſecundum priuilegium tollat primum, qa
hoc, eſt altioris indaginis, & extra noſtrā materiam & īētū,
licet poſſem plura proferre, tñ ea conſulto relinquo. & illi
emphyteutę immediatè proprie dicuntur libellarij, quia, ſe
cundum Iulium Clarum modernum Doctorem in ſuo tra-
ctatu emphyteuſis in q. j. tunc dr̃ cōtractus libellarius quā-
do vaſallus ſiue feudatarius, aut emphyteutæ concedunt in
feudum vel in emphyteuſim, rem quam pro alio tenent in
feudum ſiue in emphyteuſim. Quando vero aliquis cōcedit
in feudum vel emphyteuſim, rem quā tenet per liberum &
frāchum allodium, tunc, vt ait dictus Iulius Clarus, eſt contra
ctus feudalis, vel emphyteuticarius & fuit dictum Iaſ. in l. pri.
poſt num. 29. C. de iure emphyteu. & ipſæ dominationes me-
8 diæ ſunt cognitæ a Doctori. etiam in iure ciuili ſcribentibus
videlicet ab Speculat. in §. nunc aliqua de locato ver. xv. & Io.
Fabr. in l. ſi. C. de iure emphyt. & ibidem aliaq uæſt. 6. num. 6.
& pluribus aliis, & a iure Cathaloniæ Inſtitu. R. Caroli in cu
ria Barcino. c. Com moltes vegades & c. quæ ī pluribus aliis
locis. & quando iſtæ dominationes medię ſiue in prædiis, ſi-
ue vrbanis, ſiue ruſticis ſiue in p̄ſenti ciuitate Barcino. ſubur-
biis proximis & immediate contiguis, & in hortis, & vineto
ſunt confirmatę & ſuſtinentur ne dum per vitam cōſti. dicti
domini R. Caroli, ſed etiam per ſententiam arbitralem latā
ſuper ſolutione laudimiorum, & per conſtitu. dñi R. Pet. 3. c.
3. Item ne ſuper laudi. infra in 2. principa. q. in tantum quod
domini eas poſſidentes in venditione prędiorum, in quib. ip
ſe ſunt, recipiunt partem laudemii, vt ſupra in pręcedenti p̄-
ludio eſt dictum, & dicei plenius infra in d. 2. princip. q. Sed, ſi
dictæ dominationes mediæ ſunt in prædiis extra loca prædi-
cta, q̄uis etiam ſint permiſſę per dictam conſtitutio. domini.
R. Caroli in c. Com moltes vegades, ſupra allegatam, attñ ni
hil recipiunt de laudimio earum domini medij, immo ſtāt ī
nuda perceeptione ſolius cenſus, & in eadem ſupra proprie
allegata cōſtitu. quæ ſic fieri deberi dicit ex antiqua cōſuetu-
dine, & ita iſti dñi medij ſtāt ī nuda perceptione. quod ſi em-
phyteuta vtilis petierit ſibi chartā precariam fieri, illa firma-
bit dominus directus, & allodialis & non dominus medius
exiſtens cors a cors ſiue immediate ſ. ipſum emphyteutam
vtilem petentem chartā precariam & ſi fuerit aliquis domi-
nus medius, & etiā voluerit chartam precariā cēſus ſibi fieri
illā faciet, & firmabit dominus directus, & allodialis vt ī cō-
ſtitutio. Ipſa Cō moltes vegades, ſtatuitur & ordinatur, quod
ipſi domini medij ſtāt in nuda perceptione, quod non face-
rent, ſi ipſi firmarent chartā precariam. Habent tñ firmā pro
cenſus conſeruatione & fatica ad opus retinendi per l. dictæ
conſtitutionis dicti domini R. Caroli. quę iura ibi ſingulari-
ter exprimuntur, quę iura ſi non hñt ipſi domini medij di
ctus contractus non eſſet emphyteuticus, ſiue libellarius, ſed
eſſet contractus cēſualis, de quo ſupra in primo præludio eſt
dictum. & eius vim effectum hñt. quem contractum cen
ſualis cognoſcit ius differentem a contractu emphyteuſis ſu-
perficiario, & libellario, qui eſt vt ſupradictū eſt, & dicūt Iaſ.
in l. 1. q. 4. nume. 45. C. de iure emphyteu. & Iulius Clarus in
ſuo tractatu emphyteuſis in princi. & communiter ſcribētes,
quod quando quis vendit, vel aliter diſtrahit omne ius quod
habet in re, vt ſi ſit directus & vendit dominium vtile pro
certo precio vltra quod ſibi præſtetur aliqua annua penſio,
& ita ex tex. cum glo. in c. conſtitutus extra de religio. domi.
Bar. in l. 1. §. 1. ff. de publica, & Iaſ. vbi ſupra, vbi allegat alios
Doctores, & iſtæ contractus cenſualis non eſt ille ꝯctus cen-
10 ſualis mortui, qui quotidie celebratur in hac patria immo
differt ab illo de quo ſupra eſt dictū: q̄a ꝯctu cēſualis mortui
illa penſio quæ cōſtituitur, non eſt prædiaria quāuis ſit in nu
da penſione ſeu perceptione q̄a nō ꝯſtitur rōne conceſſionis
alicuius prędij, quamuis pro ea ſoluēda ſoleat ſpecialiter ob-
ligari, & hypothecari aliquod certum prędium. Sed conſtui-
tur in emendam & compenſationem ſeu intereſſe precii, qđ
ab emptore datur pro dicta penſione, & iſtę cōtractus cēſua
lis mortui eſt cognitus, & ſuſtinetur, & priuilegiatur per con
ſtitutio. Cathaloniæ vt in conſtitutione dñi R. Alfonſi 4. in
curia Bar. c. 4. & aliis c. poſitis in volumine conſtitu. in rub. de
cenſuals morts & violais, vbi ſunt conſtitut. de huiuſmodi
cenſuali mortuo loquentes.

SVMMARIVM.

1 *Prædia quædam eſſe vrbana quædam ruſtica.*
2 *Acceſſoria ad ſuum principale trahuntur.*
3 *Diuiſio prædiorum fuit poſita per iuriſconſultos.*
4 *Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

TERTIVM PRAELVDIVM.

PRæmitto inſuper, quod in
1 Ciuitate Barchino. & in eius ſuburbijs proximis,
& immediate contiguis, prædia quædam ſunt
vrbana, & quædā ruſtica. prędia enim vrbana dicuntur oīa
ædificia habitandi cā facta ſiue in vrbe, ſiue in villa, q̄a vrba-
num prędium non facit locus ſed materia. probantur hęc ī
l. vrbana prædia. ff. de verbo. ſignifica. & in l. fundi appellatio.
eo. ti. & in l. prędium C. de prædiis minorum & Inſtitu. de ſer-
uitu §. prędiorū. vnde ſi etiam ędificium nō habitādi cā, ſed
fructuum reponendorum gratia, aut alias factū ſit, dr̃ ruſticū
prędium, & ſic de cœteris quæ habitandi gratia facta non
ſunt. ut in l. ſupra allega. & in l. eo. iure. §. ſtabula ff. de in quib.
caſibus pignus vel hypoth. tacite contraha. facit l. cū prætor
in princ. ff. de iudicijs, & l. ex eo ff. de teſte nec obſtat di. l. vrba
na prędia ſupra allegat. vbi dici videtur quod ſtabula ſunt
vrbanum prędium, quia ibi loquitur de his, quę iuncta ſunt
ædificiis, & gratia habitādi ſunt, & maxime q̄a acceſſoria ad
2 naturam, & qualitatem ſuorum principaliū trahuntur, & ea
in qualitate ſequuntur, & ab eis non ſeparantur. vt in l. ſi. &
ibi Bar. in 1. notabili C. per quas perſonas nobis acquiritur.
vel poteſt dici, quia minus principalia ad ſuum magis princi
pale trahuntur, vt probatur iuribus, & rationibus infra alle-
gatis in ſecun. cellula. & hoc etiam probat l. qui in cōtinenti
bus ff. de verbo. ſignifica. & in l. ædificia eo. tit. & ſic prędia, q̄
habitandi gratia facta ſunt, dicuntur vrbana: cœtera vero ru
3 ſtica. Hanc p̄diorum diuiſionē poſuerunt iuriſconſulti, & iō
fuerunt poſitæ rubricę ſiue tituli. ff. de ſeru. vrbanorum, & ru
ſticorum prędiorum tamen ego non adduco dictā prædiorū
diuiſionem ad eum finem, & effectum, quo in dictis titulis
ponitur, nam illic ponitur ad cognoſcendū quæ ſunt ſeruitu
tes vrbanę & quę ruſticę: q̄a oēs ſeruitutes dicuntur vrbanę
quę vrbanis prędiis debentur, & omnes ruſticę quę prędiis ru
ſticis ſeruiunt, & ita tenet glo. in l. j. ff. de ſeruitutibus vrbano
rum prędiorum, & Inſt. eo. §. prędiorum vrbano. & Rollā. in
aurora merediana ſuper inſtrō venditionis factę a minore
cum fideiuſſore de rebus ſeruitutem debentibus. Sed huc ad
noſtrum finem ab illo diuerſum ponitur dicta prædiorum di
uiſio, quia de prędiis exiſtentibus in ciuitate Barchinonę ſu-
burbijs proximis, & immediate contiguis laudemium ſolui-
tur vno modo: & de prędiis ruſticis ibidem exiſtentibus ac in
hortis, & vineto laudemium, ſiue quinquageſima ſoluitur
alio modo. vt dicetur infra in ſecunda, & tertia cellula latius
patebit. Extra tamē dictam ciuitatē & ſuburbia proxima &
immediate contigua dicta prædiorū diuiſio ad dictū effectū
non eſt facienda, quia extra dictam ciuitatem & ſuburbia
proxima tam vrbana prędia quam ruſtica eodem iure dēnt
4 iudicari ſcilicet vt ruſtica: neque inter ea debet fieri aliqua
differentia, ut deprehenditur in ſententia arbitrali lata inter
clerum ex vna, & ciues Barchinonę ex altera, ibi in ver. quā-
do vero venditiones ſupradictę.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium domino directo deberi.*
2 *Venditio quando dicatur vera.*
3 *Laudemii nomina.*
4 *Laudemium prius quod nomen habeat.*
5 *Laudemium quare debeatur.*
6 *Laudemium non debeatur domino vtendo fatica ad opus vniendi dominia.*
7 *Laudemii ſoluendi onus cui cadat laudemium & fatica æque principaliter debentur ſed diſiunctiue.*
8 *Eligens eligendo vnum præiudicat ſibi in non electo.*
9 *Electio fatica & laudemii quando ſimul accumulatiue.*
10 *Laudemii ſolutio cui in ciuitate Barci.*
11 *Laudemii ſolutio in ciuitate Barcino. cui incumbat.*
12 *Dominus directus quando non habet laudemium ex alienatione.*
13 *Ratio quare dominus directus non habet laudemium ex alienatione rei emphyteuticariæ.*
14 *Laudemium quare debeatur domino directo.*
15 *Iura ciuilia & Cathaloniæ in quantitate ſoluenda.*
16 *Alienatio perpetua, aut temporalis quando dicuntur.*
17 *Modicum in iure non eſt conſiderandum.*
18 *Laudemii ſolutio in ciuitate Barcino. cedit vendit.*
19 *Emphyteuta & conductor ad non modicum tempus an differant.*
20 *Alienationes ad quod tempus ſunt permiſſę, vt non debeatur laudemium domino.*
21 *Locationes ad quod tempus fieri poſſunt.*

22 *Locatio ad non medicum tempus an poſſit fieri abſque laudemio.*
23 *Commiſſum eſt ſublatum in Cathalonia.*

QVARTVM PRAELVDIVM.

PRæmitto præterea quod
1 Per l.fina. §. & ne auaritia C. de iure emphyteu.
& per capitu. potuit extra de locato, & per con-
ſtitu R. Pet. 3. in tertio item ne ſuper laudemio
curiæ Ceruariç, & conſti. R. Ferd. 1. c. als ſcãdalos & pſs alias
diſpoſitiones, & Doctorum ſententias, & in hoc etiam iura
huius patriæ ciuilia, etiam & canonica, & omnes ẽt Doct. in
dictis iuribus ſcribentes vnanimiter concordant: quod quan
do emphyteuta vendit venditione vera, & propria, quæ eſt
quando precium eſt in pecunia numerata, vel æquipollent
2 re: vel venditione non vera, puta qñ precium non eſt in pe-
cunia numerata, vel qñ alter actus alienationis ſit æquipol
lens, & adaptabilis venditioni vel effectualiter ſit eadem ra-
tio, ſeu effectus onerosus venditionis, videlicet in rebus quæ,
æſtimari poſſunt in alium ius ſuum emphyteuticum alienat,
ſiue ɔ̃ctu nominato, ſiue innominato, tunc dño directo & al
lodiali debet ſolui quinquageſima pars precij, ſeu çſtimatio-
nis rei emphyteuticariæ venditæ vel quæ venditur aut aliter
alienatur, quæ vt ait Iaſ. in d. l. fina. de iure emphyteu. nume.
39. verſic. xv. in notabili. laudemium communiter tertiũ ſeu
3 foriſcapium appellatur. Sed And. de Yſern. in libro feudo. in
c. 1. de capitulis Corrad. in §. ſimiliter ĩ oſtenditijs dicit, quod
iſtę perceptiones quæ fiunt in pecunia aliquando dicunt ad-
duamenta, vt in regno Siciliç, aliquando releuia aliquando
oſtẽditia, aliquando quinquageſima, aliqñ, vt in hac patria
Cathalo. laudemia (quia quælibet patria ex vſu loquendi ha
bet ſua vocabula Francigenę vero dictas præſtationes vocant
vẽtas & tertias vendas achatus & aliijs nominibus. ſed laude
miũ ĩ ſua generali ſignificatione accipitur pro omni iure pe
cuniario debito dño directo in recognitionem, & admiſſio-
nem noui poſſeſſoris fundi. Nos vero in noſtro iure Cathalo
4 niæ ſequentes doctrinam Ioan. de Succar. c. cautum. in com-
memo. Pet. Alb. & aliorum practicorũ Doctorum aliqñ foriſ
capium, aliqñ tertium, aliquando laudemium, dictam quin
de patre in filium,& e contrario,quia tunc debetur lademiũ
tertium,ſeu foriſcapium domino, de quo eſt hodie tex.expſ-
ſus in couſtitu.domini.R.Pet.3.cap.3.Item ne ſuper laudimio
debetur etiam gabella, ſi ſtatutum dicat quod de quolibet
contractu debeat ſolui gabella,Bar.in in.l.j.de imponen.luc.
deſcrip.lib.x.C.Fallit etiam quando prædium feudale,vel em
phyteuticarum tranſit de fratre in fratrem, vel iudicio patris
teſtatoris, ſcilicet per inſtitutionem, ſubſtitutionẽ, vinculũ,
aut fideicommiſſum,aut per donationẽ inter viuos, aut in vl
tima voluntate,aut ab inteſtato,aut quoq; alio tit lucratiuo
mediate,vel immediate,in continenti,vel ex interuallo,quia
tunc non debetur laudimium tertium,nec foriſcapium, nec
eorum medietas, quãuis poſſit dici quod ſit hæreditas fratris
delata in alium fratrem ad minus quo ad legitimam,& quar
tam Trebelliauicam, quia etiam quo ad ipſas quartas non
debetur laudemium domino tex.eſt in conſti. R.Petri.3.ca.3.
item ne ſuper laudemio curiæ Ceruariæ, ibi ſi aduertatis ver-
ba conſtitutionis, quia ſufficit quod res fuerit de hæreditate
patris,& q per titulum lucratiuum tranſeat in filium media-
te,vel immediate,ita tenet Iaco. Marquil.in vſa.ſi quis ſuum
feudum.q.53.fol.114.in fi. colu. 2. hoc idem tenet Guiller.de
Valleſ. in eodem vſa.fol.88.col 4 in fi. per tex.dictæ conſtitu.
domini.R.Pet.3.§.ſin autem ipſum feu.ibi ſubſtitutionis.hoc
idem.tenet, & ſequitur Io. de Soccarra. in commemora.Pet.
Alber.c.cantum pagi.166.nume.70.& ita ſe habet conſuetũ-
do die præſenti quæ ſicut lex eſt ſeruanda,vt in l. 3.§.diuus in
fi.ff.de ſepulchro violato, & C. de emancipa.liber.l.1.& in fi.
de diuerſis offi.l.viros lib.12. C.Et ratio ſundamentalis quare
6 fideicommiſſarius,ſiue in teſtõ,ſiue in pacto, ſiue ſit primus,
ſiue 2.3.aut ĩ vlteriori gradu,ſeu loco inſtitutus,ſiue vocatus,
nullam habet cauſam, ſine ius a primo inſtituto, nec ei ſuc-
cedit,ſed habet cauſam & ius ab ipſo qui ĩ pacto vel teſtõ ap-
poſuit vinculum,& iſti ſecundo, vel vlteriori loco vocato pa
cto,vel teſtamento,vel ab inteſtato cenſetur immediatus ſuc
ceſſor teſtatori, taliter quod ſi primo loco vocatus pacto,uel
teſtamento impoſuerit aliqua onera rebus,quæ ſubiacẽt vin
culo reſtitutionis,de ſecundo loco vel, vlteriori vocatus con
tingente caſu non tenetur ſoluere onera impoſita p eũ q pri
mo fuit vocatus,quia nõ ſuccedit illi, ſed patri,qui vinculum,
& conditionem appoſuit, & ſi nulla eſt tranſuerſalis ſucceſ-
7 ſio quamuis videatur quod res trãſeat de vno fratre, ĩ alium
fratrem.Plus dicit Guido papæ,quod ex remiſſione,& diffini
tione quæ fit inter ſocios,aut cohæredes non debeatur laudẽ-
mium deciſio.411.circa medium, & allegat Bartolum in l.
fi.de conditione furti.& ibi de hoc nihil dicit, ſed voluit alle-
gare l.& ideo eodem.titu.& ſeipſum deciſio.47.in fi. & hoc
quod dicit Guido papæ In ciuitate Bar. habet locum per pri-
mam localem priuilegii recognouerunt proceres. Sed extra
dictã ciuitatẽ,ſuburbia proxima,& immediate cõtigua,hor-
tos,& vinetum credunt aliqui,quod non debet ſeruari per ea
quæ dicuntur infra in 7.cellula.in fi.& tene vt illic, & hoc pro-
batur per conſt. R. Pet. 3. c.3. Item ne ſuper laudemio in §.ſi
Impero aquell.& in couſu. gñali Cathaloniæ c. Es cõſtuma.
de Cathalunya queſil. pare haura.203.filios mes,ĩ quo loco
dicit tex.quod ex definitione facta per fratrẽ fratri dẽtur lau-
demium domino,ſi datur aliqua res feudalis,vel emphyteuti
catia, nõ aũt ſi definitio fiat pecunia interueniẽte.Sed illud,
quod ſupra dictum eſt,quod quando hereditas patris tranſit
de frarre in fratrem titu.lucratiuo mediante, non debetur do
mino directo dictæ hæreditatis aliquod laudemium, hoc in-
telligendum eſt cum temperamento:nam ſi primus hæres in-
ſtitutus,qui grauatus eſt de reſtituendo decedat ſine liberis,vel
ſponte,& ſua voluntate reſtituat alteri filio teſtatoris, vel in
vim fideicommiſſi, ſi ex pecunia per eum acquiſita ex vſufru
ctu hæreditatis ſibi relictę,aut ex pecunia caſtrenſi, vel quaſi
caſtrenſi,aut ex ſua proſpera fortuna acquiſita emerit aliquã
bona feudalia,vel emphyteuticaria,& deinde illa donet, ſeu
reſtituat ſimul cum hæreditate paterna alteri fratri ſuo, certẽ
tunc, ex valore illorum bonorum per ipſum primum inſtitu
tũ ex dicta pecunia acquiſitorum, tenetur ſoluere laudemiũ
dño directo: nã hoc caſu verum eſt quod illa bona nunquã
fuerunt ſui patris,ſed ſua propria de ſua pecunia acquiſita,&
ſic habet locum dicta conſtit.R.Pet. 3.c.3. Item ne ſuper lau-
demio §.ſi empero.2.& conſuetudo generalis Cathaloniæ in
cipiens,tria ſunt iura in 2.parte eiuſdẽ,& dicta ſcribentium di
centium,quod ex ſucceſſione transſuerſali debetur mediũ ter
tium,& medium laudemium de hæreditate paterna tranſeũ
te,de fratre in fratrem titulo lucratiuo mediate, vel immedia
te non debetur laudemium,preterea q dictum eſt, quod, qñ
fit alienatio titulo lucratiuo de patre in filium, hoc intelligẽ-
8 dum eſt in filiis legitimis,& naturalibus,non autem in illegi
time natis: nã illegitimi non ſuccedunt in emphyteuſi. Ita
voluit Bald.in l.generaliter §.cum autem C.de inſti. & ſubſti-
tu.& idem in c.quę in eccleſiarum de conſtit. Alex.in l.ex fa-
cto §. ſi qs rogatus.ff.ad Trebellia.& in l.ſi perpererit ff.de li.
& poſth.& late per Iaſ.in d.l.generaliter § ſin autem & latiſſi
me per Doctores in c.nãles,titu.ſi de feu.fuerit controu.in vſi.
feud.Vbi Matheus de afflictis niſi eſſent legitimati ad feuda
& emphyteu.per habentem authoritatẽ faciendi talem legi-
timationem,vt notant Doctores in d. c. Sed illegitimi ſucce-
dunt matri,propter rationem quę militat in filijs legitimis,&
naturalib.quia Spurius,vt dicit noſter Iaco.Calic.in ſua mar-
garita fiſci ĩ 8.dubio ver.202.q ſpurij fuerint lẽimati a princi
pe,de ſua certa ſcientiã, ad ſuccedendum ĩ feudo,ĩ eo ſucce-
dunt,& allegat gl. in d. c. naturales ſi de feu.fue:contr.& cap.
adoptiuus eo. ti.& ibi Andreas de Yſern. & Bald.& dicit dict⁹
Calic.iſtud eſſe planum, quando tempore legitimationis, &
mortis patris non ſupererant filij legitimi, & naturales,ſi au-
tem eo tempore ſupereſſent filij naturales, & legitimi,& le-
gitimatio eſſet facta ipſis non vocatis, eſt clarum quod non
valeret legitimatio,vt dicit Bar.ſuo conſilio 135.habens Spu
rius filium naturalem & legitimum illum ſpurium lẽimari
fecit.& Bal.idem ſequitur in l.nam ita diuus ff. de adoptio.in
lectura ſi autem eſſet facta legitimatio ipſis vocatis & feudũ
eſſet datum vaſallo & filijs ſeu proli ex eo de legitimo matri
monio deſcendenti,eſſet maior dubitatio,vt And. de Yſern.ĩ
d.c.naturales remittens ſe dictus Calici.ad dictũ c. naturalis.
ſed relata per Calicium ſunt intelliguntur de iure ciuili,

ſed de iure huius principatus Cathalonię eſt aliter,qa feuda
& emphytheo.nunc ſunt recta ad inſtar patrimonialium, vt
dictū. Et probatum eſt ſupra in primo præludio, & ratio eſt
quia iſti illegitimi nunquam fuerūt in patria poteſtate,vt In-
ſtitu.de patria poteſtate, & ſunt extranei, & tales reputantur,
inter quos ſi fiat alienatio rei feudalis,vel emphyteu.debetur
domino directo laudimium, vt infra ī 7.cellula latius dicitur
fallit in ciuitate Barcinonæ per primam localem priuilegii
recognouerunt proceres,per quam nedum filij illegitimi,ſed
etiam extranei præſeruantur a laudemij ſolutione, cum ī ci-
9 uitate,& dioceſi Gerundæ, ſupurius rem emphyteuticariam
capere poteſt,ſi ei per patrem relinquatur, iuxta vſantiā quæ
ibi eſt tenenoris ſequētis.Itē ſeruaī quod, ſi filius ſpurius hēt
rem emphyteuticariam , ex donatione parentum , vel ex le-
gato, vel alio ſimili titulo dñs pro quo tenetur tertium , vel
laudimium nō habet,& iuxta tenorē dictæ vſantię, ſpurii ha
bent ius legitimorum in iis.fallit ēt in extraneis perſonis in ci
uitate Barcinonę , ſuburbiis proximis , & immediate conti-
guis,& etiam in omnibus aliis perſonis tā ciuibus, & habita-
torib.quam extraneis. fallit etiam in hortis , & vineto eiuſdē
ciuitatis,qñ huiuſmodi tituli lucratiui fiunt inter ciues,& ha
bitatores , quia tunc nō debetur laudemium per primum c.
priuilegū nuncupati recognouerunt proceres , & per ſnīam
arbitralem inter clerum, & ciues Barcinone ſuper ſolutione
laudemiorum lata,ibi de quib. laudemium recipi cōſueuit,
quæ duo iura tam a laycis, quam a clericis p ſunctorie ſeruā-
tur.quæ iura ſicut a laycis,ſic ab eccleſiaſticis perſonis ſemper
obſeruari vidi.forenſes vero,& qui non ſunt ciues,& habita-
tores Barcinonę, ſi ſuccedant in aliquo precio de allodio ec-
cleſię,exiſtenti in hortis,& vineto, d. titulo lucratiuo tenen-
tur ſoluere medium tertium,& medium laudemium, prout
infra dicetur latius in ſexto.cellula, nec gaudent ipſi forenſes
beneficio ipſius priuilegij recognouerunt procers,prout pro
bantur in dicta ſententia arbitrali lata per dñm R. Iacobum
2.& reuerendiſſimum eſpm valētium anno Mcccx. ſuper lau-
demium ſolutione,quod eſt notandum. Et rationem puto eſ
ſe, quia dictum priuilegiū vocatum recognouerūt proceres,
non fuit petitum,nec obtentum,per forenſes, & extraneos,
ſed per ciues,& habitatores Barcinonæ, & eis conceſſum , &
actus agentium non debent operari contra, vel vltra eorum
intentionem,imo nullum agens,ſiue nāle,ſiue voluntarium
excluditur ab intentione vltimi ſui finis,vt in l.non omnis in
principi,& ibi Bar.ff.ſi certum pet.& dicitur,quod omnis hu
manorum actuū intentio ex duobus cōſtat,poteſtate.ſ.& vo-
luntate,idem vult Ange.Are.Inſti.de exceptio.§. prætera.nu.
3.cum multis ſimilibus quos aſſert.Ioan.Neuiſan.in cōſi.12.
num.v.in volumine conſilio ſeudalium,& quod forenſes,&
extranei non comprehendantur in dicto priuilegio recogno
uerunt proceres,ita interpretata,eſt conſuetudo,quæ eſt opti
ma legum interpres, vt in l.minime ff. de legibus. Si vero ipſi
forenſes ſuccedant in aliquo prædio, quod ſit de allodio lay-
cali,dicto titulo lucratiuo, tunc ex huiuſmodi titulis lucrati-
uis ſoluunt , & ſoluere tenentur vnum ſolidum pro qualibet
libra totius valoris rei tantum, prout hoc latius in 6.cellula
declarabitur. Item debetur domino laudemium,quando res
emphyteutica realiter impignoratur,aut obligatur cum rea-
li tradiione ipſius rei emphyteuticarię,quia tunc debetur do
mino medium laudemium,ſiue medium tertium,ſeu foriſca
pium , vt in conſuetudine generali cathaloniæ infra inſerta
incipienti,tua ſunt iura &c & in conſtitu.generali . Item ne
ſuper laudemio domini R.Pet.3.c.3.& in pragmatica,ſiue pri
uilegio R.Pet.1.quoniam digne regnat , licet in feudis ſit ho-
die viceſima pars eius quantitatis pro qua impignoraī , vt in
d.conſtitu. Item ne ſuper laudemio, in reb.vero emphyteu.
eſt medietas illius quantitatis, quæ ſolueretur pro alienatio-
ne perpetua onceroſa , iuxa conſuetudinem generalē infra in
ſertam,& alia infra latius dicenda in octaua cellula. Item de-
betur domino laudemium,quando inſtrumenta realia facta
de ipſa re emphyteuticaria ſunt deperdita & eſt impoſſibilis
illorum exhibitio,& emphyteuta petit ſibi nouam laudatio
nē quæ alias in gñe fœmineo dr̄ præcaria, quam dñs facere
tenetur.vt tenet Iaſ.in l.fi. C. de iure emphyteu. numero 32.
dixi, & probaui in libello quem capibreuiandi ſtilum nomi-
nant , quia tunc domino debet dari vna quinquageſima, vt
eſt tex.in d.l.fi.C. de iure emphyteu. & ita tenet ibi Iaſ.nu 33.
de iure autem Cathalo. in dicto caſu dantur nouē ſolidi ex
quadā antiquiſſima , & multū frequētata conſuetudine, cui
ſine contradictione ab omnibus ſtatur,ſaltem in hac ciuita-
te,& dięceſi Barcinonę,& vidi,& videri poſſunt vltra tria mi
lia inſtrumenta præcariarum in quib.dicitur , quod pro vna
quaque fuerunt dati nouem ſolidi . His ita præmiſſis , reſtat
videre quanta ſit quantitas quæ pro laudemio tertio, ſeu fo-
riſcapio debeatur in caſib.ſ.expreſſis , & in vno quoque illo-
rum. Et certe ad intelligendum , hoc eſt dđm , quod primo

eſt recurrendum ad pacta , & quæſtiones contrahentium in
contractu emphyteutico appoſita: pacta enim facta inter do-
minum , & emphyteutam ſuper ipſa laudemiorum ſolutio-
ne,& alias ſuper quocunque contractu ſunt ſeruanda,vt in l.
1.in prin.ff.de pact.& in l.iuriſgentium.§.prætor ait eo.titu.&
in l.2.in fi.C.de iure emphyteu. & c.1. extra de pact.& his ſi-
milibus,& maxime in contractu emphyteu. vt in dictis.l.2.&
fi.ſupra proxime allegatis,& tex.in c.Item vaſallus debet.1.§.
Item qñcunq; contentio in commemo.Pet.Alb. ibi verba &
conuentiones.& ita Abbas Panor.in c.j extra de feudis, & in
cap.potuit extra de locato,& Bal.in fi.l.C. de iure emphyteu.
Hoc fallit in ciuitate Barci.ſuburbiis proximis,& immediate
contiguis,ac in hortis,& vineto eiuſdem, in allodijs layicali-
bus,in quibus neceſſario eſt ponenda clauſula decima,vt in-
fra latius patebit in 2.cellula , quæ quidem clauſula decimi
ſemper intelligitur in allodiis laycalibus, ſi non exprimatur
virtute priuilegij R.Pet.2.infra inſerti ī 2. cellula ibi in verbo,
niſi decimam partem , vbi verbum ſeu dictio,niſi, importat
priuationem,vt tenent Bart.& Bald.in l.actione, C.de tranſa
ctionibus, & eo maxime quando oratio affirmatiua pceſſit,
vt in noſtro caſu ita tenet Dy.in regula peccatum de regu.iu.
in 6.prædictis enim pactis,& conuentionibus non exiſtentib.
tunc recurrendum eſt ad conſuetudines , & vſantias locorū,
& ſeruandus eſt mos vnuſcuiuſque regionis.nam in materia
feudorum, & emphyteuſis proceditur ſecundum diuerſa lo-
corum conſuetudines regionis , ita tenet Ioan.de Soccarra,
commemora.Pet.Alber.c. cautum pagi.54.numero *nono*.&
Iacob.Marquil.in vſa.ſi quis ſuum.feud.fo.119.colu.3. & eſt
tex.in vſibus feud.titu.de feudi cognitione. Obertus de *Orto*
celebrata Barcinonę 1520.c. Item cum molies vegades , &
tex.in d.c.cautū.in commemo.Pet.Alber.Guido papa decio-
ne 56.& Hoſtiē.in ſumma de feu.verſi.apud quoniā , quia in
feudis, & emphyteu.conſuetudo loci admittitur contra con-
ſuetudines feudales tenet Guido papa deciſio. 297.& Ioan Fa
ber.Inſtit.de rerum diuiſione in principio,& in Auth.ingreſſi
C.de ſacroſanct eccleſijs.& in l.domini prædiorum de agrico
lis,& cenſitis libro 11. C.& Bald. in Authen. ſi quas ruinas C.
de ſacroſanct.eccleſijs,& Ange.Inſti.de loca.§.adeo in glo.au
ferre,& Boerius in conſuetud.Biturgium in titu.de conſuetu.
feudi,& cenſualis §.j.Immo ſi oriatur quæſtio inter dominū,
& emphyteutam, & non poteſt decidi per inſtrumentum cō-
ceſſionis in emphyteuſim , nec talis quæſtio debet decidi , &
& declari per cōſuetudinem loci illius in quo res ſita eſt , &
ſimplicem naturam rei emphyteuticæ intelligitur facta con-
ceſſio,vt tenet Iacobi. de ſancto Georgio in ſuo tractatu feu-
dorum,in verbo q quidem inueſt.nu. 66.qui allegat plura iu
ra,uide ibi eum.Nam in contractibus inſunt conſuetudines,
a quibus contractus ipſi informantur,ut in l. quod ſi nolit §.
qui aſſidua.ff.de ædili.ædicto,tu vide infra 2.cellula,prædictis
pactis,& conuentionibus ac etiam cōſuetudinib.locorū non
exiſtentibus recurrendum eſt, primus ad ius huius patriæ Ca-
thalonię,qa quādiu iudicare poſſumus,per iura huius patriæ
non eſt recurrendum ad iura extranea, vt in conſti.R.Ferdi.c.
16.per tal que les leys. & in conſti. R. Mariæ.C.aſſais es coſa
rediculoſa,& Mieres ibi,& in cōſti.R.Martini.c.item Sennor
quels canceller,& per alia iura ibi per eum allegata , & ita te
net Iacob.Marquil.in vſa.iudicia curiæ. At prædicto iure hu
ius principatus Cathaloniæ non diſponente,ad canonica.&
ciuilia iura eſt recurrendum,ita voluit,& ſtatuit.dominus.R.
Pet.3.per ſuam pragmaticam datam Bacinonæ 23.Februarii
1300.ſecūdum quæ iura ſcilicet ciuiuilia.& canonica quan-
ta ſit quantitas,videatis in l.fi. C.de iure emphyt. videatis etiā
Specu.in titu.de loca.§.nunc aliqua verſi.ſimiles ibi , & Inſtit.
eodem titu.§.adeo.& ibi communiter Doctores, & Iaſ in di-
cta l.fin.per totam eius lecturam . Sed quia ea quæ dicta ſunt
ſupra nimis generalia eſſe vidētur, & Intentum meum eſt de-
clarare quid ſit in ciuitate Barcinonæ,& in eius ſuburbiis pro
ximis,& immediate contiguis , ac in hortis,& vineto eiuſdē
ciuitatis in quib. locis diſponit ſnīa arbitralis lata ſuper ſolu-
tione laudemiorū inter clerum,& ciues Barcinonæ , per do-
minum.R.Iacob.& epiſcopum Valentinū,& priuilegium R.
Pet.2.infra in 2.cellula inſertum,& alia iura huius principat'
de quib.inf Ideo arbitror beneſacere ponere hic , & inſerere,
quandam notoriam, & vulgatiſſimam conſuetudinem gñra
lem Cathalonię , a Doctorib. praticis huius patriæ comme-
moratam quæ ab antiquo fuit, & nunc eſt in hoc ipſo princi
patu ſaltem a lupricato citra ſcilicet verſus orientem, quæq;
dē conſuetudo ante quam eſſet facta conſt. R.Pet.3. & c.3 ei
ea poſitū incipien. Item ne ſuper laudemio etiam ſeruabaī ī
feudis ſicut nunc ſeruatur in rebus emphyteuticariis,ita tenet
Guiller.de Valleſi.in vſa.ſi quis ſuum feudum circa mediū,
quam conſuetudinē poſuit Iacob. Marquil. in di. vſa.ſi quis
ſuum feud.ī q.quæ incipit quæro 4 qualiter tertium ſiue lau-
demium extra ciuitatem Barci. & eius territorium ſolui dēt
folio

fol.108.& 109.vbi inſerit dictam conſuetudinem,aſſerens eã ſeruari in Cathalonia,quæ eſt a flumine lubricati citra ſcilicet verſus Orientem quæ dicitur Cathalonia verus,vt eſt tex. in commemo.Petri Alber.c.habito de homagio,cuius cõſuetudinis verba hæc ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo antiqua ſuper ſolutione laudemiorum.*
2 *Conſuetudo ſuper ſoluendis laudemiis.*
3 *Feudales,& emphyteuticales res ſolent iudicari eiſdem regulis*
4 *Statuta,& conſuetudines ſunt ſtricti iuris.*
5 *Laudemium quando eſt pars pretii.*
6 *Laudemium quando non eſt pars pretii.*
7 *Conſuetudo videtur ſeruire de vento.*
8 *Dominus directus paciſcens de laudemio videtur renuntiare faticę.Fatica quando tacite quis renunciare videtur.*
9 *Contrahentes poſſunt paciſci quis eorum ſoluet laudemium.*
10 *Laudemia ex permutatione qualia eſſe debent,permutatio quod laudemiũ producat.*
11 *Tertium quod debet dici quartam auant.*
12 *Computatio tertii auant,computatio quarti auant.*
13 *Permutatio in qua pro equiualentia interuenit pecunia, an ſit partim permutatio,& partim venditio.*
14 *Permutatio,ſi in ea interueniant pecuniæ,an debeatur laudemium, de pecunia interueniente.*
15 *Laudemium cui debetur vſufructuario an proprietario.*
16 *Tertium directum quando dicatur.*
17 *Laudemium quando non eſt pars pretii.*
18 *Solutio laudemii in ciuitate,hortis, & vineto pertinet ad venditorem.*
19 *Gabella minuit valorem rei.*
20 *Laudemium ex donatione quod ſit.*

CONSVETVDO ANTIQVA QVAE olim fuit,& nunc eſt.

TRia ſunt iura cõſuetudinaria in Cathalonia,quæ eſt a Lubricato citra. quæ pertinent dominis.primum ius eſt tertium,& pertinet
1 eis quando res quæ pro domino tenetur venditur, & dicitur tertium,quod ſi antequam fiat venditio emphyteuta cõueniat cum domino, ſi res valet ccc. Ducados, debet habere centum ſcilicet tertium.Si autem ſit facta venditio dominus habet medietatem de toto eo quod habuit de re. Item eſt ſecundum ius ſcilicet medium tertium,& medium laudemiũ, & pertinent domino quando res donatur,legatur, permutatur,vel alias alienatur pecunia non interueniente, quia ſi interueniret tunc competeret tertium.Eſt medium tertium medietas directi tertii,& medietas laudemii directi, eſt medium laudemium.Item habemus laudemium,& pertinet domino quando res,quæ pro domino tenetur obligatur alicui, & eſt laudemium de ſolido duo denarii,verum eſt quod conſuetũ eſt,quod de centum ſolidis pro quibus res ſit obligata,nõ habet dominus,niſi decem ſolidos. Hãc eandem conſuetudinẽ ponit de verbo ad verbum dominus Thomas Mieres in expoſitione cõſtitutio.domini R.Pet.3.c.3. Item ne ſuper laudemio fol.155.col.j.dicens ibi ꝙ dicta conſue.eſt vna ex vſantiis ciuitatis Gerundæ,& quod conſtit.Item ne ſuper laudemio ſeruatur in ſolutio. laudemio. prouenientium ex alienatio.rerum feud.repulſa ſupra inſerta conſuetudine. quæ adhuc ſeruatur in ſolutione laudemiorum prouenientium ex alienatione rerum emphyteuticariarũ.eſt verum quod dicta conſuetudo ſeruatur hodie circa ſolutionem laudemiorum rerum emphyte.& quotidie video in practica quod laudemia in feudis
2 ſoluuntur iuxta diſpoſitionem dictæ conſtitutionis R. Pet.3. c.3.Item ne ſuper laudemio in tota Cathalonia & in ſolutione laudemiorum,& foriſcapiorum prouenientium ex rebus emphyteuticariis extra ciuitatem Barcinonæ, & vinetum, & fere in maiori parte diœceſis Barcino.& Vici, & in tota Gerũden. diœceſi ſeruatur ſupra inſerta antiqua conſuetudo,pręterquam in permutatione,in qua dicta conſuetudo nuncupatum fuit correcta per dictam conſtitu. in quo permutationis contractu debet ſolui laudemium iuxta cõſtitutionem, ſup. proxime allegatam R.Pet.3.c.3.Item ne ſuper laudemio,prout latius infra declaratur in fin.quoniam ibi in d.conſtitutio. de dicto contractu permutationis ſpecifice fit mentio,eodem modo Io.de Soccarra.Doctor practicus huius noſtri iuris Cathaloniæ in commemora.Pet.Albe.cap.cautum pag.546.numero 6.inſerendo ibi verba dictæ conſuetudinis, etiam quaſi de verbo ad verbum dicit,quod dicta conſuetudo eſt vna ex vſantiis Gerundæ, & quod ipſe eam habuit a libro Antonii Agullana legum Doctoris Gerundæ, & quod ſeruatur in toto Cathaloniæ principatu,a Lubricato citra,ſcilicet verſus Orientem,quod verum eſt,vt ſupra eſt dictum. Et licet dicta conſuetudo ſit ſcripta inter vſantias Gerundæ, tamen ipſa nõ eſt magis vſantia Gerundæ,quam Barcino.Vici,& aliorum locorum, qua probatur per verba ipſius conſuetudinis in princip.ibi in Cathalonia, quæ eſt a Lubricato citra, de prædicta etiam conſuetudine facit mentionem Guillermus de Valleſi. in vſa.ſi quis ſuum ſeu & Ioan.de Soccarrat.in ca.coutum in fi.pag.546.numero 6.dicentes ibi,quod olim de conſuetu.antiqua loquendo de ſupra inſerta conſuetudine,ex titu.lucratiuo in feudis ſoluebantur quatuor ſolidi, & quatuor denarii qui ſunt medium tertium,& medium laudemium.Sed poſtea dicta conſuetudo fuit correcta quo ad feuda per conſt.R.Pet. 3.in cap.3.Item ne ſuper laudemio.& quod dicti Guillermus Valleſic.& Ioan.de Soccarrat. loquantur de dicta conſuetudine eſt, verum,quia computant ſecundum eam, & eius mentẽ idem tenet & eodem computat modo Iacob.de Faro iurium Doctor,qui fuit procurator feudo.curiæ Baiulię generalis Cathaloniæ in ſua expoſitione facta ad commemoratio.Pet.Alberic.capit.qualiter dominus poteſt petere laudemium. Quo vero ad emphyteuſes dicta conſtitu.non fuit recepta,& ſic remanet in ſuo valore dicta antiqua conſuetudo, & ita eſt veritas,& ita video tota die praticari, & ita tenet dominus Thomas Mieres in dicta conſtitu.R.Pet.3.c.3.Item ne ſuper laudemio curię Ceruarię. & eſt mirandum cum res feudales,& em-
3 phyteuticarię eiſdem ſoleãt iudicari regulis, & communiter valeat argumentum de feudo,ad emphyteuſim, vt tenet Spe. in ti.de ſententiis.§.quoniam verſi.40.in fi.vbi dicit,quod feudum,& emphyteuſis ſunt eiuſdem naturę, & conditionis,& Bald.in capitu.quę in eccleſia,de conſtitu.vbi dicit, quod feudum,& emphyteuſis ęquiparantur.facit l.i.§.i.iuncta glo. ff.ſi ager.vectigal.& Guiller.de Valleſic.in vſa. ſi quis ſuum feudũ fol.81.colum.1.& communiter hoc tenetur. Et dic quod poteſt eſſe ratio,quia in curia generali,in qua conſtitutio fuit facta,aderant fere omnes habẽtes feuda,vel actiue, uel paſſiue, ideſt in dominio directo, uel utili. ſed non aderant habentes res emphyteuticales,in directo uel utili dominio,qui non vocantur,ad curias nec ſponte ad ea,veniẽtes admittuntur, niſi certę perſonę quas enumerat Calicius in ſuo extrauagatorio curiarum in 6.dubio,& ſic abſentes per pręſentes non potuerunt pręiudicari,quia res inter alios acta nõ pręiudicat abſentibus,vt in l.i.C.res inter alios acta, & l.ſępe. ff.de re iudicata cum ſimilibus vel dic,quod ſtatuta, & cõſuetudines ſunt ſtricti iuris,ut l.quicquid aſtringendę,& ibi ſcribentes,ff.de uerb. obligatio.& l.2.§.iis qui nomen.ff. de exercitatoria, & l. 3.§. hęc uerba,ff.de nego.geſt.& Iacob.de Sancto Georgio in tractatu de Roydis num.32.& Alberi.de Roſ.in ſtatu.queſt.12.& præſertim ea quę ſunt aliis grauatoria & pręiudicialia. & ſic video quod dicta conſtitutio ſeruatur in feudis, in tota Cathalonia,& conſuetudo ſeruatur in rebus emphyteuticariis ĩ locis ſupra dictis,pręterquam in permutatione,ut ſtatim infra
4 latius dicetur.Et quia textus dictę antiquę conſuetudinis aliquibus videtur ſub obſcurus,ideo ego ipſum,& etiam eius intellectum declaro, ad cuius declarationem oportet reminiſci eorum quę dicta ſunt ſupra in principio quinti pręludii, & dicetur etiam pluries in pręſenti tractatu, videlicet quod onus ſoluendi laudemium,tam de iure huius patrię quam de iure ciuili cędit emptori,aut alii cuicunque acquiſitori, & hoc confirmatur de iure ciuili per l.ſecundum naturam.ff.de regulis iur. & per glo.in l.fi.C.de iure emphyte.quę dicit quod laudemiũ dominus recipit ab acquiſitore, & per noſtrum ius Cathalonię in conſtitu.R.Pet.3.ca.3.curię Ceruarię. Item ne ſuper laudemio circa finem.His iactis declaro ipſam antiquam conſuetudinem,ait enim dicta conſuetudo,primum ius eſt tertium, ſubaudi ſimplex,& directum,ſcilicet de tribus vnum,& pertinet eis,ſcilicet dominis quando res quę pro domino ſubaudi directo tenetur,venditur,vel alias alienatur, & dicitur tertiũ ſubaudi directum,& ſimplex,quod ſi antequam fiat uenditio ipſius rei emphyteuta conueniat cum domino directo,quod ipſe ſoluat laudemium,quod non poteſt facere niſi pręcedente conuẽtione inter ipſum,& dominum ſuum cum niſi talis fiat conuentio ipſe emphyteuta vendens non teneatur ad ſolutionem laudemii,cum ſit onus quod cędit emptori,aut cuicunque alii acquiſitori. tunc iſto caſu quod emphyteuta vendens conueniat cum domino, quod emphyteuta ſoluat ſibi laudemium,eſt tertium pretii ſiue valoris rei puta 300. ducatis c.ducati qui ſunt tertium directum,ſiue ſimplex de trecen-
5 tis ducatis.Et hoc caſu tertium ſiue laudemium eſt pars pretij. Si autem non ſit facta dicta conuentio quod emphyteuta vẽdens ſoluat laudemium, tũc ſolutio laudemii cędit oneri emptoris,ſeu alterius cuiuſuis acquiſitoris,& dominus hoc caſu habet laudemio medietatem, de toto eo quod emphyteutę vendenti datum eſt pro pretio,ideſt dominus directus habet tantam quantitatem ab ipſo emphyteuta, quę ſit medietas p̃tii,ſeu ualoris quod dedit venditori,quam quãtitatem ſoluat

ipſe

ipſe emptor vltra pretium, quoniam pretium hoc caſu inte-
grum remanet, & francum vendenti, & hoc caſu quando di-
cta conuentio non fuit facta inter vendentem, & dominum,
emptor ſciens quod vltra pretium quod dat ſeu dare vult ꝓ
re, tenetur ſoluere laudemium non promittet, & ſic ſi ſapit
non dabit pro pretio rei niſi duas partes valoris rei, & Tertia
ni partem penes ſe retinebit, quã poſtea celebrata dicta vẽdi-
tione dabit domino pro laudemio, & hoc caſu laudemium
6 non eſt pars pretii, ſed eſt pars valoris rei. Et ita ego intelligo
dictam antiquam conſuetudinem, & ita etiam intelligũt, &
interpretantur Iacob. Marquill. in vſa. ſi quis ſuum feudum &
Mier. in conſtit. R. Pet. 3. c. 3. curiæ Ceruariæ. Item ne ſuper lau
demio, & Ioan. de Soccarra. in commemo. Pet. Albe. c. cattũ,
quia ita ſentiunt, & computant. Et præmiſſis præſſius conſide
ratis videtur, quod dicta conſuetudo ſeruit de vento, quoniã
vno, vel altero modo non ſoluitur plus aut minus, quo ad ꝯ-
trahentes, nec quo ad dominum, & quamuis ita ſit verum, ni
hilominus ego inuenio duas aut plures differentias ſuper præ
7 dictis. Prima eſt quod ſi conueniat inter dominum, & emphy
teutam vendentem, ipſe venditor explet volũtatem ſuam cir-
8 ca habendum maius pretium. Secunda eſt differẽtia, quia do-
minus directus perdit fatieam, ſiue ab ea priuatur, quia quan
do dominus paciſcitur de laudemio ſibi ſoluendo, tacite vide
tur renuntiare ipſi fatice, quæ in ordine intellectus eſt primũ
ius ex iuribus domino directo ex alienatione ſui allodii com
petentibus, & quod dominus hoc caſu priuetur fatica probat
infra in 3. prin. quæſt. ſecundum ius eſt laudemium. quæ duo
iura quamuis æqualiter competant, non tamen acumulatiue
ſiue coniũctim, ſed diſiunctiue, & quod dicta conuentio poſ-
ſit fieri eſt vtile domino directo, q̃a poteſt eligere illum a quo
vult quod laudemium ſibi ſoluatur per emptorem, vel vendi
9 torem. Præterea per dictam conſuetudinem probatur quod
contrahentes poſſunt paciſci inter ſe quis eorum ſoluet laudẽ
mium domino emptor an venditor, & ita etiam diſponitur
in d. conſt. R. Pet. 3. c. 3. curiæ Cerua. in fin. ibi ſi dõcs altra coſa
entre ells expreſſament no ſera feta. Sed hoc intelligendum
eſt, cum grano ſalis, ſcilicet cum voluntate domini directi, &
non eo inuito, quia ſi dominus non conueniat, cum emphy-
teuta vendente, tunc ipſe petet ab acquiſitore tantam quanti
tatem pro laudemio, quæ ſit medietas eius quantitatis quę da
tur pro pretio, quæ quidem conſuetudo ſiue vſantia tres ha-
bet partes, & prima pars duas habet partes: per quam conſue
tudinem clare patet qualiter extra ciuitatem Barcinonæ ſu-
burbia proxima, & immediate contigua, hortos, & vinetum
eiuſdem ciuitatis, ex vẽditionibus, & alijs onerosis acquiſitio-
nibus, & qualiter ex titulis lucratiuis, & qualiter ex realibus
impignorationibus ſiue obligationibus, cum reali, & actuali
traditione poſſeſſionis per actum corporeum laudemia ter-
tia, & foriſcapia ſolui debeant dominis pro quibus res ipſę q̃
alienantur tenentur in emphyteuſim, cum in feudis, vt ſupra
dictum eſt, ſit aliud. Sed ego dico quod licet ſit verum quod
dicta antiqua cõſuetudo a practicis Doctoribus commemo-
rata, & ſupra inſerta pro maiori eius parte practicetur, vt ſup.
dictum eſt, & præfati Doctores tenent in locis ſupra allegatis,
10 tamẽ circa ſolutionem laudemiorum quæ ex permutationis
contractu debentur nullo modo poteſt, nec debet practicari;
vt in ea continetur, puta ſoluẽdo quatuor ſolidos, & quatuor
denarios, prout in dicta conſuetudine cõtinetur, qui ſunt me
dium tertium, & medium laudemium pro qualibet libera va
loris rei permutatę, prout in ipſa antiqua conſuetudine diſpo
nitur. Quia obſtat conſtitutio R. Pet. 3. c. 3. Item ne ſuper laude
mio curiæ Ceruariæ quæ cõſtitutio ſolum, & dum taxat fuit
recepta in dicto permutationis contractu, & ſic debent ſolui
niſi quinque ſolidi pro qualibet libera, iuxta diſpoſitionem di
ctæ conſtitutionis, quia dicta antiqua conſuetudo fuit corre-
cta, ſeu immutata per dictam conſtitutionem, cum ſit lex po-
ſterior, & ipſi antiquæ conſuetudini in contractu permutatio
nis directo contraria, quo caſu quando lex poſterior contra-
riatur priori, tunc poſterior corrigit priorem, vt iuribus allega
tis infra in 12. Cellula, ibi enim in dicta cõſtitutione dicitur,
quod ex permutatione, vẽditione, inſolutum datione, aut ali
lo ſimili oneroſo contractu ſoluatur teitium, ſiue tertia pars
pretii, ſeu valoris rei permutatæ, quod tertiũ, ſiue tertia pars
æſtimationis ſoluẽda eſt, per emptorem ſeu acquiſitorem, vt
dicit tex. eiuſdem conſtitu. in fi. & ſic in vim veri, & recti com
puti, ex qualibet libra æſtimationis rei permutatę debẽt ſolui
pro laudemio quinque ſolidi, quæ quantitas non eſt tertium
directum, ſiue ſimplex, nec tertium auant, ſed eſt tertium ꝙ
11 debet dici quartum auant. Nam cum debeat ſolui per empto
rem, aut acquiſitorem vltra pretium, ſi res valet, viginti, ipſe
emptor non dabit niſi quindecim pro pretio, & quinque pro
laudemio, & ſic iuſtum valorem, & ita computat Iaco. Mar.
in vſa. ſi quis baiuliam fol. 175. colum. 4. in computatione ter-
tii auant, & ita cenſeo computandum, credens quod non de
bẽt ſolui quatuor ſolidi, & quatuor denarij pro medio tertio,
& medio laudemio prout continetur in dicta conſuetudine
antiqua, nec tertium auant. Et ne aliquis decipiatur ſuꝑ com-
putatione laudemiorum pertinentium ex contractu permu-
tationis tene menti, quod ſi fiat æſtimatio ad affectum, & fi-
nem ſoluendi laudemium ſecundum diſpoſitionem, & men-
tem dictæ conſtitutionis. R. Pet. 3. c. 3. Item ne ſuper laudemio
ex contractu permutationis ſemꝑ debet fieri æſtimatio detra
hẽdo quartam partem valoris rei permutatę, quę quarta pars
poſtea per acquiſitorem dabitur pro laudemio domino dire
cto taliter, quod ſi res permutata eſt valoris, & iuſtę ęſtimatio
nis quadraginta librarum, dominus directus debet habere de
cem pro laudemio ab ipſo acquirente, & non vltra, & acqui
rens non decipietur. hoc modo ponamus, quod duæ res ſunt
permutandæ vna videlicet cum altera, & ambæ res illæ ſunt
veri valoris, & verę æſtimationis 4. librarum, & non vltra, cer
te hoc caſu dictę res permutandæ tiaquæ non debet æſtimari
ad effectum ſoluendi laudemium, niſi quod valeant triginta
liberas & non vltra quibus additis decem libris, in vtroque ꝑ
dio, quas quilibet acquiſitor, dabit domino directo pro laude
mio, & dicta ęſtimatio triginta liberorum pro qualibet re ꝑ-
mutanda, & dictę decem librę quæ pro qualibet re dabuntur
pro laudemio erunt pro qualibet re quadraginta librę qui eſt
iuſtus valor, & vera æſtimatio cuiuslibet rei, prout propoſui
ſupra. & iſta computatio non eſt, ſicut illa quæ fit infra in no
na cellula quando computatur tertium auant, quoniam ſi ac
cipias tertium de quadraginta libris grauatur acquirens in tri
bus libris ſex ſolidis, & Octo denariis vltra iuſtum, & verum
valorem, ſed vt clarius hæc innoteſcant pone quod aliquis ti
tulo permutationis vult acquirere rẽ quæ eſt valeris quadra
ginta librarum, certe ſciens acquiſitor quod ſibi cedit onus
ſoluendi laudemium pro ea non dabit niſi triginta libras, &
poſtea dabit domino directo decẽ libras p vno quarto auãt,
& ſic res conſtabit ſibi dictum iuſtum valorem, & veram ęſti
12 mationem. Et ſic alia eſt computatio tertii auant, quę fit in ꝯ
tractu venditionis, & alia eſt computatio quarti auant quę fit
in permutatione, & præmiſſa intelligi debent in rebus permu
tatis exiſtentibus extra ciuitatem hortos, & vinetum Barcino
nę, ſecus in rebus exiſtentibus in præſenti ciuitate Barcinonę,
ſuburbijs proximis, & in hortis, & vineto inter ciues, & habi
tatores Barcinonæ quia ibi debent ſeruari clauſulæ ſeptimi
& quinti, & in emphyteuſim datiõe clauſula quarti cum alie
nanti cędat ſoluẽdi laudemium onus, vel vt breuius, & verius
hanc computationem laudemii in caſu permutationis ſtringam,
debet res permutata æſtimari vera, & iuſta æſtimatione,
& ea facta ex dicta æſtimatione debent fieri quatuor æquales
partes, & ex eis debent aſſignari tres partes alienatori pro ſuo
intereſſe, & per acquiſitorem debet dari alia quarta pars dño
directo, ſeu dominis ſi plures ſunt pro laudemio ſecundum ꝙ
eis pertinebit, & ſic eſt verum, quod laudemium in permuta
tione eſt quarta pars vere æſtimationis, quæ quarta pars eſt
tanta quantitas, quæ ſit tertia pars eius quantitatis quę datur
alienatori, & hęc computatio laudimii approbatur per con
ſtitutionem R. Pet. 3. ca. 3. curię Ceruarię. Item ne ſuper laude
mio, ſi totam dictam conſtitutionem bene, & diligenter ad
uertas. Et ſuper pręfato permutationis contractu ſubit in men
13 tem dubium illud quotidie contingens, & a pluribus Docto
ribus, tantum quod poſito prius exemplo moueo dubium, vi
delicet aliquis permutat rem ſuam cum alia re cum quodã
alio, & ex cauſa ſiue titulo permutationis recipit aliquam rẽ
immobilẽ puta domum, vel feudũ, & vltra recipit 30. libras
Barcino. dubitatur an ipſe contractus totus ſit permutatio, an
ſit partim permutatio, & partim venditio ratione interuenien
tis pecunię in ipſo contractu, & iſtam quęſtionem tractat Bar.
in l. Ariſto. §. ait, ff. de dona. & ibi Pau. Caſtren. & Bal. in proœ
mio feudo. num. 11. & Guido Papę deciſione Delfin. 92. & Ia
cob. de San. Georgio. in tra. de oper. nu. 33. & Io. And. & Abb.
Panor. & Fabianus de Monte San. Sauini. in tra de emp. & vẽ
di. in 2. prin. q. 23. Alex. in l. ſi quis ante, ff. de acq. vel ami. poſſe.
Iaſ. in l. ſecta, ff. ſi cer. pe. & And. Tiraq. ad ſaturitatem in tra. dè
vtroque retrac. prima par. §. 30. & quod ex eis colligo eſt iſtud
quod ſi contrahentes a principio habuerunt principale in
tentum permutandi totus contractus debet cẽſeri, & haberi
permutatio, & ſi contrahentes habuerunt principale inten
tum vendendi, & emendi erit, & iudicari debet emptio, & vẽ
ditio, & non refert quod in permutatione accidẽtaliter inter
ueniat aliqua pecunię quantitas pro ęquiualentia ſeu remm
ęqualamento, nec refert quod intendant emere, vel vendere,
ſi interueniat aliqua ſpecies, vt partes veniant, ad ęqualamen
tum, & ſic ſi conſtat de contrahentium intentione, non opor
tet dubitare quis cõtractus, debeat iudicari, quia eſt ille ꝯtractus
quem partes facere voluerunt, ſi vero ſumus in dubio, tũc eſt
inſpiciendum, vtrum plus ualeat res, an pecunia, vt ſi plus ua
leat res, quę datur pro re quam pecunia ſit permutatio econ-
tra

tra

tra autem ſit emptio,argumentuml.quidquid.§. cum partes
ibi Caſſius ait ꝑportione rei æſtimandum, vel pro pretio cu
iuſque partis,ff.de acq. rerum dominiis, & ita ſentire videtur
Barto.in loco ſupra allegato in verſi.quid in aliis contractib.
ff.de dona.Sed Bald.dicit quod ſi eadem quantitate cõcurrũt
ſit emptio,& venditio,vt fauorabilior cum ipſo conſenſu pa
riat actionem.& ſic ſtante ſtatuto, ꝙ de permutatione nõ ſol
uatur laudemium aut non ſoluatur tanta quantitas quanta
ex venditione,& fiat venditio alicuius rei, & accidentaliter in
teruenіat ſpecies non debeatur laudemium de valore ſpeciei,
vel non tanta quãtitas iuxta ſtatutum nihilominus quia ſpe-
cies accidentaliter accidit ex eius æſtimatione non deberetur
ſolui laudemium,ac ſi eſſet totus contractus emptio,& ven-
ditio,quia totus contractus erit emptio,& venditio.Pari mo-
14 do ſi fiat contractus permutationis,& in eo accidentaliter in-
teruenіat pecunia,poſtquam de cõtractu permutationis prin
cipaliter partes tractarunt iuxta ſtatutum non debebitur lau
demium,aut non tanta quantitas de pecunia interueniente
accidentaliter in permutatione.Ego ſuper præmiſſis ſequerer
quod frequentior vſus habet,& ſi præmiſſis plura ſcire deſide
ras Andreas Tiraq.tuum explebit votum in tractatu de retra
ctu generis.§.30.nume.11.& ſequentibus,vbi videtur inclina
ri quod fiat denominatio contractus a digniore vel maiore
15 parte præponderante.Et eiuſdem permutationis materia retẽ
ta, pone quod tempore quo Antonius eſt dominus directus
alicuius rei feudalis,vel emphyteuticariæ,firmanter inſtrumẽ
ta permutationis, & poſtea decem viginti aut pluribus dieb.
In eadem proprietate eſt Fran. vſufructuarius,& tpe vſufruct
rii traduntur, ꝑdia ꝑmutata nũc dubitaꝛ cui iſtarũ dẽanꝛ lau
demia,Antonio,videlicet proprietario,& tpe cuius inſtra fue
rut firmata an Franciſco vſufructuario in cuius tempore res
permutatæ ſunt,realiter,& de facto tradite. Et videtur dicẽdũ
quod laudimia debentur Antonio proprietario,& non Fran
ciſco vſufructuatio,ꝑ ea quæ infra latius ducuntur in 12. Cel-
lula.Contrarium teneas,nam ſi tempore quo firmatur con-
tractus permutationis Antonius eſt proprietarius, & poſtea
tempore quo res permutatæ traduntur Franciſcus eſt vſufru-
ctuarius,laudemium quod ex dicta alienatione debetur non
debet ſolui Antonio,ſed debet ſolui Franciſco,& ratio eſt qa
contractus permutationis eſt contractus nudus, nullo modo
veſtitutus,& ex contractu nudo non acquiritur actio quia in
permutatione ex ſola conuentione re,hinc inde non ſecuta
neutri partium competit actio aliqua,imo partes poſſunt di
cedere a contractus eſt etiam earum rerum alter' inuita. Sed
cum contractus veſtitus rei interuentu, ſeu traditione
rei permutatæ tunc ex hoc implemento incipit competere
actio tradenti,ſeu adimplenti contra laium qui adimplere re
cuſar,vt l.ex placito,C.de rerum permu.& tunc incipit debe-
ri laudemium ab interuentu rei quo contractus veſtitur,& ſi
illud veſtimentum interueniat tempore proprietarii, laude-
mium ipſi ꝑprietario debebitur,ſi vero tempore vſufructua-
rii tunc erit eiuſdem vſufructuarii,& hoc infigito memoriæ,
quia ſæpe contingere ſolet.Et redeundo ad dictam conſuetu
dinem antequam dico quod ex ea conſuetudine,ſiue vſantia
arbitror eſſe orta illa duo laudemiorum nomina, de quibus
loquiꝛ Iac.Marquil.in vſa.ſi quis Baiulia & Io.Beſſianus in cõ
ſuetudinibus Aluerniæ in rub.de acap.lots, & venters articu-
lo,6.quorum vnum tertium directum, ſiue ſimplex dicimus,
aliud vero tertium anant, ſiue rigoroſum appellamus quæ li-
cet diuerſa habeant nomina quæ rerum diuerſitatem argũt,
vt in l.ſi idem C.de codicillis,& in l.falſi,ff.ad l.Corn.de falſis.
& Bal.rub.de nono C.componendo,vbi dicit,quod ex diuer-
ſitate nomiuium præſumitur diuerſitas corporum de diuerſi-
tate autem nominis habentur plura in glo.in extrauagãti cõ-
muni execrabilis de præbendis,& dignitati.in verbo perſona-
tus tamen in effectum idem ſunt,& effectnaliter vnum ab al
tero non differr,niſi ipſo nomine,& ita poteſt comprehendi.
ex tenore ſupra inſertæ conſuetudinis quam dictus Soccarra.
vnam ex vſantiis Gerundæ eſſe dicit, quæ, vt noſtri Doctores
ſupra allegati tenẽt in locis ſupra allegatis,ſeruatur in Catha
lonia a Lubricato citra, vt ſupra eſt dictum etiam in vicaria
Barcinonę,vt in ſententia arbitrali in præfationibus eiuſdem
ibi præfatis autem perſonis eccleſiaſticis.Tunc.n.dicimus eſſe
16 tertium directum,ſiue ſimplex quando antequam ſit facta vẽ
ditio per emphyteutam conuentum eſt cum dominio,vt pro
ipſo tertio rei emphyteuticæ detur ipſi domino tertia pars ve-
ri valoris rei,& ita dicit dicta cõſuetudo,ſiue vſantia in prima
eius parte ibi ſi antequam fiat venditio,& ille intellectus, vꝛ
approbari per tex.conſtitutio. R.Pet. 3. c.3.Item ne ſuper lau
demio curiæ Ceruariæ in fin.ibi,ſi donchs altra coſa entre los
contrahents no era feta,vbi ſtatuiꝛ quod laud.debet ſolui per
emptorem,niſi aliud inter emptorem, & venditorem expreſ
ſe actum fuerit,quaſi dicat,quod licet regulariter onus ſoluẽ
di laudemium cędat emptori tamen per pactum hoc immu
tari poteſt,& ita tenet Io.de Soccarr. In c. cautum in comme
mo.Pe.Alber.dicens,ibi quod a natura, ſiue ſubſtantia feu.&
emphyteuſis per pactum recedi poteſt,tenent etiam Bal. & p̄
poſitus in vſi.feudorum in c.j. de feudo non habente propriã
feudi naturam.facit l.paſci.ff.de pact.& tex.in d.ca.j. de feudo
non habente propriam feudi naturam, & tunc dicemus eſſe
tertium auant,ſiue rigoroſum,quando emphyteuta,antequã
conueniat cum domino ſuper laudemio ſoluendo, venditio
nem cum emptore per adhibitionem vtriuſque conſenſus ce
lebrauit,& propterea dicit dicta conſuetudo antiqua,in ſecũ
da par.primæ partis, ſi autem ſit facta venditio dominus hẽt
medietatem,ſcilicet tertium auant,quæ eſt medietas pretii ꝙ
datur venditori,& habet illud ab emptore Et vt hæc breuius,
& clarius,& vnico intelligantur verbo, dicas,quod quãdo vẽ
dens vel alienans ſoluit laudemium eſt pars pretii, & ex dicto
pretio debet ſolui laudemium.quando vero emptor,vel acq
ſitor,illud ſoluit,tũc laudemium non eſt pars pretii. Imo tũc
pretium integriter,& ſine aliqua defalcatione remanet penes
venditorem,& tunc emptor, vltra pretium quod ſoluit ꝑ ſua
emptione,tenetur ſoluere dictum laudemium, ita quod ſi p̄
tium eſt xx. libræ, laudemiumium per emptorem ſoluen-
dum erit x. libræ hoc caſu laudemium non eſt pars precij,
ſed eſt tertia pars veri ualoris rei vendite, quam tertiam partẽ
emptor penes ſe retinuit,ut illã daret domino allodiali. Quæ
17 quidem duo tertia. ſ.directum,& auant qualiter debeant cõ
putari uideatis dictum Iacobum Marquil.in uſa.ſi quis Baiu-
lia,& eundem Io.Beſſianum in dictis conſuetudi.Aluerniç in
rub.de acap.lots,& uendes ſupra allegatis,hæc latius declaran
tur.Et licet multi interdicta tertia, ſiue foriſcapia maximam
faciant differentiam, ego tamen iterũ dico effectualiter, unũ
ab alio nihil differre in quantitate ſoluenda. Imo ſemp unũ,
& idem, ſcilicet tertia pars uel ualoris rei emphyteuticariç q̃
uenditur uel alio oneroſo titulo alienatur quç quidem tertia
pars ualoris rei quando ſoluiꝛ per uenditorem, quod contin
git,quando ille qui non eſt ciuis,& habitator Barcinonç hñs
rem emphyteuticariam inter hortos,& uinetum, uendit illã,
dicitur tertium directum ſiue ſimplex, quando uero ſoluitur
per emptorem quod contingit,quando extra hortos, & uine
tum Barcinonç celebratur uẽditio, antequam per emphyteu
tam ſit connentum cum domino ſuper laudemio ſoluendo,
dicitur auant,& ut hęc clarius intelligantur, quoniam exem
plis res fit manifeſtior,ut l.prętor,§.Iulianus.ff.de colla. bono.
18 Pono quod aliquis qui non eſt ciuis, nec habitator Barcino
nç habet rem emphyteuticariam intra,hortos, & uinctũ Bar
cinonç,ubi ſolutio laudemii pertinet ad uenditorem, uult uẽ
dere rem ipſam cuius uerus ualor eſt ſexaginta librç monetç
Barcinonç, certe tunc uenditor ipſe rem illam non dabit niſi
pro iuſto ualore,ſ.pro prędictis ſexaginta libris, ex quibus da
bit laudemio domino allodiali tertiam partem ſcilicet uigin
ti libras,forenſes enim,& extranei habentes honores, & poſ
ſeſſiones ac cenſnalia morobatinorũ in hortis, & uineto Bar
cinonç de allodio eccleſię illa uendentes tenentur ſoluere ter
tiam partem pretij pro laudemio ipſi domino allodiali,quam
uis ciues,& habitatores Barcinonç,habentes ibidem prędia,
& honores de dicto allodio eccleſię,& illa uendentes non ſol
uant,niſi quintum, aut ipſius quinti tertiam partem domino
allodiali,& ſic ex re quæ eſt ualoris ſexaginta librarum, domi
nus allodialis habebit, ſi ſolus eſt ſupra emphyteutam ꝑ lau
dimio ab ipſo uenditore uiginti libras, quç ſunt tertia pars di
recta,& ſimplex dictarum ſexaginta librarum,& penes ipſum
uenditorem remanebunt quadraginta librç. Sed eodem the
mate retento põnamus,quod ſumus in loco ubi emptor cędit
onus ſoluendi,prout eſt communiter in omni loco extra ciui
tatem hortos,& uinetum Barcinonç de iure ciuili, & Catha
lonię,ut eſt ſupradictum,& probatum in ultimo pręludio cer
tum eſt quod tunc emptor,ſi res ualet ſexaginta libras,ſi eſt ſa
ne mentis,pro ipſa re non dabit niſi quadraginta libras uendi
tori,ex eo quia ſcit,quod ultra dictas quadraginta libras,quas
ſoluturus eſt uenditori,eſt etiam daturus, & ſolutus domino
directo,& allodiali unum tertium auãt,ſcilicet uiginti libras,
quç ſunt medietas eius quantitatis,quç data eſt uenditori,quç
dicunꝛ tertium auant, ut dicit Iacobus Marquil. in uſa.ſi quis
baiuliam column.quar. & dictus Beſſianus,& ſic res ſibi coſta
bit ſexaginta libras,prout eſt eius uerus ualor, uenditor enim
de dictis quadraginta libris poterit eſſe contentus, quia ſi ſibi
cęderet onus ſoluẽdi laudemium de iuſto valore ſibi amplius
non remanerent. Nec me mouet quod aliquando res vẽdũꝛ
forſan minori pretio quem res ualent,qa hoc non mutat per
19 me ſuperius dicta,& declarata.Et ita fit in ſolutione gabellarũ
nam vꝛ quod dominus propter onus gabellarum locabit mi
nori pẽſione.Ita uoluit Bar.ĩ l.interdum,§.quoties, ff.de pub.
Et ſic ex prędictis patet ſatis aperte qualiter tertium directum
ſiue ſimplex,& tertium auãt ſunt unum,& idem,ſ. tertia pars
veri valoris rei emphyteuticarię,quç vendiꝛ,aut alio oneroſo

titu.

ti.alienatur,& non vltra.Et has conſiderationes,& computationes debent facere cauti,& experti negotiatores, & q hæc bene volunt intelligere,& ſi hæc non prouident, & non ponderant facile decipientur, & malum, & damnum quod inde habebunt patienter ferre debent c.damnum de regu. iuris in ſexto.Nam imputet ſibi qui ſibi ipſi damno fuerit.l. quod qs, ff.de reg.iur.Credo enim quod iſti non iuuabuntur beneficio l.ſecundæ.C.de reſcin.ven.Et aduertite quod dictum tertium, auant non ſoluitur,nec ſolui debet niſi in contractib.onero-ſis,& non in alienationibus lucratiuis,& ita poteſt intelligi ex ſupra inſerta conſuetudine antiqua.quæ tertia pars cum ſoluitur per venditorem dicitur tertium directum,ſiue ſimplex,cũ vero ſoluiť per emptorem dř tertium auant,ſiue rigoroſum. & hoc innuunt clare,& aperte verba dictæ antiquæ conſuetudinis,vbi dicit quod, ſi antequam venditio fiat emphyteuta conueniat cum domino,ſi res valet ccc.iuſto ſubaudi valore, dominus debet habere centum quod eſt tertium directum,ſiue ſimplex de ccc.libris,& tunc ſumus in caſu in quo venditor de p̄tio quod habet teneť ſoluere laudemium,prout ſunt dicti forenſes,& extranei habentes prædia, & honores in hortis,& vineto Barcinonæ de allodio eccleſiæ illa vendentes,qui non ſoluunt iuxta legem ſententię arbitralis latæ ſuper ſolutione laudemiorum.ſed ſoluunt,& ſoluere teneňť iuxta dictam antiquam conſuetudinem ſupra inſertam,& vbi dicta cõſuetudo ſiue vſantia dicit, ſi autem ſit facta venditio abſque eo quod emphyteuta prius conueniat cum domino ſuper ipſo laudemio ſoluendo,ꝙ ipſe dominus habeat, ſubaudi ab emptore pro laudemio medietatem de toto eo, quod habuit, de re ſubaudi venditor, ideſt quod in ſupradicto proximo caſu emptor debet dare domino allodiali tantam quantitatem vltra pretium,quæ ſit medietas eius quantitatis,quam dedit venditori nomine pretii,quæ dicitur tertium auant.Et per,hæc arbitror præmiſſa bene remanere declarata,cuilibet etiam mediocriter erudito,quod tertium directum,& tertiũ auant ſunt vnum,& idem, ſcilicet tertia pars iuſti valoris rei emphyteuticariæ,quæ vendiť,vel alias titulo oneroſo alienať. ſed habẽt diuerſa nomina,ſecundum diuerſas computationes, & vnũ, & eundem effectum producunt,& ſic ſeruať in practica,& ſępiſſime practicari video ſuper ipſa laudemiorum ſolutione,ſine alicuius contradictione. Et recolligendo, per dicta patet
dẽt fieri iuxta ſeriem,& mentem dictæ conſtitutionis,item ne
ſuꝑ laudemio dñi R.Pet.3.c.3.curiæ Ceruariæ, q̃ recepta eſt in
feudis,& ſeruatur,& non fuit recepta,nec ſeruatur in reb.em
34 phyteuticariis,vt tenet dictus Thomas Mieres in expoſitione
eiuſdem.Et dictus Mieres eſt verum , & vſus quotidianus ſic
ſeruatur indifferenter,niſi in permutatione de qua fit mentio
in dicta conſtitutio. de quo permutationis contractu vide q̃
dicuntur,& notantur ſup.in 1.q.princi.num.& infra in cellula
octaua.

SVMMARIVM.

1 *Layci recipiunt decimum.*
2 *Paciſci ſuper re emphyteuticali non licet niſi iuxta ſeriam ſententiæ arbi-
tralis.*
3 *Pacto non poteſt recedi a natura feudi vel emphyteuſis de iure Brac.*
4 *Clauſula decimi quando neceſſario eſt ponenda.*
5 *Territorium Barc.quid ſit.*
6 *Forenſes qui dicantur.*
7 *Clauſula quinti quando eſt excuſanda.*
8 *Forenſes ſoluere qui dicantur.*
9 *Forenſes tenentur ſoluere tertium.*
10 *Ciues,& habitatores qui dicantur.*
11 *Habitatores Barc.qui dicantur.*
12 *Habitatores Barcinonæ an gaudeãt beneficio legis ſententiæ arbitralis.*

QVARTA CELLVLA.

RVSTICVM PRAEDIVM, QVOD TENE-tur a layco,vel eccleſia ſuccedenti layco pręſtat decimum pro laudemio.

INgredior nunc quartã cel-
lulã,& ad declarationẽ verborum in ea poſitorũ
accingor & quamuis ex ijs quæ dicta ſunt ſup.ver
ba in ea poſita remaneãt ſatis declarata, tñ vt clariora rema-
neãt,repeto hic ea quæ dicta ſunt ſupra,videlicet ꝙ layci , tã
intra ciuitatem Barcinonæ quam hortos, & vinetum eiuſdẽ,
1 non recipiunt,nec recipere pñt,niſi decimum ſiue decimã par
tẽ pretii,ſeu ad rõnem decimi,& non vltra,ꝙ exiſtimo intel
ligendum,tã ab aliis ciuib.& habitatorib.Barcin . q̃ ab aliis,q
non ſunt ciues,nec habitatoris Barc.& in tñ hoc eſt verũ , ꝙ
layci,tã ab aliis ciui. & habitatorib.Barc.q̃ forenſib. non reci
piunt niſi decimum ꝙ prohibente priuilegio regio ſup.inſer-
to dicti dñi regis Pet.2.non licet inter laycos conciues,& habi
2 tatores Barc.per ẽt extraneos,nec ẽt clericos laycis ſuccedẽtes
poſt dictã ſnĩam arbitralẽ, ſuꝑ laudemio exſoluendo de no-
uo paciſci,aut ſtipulari vltra nec citra decimã partẽ. Qđ eſt ꝓ
c.1.de feudo non habente ꝓpriã feudi naturã in vſib.feud.vbi
dr̃,ꝙ pacto põt recedi a ꝓpria natura feudi,vel emph.vt pro-
3 batũ eſt ſup.añ figurã ꝙ põt ſaluari vbi non eſt cõſuetudo,ſeu
ſtatutũ,prout eſt ĩ hac ciuitate dictũ priuilegiũ R.Pet.2. ſecus
ãt ſi laycus ſuccedat eccleſiæ,qa tunc ab alio ciue,& habitato
re Barc.poſſet recipere ſeptimũ,aut quintũ , ſiue in caſu eo-
rũ tertiũ,vt ſup.in 2.cellula eſt dictũ,& declaratũ . & ſic layci
& ẽt clerici ſuccedẽtes laycis,poſt ſnĩam arbitralẽ, ſemper in
emphyteuſim cõceſſionib quas faciũt , tam aliis conciuib.&
habitatorib.Barc.q̃ forenſib & extraneis,& tã de vrbanis præ
diis,q̃ ruſticis exiſtentib.intra ciuitatẽ,hortos , & vinetũ Barci.
neceſſario debent ponere clauſulã decimi pro laudemio, q̃ ſi
nõ exprimit̃ & non ponit̃ expreſſe ſemꝑ, ex gñrali regula , &
4 frequẽti vſu.expreſſa intelligit̃ in inſtrumentis ex vi ſup.inſer-
ti priuilegii R.Pet.2.Sed in inſtrumentis firmatis ſiue celebra
tis ab eccleſia,ſiue eccleſiaſticis ꝑſonis,dicta clauſula decimi,
ꝑ excuſationẽ clauſulæ ſeptimi,aut quĩti cẽſet̃ appoſita.Et ſic
layci,& eccľa,& eccleſiaſticæ ꝑſonę ſuccedẽtes laycis,vt dictũ
eſt ſ.ꝑ pactum non pñt facere ꝙ vltra nec citra decimam par
tem,pro laudemio ſoluat̃.Et ꝙ layci recipiant decimã partem
pro laudemio totius pretij,ẽt probatur ꝑ vſantias ſcriptas Bar
cino.ſ.13.& 19.in c.ſi eſt laycus recipit decimũ,& in alia in ꝙ.
5 ſi eſt iure q̃ conceditur.Et hoc verũ eſt, niſi forſan pacta ipſa &
conuentiones eſſent iam inita,& facta ante prolationẽ,ſiue ꝯ
ceſſionẽ dicti priuilegii inducentis decimum,aut añ promul-
gationẽ dictæ arbitralis ſnĩæ, de quo priuilegio meminit Iac.
Marquil.in vſa.ſi qs ſuum feudum fol.109.col.4 Prædicta aũt
pacta facta inter dñm,& emphyteutam,quæ ante prolationẽ
dictæ ſententiæ arbitralis iam erant facta,illæſa fuerunt ſerua
ta in dicta ſnĩa arbitrali,in ver.ꝑ præſentẽ ſnĩam.Et ſic ego in
proſecutione Capibreuiationis cenſuũ,iurũ.& redditũũ ma
gni.Ludoui.Turell.militis Barc.populati.vidi in quodã inſtrõ
facto ſuꝑ alienatione domorũ ſitarum prope plateam tritici,
ſiue bladii p̄ſentis ciuitatis clauſulã octaui denarii pro laude
mio,dicens ibi illa cľa ꝙ, pro laudemio illarũ domorũ [illegible]
debebat octauus denarius,& ab eo recepi & extraxi,& [illegible]
caui,ac teſtificaui cõfeſſionẽ factam per dñm vtilem ipſi Lu-
doui.Turell.Fuit ẽt in poſſe meo facta emptio ꝑ reuerẽ.dñm
Onofriũ de Iunyent de domib.ſitis in p̄ſenti ciuitate Barc.pro
pe turrim nouam 24.Maii.1548.& in inſtro ipſius vẽditionis
eſt pactum iuxta inſtrumenta vetera,ꝙ dominus medius qui
eſt immediatus,ſiue cors a cors cũ domino directo , qui ſunt
præpoſituræ menſiũ Februarii,& Auguſti,vltra ſuam partem
laudemii,habet medietatem partis pertinentis ipſis præpoſitu
ris,iuxta legem dictæ arbitra.ſenten.hæc n. pacta ſuſtinentur,
quia cum tp̃e promulgationis ſententiæ arbitralis,iam erant,
quia aliter non poſſent ſtare obſtantibus dictis priuilegiis,ſiue
pragmaticis regum Iacobi 2. & Alfonſi eius filii , & in regno
eius immediati ſucceſſoris ibi mandans ẽt omnibus tabellio-
nibus Barc.Et quia totiens fuit facta mentio de hortis,& vine
to Barc.quæ hodie ſub verbo territorio comprehenduntur,ꝯ
gruum puto hic dicere quantum protendantur,& extendant
ipſi horti,& vinetũ.Et ſuper hoc eſt ſciendum ꝙ omnia p̄dia,
& fundi q̃ ſunt extra ciuitatem Barcinonæ,& ſuburbia proxi-
ma & immediate contigua , intra tamen limites parochia-
lium eccleſiarum ciuitatis Barcinonæ Sancti Martini de
Prohencals , Sancti Vicentii de Serriano , & Beatæ Ma-
riæ de Sanctis,dicuntur eſſe,& reali.& de facto ſunt in hortis,
& vineto Barcin. quæ loca comprehenduntur ſub verbo ter
ritorio ſtricto,vt in dicta arbitra.ſenten.in ver.hortos aũt , &
vinetũ extendi declaramus . Cætera autem prædia ſunt extra
hor-

hortos et vinetum Barc.Prædia vero,quę ſunt intra ambitum
murorum,et ſuburbiorũ ꝓximorũ, et immediate ↄtiguorũ,
ipſa ſunt & eſſe dicuntur in ciuitate,& ſuburbijs Barc. Et ad-
8 uerte quod ĩ inſtrumentis venditionum,& aliarum alienatio
num,quæ fiunt de honoribus,& poſſeſſionibus qui & q̃ ſunt
in hortis,& vineto Barc.ſolet de frequentiori vſu dici, quod
ſunt in territorio Barc.melius autem diceretur, ſi diceremus,
quod ſunt in hortis & vineto.Et quamuis frequens vſus acce-
perit verbum territorium,non tamen deſuerũt aliqui,qui lo-
co verbi territorij poſuerint,& vſi fuerint his vocabulis hor-
tis,& vineto.Et eſt melius,& proprius,& magis ſpeciale. Plus
9 enim ſe extendit territorium Barcinonæ,quam horti & vine-
tum.Nam territorium ſe extendit per omnes terminos ciuita
tis Barcinonæ iuxta l.pupillus,§.territoriũ.ff de verbo. ſignifi.
& vide quæ notantur per glo.& Docto.extra de conſt.c.vt ani
marum lib.6.& per Arch.in c.cum epiſcopus eo.lib. 6. vide ẽt
Thomam Mieres in conſtitu.domini R.Iacob.2.c.33.Item ꝙ
aliquis vicarius in curia Barc.fol.50.col.4.num.1. Præterea in
hac materia,omnes illi qui non morantur in præſenti ciuita-
te Barc.ſuburbiis proximis & immediate contiguis dicuntur
forenſes,& extranei,prout ſunt illi,qui morantur in dictis pa
rochiis Sancti Martini de Prohencals,Sancti Vincentii de Ser
riano,& Beatę Mariæ de Sanctis,& in aliis parochiis exterio-
ribus,& magis ab extra ſituatis probatur hoc per tex.ſententiæ
arbitralis domini R Iacob,& reue.Epi Valentini in ver.in p̄-
ſenti autem ſniã, vel declaratione non intelligimus ruſticos
&c.probatur inſuper per frequentatam, & longo tempore p
ſcriptam tabellionum huiuſmodi ciuitatis conſuetudinem q
in inſtrumentis alienationum per eos factis vnanimiter,& in
trepide omnes excuſant clauſulam 5 eam ſemper ponentes,
qñ ciues & habitatores Barc.contrahũt inter ſe venditio. aut
alias alienationes in quib.ponunt,& ponere debent clauſulã
5.quæ clauſula 5.non ſolum excuſatur,& excuſ. debet quan-
do ipſi forenſes vendunt aliis forenſibus.vel ciuibus Barc. ſed
etiam quando ciues vendunt ipſis forenſib quæ qualiter dicta
clauſula excuſetur,vide ſup.in 5.cellula.Et faciunt etiam quæ
ſupra in dicta 3.cellula dicta ſunt in fine.Et dñr forenſes, & ex
tranei,quo ad hunc articulum ſecundum doctrinam Pa.Ca.
& Ale.de Imo.in l.2.§.fi.ff.de ope.noui nun.per l.1.ad munic.
& per Bar.in tra.de repreſ. q.3. q non ſoluunt onera ciuitatis,
prout ſunt habitatores dictorum trium parochiarum, videli
cet Sancti Martini de Prohencals,S.Vincentii de Serriano.&
Beatæ Mariæ de Sãctis.Iſti n.nõ ſoluunt dicta onera,nec gau-
dent officiis,nec honorib.eiuſdem ciuitatis, & in iſtis excuſãt
12 clauſula quinti.imo tenentur ſoluere tertium directum, ſiue
tertiam partem totius valoris rei.quod idem eſt in dictis paro
chiis in titulis onerolis,& medium tertium,& medium laude
mium in titulis lucratiuis,vt latius cõtinetur infra,in ſeptima
cellula per totam.Et iſti in eiuſdem parochiis tractantur,vt fo
renſes,& extranei in ſolutione laudemiorũ,quia ſoluunt plus
quam ipſi ciues & habitatores Barcinonę,vt infra in ſexta cel
lula latius continetur.Ciues autem,& habitatores Barcinonę
13 qui dicantur declarat priuilegium recognouerunt proceres c.
53 & etiam dñs Rex Petrus tertius cum ſuo regio priuilegio
directo vicario.& Baiulo Barc.dato Deriuſę quinto die Februa
rii anno dñi 1370 ĩ quo priuilegio eſt inſerta clauſula ſequẽs.
Idcirco vobis,& vtriq; veſtrũ dicimus,& mãdamus quatenus
habentes pro ciuibus dictæ ciuitatis quoſcunque,q per annũ,
& diẽ in ciuitate ſteterint ante dicta.vel qui animo. & re ſuũ
domiciliũ conſtituerint,aut fuerint p officiales noſtros vel cõ
ſiliarios in ciues ipſius ciuitatis congregati,eos ad ſoluendum
Lezdam,ſeu vectigalia nullatenus compellatis,vel modo ali-
quo permittatis compelli.Mãdantes vobis,quod ſi per aliquẽ
allegatum fuerit p̄dictos ciues aut aliquem ipſorum ſe ĩ frau-
dem iuris Lezdarum, aut alterius feciſſe ciues ipſius ciuitatis,
quod de tali fraude vos ambo vicarius, & Baiulus, prout ad
veſtrum pertinet officium,cognoſcatis,ſeruãdo illos ad quos
pertinet a præiudicio,atque damno datis.&c.de iſto priuilegio
facit mentionem Tho.Mieres ĩ 2.curia Barc.R.Pet.2.ca. Item
ꝙ ĩ terris nume.ſept.Sed q̃ro hic an illi,q ſtant ſeu morantũ cũ
14 aliis pro famulis in ciuitate Barc.dicãtur habitatores Barc. &
ſint tales q poſſint gaudere beneficio ſñiæ arbitralis in ſoluẽ-
do ſeptimũ, ꝓ laudemio ĩ p̄diis vrbanis exiſtẽtib. in ciuitate
Barc.& eius ſuburbiis ꝓximis,& immediate contiguis. Et dic
ꝙ in d.caſu nullũ eſt dubiũ,cũ ĩ ciuitate Barc.tractẽt̃,vt ciues
ſed an teneant̃ ſoluere quintũ in alienatione p̄dii ruſtici ĩ hor
tis & vineto?Et dic,ꝙ tales habitatores Barc.gaudebũt,& eos
cõprehẽdet priuilegium dictũ recognouerũt proceres,ibi vbi
dr vobis ciuib.& habitatorib.Barc.Et hoc ẽt tenet Bar.in ſuo
ↄſi.42.viſa quæſt.facta,& Tho.Mier.ĩ Curia Ceruariæ R.Pe.3.
c.10.& p̄cedenti. ſed ego cenſeo repetendam conditionem il
lã ſi ſteterint per annum,& diẽ in ciuitate Barc qa alias poſſẽt
fieri multæ fraudes,& deceptiones qbus obuiandũ eſt,vt fuit
probatum ſup.in proœmio.

SVMMARIVM.

1 *Prędia quę tenentur per eccleſiam & laycum communiter, & pro indiuiſo qualiter ſoluant laudemium.*
2 *Dignius attrahit ad ſe minus dignum.*
3 *Domini per partes ęquales quale recipiant laudemium.*
4 *Banna qualiter debeant diuidi inter dominos directos.*
5 *Clauſula ſuper laudemio.*
6 *Excuſatio clauſulę ſuper laudemio.*
7 *Clauſula laudemii in re mixta ſuper allodio.*
8 *Clauſula ponenda in re mixta.*
9 *Solutio laudemii regulariter pertinet acquiſitori.*
10 *Dominus vtendo fatica an poſſit retinere laudemium.*
11 *Emptor a quo res euocatur ratione fatice non tenetur de euictione domino vtenti fatica.*
12 *Pręſcribuntur laudemia in principatu Cathalonię.*
13 *Laudemii declaratio.*
14 *Declaratio ſuper laudemio.*

PRædium quod tenetur per eccleſiam,& laycum,cõiter,& pro indiuiſo, eccle-
ſia pro ſua parte recepit ſeptimum in vrbano, &
quintum in ruſtico,laycus in vtroque decimum.

QVINTA CELLVLA TRA-
ctans de allodiis,partim eccleſiaſticis, & par-
tim laycalibus.

SVper eſt nunc quinta cellu
la,ex dictis duodecim cellulis poſitis ĩ figura ſup.
poſita,q̃licet non egeat ampliori declaratione. q̃
ea quæ ex declarationib.aliarũ ſibi dari põt, tñ qa eſt vna de
duodecim filiabus noſtris legitimis,& naturalibus ĩ nr̃a figu-
ra poſitis,ne ſe reperiat p̄teritam,vel exhæredatam,& ſic ne ↄ
hunc noſtrum ꝓceſſum poſſit intemptare querelã in officioſi
teſtamenti,vt Inſt.de exhære.liberorum §.ſi.& ĩ l. poſthumus
eo.ti.aliqua ſup ea dicã.Et ꝓ declaratione cõtentorum ĩ d.cel
1 lula adducã aliqua ſcitu digna,quæ I prac.vidi,in qbus, ſi quis
dubitet,dubiũ eſt admittendũ.Reperiuntur.n.non nulla p̄dia,
tã vrbana,q̃ ruſtica exiſtẽtia ĩ præſenti ciuitate Barc.hortis,&
vineto eiuſdẽ,q̃ tenentur per eccleſiam,& laycum cõiter, &
ꝓ indiuiſo,ac medio p mediũ,& quia in tali caſu ꝓbabiliter,
quis poſſet dubitare,& ignorare,an illa p̄dia pro toto debeãt
2 iudicari eccłaſtica allodia, cũ dignus attrahat ad ſe minus di-
gnũ,vt Inſt.de rer.diui § ſi quis ĩ aliena tabula,& in gl.in rem
act.in §.ſed & id ꝙ ĩ charta,ff.de rei ven.& ĩ c.ꝙ in dubijs de ↄ
ſecrat.eccleſiæ.vel altarium, & Bart.Soc.in l.cũ ſeruatus.ff.de
reb.dub.& in l.i cõmunem.ff.quemadmo.ſer.amit.Arch.in c.
anteriorũ ſecun.q.6.& Gemi.ĩ c.nõ ſic de præb.in 6. Præterea
dignior dẽt præponderare Hoſt.in ſum.poſt princ. & in l.et ſi
non ſunt § peruenіamus.ff.de auro et arg.leg.et ſic,cum illud
p̄diũ ꝙ cõiter,et pro indiuiſo tenet̃,pars eccleſię ſit dignior,et
dẽat p̄ponderare,ea pp dicẽdũ vr̃,ꝙ totum eccleſiaſticum iu-
dicari dẽt,et ſic cõputari ĩ iis quæ ſeptimum ſoluunt, ruſticũ
eſt.An vero debeat dici totũ ↄtrium, nam cũ pars layci ſoluat
decimum,et pars eccleſiæ ſeptimum,vel quintũ,et ideo indu-
cat maiorem libertatem aut minorẽ ſeruitutẽ, ſequit̃ qđ pars
laycalis dẽat præponderare,et dignior reputari, cum inducat
maiorem libertatem,aut minorem ſeruitutem,et ſic ſit ei ma
gis fauendum,quia libertate nihil gratius,et nobilius, vt in l.
Paulus,§.1.ff.de fideicomm.libert.et libertati eſt ſemper fauẽ-
dum cum ſit res adeo magna,quod non recipit æſtimationem
3 l.libertas,ff.de regul iur.l.fina.ff.de hiis qui ſunt ſui, vel alieni
iuris,l.liber homo. Tamen præmiſſis non obſtantibus,eſt di
cendũ,quod pro vna parte ſiue medietate cenſebitur eſſe allo
dium eccleſiaſticum, et pro alia parte cenſebitur eſſe allodiũ
laycal.et ſic ſi illud prædium vendatur pro pretio centum li-
brarum,eccleſia, ſi prædium eſt vrbanum, recipiet de quin-
quaginta libris ſeptimum,quod eſt duo ſolidi,et decem dena
rii,et una pugeſia,et vnum ſeptennium pugeſię pro qualibet
libra,et ſi prædium eſt ruſticum recipiet quintum, quod eſt
quatuor ſolidi pro qualibet libra ſi non ſunt domini medii,
vnus vel plures ſupra emphyteutam vendentem, et pars lay-
calis ſiue dominus laycus tam de prædio vrbano, quam de
prædio ruſtico duos ſolidos pro qualibet libra, ſiue venditor
ſit ciuis,ſiue ſit extraneus ex reſtantibus quinquaginta libris,
quæ ſunt altera medietas ipſarum centum librarum quæ pro
4 pretio dantur. Et hoc verum eſt, ſi ſunt domini pro virilibus
portionibus. Sed ſi ſunt domini per partes inæquales tunc
fieri diuiſio ſecundũ partes quas habent,ita tenet Ia.de S.Geo.
ĩ ſuo tra.de Pov.[illegible] tenet Caſſa.in conſt. Burgun. in fine.in

rub.de l.cenſes.§.primo,in uerbo laux.nume.quarto ſol. 347.
colum.4.& vltra iura allegata per dictū Caſſaneum facit tex.
in l.4.C.de impuberum,& alijs ſubſtitutio,& Inſt. eodem §.&
ſi ex diſparibus,& ff.eod ti l. cohæredi,§.1.& magis facit l.ſer
uus communis,& ibi glo & Bald. ff. de ſtipula.ſeruorum,vbi
6 dicit,quod ſi ſunt plures domini cuiuſdam Caſtri pro inæqua
li portione,quod banna quæ ibi recipiuntur, quæruntur do-
minis ſecundū,quod iuriſdictionem habent,& non pro ęqua
libus portionibus,quia partes in dominio expreſſe cenſentur
repetitæ in laudemio,& ex conſequēti, qui maiorem partem
habet in cenſu,ſeu penſione, maiorem partem habet in do-
minio & laudemio,per iura ſupra allegata, quia vt dicit Bal.
in d.l.ſeruus communis vna diſpoſitio attrahit ad ſe alteram,
& quod iuris eſt,in omnibus pſonis, quo ad omnes ita in par
tibus,quo ad partes,& de hoc dubio in ſpecie. & in proprijs
terminis eſt deciſio domini Nicolai Boerij in 1.parte nu.6.vbi
dicit,quod qui habet maiorem partem dominii, habet maio
rem partem laudemii. Et eſt certum, quod in vice comita-
tu Capprariæ ſunt quam plurimę dominationes huiuſmodi,q̄
ſunt plurium communiter,& pro indiuiſo per partes inæqua
les,in receptione cenſus,& quemadmodum cenſum inæqua-
liter recipiſit,eodem modo, & taſquam,vbi taſqua præſtatur
& laudemium,in caſu alienationis,ſi ex ea debeatur.Et quod
ſic debeat ſolui laudemium in caſu ſupra poſito habito reſpe
ctu ad qualitatem dominii eccleſiaſtici vel layci,ita vidi practi
catum de facto in inſtrumentis venditionum,factis de quodā
hoſpitio,ſiue domibus ſitis in præſenti ciuitate Barcinonæ,in
vico vulgo dicto Durſoris, ſatis prope hoſpitium,quod an-
tiquitus fuit Raymundi de Plicamanibus, quod tenetur per
anniuerſaria communia ſedis Barcinonæ ſuccedentia Fran-
ciſco Marquet.quondam ciui Barcinonæ. & per ipſorum re-
uerendum protectorem nomine eorundem ſuccedentia titu-
lo emptionis inde factæ per diſcretum Iacobum de eccleſijs.
quondam presbyterum beneficiatū in dicta eccleſia,vt prote
ctorem dictorum anniuerſariorum,& per præpoſituram mē
ſis Iulii canonicæ.Barc. & per eius honor.præpoſitum nomi
ne eiuſdem,& ſub dominio, & alloedio dictorū anniuerſario
rum,& prępoſituræ communiter,& pro indiuiſo,ac medio p
medium.ſuper quo hoſpitio recipiuntur duodecim moraba.
p mag.Ioannotum de Boxadors, & dels Valls Valuetorē ſuc
cedentem,in hijs ſuis titulis dominæ Conſtantię vxori magn.
Franciſci dels Valls.quę quidem domina Cōſtantia prędictos
morabatinos emit a manumiſſoribus Bertrādi Caciola mer-
catoris ciuis Barcino prout conſtat inſtrumento publico acto
Barcin.28.Februarii anno a Natiuitate dñi 1409.in poſſe Frā-
ciſci de Molis nota.publ Barcinon in quo inſtrumento ſuper
ſolutione laudemii ante clauſulam ſeptimi eſt poſita clauſu-
la ſequens,Clauſula laudemii aſſueta poni inſtrumentis ven-
ditionum.& aliarum alienationum,quæ fiunt de honoribus
& poſſeſſionibus,qui,& quæ pro eccleſiis,ſeu eccleſiaſticis per
ſonis,in ciuitate,& territorio Barc.in quantum tangit,videli-
cet partem ſeu intereſſe dictorum anniuerſario. communiū
dictæ ſedis Barc.ſuccedentem dicto Franc. Marqueti hic non
inſeritur pro eo videlicet,qa dicta anniuerſaria ſuccedunt lay
co,videlicet dicto Fran.Marqueti,q layeus erat,& vt laycus de
prædictis laudemium recipere conſueuerat poſt ſenten. inter
clerum & ciues Barc.ſuper laudemiis promulgatam.Et ſaluo
inquam laudemio,pro prędictis,ſcilicet,quantum ad dimidiā
partem dictæ præpoſituræ menſis Iulii,& eius honora.prępoſi
ti ipſius nomine competenti,q̄ eſt ſecund.pronuntiationem
arbitralem dñi R.& reueren. Epiſcopi Valentini.ſuper hoc la
tam 7.pars totius pretii & c. inſeratur clauſula 7. vſque ad ſui
finem incluſiue. Similiter vidi practicatum pluries in aliena.
cuiuſdam tabulæ ſuſteæ, q̄ ſita eſt in decenſu, ſiue deuallada
curię vicarię Barc.quæ terminatur ab oriente,& a meridie,in
vijs publicis,ſ.vicit Apinerię & ipſius decēſus,quæ tenentur p
magn.Ludouicum Turell.domicellū in pręſenti ciuitate Bar
cinonę domiciliatum patrem,& legitimum admin.mag.Ber.
Turell.filii ſui,q prædictam tabulam tenet per dños Lezda.de
Medio.videlicet per eleemo.pauperum ſedis Bar.tanq̄ eccl.&
p hæredes ſeu ſucceſſores Fran.de Vallo militis, & Yuonis de
ſan.Minato,& alios condominos dictarum Lezdarum cōiter
& pro indiuiſo per partes eiſdem competentes,& dicta ęlee-
moſina repręſentat eccleſiam,& vt eccleſia recipit laudemiū.
Cęteri vero domini ſunt layci,& vt layci recipiunt laudemiū
quando dicta tabula alien.de cuius tabulæ alienatione, & de
alien.dictę mediæ dominationis eiuſdem vidi plura inſtrumē
ta publica venditionum vniformia,ſiue conſimilia,& ſignan
ter quoddam publicum inſtrū actum Barc.decimo ſexto Ka
lēdas Augu..,anno a Natiuitate dñi 1340.clauſum,ſiue ſub-
ſignatū,per diſcretum Petrum de Folquerijs notarium publi-
cum Barc.ī quo continebatur venditio cenſus dictæ tabulæ,
quem recipiebant dñi medij ipſius tabulæ facta Beregario Cu
nil,quoñ ciui Barc.per Galcerandum de Orteo,& Berengariū
de Vilaauria canonicos eccleſiæ Barc.executores teſtamenti,
ſeu vltimæ voluntatis dominę Blanquinæ vxoris Guil.de Car
donets, quoñ ciuis Barcino. in quo inſtrumento erat inſerta
clauſula laudemii ſequens. Et ſaluo inquam laudemio dictæ
eleemoſinæ tanquam perſonæ eccleſiaſticæ,& procuratorib.
eiuſdem pro ea competenti, quo ad illam partem tantum,q̄
ipſa eleemoſina habet in prædictis quę vobis vendo ratione
dicti dominii allodialis,ſibi competentis, in Lezdis prædi..
q̄ laudemium eſt,ſecundum pronūtiationem arbitralem do
mini regis,& venerabilis epiſcopi Valētini ſuper laudemiis ex
ſoluendis latam,7.pars totius pretii,q̄ reuera. &c. De qua ta
bula fuit facta certa precaria in poſſe meo die vigeſima ſep
ma Iulii anno 1551.& in dicta certa precaria,ego ſequendo ī
ſtrumenta vetera.prout fieri debet inſerui clauſulam ſeptimi
quo ad partem eleemoſinæ, quo vero ad partem aliorum do
minorum laycalium dicta clauſula ſeptimi fuit excuſata ..
uis ita fecerim tamen mihi videbatur,quod conuenient..
dicta charta precaria ſtaret clauſula quinti, cum dicta tabula
ſit,aut videatur eſſe pdium ruſticum,iuxta ea, quæ dicta ſunt
ſup.in preludiis in §. pręmiſſo inſup.& hoc feci ne viderer au
ctor nouitatis forſan ꝯ iura municipalia huius patrię.Quid ..
12 ſit Lezda dic,quod eſt verbū Cathalonicū, & ſunt vectigal..,
vt dicit Mieres in conſt.R.Iaco.1.c.39.in 2.curia Barc.quid vero
ſit vectigal,quid gabella,& pedagium vide tra Io.Bar.....,
de vectigalib.in prin. Vide etiam inſtrumenta vetera ....
alien.cuiuſdam hoſpitii ſiti ante fontē ſancti Michae.. Bar.
q̄ fuit nobilium de Centelles,hodie tñ eſt,magn. Mich...
Tamar.I.v.d.cuius prędeceſſori do.... extra inſtrum...
recepto in poſſe meo die 27. Iulii anno 1557.quod tenetur ..
hęredes,ſeu ſucceſſores dominę Sanctię vxoris Riui de ..es,
quoñ militis qui hęc tenent per anniuerſaria commu... ſedis
Barc.ſuccedentia in locum Guillermi de Puteo, ... do
mo dñi.R.ciuis Barc.citra ſēnt ētiam .... clerum
& ciues Barc.ſuper laudemiis exſoluendis promulgata. & per
venera.eleemoſi.pauperum ſedis Barc.& eius vene..procura-
tores ipſius noīe communiter,& pro indiuiſo, & in inſtrumē
tis antiquis ipſarum domorum erat inſerta clauſula ſequens,
& ſaluo ēt laudemio pro pdictis,quo ad partem dictę eleemo
ſinę competenti,q̄ laudemiū eſt ſcdm pronūtiationem arbitra
le dñi.R.& Reueren.epi Valen.&c.poſt vero dictam clauſulā
ſeptimi.ī eodē inſtrō inmediate ponuntur verba ſequent..
eſt vero laud. prędicta quo ad partem anniuerſariorū hic ..
inſerit ſicut ſup.ponit p parte dictę eleemoſinę,pro eo, q̄ ..
cta anniuerſaria ſuccedunt in his ſicut ſupradictum eſt,ī ..
13 & ius dictę dñę Francinę vxoris Guillermi de Puteo q..
layca erat,& plus iuris ī dicta anniuerſaria transferre n..
terat,q̄ ipſa habebat,p l.traditionib.ff.de acq.rerum dom..
ſtrumentum ī quo prędicta exarātur fuit receptū clauſ.. &
ſubſignatū per diſcretum Io.Vilana no. pub Barc. valde p..
tū die 20.Nouē.anno dñi 1525. Ecce dñi mei q̄ pul... & ...
tū laudabi.pract.p oēs indiuerſis tpori.pra. q ....
pdeceſſorum noſtrorū veſtigiis inhęreres. Et hæc ....
ego dicerē, q̄ ſi fiat venditio alicuius prędi.....
tis,& vineto,p ciuē,& habitatorē Barc. & extraneū ....
habent communiter,& pro indiuiſo,q̄ tali caſu ....
diuiſio pñi,& pars q̄ erit ciuis vendentis, & habitat....
ſtabit ſub regula quinti ideſt ſoluet quintū,aut quinti ...
ſuo caſu,& forenſis & extraneus ſoluet tertiū directu...
ſimplex.Et aduertite,qa ſępe hęc contingere pñt, pr...
cto contingunt,ideoq; notanda ſunt,vt ī ſimili trad....
ſultus Paulus in l.legaui Titio ibi,q̄ ad id ſpectat att.... o
tidiana enim ſunt ff.de libera. lega. Et quia ſunt ī ....
gularia ſunt pone,quod ſumus extra ciuitatem Bar....
proxima hortos,& vinetum eiuſdem,vbi ſeu in ....
lutio laudemii emptoris oneri regulariter cedit.tam de .. p
muni huius patrię,quam ciuili,& Romano, vt ſupra ....
to pręludio in princip.dictum eſt, rem quę emph.... in
ibi poſitā eſſe vēditam,& realiter traditam in ſcio d.... di
recto bis,videlicet per Frāciſcum Michaeli, & per .... My
chaelem Guillermo,qui iterū eandē rem vendi.. An.& ipſe
Anto. nouiſſimus emptor inſtrm ſuę emptionis præſentauit
dño directo cum competentis laudemii oblatione,vt illud do
minu rōne firmaret, dominus vero exiſtens intra triginta dies
vſus fuit fatica,ſiue iure prelationis rem penes ſe retinendo ..
cut ſibi de iure permiſſum eſt,per ea quæ infra dicentur, ..
principali queſt. Et in ſolutione pretii, quod reſtituere ..
bet dicto Antonio vltimo emptori a quo res retrahitur ..
computare illa duo laudemia, ſibi debita per Franc...
& Guillermum. dubitatur, an hoc facere poſſit. & ..
dicendum quod ſic. quia quamuis vtatur fatica nihil..nus
iura antiqua laudemiorum ſibi debita ex tempore pręterito
integra ſibi remanent ſimul, & actiones ad ea, & res ipſa
emphyteutica addicta iura remanet obligata, & hypote
cata,vt no.per glo.fin.& Barto.in l.1.ff.de diſtract.pignorum.
Con-

Contrarium eſt verum, quia dominus non poteſt vti fatica, niſi refundẽdo emptori precium integrum, & omne id quod ratione pẽſ ſolutum eſt per emptorem, vt abunde probatur inf. in 3. principal.q.& ſequentib. tum quia dictus Anto.nouiſſimus emptor habet cauſã onerofam, nec fit locupletior ex precio quod ſibi reſundendum eſt per ipſum dominum directum vtẽtem fatica. Ideo nihil poteſt ei deduci de precio tex.& ibi glo.& Docto. in l.ſi cum ſeruum ff. de rebus credi- tis,& in l.1.C.de rebus alien.non alienan. Tum quia dominus viens fatica videtur libenter ſubire omnia onera, & hypothecas quibus ſubiectus Antonius Nouiſſimus emptor, q omnino exoneratur per dictum vſum faticę,& propterea debet ei integrum precium reſtitui,ſi illud ſoluit nec dictus Antonius emptor tenetur domino vtenti fatica de aliqua eui-
12 ctione. quia remanet dicto domino ſalua actio contra Michalem,& Guillermum,& alios prædecẽſores ad laudemia ſibi debita ex aliis alienationi. factis ipſo domino directo inſcio:& præſertim ex diſpoſitione tex.vſatici,ſi quis ſuum feudum,vbi ſtatuit quod iura feudalia, & emphyteuticaria poſſunt peti,tam a donatario, quam donatore & tam vẽditore, quam ab emptore. Ad hoc facit natura correlatiuorum, vt probatur infra in 8.cellula.Sed ſi ipſe dominus non vtitur fatica certum eſt,quod Antoni⁹ tertius,& nouiſſimus emptor tenetur ad ſolutionem duorum laudemiorum duplicatorũ iuxta conſtitutio.domini R.Ferdinandi primi in curia Barcinonæ c.als ſcandalos,& priuil.recognouerunt proceres c.27. Item quod ille qui vendit, niſi eſſent pra ſcripta per ſpacium
13 triginta annorum. Laudemia vero,& pẽſiones ſolui ceſſatæ in præſenti principatu Cathaloniæ,ſpacio triginta annorum præſcribuntur,vt tex.expreſſus,& melior, quam alter de iure huius patriæ in conſuetudinibus generalibus Cathaloniæ c. Item es coſtuma de Cathalunya,que ſil parc hauent dos ſills o tres,o encara molts,ibi,y de acopot ſer demada lo ſenyor, per lo qual ſe te ſens mija tro a trenta anys, e daqui empero en auant no. Et cum dicta conſuetudo ſit generalis Cathaloniæ comprehendit omnes in ea habentes feuda ſiue res emphyteuticarias,tam actiue, quam paſſiue & iſtam conſuetudinem, quæ ſcripta eſt inter conſuetudines generales Cathaloniæ allegat,& Thomas Mieres in conſtitutione domini R. Pet.3.cap.3. Item ne ſuper laudemio fol.centeſimoſexageſimoquinto.colum.3.in fi.faciunt notata per Calitium in vſa. ſi quis ſuum feud.fol. 91.colum.4.in fi in verbo ſolutio intelligo quod dominus,& ſequen.facit etiam,& hoc prout localis Barcinonę ca.44.priuilegij recognouerunt proceres. Item quod omnis actio.tenet etiam hoc Iacob.Marquilles in vſa. hoc quod iuris eſt ſanctorum in verſic.nota quod glo.hic poſita fol.309.colum.2.vbi allegãtur ad hoc plura iura probat etiam hoc vſaticus Barcinonæ. omnes cauſę,ſiue bonę,ſiue malę & ibi quoque d.Iacob.Marquil.in 7.notab.vbi dicit, q omnis actio ſpacio triginta annorum eſt extincta agendo,dicens ibi quod dictus vſaticus vult dicere, quod in dicto vſatico comprehenduntur vniuerſaliter omnes cauſę, & ad omnes ſe extendit,quocunque nomine cenſeantur. & in hanc partem videtur inclinare idem Marquil. poſt varias diſtinctiones,& ſubdiſtinctiones in vſa. ſi quis ſuum feudum folio 117.colum.3.circa medium in verſicu. quid dicemus. hoc et approbat,& tenet Ioan.de Succarrat.in commemoratio.Petri Alber.cap.ſi autem in tradenda poteſtate.numero 11. & 12.& cum hic caſus ſit deciſus a iure huius patrię, non eſt recurrendum ad alia iura extranea,ut ſupra ſuit plene proba-
14 tum.Et dubio huiuſmodi finem imponendo dicerem,quod ita fuit deciſum in regia audientia, ad relationem magnifici Barnabę Serra Doctoris regij conſilij in cauſa quæ ibi euocata fuit inter nobilem don Franciſcum de Guimera ex vna agentem,& honora. Ioannem Ceruera mercatorem ciuem Barcinonæ ex altera, partibus defendentem in poſſe diſcreti Gal.Secares notarij ciuis Barcinonæ dictæ cauſæ ſcribę,& in alia cauſa ad relationem magnifici Michaelis Ferrer.Doctoris regij conſilij,vt in verbo veritatis mihi retulit,magnificus T.Parinet Doctor iurium,q eam obtinuit, vt aſſerit.Et hãc opinionem,quod laudemia penſiones ſolui ceſſatę, & alia iura dominicalia pecuniaria quæ ad terminum ſuę ſolutionis fuerunt ſpacio triginta annorum præſcribantur, pro bona,& ſana eligo,& reputo. Non obſtante,quod quidam nõ deſunt qui contrariũ defendere nitũtur in rebus eccleſię, &
15 clericorum tenentes,quod ad præſcribendum laudemia cenſus debitos,& alia iura eccleſiæ requiritur tempus 40. annorum.Sed ego illis contrarius,dico,quod dicta iura ſpacio 30. annorum prout ſupra probatur,præſcribuntur,quoniam bona temporalia,profana,eccleſię, & clericorum, quæ a laicis acquiſiuerunt ſunt in poteſtate domini regis,& legibus,& iuribus regijs ſubdita ſunt,tanquam in regno exiſtentia. vnde quantum ad præſcriptionem illorum ſufficit tempus a legib. regiis ſtatutum, & præfixum. & ita tenet Ioan. Baſſia.in conſuetu.Aliuerinę in titulo de donatio. Articulo 43. verſi.ſecũdo facit etiam priuilegium ſupra inſertum in 2.cellula quo cautum eſt,quod ſi res laicalis,ſiue prophana, ſiue temporalis quocunque titulo ad eccleſiam perueniat non tenetur ad ſeptennium, nec quintum,ſed ad decimum tantum. ex quo innuitur,quod qualitas,quę inerat rei antequam ad eccleſiã tranſiret illam eãdem retinet,ſi ad eccleſiam tranſeat & hoc eſt verum de iure huius principatus Cathaloniæ, per quod omnes cauſę ſiue bonæ,ſiue malæ,ſpacio triginta annorum præſcribuntur. Et quia materia præſcriptionis eſt adeo diffuſa,& eius gloſſatores latius eam declarant, ideo pelagus eius maiori nauę mea nauigandum relinquo timore ne naufragium patiar,& deinde ſubmergar.

SVMMARIVM.

1 *Forenſes in ciuitate Barcinonæ tractãtur, vt ciues & habitatores Barcino.*
2 *Rex habet omnes leges in ſcrinio pectoris ſui.*
3 *Sententia arbitralis tota ſe fundat in allodiis eccleſiæ.*
4 *Sententiæ arbitralis duo nota loca.*
5 *Contiguorum,& annexorum idem eſt iudicium.*
6 *Ciuitas quid dicatur.*
7 *Priuilegium Reg. Pet. ſecundo non fit receptum per perſonas eccleſiaſticas.*
8 *Foreñſes,& extranei in ciuitate,& ſuburbiis, vt ciues,& habitatores Barcinonæ tetractantur.*
9 *Sententia arbitralis in ciuitate loquitur generaliter.*
10 *Incluſio vnius eſt incluſio alterius.*
11 *Sententia arbitralis in hortis,& vineto non loquitur generaliter.*
12 *Forenſes in hortis,& vineto ſoluunt tertium directum.*
13 *Laudemium debet ſoluere acquiſitor titulis lucratiuis.*
14 *Alteratio clauſulę qualiter fiat.*
15 *Obligatio facta per forenſem quod laudemium producat.*
16 *Directum loco non extinguitur cum perſona.*
17 *Prædia quædam vrbana quædam ruſtica.*
18 *Tertia pars ſeptimi quando recipiatur.*
19 *Laici quid recipiant pro laudemio.*
20 *Oua,lac,& caſeus prohibentur in quadrageſima.*
21 *Domini mediũ quid recipiant inter omnes.*
22 *Laudemium an debeatur ex venditione facta durante fideicommiſſo quæ durauit longum tempus.*
23 *Venditiones & alienationes de iure Cathaloniæ non poſſunt fieri vltra quinquennium citra laudemii ſolutionem.*
24 *Mulier tenens,& poſſidens non poteſt alienare vltra quinquennium, vel ſeptennium tenutam.*
25 *Alienatio commoditatis habetur pro alienatione rei.*
26 *Deciſio regiæ audientiæ ſuper alienatione tenuta.*
27 *Locatio vſusfructus ad longum tempus retenta proprietate an poſſint fieri.*

EMphyteuta forẽſis habẽs Prędia intus ciuitatem, & ſuburbia Bracinonę, ſoluit laudemium ſicut ciuis:ſi intus hortos, & vinetum pręſtat tertium directum, ſi allodium eſt eccleſię,ſi eſt laici pręſtat decimum.

CELLVLA SEXTA DE emphyteu.forenſi.

SExta cellula,& verba in ea Poſita veniunt nunc declaranda,ad quorum altiorem intellectum ego animaduerto,quod anno domini 1285.dominus Rex Petrus 1.ſuo priuilegio ſupra in cella inſerto voluit,& ſtatuit,quod de venditionibus, & in emphyteuſim conceſſionibus, quę fiunt de honorib.qui ſunt in ciuitate Barcinonę, & in ſuburbiis eiuſdem proximis, & immediate contiguis, & in hortis & vineto,tam de allodiis,quę tenentur pro ipſo domino rege,quam de honoribus,qui pro aliis quibuſcunque tenetur pro laude
1 mio ſolueretur decima pars precii,& intratę, hoc enim promiſerat dictus dominus rex Petrus ſecundus in priuilegio recognouerunt proceres cap.80.vbi dicit,quod ipſe tractabit,q omnes veniant ad ęqualitatem. ex quo arguitur, quod iam tunc erat inęqualitas circa ſolutionem laudemiorum in ciuitate Barcinonę.& iſtam inęqualitatem voluit reducere ad ęqualitatem,cum ſupra Kalendato priuilegio. Et quamuis dictum priuilegium per quod decimum fuit inductum, in eius principio loquatur de omnibus alienationibus, tamen per illa duo verba in eo poſita, ſcilicet precii, & intratę dictum priuilegium ſe reſtrinxit, ad oneroſas alienationes ni-
2 hil de lucratiuis alienationibus dicens. Et ratio qua re de dictis

ctis lucratiuis nihil dixit dominus rex eſt, quia cum ſit rex,&
habeat omnes leges, & conſtitutiones ĩ ſcrinio pectoris ſui
meminit, quod de dictis alienationibus lucratiuis iam diſpo-
ſuit in priuilegio recognouerunt proceres in primo c. quod
quidem priuilegium, per quod inductum eſt decimum dedit
initium,& originem illi magnę horribi, ac graui, & pericu-
loſæ diſcordię, quæ olim fuit inter clerum, & ciues Barcino-
næ ſuper ſolutione laudemiorum, quæ in 25. annis per quos
durauit a data dicti priuilegij vſque ad datam arbitralis ſen-
tentiæ, quę data fuit anno 1310. tantum exarſit, tantumque
furoris inter dictas partes ſeminauit, vt iam quiuis non chri-
ſtianas crederet. Ad quam quidem diſcordiam ſedandam, &
mitigandam R. Iacobi 2.& epiſcopi Valentini opus fuit iter-
uentu, in quos dictus clerus,& ciues compromiſerunt, vt pa
tet in ſententia arbitrali a dicto compromiſſo dependenti,
quæ lata fuit anno 1310. per quam fuit miſſa pax inter dictas
partes, ex qua quidem ſententia ego proclariore declaratio-
ne eorum quę in hac cellula ſunt dicenda colligo ſequentia
3 notabilia. Primo, quod dicta ſententia arbitralis tota ſe fun-
dat in allodijs eccleſiæ ſolum, & duntaxat nihil de allodijs
laycorum dicens, vt in dicta ſententia ibi & quæ tenentur ab
eccleſia, ſeu eccleſiaſticis perſonis, & in clauſulis ab ea ſum-
ptis,& propterea allodia laycorum reſtant comprehenſa in
dicto priuilegio, prout nunc ſunt. quod priuilegium, quo
ad allodia laycorum non eſt correctum per dictam arbitra-
4 lem ſententiam. Secundo colligo, quod dicta ſententia arbi-
tralis duo notat loca, vbi ſunt eccleſiaſtica allodia, quoniã,
ex ea percipitur ipſa allodia eccleſię, aut ſunt in ciuitate Bar
cinonę,& ſuburbijs proximis, & immediate contiguis aut
ſunt in hortis vineto,& quia ſuburbia ſunt connex.& conti-
gua ipſi ciuitati Barcinonæ,& quia vinetum eſt contiguum,
& adhærens ipſis hortis, ideo propter connexitatem adhærẽ
tiam,& contiguitatem id iuris quod eſt in allodijs ciuitatis,
id iuris eſt in allodijs ſuburbiorum: & id iuris quod eſt in al-
lodiis hortorum, id iuris eſt in allodijs vineti, quo ad laude-
mij ſolutionem. & ita fuit interpretatum per conſuetudinẽ
multum frequentatam,& longo tempore præſcriptam, qua
diu eſt,& hodie vtimur frequẽter. Et nõ immerito, nam cõ-
5 nexorum, ahærentium, & contiguorum, idem eſt iudicium
l. cum actum ff. de negocijs geſtis,& ca. vn i d. c. conſecratione
eccleſiæ in 6. & communiter appellatione ciuitatis veniunt
ſuburbia, vt in c. ſi ciuitas extra de ſententia excommunica-
tionis in v.& l 2 de verborum ſignificatio.& in l. ædilicia, &
in l. vt Alfenus,& in l. qui in continen.& l. vxorem §. legaue-
rat,& ibi Barto. ff. de legat. tertio. licet in veritate ciuitas ſit, id
6 quod murorum ambitu clauditur. Et ſic allodia exiſtentia ĩ
ciuitate Barcinonę,& ſuburbijs proximis,& immediate con
tiguis, quo ad ſolutionem laudemii ſunt paria, & eiuſdem
qualitatis,& allodia hortorum & vineti ſunt paria, & pari
paſſu ambulant. & ſic a dicta ſententia arbitrali habuit ini-
tium, & originem illa allodiorum diuiſio de qua ſupradictũ
eſt in primo præludio, quia dicitur quædam eſſe allodia ec-
cleſiæ,& quædam eſſe allodia laycorum. Ex quibus patet, qđ
prædictum priuilegium R. Pe. 2. per quod ſolutio decimi pro
laudemio fuit recepta per perſonas eccleſiaſticas in allodijs
eccleſię, quamuis in eo non minus comphẽdantur allodia
eccleſię quam laycorum, cũ in eo dominus rex generaliter
loquatur: a quo regio priuilegio eccleſiaſticę perſonæ recla-
marunt, ex qua reclamatione fuit ſecuta dicta ſententia arbi
tralis. His ita præmiſſis venio ad declarationem huius ſextæ
8 cellulæ ad eius declarationem ego dico quod dicta ſenten-
tia arbitralis intus ciuitate Barcinonę,& ſuburbia proxima,
& immediate contigua loquitur generaliter non faciens dif
ferentiam aliquam inter ciues,& habitatores Barcino. ac forẽ
ſes,& extraneos immo æqualiter vtroſque comprehendit.&
ſic vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, vt ff.
de publici. in rem actio l. de precio, & ff. de officio pręſidis l.
præſes,& ff. de iudic. l. 2 §. conuenire in fine,& Ludouicus Ro
manus in l. ſi vero §. de viro ff. ſolu. matrimo. Ita quod foren
ſes,& extranei habentes prædia vrbana,& ruſtica, & cenſua-
lia morabatinorum emphyteuticaria intus dictam ciuitatẽ,
& ſuburbia proxima illa vendentes, aut alio titulo alienan-
tes tractantur,& tractari debent, in ſolutione laudemii, ſicut
ciues,& habitatores Barcinonę, ſiue in pręedio ſit vnus tãtum
dominus, ſiue ſint plures ſucceſſiue, vnus poſt alium.& quod
dicta ſententia arbitralis in ciuitate, & ſuburbijs loquatur
generaliter patet, in ipſa ſententia arbitrali in principio ibi ꝙ
de venditionibus,& alijs alienationibus de quibus laudemiũ
recipit [illegible] verba ſunt generalia, & generaliter ꝓ-
lata,& ideo generaliter intelligenda, vt ff. de legat. pręſtan. bo
norum poſſeſſione contra tabulas, per l. pri. §. generaliter, &
ff. de ſeruitu. vrbanorum prædiorum l. ſeruitus,& Speculator
in [illegible] de [illegible] C. de hæred. vel actio. vẽ
di.& Geminianus in c. indemnitatibus §. ſane in verſ. ſi vero

de electio. in 6. Præterea, quod dicta arbitralis ſententia in ci
uitate.& ſuburbijs loquatur generaliter comprehendens, tã
forenſes,& extraneos, quam ciues & habitatores Barcinonę
probatur, per eandem ſententiam in verſicu. in pręſenti au-
tem ſententia, ſiue declaratione inducendo ipſum verſic. per
argumentum a contrario ſenſu hoc modo, nam cum dicta
ſententia diſponat de allodijs exiſtentibus in hortis,& vine-
to, expreſſe excludit ipſos forenſes,& extraneos. ex quo ſequi
tur, quod cum in ipſis hortis,& vineto excludat forenſes, &
extraneos, quod eoſdem forenſes, & extraneos voluit com
prehendere in ciuitate,& ſuburbijs quam ſi noluiſſet eos in-
cludere expreſſe dixiſſet ſicut dixi in hortis,& vineto. inſuper
eſt de iure quod incluſio vnius eſt excluſio alterius & cõtra,
10 & ita tenet glo. in cap. ſi clientibus de feud. ſi de alienat. feud.
in verbo libello vbi dicitur quod cum de pluribus vnum cõ
ceditur ſequens intellectus patens eſt, quod de alijs remouet
ſicut e contra ut in l. cum prętor. ff. de iudicijs, & in l. ſi mari-
tus ff. de procuratori. & in l. tribunus §. 1. ff. de teſtamen. mili.
& l. ex ea. ff. de teſtamen.& dicit Bar. in l. legata ff. de legat. pri.
quod ſi plura capitula ſunt alicui præſẽtata ſi quędam repro
bantur alia approbata videntur, & ad hoc etiam facit dicta
l. ait prętor §. ſed Papini. ff. de minoribus. Et talis eſt natura ter
mini reſtrictiui, quia per excluſionem aliquorum cætera in-
cludit,& hoc eſt idem dicere, quod aliter dicatur, quod exce-
ptio firmat regulam ff. de milita. teſta. l. tribunus. Cum ergo
dicta arbitralis ſententia in hortis, & vineto expreſſe exclu-
dat forenſes,& extraneos, ſequitur bene quod eoſdem com
prehendit intra ciuitatem,& ſuburbia,& ſic eſt verum, quod
ipſi forẽſes,& extranei intus ciuitatem,& ſuburbia tractant,
vt ciues,& habitatores Barcinonę.& ſic ſe habet practica v-
ſus,& conſuetudo antiquiſſima ab omnibus obſeruata iuxta
quã vidi, vltra duo mille inſtrumenta publica diuerſis tempo
ribus facta. Sed prædicta ſententia tractando de prædijs,& cẽ
11 ſualibus emphyteuticarijs exiſtentibus in hortis & vineto
non loquitur generaliter, immo loquitur ſpecialiter de ciui-
bus,& habitatoribus Barcinonæ expreſſe excludendo fo-
renſes,& extraneos volentes latores ipſius ſententię, quod di
cti forenſes, & extranei habentes prædia & honores in hor-
tis,& vineto de allodia eccleſiæ ſoluant, & ſoluere teneantur
laudemia, prout erat fieri ſolitum, & conſuetum ante prola
tionem dictæ ſententię,& conſuetudo erat, tunc,& hodie eſt
quod ſoluant tertiam partem directam totius precij prout
probatur in ipſa ſententia arbitrali, in pręfationibus eiuſdẽ
ibi in verbo pręfatis autem perſonis eccleſiaſticis aſſerentib.
tertiam partem totius precij, & quod ita eſſet conſuetum nõ
poteſt negari, quia erat, & nunc eſt ſtatutum per ſupra inſer-
tam conſuetudinem generalem Cathaloniæ incipiẽtem, tria
ſunt iura conſuetudinaria in Cathalonia. nec obſtat verſicu.
in eadem ſententia arbitrali poſitus in eiſdem pręfationibus,
ibi prædictis ciuibus hæc negantibus & aſſerentibus ſe nõ te-
neri dare niſi decimam partem precij, quia hoc verum erat
& hodie eſt verum in allodiis laycalibus iuxta dictum priui-
legium regis Petri 2. ſupra inſertum, quod quidem priuilegiũ
per eccleſiaſticas perſonas non fuit receptum, nec ſeruatum,
immo vſque adeo fuit ei contra dictum, vt ex ipſa eccleſiaſti
carum perſonarum contradictione reſultauerit dicta arbitra
lis ſententia, cui ſemper fuit ſtatum, & nunc ſtatur, ſine ali-
qua contradictione: quod probatur, per frequentaſſimum v-
ſum, & antiquam conſuetudinem expediendi inſtrumenta
omnia quæ fiunt de alienationibus proprietatum quę in
locis vbi dicta ſententia diſpoſuit, & ordinauit, & ſic ipſi fo-
renſes,& extranei habentes prędia,& cenſualia emphyteuti-
12 caria intra hortos.& vinetum ſi illa vendunt, aut alter titu-
lo oneroſo alienant non ſoluunt quintum, aut quinti ter-
tium, vt ciues,& habitatores Barcinonę, ſed ſoluunt, & ſol-
uere tenentur tertium directum ſiue ſimplex hoc eſt de tri-
bus vnum iuxta primam partem primę partis ſupra inſertæ
conſuetudinis generalis Cathalonię quę vna ex vſantijs Ge-
rundę dicitur. Et hoc eſt verum ſiue ipſi forenſes & extranei
vendant ciui & habitatori Barcinonę, ſiue forenſi, & extra-
neo, quia in titulis oneroſis non inſpicitur perſona vendito-
ris cui incumbit laudemij ſolutio certum eſt enim quod in-
tra ciuitatem & ſuburbia hortos,& vinetum, vt ſupra plene
probatum eſt in pręludijs, venditori cędit onus ſoluendi lau
demium, ita quod ſi eſt ciuis ipſe vendens, tractabitur, vt forẽ
ſis. Et quod ſit inſpicienda perſona cui onus ſoluendi laude-
mium cędit, licet non comprobetur aliqua lege ſeu ſtatuto
comprobatur, tamen per quotidianam notatorium p[illegible]
cam in alteratione clauſulę, quæ ſolet apponi quando [illegible]
cus ſiue forenſis vendit ciui quę ita frequentata, & approba
ta eſt, quod ab ea recedere eſſet omnino diabolicum. quę al
14 terario clauſulę [illegible] ſub his verbis. clauſula vero laudemii [illegible]
[illegible] vel aliarum alicna-
tionum quę fiunt de honoribus & poſſeſſionibus [illegible] &
quę

quæ tenentur pro eccleſia ſeu eccleſiaſticis perſonis in hortis,& vineto hic non inſeritur pro eo,quia ego dictus T.venditor ſum forenſis degens extra dictam ciuitatem, & in parrochia ante dicta: & ideo vt forenſis debeo ſoluere laudemium pro prædictis.ſed in venditionibus per vos de cætero faciendis,in ciues & habitatores Barcinonæ ipſa clauſula laudemij erit inſerenda.ex iſta clauſula quæ iuxta mentem ſententiæ arbitralis ſuper ſolutione laudemiorum promulgata in inſtrumentis de venditionibus, & alijs alienationibus prædiorum exiſtentium in hortis,& vineto eſt neceſſario inſerenda quando ciuis vendit extraneo, vel extraneus ciui,deprehenditur,& probatur cui incumbit onus ſoluendi laudemium eo maxime cum dicta clauſula ſit neceſſario inſerenda in ipſo alienationis inſtrumento.Et eodem modo ipſi forenſes, & extranei in ſpecialibus obligationibus,ſiue impignorationibus nõ ſoluunt laudemiũ ſicut ciues,& habitatores Barcinonæ, ſed vt forenſes,& extranei: hoc eſt medietas directi tertij eius quantitatis pro qua res impignorbitur aut ſpecialiter obligatur,prout latius dicetur infra ĩ octaua cellula.In allodijs vero laycalibus & exiſtentibus in hortis, & vineto ipſi forenſes non ſoluunt, nec ſoluere tenentur ꝓ laudemio, niſi decimam partem precij ſicut etiam ſoluunt ciues,& habitatores Barcino.& in dictis allodijs laycalibus,ciues.& forenſes,ſeu extranei parificantur. Quia allodia laycalia,non ſoluunt,niſi duos ſolidos ĩ titulis onerofis: & vnum ſolidum in titulis lucratiuis,ſiue ſint in ciuitate,& ſuburbijs, ſiue in hortis,& vineto:ſiue vendantur per ciues, ſiue per extraneos,vt dictum fuit in præcedenti cellula. Ex quibus ipſi forenſes,& extranei non diſtinguuntur a ciuibus, & habitatoribus,tam in ciuitate,quam in hortis, & vineto:immo eodem modo extranei,& forenſes ac ciues,& habitatores Barcinonæ tractantur. Et ratio eſt, quia in allodijs exiſtentibus ĩ ciuitate ipſa ſententia arbitralis dictos forenſes vno modo tractat,& alio modo in hortis,& vineto: ſed in allodijs laycalibus, non ſic diſtinguntur, quia prędictum priuilegium R.Pe.2.quo inductum eſt decimum,ſiue decima pars pro lau
16 demio eſt directum loco puta ciuitati,hortis,& vineto,& iõ locale eſt,& ſic omnes in dictis locis exiſtentes comprehenduntur:& ſic habentes prædia, & cenſualia emphyteuticaria,in hortis, & vineto de allodio laycali, ſiue ſint ciues ſiue forenſes præſtant decimum pro laudemio. Et ex prædictis remanet declaratum,& expeditum,quod extranei,& forenſes habentes prædia.& cenſualia morabatinorum emphyteuticaria in hortis,& vineto,de allodio eccleſię non comprehẽduntur in ſententia arbitrali, quæ diſponit quintum pro laudemio deberi ſolui de alienatione prædiorum allodialium eccleſiæ exiſtentium in hortis, & vineto: immo recidunt in diſpoſitionem dictæ generalis conſuetudinis, in prima eius parte quo ſtatutum eſt, quod ſoluant tertium directum ſiue ſimplex ex toto precio, & intrata ex pręmiſſis a prima cellula hucuſque dictis remanet expeditum, & declaratum qualiter laudemia ſolui debeant ex alienationib. onerofis quando in prædio,ſiue vrbano,ſiue ruſtico non eſt niſi vnus dominus eccleſiaſticus allodialis & emphyteuta alienans,& non ſunt aliqui domi medij vnus,vel plures. Sed quia ſæpe ſſimo multo ſępius contingit, quod in prędio ſiue vrbano, ſiue ruſtico ſunt domini medij, vel plures infra dominum allodialem, & hoc caſu nihil fuit dictum ſaltem, ita extenſius,vt vellem. & eſt caſus qui aliqua habet notabilia,ideo explicando hanc materiam repeto hic dictam diuiſionem de qua ſupra dictum fuit. Quod prædia quædam ſũt
17 vrbana,& quædam ruſtica. Item illa allodiorum diuiſionẽ qua ſupra dictum fuit, quod allodia quędam ſunt laycalia, & quędam eccleſiaſtica,& dicta diuiſione ſic repetita, dico quod ſi in allodio laycali ſunt vnus aut plures domini inter omnes habent duos ſolidos, pro qualibet libra totius precij, ſiue intratę,& in iſtis laycalibus allodijs, per vnitatem, aut pluralitatem dominorum, non ſoluitur laudemio magis, aut minus,ſed ſi in allodijs eccleſię ſunt plures domini,videlicet vnus dominus allodialis eccleſiaſticus, & vnus,aut plures medij domini ſucceſſiue vnus poſt alium, tunc dominus allodialis eccleſiaſticus in prædiis vrbanis non recipiet ſeptimam partem,prout dictum eſt ſupra in cellula, ſed recipiet tertiam partem ſeptimi, quæ eſt vndecim denarij vna pugeſia,& vt ſeptimum pugeſiæ pro qualibet libra totius precij:
18 & in prædijs ruſticis non recipiet quintum, ſed recipiet tertiam partem quinti,quæ eſt ſexdecim denarij, & in vtroque prædio ipſi dñi medij, ſiue ſit vnus,ſiue ſint plures recipient decẽ & octo denarios pro qualibet libra venditionibus: & conceſſionibus vero in emphyteuſim in allodijs laicalibus, idem eſt,quod in vẽditionibus,quoad dominos medios, ſed quoad dominum allodialem eccleſiaſticum ipſe dominus allodialis,ſi ſolus eſt,recipiet quartam partem intratę, quæ eſt quinque ſolidi pro qualibet libra. Sed ſi cum domino eccleſiaſtico ſunt domini medii ipſe eccleſiaſticus non recipiet niſi tertiam partem quartæ partis, quę eſt ſexdecim denarij. Ex quibus recte intuenti colligitur vnum valde notabile, & perpetuo menti tenendum,videlicet quod vtilius eſt emphyteutę vendenti, quod in prædio, quod eſt allodium eccleſię, ſint domini medii vnus vel plures, quam ſi non eſt niſi ipſe dominus allodialis eccleſiaſticus, & iſta vtilitas conſiſtit ĩ ſoluendo dominus,plus enim ſoluit emphyteuta pro laudemio ſi non eſt niſi ſolus dominus allodialis eccleſiaſticus, quam ſi cum eo ſunt domini medij vnus vel plures. quoniam,quãdo in prædio vrbano ſunt domini medij vnus vel plures, ipſe dominus allodialis recipit vndecim denarios,tertiam partem vnius pugeſiæ & 3. partem vnius ſeptimi pugeſiæ. Ipſi domini medii vnus ſiue ſint plures inter omnes recipiunt decẽ & octo denarios: quę duę quantitates ſummam capiunt duorum ſolidorum quinque denariorum tertiæ partis vnius ſeptẽni pugeſiæ.& ſic vſque ad duos ſolidos, & decem denarios,& vnam pugeſiam,& vnum ſeptennum pugeſię, quam quantitatem recipiet dominus allodialis eccleſiaſticus, ſi ſolus eſſet,deſunt quatuor denarii, duæ partes duo tertij vnius ſeptennij pugeſiæ qui quidem quatuor denarij duo tertij pugeſię, & duo tertij vnius ſeptennij pugeſiæ remanent penes ipſum emphyteutam vendentem per legẽ ſnĩę arbitralis in prædijs vero ruſticis domin' allodialis,ſi ſolus eſt, recipit quatuor ſolidos pro libra: ſi vero ſunt domini medij vnus vel plures ex eo,tunc ipſe dominus allodialis eccleſiaſticus recipit tertium quinti,quod eſt ſexdecim denarij, & ipſi domini medij,vnus vel plures fuerint,recipiũt decem octo denarios. quę duę partiũ ſummam capiunt trium ſolidorum, & decẽ denariorum,& ſic uſque ad quatuor ſolidos, quos reciperet dominus allodialis eccleſiaſtic' ſi ſolus eſſet,deſunt quatuordecim denarij,qui remanent penes emphyteutam vendentẽ pro qualibet libra totius precij. in conceſſionibus vero emphyteuſim dictum eſt ſupra, quod dominus allodialis eccleſiaſticus recipit,& recipere debet quartam partem totius intratę,quę eſt quinque ſoli.pro quali.libra,ſi ſolus eſt, ſi vero ſunt domini medij vnus, vel plures cum eo, tunc dominus allodial recipiet quartam partem quartę partis,quę eſt quindecim denarij, & ipſi domini medij vnus vel plures fuerint, recipient decem octo denarios quæ ambę quantitates, quę dantur domino allodiali, & dominis medijs ſummam capiunt triginta trium denariorum, vſque ad quinque ſolidos,quos dominus rectus ſi ſolus eſſet, reciperet,deſunt viginti ſeptem denarij,quos lucratur emphyteuta ſtabiliens,vel in emphyteuſim dans & ex prĕmiſſis colligo,quod in prędijs vrbanis ſoluuntur minus quatuor denarij, duo tertij pugeſię, & duo tertij vnius ſeptennij pugeſię:& in prędio ruſtico quatuordecim denarij.& in ſtabilimentis, ſiue in emphyteuſim conceſſionibus duo ſolidi, & tres denarij, & ſcio, quod iſta computatio multos turbabit,qui putantes non poſſe fieri,& neſcientes venire ad intelligentiam huius differentię, facti ſunt deteriores huius computationis, & committentes ſequ. buſdam ſacrata ſacijs prędeceſſorum ſuorum,quę in ſuis formularijs habent aliquando plus, & aliquando minus exigerunt,& exigendum conſuluerunt,& ratio eſt,quia dicta ſententia arbitralis diſponit, quod cum dominus directus allodialis eccleſiaſticus eſt & ſolus recipiat ĩ prędio vrbano ſeptimum:in ruſtico quintum ex venditionibus, & quartum in conceſſionibus in emphyteuſim. Sed ſi ſimul cum ipſis dominis allodialibus eccleſiaſticis ſint domini medij, vnus, vel plures, dicta arbitralis ſententia diſponit quod tunc non recipiant niſi tertium ſeptimi, & tertium quinti, & quartum quarti.Priuilegium autem regis Petri 2.diſponit, quod layci
19 nõ recipiãt,ſiue ſit vnus,ſiue ſint plures,niſi decem octo denarios,& ſic per dicta iura ſit dicta minor ſolutio, & illud, quod minus ſoluitur,cędit in vtilitatem ſoluentis, ſcilicet vẽditoris,cui onus ſoluendi laudemium cędit.Et quamuis omnia hucuſque dicta loquantur in alienatione prędiorum, nihil fuit dictum,quando aliquis dominus medius ſuam dominationem vendit,& hoc caſu aliquis poſſet dubitare:Ideo ne maneat intactum, dico quod eodem modo eſt ſoluendum laudemium ipſis dominis vno, vel pluribus exiſtentibus ſupra ipſum vendentem, ſicut dictum eſt in venditionibus prędiorum. & ratio eſt, quia poſtquam dominationes medię prędictæ ſementinam trahunt originem ab eiſdem prędijs,eius qualitatis & conditionis eſſe debent quarum ſunt ꝑdia,a quibus deſcendunt, ut diſtinctio.4.denique. §. vt enim ait, vbi eſt tex.quod oua, lac,& caſeus ideo prohibentur in quadrageſima,quia a carne deſcendunt,vide infra in x.cellu
20 la,& ca.cum,de regulis iur.in 6.hoc addito quod domini medij inferiores ipſo vendente nihil debent habere de dicto laudemio.Addo etiam quod,ſi contingat,quod vnus dominus medius vendat ſuam dominationem mediam domino ſupra immediate exiſtenti,ſiue cors a cors, quod ipſe dominus

emens

emens nõ poteſt habere aliquam partem laudemij, vt pro-
batum eſt ſupra in 4.præludio.& hoc caſu dominus vtens ſa
tica, ad ſui opus recipiet cenſumquem recipiebat dominus
medius vendens,quia eius loco ſubrogatum,& cenſus,quod
dominus vendens recipiebat,euaneſcunt confuſione,ita te-
net Speculator de locato §.nunc aliqua de verſic.63. & tex.
in l.Stichum ff. de ſolutionib. quibus autem dominis ſupe-
rioribus, vel inferiorib. poſſit ipſa media dominatio vendi,
clare patebit ex dictis in 4.princi.quæſt. vbi eſt proprius loc⁹.
Pone Franciſc.condens teſtamentum, Gullermum fratrem
ſuum inſtituit in hæreditate emphyt.ſub conditione ſeu fidei
commiſſo, quod ſi dictus Gullermus decederet poſtea quan
docunque ſine liberis legitimis & naturali. alter frater teſta-
toris eſſet hæres.mortuo teſtatore Guill.primus inſtitutus a-
diuit hæreditatem, & poſt eius aditionem eam vendidit cui-
dam Anto.extraneo.illam in vim dictæ ſuæ emptionis poſſe
dit realiter,& de facto per longum tempus,donec habuit lo
cum conditio ſiue fideicõmiſſum in fauorem dicti Michae-
lis adiectum,quo ſecuto,Michael fideicommiſſarius aſſecu-
tus eſt hæreditatem,& omiſſo pro claro, & expedito,quod
ex alienationibus, ſeu acquiſitionibus lucratiuis factis per
Guillermum & Michae. in vim conditionis appoſitę, per
Franciſc.debeatur laudemium,ex vtraque earum,quia tranſ
uerſales ſunt medium tertium,& medium laudemium, pro
ut continetur infra in 6.cella,per totam. Verto in dubium,
an ex venditione facta per Guiller.Anto. & ſuis,quæ dura-
uit vltra nouennium extra eandem ciuitatem, & eius hor-
tos,& vinetum,debeatur laudemium? & videtur dicendum
quod non.& ratio eſt, quia & venditione nulla nullum de-
betur laudemium,vt probatur iurbus allegatis infra, in deci
ma cellula,& cum dicta venditio facta per dictum Guiller-
mum Antonio ſit nulla, quia ſtante conditione nedum ex
tunc,& ab initio irritatur, & anihilatur,& vt infecta,& qua
ſi non ſcripta & celebrata habeatur,ut inquit text. in l.fin.§.
ſin autem.C.communia de legatis, & videtur ab intio quæli
bet alienatio fuiſſe nulla propter præcedentem prohibitio-
nem.vinculum,ſeu fideicommiſſum,vt in auctcn. res, quæ.
eodem titu.ea quę reſtitutioni ſubiecta ſunt, prohibentur a-
lienari,& per l.non dubium, C.de legibus.ea propter ex di-
cta venditione per dictum Guillermum Antonio facta nul-
lum debetur laudemium,prout ſupra eſt probatum, quia ꝑ
non ſcripta,non facta,non celebrata habetur. Facit etiam,
quia laudemia iſta ſunt odioſa & omnis odioſitas eſt ſemper
reſtringenda,l.quidam,ff.de liber.& poſthum.& in reg.odia,
& quæ infra dicuntur in fine nonę cellulę. Contrarium te-
neas,ſcilicet:quod debeatur laudemium, hac ratione quia
pendente fideicommiſſo ſeu conditione Guillermus hæres
primo loco inſtitutus vere proprie & pleno iure fuit domi-
nus,ut in l generaliter.ff.qui & a qui manumiſſi liberi. & ibi
glo.& in l.prima.§.ſerui appellatione ff. ad Syllania. per quæ
iura aperte probatur, quod pendente hæres ſub conditione
inſtitutus eſt vere proprie,& pleno iure hæres, & ſic potuit
alienare,& ad tex.dictæ l.fina.§.ſin autem, reſpondite quod
dicta l fina.§ ſin autem,non eſt, nec dicitur, quod venditio
medio tempore facta retro, quantum ad effectus preteriti
emptori anulletur, nec irritetur, nec quod emptor amittat
fructus vtiles,bene declarat Io.Faber,Baldus,& alij quamuis
aliud videatur velle ibi glo.in verbo,celebrata, quæ hoc nõ
ſequitur ſed vult ille tex.quod pro tempore futuro,& quan-
tum ad effectum fideicommiſſi plenum ſortiatur effectum,
& nullo modo impediatur per venditionem, aut aliam quã-
uis alienationem pręcedentem, quo ad effectum futuri tem
poris.quare vere, & in effectu dicta venditio facta per dictũ
Guillermum dicto Antonio, non reſcinditur pro tempore
retro lapſo.Immo pro illo ſortita fuit ſuum effectum,& fru-
ctus percepti non reſtituuntur:minus obſtat tex. auctenticę,
res quæ, quia verbum alienari poſitum in dicta Authen.nõ
eſt corpore Authentici,vnde ſummitur,& ſic quotiẽs ex ver
bis legis ſimpliciter intellectis reſultat aliquid, quod non po
teſt fieri,tunc a verbis receditur,& mens legis ſeruatur,& ita
tenet Iuriſconſultus Modeſtinus in l ſcire oportet.§. illud an
te.ff.de excuſa tutorum. Quare tenendum eſt quod ex dicta
venditione debet ſolui laudemium de iure,& ita teneo.Præ-
terea de iure huius patriæ eſt expeditum,& ſine dubio,quia
21 vẽditiones,inſolutum dationes,locationes, & alienationes,
oneroſę,vel lucratiuę,iam in vltima volũtate,quam in con
tractibus inter viuos factę rerum emphyteuticariarum, &
feudalium,non poſſunt fieri in ciuitate Barcinonę, & eius
hortis,& vineto vltra quinquẽnium:& extra eandem, ſi ſiãt
debetur laudemium pro qualitate cõtractus, & rei venditę,
ut probatur ſupra in 4 præludio,vide etiam ſupra, in 4.prin-
cipali q. Et hoc idem tenerem quando mulier quæ pro ſua
dote,& ſponſalitio,& alijs iuribus ſuis habet tenutã bono-
22 rũ,& hæreditatis mariti ſui, quæ tenuta idem eſt quod hr̃e
obligationem omnium bonorum mariti ſui, & illa dote,&
ſponſalitio ſuo tenre penes ſe realiter, & de facto obligata,
& hypothecata,quam tenutam, ſi mulier alienat extraneã
perſonam, tradendo poſſeſſionem realem rerum hæredita-
riatum,quia ſi illo commoditas fructuum, quam mulier ha
bet ratione conſtit.Petri 3.cap. hac noſtra curiæ Perpiniani,
vel ratione conſuetudinis antiquę ſcriptę Barcinonæ in pri-
uilegio recognouerunt proceres c.Item quod vxor extraneo
vendatur vel tranſeat in extraneam perſonam, debetur lau
demium qualitate contractus. Nam alienatio commodita-
tis ad longum tempus in materia orohibitiua habetur quod
vera alienatione,vt tenet Bald.in auctcn.hoc ius porrectum
C.de ſacroſanct.eccle. verſicu. 6. Nam quamuis mulier non
habeat dominium,ſed tenutã tantum ratione dictarum cõ-
ſtl.& localis Barcinonę ſupra allegatarum,habet tantam cõ
moditatem ac ſi eſſet vſufructuaria vel haberet vſumfructũ,
& ſic alienando commoditatem videtur alienare vſumfru-
ctum, quæ ut ait Bald.in dicta auctcn.hoc ius porrectam, eſt
23 alienatio,quamuis impropri. † Et ita fuit decisum in cauſa,q̃
ſtertebatur in regia audientia inter Reuerendos Dominos,
Abbatem monaſte.ſancti Cucufatis Vallenn. ordinis ſancti
Benedicti,& priorem de Garraſ. beneficiatum beneficij ſan
ctæ Mariæ oppidi de ſancto Vincentio dels horts ex vna agẽ
tes,& dominam Annam Naues relictam magnifici Stepha-
ni Naues,I.V.D.ex altera defendentem ſub examine magni-
fici Bartholomei Bottas, Doctoris regii conſilij.qua cauſa
tandem pleniſſime diſcuſa in dicta regia audientia inſequen
do concluſionem in ea factam, fuit lata ſententia,cuius te-
nor in diſpoſitiua eſt talis. Attento quod conſtat *per inſtru-*
mentum vẽditionis,& ceſſionis factæ 3.Martij 1544.per Mõ
ſerratum Totoſaus agricolam parrochię beatæ Mariæ de
Prohenſana termini de Hoſpitaleto, & Eelaenoram Boſilla
vxorem Andreæ Baſill cultoris parrochiæ beatæ Mariæ de
Corniliano, & Ioannam domicellam eiuſdem Monſerra
ti totoſau,& cõſtantiæ illius vxor filiam, Stephano Naues,
I.D.ac ciui Barcinonę de iuribus præfati Elienorę, & Ioan-
næ ſpectantibus ratione dotis,& ſponſalicij, Eulalliæ Pelliſ-
cera vxoris Nicolai Pelliſcer quam alias in, & ſuper mãſo
Pilliſcer,ſito in dicta parrochia,in loco dicto la Illa de Bany
ols,precio videlicet 260.libro monetę Barcinonę, ac etiam
per confeſſionem factam per dictam Annam Naueſam vi-
duam relictam dicti Stephani Naues, & illius bona & hęre-
ditatem tenentem, & poſſidentem in cędulis pro eius parte
oblatis,tam in proceſſu primitiuo, quam capibreuiationis
ducto coram Bernardo Fiualler j.d. iudice aſſignato per fra-
trem Anticum de Villalba Monaſterij ſancti Cucufatis Va-
len.& Prępoſitum prępoſiturę de Palatio Tordera, tunc ſe-
queſtratorem fructuum,& emolumentor. Abbatię prędictę
ſancti Cucufatis Vallenn. quam etiam in pręſenti proceſſu
in regia audientia ventilato factas,necnon per diuerſa alba-
rana,receptionis cenſum,epiſtolas, & teſtium depoſitiones,
& alias certas terras ex dicto manſo Pillicer,& poſſeſſiones,
in dicto ceſſionis inſtrumento deſſignatas fuiſſe, & eſſe ſub
dominio recto, & allodiali pro indiuiſo Abbatis dicti Mo-
naſterij ſancti Cucufatis,cuius abbatię conſtat eſſe abbatem
dominum Ludouicum de Ceruilione,vt Prępoſitum prępo
ſiturę menſis Marij dictę de lupricato prędi[illegible]ę abbatię *viuę*,
& prioris ſancti Vincentij de Garraſ,quem conſtat *obtinere*
Baudilium Vilaret, & beneficij ſub inuocatione beatę *Marię*
fundati in eccleſia ſancti Vincentij de hortis, quod obtinet
Hieronymus Andreu Presbyter ad certum annuum cenſum
conſtat ex dictis proceſſibus pro parte dominorum directo-
rum Finiſſe a dicta Naueſa petitum, quod recognoſceret
& capibreuiaret dictas terras,& poſſeſſiones ac inſtrumen-
ta ad dictam renouationem facientia in poſſe notarij capi-
breuiationis poneret cenſus quę 29. annorum, & *duplicatũ*
laudemium ſolueret,ex eo quod abſque eorum firma & cõ
ſenſu pręfatus eius vir realem, & actualem poſſeſſionem di-
ctarum terrarum ſub eorum allodio exiſtentium nactus fuiſ
ſet,& poſſediſſet ipſamque illas tenere dicto nomine.& poſ-
ſidere,& conſtat pręfatam Annam Naueſam vltro ſe obtu-
liſſe dictam recognitionem facere dictarum terrarum accẽ
ſus ſoluere, ſed ad dictum duplicatum laudemium,ſiue ter-
tium ſoluendum obligatam non eſſe. Et quia in viam iuris
non licet nouo acquiſitori emphyteuſis intrare poſſeſſionẽ
realem abſque conſenſu domini directi, & priuilegium, qđ
competierat Eulalię Pelliſcera Sperantię eius filię, & hęredi
pręfatis Elienori, & Ioanni Totaſaus neptibus, vt liceret eã-
dem dictas terras,& poſſeſſiones realiter poſſidere, & tene-
re pro dote,& ſponſalitio, & alijs iuribus abſque ſolutione
alicuius laudemij, & dominorum directorum conſenſu tan
quam perſonale, non potuit cędi,nec tranſmitti in dictum.
Naues ceſſionem ab illis habẽtem prędictis,& meritis dicto-
rum proceſſuum attentis,& alias ſua excellentia proũnc ſen-
ten.

ren.& declarat,& dictam Naues condemnat ad capibreuiandum,& recognoſcendum, ſed tenere pro dictis dominis dictas terras in dicto conceſſionis inſtrumento deſignatas, & conſequenter ad ſoluendum reſpectiue cenſus hactenus debitos & vnicum laudemium de quantitate, pro qua præfatæ terræ ſunt obligatę,& hypothecatę, prout in ſimilibus alienationibus præſtari ſolitum eſt, cum lupricato dictorum cenſum,& laudemij,& aliorum liquidandorum liquidatione reſeruata neutram partem in expenſis condemnãdo, ſed pro diſtractis executionem fieri mandat, vidit Borras, vidit Negrell.lata & c.die 14.Februarij 1567.Barcinonę, quam ſententiam iuſtam puto,& in eius fauorem, vel partis agentis, ego quoddam paruum memoriale feci agentium ipſorũ
24 rogatu.†Sed ſi mulier titulo lucratiuo alienat in ſuos ex recta linea ab ea deſcendentes, puto laudemium non deberi ex dicta alienatione, qui ſucceſſores ſui ex recta linea deſcendentes ſunt capaces poſſidere illam tenutam, & ita tenet Mieres in d.conſtitut. Hac noſtra, in verſicu.79.Sed an hoc priuilegium tranſeat & c.Idem dicerem in illo, qui emit aliquam rem emphyteuticariam, vel feudalem ſubiectam pacto de retrouendendo, quia ex ſua emptione debetur domino directo ad minus medium laudemium, iuxta practicam nunc currentem in ciuitate Barcinonę. Sed vbi talis conſuetudo non eſt, non debet ſolui laudemium, prout ibi eſt aſſuetum. Et aduerte, quod ſi vendat rem emphyteuticarium, vel feudalem ad nouennium quod fieri poteſt de iure extra pręſentem ciuitatem, vt eſt dictum ſupra in quarto præludio, & eius hortos, & vinetum & durante nouennio ipſo venditor moritur hæres venditoris, ſi extraneus eſt, tenetur ſoluere medium tertium,& medium laudemium,& eſt verum. Et ſi iterum dictus hæres nouiſſimus extrane⁹ moriatur, & aliũ extraneum hæredem facit: iterum debetur domino directo aliud medium tertium,& mediũ laudemium,& toties quoties fient extraneę.& voluntariæ mutationes, & ex libera teſtantium voluntate, quod eſſet aliud, ſi dictę mutationes fierent in vim fideicommiſſi, & caſu fortuito intra breue tempus contingentes, quia tũc debetur vnum laudemium per vltimum ſucceſſorem ſoluendum. Sed quæro, † aliquis emit
25 dum a proprietario,& ſoluit laudemium competens ex precio emptionis dictæ proprietatis, & deinde emit vſumfructũ eiuſdem fundi vſufructuario, an debeatur laudemium de precio vſusfructus empti. Dic, quod ſi duabus rationibus, prima eſt, quia vſufructus eſt pars rei.l.cum filius §.dominus,ff.de legat. ſecun.in fi.& l.fructus pendentes.ff. de rei vendic. Tertia ratio eſt, quia emptor plenum,& integrum dominium aſſequitur, ſeu acquirit pecunia mediante, quæ facit iuſtum precium rei emptę, & ſic dicta duo precia accumulata ex eis debetur laudemium domino directo pertinens, iuxta regulas ſeu conſuetudines loci cuiuslibet. Quæro, quidam emphyteuta habet aliquam domum ruinoſam, quam tenet ſub domino,& allodio alicuius domini directi,& dictus emphyteuta ſub emphyteuticauit dictam domum ſecundo emphyteutæ, ſub pacto, quod eam meliorare, & ſecundus emphyteuta in reparationem,& refectionem miſit,& conuertit, quingentas libras, venit dominus directus & petit laudemium de dictis quingentis libris cõuerſis in dictam reparationem, quæritur an debeat habere dictum laudeminm? & dic, quod non eo, quia contractus emphyteuſis, ad effectum meliorãdi eſt inuentus, & ſic petitio illa eſt valde iniqua, & iniuſta: Immo dominus directus debet gratias refere ſecundo emphyteutæ de dicta reparatione, faciendo conditionem, & ius domini melius, quia recipiet maiora laudemia ex futuris alienationibus,& cenſus fortius aſſecurantur. Et conſequenter ex illa quãtitate, quæ aliquando ponitur in contractu cõuertẽda in reparationem fundi emphyteuticalis, nullum debetur domino laudemia, quia hoc eſt proprium de natura contractus emphyteuſis, vt melioretur,& non deterioretur per emphyteutam, niſi ſuo dño, vt in priuilegio recognouerunt proceres, cap.ſexageſimoſexto. Item quod quilibet emphyteuta, in fi.dictæ localis. Sed quæro an aliquis poſſit loca
26 re in perpetuum, dictum fundum? & dic, quod huiuſmodi alienationes habentur,& reputantur pro perpetuis alienationibus,& ex eis debetur laude.& dicere, vendo vſumfructum in perpetuum, vel loco in perpetuum, eſt ſimulatio, vel velarium, vel dictionis perpetuę, & ex eis debetur laudemium, vt teneant Dynus Barto.& Bald. Imola,& alij in l.peto. §. inſtituta, de legat. ſecundo. reprobantes opinionem Bald. ibi vult,& in clementina prima.in verbo, locationes, & ibi Cardinalis Zabarella, de rebus eccleſiæ non alienand. Alexand. in l.ſi vir in quinquennium, in fine ff.ſoluto matrimonio. vide quæ dicta ſunt ſupra, in 4.præludio, tum etiam, quia proprietates remanerent inutiles, quod eſſe non debet, l.antiquitas C.de vſuf.& l.ex facto,§.fi.ff.ad Trebel.& Malouerius ĩ ſua pract.in ti.de vſufructu, in verbo, Itẽ ſi fuerit ſtipulatus.

SVMMARIVM

1 *Laudemia ex titulis lucratiuis.*
2 *Argumentum a contrario ſenſu.*
3 *Laudemium debetur ex donatione in tranſuerſales.*
4 *Laudemium ex donatione tranſuerſalium eſt medium tertium, & mediũ laudemium.*
5 *Laudemium eſt duplex, & tertium auant.*
6 *Capitulum primum priuilegii recognouerunt proceres ſeruatur nunc.*
7 *Laudemium non ſoluitur per ciues, & habitatores Barcinonæ ex titulo lucratiuo.*
8 *In differentia æquipollet vniuerſali.*
9 *Forenſes, & ciues Barcinonæ in ciuitate Barcinonæ pari paſſu ambulãt, & tractantur.*
10 *Onus ſoluendi laudemium cędit de iure acquiſitori.*
11 *Dictum Marquillis an ſit verum.*
12 *Laudemium non debetur ex donatione facta extraneo in aliquo caſu.*
13 *Laudemium ex donatione poſt mortem non deberi ante mortem.*
14 *Ciuitatis appellatione quid comprehendatur.*
15 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
16 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
17 *Forenſes, & extranei parificantur in ciuitate Barcinonæ, & ſuburbiis cum ciuibus.*
18 *Priuilegium R.Pet.2.in ciuitate, & ſuburbiis eſt conceſſum loco non tamen in hortis, & vineto.*
19 *Tranſactio an ex ea debeatur laudemium.*
20 *Laudemium an debeatur ex translatione.*
21 *Licitum eſt cuilibet redimere vexationem ſuam.*
22 *Remittere non eſt alienare, ſ.d tracta. de ſuccedendo.*
23 *Laudemium quando debeatur.*
24 *Donatio remiſſio, et diffinitio ex cauſa diuiſionis non producit laudemium.*
25 *Effectus, & non verba in contractibus conſiderantur.*
26 *Frater an poſſit vendere fratri ſine laudemio.*
27 *Recuperans rem ſuam non ſoluit laudemium.*
28 *Manus mortua an ex ſua acquiſitione teneatur ſoluere laudemium.*
29 *Solutio quæ parum durat.*
30 *Traditio parum dorans.*
31 *Aquiſitio parum durans.*
32 *Beneficiatus tenetur manu tenere iura beneficii.*
33 *Res emphyteuticæ non poteſt alienari in potentionem.*
34 *Potentiores perſonę quæ dicantur.*
35 *Laudemium geminatum an debeatur quando extraneus hæres inſtituit, et grauatur dare aliquod legatum.*
36 *Mulier conſtituit marito 400.libras, cum pacto, quod pro 200. libris recipiat quædam bona emphyteuticaria an debeatur caſu hoc laudemium.*
37 *Diuiſio rei ſtimatę emphyteuticarię an ex ea debeatur laudemium.*

SEPTIMA CELLVLA DE titulis lucratiuis.

ET quoniam iam dictum Eſt ſupra, quæ laudemia tertia ſeu foriſcapia ex titulis onerofis ſolui debeant, nunc ſequendo ordinem ſupra inſertæ conſuetudinis generalis, quæ vna ex vſantijs Gerundæ dicitur, quæ in tota Cathalonia, a lupricato citra ſeruatur,& etiam in multis alijs locis vltra dictum lupricatum, †prout pluries vidi,& tota die video,
1 nunc eſt tractandum qualiter laudemia tertia, & foriſcapia ſolui debeat ex alienationibus lucratiuis, videlicet donationibus inter viuos, vel cauſa mortis, inſtitutionib. legatis ſubſtitutionibus, vinculis fideicommiſſis, & alijs alienationibus factis in tranſuerſales, vel extraneas perſonas. Nam hoc verum eſt, quod ex dictis alienationibus factis in tranſuerſales, vel extraneas perſonas debetur domino, ſiue dominis laudemium tertium ſeu foriſcapium, vt in dicta conſuetudine generali ſupra inſerta ibi, ſecundum ius eſt medium tertium, medium laudemium,& in conſtitu.R.Pet.3.cap.3.Item ne ſia per laudemio, & in commemora. Pet. Alber. cap.ſi algun hom o vaſall,& in conſtitu.R.Pe.1.hæc eſt pax.§.omnes practici Doctores, videllicet Gullier. de Valleſic. in vſati.ſi quis ſuum feud.& Iacob.Marquel.in eodem vſati.& Ioan.de Soccarrat.in capitu. cautum & vide, quæ in duodecima cellula tractando de laudemio duplicato debito debito ex titulo lucratiuo, & communiter omnes doctores iure ciuili ſcribentes hoc tenent in l.fina.C.de iure emphyteu.& in cap.potuit, extra de locato,& in pluribus alijs locis,& facit aperte cap.j. priuilegij recognouerunt proceres, indicendo ipſum cap.1. per argumentum a contrario ſenſu hoc modo, ibi dicitur, eſſe conſuetudinem antiquam in iure Barcino. quod quilibet poteſt legare donare in teſtamẽto, vel donatione cauſa mortis, vel inter viuos, vel quocunque alio titulo res, quas ꝑ alio

tenet

tenet in emphyteuſim, ſine firmamento, & conſenſu domi-
ni, ergo extra dictam ciuitatem, vbi non eſt talis antiqua cō
ſuetudo ex dictis titulis debetur laudemium. & quod hoc ar
gumentum a contrario ſenſu, in iure ſit validum, & fortiſſi-
mum, non eſt dubium, ex quo non reperitur contrarium p
aliud ſtatutum inductū, quo caſu ſi eſſet ſtatutū cōtrarium,
non valeret, vt in l. ſecun. de conditio. inſer. Nec obſtat, ſi cor
rigatur aliqua lex iuris communis, ita tenet Pau. de Caſtro
in l. conuenticulam, C. de epiſcop. & clericis, per rationem,
quam ibi adducit, & etiam, ex quo non reſultat prauus aut
abſonus intellectus, vt in l. pri. §. huius rei. ff. de officio eius,
cui mandata eſt iuriſdictio. & in l. qui teſtamento. §. de mu-
lier. de teſtamentis, & in cap. cum apſica. de his, quæ fiunt a
prælato ſine conſenſu cap. & not. in cap. in cauſis, de electio.
quod etiam habet locum in ſtatutis, ſecundum veram opi-
nionem, videatis in dicto cap. cum apſica. & per Ange. conſi.
210. in vlti. colum. & per Doctores legiſtas in l. 1. de offic. eius
cui mandata eſt iuriſdict. per modernos, & in effectu conclu
dite, quod argumentum a contrario, ſenſu, in ſtatutis eſt va-
lidum, ſecundum Bal. in l. conuenticulam, C. de epiſcopis, &
clericis, poſt Dynum, & Cynum, licet Barto. aliter voluerit ī
l. omnes popul. ff. de iuſtitia & iure. ſed tenenda eſt opinio
Cy. & Dy. & Bal. & ſequatium per l. cum inter ſocerum, ff. de
pac. dota. Videte Ludouicum Roma. conſi. 399. incipien. vt
præſens conſultatio, & eundem Barto. in l. impoſſibile, ff. de
pact. & præſertim in noſtro caſu erit validum, quia iuuatur,
& corrobatur per ſupra inſertam conſue. & per conſtitutio.
generalem R. Pet. 3. c. 3. Item ne ſuper laudemio, & per prag-
maticam, quoniam digne regnat, & per dictum §. nullus
Chriſtianus, in conſtitutio. hæc eſt pax quibus ſtatutis caue-
tur, quod ex donationibus in tranſuerſales debeatur laude-
mium, nullum dubium eſt, immo omnes vnanimiter, & ple
no ore fatentur. Tamen quia in quantitate exigenda ſunt va
riæ practicę, ideo verto in dubium, quod laudemium hoc
eſt, quæ quantitas ſit illa quæ pro dictis alienationibus lucra
tiuis debeatur? & antequam ad hoc veniam, eſt ſciendum,
quod ſiue alienatio fiat titulo lucratiuo inter collaterales, ſi
ue inter perſonas penitus extraneas, inter quas nulla differen
3 tia in quantitate ſoluenda, quia nec parentela, ſiue ſangui-
nis coniunctio non faciat differentiam aliquam, immo om-
nes æqualiter ſoluunt. hoc præmiſſo quando laudemium de
beatur ex titulo lucratiuo. Et certe in feudis hoc eſt clarum,
& ſine aliquo dubio, per conſtitutio. R. Petri 3. 3. Item ne ſu-
per laudemio, quæ ad vnguem ſeruatur, vbi ſtatuitur, vt dē-
tur duo ſolidi pro qualibet libra precij feudi, ſed in rebus em
phyteuticis, in quibus dicta conſtitutio non fuit recepta, niſi
in permutatione rerum emphyteuticarum, laudemium eſt
ſoluendum iuxta diſpoſitionem ſupra inſertę conſuetudinis
generalis Cathalonię, quæ vna ex vſantijs Gerun. dicitur. &
ſic in dicto caſu, iuxta dictam conſuetudinem debetur me-
dium tertium, & medium laudemium, & hoc eſt veriſſimū,
& nullus hoc negat. Nullus etiam negat, quod medium lau-
demium non ſit, vnus ſolidus pro qualibet libra capiendo
laudemium in ſua propria, & ſtricta ſignificatione. Nam ſi
laudemium eſt decima pars valoris rei feudalis, iuxta dictā
conſtitutionem R. Pet. 3. cap. 3. Item ſolidus eſt medium lau-
demium pro qualibet libra. † Sed cum ex dicta conſuetudi-
4 ne generali Cathaloniæ ſupra inſerta nos conſideremus eſſe
duplex tertium, ſimplex ſiue directum, ſecundum primam
partem primæ partis dictæ conſuetudinis, & aliud, quod di-
citur tertium auant, ſecundum ſecūdam partem primæ par-
tis dictæ conſuetudinis: nunc vertitur in dubium, de quo ter
tio ſit intelligendum, an de medio tertio directo, vel ſimpli
ci, quod eſt de ſex ſolidis vnus, an vero de medio tertio auāt,
quod eſt de ſex tres. Et ſcio quod hoc caſu multi tenent eſſe
ſoluendum medium tertium auant, dicendo, quod debent
ſolui de centum triginta, prout ſunt omnes notarii ciuitatis,
& diœceſis Gerundę, & & nonnulli ex noſtris notarijs Bar-
cino. Alij vero dicunt, quod vbi eſt conſuetudo ſoluendi ter
tium ſimplex ſiue directum, quod ibi ex titulo lucratiuo dēt
ſolui medium, tertium directum ſiue ſimplex, & vbi conſue
tudo ſoluendi tertium auant, & ſemper in vtroque caſu me-
dium laudemium, vt ſeruetur mos, & conſuetudo vniuscu-
iuſque regionis, & loci, vbi ſita eſt res quę alienatur ex qua
debet ſolui medium tertium, & medium laudemium, & hęc
opinio aliquibus arridet. Sed ego omnium ita tenentium ſal
ua pace & honore dico, eſſe erroneum, & a veritate deuiū:
Nam immo de tertio ſimplici, ſiue directo, ſcilicet de tribus
vnum intelligendum eſt, ita quod ſi res emphyteuticaria ali
quo ex dictis titulis lucratiuis alienata fuerit in tranſuerſales,
vel extraneas perſonas, & erit valoris centum librarum, me-
dium tertiū erit ſexdecim libræ, tredecim ſolidi, & quatuor
denarij, qui ſunt medietas xxxij. librarum ſex ſolidorum, &
octo denariorum, quæ quidem triginta tres libræ ſex ſolidi
& octo denarij, ſunt tertia pars directa, & ſimplex dictarum
centum librarum. Et caueat aliquis, ne pertinaciter aſſerat,
quod in ſupra poſito caſu medium tertium eſt viginti quinque
librę, quæ ſunt meditas quinquaginta librarum, quæ quin-
quaginta libræ ſunt tertium auant, de precio centum libra-
rum, quia non eſt ita computandum, vt ex alienatione facta
titulo lucratiuo debeant ſolui de centum libris pro medio
tertio xxv. libræ xiij. ſolidi, & quatuor denarij, & ſic ſecundū
iſtam computationem in termedium tertium, & medium
laudemium dabuntur domino de precio centum librarum
viginti & vna librę, & tredecim ſolidi, & quatuor denarij, vi
delicet pro medio tertio directo dictæ ſexdecim librę, trede-
cim ſolidi, & quatuor denarii, & pro medio laudemio dire-
cto quinque librę, & ſic ſecundum hanc computationem
medium tertium, & medium laudemium erit pro qualibet
libra totius valorius rei alienatę dicto titulo lucratiuo, qua-
tuor ſolidi, & quatuor denarij & ita tenet, & computat Guil
lermus de Valleſic. in d. vſa. ſi quis ſuum feud. vbi dicit, quod
laudemium ex titulis lucratiuis in feudis, erat olim pro qua-
libet libra quatuor ſolidi, & quatuor denarij, de conſuetudi
ne generali Cathalonię: ſed hodie dicit, quod ex feudis, ex ti-
tulis lucratiuis eſt decima pars, ſubaudi dicti valoris rei per
conſtitu. R. Pet. 3. cap. 3. Item ne ſuper laudemio innuens, ibi
dictus Guiller. de Valleſi. quod antequam eſſet facta conſti-
tutio, quæ incipit, Item ne ſuper laudemio &c. Feuda, & em
phyteuſis ſuper ſolutione laudemiorum pariſicabantur, &
ſoluebantur iuxta ſupra inſertam antiquam generalem con
ſuetudinem, quæ vna ex vſantijs Gerundæ dicitur, & quod
poſtea fuit facta dicta conſtitutio. Item ne ſuper laudemio,
quæ hodie ſeruatur ī feudis ſoluendo duos ſolidos pro quali
bet libra, repulſa dicta conſuetudine antiqua, † quæ in ſolu-
5 tione laudemiorum rerum emphyteuticarum adhuc ſerua-
tur, & in rebus emphyteuticalibus dicta conſtitutio non fuit
recepta, & ita atteſtatur Thomas Mieres in dicta conſtitutio.
Item ne ſuper laudemio. eandem computationem, quem te
neo, dicit eſſe faciendam, idem Thomas Mieres in conſtitu-
tio. R. Alfonſi 4. Item commemorans, fol. quinto. colum. 4.
& Io. de Soccarratis in cap. cautum, pag. 567. & vt os contra
dicentium omnino claudatur, aduertant ad verba poſita in
ipſa conſuetudine generali, quæ timens auaritiam domino-
rum, quam reprehendit imperator in l. fina. C. de iure emph.
§. ne auaritia tenti, ne aliquis intelligeret de medio tertio a-
uant, ſe ipſam declarans dicit de quo medio tertio ipſa lo-
quatur, ſubiungens hæc verba ſcilicet, eſt medium tertium
medietas directi tertij, ſi directi tertij: ut ipſa dicit ergo non
eſt medietas tertij auant, & medietas laudemij directi eſt me
dium laudemium aperte dicens quod medium tertium
de quo ipſa loquitur, eſt intelligendum de directo, & ſim-
plici, & medium laudemium de quo ipſa loquitur, intel
ligitur de medio laudemio proprie, ſtricte laudemium
capiendo, quo caſu, ſcilicet ſi laudemium proprie capiatur,
ſunt duo ſolidi pro qualibet libra, vt in conſtitu. R. Pe. cap. 3.
Item ne ſuper laudemio. quid quæſo apertius, & magis clare
dici poteſt, ex quo reſtat confuſa opinio illorum, qui dicunt,
quod in alienatione ex titulo lucratiuo debetur medium ter
tium auant, & medium laudemium, & ſic de precio ſiue eſti
matione centum librarum 30. librę, putantes, nihil dicere
cum de vno computo ad aliud ſint viginti denarij plus vel
minus, pro qualibet libra. Nam qui dicunt medium tertiū
auant debere ſolui, dicunt ſex ſolidos eſſe ſoluēdos pro qua-
libet libra, hoc eſt quinque ſolidos pro medio laudemio: qui
vero dicunt eſſe ſoluendum medium tertium directum, di-
cunt quatuor ſolidos & quatuor denarios eſſe ſoluendos, p
qualibet libra, hoc eſt tres ſolidos, & quatuor denarios, pro
medio tertio directo, & vnū ſolidum pro medio laudemio,
& hic repete ea, quæ dicta ſunt ſupra ante figuram, ubi tracta
tur de laudemio ſoluendo ex conceſſione in emphyteuſim.
Reſtant igitur confuſi, & victi talia conſulentes, quos cupidi
tas, ſeu auaritia, ita obcæcauit, ut relicta vera īterpretatione,
& recto intellectu erroneum ſenſum ſecuti ſint. Scio enim,
quod notarij ciuitatis, & diœceſis Gerundę, habent in ipſa
ciuitate & diœceſi conſuetudinem computantem modo,
quo ipſi computant. Sed illamet conſuetudo computat iſto
noſtro modo, ſed ipſi deteriorem modum elegerunt, & in
hoc ſunt culpabiles, quia ſemper in ſtatutis, & ſtipulationib.
debet intelligi, quod minimum eſt, vt in l. ſemper in ſtipula-
tio. ff. de reg. iu. Et cui prædicti notarij ſint peritiſſimi, & in
materia laudemiorum multum verſati, diligenter & a pluri-
bus perquæſiui, quid eorum errori cauſam dedit: tandem in-
ueni, quod conſuetudinem ipſam habent corruptam, in cō-
pilatione vſantiarū Gerundæ. Et ipſa corruptio eorum er-
rori cauſam dedit. Sed eos benigne deprecor, ut ad veram li-
teram reducant, & ſecundum eius verum intellectum vtan-
tur. Caueant igitur domini laudemia non debita, vel exceſſi-
ua

ua recipientes,quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum,xiiij.quæſtio.vi.cap.ſi res aliena.& in capi.peccatū, de regul.iu.in 6. & ibi Alberi.de Roſa.Cardinalis, & Io.Andre.& dicit beatus Auguſt.in libro de verbis Domini cap.xx. ſi in ignem mittitur qui non dedit rem propriam, vbi putas mittendus erit,qui nudum nō veſtiuit,vbi putas arſurus erit, qui alium ſpoliauit.propterea Cicero officiorum libro 3.ca. 5.dixit.Detrahere aliquid alteri,& alterius incommodo ſuū commodum augere,magis eſt contra naturam,quam mors, quam dolor,& cœtera,quæ poſſunt corpori accidere plautꝰ, in penulo dicit,male partum , male diſperit. cui ſimile eſt illud Senecæ ad Lucillum epiſtola 71. Nulli vero , cui rapina ceſſit fęliciter,gaudium durauit in poſterum. quia, vt inquit Claudianus poeta,iſti rapaces tolluntur in altum , vt lapſu

6 grauiori ruant.† Caueant etiam talia conſulentes, quia tenentur de malo conſilio,vt tenent Ioannes Andreas in cap. ſuper,de ſentenen.excommunica.& Barto.in l.non ideo minus,C.de accuſa.& Fel.in d.cap.ſuper, in ſecundo,verſi.in gl. & c.in principi.& Dynus in cap.nullus,de reg.iur.in 6.& beatus Paulꝰ apoſtolus ad Romanos.j.vbi dicit,Digni ſunt morte non ſolum qui faciunt,ſed qui conſentiunt facientibus,& debet intelligi de conſenſu cooperatiuo, qui igitur ſuo conſilio,fauore vel auxilio, & cauſa peccati mortalis,mortaliter peccat,quia dicitur in cap.j.ſine culpa, de regu.iu.in 6.qui cauſam damni dat,damnum dediſſe videtur,& quando quis de malo conſilio teneatur,Vide l.conſilij.ff.mandati.§. vl.& ibi eſt gloſſa copioſa,& hæc omnia hucuſque dicta , ſunt intelligenda in prædijs,& cenſualibus emphyteuticariis exiſtētibus extra ciuitatem,hortos, & vinetum Barcinonæ:ſed in exiſtentibus in ipſa ciuitate,hortis,& vineto Barcinonæ, eſt aliter ſtatutum,per iura ſeu ſtatuta propria ipſiꝰ ciuitatis, ad quæ intelligenda ego reperio,quoſt dominus Rex Petrus ſecundus,anno domini M.cclxxxij.conceſſit ciuibus , & habitatoribus Barcinonæ priuilegium vulgo dictum,recognouerunt proceres,in quo ſunt plura capitula, quibus indifferenter vtūtur ſeculares,& eccleſiaſtici, & ab vtriſque inuiolabliter ſtatur nec mirum,quia tunc temporis non erat cognita illa allodiorum differentia,de qua ſupra præcedenti cellula, ac in præludijs fuit dictum , quod allodia quædam eccleſiæ, & quædam laycorum, & inter cœtera capitula in dicto priuilegio poſita,eſt primum capitulum,ex quo clare percipit, quod in ipſa ciuitate Barcinonæ non ſolum tempore conceſſionis dicti priuilegij recognouerunt proceres, erat cōſuetudo in ciuitate,& ſuburbijs proximis,quod ex titulis lucratiuis non ſolueretur laudemium , ſed etiam iam multo ante, vt in ipſa prima locali,ſiue ca. ibi antiquam eſſe conſuetudinem facit etiam tota ſeries,ſiue tenor ſententiæ arbitralis latę inter clerū,& ciues Barcinonæ ſuper ſolutione laudemio-

7 rum promulgata , in qua de alienatione titulo lucratiuo facta nullum eſt verbum,ex quo arguitur, & rationabiliter elici poteſt,& debet,quod dictum capitulum primum dicti priuilegij,recognouerunt proceres, iam tunc obſeruabitur ab eccleſiaſticis perſonis:nam aliter eſſe dictum & expreſſatum in dicta ſentētia arbitrali de laudemio ex titulo donationis competenti , ſicut dictum eſt expreſſe ibi de titulis onerosis alienationis variis & multiplicibus verbis facit etiam conſuetudo quęro immemoriali obſeruata,quæ fuit,& nunc eſt, qđ ex dictis titulis lucratiuis nihil ſoluitur.Facit etiam,quia non reperiuntur inſtrumenta donationum aliqua facta ſuper ꝓprietatibus ſuis in pręſenti,ciuitate Barcinonę,& in eiuſ hortis,& vineto,iter ciues & habita tores Barcinonę,quæ firmata exiſtant ratione dominij reperiuntur inſtrumenta donationum facta de rebus,ſiue fundis exiſtentibus extra dicta loca firmata,per dominos directos ex quo confirmatur, & reſtat confirmata dicta prima localis dicti cap.pri.priuilegij,dicti,recognouerūt proceres, quo cauetur ꝙ de donationibus non ſoluatur laudemium aliquod,nec de aliis quibuſuis alienationibus lucratiuis, & hoc eſt intelligendum,quando huiuſmodi contractus lucratiuus fit inter ciues & habitatores Barcinonę.† ſi fiat per ciuem vel forenſem extraneo de reb.

8 exiſtētibus in hortis,& vineto, tunc extraneus acquiſitor dēt ſoluere medium tertium,& medium laudemium , iuxta ſupra toties allegatam antiquam conſuetudinem.Sed ſi huiuſ modi donationes, ſeu tituli lucratiui fuerint per quaſcunq; perſonas quibuſuis aliis perſonis collateralibus , vel extranei de rebus exiſtentibus extra hortos, & vinetum,tunc debetur medium tertium,& medium laudemium,niſi conſuetudo loci aliud vellet,& ſic per dictam primam localem quilibet poteſt dare,& legare in teſtamēto ,vel donatione inter viuos, vel quocūque modo voluerit res quas tenet pro alio in emphyteuſim, ſine firmamento, & conſenſu domini,& ex conſequenti,ſine laudemio aliquo.† Et ego pondero ver-

9 bum,quilibet,in dicta prima locali poſitum , quod indiffinite loquitur,& indefinita æquipollet vniuerſali,vt ī l.ſi ita eſt, ff.de lega.ſecun.& ibi Barto.& Guillermus de Valleſic in vſa. ſi quis ſuum ſeu.& indeffinita per verbum,,quilibet, maxime cum a lege eſt prolata,ſtat diſtributiue , & comprehendit tā ciues,quam forenſes,& tam laycos,quam eccleſiaſticos,† &

10 ex conſequenti tam ciues , quam forenſes habentes prædia, honores intus ciuitate Barcinonę & in ſuburbiis Barcinonæ proximis,& immediate contiguis,illa alienantes titulo lucratiuo,non ſoluunt, nec ſoluere tenētur laudemium aliquod, & ita practicatur, & talis eſt conſuetudo , quæ eſt optima legum interpres, ut in l.ſi de interpretatione, & in l.minime, ff.de legib. & prædictam conſuetudinem videntur innuere, & approbare clauſulę ſumptæ a ſententia arbitrali, videlicet in illis verbis,vel alia alienatione,de qua laudeminni recipi conſueuit.quaſi dicens de titulis lucratiuis erat.iam tunc cōſuetudo,quod non ſoluerentur laudemia,prout nunc eſt,& cum tunc non eſſet facta allodiorum diuiſio omnia, allodia comprehendebat,tam ea quæ poſtea facta ſunt eccleſię,quam laycalia,& ſic fuit ſuſtenta , & hodie ſeruatur. Et iſta prima localis in ciuibus,& habitatoribus Barcinonæ extenditur in hortis,& vineto Barcinonæ eo præſertim,quia ciuitas capitur aliquando pro vnione ciuium & hominū multitudinę ſocietatis vinculo adunata,Cardi.in clementina,dudum,§.extra,pri.q.de ſepul. & Domini.de ſancto Geminia.ī c.ſi ciuitas,in 6.de ſenten.excommunication. ſed non extenditur in forenſibus,& extraneis,immo ipſi forenſes,& extranei in allodijs eccleſiæ incidunt ſiue remanſerunt in diſpoſitione ſupra inſertę cōſuetudinis generalis Cathalonię , in 2. par.principali eiuſdem,in qua cautum eſt,quod ex titulis lucratiuis ſoluatur medium tertium, & medium laudemium, & in allodiis laycorum incidunt in diſpoſitionem dicti priuilegij R.Pet.2.de decimo ſoluendo,per quod priuilegiū, quo ad allodia laycorum,quæ ſunt in ciuitate, ſuburbiis , hortis, &,vineto,dicta conſuetudo fuit correcta,& ſic medium laudemium ex titulo lucratiuo ſoluetur, ſumēdo laudemium ſtricte,& in ſua propria ſignificatione, ſecundum tex.conſtitu.R.Pet.3.cap.3.Item ne ſuper laudemio curiæ Ceruariæ.Et hoc eſt,quando forenſes, & extranei titulo lucratiuo acquirunt prędia,& honores exiſtentes in hortis & vineto, quia vt ſupra dictum eſt in præcedenti cellula in ſolutionibus laudemiorum ſēper debet inſpici perſona, cuius cędit onus ſoluēdi laudemium . quæ quidem laudemij ſolutio quamuis in titulis onerosis cędat venditori,vt ſupra dictum eſt in v. præludio:tamen in titulis lucratiuis cædit acquiſitori, iuxta notata per Iacobum Marquil.in vſati.ſi quis ſuum feud.in quæ.7. fol.190.colum.2.ibi in verbo,donatarius, & propterea quādo res ſituata in hortis,& vineto donatur per ciuem, aut habitatorem vel extraneum extraneo , ipſe extraneus tenetur ſoluere laudemium,quod ſeu quantum pro donatione debe

11 tur a forenſi, videlicet medium tertium , & medium laudemium,& debet ſolui de præſenti ſtatim firmato inſtrumento donationis,quamuis donatio facta ſit poſt obitum teſtatoris,aut aliquod tempus.ita vult Iacobus Marquil.in d.vſati.ſi quis ſuum ſeu.in dicta q.fol. 109. colum.2. Sed ſi extraneus daret ciui,vel habitatori Barcinonę, non debet ſolui laudemium,ſcilicet medium tertium,& medium laudemium per ſupra allegatam primam localem dicti priuilegii , recognouerunt proceres.Sed an dictum Marquillis ſit verum, ſcilicet quod laudemium debet ſolui de pręſeti ex donatione facta, poſt obitum donatoris,ego dubito, immo credo cōtrarium quoniam certum eſt quod ante traditionem rei alienatæ, ſeu aliter diſtractę,non debet ſolui laudemium : quia venditio,& alia quælibet alienatio,quæ nuda eſt a traditione, non eſt prohibita. Sed hic in dicta donatione facta poſt obitum iuxta legem contractus,& non poteſt tradi realis ſeu corporalis poſſeſſio,niſi obitu ſecuto, ex conſequenti laudemium ex dicta donatione cōpetēs erit ſoluēdum poſt obitum donatoris,& in limine ſeu actu nanciſcēdæ poſſeſſionis realis, & actualis, per donatarium,ut infra,in 12.cellula, per plura iura ibi allegata,& conſtitu.domini R. Pet.3.c.3.Item ne ſuper laudemio,vbi acquiſitione,& renouatione:quæ renouatio,ſi præſſius conſideraretur , nōpoteſt fieri ante acquiſitionem,& ſic tex.dictæ conſtitutionis prius dicit acquiſitio, & deinde renouatio,& hoc tenet Ioan.Bertachinus in tractatu de Gabella,in v.principali par.numero 11.per optima fundamenta,& rationes.inſuper poſſunt contingere caſus aliqui,

12 in quibus ex dicta donatione non dabitur, ſeu dari debebit laudemium,† videlicet ſi donatarius committat ingratitudinem,ob quam donator poſſit reuocare donationem,ut in l. j.& in l.his ſolis C.de reuocā.dona.& ex aliqua cauſa ex poſitis in aucten.quod mulier,vel in l.fina.ex titu.& ſic reuocata donatione non debebitur laudemium. Immo ſi ſolutum eſſet die,quo facta,& firmata,& iurata fuit donatio, poſſet repeti ꝑ condictionem indebiti,vt in l.j.C.eo.ti.& per condictionem ſine cauſa,vt in l.j.ff.de condict. ſine. & ſi credo,laudemium

Digitized by Google

mium competens ex donatione facta poſt mortem donato
ris debere ſolui mortuo donatore,& in actu aſſequendę poſ
13 ſeſsionis realis,& actualis,& tunc non ſequentur ea, quæ di-
cta ſunt ſupra.Inſuper poſſunt donatori ſuperuenire filij,per
quam filiorum ſuperuenientiam reuocabitur donatio, vt l.
ſi vnquam,ſupra allegata,& tenet Andreas Tiraquell.ibi &
Franciſcus Ripa,& ſic teneo contradictum Marq. Sed quæ-
ro nunc,cum forenſes, & extranei intra ciuitatem, & ſubur-
bia proxima comprehendantur in allodijs eccleſię,quare in
eiuſdem allodijs intra hortos,& vinetum excludantur? huic
quæſtioni reſpondens dico, quod priuilegium recognoue-
runt proceres,tam forenſes, quam ciues comprehendit in ci
uitate,& ſuburbijs proximis. Sed hortis & vineto, quia pri-
ma localis dicti priuilegij non loquitur,niſi in ciuitate exp̄ſ-
ſe,& in ſuburbijs proximis propter connexitatem, cohęren
tiam,& contiguitatem eo præſertim, quia appellatione ciui
tatis comprehenduntur plerunque ſuburbia, vt ſupradictū,
eſt,& probatum,& non extenditur ad hortos,& vinetum.
14 Præterea priuilegium recognouerunt proceres,quo ciues,&
habitatores Barcinonæ ſunt franchi, non fuit obtentum p
extraneos,neque eis directum, ſed per ciues,& habitatores
Barcinonę,ea propter non operatur forenſium,& extraneo-
15 rum fauorem,†quia actus agentium non operātur vltra eo-
rum intentionem,vt in l.non omnis.ff. de rebus creditis,& ī
l.ſi ijs qui in fine,ff.commo.& ibi Barto.& Ange.in § præte-
rea,Inſtitu.de exceptio.& intentio agētium colligitur ex ver-
bis,eorum,vt in l.non aliter,ff.de legat.3. & ſic cum priuile-
gium recognouerunt proceres,nihil dicat de extraneis, nec
ipſi extranei ipſum obtinuerint,conſequens eſt,vt ipſi foren
ſes,& extranei, non gaudeant,niſi intus ciuitatem ſuburbia
Barcino.in quibus locis dictum priuilegium per conſuetudi-
nem,quæ eſt optima legum interpres, ſic interpretatum eſt,
vt ipſi forenſes & extranei gaudeant. Preterea appellatione
ciuium, non comprehenduntur commitatenſes ſaltem in
priuilegijs:quæ cum ſint iuri contraria,in eis ſtricte facienda
eſt interpretatio,ita tenet Barto.in l.i.ff.de verborum ſignifi.
& in l.beneficium, ff.de conſtitu.princip. & idem ī l.ſi ſinita,
in §.ex hoc edicto,ff.de damno infecto,vbi dicit,†quod ſi pri
16 uilegium conceſſum caſtro, vel ciuitati, non eſt contra ius,
merito ampliatur ad adiacentia:ſed cum dictum priuilegiū,
ſit non ſolum contra ius commune,ſed etiam noſtrum, er-
go ampliari non debet ad adiacentia:maxime, quando ipſa
priuilegia ſunt præiudicialia iuribus aliorum,quia tunc ſem
per ſtricte ſunt intelligenda.ita tenet Panorm.conſi. 1. lib. 1.
& ſic cum dictum priuilegium recognouerunt proceres,nō
extendatur ad forenſes,& extraneos ea ratione ipſi forenſes,
& extranei acquirentes prædia in hortis,& vineto titulo lu-
cratiuo tenētur ſoluere, videlicet in allodijs eccleſiæ mediū
tertium,& medium laudemium pro qualibet libra totiꝰ va-
loris rei,quod eſt quatuor ſolidi,& quatuor denarij, & in al-
lodiis laycorum tenentur ſoluere medium laudemium tan-
tum,quod eſt vnus ſolidus pro qualibet libra,capiendo lau-
demium ſtricte.Sed hic moueo dubium,& dico, cum in præ-
dijs laycalibus forenſes & extranei in omnibus, & per om-
nia in titulis oneroſis tractentur ſicut ciues & habitato-
res Barcinonę, quare ipſi forenſes, & extranei in eiuſ-
dem allodijs laycalibus exiſtentibus in hortis, & vineto non
ſunt franchi ſicut ipſi ciues, & habitatores Barcinonę, qui
in eiſdem titulis lucratiuis neque in ciuitate, neque in hor-
tis,& vineto nihil ſoluunt? & reddendo diuerſitatis rationē
reſpondetur,quod eo fit,quia priuilegium R.Petri 2.†quo ī-
18 ducta fuit ſolutio decimi comprehendit tam forenſes, & ex-
traneos,quam ciues,& habitatores Barcinonę,quia eſt dire-
ctum loco,& non perſonis,& ſic omnes in illo loco exiſten
tes comprehenduntur.Sed priuilegium recognouerunt pro-
ceres in prima locali,quod dirigitur ciuibus, & habitatorib.
Barcinonę,quo ciues,& habitatores Barcinonæ in titulis lu-
cratiuis excuſantur a laudemij ſolutione non extenditur ad
extraneos,& forenſes, & propterea ipſi forenſes & extranei
in ipſis hortis,& vineto non ſunt franchi. Immo tenētur &
habent ſoluere medium tertium, & medium laudemium,
iuxta generalem conſuetudinem,Cathalonię, ſupra inſertā.
Sed quia dicta generalis conſuetudo in allodijs laycorum eſt
correcta per dictum priuilegium R.Petri ſecundo. in ciuita-
te ſuburbijs,hortis,& vineto ad ſolutionem decimi,ideo nō
ſoluunt ipſi forenſes,& extranei in ipſis titulis lucratiuis, ni-
ſi vnum ſolidum pro qualibet libra.& iſta eſt ratio diuerſita-
tis quare forenſes,& extranei non pariſicantur cum ciuibus,
& habitatoribus Barcinonæ in hortis,& vineto,quamuis pa
riſicentur in ciuitate,& ſuburbijs proximis, in omnibus titu
lis,tam oneroſis,quam lucratiuis.† Et quia ſæpe contingit,ꝙ
19 ſuper re emphyteuticaria, ipſe emphyteuta tranſigit forſan
rem ex cauſa tranſactionis alteri,puta aduerſario transferē-
do aliquo ſibi dato,vel retento,vt in l. ſi pro fundo,Codi.de
tranſactio.aut rem penes ſe retinendo aliquid aduerſario dā-
do vel faciendo,quęritur, an hoc poſſit facere emphyteuta?
& dico quod emphyteuta,ex titulo tranſactionis non poteſt
rem alteri transferre ſine conſenſu domini. quod ſi ſecus fe-
cerit,cadit a re,aut incidit in pœnas iuris huius patria, ut in
l.nulli,& ibi glo.& Barto.ff.de tranſactionib dicas quod hoc
poteſt facere emphyteuta,ſine conſenſu domini,& hoc vlti
timo caſu non debetur domino aliquod laudemium,tertiū,
ſeu foriſcapium.ita tenet Iaſ.May.in l.fina.C.de iure emphy
teu.numero centeſimouigeſimoprimo.quæſt. decima. & la-
tius Iacobin.de ſancto Georgio in tractatu de feudis, in ver-
bo,cum pacto ſeq.in.in verſicu.ſubſequenter, ibi plura alle-
20 gans,& latius Bald. in conſilio trecenteſimoquatrageſimo-
ſeptimo.libro tertio. & idem Bald. Aluaro. & Præpoſitus,in
cap.vnico,de controuer.inter vaſallum, & alium de benefi-
ci.in vſibus feudorum, vbi volunt licitam eſſe huiuſmodi
translationem,ſuper feudo,vel emphyteuſi domino directo
irrequiſito,vbi hæc abunde diſputant. & ratio eſt,quia quan
do emphyteuta tranſigens retinet rem non fit rei alienatio,
nec emphyteutæ mutatio. & ſic non eſt noua alienatio eo
præſertim,quia licitum eſt cuicunque redimere vexationem
ſuam,iuxta illud,redimite tempora veſtra,& vexationes,quia
dies mali ſunt,cap.dilectus,extra de ſymonia. & ſic tenet Pe
trus Iacobi.in libello de actione in rem pro re, quæ cec.in
commiſſum,in fine ſi vero res erat penes aduerſarium,& ex
cauſa tranſactionis dimittatur penes eum, idem eſt, & dictā
dimiſſionem poſſumus facere ſine conſenſu domini & non
ſoluitur laudemium,quamuis aliquid pro *dicta diuiſione* re
cipiatur,vt tenet Iaſ.ibi in loco ſupra proxime allegato, † &
ad hoc multum mihi placet ratio,quam affert Bald. in l.qui
21 Romæ.§.duo fratres.ff.de verborum obligatio.vbi dicit, ꝙ
qui remittit ex cauſa tranſactionis, non alienat dominium,
ſed remittit ius,& tractat de non acquirendo,idem tenet An
tonius Capicius deciſi.156.numero xvi.& xvij. quia transfer
23 tur de vno in alium,& mutatur emphyteuta, vel vaſallus. &
hoc probari videtur per conſtitu.domini Reue.Pet.cap.3.cu-
riæ Ceruariæ.Item ne ſuper laudemio ibi, per aquella reno-
uatio o nouella acquiſitio, vbi uerba conſtitutionis vidētur
innuere, quod laudemium ſolui debet ex noua acquiſitio-
ne,& ex noua domini laudatione: quare ſi res titulo tranſa-
ctionis remanet penes eundem,qui eam iam tenebat,ibi nō
eſt noua acquiſitio,nec noua laudatio, vt ſentiunt verba cō
ſtitutionis,ergo hoc caſu non debetur laudemium, vide in-
fra cellula x. & propterea dicerem non eſſe *ſoluendum* lau-
demium,quando aliquis donat abſoluit, & remittit fideicō-
miſſum in ſui fauorem appoſitum.& ratio eſt, quia tunc re-
mittens fideicommiſſum,non alienat,ſed ſolum agit de non
acquirendo,vt ſupra dicebamus,vide Bart.in dicta l.qui Ro-
mę,dicto § duo fratres, in x. quæſt.ad quem locum ſe remit-
tit,quia tali caſu non eſt venditio, nec emptio,nec mutatio
emphyteutæ rei feudalis,vel emphyteuticariæ verbis, nec ef-
fectu.Et ſic ex remiſſione,& diffinitione, quæ fit inter ſocius
aut cohæredes,non debetur laudemium, ut tenet Barto.in l.
& ideo,ff.de condictione furtiua, & Guido Papæ deciſione
Dalfi.numero 411.circa medium,& maxime,quando frater
renunciat fratri partem,ſibi contingentem in hæreditate pa-
terna,vt eſt tex.clarus,& apertus in conſtitu. R.Per.3.*capit.3.*
Item ne ſuper laudemio,§.primo. ſi empero aquell *feudi qui*
nullo modo poteſt cauillari, poſt quam fiat definitio partis
portionis,aut quotæ,quæ eſt de hęreditate paterna. Et tunc
maxime ſi fiat dicta diffinitio,donatio,& remiſſio, ex cauſa
diuiſionis, ut ſupra dictum eſt,in fi.1.cellulæ. Quare male-
faciunt, qui in tali caſu conſulunt deberi ſolui laudemium,
quādo frater remittit fratri gratis,ſeu pro certa pecunia par-
tem,ſeu quotam ſibi contingentem in hæreditate paterna,
& tunc eſt indubitatum, quando diffiniens nondum ſe im-
miſcuit hęreditati,quam adiuit ille,cui fit renunciatio, ſiue
diffinitio,quia tunc nō eſt mutatio emphyteuſię,& ſi eſt mu
tatio eſt mentalis,& intellectualis, & ab omni corporeo fa
cto nuda,ex quo non debetur laudemium, ſicut nō debetur
de traditione poſſeſſionis,per clauſulam ſimplicis conſtituti
poſſeſſorii.Sed debetur laudemium de reali & actuali aſſecu
tione poſſeſſionis,& cum huiuſmodi onera ſint exoſa,odio
ſa,& appoſititia, non debent extendi vltra caſum ſcriptum,
etiam ſi ſit eadem ratio,vt eſt probatum,& dicemus infra in
10.cellula,in fi.quia iſta diffinitio facta per fratrem fratri,æqui
pollet repudiationi,& in hoc loco,& pro abſtineo,ſeu repu-
dio in tali caſu accipitur,vt in l.cum antiquioribus.C.de
iure deliberandi,& in contractibus effectus,& non verba de
bent ipſius,ut in l.omne verbum,§.fina.& ibi glo.C.commu
nia de legat.& in l.fina.C.quæ res pignori obligari.ex quo re
ſtat indubitandum,quod ex diffinitione facta per fratrem de
parte,ſeu quota, aut ſingula ſi re hæreditatis paternę nō de-
tur laudemium,& vide latius quæ infra dicuntur in 1. cellu-
la,

la,in tertia regula,ibi poſita,& ita tenet Beſſianus in conſuetudi. Aluerniæ,in titu.de retractu,an retenue arti. 26. qui etiã dicit in dictis conſuetu.in rub.de capturis,& ventes art.6. ꝙ ſi filia,habet aduentitia immobilia emphyteuticaria mediante conſtitutione dotali renunciet illis,vt ſæpe ſolet fieri,quod eo caſu non debetur laudemium,& in hoc ſecutus eſt,Iaſ.in l.fi. C.de iure emphyteu.cuius dictum maxime procedit cum renuntiatio fieret in fauorem patris, fratris vel proximiorum, dictæ filiæ,cum quibus habet bona indiuiſa, & ad hoc facit ꝯſtitu.R.Pet.3.c.Item ne ſuper laudemio,& dictum Bal.in l.voluntas,C.de fideicommiſſ.vbi dicit, quod ſi frater vendat fratri,rem emphituuticam,valet venditio etiam nõ ſeruata forma nec ſolemnitate requiſitionis conſenſus domini directi, quę regulariter de iure in tali venditione eſt neceſſaria,vt l.fi. C.de iure emphy.Sed huic Bal.ſententię obſtat dicta noſtra ꝯſtitutio Cathaloniæ dicti.R.Pet.3.c.3.vbi habetur,quod ſi pater vendat filio,& econtra,debetur laudemium. Et aduerte, ꝙ aliquando mediante iudicialia ſententia aliquis recuperat rem ſuam,quę vere ſua erat,tam ante prolationem dictæ ſẽtentię latæ contra intruſum,& iniuſte poſſidentem ſeu detentorem,certe hoc caſu nullum debetur laudemium,ſeu quinquageſima,quia hic non poteſt figurari,quod ſit aliqua alienatio,ſed rei ſuæ propriæ recuperatio,etiam ſi pro dicta recuperatione ſoluatur aliquid in pecunia numerata, vel in alia re.Et hoc ita intelligo,ſi res illa ante recuperationem erat recuperantis,vel in ea ſucceſſit tãquam directus ſucceſſor,qtoniam ſi ſucceſſit tranſuerſaliter,iure collaterali,tunc iuxta iura huius patriæ debetur medium tertium,& medium lau-

28 demium,vt dicitur hac eadem cellula.Sed pone,quod aliquo ex dictis titulis lucratiuis res peruenit ad manum mortuam pœnes quam inuito domino directo,ſiue fundiario permanere non poteſt,vt eſt tex.in dicta conſt.R.Pe.3.c.3.Item ne ſup laudemio curiæ Ceruarię,& ibi Tho.Mieres ſuper verbo incapacem,& Ioan.de Succarratis in commemo.Petri Albert. c.eodem pagi.128.numc.74.vbi adducit plura iura hoc dicentia,& Iaco.Marquil.in vſa.ſi quis ſuum feu.in q. 43. & in hoc nullum eſt dubium,& dominus directus rei exiſtentis in manu mortua compellet eam euacuare,& extrahere rem ipſã a poſſe ipſius manus mortuæ, & eam transferre in manum habilem,& capacẽ,& ex hac acquiſitione facta vult per manum mortuam,quæ eſt tranſuerſalis ſeu extranea habere lademium iſtam quæſtionem mouet Iacobus Marquil.in dicto vſat.ſi quis ſuum ſeudum, q. 55. & ibi videtur tenere ſub obſcure,tamen quod debeatur domino directo laudemium,qa dicta manus mortua eſt linea extranea,& regula dicit, quod ex ſucceſſione tranſuerſali,vel extranea debetur laudemium & iſte caſus eſt huiuſmodi &c.contrarium eſt verum, quia poſtquam dominus directus,& fundiarius recuſat recipere ipſam manum mortuam in vaſallam ſiue emphiteutam, & cõpellit eam ad deferendum rem ipſam emphiteuticariam,ſiue ſeudalẽ ipſum excludit a laudemii perception e, & aliis cõmodis emphyteuticariis quia ratio quare eo,ꝙ cogit eccleſiã & omnem aliam manum mortuam vendere,& euacuare,a ſe rem ipſam feudalem,vel emphyteuticariam,eſt ne damno dominus afficiatur in laudemiis,& aliis iuribus dominicalib. a quibus priuaretur,& non vt maius commodum ſeu lucrũ conſequatur,& ideo non debet legis occaſio trahi ad iniquũ compendium,vt in l.fin.C.de vſucapio. pro emptore,& in §. prohibemus autem in principio in auth.de triente, & ſemiſſe colla.4.Eſt etiam alia ratio,quia non videtur, id quiſquam capere,ꝙ neceſſe eſt,cito dimittere tex.eſt in l.non videtur qſquam,ff.de regu.iur.& dicitur cito capere,ita, quod nullam, vel modicam capiat vtilitatem,& ibi per glo.Et Philippum Decium huic eſt,quod ſolutio traditio,& acquiſitio quæ modicum durant,& incontinenti teſtitui debent non ſunt in cõſideratione,nec aliquid operantur nec dicitur quis acquiſiuiſſe,vel recepiſſe,quod incontinenti oportet eundem reſtituere tex.eſt in l qui reſtituere.& ibi Bar.& Caſtrẽ.ff. de ſolutionibus,& in l.illud eſt capere.ff.de verborum ſigni.& in l. fi. C.de bon.quæ libe.Et ſi dicatur,quod dominus directus diſſimulabit manum mortuam,& non compellet eã euacuare reſpondeo id non poſſe fieri quia beneficiatus abbas,vel prępoſitus q

30 obtinet beneficium ſiue titulum cuius res eſt allodium, non poteſt diſſimulare,quia iurauit in aſſecutione beneficii iura beneficii non alienare,& alienata pro poſſe ſuo recuperare, & ſic diſſimulando eſſet periurus,& a lege excommunicatus tum etiam,quia ſi ipſe moritur ſucceſſor in titulo vellet,aliud laudemium,ſi huiuſmodi diſſimulationes paterentur,quę pati,ſeu ſuſtineri non poſſunt multæ aliæ rationes poſſent adduci quas breuitatis cauſa præter eo. Sed erit ſic quod manus mortua intra annum alienabit,& ex dicta alienatione dominus directus habebit laudemium & ita ſtatuitur in tex. conſt. dicti R.Pet.c.3.§.vbi vero Sed ſi dominus directus eſt laycus, & perſona priuata,& recipit ab eccl.ſeu alia manu mortua laudemiũ vt approbare dictã manũ mortuã in emphi.& ſemet in perpetuũ excludit a iure cõpellendi eam extra manũ ſuã mortuã expellere faciunt not. per Matth.de Aſil.in deciſi. Neapol.153.nu.5. in uerbo ſolutio. vbi dicit, quod ſi res emphiteutica diuidat & dñs recipit cẽſum a ſingulis diuidentib. ꝙ ſibi pĩudicat in recipiendo cẽſum per partes.Sed ſi quis laycꝰ recipiendo cenſum ab eccleſia videat excluſus a iure cõpellẽdi eccleſiã euacuare nõ tñ excludit a iure petendi cõpenſationẽ ſibi debitã rõne amortizationis ſecus uero crederem niſi laycus recipiendo ab eccleſia canonem proteſtatus fuerit,qđ non propterea recedere intendat a iure compellendi eã euacuare,quod ſi talis proteſtatio precedat,credo quod non prę iudicat ſibi recipiendo iura,quod non credo poſſe fieri ſi dominus directus eſt eccleſia beneficium ,ſeu communitas, uel vniuerſitas quia reputantur pro non dominis.Sed hic aduertatis,quod res emphyteuticalis,non poteſt regulariter alienari in potentiorem,& licet aliquo iure textuali hoc probari non poſſit tamen eſt verum,& in pratica,non ſolet in dubiũ verti,& hanc eſſe communem atteſtatur Ale.in lege ſi finita §.ſi de vectigalibus num.36.ver.nec obſtat,quod emphiteuta. ff.de damno infecto.Iaſ.in l.fi.num.97.C.de iure emphyte.vbi dicit,quod ita concludunt Doctores,tenet etiam Gratus conſil.80.num.2.libro.3.Et ſunt pręſonæ potentiores illę quę magis priuilegiatæ ſunt puta clerici curiales,& milites, vt aſſerũt pręfati Doc.in locis præallegatis. Sed pone aliquis qui habet totã ſuã hæreditatẽ emphiteuticæ conditioni ſubiectã inſtituit hæredem extraneum & in eodem teſtamento legauit aliquam rem alicui extraneo mortuo teſtatore hęres extraneus

42 adiuitur hęreditatem,& ea adita tradidit legatario extraneo rem legatam cum legatarius a manu hæredis debeat recipere legatum,vt iuribus vulgatis dubitatur nunc an ratione dictę rei legatę debeãtur duo media tertia,& duo medio laudemia vnum videlicet ex alienatione facta a teſtatore, in hęredem extraneum,& aliud ab hęrede extraneo in legatarium etiam extraneum.Et videtur dicendum,quod ſic per ea quę ſupra dicta ſunt ſuper ſucceſſione transſuerſali, & extranea,& probãtur per conſtitutionem domini.R.Pet.3.c.3.item ne ſuper laudemio.Sed tu tene contrarium quia legatarii acceptatio retro trahitur & ex morte teſtatoris cenſetur res illa tranſlata in legatarium, etiam ignorantem,vt in l.a Titio,ff.de furtis.& in l.cum pater.§.ſurdo.ff.de lega.2.& ideo nõ eſt duplex alienatio tranſuerſalis, ſeu extranea cum illa res non cenſeatur perueniſſe ad hæredẽ nec per momentum pœnes eum permanſiſſe reſpectu dominii vtilis, ſed recta via tranſiuiſſe ad dictum legatarium excepta nuda poſſeſſione,quę non traditur ſine facto corporeo,& propterea in dicto caſu non debetur, niſi ſemel medium tertium, & medium laudemiũ ex alienatione, quæ fit a teſtatore in collateralem, ſeu extraneum legatarium,& tunc,quando fit dicta realis traditio, & acceptatio,& non ante.Sed pone quod in contractu matrimonii pa-

44 rentes ſponſæ promiſerunt dare eidem ſponſæ quadringentes libras monetę currentis Barcinonę,videlicet ducentas libras in pecunia numerata, & ducentas libras in quadam domo emphiteuticaria,tanti æſtimata quę erat propria ipſius ſponſæ quęro an hoc caſu debeatur domino directo ipſius laudemium ex dictis ducentis libris datis in dotem æſtimatã,& dic ꝙ non quia illa æſtimatio non fuit facta cauſa vendendi domum,ſed cã deſignãdi valorẽ domus,vt poſtea ſciret quantũ debet ſolui in pecunia ſponſo,& quid in caſu reſtitutionis eſſet reſtituendum quod deprehenditur eo, quod dicta domus erat,& eſt propria dictæ ſponſę,& pœnes eam remanſura ſoluto matrimonio,& in caſu reſtituẽdę dotis.Sed ſi facta eſſet æſtimatio,& ęſtimata daretur optio marito rẽ, vel ęſtimationem reſtituendi tunc ex valore dictę domus debeẽ laudemiũ quia hoc caſu ęſtimatio facit emptionem,vt in l.1.& in l.cum ſocero tuo pro vxore dos tibi daretur.l.cum patrem,& l.rem quam l.ſi dotem l.ſi gener.C.de iure dot.l.vnica.§.accidit, C. de vxor.actio.& in l.ex morte in fi.C.de pactis conuentis.nec etiam debetur laudemium ſi æſtimatio fiat,vt in futurum ſciri queat,an res tempore reſtitutionis faciẽdæ ſit deterior, vel meliorata,quia huiuſmodi æſtimatio non facit emptionem nec venditionem,nec res transfertur, de vna perſona in aliã, & æſtimatio huiuſmodi a iure ſit permiſſa fauore matrimonii.Pręterea ſi fiat diuiſio,& aliqua res hęreditaria datẽ æſtimata vni ex diuidentibus eo ex dicta re ęſtimata, non datẽ laudemium.quia tali caſu non fit æſtimatio,niſi eo prętextu,vt cõmodius diuiſio fieri valeat vt l.ſeruus,C.de iure do.& ibi Bar. pręterea ſi ęſtimatio fiat in bonis datis in ſocidam ex ea non debetur laudemium Bal.in l.ſi paſcenda Codi.de pactis, nec debeẽ laudemium,ſi fiat ęſtimatio, vt poſſit ſciri in futurum quantum meliorabitur vel deteriorabit multę aliæ ſunt ę ſtimationes ex quibus non debetur laudemium.

SVMMARIVM.

1 *Feuda non poſſunt ſpecialiter obligari.*
2 *Emphyteuſis non poteſt ſpecialiter obligari.*
3 *Venditor qua pęna prohibitus eſt alienare eadem pœna eſt prohibitus emptor emere.*
4 *Speciales obligationes ſunt prohibitæ.*
5 *Obligatio ſpecialis eſt prohibita.*
6 *Laudemium in feudis quantum ſit.*
7 *Conſtitutio R.Pet.3.fuit recepta in feudis, ſed non in emphiteuſi.*
8 *Laudemium ſpecialis obligationis.*
9 *Quartum auant qualiter computetur.*
10 *Argumentum a ſimili.*
11 *Paritas rationis iuris paritatem inducit.*
12 *Laudemium ſpecialis obligationis.*
13 *Computatio laudemii tertii auant.*
14 *Ratio diuerſitatis iuris diuerſitatis rationem inducit.*
15 *Laudemium permutationis.*
16 *Permutationis laudemium.*
17 *Venditor quando ſoluere tenetur laudemium.*
18 *Laudemium ex qua obligatione ſpeciali debetur.*
19 *Obligatio generalis non producit laudemium.*
20 *Obligatio generalis non prohibetur.*
21 *Feudum per ſolam traditionem cadit in laudemium duplicatum.*
22 *Empara realis quando fieri poteſt.*
23 *Traditio realis quando requiratur.*
24 *Realitas pignoris quando requiratur.*
25 *Verba debent intelligi cum effectu.*
26 *Effectus ſpecialis obligationis.*
27 *Dominium directum quid ſit.*
28 *Vtile dominium quid ſit.*
29 *Duo vincula fortiora ſunt uno.*
30 *Specialis obligatio ſine conſenſu domini.*
31 *Fructus in ſortem pignoris non computari.*
32 *Firma domini directi liberat emphyteutam vendentem.*
33 *Iura dominicalia ex præterito debita remittuntur per firmam domini.*
34 *Subſcriptionis domini effectus.*
35 *Dominus ſubſcribendo ſibi præiudicat.*
36 *Perſcriptio laudemii & perpetuo.*
37 *Laudemium debetur ex onere in re incarricata ſi eſt extra ordinarium.*
38 *Laudemium debetur de pretio cenſualis quod eſt incarricatum ſuper re vendita.*
39 *Re vendita & tradita, et poſtea per creditores euicta, et vēdita an debeātur duo laudemia.*
40 *Duo laudemia quando debeantur.*
Dominus recipiendo confeſſionem ab emphyteuta nō præiudicat ſibi in laudemiis.
41 *Quę in alicuius fauorem tendunt non debent in eius odium operari.*
42 *Dominus directus non poteſt cogere contrahentes, quod in contractu procedant ad vlteriora.*
43 *Obligatio habens conſenſum domini præfertur non habenti.*
44 *Quando in aliquo duo requiruntur illud præfertur in quo illa prius adhibentur.*
45 *Obligatio ſpecialis duo deſiderat.*
46 *Filii legitimi præſertim tui baſtardis legitimatis.*
47 *Potentia nullla eſt ad euitandum præterita.*
48 *Media laudemia qualiter computantur.*
49 *Extranei pro medio laudemio quid ſoluant.*
50 *Sententia arbitralis non comprehendit extraneos.*
51 *Firma ſpolii coacta eſt ſublata.*
52 *Mali vſus modo ſunt moderati.*
53 *Laudemiorum nomina declarantur ſolutio laudemii cui incumbat.*
54 *Tertium quoddam eſt ſimplex quoddam auant.*
55 *Permutatio quarti auant quando reformatio totius octauę cellulæ.*

EX SPECIALI OBLIGATIONE ſeu impignoratione debetur medium laudemium ſeu foriſcapium.

OCTAVA CELLVLA DE SPECIALI OBLIG.

SEquendo ordinem ſupra
inſerię generalis conſuetudinis Cathalonię, quę
vna ex vſantiis Gerundę a quibuſdā dicitur, nūc
ſupereſt declarare, quod laudemium debeatur,
quando prędia emphiteuticaria ſpecialiter obligātur aut im-
1 pignorantur ad cuius dubii declarationem eſt ſciendum, qđ
feuda, & emphiteuſes quemadmodum ſunt prohibita. alie-
nari, & in alium transferri ſine conſenſu domini, vt in l.fina.
C.de iure emphyteu.& in c.potuit.extra de locato. & in vſat.
ſi qs ſuū feudū, & in pragmatica dñi regis.Pet. 1. qn̄ digne re
gnat.& in conſtitutione domini.R.Pet.3.c.3.Item ne ſup lau
demio, & in ſententia arbitrali lata inter clerum, & ciues Bar
cinonę, & in c.caſtellanus ſeu feudatarius in commemorat.
Pet.Alber.& ibi Io.de Soccarratis, & in priuilegio recogno-
uerunt proceres.capitu.28.& in l.imperialem de prohib. feu-
di alienatio.per Federicum, & his ſimilibus. quę iura aliqua
loquuntur in venditore, aliqua in emptore, tamen idem diſ-
2 ponunt, quia qua pœna punitur venditor prohibitus aliena-
re rem prohibitam eadem pœna punitur emptor tex.eſt in l.
1.de cupreſſis ex luco daphne, libr.xij.C.ibi Lucas de Penna,
& latius Io.de Platea, & ibi etiam Bar. facit etiam quod em-
ptio & venditio ſunt correlatiua, & in correlatiuis, fit ex-
tenſio de vno ad aliud.l.fin.C. de indicta uiduita. ſecundum
Imo. in clem.1.de electi.& Bart.in l.fi.de indicta vidu. vbi di-
cit quod ſi pœna imponitur vendenti frumentum in platea,
videtur impoſita ementi, & ibi Bal.& in l.nemo martyres, C.
de ſacroſanct.eccleſiis, vide alia iura allegata per Ioannem
de Soccarratis in cap.cautum in commemo.Pet.Alber.Eodē
modo ſunt prohibitę impignorari, & expreſſe obligari tex.
3 eſt expreſſius in cap.prim.de prohibita feu.alie. per Lotha.&
in l.imperialem de prohi.feu.alie.per Federicum, & in ca.vni-
co, §.fi.quib.mo.feu.amit.& in c.nulli ext.de reb.eccl. alienā.
vel non, & in extrauag. Pau. Veneti.2.ambitioſæ cupiditati,
de reb.eccl.no alie.de qua extraua. vide ī.in vltima pric.q.&
in noſtro iure Cathaloniæ in conſt.R. Pet.1.§.nullus chriſtia-
nus & in pragmatica, R.Petr.1.quoniam digne regnat.& in ꝯ
ſti.R.Pet.3.c.3.Item ne ſup laudemio curiæ Ceruariæ.Et eſt rō
quia ſi aliquid eſt prohibitum alienari prohibētur oīa per q̄
4 venitur ad illud, vt in l.oratio, ff.de ſponſa.& in gl.ibi, & per
iura ibi citata quare ſi emphyteuta vaſallus, vel feudatarius
aliquando, vult impignorare, vel ſpecialiter rem feudalem,
vel emphyteuticariam obligare, hoc facere non poteſt ſine ꝯ
ſenſu, & voluntate dñi, & in hoc caſu dño pro conſenſu dēt
ſolui laudemium.quod hodie in feudis eſt vigeſima pars eius
quantitatis ꝓ qua res feudalis ſpecialiter obligatur tex.eſt ad
literam, & ſeruatur in coſtit.R.Pe.3. c. Item ne ſup laudemio
§.ſi empero, & ibi Thomas Mieres in ver. ibi eſt quarta pars ī
reb.vero emphiteu.In quib.dicta cōſtō.R.Pe.3.non fuit recep
ta nec ſeruatur, laudemiū eſt duo denarii, pro quolibet ſolido
totius quātitatis, pro qua ipſa res emphiteuticarius impigno
rat̄, ſeu ſpāliter obligat̄, ita continetur in cōſuetudine gñali.
Cathaloniæ ſupra inſerta a praticis doctorib. vt ſ̄.dictū eſt cō
memorata in tertia eius principali parte ibi de ſolido duo de
narii, qui quidē duo denarii pro quolibet ſolido ſunt tres ſoli
di, & quatuor denarii pro qualibet libra, totius quantitatis ꝓ
qua impignorat̄, ſeu ſpāliter obligat̄, & ꝑdicti tres ſolidi, &
quatuor denarii ſunt medietas illorum ſex ſolidoru, & octo
denariorum qui dātur ꝓ laudemio, pro alienatione perpetua
pro qualibet libra totius ualoris rei, quod fit quando forenſis
& extraneus habens prædia.& honores de allodio eccleſię, in
hortis, & uineto Barcinonę illa uendit, quia dictus forēſis, &
extraneus, ibi habens prędia de allodio eccleſię illa uendēs te
netur ſoluere dño directo unum tertium directum ſiue ſim-
plex totius pretii, ꝙ habuit de re effectualiter ex ſupra inſerta
conſuetudine gñali Cathalonię, & per eius cōputationē poſ-
ſumus dicere & elicere, ꝙ pro ſpāli oblōne debetur medium
laudemium.Sed hoc ſcilicet, ꝙ ex ſpeciali oblōne debeat̄ me
diū laudemiū nō reperitur cautum aliquo ſtatuto ſeu regu-
la, q̄ hoc dicat verbis rotundis, ſiue formalib. nec ꝑt elici ſeu ī
ferri. ex ꝯſt.R.Pe.3.c.3.Itē ne ſup laudemio. Nā vicesima pars
q̄ dat̄ ꝓ qualibet libra ex ſpāli oblōne toti⁹ q̄titatis ꝓ qua res
feudalis ſpāliter obligat̄ ſeu impignorat̄, vt diſponit, d.c. in
d.§.Si empero ꝑ algū del dits titols alienar no ſera, nō eſt me-
dietas illius q̄titatis q̄ dat̄ pro laudemio ītegro, ſeu tertio. ſeu
foriſcapio qn̄ res feudalis ꝑpetuo vēdit̄, ſeu alienat̄, qa tūc ſol
uit̄ tertia pars valoris rei ꝓ laudemio q̄ cū ſoluat̄ ꝑ emptorē
ſūt quatuor ſolidi pro qualibet libra, & iſtud tertiū feudorū ꝓ
prius dr̄ quartū auāt, & nō eſt illud tertium, ꝙ dr̄ tertiu auāt, ī
re emphiteutica, nec minus eſt tertiū ſimplex.Sed eſt quartū
valoris rei feudaliū et dictę vigeſima pars n̄ ē medietas dictorū
quatuor ſolidorū.Et ſic ex d. ꝯſtōne n̄ ꝑt elici, ſeu īferri ſed eli
cit̄ & extrahit̄ a dicta gñali ꝯſuetudine Cathalonię, qa ꝓ ſpā
li obligatione, ſeu īpignoratione dēt dari mediū laudemiū.
Nā ſi ſex ſolidi, & octo denarii ſūt integrū foriſcapiū ꝓ quali-
bet libra in alienōne perpetua qn̄ res q̄ eſt ī hortis & vineto
venditur per extraneum, & illi duo denarii, qui dantur pro
quolibet ſolido quando illa eadem res per eundē forenſem
ſpāliter obligatur ſunt medietas dictorū ſex ſolidorū, & octo
denariorū, q ꝓ integro tertio dat̄ bñ, immo neceſſario, & ī
vim veri cōputi elicit̄, & infert̄, ꝙ ꝓ ſpāli oblōne dēt dari me
diū tertiū, ſeu foriſcapiū.Et quotidie dr̄ ab oīb. ꝙ ꝓ īpignoratiō
ne debet̄ dño mediū tertiū.Et quēadmodū iſto caſu dicimus,
ꝙ pro ſpāli obligatione debet̄ mediū tertium ſeu foriſcapiū,
eodem mō, & ab iſto ſimili dicimus, ꝙ quando pro alienatio
ne perpetua datur ſeptimum, quod tunc mediū ſeptimum

eſt

eſt laudemium pro ſpeciali obligatione. Et quando quintum
datur pro integro foriſcapio, tunc dicimus, ꝙ medium quin-
tum eſt laudemium pro ſpeciali obligatione. Et quando deci
ma pars pretii eſt foriſcapium pro alienatione perpetua, tūc
dicimus, ꝙ medium decimū eſt laudemium pro ſpeciali obli
gatione, quamuis hoc non ſit cautum aliquo ſtatuto ſeu re-
gula quę hoc dicat formaliter quia in his procedimus de ſi-
milibus ad ſimilia, & ex indentitate rationis, qm̄ vbi eadem
ratio idem ius ſtatui debet. l. illud ff. de fonte. & l. 3. §. j. ff. de in
iuſto irrito teſtamento Et quod huiuſmodi laudemia ſoluā-
tur, & ſoli debeant in impignorationibus, ſiue hypothecis:
intellige ſi res pignoratæ, vel obligatæ realiter, & de facto tra
dantur vt infra in eadem cellula latius ꝓbabitur. Sed quæro
cum ita ſit verum, ꝙ quando tertia pars pretii eſt laudemium
pro alienatione perpetua, quod medium tertium eſt laude-
mium pro ſpeciali obligatione, & quādo ſeptima pars totius
pretii eſt laudemium pro alienatione perpetua ꝙ tūc mediū
ſeptimum eſt laudemium, pro ſpeciali obligatione, & cum
quinta pars pretii eſt laudemium, pro alienatione perpetua,
quod tunc medium quintum eſt laudemiū pro ſpeciali obli-
gatione. Et quando decima pars pretii eſt laudemiū pro alie-
natione, quia tunc medium decimum eſt laudemiū pro ſpe-
ciali obligatione An a ſimili prædictorum, quando pro alie
natione perpetua ſoluitur tertium auant, quod eſt decem ſo-
lidi. pro qualibet libra totius pretii, ſeu quātitatis, pro qua res
ſpecialiter obligatur erit medium tertium, & vr̄ dicendum, ꝙ
ſic a ſimili ſiue ab identitate rationis cum paritas rationis iu
ris paritatem inducere debeat, vt iuribus ſupra allegatis, & l. ſi
reus, ff. de duob. reis, & l a Titio. ff. de ver. obli. Cōtrariū eſt ve
rum videlicet, ꝙ tunc non debeāt ſolui quinq; ſolidi pro qua
libet libra eius quantitatis, pro qua res emphyteuticaria im-
8 pignoratur, ſed tres ſolidi, & quatuor denarii, quod probo per
verba dictæ cōſuetudinis generalis ſupra inſertæ ibi duo de-
narii pro qualibet ſolido, quā cōputationem facit dicta gene
ralis conſuetudo ſeipſam declarans timore, ne in dicto no-
uiſſimo caſu computaretur medietas tertii auant in ſpeciali
obligatione ſeu impignoratione. Et ſic illud medium laude-
mium ꝙ ſoluitur pro ſpeciali obligatione nō eſt, nec eſſe de
bet medietas directi tertii eius quātitatis pro qua res impigno
9 ratur. Et eodem modo dico, ꝙ illud medium tertium, ꝙ per-
tinet domino, quando res emphyteuticaria donatur inter vi-
uos, aut in vltima volūtate, aut legatur, aut alio titulo lucra-
tiuo, vel ab inteſtato alienatur eſt, & eſſe debet medietas ter-
tii directi totius valoris, ſeu æſtimationis rei emphyteutica-
riæ, & non medietas tertii auant totius valoris rei, quod pro-
bo per verba eiuſdem generalis conſuetudinis ſupra inſertæ ī
2. parte princip. eiuſdem vbi dicit, ꝙ eſt medium tertium me-
dietas directi tertii, & medietas laudemii directi, eſt medium
laudemium proprie ſumendo, ſi ergo eſt medietas directi ter
tii, non eſt medietas tertii auant, & propterea dicta conſuetu
do ne aliquis in dicto caſu prætenderet, quod illud medium
tertium quod debet dari pro titulo lucratiuo eſſet medietas
tertii auant ſeipſam declarans ſubiungit verba illa eſt mediū
tertiū medietas directi tertii, & ita ſentit, & cōputat Guiller-
mus de Valleſic. in vſa. ſi quis ſuum feudum, fol. 89. col. i. vbi
dicit, quod hodie in feudis ꝓ titulo lucratiuo eſt decima pars
valoris rei feudalis, ſed olim de conſuetudine antiqua loquē
do de ſupra inſerta conſuetudine, quæ etiam ī ſolutione lau-
10 demiorum prouenientium ex alienationibus feudorum ſer-
uabatur antequam eſſet facta dicta cōſtitutio. Item ne ſuper
laudemio ſicut nunc ſeruatur in ſolutione laudemiorum ꝓ
uenientium, ex alienatione rerum emphiteuticariarum, ita
quod nunc pro ipſis feudis titulo lucratiuo alienatis, ſiue acq
ſitis laudemium eſt quatuor ſolidi pro qualibet libra valoris
rei, & reſpondendo ad argumēta ſupra facta a ſimili ſiue ab
identitate rationis dico, quod non eſt eadē ratio; quando ſol
uitur tertium auant cum illa quæ eſt in aliis caſibus in quib:
pro alienatione perpetua ſoluitur decimum aut ſeptimum,
aut quintum, aut tertium ſimplex, ſiue directum pro aliena-
tione perpetua. Nam in caſu quo pro alienatione perpetua
ſoluitur tertiū directū, aut ſeptimū, aut quintū, aut decimū,
tunc in pretio rei, ſeu pro pretio rei dat̄ totus iuſtus valor, &
æſtimatio rei cū tunc venditori cedat onus ſolutionis laude-
miū. Sed ī caſu quo ꝓ alienatione ꝑpetua ſoluit̄ tertiū auāt,
tūc pro pretio rei nō dant̄ niſi duæ partes valoris rei, reſidua
vero tertia pars valoris rei remanet pœnes emptorem, vt illā
ipſemet emptor pro laudemio poſſet dare domino directo,
cum tūc emptori cedat onus ſoluendi in quocunque n. caſu
quo tertium auant, pro laudemio debet ſolui, vt dictū eſt ſu-
pra in vltimo præludio eodem modo in titulis lucratiuis ſo-
let, & debet æſtimari totus iuſtus valor rei, & de toto dicto iu
ſto valore dēt ſolui pro laudemio medietas tertiæ partis cum
medio laudemio, & eodem modo in ſpeciali obligatione de
bent. ſolui duo denarii pro qualibet ſolido, de tota quantita
te, pro qua res impignoratur, & ſic ratio eſt diuerſa, quia ī ter
tio auant non dantur niſi duæ partes valoris rei pro pretio, ī
aliis autem caſibus puta in tertio directo ſeptimo quinto, &
decimo datur pro pretio rei iuſtus valor, & vbi diuerſa eſt rō
ibi debet eſſe diuerſitas iuris l. inter ſtipulantem. §. ſacram, ff.
11 de verb. obli. & in l ſi. ff. de ritu nuptia. Et ſic facio regulam, ꝙ
tertium auant nō debet ſolui niſi in alienationib. perpetuis,
onerosis, preterquam in permutatione cuius contractus non
ſequitur regulam aliorum cōtractuū onerosorū, quia ſi fiat
permutatio de vna re emphiteuticiaria cum alia re, ſiue em-
phiteuticaria, ſiue non, tunc debet ſolui tertium per empto-
rem, aut acquiſitorem prout eſt regula generalis extra ciuita
tem Barcinonæ, & eius hortos, & vineiū, vt eſt tex. expreſſus,
in conſt. regis Pet. tertii c. 3. Item ne ſuper laudemio in fine, &
idem poteſt colligi, ex antiqua conſuetudine Cathaloniæ q̄
erat, & hodie eſt quæ ſupra eſt inſerta ante primam cellulam
quæ conſuetudo incipit tria ſunt iura, & ibi ſi autem ſit facta
conuentio, quod tertium per emptorem ſoluendum dicitur
quartum auant, quia factis tribus partibus de toto eo, quod
datur vēditori emptor, vltra id quod dat venditori dat, & da
re tenetur domino directo tantum quantitatem quę ſit ęqua
lis vni ex dictis tribus partibus quæ factæ fuerunt de eo quod
nomine pretii datum eſt venditori, & ſic eſt quarta pars quā
ſoluit emptor, vel acquirēs quam ego nomino quartū auāt,
ideſt quarta pars valoris iuſti rei quæ permutatur, & non eſt
conſideranda æſtimatio rei quæ cōpermutatur, cū ipſa re de
12 qua ſoluitur laudemium & eſt aliter æſtimanda, vt ſequitur
videlicet ſi res permutata eſt iuſti valoris ſeu veræ æſtimatio-
nis quadraginta librarum non debent æſtimari ad effectū ſol-
uendi laudemium niſi 30. lib. quia reliquę decem dantur do-
mino directo per acquiſitorem pro laudemio ſibi debito rō-
ne alienationis per modum permutationis factæ: Et ſic cum
iſta ſolutio laudemii fiat per acquiſitorem dicitur quartum
auant, ſi vero fieret per venditorē tunc ex valore rei, qui eſt
quadraginta librarum acquirens daret alienatori triginta li-
bras tantum pro parte valoris rei, & domino directo decem
libras pro laudemio, quod eſt quartum auāt. vide ea quæ no-
tata ſunt ſupra, vbi lati⁹ iſta declarātur. Sed vt clarius hæc mā
13 apperiatur. Pone quod aliqua res feudalis quę eſt valoris
xxxx. ll. vendatur certe hoc caſu emptor ſciens, quod ſibi ce-
dit onus ſoluendi laudemium, non dabit pro illa re, niſi trigī
ta libras, & de iuſto valore retinebit penes ſe decē libras quas
dabit domino directo pro laudemio, & hoc mō emptor da-
bit iuſtum valorem, & non decipietur. Et quod ex dicto ꝯtu
permutationis debeatur laudemium, ſicut ex contractu one
roſo, & iuxta dictam conſtitutionem regis Pet. 3. c. 3. Item ne
ſuper laudemio, ꝙ eſt ius nouiſſimum Cathaloniæ, & nō iux-
ta ſup. allegatam antiquam conſuetudinē. Vide Iac. Marquil.
in vſa. ſi quis ſuū feudū in q. 9. & iura per eū allegata, vide ēt,
& q̄ dicta ſunt ſup. ꝑ me in expoſitione dictæ antiquę ꝯſuetu
14 dinis. Sed rurſus q̄ro quare ī tertio auāt nō dat̄ tot⁹ iuſtus va
lor rei ꝓ pretio ſed duę tm̄ partes valoris rei ī aliis vero ſic dic
ꝙ rō eſt ī promptu, qa qn̄ dat̄ tertiū auāt ꝓ laudemio emptor
tenet̄ ſoluere laudemiū, & propterea retinet penes ſe tertiam
partē valoris rei, vt illam pro laudemio ſoluere poſſit. In aliis
vero caſib. quia in tertio directo, ſeptimo, quinto, & decimo
dēt ſoluere venditor laudemium, & iſta eſt ratio quæ ſufficit,
quando lex deficit, ca. fruſtra. diſtinct. 8. & l. ſcire oportet, §. cō
15 ſequens. verſi ſufficit, ff. de excuſa. tuto. Sed quæro de qua obli-
gatione, ſeu impignoratione loquatur dicta conſtitutio, & ꝯ-
ſuetudo R. Pet. 3. capitu. 3. Item ne ſuper laudemio, quæ iu-
ra volunt, quod pro ipſis ſpecialibus obligationibus ſoluatur
viceſima pars in feudis, & medietas tertii directi in rebus em
phyteuticariis, an de impignoratione ſeu ſpeciali obligatio-
ne, quæ conſiſtunt in hypotheca abſque traditione rei, an ve
ro de illis quę conſiſtunt in impignorōne cū traditione rei et
16 dic quod de illa quæ conſiſtit in impignoratione cum actua-
li & reali traditione rei feudalis, vel emphyteu. ita tenet Bal.
capitul. quibus modis feuda amittantur, & ibi Præpoſitus &
idem Præpoſitus in cap. de noua forma fidelitatis dicit, quod
per inueſtituram verbalem, etiam cum anulo facta, quis nō
adipiſcit̄ poſſeſſionem, quia eſt vt dicitur inueſtitura abuſiua:
Idē Præpoſit. in §. præterea de cap. Cor. dicit pignorationem
eſſe prohibitā ſecus autem dicit, ſi fiat, ſi duplex pignoratio;
vel hipotechatio abſque traditione poſſeſſionis, quia vaſal-
lus ex hoc non incurret periculum, nec intelligeretur alienaſ
ſe, & Andre. de Iſern. in l. imperialem de prohibit. feud. aliena.
per Federi. in verbo callidis, & hoc idem tenet Yſernia, & Spe
cula. in ti. de loca. ver. 95. & idem Bal. in dicta l. imperialem in
§. aut ſi libellario. de proh. feu. aliē. per Fede. per l. alienatum ī
princ. ff. de verb. ſignifi. iūcta l. ſi. C de iure emphiteu. vbi etiā
hoc tenent Saly. & Albe. facit gl. in l. 1. §. ſi rem depoſitam ij, ff.
depoſiti. Antoni. de Butrio. in c. potuit. extra. de loca. Bal. in c.
1. denique quę fuit prima cauſa benefi. amit. idem Bal. in l.

3.C.vt in poſſeſſio.leg.Alua.in c.quid iuris ſit, ſi poſt alien.va ſallus recuperat feu.& in terminis Iaco.de ſanc. Geor.in trac. feu.in verb.cum pacto.2.nu.4.& idem in verbo ita etiam,nu. 18.vide quę infra latius notantur in ſi. 12.cellu.in vltimis dua bus quæſtionibus,vbi hęc latius diſputantur.probat etiā text. in vſati.ſi quis ſuū feudū,ꝙ feudū p ſolā alienationem, ſine traditione nōperditur, quia dicitur ſeruitiū poſſe peti,tam a donatore,quā ab acceptatore,quæ verba præſupponunt realem acceptationem poſſeſſionis,& tex.in conſtit.R.Pet.3.c.3. Item ne ſuper laudemio ibi in verbo realis impignorationis hoc ēt probat tex.ſm Iacobum de mōte iudayco ſpecialiter loquens in impignoratione in conſt. pacis, & treugę.R.Pet. 1.§.nullus Chriſtianus,& tex.in pragmatica, quoniam digne regnat.eiuſdem domini R.Pet.1.& quod ita ſit intelligēdum, tenent Doctores practici ī dicto vſa. ſi quis ſuum feudum puta Iaco.de monte.iuday.Iacob.de Valleſic. Iacobus Calicius, ſuper verbo impignorauerit exponentes realiter tradendo Marquil.in quæſtio.60.Thom.Mieres in conſtitu.R.Pet.3.c.3. Item ne ſuper laudemio in verſ.ſecus eſt ergo,vbi dicit,quod ad hoc,vt empara realis fieri poſſit requiritur,quod poſſeſſio
19 fuerit tradita,& tranſlata,alias antea non poſſit fieri empara realis prō laudemio impignorationis ſiue oblōnis, & idem Thom.Mieres in conſt.Ferdinādi vbi dicit, ꝙ intellr de poſſeſſione facti corporei,& ratio pōteſſe,ꝙ requiritur realis traditio,quia in feudo,& emphyteuſi,non cōſtituitur pignus ſine traditione,ſeu inductione in poſſeſſionē, ita quod poſſit agi hypotecaria.Ita tenet Mieres in eadem conſt. allegans Bal.q dicit, quod nulla realitas poteſt acquiri in feudo ſine corporali inueſtitura.dicunt etiam Bal.& Prępoſitus in cap.i. quib. mo.feu.amit.quod in his non attenditur iuris affectus,ſed animi voluntas cum effectu ratio eſt, quia verba debent intelligi cum effectu.vt in d.l.j.§.ſi.ff.quod quiſque iuris,& iu c. relatum,extra de clericis non reſidentibus,& in c. in his quę ambiguitatem.§.attendentes.de verbo. ſignifica. & multis ſimilibus,& ſignanter longa legiſtarum q.in l.fideiuſſor, §.meminiſſe,ff.de leg.i.de implemento laudi, quod intelligatur cum effectu,& ponit Alex.in l.ſi quis hæredē.C.de inſtu.& ſubſt.& Ang.in conſi.24.Gonſtantius Arcolani.Et dicta antiqua conſuetudo,ſecundum Ioan.de Succarra.dicit quod debet intelligi de obligatione cum reali traditione , ibi abſque traditione nihil habet dominus.Et iſta ſpecialis obligatio cum traditione rei,& conſenſu domini eſt tanti effectus,& efficacię,vt faciat creditorē poſteriorē præferri,& anteponi creditori priori habenti,etiam expreſſam,& ſpecialem, ſine cōſenſu domini.ita tenet Iacobus Marquil.in vſa. ſi quis ſuum feudum , & faciunt ea quæ ſunt in fine primæ principalis quæſtionis, vbi agitur de qua poſſeſſione debeatur laudemium duplicatum idē tenet dictus Iacobus Marquilles in ſua margarita Iacobina c.item in ſponſaliciis,& Gul.de Valleſi.in dicto vſa.ſi quis ſuum feud.& ita vtimur tota die in præſenti ciuitate Barcin. & in eius hortis,& vineto,quare minime ſunt euitanda,quę interpretationem certam ſemper habuerunt.l.minime. ff.de legibus.Et ratio tāti effectus , tātæque efficaciæ eſt,quia cum res emphyteuticaria quæ ſpecialiter cum traditione obligatur ſit duorum dominorum, videlicet quo ad vtile dominiū, & naturalē poſſeſſionem emphyteutę , & quo ad dominum, directum ciuilem poſſeſſionē ſit domini allodialis & ipſe dñs allodialis ſit maior quam dominus vtilis,cum dominium directum,quod eſt ipſa proprietas,& ciuilis poſſeſſio,& directę actiones in conceſſione in emphyteuſim remaneant pœnes dominum directum,& pœnes emphyteutam,ſeu feudatariū non tranſeant,niſi dominium vtile,& naturalis poſſeſſio, &
20 vtilis rei vendicati.vt in l.j.ff.ſi ager vectig. vel emphyteuticarius petat.§.qui in perpetuum per quem.§.dicunt ſcribentes, quod appellatione domini ſimpliciter intelligitur de directo
21 allodiali domino.Et ita tenet Io.de Succarra. in c. ſi vero.nu. 19.& res tranſeuntes ad accipientem comparatæ ad res quæ remanent pœnes concedentem in emphiteuſim nihil quod ammodo ſunt.Immo dicit gl.in dicta l.quod emphyteuta nō eſt dominus quamuis habeat iura ſupradicta , & cum dominus directus ſit dignior,& nobilior domino vtili, ſeu emphyteuta,vt tenet Iaſ.in l.2.C.de iure emphi.in 3.not.num.3.conſequens eſt,vt illa obligatio,in qua domini directi conſenſus & firma interuenit ſit firmior,& melior ac prę ferēda illi obligationi in qua nō interuenit,niſi conſenſus domini vtilis ſeu emphyteutę.tamen quoniam vtile dominium comparatum
22 ad directum eſt valde debile immo eſt fere nihil,vt tenēt cōmuniter Doctores, quia non eſt niſi quædam commoditas, vſus,ut in l.i. §.quod autem,ff.de ſuperficie.aut ſolum eſt vſuſfructus,vt in l.1.§.quod ait,eo.ti.& Bal.& Paul. Caſtren. in l. ex hoc iure.ff.de iuſtitia,& iure.Tum etiam, quia quando domini vtilis & directus conſentiant in obligatione ſunt duo ꝯſenſus, & ſic duo vincula quæ magis aſtringunt , q̄ vnum,vt ī ſiit.de nuptiis.§. affinitas quoque,& Auth.nāque, & ibi Bart.

C.communia de ſucceſſionib.& in l.re coniuncti,ff.de leg.3.vide notata per Iacobum Marquil.in vſa.ſi quis ſuum feudum fol.107.in ver.ſed pone,quod ruſticus, vide etiam quo ad dominum not.per Iaſ.in l.traditionibus.C.de pac.& quid ſit dominium directum & quid vtile,vbi plures citat Doc. vide ēt Bar.in l.ſi quis vi.§.differentia,vbi dicit,quod dominium eſt ius de re corporali perfecte diſponendi,præmiſſis enim rationibus præfertur obligatio nouiſſima priori , vt ſupra dictum eſt.Sed Guil.de Valleſic.in vſa.ſi quis ſuum feud.fol.88. col.3. aliam affert rationem quam ſatis bonam puto, videlicet,qa dicit quod prima obligatio,ſeu impignoratio,quam facit emphyteuta abſque cōſenſu domini eſt prohibita, de iure huius patriæ,vt in c.hęc eſt pax.§ nullus Chriſtianus.ī conſt.hęc eſt pax.in ti.de pa.& treuga.& in conſt.ſiue pragmatica qm̄ digne regnat,& in conſti.R.Ferd.1.c.als ſcandols ex quo ſit, ꝙ eſt contra legem,& illa quæ fit cum conſenſu domini directi fit ſecundum legem , & ideo potior cenſeri debet obligatio ſecunda, in qua eſt domini conſenſus dicens ibi dictus Guil. de Valleſic.quod ita fuit iudicatum per antiquos Docto.Barcinonę dicit etiam idem de Valleſic.ꝙ hoc fallit in dote pro qua res feudalis, vel emphyteuticaria ſine domini conſenſu poteſt obligari,vt in conſt.curiæ Ceruarię domini.R. Pet.3.c. 3.Item ne ſuper laudemio,& in c.12.priuilegij recognouerūt proceres,qa iſtis vltimis duob.mo.obligatio rei feudalis, vel emphyteuticariæ non fit ꝯ legem,ſed fit legis aucto. & ſic ſecundum l. Et præmiſſa non ſolum dicit eſſe vera in ſpeciali obligatione,ſeu impignoratione,ſed etiam in qualibet perpe
23 tua alienatione.Si latius iſtam materiam uidere cupis,recurre ad Prępoſitum ſuper vſibus feudorum , in rub. Si de feudo fue.contr.inter dominum,& ag.c.ſi facta 3.notabili,vbi huius materię poſitis plurib.caſibus eſt deciſio iſtius quæſtionis,vbi multa notatu digna exarantur,quę hic breuitatis cauſa omitto.Hęc eadem materia tractatur in d.cap.ſi facta per And.de Yſern.& Bal.ibidem.Fallit etiam quod emphyteuta impignorat ipſam rem emphyteuticam ipſimet domino allodiali,& directo,quia tunc non eſt aliqua alienatio,nec dicitur alienari,ſed potius eſt dominij vtilis,cum directo vnitio,& conſolidatio , & aggregatio temporalis , videlicet quamdiu ius pignoris non reſoluetur.Et propterea tenendum,eſt laudemiū non deberi.Sed quamuis in dicto caſu dominus grauetur in non recipiendo laudemium, tamen in alio releuatur , quia quamdiu vtile dominium eſt vnitum cum directo,dominus non tenetur computare fructus in ſortem,tex. eſt notab.in c. prim. extra de feu .& ratio eſt, quia quando emphyteuta im-
24 pignorat,ſeu ſpecialiter rem emphyteuticam cum traditione obligat dño,tūc dñs directus pœnes ſe habet,nedū dñium directum,quod pœnes ſe retinuit tempore,quo rem in emphyteuſim conceſſit,ſed etiam habet vtile dominium,quod ad ſe voluntate domini vtilis venit, & ſic dominus directus recipit fructus,ex ſua propria re non autem ex re aliena,cum vtrunque dominium ſit pęnes eum.Non ergo mirum eſt ſi non tenetur computare fructus in ſortem. Et ita tenet Iac. de S. Ge. in ſuo trac. de feud.in verbo qui qdem inueſtiti.nu.16.& nedū hoc verum eſt quando ipſa dominia directum,& vtile veniunt ad dñm directum volūtate,& conſenſu dñi vtilis,ſed ēt quando ꝯ eius voluntatem , puta quando dñs directus ponit emparam realem in re fudali,quando feudatarius recuſat firmare directum ſuo domino,vel quando, recuſat facere debitum ſeruitium vel dare poteſtatem domino directo,qa ſi ex aliqua ex dictis cauſis dominus apponit emparam realem in feudo tunc dicta reali empara durante , feudatarius non hēt nec dēt habere poſſeſſionem,quę deuoluitur ad dominum q recipit fructus feudi,& in reſtitutione feudi dominus non tenetur reſtituere fructus quos recipit emparā durāte text. eſt. ī cōm. Pet. Alb.in c.Si caſtella.ſiue vaſal.& ī c.cōſuetudo,in fi. & ibi Io.de Socc.& practici Doc.in uſa. ſi quis ſuū feudum,& in uſa.Magnates & ibi ſcribentes, & ī pluribus alijs locis ſecus eſſet,vt dixit dictus Iacobi.de S.Georgio in loco ſupra allegato ſi directum dominium venerit ad dominum vtilem, & allegat l.1.& 2.C.de pignorat.actione.Producit etiā firma, & conſenſus domini alium effectum,videlicet, quia per conſenſum,& firmam, & ſubſcriptionem dominus directus ipſe cenſetur liberare emphiteutam vendentem a quolibet laudemio,ſeu fotiſcapio ex præterito debitis & apenſionibus vſque ad terminum vltimę ſolutionis incluſiue debitis, & effluxis,per ea quæ notat Bar.in l.ſicut.§.non uidetur c.nota,ff. quibus mod.pig. vel hypo.ſolu.& in l.quę dotis in vltima, & penul.qō.ff.ſol.mat.Ita etiam tenet Tiraq. in trac.de retractu generis.§. 1.gl.9.num.136 pag. 173. vbi allegat plura iura.Idē tenet Mat.de Afflic.deciſ.Neap.112.nu.8.& Io.de Soc.in cōmemora.Pet.Alberti.c.conſuetudo pag.572.nume.6.hoc idē tenet Petrus Iacobi.in libello de actio.in rem pro re emphyteu.quæ cecidit in commiſſum.cuius verba hęc ſunt,& ſic videmus tota die ꝙ poſt quam ſuſceptus eſt ſecundus per dñm.

nun-

nunquam magis petitur a primo. in quæſtione dominus dedit prædium. & alibi in eodem libello dicit idem Petrus, Iacobi. & hoc fit quadam tacita approbatione, & laudatione. nam ſubſcribendo ſe dominus alienationi rei quæ ab eo tenetur videtur alienationi conſentire, & iura ſibi ex preterito tempore debita perdere & remittere, & alienationem confirmare quoniam ſubſcriptio, quã facit dominus in fine inſtrumenti alienationis nihil aliud eſt niſi noua inueſtitura, ſiue renouatio quaſi ipſum de nouo recipiendo & inueſtituram renouando, vt tenet Ioan. Belianus in conſuetu. Aluerniæ in titu. de feud. arti. 7 idem tenet dictus Ioan. de Socarrat. in dictis commemo. per alberti, c. cauium pagi 577. nu. 28. dicens ibi quod eo ipſo quod dominus ſe ſubſcribit alienationi illi conſentit, & nouum emphyteutam admittit, & approbat, & venditorem liberat per iura, ibi per eum allegata, idem ſentit Thoma. Mieres in conſtitutione R. Ferdinan. 1. c. als ſcandols, qui dicit quod dominus ſubſcribendo ſe præſumitur contentari de laudemio per appoſitionem ſuæ firmæ, & ita etiam tenet glo. in vſa. ſi quis ſuum feu. ſuni ſol. 85. col. 3. in principio & Calitius in eodem vſa ſol. 91. co. 4 in fin. in verbo ſolutio. Et liber viatorium iuris inſcriptus ſol. 61. & hoc idem probatur per ea quæ a me dicta ſunt ſupra quando dixi, quod dominus ſubſcribendo ſe, videtur contrahere cum nouo emphyteuta & ab eo acquirere actiones perſonales, vide ſupra primo præludio. Et cum laudemium & penſiones debitæ ſint, æquæ iura dominicalia & eiuſdem qualitatis & pro vna eadem re & eodem iure debeantur, a paritate rationis etiam præiudicat ſibi dominus in penſionibus ab antea ſibi debitis & ſolui ceſſatis Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. verſi. 22. & Iacob. de Sancto Georgio in tractatu de feudis, in verbo qui quidem inueſtiti. 2. nu. 38. & Abbas Panor. in eo. c. dicunt, quod dominus nedum ſubſcribendo ſe. ſed etiam recipiendo poſteriores penſiones videtur renuntiare commiſſo, & tenet glo. in c. potuit, extra de locato, idem tenet Boerius in conſtit. Biturigum. in titu. de conſuetudine retractus verſi. & prædicta intellige, etiam ſi recipiat per procuratorem quod commiſſum eſt maius ergo & laudemio, & penſionibus quod eſt minus & de illo commiſſo & quando habeat locum de iure ciuili & canonico & an poſſit peti ſimul cum penſionibus præteriti temporis recurre ad Iaſ. in le. 2. nu. 147 C. de iure emphyteu. quæ duo ſcilicet laudemium & penſiones ſpacio xxx anno. præſcribuntur vt ſupra eſt dictum in 5. celula in fin. Et quod dominus directus præiudicet ſibi per ſubſcriptionem quam ponit in fine inſtrumenti venditionis, vel etiam extra in laudemio, & fatica ex præterito debitis idem dico ſi ſe ſubſcribat in fine inſtrumenti ſpecialis obligatio. quia alias deciperetur creditor cum magno damno & ius reduceretur ad iniquum compendium & alia ratione, quia quemadmodum res feudales & emphytheuticariæ ſunt prohibitæ impignorari, vt ſupra ea. cellu. alienari, ſine conſenſu domini eodẽmodo ſunt prohibitæ. & in caſu obligatio loquitur gl ſupra alleg. in vſa: ſi quis ſuum feu. ſed quæro aliqua res emphyteu. fuit ſpecialiter obligata cum firma & conſenſu domini directi in cenſuali mortuo, & dictum cenſuale mortuum iam alias ſicut dictum eſt creatum in quo res eſt ſpecialis obligatum venditur an ex dicta venditione cenſualis mortui debeatur laudemiũ domino directo rei ſpecialiter obligatæ & dicit Franciſcus Martius in q. 477. quod debet ſolui laudemium & ratio eſt quia illud cenſuale afficit rem. in eo ſpecialem obligatam. Ita quod ſi fundus ſiue res ſpecialiter obligata cum firma domini reuertatur ad dominum, ipſe dominus directus eſſet obligatus ad ſoluendum penſionem, & pretium cenſualis mortui, & ita etiam tenet Paul. Caſt. & Alex. de Imo. poſt Guillel. de Cuneo, in l. adoptiuum. § patronum, ff. de in ius vocan. & Iaſ. in l. 2. C. de iure emphy. ſuper verbo terminum. 23, q. per doctrinam Petri Iacobi In titu. de actio. in rem pro re emphyteu. quæ ceci. in commiſſum in fin. ſed tu tene contrarium, quia eſt contra iuris diſpoſitionem, quod cenſuale mortuum quod eſt acceſſorium & aduẽtitium & ad rem attrahat ad ſo ipſam rem quæ eſt principale & baſis cenſualis, & dicti Franciſcus Martius, & Petrus Iacobi fundant ſe in conſuet. quam nos hic non habemus: imo in principatu cathaloniæ contrarium ſeruat frequens & longo tempore præſcriptus vſus. & eſt verum quod actio principalis ad cenſuale prædictum eſt perſonalis, & non ſequitur fundum l. fin. de contrahen. empt. l. & venditio. & l. 1. §. ſi hæres ff. ad Trebellianum, & in fidei commiſſum. §. tractatum de iudiciis & l. Caius. ff. de annuis legat. Sed quæro aliquis vendidit rẽ ſuam alicui, & ſtatim poſt dictam vẽditionem pretium fuit ſolutum res tradita ac iura dominicalia ſoluta, & inſtrumentum dominii ratione firmamatum. poſtea dicta res cito fuit euicta a creditoribus hypothecariis dicti venditoris, qui creditores fecerunt & procurarunt dictam rem ſubhaſtari & plus offerenti tradi modo dubitatur, an primus emptor a quo res fuit euicta repetere poſſit a domino directo laudemium, quod ſibi dedit & ſoluit pro ſua emptione & videtur dicendum quod ſic, quia ſua acquiſitio fuit reuocata prout ſupra eſt dictum et res fuit adiudicata ſecundo emptori plus offerenti, & ſic dicta prima emptio fuit reſoluta & de nouo aliſfacta. & ſufficit domino quod ex noua alienatione habeat laudemium quæ facta fuit per prouiſionem ſeu decretum iudicis ordinarii non autem dominus debet habere duo laudemia, nec locupletari iactura primi emptoris qui deceptus fuit a vendito. Contrarium eſt verum quia primus emptor vere emit & acquiſiuit a vero domino, & ſua emptio habuit ſuũ debitum effectum. nec eſt verum quod dicta prima emptio fuerit reſoluta quia res fuit ſubhaſtata ſuper illo primo emptore & re penes eum, & in eius poſſe exiſtente tanquam vero domino & proprietario vtili & per eum facta fuit venditio, quia factum iudicis eſt, & cenſetur factum partis, & ita deciditur in l. 1. C. ſi in cauſa iudicati pignus captum ſit. & in l. ob cauſam. C. de euictio. & in l. profectitia dos. ff. de iure dotium, & ita tenet Bal. in repet. l. pater filium, col. 4. ff. de in officio. teſtam. & Alexã in conſil. 1. viſo proceſſu. li. 5 & ſic cum prima venditio non ſit reuocata, & ſecunda venditio facta fuerit per primum emptorem, ſeu per iudicem eius loco, ea propter, tam laudemium primæ vẽditionis, quam ſecundæ iuſte debentur domino directo. Nec obſtat quod ſecunda venditio ex neceſsitate debiti primi venditoris facta fuerit, propter hypothecas ab eo impoſitas, quia an venditio fiat voluntate, an ex neceſsitate hoc nihil ad dominum: maxime cum dicta neceſsitas non proueniat facto domini, ſed facto ipſiuſmet emphyteutæ, qui impoſuit hypothecas ſuper re feudali, vel emhpyteuticaria. & propterea dicit, quod duo debentur laudemia hoc caſu. Vlterius quæro, ſi dominus directus alicuius rei emphyteuticariæ cogit emphyteutam ad capibreuiandam, & ſibi recognoſcendum rem emphytheuticalẽ, an recipiens, & admittens confeſſionem eiuſdem præiudicet ſibi in laudemiis, & faticis ſibi ante confeſſionem debitis? & videtur dicendum, quod ſic ſaltim in faticis, quia dominus directus cogendo emphyteutam capibreuiari, videtur eum acceptare in emphyteutam. Sed non eſt ita

50 in laudemiis, quamuis dominus directus debuit ante admiſſionem, & receptionem confeſsionis, facere ſibi ſolui dicta laudemia, & iura, ſi non fecit, imputetur ſibi. Contrarium eſt veritas, quod mediis ſequentibus probo, primo, quia ipſa confeſsio facta p emphyteutã cedit in fauorem domini cui emphyteuta confitetur, quod ipſe eſt eius emphyteuta ratione rei quam ab eo tenere confitetur. & quod debet ei ſoluere ſingulis annis ter ſolidos pro canone, ſeu cenſu rei emphytheuticalis & in eius recognitionem dominii, vtilis & promittit ſibi, quod ab inde ſoluet ſibi dictam penſionem, & etiam aperit rem, in quo loco eſt & quibus confrontationibus cõtineatur, & quo, ſeu quibus titulis res ipſa ad ipſum emphyteutam peruenit: quod domino difficile eſt probare finaliter tota dicta confeſsio principaliter continet fauorem domini directi, & non emphyteutæ. Et illa quæ principaliter in alicuius fauorẽ tendunt, & fiũt, non debent in eius odium retorqueri, nec interpretari, vt tenet Bal. in l. 1. C. de legibus, & fauor non debet conuerti in odium, vt in l. quod fauore. co. titu. ergo admiſsio, & receptio confeſsionis non eſt, nec eſſe poteſt præiudicialis, & grauatoria domino directo in cuius fauorem fit eo maxime, quia fauores ſunt ampliandi, & odia reſtringen. vt in l. quidam. ff. de liberis, & poſthumis. & in c. odia reſtringi de regul. iuris in 6. & cum confeſsio facta per emphytheutam ſuo dño directo, fiat principaliter in fauorem domini directi nõ eſt dicendum, quod quidquam operetur contra dominum imo in ipſa confeſsione maximus continetur fauor domini, quia per eam probantur, ea quæ ſupradicta ſunt aperte ita fauores iam dictos, & huius voti ſum: & huius intentionis fuerunt magni. Michael Quintana celebris aduocatus, quem ſemel ſuper hoc puncto conſului, & quidam alii. Et redeundo quo digreſſus ſũ recordor, quod hæc quæſtio, ſcilicet ad hoc, quod debeatur laudemium eſſet tradenda poſſeſſio realiter, & de facto aliquando fuit in collegio notariorum Barcinon. propoſita de cuius numero licet indigne ſum, in quo tunc erant multi ſenes notarii, valde periti, & quidam notarius publicus Barcinonæ fuit valere præhenſus, eo quia ferebatur, quod conſulebat, quod ex ſpeciali obligatione abſque tradi- tione reali rei laudemium eſſe ſoluendum, quoniam hoc non fuit viſum Ego dum intenderim capibreuiationi [illegible], & redditurum piæ elemoſinæ pauperum & anniuerſariorum communium, & nonullorum aliorum membrorum eccleſiæ Barcinonæ, & aliis etiam capibreuiationibus plures inueni proprietates, quæ erant ſpecialiter obligatæ in cenſualibus mortui, non tamen erat tradita poſſeſſio ratione ipſius ſpecialis obligationis, & propterea nullum exigebam laudemium [illegible] quo non erat tradita realis poſſeſſio, nec dominus directus poteſt cogere creditorem [illegible] debi

torem, vt procedant ad realem traditionem, ita in terminis tenet Petrus Iacobi. in libello ſupra allegato. in ver. Item colligitur hic. & dicit idem Pet. Iac. quod a firma alienationis vſq; ad præſentationem inſtrumentorum domino faciendam nullus eſt ſtatutus terminus ex quo infertur, quod præſentare inſtrumento, vel non eſt in mera voluntate, & nutu contrahẽtium, quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter vt in l. in re mandata, C. mandati. & in l. nemo exterus. C. de Iudęis ibi enim dicit tex. iuſtũ eſſe ſuam rem cuique cõmittere, & communiter Doctores ſignanter Angel. Aret. inſt. de rer. permut. §. per traditionem. Et quia ſupra dictum eſt de efficatia quam habet ſpecialis obligatio cum conſenſu domini, ideo cõgrue venit hic tractanda illa qõ, videlicet. Franc. obligauit rem em-

29 phyteuticariã ſpecialiter, & expreſſe Bernardo hodie, in qua obligatione non fuit adhibitus conſenſus domini directi, rei obligatę ſubſequẽter poſt aliquod tẽps illam eandem rẽ obligauit Guillermo ſpecialiter, cum conſenſu domini directi, & poſt hanc poſteriorem obligationem in priori obligatione facta Bernardo interuenit conſenſus domini directi, nũc dubitatur, & quęritur quis iſtorum creditorum potior eſt in re ſpecialiter obligata. Bernardus, an Gul.? Et vĩ dicẽdũ, quod Bernardus, nam ratihabitio facta per dominum conſenſum ſuum adhibendo retrotrahitur ad tempus, quo obligatio fuit facta Bernardo. l. ſi fundus. §. i. ff. de pigno. l. ſi. C. ad Mace. l. donatio, C. de iu. do. & ſic hẽt locum regula, quod qui prior eſt tpe potior eſt iure, vt C. qui potiores in pignore habeãtur, l. ſi fundum, & ſingulariter. l. 2. cum remiſſionib. & in l. licet, & l. diuerſis temporib. Contrariũ puto eſſe verũ, videlicet. Guil. ſit potior rõ, quia tpe impignorationis factæ Gul. res erat in bonis obligantis, vnde fuit obligata cum effectu. C. quę res pignori obligari poſſunt. l. qui filios. C. ad Mace. l. ſi permittente. & ius Gul. quæſitũ poſtea eo inuito auferri nõ pt, per adhibitionẽ cõſenſus dñi directi in alienatione Ber. l. ſi. ff. de pac. & l. potior. § ſi colonus. ff. qui potiores impignore habeãtur. nec ratihabitio retrotrahitur cũ nõ ſit res in eodẽ ſtatu facit l. bo. §. tũ rẽ ratam haberi ſm Gul. in Spe. ti. de ſolutio. & obliga. §. ante oĩa ver. & ſi, licet. n. ratihabitio poſſit retrotrahi hoc in pręiudiciũ ratificantis, non autem in pręiudicium alterius. vt nota. Bar. in l. j. §. ſed cum quis. ff. de vi & vi arma. & hãc opinionem tenet Thomas Mieres in conſtitutio. R. Pet. 3. c. 3. ſuẽ ne ſuper laudemio vbi hanc format quęſtionem, eam etiam tenet Iacob. Marquil. in vſa. ſi quis ſuũ feudũ 13. fol. 106. col. 1. Præterea pro hac vltima parte facit regula quam dicit Bal. in l. quotiens duob. C. de rei vend quam ibi refert, & ſequitur Iaſ. May. videlicet, quod quando duo requiruntur ad conſumationem alicuius actus, ille actus præfertur, & potior eſt, in quo illa duo prius reperiuntur, vt in d. l. quoties duobus. Nam in tranſlationem dominii duo requiruntur, ſcilicet titulus, & poſſeſſionis apprehenſio, & ſic ille potior erit in dominio

30 in quo illa duo prius concurrunt. Eodem modo cum in ſpeciali obligatio. rei emphyteutæ, duo debeant concurrere, ſcilicet ſpecialis, & expreſſa obligatio & conſenſus domini, ſine etenim conſenſu domini. res nõ poteſt ſpecialiter obligari obligatione, quę traditionem habuit tex. eſt in c. j. de prohibita feu. alienatio. pe Lotharium, & in alijs iuribus, ſupra in principio huius cellulæ allegatis. Cum ergo illa duo neceſſaria prius concurrant in Guillermo, ergo ipſe Guillermus eſt potior, & iſta placet. Ad hoc facit, quod ſi filij baſtardi eſſent ſubſtituti, & tempore cõditionis extent filij Bernardi ex legitima vxore, & naturales ex concubina ante matrimoniũ habita, vocabuntur tunc ſoli legitimi ad hæreditatem, vel fideicõmiſſum, ſeu ſubſtitutionẽ directã, vel obliquam naturalibus, in perpetuum excluſis ẽt ſi poſtea legitimarentur mortua vxore Bernardi, & vetere concubina per eum in vxorem ducta. & ratio eſt, qa quamuis per ſubſequẽs matrimonium efficiantur vere, & proprie legitimi, & ius legitimorũ habentes, vt l. diui Conſtantini. C. de naturalib. liberis, & in Authen. de inceſtis, & nefarijs nupti. §. dubitatum, colla. 2. & in c. tãta qui filij ſint leg. & in §. ſi vero. in fi. in Auth. quibus mod. naturales effici. legiti. colla 6. Tamen hoc fit ex nunc tempore contracti matrimonij, non autem facit eos vere, & proprie legitimos in præteritum, tempore natiuitatis text. eſt in dicto capit. tanta ob poſt contractum matrimonium, quia eſt impoſſibile facere, quin non fuerint illegitimi, & incapaces tempore natiuitatis, cum ad præteritum ſtatum commutandum nulla ſit potentia, vt ait philoſophus, ꝙ habetur in l.

31 libello. § ſactæ autem, ff. de capti. & poſtliminio reuer. Et iſta per ſubſequens matrimonium legitimati non poſſunt de iure iam alijs acquiſita auferre ca. quamuis de reſcriptis in 6. & text. in §. liceat in Auth. quib. mod. naturales effician. legitimi, ibi de cætero, & §. ſic igitur ad ſi. ibi, & hoc facto ex hoc, & hoc ſit. quia illa duo ſcilicet natiuitas, & legitimitas prius reperiuntur in legitime natis, quam in naturalibus, qui poſtea per ſubſequens matrimonium ſunt legitimati, & his ratio-nibus adhæreo. Sed quoniam ſupradictum eſt medium laudemium deberi ex ſpeciali obligatione, puta in caſu tertii medium tertium directum, & in caſu ſeptimi decimi medium decimum. quorum quantitates quilibet facile poteſt comprehendere, ex iis. quę ſupradicta ſunt tamen, vt nihil deſideretur dicendum eſt, quod in prædiis vrbanis exiſtentibus intra ciui-

32 tatem Barcinonę. & ſuburbia proxima, & immediate contigua, ſiue impignorantes ſint ciues & habitatores Barcinonę, ſiue extranei, ſemper eſt medium ſeptimum, & mediũ quintum, quãdo emphyteuta immediatus, ideſt qui eſt cors a cors cum ipſo domino directo facit ipſam ſpecialem obligationem rei de allodio eccleſię, quod quidem medium ſeptimũ eſt quindecim denarii, media pugeſia, & medium ſeptenniũ pugeſię, & in ruſticis prædiis duo ſolidi, pro qualibet libra totius pretii, ſi res eſt de allodio eccleſiæ, quia ſi res quæ traditur pignori eſt de allodio laycali, tunc medium laudemium eſt vnus ſolidus pro libra, ſiue iure quę pignori traditur, ſint plu-

33 res domini ſiue vnus ſolus. Sed ſi iure quæ eſt de allodio eccleſiæ ſint domini medii, vnus vel plures infra dominum allodialem eccleſiaſticum, tunc in ciuitate, & ſuburbijs proximis, & immediate contiguis, in prædiis vrbanis, medium laudemiũ erit quinque denarii, & obolus & medietas vnius tertii denarii, & medietas vnius ſeptenni pugeſię. In prædiis vero ruſticis octo denarii, & pro dominis mediis, vno vel plurib.

34 fuerint nouem denarii monetę Barcinonæ, pro qualibet libra totius quantitatis, pro qua ſpecialiter obligatur, ſiue ſit ciuis, ſiue forenſis. Et eodem modo ſoluitur per ciues, & habitatores Barcinonæ, in hortis & vineto quia quantum ad ciues, & habitatores Barcinonę, nihil immutatur, niſi quo ad pdia, vrbana, quę inter ciues, & habitatores Barcinonę in ciuitate, & ſuburbiis ſtant ſub ſeptimo in hortis vero, & vineto dicta pręedia vrbana ſtant ſub quinto, ſicut ſi eſſent prædia ruſtica. Sed quantum ad extraneos, & forenſes habentes, ibi in hortis, & vineto pdia, ſiue vrbana, ſiue ruſtica ſeruãt, quod ꝓ ipſis ratione ſpecialis obligationis ſoluuntur, & ſolum tenentur medium tertium, ſcilicet tres ſolidi, & quatuor denarii ꝓ qualibet libra totius quãtitatis, pro qua ſpecialiter obligatur

35 & ſic practicatur iuxta ſupra inſertam cõſuetudinem Cathaloniæ generalem, quæ etiam in hoc caſu ſeruatur in hortis, & vineto Barcinonæ, cum ipſi forenſes, & extranei in dicta arbitrali ſententia, non ſint excluſi, vt ſupra eſt probatum. ad cuius ſimilitudinem extrahimus, vt ſupra dictum eſt, mediũ laudemium in quinto, ſeptimo, & decimo. Hic poſſent adduci notata per Iacobum Marquil. in vſa. ſi quis ſuum feu. pagina. 107. colum. 2. circa fin. vbi dicit, quod ruſtici, qui ſunt obligati ad malorum vſuum pręſtationem, quando ducebãt vxores. & obligabant eis pro reſtitutione dotis, quod tũc dño directo dabantur duo ſolidi pro qualibet libra. pro laudemio ex illa oblõne, & illa oblõ erat neceſſaria, & dicta neceſſaria oblõ erat vnus de malis vſibus, vt in ſñia infra metionata. Sed hodie illa firma, ſiue malus vſus eſt correctus, & moderat᷑, & reductus ad ſex denarios per ſentẽtiam latã inter ruſticos ex vna, & eorum ſeniores, ſeu dominos ex altera partibus, per ſereniſſimi & charoli. R. Ferdinandum 4. quę lata fuit in monaſterio Beatæ Marię de Guadalupe die 21. Aprilis anno domini. 1386. in qua illi ſex mali vſus reducti ſunt ad tres ſolidos Barcinonæ, videlicet ad ſex denarios pro quolibet malo vſu, & ſic hodie pro dicta obligatione, dicti mali vſus nihil ſolui-tur vltra ſex denarios. Sed nũc licet dicti ruſtici, ſeu alij [illegible] que obligent bona ſua vxoribus ſuis pro ſecuritate [illegible] dotis nihil debetur tex. eſt in conſt. R. Pet. 3. c. 3. §. exceptat empero obligatio curię Ceruarię. Sed ſi ruſticus acquiſierit aliquod allodium, & adiunxerit manſo ſuo, & ibi ſteterit per 30. annos, & poſtea velit alienare, & a ſuo mãſo ſeparare, an hoc facere poſſit? de hac quæſtione. & alia q. ſcilicet an ruſticus poſſit vendere terram, quam tenet domino [illegible] quiſito, vide notata per dictum Iacobum Marquil. in vſa. ſacramenta ruſtici, quæ hic non tranſcribo prolixitatis gratia euitandæ hoc tamen non omittam, quod quamuis aliquis ſit homo proprius alicuius dñi non ppea dñs ſplius hẽt intẽtionem fundatam, ꝙ hõ proprius ſit obligatus ad pręſtandos malos vſus, niſi in inſtrumẽtis nouis, vel veterib. expreſſe dicatur, & exprimatur. facit ſententia arbitralis ſupra calendata, ibi in illis verbis e aquell. impoſam ſobre los dits pageſos, e malos quæ adits mals vſos eren e ſon obligats, & ibi paulo inferius, y lo que ſeria obligat a algu o alguns. Qualiter autem ſint introducti dicti mali vſus, vide in hiſtoria Tomic in conquiſta. Cathaloniæ fol. xviii. colum 3. & qualiter fuerunt conſeruati. & quia ſupra & infra diuerſis locis dictum eſt, quod tertium aliquando eſt ſimplex, & directum, aliqñ dr̃ tertium auant, aliquando eſt tertium, quod dicitur quartum auant, ne igitur in præcedentibus, & ſubſequentibus materiis dubia emergant, & materiæ nõ intelligantur, pono hic, quod tũc dicitur tertium ſimplex, & directum, quando ſoluitur per venditorem

ditorem tertia pars totius pretii, quod venditor habuit de re vendita per eum, & tunc laudemium eſt pars pretii, & eſt qñ forenſis, ſiue extraneus, qui non eſt ciuis, & habitator Barcinonæ vendit, aut alio quouis titulo oneroſo diſtrahit prediũ ſiue fundũ, quem hẽt, & poſſidet in hortis, & vineto Barcinonæ quoniam in dictis locis, vt ſupra dictum eſt onus ſolutionis laudemii, cedit vẽditori, aut alij cuicunque alienatori, qñ alienatio fit titulo oneroſo. Quando vero ſolutio laudemij cedit acquiſitori, prout fere in oĩ loco ext. ciuitatem Barcinonę, hortos, & vinetum eiuſdem, tunc illud tertium, qđ eſt tertia pars iuſta valoris rei venditæ, & per eum emptæ, eſt ſoluturus laudemium, nõ dantur pro pretio illius rei niſi duę partes valoris rei, & tertiam partem valoris rei, pœnes ſe retinet, quam poſtea illam dat domino directo pro laudemio, & iſtud tertiũ dr̃ auant, quamuis non ſit niſi tertia pars valoris rei. Et ſic ſiue ſoluatur tertiũ ſimplex, ſiue directum, quod idem eſt, ſiue tertium auant ſemper pro laudemio non ſoluitur, niſi tertia pars valoris rei, quæ habet nomina, videlicet q̃do ſoluitur per venditorem dicitur tertium ſimplex ſiue directum, qñ vero ſoluitur per emptorem dicitur tertium auant ſiue riguroſum, Et hæc duo tertia ſoluuntur in rebus emphiteuticis, & nõ in feudis. habemus etiam aliud tertium, quod nullo modo poteſt dici tertiũ ſimplex, nec tertium auãt, ſed eſt tertium, quod proprius, & cõuenientius dicitur quartum auant, & ſoluitur ĩ feudis, & in omnibus reb. emphyteuticis, quando diſtrahuntur, & alienãtur titulo permutationis, quoniam in permutatione iuxta tex. conſti. R. Petr. 3. c. 3. Item ne ſuper laudemio curiæ Ceruariæ, diſponitur, quod ſoluat tertium pro laudemio in titulis oneroſis, & quod dictum tertiũ ſoluatur per acquiſitorem, ita quod acquiſitor extra ciuitatẽ Barcinonæ hortos, & vinetum eiuſdem ſciens, quod vltra pretium ſibi cedit onus ſoluendi laudemium, ſi res, quã titulo ꝑmutationis vult acquirere, eſt valoris quadraginta librarum pro ea dabit rem quę ſit valoris triginta librarum, vltra q̃ dabit domino directo pro laudemio decem libras, & ſic acquiret eã pro iuſto valore. & iſtud tertium, quod eſt quartũ auãt colligitur ex dicta conſtitu. R. Pet. 3. c. 3. Item ne ſuper laudemio. Et ex prædictis collige, quod nõ eſt tertium ſimplex nec tertium auant. Sed eſt tertium, quod proprius eſt, & dici dẽt quartum auant. nam vt ſupra dictũ eſt, dedir in permutatione rem valoris 30. libra. & vltra hoc ſibi cedit onus ſoluendi laude. ꝙ eſt decem lib. vt veniant ad æqualitatem in permutatione. Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio præſenti libello Lucerna laudemiorum nũcupato, iam vt arbitrabar compilato, & locupletato, cum tunc annorũ octuaginta ſenio non parum grauabar, & frequenti & quaſi quotidiana capitis vertigine laborabam, otii tamẽ impatiẽs, meas ad hunc inieci manus libellum, ipſiusque octauæ cellulę initium videns, & eam legens, ad vſque eum progreſſus, ſum locum vbi tertiam partem ſupra inſertæ antiquę conſuetudinis declarare volui, & ipſum locum præſſius, & attentius videns, in declarãda dicta parte me profundius dormitaſſe cognoui, quam cum refundere vellem, metam graui ſenio affectum ꝯgnoui, quod facere non auſus ſum, eo maxime quia iã tunc oculi mei quadã nube ſiue nebula obũbrabantur, vt vix, nec legere, nec ſcribere poſſem. E duxi dictã tertiã partẽ dictæ antiquæ conſuetudinis ſupra inſertæ minimæ reformare, ſed imperfectionem in ea relinquere, multo magis impoſſibile viſũ ſuit. Et ob id nixus ſum eam, qualitercunque potuerim, reformare. Scribitur enim in dicta tertia parte prædictæ cõſuetudinis; quod pro impignoratione, ſeu ſpeciali obligatione facta cum rei traditione, dantur, & dari habẽt domino directo pro laudemio duo denarii pro quolibet ſolido qui ſummam capiunt trium ſolidorum, & quatuor denariorum, pro qualibet libra. Et licet ita verum ſit, quod hoc verbis formalibus dicat dicta tertia pars dictæ antiquæ conſuetudinis, vt, ibi duo denarii pro quolibet ſolido. Tamen poſt illa verba in dicta ꝯſuetudine poſita ſtatim dr̃ verũ eſt, ꝙ conſuetũ eſt, ꝙ de cẽtũ pro quib. res ſit impignorata, non hẽt dñs, niſi decem ſolidos quod idem eſt ac ſi diceret, quod dominus non debet habere niſi duos ſolidos ꝑ qualibet libra. Et ſic quis dicti duo verſiculi vnus iuxta alium poſiti, in dicta conſuetudine non diſcrepent in ſoluendo in dicto caſu, tamen diſcrepant in quantitate ſoluenda. Et de hoc loco nec Iacob. Marquilles, nec Ioannis de Soccarratis, nec Thomas Mieres, dictam conſuetudinem commemorantes nihil dixerunt, & me in codẽ loco ſomnus inaduertentiæ inebriauit. Et ſic clauſis oculis etiam ſine aliquo verbo præterijui, ex quo nulla reprehenſio ita ardua eſſe poteſt, quod ego maiori dignus nõ ſim, quoniã expreſſio primi articuli, & ommiſſio ſecundi ſi diligenter aduertantur, vniuerſam hanc octauam cellulam deſtruunt, & emphyteutis notabile grauamen afferunt. Et ideo ſi hanc difficultatem prædictorum duorum verſiculorum, ego non ita, vt fieri debet elucidauero, hoc mihi ſaltem non defuerit,

43 quod eam peritioribus me declarandam obtulerim. Et rem aggrediens dico, quod pro impignoratione ſeu pro ſpeciali obligatione non dantur, nec dari debent duo denarii ꝑ quolibet ſolido, ſed dantur, & dari debent tantum pro qualibet libra duo ſolidi, quia quando in iure proferuntur duæ aut plures diſpoſitiones contrarię, aut diſcrepantes, & nulla earum expreſſe approbatur, tunc earum vltimę relatę ſtandum eſt. Et ita tenent communiter Doctor. & ſignanter Iacobi. de Sãcto Georgio in ſuo tract. de Roydis nu. 50. Et Franciſ. Curtius in conſi. 1. col. 4. Et ſic ſtandum eſt vltimę opinioni ſeu diſpoſitioni dictę conſuetudinis quę dicit, quod verum eſt, quod pro centum ſolidis non dantur, niſi decem ſolidi. Et hic vltimus articulus venit ad correctionẽ prioris, qui dicit, ſeu diſponit, quod pro ſpeciali obligatione dantur duo denarii pro quolibet ſolido, & quod vltimæ ſit ſtandum tenet Bar. in l. Sed ſi lege §. temporales. de reg. iu. & Alexã. in l. de quibus. ff. de legib. Et non refert, quod prima conſuetudo diſponens de ſoluendo duos denarios pro quolibet ſolido ſit præſcripta, quia tolli poteſt per ſecundam conſuetudinem etiam præſcriptã vt ĩ gl. in l. nemo. §. temporales, ff. de reg. iur. Et ita etiam obſeruatur in Doctorum opinionibus, quia vltimę earum relatę eſt ſtandum, quod ſolum pro impignoratione ſeu ſpeciali obligatione debent dari duo ſolidi pro qualibet libra. Et hanc tenent Guiller. Domen. & Raym. de Area, vt refert dictus Iaco. Marquil. in dicto vſa. Si quis ſuũ ſeud. Et hæc pars iuuatur ꝑ illud verbum in dicta cõſuetudine, ibi vbi dicit, Itẽ habemus laudemium, quod verbum, de iure Chatalonię proprie eſt decima pars vnius libræ quę datur domino pro laudemio, vt ex tex. in curia Ceruarię domini regis Petri tertii. c. 3. Itẽ ne ſup laudemio. Et iſtam partem teneo, & eam veriorem puto. Et nõ poſſum non multũ mirari de prędictis practicis Doct. ſupra nominatis Iacobo, videlicet Marquil. Ioanne de Soccaratis, & Thoma Mieres, qui cum magnam habuerint diligentiam in commemoranda ſupra inſerta antiqua cõſuetudine, quare eam legentes, & ego cum illis non aduertimus ad finalia verba eiuſdem, ibi in tertia parte vbi dicit, item habemus laudemium. Et per hoc arbitror totam dictam octauam cellulam eſſe reformatam, & integram, non tamen vt ego deſidero.

S V M M A R I V M.

1 *Stabilio verbum quid ſignificet.*
2 *Forma & ſubſtantia emphyteuſis.*
3 *Ordo vbi non eſt ibi confuſio eſt.*
4 *Forenſes qui dicantur.*
5 *Prælatus an poſſit bona eccleſię ſtabilire.*
6 *Stabilimentum rei eccleſiæ quo modo debeat fieri.*
7 *Prædia vrbana a ruſticis quando non differunt in ſtabilimentis.*
8 *Tertia pars valoris rei debetur pro laudemio ſi forenſis ſtabilit.*
9 *Forenſes ſtabilientes ſoluunt tertiam partem pro laudemio.*
10 *Forenſes in ciuitate tractantur, vt ciues, & non extra eam.*
11 *Subemphyteuticatio de rebus extra ciuitatem qualiter fieri debeat.*
12 *Similium proceſſus licitus eſt.*
13 *Similitudo, & diſſimilitudo qualiter debeat fieri.*
14 *Tertia pars valoris rei quando pro laudemio debeat præſtari.*
15 *Contractus non ſunt iudicandi ſecundum verborum ſonum.*
16 *Subemphyteuticatio quę fit de rebus exiſtentibus intra ciuitatem.*
17 *Res tranſit cum ſua cauſa, & onere.*
18 *Iura loquentia de prædiis exiſtentibus in ciuitate volunt vnum, & loquentia de rebus exiſtentibus, in hortis, & vineto aliud.*
19 *Auaritia quid operatur.*
20 *Innocentem abſoluere melius eſt, quam nocentem condemnare.*
21 *Condemnare innocentem peius eſt, quam abſoluere nocentem*
22 *Dinus Doctor dicitur fuiſſe condemnatus.*
23 *Laudemia onera ſunt odioſa.*
24 *Laudemia quanta mala prouocant.*
25 *Laudemium quando ſoluendum de quantitate, qua lui poteſt iuxta pactum.*
26 *Intrata laudemium tantum ſoluitur.*
27 *Initium in contractibus inſpiciendum*
29 *Aliud eſt vendere, aliud promittere de vendendo.*
30 *Laudemium ante rei traditionem non deberi.*
31 *Facultas luendi aliud, & aliud eſt luitio.*
32 *Dictum Bartoli non obſtare.*
33 *Gabella quare debeatur.*
34 *Laudemium quare debeatur.*
35 *Finis ſemper inſpicitur quando habet dependentiam.*
36 *Obligationes acquiri ex contractu.*
37 *Dominia traditione acquiri.*
38 *Potentia non eſt actus.*
39 *Actus futurus quando expectandus.*
40 *Dubium qualiter declarandum.*
41 *Cauſa damni vitandi fauorabilior, quam de lucro captando.*

42 *Dominus poteſt cogere emphytheutam ad capibreuiandum.*
43 *Conſilium,quod de pręſenti eccleſiæ ſoluatur laudemium damnoſum.*
44 *Pignus factũ pro tanta quãtitate,quod non ſit ſpes luitionis venditio eſt.*
45 *Domini quando priuantur laudemiis.*
46 *Luitio partis cenſus quod producit laudemium.*
47 *Clauſulæ ſeptimi, & quinti in venditione rei de allodio eccleſię neceſſario ponendę ſeu excuſandę.*
48 *Cupiditatis mala.*
49 *Superbia cupiditati ſimilis.*

NONAE CELVLAE.

EX CONCESSIONE IN EMPHYteuſim ĩ allodiis eccleſiæ ciuis ſemper pręſtat quartum: ruſticus vero aliquando quartum,aliquando tertium,in allodiis laicalibus, tam ciuis, quam forenſis pręſtat decimum.

QVia laudemia tertia, ſeu foriſcapia nõ
ſolum debentur,ex prędictis tribus generibus cõ
tractuum,ſed etiam ex donatione, ſeu cõceſſio-
ne in emphyteuſim,quæ libellario nomine dici-
tur fieri, , vt in libro feudorum, titul. quibus modis feudum
amittatur, capit.vni.contingit enim plerunque, ſaltem in ci
uitate Barcinonæ,& in hortis,& vineto eiuſdem in quib. eſt
1 frequens vſus & practica, quod primus emphyteuta, aut ſe-
cũdus,aut tertius,ſub emphyteuticat,ſeu ſubſtabilit rem quã
pro alio,ſeu aliis tenet ex qua ſub emphyteuticatione debet̃,
laudemium tertium,ſeu foriſcapium,vt tenet Petrus Iacobi,ĩ
libello de actione in rem,pro re emphy.quæ ceci.in commiſ.
in q.incipien. Sed an dominus poterit, & nota quod verbum
ſtabilio,de iure Cataloniæ,idem eſt,quod ſub emphyteutica-
re,aut in emphyteuſim concedere, ita tenet Iacob. Marquill.
in vſa. ſi a vice comitibus. fol.x. colum.2. tenet etiam Iacob.
2 de Calitio in eodem vſa. fo.80.colum.2.& Ioan.de Soccarra-
tis.in c.ſi deceſſerit in commemo.Pet.Alber.in conſtitutio.R.
Pet.3.c.3.Item ne ſuper laudemio verſic.adiiciens curiæ Cer
uariæ & in clauſulis ſeptimi,& quinti,& in ſentẽtia arbitrali
ſupra mentionata,ideo pro declaratione eorum, quæ ſuper
hoc ſunt dicenda conuenienter debent poni hic ea quę Bart.
not.in l.C.de iure emphyte. dicit enim ibi Bar. quod pro for-
ma,& ſubſtantia contractus emphyteutici eſt,quod ab initio
detur certa quantitas quam quantitatem nos & Barto. intra-
tam appellamus in regno vero Neapol. dicitur intratura, vt
ait Matthæus de Afflictis, deciſio 72. & alibi putat Florentiæ
auantagium,& poſtea quod conſtituatur certa modica pen-
ſio quæ pręſtetur magis in ſignum ſubiectionis,& dominii di
recti quam in fructuum.percipiendorum compenſationem,
hanc eandem formam ponit Specu. in ti.de loca.in §.nũc ali
qua.ver.6.& canoniſtę habent gl.in c.potuit.extra de locato,
ꝙ an ſit verum,quod pro forma,& ſubſtantia contractus em
phyteu. requiratur a principio certa quantitas, nec ne, quia
parum facit ad noſtram materiam, ommitto videatis vos Ia-
ſo.in l.i.C.de iure emphy.in princip.vbi per eum hic articulus
latiſſime declaratur, tenetque contrarium, quamuis Iulius
Clarus in ſuo tractatu de iure emphyteutico in q.2.dicat con
trarium,videlicet quod a principio pro forma, & ſubſtantia
contractus emphyteutici requiratur certa quantitas, dicens
dictam ſuam opinionem eſſe communem, ſed hoc, quod a
principio ſit neceſſaria certæ pecuniæ quantitas, nõ ſeruatur
in principatu Cathaloniæ ſolum ex præmiſſis per Bar.notatis
capio,quod de illa quantitate, quæ a principio datur quam
intratam dicimus debet ſolui laudemium tertium, ſeu foriſ-
capium,quando ſub emphyteuticatur aliqua res,probat hoc
ſententia arbitralis lata inter clerum, & ciues Barcinonæ,
& priuilegium,ſiue pragmatica R.Pet.i.cap.dignam,& vt nõ
nulla alia iura huius patriæ, & conſuetudo longo tempore
præſcripta. Sed quia res in hoc caſu multum varie ſe habet,
ideo per ordinem procedã vt res ipſa etiam mediocriter eru-
3 ditis innoteſcat,vbi enim,non eſt ordo, ibi non deeſt cõfuſio
§.ordinatum.& ibi glo.in Auth.de hęredib.& Falcidi. Primo
enim dicam de allodiis eccleſię exiſtentibus intra ciuitatem,
& ſuburbia proxima & immediate contigua Bar.Secundo de
eiſdem allodiis eccleſiæ exiſtentibus extra ciuitatem hortos,
4 & vinetum Barcinonę.Tertio de eiſdem allodiis eccleſię exi-
ſtentibus in eiſdem,hortis,& vineto, quando ſub emphyteu-
ticatio fit p forenſem, & extraneum.Et in hac materia ille di
citur forenſis & extraneus qui non eſt ciuis,vel habitator Bar
cinonę,videlicet qui nõ moratur in ipſa ciuitate,vt probatur
per ſententiam arbitralem inter clerum Barcinonæ ex vna,
& ciues,& habitatores ipſius ciuitatis ex altera,in verſi.in prę
ſenti autem ſententia,& vide ſupra in 6. cellula.Quarto quã-
do fit ſub emphyteuticatio de allodiis laycalibus, tam in ciui
tate Barcinonæ,quam in eius ſuburbiis, quam etiam in hor-
tis,& vineto.Quinto,quando fit ſub emphiteuticatio de prę-
diis exiſtentibus extra hortos,& vinetum iuxta conſtitutionẽ
domini Regis Caroli factam in prima curia Barcinonæ, c.cõ
moltes vegades, iſti enim caſus ſunt differentes, & quilibet
5 eorum ab aliis differt,ſeu diſcrepat. Tamen prius quam eos
declarandos aſſumo, verto in dubium,an prælatus poſſit con
6 cedere res, & bona eccleſię in emphyteu. Et dic ſi quidem
bona ipſa ſunt ipſius eccleſię pleno iure, & vnquã nõ fuerũt
in emphyteuſim conceſſa, non põt prælatus ea in emphy-
teuſim concedere, niſi ſubſiſtente legitima cauſa, & debitis
ſolemnitatibs interuenientibus,prout hoc in iure eſt abunde
deductum.Si vero res,& bona eccleſię ſolita ſunt ſub emphy
teuticari,ſeu in emphyteuſim cõcedi,tũc bene poſſet p̃latus,
ſi ad eccleſiam aliquo caſu reuerſa ſunt illa concedere in em
phyteuſim,abſque ſolemnitatibus aliàs neceſſariis ita colligi
tur ex tex.in c.2.de feudis,quem ita Doctores interpretantur,
& hæc eſt communis opinio, prout dicit Soci. conſi. 169.lib.
2.num 11. Tamen dicit Iulius Clarus in ſuo tractatu de iure
emphiteu.q.6.quod huiuſmodi conceſſio in emphiteuſim de
bet fieri eo modo, quo alias facta fuit,alias nõ valet immo,vt
ipſe dicit corruit.Et ſic explicito dubio ſupra enarrato capien
do primũ caſum, dico ꝙ ſi fiat ipſa ſub emphiteuticatio de al
lodiis eccleſię exiſtẽtib.ĩ ciuit.Barcinonę,ſuburbiis proximis,
& immediate contiguis per primũ emphyteutã, q eſt imme-
diatus, ſiue cors a cors, cũ dño directo qui proprie immedia-
tus,dr̃ emphyteuta,ſiue ſit ciuis,ſiue forẽſis,tũc de quantitate
quæ datur pro intrata debet dari dño directo quarta pars tan
tum,quæ eſt quinque ſolidi pro qualibet libra, ſiue ſit prædiũ
vrbanum, ſiue ruſticum,quia in huiuſmodi contractu nõ fit
differentia inter prędia vrbana,& ruſtica,quo ad intratam.Si
vero dicta ſub emphyteuticatio fiat per ſecundum, aut tertiũ
emphiteutam forenſem,vel extraneum,tũc domino directo
debet dari de tota quantitate, quę datur pro intrata quarta
pars,quartæ partis,quę eſt quindecim denarii pro qualibet li-
7 bra,& domino,ſeu dominis mediis,vno vel plures fuerint, q
ſunt ſupra emphyteutam ſtabilientem dantur,& dari debent
decem octo denarii p qualibet libra de tota intrata,qui qua
liter debeant diuidi,vide infra in 2.princip.q. Et quod in caſi-
bus ſupradictis ſic debeat fieri ſolutio,probatur per ſententiã
arbitralem latam inter clerũ,& ciues Barcinonæ,& per clau-
ſulas ab ea ſumptas,& per vſantiam ſcriptam Barcinonæ, in
cipientem eodem modo de ſtabilimentis,& alias vſantias ſu
pra allegatas.& ita eſt verum,& ita quotidie practicatur. Ca-
pio ſecundum caſum quando fit ſub emphyteuticatio de al-
lodiis eccleſię exiſtentibus in hortis,& vineto Barcinonę, &
dico quod,ſi dicta ſub emphiteu.fiat per ciues,& habitatores
Barcinonæ,in omnibus,& per omnia eſt,vt ſupra in præcedẽ
ti caſu dictum eſt,& declaratum.Sed ſi ipſa ſub emphiteutica
tio fiat per forenſes,& extraneos,& eſt tertius caſus,tunc ali-
ter ſe res habet,quia ſiue fiat per primum, ſiue per ſecũdum,
ſiue tertium emphiteutam, ex quo ipſe ſub emphiteuticans
eſt forenſis,& extraneus debetur dominis ſupra ipſum exiſtẽ
tibus tertia pars totius intratę,quę tertia pars eſt ſex ſolidi, &
8 octo denarii,pro qualibet libra totius illius quantitatis, quę
pro intrata datur,& ratio eſt,quia iſti ſunt forenſes, & nõ ci-
ues, habitatores Barcinonę, quos non comprehendit dicta
arbitralis ſentẽtia,vt dicitur ſupra in cellula.6.& per hæc ſum
expeditus de primo.ſecundo,& tertio caſibus. Et antequam
ad proximum frequentem caſum accedam,quæro quæ eſt ra
tio quare forenſes,& extranei intra ciuitatem Barcinonæ,&
eius ſuburbia proxima,& immediate contigua tractantur tã-
quam ciues,& habitatores Barcinonę, & in hortis & vineto
tractantur,vt forenſes & extranei?Et reſponde,quod iam fuit
dictum ſupra in 6.cellula ibi videas,& repete illa hęc. Quarto
caſu quãdo fit ſub emphiteuticatio de allodiis laycalib.dicas,
quod ſiue dicta allodia ſint intra ciuitatem, et ſuburbia proxi
ma,& immediate contigua,ſiue in hortis, & vineto, & ſiue
fiat dicta ſub emphiteuticatio per ciuem,& habitorem Barci
nonæ,ſiue per extraneum,& forenſem,& ſiue ſit prædium vr
9 banum,ſiue ruſticum,ſemper debet ſolui dominis,pro quib.
tenentur duo ſolidi,pro qualibet libra quos recipit dominus
ſupra ipſum emphiteuticantem exiſtens, qui ſi ſolus eſt poe-
nes ſe retinet integraliter,ſi vero ſunt plures diuiduntur inter
eos,vt dicitur infra in 2.princip.q Et quare aliter fiat in allo-
diis eccleſię,& aliter ĩ allodiis laycalibus,tam circa perſonas,
q̃ circa quantitatem ſoluendam inuenies diuerſitatem ratio-
nis ſupra ĩ 6. cellula,vbi hęc diuerſitatis ratio latius exaratur.
Si vero fiat ſub emphiteuticatio de honoribus,& poſſeſſioni
10 bus qui ſunt extra hortos,& vinetum Barcinonæ, & eſt quin-
tus caſus,tunc dic, quod iſte caſus eſt hodie expreſſus in con-
ſtitutio.R. Caroli nunc fęliciter regnantis,in prima eius curia
celebrata Barcinonæ anno domini.1520.c.com moltes vega
des.in qua dicta curia diſponit, quod ſoluatur laudemiũ, pro

hui uſ-

huiuſmodi conceſſionibus in emphyteuſim, ſicut conſuetũ eſt ſolui in illo loco de venditionibus,& aliis alienationibus quod eſt tertium auãt, tam de tota intrata, quam de ſuper im poſitione cenſus, hoc videlicet modo, tu habes rem emphyteuticariam, extra hortos,& vinetum Barcinonę,& illam tenes pro Magnifico Adriano Mercer de Iorba domicello, & ſub dominio,& allodio ſuo, ad annuum cenſum duodecim ſolidorum, das & concedis illam rem in emphyteuſim Vincentio ad intratam duodecim librarum & pro annuo cenſu viginti quatuor ſolidorum, certe hoc caſu tertium, ſiue foriſcapium, quod debet ſolui eſt duodecim libræ monetæ Barcinone, quæ ſunt tertium auant, de viginti quatuor libris pro quibus inter intratam,& cẽſum ſuper impoſitum res illa ſub emphyteutica, quia illi duodecim ſolidi, qui ſuper imponunt̃ communi ęſtimatione valent duodecim libras & quod hoc caſu laudemium habeat ſolui de dictis duodecim ſolidis ſup impoſitis,& intrata caſus eſt expreſſus, in dicta cõſtitutione. R. Caroli in dicta prima eius curia celebrata Barcinonæ anno prædicto 1520.c.com moltes vegades. Et quod hoc caſu ẽt debeatur tertium auant, probatur per vſantiam, ſiue conſuetudinem ſupra ĩſertam ĩ expoſitione eiuſdem vſantię in 2. parte primę partis, nam hic caſus ſimilis eſt illi, & de ſimilib. ad ſimilia licitum eſt procedere,& idem eſt iudicium l.fin. &
21 ibi Salice. C.de conſt.princ.& in l.non poſſunt.ff. de legibus, & maxime in conſuetudinibus, vt dicit Iacobus Calitius in vſa.magnates.fol.7.nume.37. Et quamuis ſit periculoſum a p̃dictis proxime dictis recedere, ego nimium diligenter conſiderata dicta conſuetudine generali, non tamen ab ea recedẽs, quia eſſet diabolicũ, hoc modo ſentio, videlicet, quia cũ dicta generalis conſuetudo, in prima ſui parte habeat duas
22 partes, vt in ea latius eſt videre, diſtinguerem quæ diſtractio eſt valde conſona,& conformis dictę conſuetudini generali, quia attenderem, primo ad verum,& iuſtum rei emphiteuticariæ valorem,& iuſtam æſtimationẽ,& ſi illa res valet communi æſtimatione triginta ſex libras, tunc dicerem, quod laudemium in caſu ſupra dicto eſt, dictę duodecim libræ dictæ monetę Barcinonę. Sed ſi illa res communi æſtimatione, nõ valet, niſi 24.libras, tunc dicerem quod in hoc caſu ſupra dicto laudemium ſiue foriſcapium eſt octo libræ, & hoc videtur eſſe de mente dictę generalis conſuetudinis ſupra inſertæ, nam in prima eius parte in primo, & ſecundo membro ſemper diſponitur, quod tertia pars valoris rei ſit foriſcapium laudemium ſeu tertium, & non vltra.& ita verbis apertis dicit, dicta conſuetudo, quod ſi res valet ſubaudi iuſto valore. ccc. ll.& eſt conuentum, quod dominus habeat tertium, tunc dominus habebit centum libras, quod eſt tertium ſimplex, ſiue directum totius valoris rei quaſi innuens, quod pro tertio ſeu foriſcapio non debet ſolui vltra tertiam partem valoris rei poſtea ſequitur in dicta vſantia ſi vero ſit facta venditio, vel in emphyteuſim conceſſio, abſque eo quod non ſit conuen-
23 tum,& pactatum cum domino directo, tunc dominus habet medietatem de toto eo, quod datur pro pretio, vel pro cenſibus,& intrata, quia cum nihil ſit dictum de ſolutione laudemii,& eius ſolutio cedat acquiſitori, vt ſupra dictum eſt in 4. prçludio & cellula prçcedenti, debet ſoluere acquirens rantã quantitatem, quæ ſit medietas eius quantitatis, quam pro intrata dedit,& valoris cenſus ſuper impoſiti etiam innuens, ꝙ tertium valoris rei debet ſolui pro laudemio tertio, ſeu foriſcapio. Et propterea dicerem ego, quod domini debent diligẽter inquirere,& indagare, ſi illa quantitas quę datur pro intrata ſimul cum valore cenſus ſuper impoſiti eſt iuſtus valor rei, & computando cenſum ad rationem xx.ſolidorum pro mille ſolidis,& ſi eſt iuſtus valor, tunc recipiat tertium directum, & ſimſimplex, videlicet de viginti quatuor libris, octo libras. & non recipiant duodecim libras quę ſunt tertium auant de 36. Sed ſi intrata cum valore cenſus ſuper impoſiti, non eſt verus valor rei emphyteuticæ, tunc recipiant tertium auant ipſi domini. hoc verum dico, quod recipiendo tertium directum nõ errabit dominus,& credo quod nihil perdet de ſuo laudemio. Nam hodie ad hoc ventum eſt, quod omnes domini,
24 ſub emphiteuticantes volunt pro cenſibus annuis rei, quam ſtabilunt, tantum quantum conſueuerunt habere pro mercede, ſeu logerio eiuſdem rei in caſu locationis. Et propterea in annis ſterilibus, vel quando fructus caſu fortuito perderentur poſſet ipſe emphyteuta forſan allegare beneficium l.ex conducto,§.ſi vis tempeſtatis,& §.ſequen.& l.ſequen.ff.de loca.& l.excepto.C.eodẽ,& c.contractus, extr.de reg.iur. in 6. quia q̃uis predictę leges non habeant locum in contractu emphyteuſis ĩ quibus illa modica penſio datur inſignum ſubiectionis,& dominij directi,& non in fructuum compenſationem forſan fallit hodie in eiuſdẽ cõtractibus, quia quamuis verba ſonent in contractum emphyteuſis, tamen effectus eſt alius, puta locationis, aut alterius innominati contractus, qui ad ipſam locationem maxime accedit,& contractus non debet iudicari ſecundum verba, ſed ſecundum effectum quem producit tex. in l.omne verbum.in §.final.C.communia, de leg.& ĩ l.ſi.ff.quę res pigno.dari poſſunt.& de iſta q. qualiter debẽt iudicari cõtus, videatur Iaſ.May qui ſuper his Doct.d.l.j.C.de iu. emph. Aduerto hic, ꝙ quando fit ſub emphiteuticatio de prędiis exiſtentibus intra ciuitatem Barcinonç, ſuburbia proxima, & immediate contigua hortos,& vinetum, laudemium ſoluitur ſolidum,& duntaxat de intrata, & non de valore cẽſus ſuper impoſiti, vt probatur ſupra in 2.cellula in priuilegio regio, ibi inſerto, ibi in illis verbis, vbi dicit pretii.& intratæ. Sed pone, quod aliquis emphyteuta alicuius fundi, qui eſt in pręſenti ciuit. Barci.& in eius hortis & vineto ſtat p pactũ in nuda perceptione, & iſte primũ emphiteuta ſub emphyteuti ca, ſcdo,& ſecundus tertio,& in iſtis qui emphiteuticationibus non fuit quicquam dictum, an ſtent in nuda perceptione necne deinde ſecundus emphiteuta fundum vendit, nũc quæritur,& dubitatur, an ſecundus,& tertius emphiteuta, qui facti ſunt domini medij, debeant habere laudemij partem, ſi fundus ille diſtrahatur prout in præſenti ciuitate eſt ſolitum, fieri, & videtur dicendum, quod ſic, poſtquam ſumus in ciuitate Barcinonç, vbi iuxta conſuetudines ſcriptas eiuſdem ciuitatis domini medii habent, & habere debent partem laudemii, prout diſponitur in ſententia arbitrali domini R. Iacobi. 2.& reuerendiſſ.epiſcopi Valẽtini,& clauſulis ſeptimi,& quĩti, ab ea ſumptas. Sed tene contrarium, quia fundus ille datus in emphiteuſim, primo emphiteutę in nuda perceptione trãſit, cum ſua cauſa, & cum ſuo onere.l.vnica.§.ſi proprietarius.ff.de pignorat.actio.l.alienatio.ff. de contrahen. emptio. & venditio.tum etiam, quia primus emphiteuta, qui ſtat in nuda perceptio. nõ potuit plus iuris in alium transferre, quã ipſe habeat l.filius. Codice de donatio.l. nemo plus.ff. de regul. iu. Quando vero huiuſmodi emphiteuticationes fiunt de honoribus exiſtentibus extra hortos, & vinetum Barcinonæ laudemium ſoluitur non ſolum de intrata, ſed etiam de valore cenſus ſuper impoſiti.& ita eſt verum, & ratio diuerſitatis eſt, quia iura loquentia debere ſolui laudemium de ꝑceſſionibus in emphiteuſim ex prædiis exiſtentibus in ciuitate Barcinonç,& in eius hortis,& vineto, ſolum volunt, quod laudemium ſoluatur de intrata, vt in ſententia arbitrali,& in clauſulis ab ea ſumptis,& in priuilegio, ſiue pragmatica domini R.Pet.2.ſupra inſerta,& his ſimilibus. Iura vero loquentia de prędijs exiſtentibus extra hortos, & vinetum Barcinonæ volunt, quod ſoluatur laudemium etiam de valore cẽſus ſuper impoſiti, computando ſuper impoſitionem ipſam ad communem æſtimationem, ſcilicet vnum ſolidum pro qualibet libra, prout in dicta conſtitu.domini R.Caroli celebrata Barcinonę anno domini 1520.c. com moltes vegades,& ſic ſecus fit in ciuitate Barcino.& in eius hortis,& vineto,& ſecus ext.dicta loca. Quapp vos animo depcor vos omnes dños allodiales, & alios ad quos laudemiorum perceptio competit, vt in exigendis laudemijs tertijs,& foriſcapiis ſitis parci, & moderati,& ſemper vigilantes, ne illa rerum omnium fallax inſatiabilis,& inhoneſta cupido, quam Beatus Auguſtinus libr.3.de libero arbitrio,& theologi in 2.ſententiarũ diſt. 22.& B. Thomas in 2.ſe cunę q.118.artic. 2.auaritiam appellant vos inducat ad recipiendum laudemia non debita, aut exceſſiua; plerunque operatur auaritia, vt habetur in c.auari-
16 tiæ cœcitas de electio.in 6.iuncta glo. ꝙ ſuo inordinato habẽdi amore ſuos ſectatores cœcos reddit ob quam improbandam prodita eſt.l.finalis, C.de iure emphy.§.& ne auaritia ab Imperatore Iuſtiniano. de auaritia dicitur prouerbiorum xj. & alii diuidunt propria & ditiores fiunt, alij rapiunt non ſua & ſemper in ęgeſtate ſunt. & Auguſtinus in loco ſupra allegato ſic inquit, cum auaritia alicui dominatur ſubiectus malis oĩbus eſſe demõſtratur, quia ex auaritia ẽt oĩa oriuntur, & peccatorum omnium ſpinę producuntur. quare ſi quando dubitatur quantum ſit laudemium, tunc benignior interpretatio eſt ſequenda, vt ĩ l.proxime circa medium.ff.de ijs quæ ĩ teſtamento delen. quia quamuis iuſtum ſit inhærere rigori, iuris iuſtius tamẽ eſt æqtatem amplecti, vt ait, l. ſi filius q pñ. ff.de vulgar.& pup.ſubſt. melius eſt enim nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare vt ĩ l.abſentem.ff.de pœnis,& ſic ſemper conſului,& ab inde conſulam motus ſententia diui Auguſtini ĩ libro de verbis domini, vbi dicit, quod ſi ĩ ignem mittitur qui non dedit rem propriam, vbi putas mittendus erit, qui inuaſit alienam? ſi cum diabolo ardet qui nudum non veſtiuit, vbi putas arſurus eſt qui alios ſpoliauit? Eſaias vero 33.c.dicit væh qui prædaris nõne ipſe prædabetis? Et memini me legiſſe apud Andrçam Siculum alias Barbacia ĩ c.Raynutius ex.de teſtamentis, quod Angelus refert in l. r. de adiecta falſa cauſa legatis, vbi dicit, quod ſi teſtator in teſtamento confitetur ſe habuiſſe ab aliquo ex vſuraria prauitate, & ſe promiſiſſe aliquibus originibus maritandis certam dotem, quod ex ipſa confeſſione non poterit inuitus conueniri,

nisi,ſi ad ſanitatem deducatur,& ita dicit cōſuluiſſe Dinum.
Et refert ſe audiuiſſe,quod quidam heremita dicebat, ꝙ ſibi
venerat in viſione,quod Dynus erat damnatus ex illo conſi-
lio.propter quod dicit ibi dictus And. Sic. quod conſulentes,
ſine conſcientia ſunt periculoſi, videatis, quod habetur in l.
generaliter,C.de non numerata pecu. Quare ſuper laudemiis
exigendis non conſulant rudes, & ignorantes ſed expertos,
& non vnum ſed plures quia vbi magis vertitur periculum
ibi maior cautela adhiberi debet xl.diſt. quieſcamus de ſimo
nia.c.Matthæus 1.1.q.j. ſi quis neque,& in titu. de excep.§.pe.
vbi periculum de electio.lib.6.eo præſertim, quia laudemia
tertia & foriſcapia,& huiuſmodi onera pecuniaria ſunt val-
de odioſa,& exoſa,& propterea ſunt reſtringenda ad caſum
ſcriptum,nec debent extendi,nec trahi in alium caſum ſit ea
dem ratio, vt expreſſim determinat ī propriis terminis And.
de Iſer.c.i.§.ſed & res col.2.per quos fiat inueſt. & in c.1.§.iſtr,
in hoſtendiciis de c.Cor.in vſib.feud. & generaliter nunquam
habent locum,niſi vbi,& quatenus pacto ſpeciali vel cōſue
tudine caueatur,vt tradit Ioan.And.in additio. ad Specul.in ru
brica.de præſcriptio.colum.pen.Ioan.Calderinus conſi.3.ſub
titu.de feu.Nicholaus Boerius in conſuetudi. Biturigum de ꝯ
ſuctu.feudi.& cenſualis §.5.nec ſtatuta,ſeu conſuetudines de-
bent extendi vltra ſuos ꝓprios caſus formales, niſi habuerit
communis obſeruantia,& vſus quorum primæ ſunt partes ī
interpretatione legum vt in l.minime.ff.de legib.& in l.ſemꝑ
in ſtipulatio.ff.de reg.iur.& generaliter,huiuſmodi laudemia
& foriſcapia,tam in feudis,quam in rebus emphyteuticariis,
ſunt graues,& odioſæ,ne dicam ſordidę ſeruitutes,& exactio
nes nimium moleſtę quia,vt experientia docemur inducunt,
& prouocant homines ad multas fraudes ſimulationes, du-
plicitates, mendacia,odia, lites,& alia conſcientię onera con
tra Dei legem ſincerum amorem proximi,& legalitatem q-
bus,tam per iudices,& aduocatos debet ſedulo obuiari, vt sā
cta creſcat dilectio,& minus quoad fieri poſſit homines lędā
tur,& ſignanter ſimplices,qui a callidioribus ſæpe circunue-
niuntur, & damnificantur, quod & Deo, & hominibus ab
ominabile eſt,& hoc verum eſt quod ſunt reſtringenda ad ca
ſus ſcriptos,& quod non debent extendi ad alios caſus, niſi
ſubodoret,vel redoleat fraus, aut machinamētum aliqđ, qđ
facile deprehenditur ex qualitate verborum,& negocij attē-
ta materia,& qualitate,ſubiectis,quę diſpoſita eſt ad recipiē-
dum fraudes,& ſimulationes,& ob id obſeruandum eſt ſem
per,quod domino directo quicquam,non ſubſtrahatur iniu-
ſte.Et occurrit quæſtio,quæ eſt huiuſmodi,emphiteuta quidā
ſubemphiteuticauit,cuidam alteri rem, quam ipſe pro quo-
dam alio tenebat etiam in emphyteuſim,quod facere poteſt
juxta mentem conſtitutio.domini.R.Caroli, in prima curia
24 Barcinonę c.com moltes vegades,& facit ſententia arbitralis
R.Iaco.2.& reuerendiſſimi Epiſcopi Valentini,faciunt etiam
clauſulę ſeptimi,& quinti ab ea ſumptæ,& conſtitut.R.Pet.c.
3. Item ne ſuper laudemio in §. ſi empero per molis, ſenyo-
rs, & in eadem conſtitu. § ſi empero tres omes, & in com-
memo.Pet.Alber.cap.ſi duo vel tres ponendo in ſubemphy
teuticatione maiores cenſus, quam ipſe faciat dando,& con-
cedendo licentiam acquiſitori,quod de cēſibus ſuper impoſi
tis. poſſit quandocunque voluerit luere,& redimere aliquam
partem, ſeu forſan totos cenſus ſuper impoſitos, dubitatur
& quæritur,an de illa quantitate,quę poteſt quitari, ſeu redi-
mi,debeatur de præſenti laudemium domino directo, an ip-
ſe dominus debeat ſpectare tempus quo fiat realis,& actualis
luitio,ſeu quitatio? Et habito pro conſtanti, quod de dicta
quantitate redimibili,vel nunc tempore contractus, vel tem
pore luitionis eſt ſoluendum laudemium, eo quia per luitio
nem,& redemptionem acquirit maiorem liberationem, &
exonerationem rei,quod tempore acquiſitionis acquirere de
bebat,& ſic ſoluere debebat maius pretiū,& ſic ſolueret ma-
ius laudemium,quam ſoluit,maxime ſi ſimus in ciuitate Bar
cinonę hortis,& vineto eiuſdem vbi non ſoluitur laudemiū
niſi de intrata,ideſt de quantitate,quæ ſolet dari tempore ce-
lebrationis contractus,vt probatum extitit ſupra in 2.cellula
in priuilegio regio ibi inſerto.ea propter tempore exonera-
tionis rei debet ſolui laudemium de quātitate quæ luitur,ſeu
redimitur,quod eſſet ſecus alibi extra ciuitatem Barcinonæ,
vbi de intrata,& valore cenſus ſuper impoſiti tempore con-
tractus ſoluitur laudemium.tex.eſt expreſſus in conſtitutione
R.Caroli in curia Barcinonæ in c.com moltes vegades. in 1.
curia Barcino.pręmiſſis reſpondendo dicendum eſt,ꝙ de prę
ſenti debeat ſolui laudemium, & non expectata reali, & a-
ctuali luitione,ſeu quitatione per ea quę dicit Bart. in l.ſanci-
mus de conſulibus li.12.C dicit ibi Barto & hoc facit ad quę
ſtionem ſtatuti,quod ille cui res venditur pacto appoſito, qđ
ius adminiſtrandi non competat, niſi poſt vnum annum, ꝙ
tenetur ſoluere Gabellam,antequam prædictum tempus ad-
miniſtrandi veniat,per quam doctrinam motus Ioan.Barda-
chi.in ſuo tract.de Gabella in 3.parte 8. partis nume.33.dicit
quod non debet expectari tempus purificatæ conditionis, &
quod laudemium debet ſolui de pręſenti faciunt notata per
Iacobum Marqui.in vſa.ſi quis ſuum feudum ſol.109. colum.
2.vbi dicit, quod ſi aliquis donat donatione irreuocabili in-
ter viuos.poſt mortem tamē ipſius donatoris rem emphyteu
ticalem cum inſtrumento quod firmatur, & iuratur die prę-
ſenti an donatarius teneatur ſoluere laudemium, pro dicta
donatione die præſenti, qua dictum donationis inſtrumen-
tum firmatur an expectabitur tempus mortis donatoris vbi
dicit,quod ſi dicta donatio fiat de re exiſtente īra ciuitatem
Barcino.hortos,& vinetum eiuſdem,quod tunc donatarius
ad nullum ſoluere tenetur laudemium pro dicta donatione,
ſi autem,dicta donatio extra ciuitatem prædictā ſacta fuerit,
tunc videtur,quod die præſenti donatarius tenetur ſoluere,
laude vltra pręducta facit,quia in contractibus initium eſt in
ſpiciendum,& non finis per ea quę dicuntur,& notantur inf.
in x.cellula,facit etiam,quia quando potentia eſt actio proxi
ma pro actu reputatur,vt in l.penul.ff.de milit.teſtamento,at
cum hic in noſtro caſu potentia ſit in mera & libera volunta
te acquiſitoris,ergo laudemium debet ſolui de pręſenti. Con
trarium dico eſſe verum per ea quæ dicit Præpoſitus in l.im-
perialem de prohibita feud.alienatione per Federicum in q.
an ex licentia data per dominum vaſallo vbi tenet, quod ex
licentia data per dominum vaſallo de vendendo feudum,nō
debetur laudemiū dño directo,immo ī fortioribus terminis,
dicit Iacobi.de S.Georgio in tract.de Roydis.num.38.ꝙ ſi em
phyteuta meus promiſit vendere certum prædium Sempro
nio certo precio infra certum,& determinatū tempus ſoluen
do,quod ex dicta promiſſione non debet ſolui laudemium,
& ita quotidie videmus, quod quando fit inſtrumentum arra
rum ſuper aliqua venditione faciēda, quod ex dicta ꝓmiſſio-
ne, nec ex dicta venditione facienda, in vim dictę promiſ-
ſionis non ſoluitur laudemium, nec petitur antequam ven-
ditio ſit facta,quia aliud eſt vendere,& aliud eſt promiſſio de
vendendo vt in l.bonę fidei in fin.ff.de eo,quod certo loco,et
ratio eſt,quam omnes doctores tenent,quia laudemium nū-
quam debetur niſi res tradatur,ſed in promiſſione de venden
do rem,nec in licentia de vendendo rem non traditur, ergo
non debetur laudemium pari modo aliud eſt facultas luendi.
& aliud eſt ipſa luitio,quæ cum fiet de parte,quæ luetur dabi
tur tunc laudemium.faciunt etiam ea quę tenet Andræas Ti
raq.in tract.de vtroque retractu in 1.parte,§.1.gl.2.nume.54.
pagi.55.& pag.334.num.124.vbi tenet,quod ex ſimplici pro-
miſſione de venden. ſi venditio non ſequatur non eſt locus
retractui generis,ſi ergo ex dicta licentia vendendi,nec quod
fortius eſt ex promiſſione de vendendo non debetur laude-
mium,nec retractus,niſi, quando fiet ipſa vendi. & realis re-
di.minus debet ſolui ex licentia redimēdi, niſi actualiter fiat
ipſa luitio ſeu redemptio,qa aliud eſt habere facultatem luē
di,& aliud eſt ipſa luitio,pro quo benefacit dictum Mazuerii
in ſua practica fol.91.in verbo.Item pone emptor vbi dicit,
quod quamdiu emptor durat conſequi poſſeſſionem non
poteſt compelli ad ſoluendum laudemium,quia nōdum fuit
in eum translatum dominium ſaltem pro parte, quæ luenda
erit,quia tunc in luitione emphytheu.acquirens rem a ſe ac-
quiſitam minorem obtinet liberationem & latius, & exten-
ſius eſt dominus, quam ante luitionem facit etiā illud quod
in hac ciuitate Barcinonę quotidie vtimur,quod de venditio-
nibus cum pacto de retrouendendo laudemium ſolui debet
pro vna medietate in prima uēditione, & pro alia medietate
in retrouenditione,quę conſuetudo probatur infra decē cel
lul.& ita vtimur,& hic in dicta venditione cum pacto de re-
trouendendo eſt facultas luendi,& redimendi,& tamen non
ſoluitur 2. medietas laudemij antequam realiter fiat ipſa re-
trouenditio,& ita eſt probatum in dicta 10.cellu. quia in con
tractibus non ſufficit habere facultatem,ſed requiritur realis
conditionis euentus.vt in l. in executione ſententiæ.§.2.vel ſi.
quid ergo.Nam ſi ſolum requireretur ſola facultas ſequeretur,
quod omnis perſona quę poſſidet res emphyte.abſque eaū
alienatione eſſet obligata ad ſolutionem laudemii, eo quia
habet facultatem alienandi.Sed hoc eſt falſiſſimū: faciunt ēt
notata per Io.Barda.in tractat.de gabella. in 3. parte 8.partis.
nume.29.vbi dicit quod ſi Gabella ſolui debet pro pœna, ſi
cut pro ſorte intelligitur, quod ſoluit debet quando pœna
liquidata,& non ante,nec obſtat dictum Barto.in d. l. Sanci-
mus,quia ibi adminiſtratio poſt illud tempus erat certa, nec
requiritur,quod fieret,aliud inſtrumentum,ſed hic in noſtra
quęſtio, tps eſt incertum, & requiritur ꝙ fiat aliud inſtrum
in redemptione,& luitione,quia certum eſt, quod luens de
quantitate luitia cautelam recuperabit, vt in futurum appa-
reat de luitione,& exoneratione ſub periculo,quod dicta lui
tio non ſibi negetur,& iterum habeat redimere eo maxime
in pręſenti ciuitate,in qua ſolutio laudemii cedit ſtabilimen
ti, &

Cui, & non acquiſitori, & ea propter luens poſtquam ipſe non
eſt ſoluturus laudemium recuperabit, apocham de ſolutione
in luitione facta, tum etiam facit, quia aliud eſt in Gabella, quæ
debetur ex contractus celebratione, & aliud eſt in ſolutione laude-
mii, quod debetur ex alienatione, & renouatione, quæ facienda eſt
per dominum directum ſuper re qualificata, ſcilicet feudali,
vel emphyteuticaria nouo acquiſitori. Nec obſtat dictum Ia-
cob. Marquil. quia in donatione poſt obitū donatoris mors,
ipſius eſt certa, quia ut habetur Matthæi. 24. ſtatutum eſt ho-
mini ſemel mori, & pſal. 88 ubi dicitur, quis eſt qui uiuit, &
non uidebit mortem? & glo. in c. qua fronte, de appellatio. &
regum. 14. c. ubi dicitur omnes enim moriūtur, & quaſi aqua
delabimur. Nec verum puto dictum Iaco. Marqui l. per ea, quæ
ſupra dixi de prima locali Barcinonæ, & per ea, quæ dicuntur
ſupra in 7. cellul. in fi. nec minus obſtat, quod ſit verum, quod
in contractibus inſpiciendum eſt principium, & non finis, vt
infra in x. cellula aſſeritur, & probatur, quia hoc verum eſt quando
finis habet neceſſariam dependentiam, ſeu conſequentiam a
principio, prout ſunt traditiones rerum venditarum, vel alias
alienatarum, quæ dependent a titulis vēditionum, & aliarum
alienationum, quæ ad translationes rerum ſunt neceſſariæ,
alias non transferuntur earum dominia, quia quamuis obli-
gationes quærantur ex contract. non tñ dñia rerum, vt in l. tradi-
tio. C. de pac. & non nudis pactis Et hic in noſtro caſu in facul
tate data luendi, & quitandi partem cenſus non eſt ita, quia
luere, vel non luere remanet in nuda, & mera facultate
acquiſitoris ſi voluerit, vel potuerit luere. Nam ſi prędium eſt
vrbanum & ruat cōburatur, vel caſinate, vel aliter quōcūq;
pereat certū eſt, quod nō fiet luitio, nec de ea faciēda, amplius cu
rabitur, & ſic non eſt in hoc caſu inſpiciendum principium
nec finis, quia vterque, de per ſe poſſunt alter, ſine altero ſta-
re, & manere maxime principium, ſiue fine attento huiuſmo
di negotio, & ita tenet Do. de S. Geminiano. in cap. fin. de ho
micidio. in glo. 6. & glo. ibi, & Abba. Panormita. in c. dudum,
de electione. & per glo. in c. ſcientes de cenſibus, extra nec ob
ſtat, quod illud, quod dicitur, quod potentia propria actui, pro
actu reputatur, ideſt pro ipſa luitione, quia hoc eſt reducere,
rem de potentia ad actum, ac ſi diceremus, ego poſſum eſſe pſ
byter, ergo ſum pſbyter hoc non eſt verū quia in iure hoc fieri
nō pōt, quod actus, qui vltimus gradus eſt ſit potētia, qui primus
gradus eſt, & actus, & potētia, non pñt ſimul eſſe, vt inſtit. de
actio. ſic itaque diſcretis immo dicit Bar. in l. 1. q. 8 C. de inſtit.
& ſubſt. quod actus ſignificat acta n. & potentia. potentiam.
& idem Bal. in vſi. feu. c. ſi quis miles, de feudo non habente pro
priam feudi naturam, quod taliter operatur potentia, qualiter
actus eſt ſubſequutus, & in l. ſed ſi quis §. interdum. ff. de vſufr.
& quemadmodum quis vtatur, dicitur, quod ea quæ ſunt in
ſuſpenſo, vel in pendenti ex futuro euentu declarantur, ergo
ſecundum eum actus futurus debet expectari, ad hoc, vt ſcia-
tur quis erit effectus, & maxime, quando id quod in poten-
tia eſt, non ſit certo, & infallibiliter futurum, quia tunc, vt
recipit, & tenet Saly. ad quem te remitto in c. eā rē. co. 16. ver.
alia eſt, dummodo de reſcrip. nec obſtat dicta l. penul. ff. de mi
litari teſtamento vbi dicitur, quod potentia actui proxima, pro
actu reputatur, quia loquitur in alio propoſito, videlicet, quod il
lud habetur pro facto, quod iam eſt in actu exequendi, & ſic
certo faciēdum. Sed hic in noſtro caſu actus eſt incertus ſicut
incerta conditio, & non eſt certus, quia dominus non poteſt
cogere emphy. vt luat cum ſit in mera, & libera acquiſitoris
facultate, & voluntate abſque aliqua vi luendi deinde illa fa-
cultas poſſe luere eſt data in fauorem emphy. acquirentis rē
ideo nō debet retorqueri in eius odium l. quod fauore, C. de
legibus, nam actus agentium non operantur vltra eorum in
tentionem, vt in l. non omnis, ff. ſi certum peta. & tenet Ang.
In ſli de exceptionib. nu. 3. fol. 288. & Guiller. Bened. in quadā
q. de matrimo. nu. 1. & ſi cui, quam hoc videatur dubium, an
in noſtro caſu laudemium ſit ſoluendum in princip. an non
vel videatur obſcurum, tunc eſt certum, quod realis & actua-
lis luitio prius ſequi debet, vt laudemium debeatur de preſen
ti. quia in re dubia id fieri debet, quod minus eſt, vt in l. ſem-
per in ſtipulatio ff. de regu. iur. præterea in re dubia benignio-
rem interpretationem ſequi debemus, vt in l. in re dubia, ff. e.
in qua re dubia officiū iudicis magis exuberare debet ad ab-
ſoluendum, & ſemitius habendum, vt tenet Philiph. Decius ī
l. fauorabiliores, ff. de regul. iur. facit etiam pro hac parte tex. ī
l. Abſentem, ff. de pœnis, & c. ex literis in fi. extra de probatio.
cum ſimilibus, & Spe. in 2. par. de caute, & officio aduoc. vbi
ſtatuitur, quod in pœnis melius eſt nocentem abſoluere, quam
innocentē condemnare, inſuper fauorabilior eſt cauſa certā-
tis de damno vitando, quam de lucro captādo, vt in l. aſſiduis
in fi. C. qui potiores in pigno. habeantur, & in l. fin. C. de codi
13 cil. §. ſi quis, & in l. fi. §. & ſi præfatam, in ver. licentia, C. de iure
deliberan. certum eſt. n. quod emphyteuta ſtabiliens cui in ci
uitate Barcinonę incumbit onus ſoluendi laudemium cer-
tat de damno vitando, ideſt de non ſoluendo nunc & dñs di
rectus certat de lucro captando, videlicet de recipiendo nunc
facit etiā hac parte, quia legatarius cui legatus alicuius rei feu-
dalis, vel emphyteuticarię nō ſtatim mortuo teſtatore, & adi
ta hęreditate tenetur ſoluere laudemium niſi tunc dominium
aſſecuta realiter, & de facto legato ſibi relicto, & ratio eſt,
quia remanet in eius mera liberalitate acceptare, vel non.
Nec obſtat, quod aliquis poſſet dicere, quod in luitione, &
redemptione contrahentes poſſent committere fraudem ta-
cendo luitionem, quia reſpondetur, quod hoc caſu iam eſt
promiſſum debite per conſtitutionem domini R. Caroli in pri
ma curia Barcinonæ anni. M. D. XX. c. 13 pro obuiar. & de illa
prouiſione fuerunt contenti dominus rex, & tota curia gene
ralis, & domini particulares non poſſunt inuentare alias pro
uiſiones. Prętérea eſt, & alia prouiſio, quia dominus poteſt
cogere emphyteutas, ſcilicet concedētem, & recipientem ad
capibreuiandum, & recognoſcendum per quas capibreuia-
tionem, & recognitionem poterit ſcire, an fuerit ſequuta di-
cta luitio, an non per oculatam viſionem albaranorum, &
ſi īueniat eos fraudem commiſiſſe poteſt vti commiſſo iuxta
ea quæ dicuntur in decima cellu. aut exigere laudemium du
plicatum iuxta iura huius patrię cum per ea ſit ſublatum
cōmiſſum. Nec eſt bona ratio, quod dominus poſſet ignora-
re, vel neſcire ſi ſit ſequuta luitio, vel nō, quia vltra purgatio
nem iuramenti per conſtitutionem inducti poſſunt cogere
partes ad docendum albarana eodem iuramento mediante
ex quibus ego mihi concludo, quod ad hoc, vt laudemium
conſequi poſſit per dominum directum debet expectari rea-
lis, & actualis luitio, ſiue redemptio, & non debet nec poteſt
exigi ante ſequutam realem, & actualē luitionem, & redem-
ptionem, & ita ſane, & ſalubriter practicatum fuit a tanto tē
pore cuius initii, non eſt hominum memoria in contrarium
& hodie practicatur, quare minime ſunt mutanda quæ certā
ſemper habuerunt interpretationem &c. Et illud conſilium
ſiue opinio quæ tenent, quod ex quātitate luibili debet ſolui
laudemium de pręſenti firmato inſtrumento ſtabilimenti eſt
eccleſiæ, & omnibus dominis, tam directis, quam mediis per
niciosſimum, & grauatorium, quod probo hac conſideratio
ne. Certum eſt enim, quod hodie omne prædium, quod em-
phiteuticatur, aut ſubemphyteuticatur conceditur pro tanta
cenſus quantitate, quę computata ad rationem viginti mille
ſolidorum pro mille ſolidis erit iuſtum pretium, ſiue verus
valor totius rei conceſſę in emphyteuſim, vel ſub emphyteu-
ticaię, & ſic ſi poſtea vendatur pretium erit nihil, vel fere par
uum, nam ſi cenſus ſunt magni pretia inde habenda neceſſa
rio erunt parua. Et hac conſideratione, & quia non eſt ſpes.
poſſe exonerari anima cenſus præſtatione fient raro, aut nun
quam alienationes, aut modico pretio, & ſic eccleſiæ, & do-
mini directi & vt medii priuabuntur laudemiis, & alijs iurib.
dominicalibus in magna quantitate, quia laudemia tūc erūt
valde parua centum tenendo prædictam meam opinionem,
quod laudemium eſt ſoluendum de quantitate luibili tempo
re quo fiet realis, & actualis luitio, quęro quod laudemiū erit
ſoluendum ex illa quantitate quæ luetur in vim pacti poſiti ī
inſtrumento ſtabilimenti, an ſcilicet ſeptimum in prędio vr-
bano an quintū in prędio ruſtico in caſu luitionis totius aut
partis? Et eſt dicēdū, quod in prędio vrbano ſeptimū. & ī ruſtico
quintū, & hoc probat, ex verbis poſitis in forma ſtylata dicti
pacti. dicit. n. forma dicti pacti mō ſeq. Ego. n. vobis, ſeu veſtris
hmōi luitionē, & redemptionē facientib. conuenio, & pro-
mitto quod vendā, abſoluā &c. ex quib. verbis liqde deprehendi
tur, quod dicta luytio ſeu quitatio ſit per modum vēditionis, &
emptionis ex quo contractu debetur ſeptimum pro laude-
mio in prędio vrbano, & quintum in ruſtico totius pretii iux
ta tenorem clauſularum ſeptimi, aut quinti reſultantiū ex ſē
tentia arbitrali lata per dñm Regem, & Reuerendiſſimū epi
ſco. Valenti. inter clerum, & ciues Barcinonę ſuper ſolutione
laudemiorum, quę quidē clauſulę in quolibet contractu alie
nationis onerosę prædiorum de allodio eccleſiæ neceſſario
ſunt ponendæ inſerendæ, vel excuſandæ, & ita a longis citra
tpibus ī hac ciuitate vſum fuit, & hodie vtiī ī ſoluēdis dictis
laudemiis nemine contradicēte, quare minime ſunt mutāda &c.
data opa, & cōſulto reliquo adducere nōnullas alias qōnes,
quas iā ī quibuſdā papyris meis habeo ſcriptas timēs ne per
aliquos trahantur in re probum ſenſum attenta aliquorum
hominū malitia, & in effrenata habendi cupiditate, cui nun-
quam adeſt ſacietas, quantumcunque aurum auro cumuleī.
vt 47. diſtin. c. ſicut. de qua dicit Paulus ad Timothęum, quod
eſt radix omnium malorum quam quidem appetentes erra-
uerunt a fide, & Auguſtinus ad quēdā, & inſeruerūt dolorib.
multis, comitem ſic dicit ſuperbia, & cupiditas, intātum vnū
malum ſunt, vt nec ſuperbia ſine cupiditate, nec cupiditas ſi-
ne ſuperbia poſſit inueniri.

S V M-

SVMMARIVM

1 *Venditio varia pacta recipit.*
2 *Emptio varia pacta recipit.*
3 *Pactum l. commiſſoria.*
4 *Pactum additionis in diem.*
5 *Contractum ipſo iure reſolui.*
6 *Res in licitatione vendita plus offerenti liberatur.*
7 *Contractus ex cauſa veteri in exiſtenti reſſiſus non producit laudemium.*
8 *Venditio ſi pura remaneat.*
9 *Pactum manuum iniectionis.*
10 *Reſiſtentia ſi fiat faciens debet ceſſare.*
11 *Pactum manus iniectionis in quibus rebus fieri ſolet.*
12 *Forma pacti manuum iniectionis.*
13 *Laudemia quando domino debeantur.*
14 *Pactum de retrouendendo inſtrumentum gratię dicitur.*
15 *Natura pacti de retrouendendo.*
16 *Pacta quę ſtare non poſſunt, quid operantur.*
17 *Pactum vſurarium quid operetur vſuræ probibitę.*
18 *Contractus nullus non parit laudemium.*
19 *Laudemium quando quis reſtituere teneatur.*
20 *Gabella quando ſit ſoluenda.*
21 *Faticam non deberi, laudemium quando non debeatur.*
22 *Donatio quando poteſt reuocari ex cauſa de præterito.*
23 *Donatione reuocata nec reuocantur hypotheca ſuper re donata.*
24 *Res debet interpretari vt valeat.*
25 *Contractus qualiter cognoſcuntur.*
26 *Contractus transfuſus in aliam naturam qualis erit.*
27 *Coniecturæ pacti vſurarii.*
28 *Pactum de retrouendendo ſuſpectum de vſura.*
29 *Laudemium non deberi in alienatione ad modicum tempus.*
30 *Tempus modicum quid dicatur.*
31 *Pactum de retrouendendo an præſcribatur.*
32 *Pactum de retrouendendo an producat duo laudemia.*
33 *Recuperare rem non eſt noua acquiſitio.*
44 *Fatica ex pacto competens quid operetur.*
45 *Dominus quando priuatur fatica opinio Mazouerii ſuper fatica.*
46 *Reſilitio contractus in vim pacti.*
47 *Venditio vi pacti de retrouendendo producit laudemium.*
48 *Laudemium debetur de valore pacti.*
49 *Dominus quando priuatur fatica.*
50 *Mazouerii opinio.*
51 *Opinio Ioannis Berberii.*
52 *Opinio Tiraquelli.*
53 *Reuenditio non producit laudemium.*
55 *Receſſio contractus in vim pacti non parit laudemium.*
56 *Opinio Tiraquelli an vera.*
57 *Varietas doctorum vnde.*
58 *Argumentum de gabella non facit ad laudemium.*
59 *Gabella, & laudemium differunt.*
60 *Argumentum a gabella non bene ſumitur.*
61 *Reſilitio venditionis melius fit per verba reſolutoria.*
62 *Iura ſtatutaria Barcinonæ differunt a iure ſtatutario Barcinonę.*
63 *Sententiæ regię audientia.*
64 *Emptor, & venditor ambo tenentur ad ſolutionem laudemii.*
65 *Sententia regia facit argumentum, quod vnum tantum ſoluatur laudemium.*
66 *Laudemium deberi integrum ſi pretium eſt magnum.*
67 *Luitio non ſperatur ſi pretium eſt magnum in venditione cum pacto de retrouendendo.*
68 *Venditio cum pacto de retrouendendo intra certum tempus ipſo tempore præterito quid erit.*
69 *Fatica competit ex pacto de retrouendendo.*
70 *Modus procedendi ad vtendum fatica.*
71 *Pactum quando efficiatur vſurarium.*
72 *Pactum de retrouendendo cedit loco pretii.*
73 *Medium laudemium quod ſoluitur in prima venditione, an recuperabitur in ſecunda venditione.*
74 *Contractus quando reddatur vſurarius.*
75 *Debitor debet ſoluere impenſam ſalarii creditori.*
76 *Dubium ſuper laudemio.*
77 *Ius luendi ſi vendatur, debeatur laudemium.*
78 *Res ſubiecta reſtitutioni tranſit cum onere.*
79 *Dominationes mediæ omnes dependent ex directa.*
80 *Vſus carnium in quadrageſima prohibitus.*
81 *Oua in quadrageſima cur prohibita, lac in quadrageſima cur prohibitum.*
82 *Laudemii quæſtio.*
83 *Laudemium deberi in pacto de retrouendendo.*
84 *Caſus poſitio ſuper laudemio.*
85 *Venditio cum pacto de retrouendendo vltra modicum tempus.*
86 *Prorogatio temporis an indicat laudemium.*
87 *Laudemium an debeatur ex prorogatione temporis.*

DE VENDITIONE CVM PACTO de retrouendendo debetur medium tertium.

CELLVLA X. DE VENDITIONE CVM pacto de retrouendendo.

QVia ſupra dictum eſt de laudemiis, tertiis, & foriſcapiis, quę debentur ex vendi-
tione perpetua, & irreuocabili, nunc dicendum
eſt de laudemiis tertiis, & foriſcapiis, quæ debent
de venditione reuocabili, ſiue quę reſolui poteſt. Ob quod p̄-
mitto hic, quod in contractu emptionis, & venditionis varia
ſolent aliquando apponi pacta, vt per totum titulum. C. de
pactis inter emptorem, & vendito. & hoc dicit formaliter,
glo. ibi in rub. ex quibus ſunt aliqua ob quorum vim, & natu
1 ram ipſe contractus emptio. & vendit. iam alias celebratus re
ſcinditur, & reſoluitur, prout eſt pactum, l. commiſſo. pactum
additionis in diem, & pactum de retrouendendo. de quorum
primo habetur, ff. per totum ti. & C. de pact. inter emptorem
& venditorem, & in l. vltim. & in c. ſignificante. extra de pign.
& in gl. ī l. traditionibus, C. de pactis, & in l. Scius, ff. de reſcin.
venditione, & in l. ciuilius, ff. de mino. & multis aliis. De ſecū-
do ſcilicet pacto adiectionis in diem habetur per totum ti. ff.
de in diem addictione, & in l. ſi quis ſub hac. ff. de rei vendica.
& in l. iis qui puteum. §. Ariſto. ff. quod vi aut clam, & ī l. ſi re.
ff. quib. mo. pig. hypo. ſoluitur. & in l. 2. § ſi in die. ff. pro empto
re, & in multis aliis lo. De tertio. ſ. pacto de retrouendendo hr̄
in l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, & ibi Ang.
& Paul. de Caſtr. & in l. ſi a te. cod. ti. & c. ad noſtram. extra de
emptio. & venditio. & ibi glo. & communiter ſcriben. in c. cō
queſtus. extra de vſur. verum quia de iure eſt indubitatum, ꝙ
tunc non debetur laudemium domino allodiali, quando vē
ditio rei emphyteuticariæ reſoluitur, ſiue reſcinditur in vim
pacti. l. commiſſorię. vel additionis in diem, neque res com-
mittitur, quia in dicto caſu contractus alienationis fingitur
non eſſe celebratus, vt tenet Alberic. de Roſa. in l. ab emptio.
ff. de pact. & omnes alii ſequuntur, quia conditione eueniente
te dominium rei alienatæ cum dictis pactis ſine aliqua noua
retraditione retranſit ſiue retransfertur in venditorem ipſo iu
re, vt probatur ff. de rei vendi. l. ſi quis hac, & in l. fin. ti. de l.
commiſſoria, & in l. commiſſorię. C. de pact. inter emptorem,
& venditorem, ibi in verbo vendicare & in gl. in l. traditioni-
bus, C. de pact. & ib. Doctores, & Sal. & Bal. in d. l. ab emptio-
ne, & in l. 1. & 2. C. quando licet ab emptio diſcedere, & ī hoc
oēs Doctores vnanimiter cōcordant, quia vt dicit Bal. in d.
l. qui ea l. C. de pa. inter emptorē, & venditorē illa duo pacta,
ſcilicet l. cōmiſſoriæ, & addictionis ī diē eueniūt, tr. ad ñ. cam
trāslationis dñii, & operant̄, ꝙ dñiū ſuſpēſiuę ex nā eoru ıtā
ſit, & dicit Barto in l. ſi prædium. C. de ędilicio ædicto. & cō-
muniter hoc tenent Doct. in d. l. commiſſoriæ, & Bal. in l. qui
ea lege. c. ti. cum ſit ſpāle in eiſdem duob. pactis, & mouētur,
Doct. ex doctrina glo. ſolemnis in dicta l. ab emptione, quæ di
cit, quod quando pactū l. commiſſorię. vel adiectionis in diē
ponitur a pricipio, ſcilicet tempore celebrationis contractus
3 emptionis, & venditionis, quod tunc contractus ipſe reſoluit
ipſo iure, & ipſo facto retranſit dñiū in venditorem, ꝙ intel-
ligēdum eſt, ſi ipſa pacta ſint facta iuxta primū reſponſum. l.
quoties, ff. de ī diem addictione, ſcilicet quādo venditio eſt pu
ra, ſed ſub conditione reſolubilis, et non quando venditio eſt
a principio conditionalis, ſcilicet, ſi ita dicatur perficiatur em
ptio, niſi melior conditio ſit allata, vel ſi hinc ad tale tempus
pretium ſolueris, quod ſecus eſſet ſi ipſa pacta apponerentur
in ſui propria forma per verba directa, et ita eleganter tenet
Alexan. de Imo. conſi. 12. libro 1. et Bal. ī dicta l. ab emptione,
quia alias dominium non cenſetur reuerti ad venditorem, ſi
ne noua traditione, vt vult dicta l. traditionibus, C. de pac. inter
emptorem, & venditorem. & §. per traditionem inſtitu. de re-
rum diuiſione, & l. ſi ager. ff. de rei vendica. Et nota, quod ſi in
pacto addictionis in diem conditio eueniat, quod alius me-
liorem conditionem afferat infra terminum præfixum huic
alii meliorem conditionem afferēti res addicitur, et tunc pri
ma venditio ipſo iure reſoluitur. et illa tanquam ſola, et pri
ma ſubſiſtit, ſi primus emptor vel alius quiuis emptor illū ſe-
cundum emptorem meliorem conditionem offerentem in
licitatione vincat, & meliorem afferat conditionem noua,
& tertia contrahitur emptio, & venditio. Et quamuis iſta no
ua venditio ſit tertia ſm̄ numerum contractuum tamen ſta
bilitate, & acquiſitionis effectu eſt ſola, & prima, & ex hac no
uiſſima tantum debentur iura dominicalia. ſcilicet fatica, &
laudemium, & alia, & ex duobus præcedentibus contractib.
tāquam ipſo iure nullis ſiue per vltimum annullatis, nihil de
betur etiam, ſi licitando ſint ſequutæ plures venditiones, quia
omnes ipſo iure fuerunt reſolutę per vltimā, ſicut ſit in reb.

quę

quæ in encantu publico venduntur, vbi malus pretium offe
renti liberantur, & ex vltima tantum debetur ius, ſi ꝙ eſt ſol-
uendũ. Sed in pacto l. commiſſoriæ ſtatim celebrato contra-
ctu oriuntur, & dicuntur dicta iura dñicalia. Sed reſolubili-
ter. nam emptio, & venditio pure contrahuntur. Sed ſub con
ditione reſoluenda, vt in l. 2. ff. de in diem addictione, & in l.
1. C. de lege commiſſ. vnde ſi ſoluat pretium in termino præ
fixo, vel poſt terminũ recipiat̃ a vẽditore aut aliter fiat, ꝙ nõ
ſit locus pacto l. commiſſoriç remanet venditio in cõmutabi
lis, & debentur, & conſequi poſſunt oĩa iura dominicalia. Si
autem pretium non ſit ſolutum in termino prçfixo, & vendi
tor utatur pacto. l. commiſ. i. ꝙ pçniteat vẽdere ſicut venditio
ipſa reſoluitur, & pro infecta hr̃, ita & oĩa iura dñicalia reſol
uunt̃, ita ꝙ ſi ſoluta fuerint iura pñt repeti ꝑ ꝯdõnẽ ob cãm,
vel ſine cã, & non ſolũ ſi vẽditio reſoluitur ipſo iure, ſed ẽt
ſi reſoluitur, aut reſcinditur per ſnĩam, aut via actionis, aut
exceptionis dummodo reſcindatur, ſeu reſoluatur ex cã vete
ri inexiſtenti contractui etiã nulla iura dñicalia debẽtur, im-
mo ſoluta poſſunt repeti ẽt ſi fuerit proceſſum medio tpe ad
traditionẽ realem, & translationem dñij ipſo iure nõ reuerti
bilis per multas rõnes quas adducere poſſem, quas hic breui-
tatis cã ommitto. Quare ſi eſſemus in terminis l. qui ea lege,
C. de pac. inter emp. & vend. vbi prçdiũ fuit venditũ, & tradi
tum ſub pacto, ꝙ reuerteretur ad vẽditorẽ ſi intra certum tp̃s
reſiduum precii nõ ſolueretur verũ eſt, ꝙ ſolutione non fa-
cta nõ põt prædium vendicari, quia ibi non eſt pactũ l. com-
miſſoriæ, nec æquipollens. & ſic dñiũ ipſo iure non retransfer
tur quamuis ꝯctus aliquo iure reſcindatur, vt vult Ale. ĩ cõſ.
91. proſpectis his. col. 2. li. 1. tñ actio ex vendito efficaciter põt
agi ad reſtitutionem prædij, & reſolutionem contractus tex.
eſt in d. l. 3. quamuis non fuerit expreſſe, vel virtualiter actũ,
vt in deffectum ſolutionis ex tũc ꝯctus reſolueretur ipſo iu-
re tñ actum fuit vt dr̃et reſolui cum reſolutio ex lege, & vi ꝯ
ctus ſubſequatur via actionis, & nõ ipſo iure, & ita cõſequẽs
eſt ꝙ iura dominicalia ex eodẽ ꝯctu orta dẽant reſolui ope
exceptionis, vel actionis, & ad prçmiſſa faciunt ea quæ notã-
tur per Ang. in l. dẽt in fi. ff. de çdilici. edicto. & Bal. in l. fi. C. e.
ti. & notat Io. Bardachinus in trac. de Gabella, & tenẽt, ꝙ ſic
& poſtquã in dictis duob. pactis ſcilicet, l. commiſſoriæ, & ad-
dictionis in diem non debetur laudemium tertium, ſeu foriſ-
capium, iõ de ijs non eſt longior diſputatio. Et hoc intelligo,
ita ſcilicet niſi venditio pura, & irreuocabilis fiat, quia tũc ſi
irreuocabilis fiat debetur laudemium, puta ſi pretium eſt ſo-
lutum intra tp̃s ad ſoluendum ſtatutum, vel ſi intra tẽpus de
ſtinatum nullus attulerit meliorem conditionẽ, quia hoc ca-
ſu non reſcinditur debetur vnum laudemium tertium, ſeu fo
riſcapium, & oĩa alia iura dñicalia, & hoc nulli dubium eſſe
dẽt. Itẽ ẽt debẽtur iura dñicalia, ſi dicta pacta ſunt facta vltra
ſeptennium, vel vt hũt frequentior vſus vltra quinquennium
& lapſo ſeptennio, vel quinquẽnio res tradatur; quia in hoc
caſu ex ſimpliciſſimo ꝯctu locationis ſi fiat vltra quinquẽniũ
vel ſeptenniũ, debentur iura dñicalia laudemium ſcilicet, &
fatica, vel cõmiſſũ, ſeu eius loco duplicatũ laudemiũ. ꝑ ꝯſtõ
nẽ als ſcãdols, & ꝑ ſnĩam arbitralẽ dñi. R. Iaco. 2. & Reueren.
Epi Valẽt. Prçdictis duob. pactis ego libẽtius adderẽ aliud pa
ctũ, ꝙ eiſdẽ ĩ oĩb. mihi vr̃, ſilr̃. ſ. manꝰ iniectionis, ꝙ eſt hmõi
efficaciæ ſcilicet, ꝙ nos nulla iudicis auth. expectata velut no
bis metipſis ius decentes perſonã q̃ piam; aut rem noſtrã, vel
nobis debitã propria auth. poſſumus apprehẽdere, & de iſto
pacto hr̃ in l. ſed ſi hoc. ff. de in ius voc. & in 1. l. & 2. & ibi Bal.
& Sali. C. ſi ſeruus exportan. veneat. & in l. ſi quis ſub hac. &
ibi Saly. c. ff. de contrah. emp. & ven. cuius legis caſus eſt hmõi,
ego vẽdidi ancillam eo pacto ne proſtituat̃, & ſi proſtitua-
tur, ꝙ liceat mihi abducere eam, ille cui vẽdidi vendidit em-
ptori ſecundo, & ſecundus vendidit tertio, & ita per plures vẽ
ditores tranſiuit, ſi ab aliquo proſtituat̃ ſeu proſtituta fuerit,
ancilla mihi primo venditori licet abducere propria auctor.
vi, & pacti in propria ſpecie adicti. hoc tñ fallit in hac ciuita
te Barcinonæ, qñ res illa cum illo pacto vẽdita eſſet, per aliũ
empta mediante, & interueniente curritore publico dictæ ci-
uitatis, quia tunc primus venditor non põt illam recuperare
niſi prius pretio emptori reſtituto, & hoc fit uirtute ſtatuti di
ctç ciuitatis, ꝙ hodie ſeruat̃ quodq; locale eſt extra locũ nõ
ſeruatur, fallit ẽt niſi ſit aliquis, qui de facto reſiſtat, quia tũc
ſi ſit reſiſtens de facto deberet recuperare rem auctore prçto-
re ne ſuccedat ſcandalum, ita deciditur per l. creditores, & de
pigno. & hypoth. & ibi Bar. in l. 3. & gl. in l. de pecu. pupillo, §.
ſi res cui. ff. de no. ope. nunc. Et miror de noſtris antiquis tabel
lionib. qui cum fuerint admodum ſapientes in inueniendis,
& rite ordinandis, plurimorum inſtrumentorũ formis quas
nos hodie habemus, & tanquam optimis vtimur quare non
cognouerunt prçdictum pactũ manus iniectionis in æquo-
rũ, & aliorũ anĩalium diſtractionibus recurrentes ad quãdã
ſpecialem obligationẽ quç ſi ſubtilius diſcutiatur forte nul-
lius erit efficatiç. Eſt enim verum, quod prædictum pactũ ma
nus iniectionis magis eſt addictum reb. mobilibus quam im-
mobilib. ſed credo etiam poſſe fieri ſuper rebus immoblibus
faciunt notata per Iac. Marquil. in vſa. ſi quis ſuũ feu. fol. 105.
6 col. 2. q. 13. vbi hoc tenet ſm opinionem aliquorũ Doctorũ
huius patriç, & Ioã. de Suc. c. eo. p. 2. 14. nu. 16. quare ſi quis di-
ctum pactũ ad praticã reducere voluerit, ita fieri poterit. Ego
T. vendo vobis T. prædium &c. pretium eſt 1. libræ, quod ſi ꝑ
vos non fuerit ſolutum hinc ad tale tp̃s ex pacto inter vos, et
me inito, & conuento liceat mihi prçdictum prçdiũ a vobis,
aut a quocunq; alio poſſeſſore, ſiue detẽtore propria auctor.
abducere, & ĩ id manus, & poſſe meum iniicere, & ipſam rea
liter, & de facto tenere, & realiter poſſidere. Nam certum eſt,
& indubitatũ de iure ꝙ nullo mõ põt eſſe vẽditio, niſi dñiũ
transferatur tex. eſt ad literam ĩ l. cum manu ſata. §. nemo p̃t
videri, ff. de contrah. emp. & ven. Sed Bal. in rub. C. eo. ti. in q.
14. & Io. An. in add. ad ſpec. eodẽ. ti. in verbo facile dicunt cõ-
trarium, ſed ego dicerem, quod doctrina Bal. & Ioã. Andreæ
poſſunt forte habere locum in vẽditione rerum allodialium
in quibus ampliorem licentiam contrahendi habent domini
& non in reb. emphiteuticarijs, aut feudalib. in quib. nõ poſ-
ſunt fieri, ita liberç traditiones, & recuperationes cum ſupra
ipſum contrahentẽ ſit dominus directus, ſine quo emphiteu
ta nihil poteſt transferre in nouum acquiſitorem ea propter
7 in venditione rerum emphiteuticariarum, ego non vterer di-
cto pacto retentionis dominij, ſed pacto manus iniectionis
citra quinquennium duraturo, quia ſi vltra duraret, & lap-
ſo dicto quinquennio res retraheretur deberentur duo lau-
demia duplicata, vnum videlicet ex alienatione duplica-
tum, & aliud ẽt duplicatum ex retraditione facta vltra quin-
quennium, ſine conſenſu domini iuxta conſtitutionẽ R. Fer-
din. primi c. als ſcandols, & per ſnĩam arbitralem domini R.
Iacob. 2. & epi Valentini inter clerum, & ciues Barcinonç la-
tam. Nunc ſuper eſt dicere de tertio pacto ſupra mentiona-
to, ſcilicet de contractu empt. & vend cum pacto de retrouẽ-
dendo, ꝙ in prçſenti ciuitate Barcinonç inſtrumentum gratiç
redimendi appellatur, quia de dicto pacto ſolet fieri inſtru-
mentum ſeorſum, cum alio inſtrumento in pede dictæ vendi
tionis, & iſte cõtractus emptionis, & venditionis cum pacto
de retrouendendo, ſi nõ fiat in fraudem vſurarum eſt licitus, 1
& permiſſus, vt in d. l. 2. C. de pactis inter empt. & ven. & in c.
conqueſtus extra de vſur. & in clem. vni. e. ti. & in dictis iurib.
latiſſime ſcribentes. Iſtud. n. pactum appoſitum in contractu
emptionis, & vẽd. vel ſtatim incontinẽti reddit ipſum inſtru
mẽtum ſuſpectum de vſuris. Nam cum propria natura con-
tractus emptio. & ven. Sit quod perpetuo duret, vt in l. de cõ-
tractu, & in l. non eſt, C. de reſcin vend. & etiam ſit naturale,
& proprium eſſe, quod rerum dominia ſunt perpetua, vt dicit
Bal. in c. 1. de eo qui ſibi, & hçredi. & ipſç venditiones fiant ip
ſorum dñiorũ occaſione, vt in l. cũ manu ſata. §. vlt. ff. de ꝯh.
emp. & vend. ex eo ſit vẽditio temporalis, veluti facta ꝯ pro-
priam naturam, & ſuum naturalem eſſe cenſeatur eſſe facta
in fraudem vſurarum. Sed ſi in fraudem vſurarũ ſit adiectũ
iſtud pactum, vt vſurarij ſalutis çternæ immemores, & fal-
ſa diuitiarum fçlicitate inebriati faciũt quotidie vt refert Pa.
de Caſt. in l. ſi cum venderet. ff. de pign. ac. & in l. 1. §. plus vale
re, quod agitur quam quod ſimulate concipitur iſto autem
caſu contractus non valet, aut ſi ualet mutatur, & conuertit̃
in contractum pignoris aut perpetuç locationis pacta enim
ipſa quç ſtare non poſſunt aut annullãt contractum utſunt il
la quç a contractu remouent naturalem eius effectum, quia
a quo remouetur naturalis effectus remouetur ſpecies: ita te-
net Bal. in rub. C. de contrah. empt. & ven. Idem eſt dicendum
in pacto vſurario, quod facit corruere contractum ſuper quo
interponitur, quare quamuis vſurç videantur de iure ciuili ꝑ
miſſç, vt ff. & C. tamen de iure cano. ſunt prohibitæ, vt in c. 1.
& in c. conqueſtus extra de vſuris, & in clem. vnica eo. ti. Sunt
etiam expreſſe prohibitç fieri de iure Cathaloniæ, vt in con-
ſti. domini R. Pe. 2. in curia Barcinonç. c. 54. & prçſertim ſunt
prohibitæ fieri in contractu em. & ven. tex eſt ad hoc expreſſe
factus in conſt. R. Iaco. 2. in curia Barcinonæ ca. ſtatuimus, q̃ ſi
carta de venda fera feta en frau de vſura. Et ſic ſi in fraudẽ vſu
rarũ iſtud pactum ſit adiectum, aut cõtractus eſt nullus, quo
caſu nullum debetur laudemium domino directo, quia ex ꝯ
tractu nullo non debetur laudemium tertium, ſeu foriſcapiũ
ita firmat Io. Fab. in l. fi. C. communia de lega. & in l. 1. C. quã-
do licet ab emptio. diſced. Bal. in l. fin. C. commu. de legat. &
Franc. Cur. conſi. 8. ubi dicit, quod contractus nullus non dici
tur contractus. & Bal. quem Iaſ. citat in l. 2. uerſic. ex prçdi-
ctis, C. de epiſcopali audientia tenet, quod ex uenditione nul
la emphiteuta non cadit a iure ſuo, & ſic nullam patitur
pœnam ad prçmiſſa faciunt notata per Bal. in l. non dubium
& latius ibi Iaſ. ſub nu. 9. & 56. cum uerborum obliga. ubi di-
cunt, quod ſtante ſtatuto, quod de quolibet contractu ſoluat̃
Gabella

Gabella debet intelligi de cõtractu valido. Idem tenẽt Boer. in conſue. biturigũ. in ti. de conſu tetractus §. 2. Plus tibi dico, ꝙ ſi aliquis vendidit Franciſco aliquam rẽ emphyteuticariã, & facto inſtrumento de ipſa venditione, & preſentato domino directo per emptorem, vel vẽditorẽ, & ſoluto laudemio tertio, ſeu foriſcapio, & ipſe dominus directus firmauerit ratione ẽtũ deinde res illa vel rõne minoris ætatis, vel aliqua alia rõne, quæ iam inerat ꝑe quo celebratus fuit ꝯtus euincitur, & abuocatur a dicto emptore ipſe dñs directus tenetur reſtituere laudemiũ, ꝙ recepit. nec obſtat, ꝙ dñs ipſe directus dictum inſtrumentum dñi rõne firmauerit, & per ſuam firmam emptorem in poſſeſſionem induxerit nec obſtat ſi dominus ipſe dicat ſe ſemel feciſſe ſuum officium rite, & recte, & non recepiſſe niſi ꝙ ad ſe iuſte pertinebat, nec ẽt obſtat ſi dicat nihil ad ſe pertinere de nullitate ꝯtus eo præſertim, qa ipſe non petiit laudemium, ſed oblatum recepit, & ſic non ie neri ad reſtitutionem cum ex ſui parte nõ ſit aliquis defectus, ſed ex parte ꝯhentium. Nihilominus tamen eſt dicendum, ꝙ dñs ipſe directus dẽt reſtituere dictum laudemium, quia non fuit ſibi debitum, & ſic eſt locus petitioni reſtitutioni, & conditioni indebiti, & rõ eſt, quia res illa nunquam fuit vendita, nec tradita cum, nec vendi, nec tradi potuiſſet de iure, & cum effectu, & quando laudemium debetur dẽt intelligi de valida & efficaci venditione, vel alienatione. l. 4. §. 3. condemnatũ, ff. de re iudi. l. non putauit. §. non quæuis, ff. de bo. poſſeſſio. ꝯ tabu. l. 2. in fi. ff. quemadmodum teſtamenta aperiãtur faciũt ẽt notata per Io. Bardachi. in trac. de Gabella. 3. part. 8. partis principalis nu. 49. vbi dicit, ꝙ ſtatutum diſponens ꝙ de quolibet ꝯctu ſoluatur gabella dẽt intelligi de ꝯctu valido, & trãslatiuo dominii, & allegat Bar. in l. vnum ex familia, ff. de leg. 2. & Alex. de Imo. in l ab emptio. ff de pact. & ita eſt tenẽdum, & ſic non ſolum in caſibus prædictis nõ debetur laudemiũ, nec fatica, qñ ꝯctus a principio eſt nullus, ſed ẽt qñ cõtractus a principio eſſet validus, ſed poſtea eſt reciſus, & reſolutus tali reſolutione, quæ fit ex cauſa inexiſtenti tempore con tractus, ſiue ipſa reſolutio ſiue reciſio fiat ipſo iure, vt in pacto l. commiſſoriæ, & addictionis in diẽ, ſiue per ſñiam iure ſpeciali reſtitutionis in integr. vt in venditione per minorem ſolemniter facta, ſed nõ vtiliter, quia in his caſib. non debe-
10 tur fatica, nec laudemium. Sed ſi venditio aut alia quæuis alienatio reſoluitur ex cã quæ retro tpe ꝯtus non inerat, ſed poſt ea emerſit, putaſi reuocaẽ donatio, aut annullaẽ ex cauſa ingratitudinis poſt donationem factam commiſſæ, aut ꝑꝑ ſuperuenientiam filiorum, vt in l. ſi vnquam, C. de reuoc. do. tunc debetur laudemium, ex traditione facta per donatorem recipienti, ſiue donatario non tñ debetur laudemiũ, ex recuperatione rei, quia fit ex cauſa reſciſſoria, quæ tacite inerat a principio, quia certum eſt, ꝙ ſi donatarius non cõmitteret ingratitudinem, aut ſuperueniẽt filii legitimi, & naturales donatori, ꝙ donator ipſe poterit reuocare donationẽ, & ſic
bia proxima hortos, & vinetũ, ꝙ tunc ex ea debetur vnũ laudemium, pro dicta venditione, & ſi reuẽditio fiat poſtea ĩ vim pacti de retrouendendo pro ſecunda venditione, ſiue retrouendione non debetur aliquod laudemium, de iure eo, quia iſta ſecunda venditio, ſiue reuenditio eſt pars primę, & ab ea dependet in qua fuit appoſitum dictum pactum de retrouendendo, & ſic executio dictæ primæ venditionis, & in ea eſt incluſa, & comprehenſa, & quod fortius eſt, ſi dominus allodialis in prima reſeruauerit ſibi fatiegam in retrouenditione habendam non valeret reſeruatio, ſeu proteſtatio, quia eſſet proteſtatio contraria facto ipſius proteſtationis, quæ nihil valet, ita tenet Iacobus Cali. in vſa. ſi quis ſuum feudum fol. 93. col. 2. in fi. & Franciſcus Curtius in conſi. 8. in principio, & vitalis de Gambanis ĩ ſuo tractatu clauſularum in clauſ. quæ in præfationibus dicuntur. Et iſtis ſic iactis, pone quod primã venditio facta cum dicto pacto, quod ſi intra 12. annos vendens reſtituat precium emptor teneatur reuendere eidem vẽditori rem in vim dicti pacti de retrouendendo. Sed poſtea ꝯtingit quod emptor ex ſua benignitate prorogauit tempus redimendi per tres, aut quatuor, aut plures annos quæro nunc ſi venditor lapſis dictis 12. annis intra tamen tempus prorogatum recuperet rem in vim dicti pacti de retrouendendo ſic vt ſ. dr̃ prorogati, an ex hac recuperatione debeat ſolui laudemium, & omiſſis argumentis, quæ pro & contra fieri poſſẽt, & quæ Antonius Maſſagalenſius aſſerit in tractatulo cameralis obligationis nu. 7. & Andreas Tiraquel. in tracta retractus conuentio. nume. 24. & ſequen. pagi. 862. dic, quod ſic cum dicta reuenditio non fiat ex neceſſitate pacti appoſiti in primo contractu, ſed ex poſt, ex mera, & libera voluntate emptoris cui placuit prorogare tp̃s aſſignatum, & ita tenet dictus Andreas Tiraquel. in loco ſupra proxime allega. & eſt certum, ꝙ ipſa prorogatio non prodeſt, niſi ipſis contrahentib. & nõ nocet domino directo, quamuis ex dicta prorogatione tẽporis non debeatur laudemium, cum non fiat per eam alienatio rei, nec mutatio emphyteutæ, quę duo requiruntur, vt laudemium debeatur ſed debetur ex alienatione facta recuperatione quam facit ille qui prius vendiderat rem, quæ recuperatio fit in vim pacti appoſiti in primo cõtractu, ſed quia dicta reemptio fit intra tempus prorogatum, quæ quidem prorogatio temporis non fuit facta tempore celebrationis primi cõtractus, ſed eo lapſo ex mera liberalitate, ideo quamuis dicta prorogatio faciat ius ſeu conſeruet ipſis contrahentibus, & ſuſtineat facultatem redimendi, tamen non nocet dño directo, quin habeat laudem. ſeu quinquageſimã poſtquã ipſa reemptio non fuit facta intra tp̃s in primo contractu datũ, & aſſignatum. Nec ipſa recuperatio fit ex cauſa quæ intrat tempore celebrati contractus, ſed ex prorogatione, quæ poſtea facta fuit ex mera benignitate temporis, cui placuit prolongare ipſum pactum de retrouendendo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta cogere poteſt dominum ad ſibi firmandam precariam.*
2 *Nouem ſolidi dantur pro charta precaria.*
3 *Dominus pro charta precaria habet vnum morabatinum.*
4 *Charta precaria quare fiat.*
5 *Acceptatio fieri an debeat in charta precaria.*
6 *Charta precaria non facit præiudicium vero domino.*
7 *Charta precariam firmat proprietarius, chartam precariam firmare nõ eſt in vſufructu.*
8 *Vſufructuarius debet recipere nouem ſolidos.*
9 *Notarius an poſſit claudere ſine firma domini.*
10 *Notarius quid debeat facere antequam faciat chartam precariam.*
11 *Falſum nihil eſt.*
12 *Eccleſia habet fundatam intentionem.*
13 *Eccleſia in dubio potior eſt.*
14 *Precarium quid ſit.*
15 *Precaria quid ſit.*
16 *Precaria cui contractui aſſimilatur.*
17 *Commiſſum cui applicetur. commiſſum eſt reductum ad laudemium duplicatum.*

VNDECIMA CELLVLA.

EX CHARTA PRECARIA DEbentur nouem ſolidi.

MVltoties, & ſæpiſſime cõtingit, tam pꝑter vetuſtatem, quam alijs varijs modis, ꝙ inſtra realia venditionũ, & in emphyteuſim conceſſionũ, & alia inſtrumenta, quæ fiunt ſuper alienatione ipſarum rerum emphyteuticarum ponuntur, adeo, vt eorum exhibitio impoſſibilis eſt, & vt in tractatu de ratione capibreuiandi dictum fuit, quod emphyteuta poteſt cogere dominũ directũ vt ſibi faciat inſtrumentum nouæ laudationis, ſiue chartam precariam, put quotidie de facto videmus fieri quę renouationes, ſiue inueſtiturę appellatur de iure, ea propter eſt ſciendum, quod pro dicta precaria, ſiue ratione, ſiue inueſtitura de conſuetudine in concuſſa Cathaloniæ ſolent dari domino directo, ſiue dominis allodiarijs nouem ſolidi monetæ Barcinonæ, & hoc eſt fieri conſuetum, & ſic vtimur tota die a longo tempore citra quare minime ſunt mutanda, quæ ſemper certam habuerunt interpretationem, vt l. minime ff. de legib. & c. cum dilectus extra de conſuetudi. & Abbas Panormita. in c. cum ad ſedem de reſtitutio ſpolia. & Lappus alleg. 50. de iure autem ciuili, pro dicta charta precaria, ſiue renouat. datur, & dari debet vna quinquageſima glo. eſt in l. fina. C. de iure emphyt. in verbo æſtimationis, & ita tenet Iaſ. May. in di. l. fi. nume. 49. in xv. notabili, & idem Iaſ. in d. l. 3. num. 32. vbi dicit, quod renouatio ſiue inueſtitura noua, quam nos chartã precariam appellam⁹ fit propter plura, videlicet propter plura videlicet propter commoditatem recipiendi vnam quinquageſimam, ſiue laudemium, pro qua charta precaria hodie ſoluuntur nouem ſolidi Barcinonæ domino directo in Barc. patria. Secundo pp̃ obligationem perſonalem ad conſequẽdũ canonẽ, q̃a pręſumitur, quod in ipſa charta precaria, ſiue renouatione, aut noua inueſtitura fit, ſeu fieri debet expreſſa acceptatio per emphyteutam, & promiſſio de ſoluendo penſionẽ, quia renouatio, ſiue charta precaria debet eſſe in oib. quæ adaptabilia ſunt eiuſdem naturę & earũdem promiſſionum cuius eſt contractus emphyteuſis, ſeu conceſſio in emphyteuſim, prout ipſemet Iaſ. tenet in l. 1. nume. 42. C. de iure emphyteu. tenuit Bart. ante eum in l. ſi finita §. de vectigal. de damno infecto & Andre. Tiraq. in tractatu de retractu gentilis. §. 32. in gloſ. 8. nume. 29. & alij plures quos ipſe ibi ſigillatim enumerat, & nullo modo poteſt mutari forma antiquitus inſtituta, & conſueta. Aliquando iſta renouatio fit ratione vetuſtatis, quia inueſtiturę, ſiue ſtabilimenta. & conceſſiones in emphyteuſim ſũt antiquę, & nimium veteres, & debẽt renouari in confrontationibus, & cõfinibus rei, & tunc maxime, qñ non reperiuntur tituli ſiue inſtrumenta vetera q̃ vulgo ſpectantię, nũcupantur quibus cõcludenter probatur, ꝙ illa res quæ nouiter laudatur, & earum fines renouantur pertinet illi, cui fit renouatio, ſiue noua inueſtitura, vt eſt glo in Authen. de hæredi. & Falcidi. in princi. quam Ange. ibi tenet, & Imo. in l. 2. in princi. in penult. col. ff. ſolu. matrimo. vbi dicit, quod in quocunque contractu fieri debet. Alij quando vero ratione tollendę obſcuritatis, & difficultatis probationis, videlicet quia per antiqua documenta non apparent confines noui, quia ſunt variati, certe tunc inſtrumenta debent renouari ſimul cũ confinibus, vt omnino tollatur ambiguitas terminorum argũ eorum quæ dicuntur ff. finium regun. & l. Titius. ff. de actio. empti. & l. ſi prædiorum ff. ad l. Falci. faciunt etiam quæ tradunt canoniſtæ in c. 1. ext. de precario. Aliquãdo vero originale ſtabilimentum, ſiue prima inueſtitura nõ reperitur, tunc vterque, tam emphyteuta, q̃ dominus poteſt alterum cogere & compellere hunc ad concedendum illum vero accipiendum, & iſtam chartam precariam non poteſt dñs denegare poſſeſſori q̃ realiter poſſidet, ſiue ſit verus, & iuſtus poſſeſſor ſiue non, nec per iſtam chartam precariam datur ius acceptatori, nec per eam fit præiudicium vero domino vtili, quia ſi fuit facta Franciſco, & poſtea appareat, quod res emphyteuticalis eſt reuera Petri, & ita fuerit ſententialiter, vel alias prouiſum dominus non obſtante, quod fecerit chartam precariam Frãciſco poterit facere, & firmare aliam chartam Petro, & de hoc eſt tex. in commemora. Petri Albert. c. ſi aliquis vaſallus. Aliquãdo vero cum conceſſio in emphyteuſim eſt facta Guillermo, & Martino inſolidum vno ſine liberis defuncto, dominus videtur tacitę obligatus renouare alteri ſuperuenienti ratione illius verbi inſolidum. iſtam materiã renouationis inueſtituræ, ſiue chartę precariæ diſcurrit Iaſ. in l. fi. 12. notab. C. de iure emphyte. annu. 35. vſque ad num. 37. Bal. vero in Auth. quatum. C. quas de ſacroſanct. eccleſijs ponit, quod iſta renouatio fit quatuor de cauſis, vide eum p̃ te. Et iſtã chartã precariam habet firmare proprietarius cauſalis, & non vſufructuarius formalis, quãdo in fundo eſt vſufructuari⁹ formalis caſu quo ſit vſufructuarius, q̃a firmãre chartã precariam non eſt in vſufructu formali Alberi. de Roſa. in l. vſufructu. legato ff. de vſufructu, & in rubri. C. eo. Guido papæ deciſio. Delfina. 477. & Ioan. de Succarra. in c. ſi vaſall. vel caſtella. in comme. Pet. Albert. pagi. 235. nume 22. & quidam alij Doctores Emolumentum tamẽ quod procedit ex firma dictæ chartæ precarię, ſiue nouæ inueſtituræ erit & applicabitur vſufructuario, ſ. illi nouem ſolidi qui pro ea dari ſolent, & debent. Et quoniam ſæpius contingit, quod extra ciuitatẽ Barcinonę, & eius hortos, & vinetum, tam de iure ciuili, quã per priuilegia conſuetudines aut alia iura eſt permiſſum, qđ emphyteutæ

phyteutæ poſſint dare in emphyteuſim, ſiue ſub emphyteuticare alijs perſonis res quas pro aliis tenent etiam in emphyteuſim imponendo maiores cenſus, aut maiora iura, quam ipſi emphyteutæ ſub emphyteuticantes præſtant, prout continetur in conſtitu. R. Caro. in prima eius curia Barcino. c. cum moltes vegades & in priuilegio recognouerunt procer. cap. 27. & magis ſępius contingit, quod emphyteutæ vtiles nō habent chartas pręcarias, ſiue titulos regulatos, & concludētes ī eorum fauorem, & eo caſu eſt recurrendum ad chartam p̄cariam, ſiue renouationem. verto in dubium quis faciet, aut firmabit iſtam chartam pręcariam ſiue renouationem, an dominus directus, an medius exiſtens in nuda perceptione immediate cum emphyteuta? & dic, quod dñs directus, & non dominus medius exiſtens immediate cum emphyteuta, vtili, ita diſponitur per text. conſt. ſupra proxime allegatæ, vbi diſponitur, ꝙ ipſe dominus medius nullum ius acquirit, niſi firmam pro conſeruatione ſui iuris, & faticam ad opus retinendi, & non acquirit ius in laudemio tertio ſeu foriſcapio, nec minus ius firmādi chartam pręcarium, ſiue nouam laudationem, quod ſeruatur domino directo virtute illorum verborum in nuda perceptione, & reſeruatur eidē dño ius percipiēdi nouem ſolidos qui pro dicta charta precaria dari ſolēt. Sed ſi contingat, quod in huiuſmodi caſu fiat charta precaria renouatio, ſiue inueſtitura notarius in cuius poſſe firmatur nō debet dictam chartam precariā ſubſignare, ſiue claudere, ſeu tabellionare niſi prius fuerit ſubſcripta, ſiue firmata, per dictū dominum medium in nuda perceptione exiſtentē pro obſeruantia dictæ conſtitutio. & iuxta eius ſeriem, & tenorem, vide quæ ſupra dicuntur pag. Sed pone, quod ſumus extra territorium Barci. in quib. locis huiuſmodi ſubemphyteuticationes fieri debent in nuda perceptione iuxta ſeriem, & tenorem conſtit. domini. R. Caroli. in prima eius curia Barcinonæ celebrata anno 1520. c. com moltes vegades fora la ciutat, & ī dictis locis facta ſit ſubemphyteuticatio in nuda perceptione, & emphyteuta vtilis aliquo caſu cadit in commiſſum, vel in pœnam duplicati laudemii iuxta conſtitu. R. Ferd. i. in curia Barcinonæ. c. als ſcandols, quętitur cui aplicabitur res quę cecidit in commiſſum, ſeu laudemium duplicatum eius loco ſubrogatum, an domino medio in nuda perceptione exiſtenti, an domino directo, & allodiali, & videtur ex pręd ict. quod dño allodiali, quia dñs medi⁹ ſtat in nuda perceptione, & non recipit, nec recipere pōt, niſi ſuam nudā, & ſimplicē penſionem q̄ ſibi reſeruauit inſtro ſub emphyteutica. a ſe factę. Contrarium teneas. Immo acquiritur domino medio, q̄a ſi applicaretur domino directo ſequeretur, illa impoſſibilitas de qua tractatur hīſ. in 4. principali q. quod dominus directus eſſet dominus, & ſeruus, & eſſet ſuperior, & inferior ratione vnius, & eiuſdem rei, quod naturaliter fieri nō pōt, & quæ naturaliter fieri non poſſunt nulla lege poſſunt cōfirmari, vt probatur infra in 4. principali qō. in principio latius hæc probatur & ſic applicabitur domino medio ſub emphyteuticanti qui approbatus fuit cum res emphyteuticaria ſibi fuit in emphyteuſim conceſſa ad quē ſi res reuērtatur nulli fit præiudicium, Et ita tenet Nicholaus Boerius in conſuetu. Biturgiū in rubri. de conſuetu. feudi. & cēſual. §. 22. verſi. & finaliter hoc tenet Iacob. Marquil. in vſa. ſacramenta Burgenſium ibi in quadā q. fo. 162. Sed hoc, quod commiſſum debet applicari domino exiſtenti in nuda perceptione, vt euitetur, impoſſibilitas de qua facit mentionem tex. in commem. Per. Alb. c. ſi in aliquo caſtro hoc fallit in præſenti principatu Cathaloniæ in quo dictum commiſſum eſt reductum ad pœnā duplicati laudemij per textū conſt. R. Caroli, & alias pęnas poſitas in conſtitu. ſiue pragmatica, quoniam digne regnat. quæ in corpore iuris clauſa eſt in rub. de iure emphyteu. lib. quar. & dicetur in cellul. proxime ſequenti, quæ de laudemio duplicato tractat de duplicatione laudemii, cui ſit applicādū, vide latius infra in ſequenti duodecima cellula. Et eſt ſciēdum, ꝙ de & ſuper iſtis chartis per conſiliarios, & conſilium præſentis ciuitatis Barcino. anno domini mileſi. quadrigenteſi. quadrageſi. ſexto die vero vigeſima octaua Nouembris exiſtentibus conſiliaris honoratis, & prouidis viris dñis Mathęo Turrell, T. fiualer, Arnaldo de Torrente, Galcerādo Carbonis, & Ioanne Buſſot, fuit facta quędā ordinatio, ſiue ſtatutū ſub his verbis. Item que quiſcun notarij qui ſera appellat o requeſt, per rebre o fer alguna charta precaria de alguna proprietat o honor quis tindra per ſgleſia ela ciutat, o territori de Barcelona ab ſobirana cura, en diligentia cerque, y haja de cercar als mills que pora, ſi la dita ſgleſia ſuccehcix a les aprs la ſentētia dada per lo ſenyores reyen Iaume, lo bisbe de Valentina, ſobre los luiſmes, e aco per ſequiuar tota frau y engan, periudici y leſio de la coſa publica, la qual ſententia ſou donada en lo an y Mil tres centes y deu. E ſino trobata la dita ſgleſia ſuccehcir y ceſſe en poſſeſſio ab ans de la dita ſentētia, que no gos metre en la charta p̄caria la clauſula de luiſme, ſino al de ſe, pręd ictum ſtatutum, ſeu ordinatio in quantū iubet notariis, ꝙ anteq̄ faciant chartas precarias maxima cum diligentia examinēt qualiter dicta charta precaria, ſiue renouatio ſint facien. eſt laudabile, & cunctis obſeruandū, qm̄ veritas ſuper omnia eſt inueſtiganda, & amanda, vt in l. cum ita legatū ff. cond. ōnib. & demonſt. vt s̄. negocium vertatur, & ſedeat. Nam ſuper falſo nihi fundari, poteſt, q̄a illud, ꝙ falſum eſt nihil eſt, vt l. eleganter § q reprobos ff. de pig. act. & quicquā ex falſo effici non poteſt, vt dicit Seneca in epiſto. 50. qua veritate inuenta omnes dubitationes ſoluuntur, ut tenet Ariſt. li. 3. metaphy. & ex veris ſp̄ ſequitur verum bonum, & laudabile, vt idem Ari. tenet libro j. poſteriorum. Sed dictū ſtatutum in ſua diſpoſitiua non eſt ſeruandum, q̄a certum eſt ꝙ eſt laycorum ſtatutum, & ꝯ eccleſiam, & ei⁹ immunitatē, & ſtatuta laycorum quæ veniūt ꝯ immunitatem eccleſiæ nō ſeruanda, vt in c. eccleſiæ ſanctæ Marię, & in c. quæ in eccleſiarum de conſt. extra, & extrauagā. incip. nos Federicus Romanorū imperator, & Bar. in repetio. legis de quib ff. de leg. & in Auth. Caſſa. & irrita C. de ſacro ſanct. eccle, & Bal. in l. j. C. de ſum. Trinita. & fi. Catho. inſuper, quia ſuper rebus eccleſiæ tp̄alib. layci non poſſunt diſponere. quia ſicut p̄ſonę eccleſiaſticæ ſunt exempta a laycis, ita & bona eccleſiarum, vt in c. fi. de reb. eccleſiæ non alienan. & ibi Abbas Panormi. & Bal. in l. j. s̄. allegata, de ſumma Tri. & fi. cath. & tex. in l. decreuimus eo. ti. imo vt dicit Paul. de Caſt. in d. Auth. & Præpoſitus in libro feudorum, in c. ſtatutis, & de conſuetudine ꝯ immunitatem eccleſię Tollen. & Bal. in di. Auth. Caſſa & irrita, & tex. in c. grauem extra de ſententia excommunica. & diſtinctio x. conſuetudines per totum debent aboleri a volumine ſtatutorum, & iſta abraſio debet fieri intra duos mēſes, vt in d. extrauaganti imper. Fedrici quæ autē ſint ſtatuta, quæ ſunt ꝯ liber. declarat Paul. de Caſt. & dicit in d. Authen. Caſſa. Quare puto eſſe ſeruandum, quia poſtquam res ipſa reperitur in allodio eccleſiæ, ſeu penes eccleſiam notarius in dubio debet ponere clauſulā ſeptimi, aut quinti iuxta pręd ij qualitatē p̄ ea quæ dicit dñs Panor. in c. de teſta. & in repetitio. c. cum eſſes eo. ti. vbi dicit, ꝙ eccleſia habet fundatam intentionē ſuam de iur. cōi ſuper omnib bonis poſſeſſis a pręlato defuncto, vnde oīa pręſumuntur eſſe patrimonialia eccleſię poſtq̄ reperiunt̄ in poſſeſſione, ſi tñ hęres prælati ſit in poſſeſſione, & dubitetur, an illa bona habuerit prælatus ante adeptam prælaturā, vel poſt hæres eſt defendendus in ſua poſſeſſione donec ꝯrium p̄betur, per eccleſiam faciunt etiam notata in c. primo. & ī c. 3. de peculi. cleri. & ibi Andreas Barba. maxime, quia tam ante latā ſententiam arbitralem ſuper ſolutione laudemiorum, quam poſtea allodia eccleſiæ fuerunt, & ſunt multo plura allodijs laycorum in tantum quod cum fere omnes proprietates exiſtentes in ciuitate, & territorio Barcinonę, ſint de vno, vel alio allodio puta eccleſiaſtico, vel laycali in centum non ſunt quinq; allodia laycalia, quare cum dicta allodia laycorū ſint pauciſſima, & allodialia eccleſiaſtica ſint quā pluima indubijs ſp̄, vel pro maiori parte eſt p̄ſumēdum pro eccleſia argumentum. c. j. de contētio. inter dominum, & vaſallum, de beneficio feu. Ioan de Succarrat. in commemo. Pet. Albert. in c. ſi Caſtella. pagi. 135. nu. 8. & Hoſtien. in c. 1. de iureiu. & tex. in l. cū ſolito C. qui bonis cedere poſſunt ſemper pro eccleſia eſt iudicandum, & ideo hac allodiorum eccleſiaſticorum *multitudine* perſuaſus ingenue fateor me in dubiis ſemper *credidiſ*ſe, & feciſſe contra dictum ſtatutum ſupra inſertum, quia in dubio pro eccleſia eſt iudicādum argumen. l. in ambiguis ff. de iure dotium cum magis fauēdum ſit eccleſiæ, quam dotib. & nota quod precarium, & charta precaria differunt, quoniam precariū in genere neutro eſt, quod petenti cōceditur vtēdū, tā diu, quā diu is q concedit patitur, vt ī l. j. de precario, & hoc modo capitur large, vt in l. male agitur C. de pręſcrip. 30. anno, precaria autē in genere fœminino eſt ꝯtus conceſſionis alicuius rei de quinque in quinque annis, vt tenet Bal. ī l. ſi finita §. ſi de vectigalibus ff. de damno infecto in v. colum. in 4. quæſtio. & Iaſ. May. eum referens in l. j. numero 42. C. de iure emphyt. & iſte contractus precaria, vt tenet Iaſ. in loco ſupra proxime alle. in omnibus & per omnia eſt eiuſdem naturę cuius eſt ꝯct⁹ emphyteuticus, & ponit dñas ī q̄b. differt a ꝯtu colonario. & a ꝯtu ſuperficiario, & a quibuſdam aliis ꝯtibus cum eo maximam ſimilitudinem habentibus.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus omnium dominorum requiritur.* †
2 *Laudemium duplicatum quis exigit.*
3 *Laudemium duplicatum quando committatur.*
4 *Conſenſus domini in inſtrumento, & extra poteſt accedere.*
5 *Teſtes & inſtrumenta parem vim habent.* †
6 *Pęna commiſſi quo iure eſt inducta.*
7 *Ius Gothorum, quod ius non cognoſcit.*

8 *Penſio-*

8 *Penſiones quando ſunt duplicandæ.*
9 *Cenſus furnorum quo modo ſoluendi.*
10 *Commiſſum in Cathalonia ſublatum conſuetudo Gerunden. diœceſis.*
11 *Fraus inter dominum, & emphyteutam non debet interuenire.*
12 *Notarius committens fraudem qua pœna puniatur.*
13 *Fraudem nulli prodeſſe.*
14 *Commiſſum quando habet locum.*
15 *Præſcriptio commiſſi.*
16 *Emphyteuta an poſſit incidere arbores.*
17 *Commiſſum ſublatum de iure.*
18 *Conſuetudo contra ius patriæ eſt abuſus.*
19 *Poſſeſſio recepta ſine conſenſu domini quo modo puniatur.*
20 *Recipientes poſſeſſionem ſine conſenſu domi.*
21 *Pœna recipientis poſſeſſionem ſine conſenſu domini.*
22 *Querela pacis & treugæ violatarum.*
23 *Poſſeſſionem ſine firma domini intrans.*
24 *Pragmatica quoniam digne regnat.*
25 *Correctio legum quando inducitur.*
26 *Statutum antiquum quando corrigatur per nouum.*
27 *Pœna duplicati laudemii per quem fuit inducta.*
28 *Correctio legum quando inducatur.*
29 *Poſſeſſio eſt prohibita non titulus.*
30 *Pœnarum relatio ad quas refertur.*
31 *Laudemium duplicatum ex contractu.*
32 *Donare licet, ſed non tradere.*
33 *Empara realis vt recte fiat.*
34 *Commiſſi ſublatio.*
35 *Pœna laudemii duplicati.*
36 *Legem Gothicam ſeruari compromiſſum eſt tranſactio.*
37 *Aut contractus ex partium conuentione legem accipiens.*
38 *Species derogat generi.*
39 *Poſſeſſionem recipiens quam pœnam incurrit.*
40 *Ciues ex titulis lucratiuis non ſoluunt.*
41 *Laici in allodiis laici quid ſoluant.*
42 *Forenſes in hortis, & vineto quod laudemium præſtent.*

CELLVLA DVODECIMA.

LAVDEMIVM DVPLICATVM DEBETVR ſi corporalis poſſeſſio recipiatur ſine conſenſu & laudamento domini.

LAudemia enim in omnib. Et ſingulis caſibus ſupradictis, & ĩ vnoquoq; ipſorum ſoluenda ſunt, vt ſupra dictum eſt, & hoc verũ ẽ, ſi noui acqſitores ipſarũ rerũ emphyteuticaliũ recipiãt, & intrent poſſeſſionẽ præcedẽte cõſenſu firma, & laudamẽto domini, ſiue dominorũ pro quibus tenentur, ita quod ſi plures ſunt dñi omnium conſenſus, & laudamentum requiritur, & non ſufficit conſenſus ſolius vnius, probantur hæc p pragmaticam, ſiue conſtitu. quoniam digne regnat, & per cõſtitutionem domini R. Ferdinandi. 1. in c. 16. als ſcandalos, in verbo dels ſenyores, in numero plurali, & ita tenet ibi expreſſe Thomas Mieres fol. 109. col. 2. in fi. & Guillermus de Valleſic. in vſa. ſi quis ſuum feu. fol. 89. co. 3. & Iacob. Marquil. in ſpecie, & ex propoſito eodem vſat. fol. 112. q. 36. col. 4. præpoſitus in vſibus feudorum in l. imperialem de proh. feu. alienatione per Fed. Iaſ. in l. fi. C. de iure emphyteu. in q. 12. numero 123. & Ioan. Andreæ ſuper Specul. in §. nunc aliqua in verſi. 82. & ita tota die practicatur Barcinonæ. licet quidam dicãt cõtrariũ. Sed conſti. R. Caroli. c. cõ moltes vegades, qua diſponit, quod dominij medij habent firmam pro cenſu conſeruãdo etiam ſi ſtent in nuda perceptione & contrarij fundant ſe ĩ conſuetudine ſcripta Cathaloniæ in commemoratio. Petri Alber. c. 48. Item eſt conſuetudo Cathaloniæ, ego tamen nõ video, quod prædictum ca. hoc dicat, quod ſufficiat conſenſus, ſeu firma vnius ſolius domini, immo verum eſt, ꝙ id qđ omnes tangit ab oĩb. approbari dẽt, vt in l. fi. §. fi. C. de aucto. præſtanda concordat extra de regu. iur. in 6. ca. quod omnes, & c. archiepiſcoporum ſuper verbo cum omnibus de temp. ordi. facit etiam l. nam ita diuus ff. de adoptio. & eſt verum, quod alienatio rei emphyteuticæ tangit omnes dominos, vel quoad laudemium, quoniam omnes habent partem eiuſdẽ laudemij iuxta conſuetud. ſcriptas Barcinonæ, vt dicetur inf. in 2. principal. q. & probatur per tex. conſtitu. R. Pet. 3. ca. 3. Itẽ ne ſuper laudemio curiæ Ceruariæ. & ita tenet Guiller. de Valleſi. in vſa. ſi quis ſuum feud. nu. 2. fol. 97. & eo. vſa. fol. 98. colum. 1. in fi. ibi ſed vbi veritas eſt, vel quo ad faticam, vt in conſtit. R. Caroli, in prima eius curia Barcinonæ c. com moltes vegades etiam ſi ſtent in nuda perceptione, quia habent faticam, vt infra in 4. principali q. dicetur hoc etiã verũ eſt, ꝙ ille dñs ſolus poteſt exigere laudemium duplicatum cuius cõſenſus, & laudamentũ nõ fuit reqſitus, & obtentus, qa nõ in plus puniri debet, q̃ deliquerit l. hæres. ff. de his qui. vt ĩdignis Secus autẽ eſſet ſoluẽdũ laudemiũ, ſi ipſi acquiſitores, prędictarũ rerũ emphy. poſſeſſionẽ acquirãt prædictis cõſenſu, & laudamẽto dñi ſiue dñorũ nõ præeũtib. ſeu prius expreſ. obtẽtis vel tacite, vt dicit Ia. de Cali. in vſati. caſlani, in verbo conſenſu fol. 83. col. 4. de quibus firma, & laudamẽto expreſſis põt apparere in ipſo inſtrumento aliena. per ſubſcript. manu propria ipſius dñi, ſiue dñorũ, aut alicuius publicæ perſonæ de domini, ſiue dominorũ conſenſu ipſius tamen volũtate ibi poſitam, vt in dicta conſtitutiones als ſcandalo, & in glo. in vſa. ſi quis ſuum feudum fol. 85. col. 2. vel extra inſtrm per teſtes, aut inſtrumenta, vt tenet in terminis dictus Thom. Mieres in dicta conſtitu. als ſcandalos fol. 110. col. 1. & Calitius in vſati. caslani, vt ſupra dixi, & in libro intitulato Thomi. duo de arte notariæ, eſt forma ſpecifica de firma q̃ facit domin⁹ extra inſtrm alienationis, & ego ſic practicaui per quatuor vices ĩ præſenti ciuitate Barcinonæ dictando inſtrumentum de firma domini extra inſtrm alienationis ad vſum, & conſuetudinem notatorium publicorum Barcin. qui pro maiori parte concipiunt inſtrumẽta in prima perſona. Quia parẽ vim habent teſtes, & inſtrumenta, vt in c. potuit extra de teſtib. & in c. cum Ioã. de fide inſtrumentorum, & in l. in exercẽdis C. de fide inſtrumentorum, & hoc videtur ęquum, quia lex nõ debet imponi verbis, ſed rebus, vt in curia Perpiniani R. Pet. 3. c. cum quilibet colla. 2. & in l. 2. de legat. & l. fi. C. de vſur. & in l. fi. C. quę res pignori: quia quocunque modo interueniat conſenſus, & laudamentũ domi. ſufficit, quod adſit poſtquã poſſit probari interueniſſe, Quia ſi prædicti acquiſitores rerũ emphy. ſic ſine cõſenſu dñi, ſiue dñorum dictã poſſeſſionem recipiant, & intrent puniuntur variis modis, & pœnis ſm diuerſa iura. Nam de iure canonico, & ciuili incidunt in pœnã commiſſi, ſiue amiſſionis rei alienatæ ſeu acquiſitę, vt in l. fi. C. de iure emphyteu. iuncta gl. & ibi Bart. Bal. Sal. & Iaſ. May. & in c. potuit extra de locato iuncta gl. & gl. in c. conſtitutus de religioſis domi. & in vſi. feu. titu. de prohib. feu. aliena. per Feder. in l. imperialem, & de vſu. Mediola. tit. quæ ſit pri. cau. benefi. amitten. §. fi. & Doctor. in Authen. qui rẽ C. de ſacroſ. De iure autẽ Gothorũ per l. j. lib. x. quod hodie in hoc caſu, & quibuſdã aliis caſibus ſeruatur in Cathalonia, vt tenet Guiller. de Valleſic. in procemio in vſa. cum dñs Berẽga. in fi. prædictum commiſſum eſt ſublatum, tã pp penſiones ceſſatas, q̃ etiam ſi res vendatur, & tradatur, ſine conſenſu dñi, ſiue dñorũ p quib. teneatur res emphyteu. iſti duo caſus, ſ. non ſoluere p bienniũ in eccle. & p trienniũ in priuato, & alienare ſine cõſenſu dñi ſunt, & reputanẽ ſub eadã cẽſura, vt tenet Saly. in l. 2. de iure emphy. quia j. caſu, ſcilicet qñ pẽſiones ceſſantur emphyteu. punitur in cenſibus, ſiue penſionib. duplicatis per tex. in vſa. ſi ſcienter, & ibi hoc tenent Doctores & Ia. Marql. in vſa. ſi quis ſuũ feu. fol. 375. col. 4. in fi. & eſt de hoc tex. expſſus in priuilegio recogno. procer. cap. 27. item quod ille qui ceſſat, & hoc tenet ibi Ia. Marquil. in ſua margarita Iacobina hoc tenet etiam Thomas Mieres in conſtit. R. Alfonſi 3. in curia Mõtis Albi. c. 28. Item ſtatuimus, & ordinamus. & in conſtitu. item ne ſuper laudemio fol. 166. co. 2. verſi. item nota. ꝙ facit. Quare nõ parũ miror de duobus notariis plublicis Barcinonæ iã nũc, & diu eſt vita functis, qui diuerſis temporibus poſterior, tamen priorẽ ſequens in ſtabilimento, ſiue in emphyteuſim conceſſione quę facta fuit de domib. & furno vulgo dicto de la Palma præſentis ciuitatis Barcin. appoſuerunt clauſulã continentẽ purum commiſſum in caſum. & euẽtũ in quibus emphyteu. ceſſaſſet ſoluere cenſum per 12. hebdomadas per hebdomadas ſolui pactatũ, quia ẽt qñ ſolutio pẽſionis eſt facienda pe hebdomdas vt ſolet fieri in furnis præſentis ciuitatis Barcino. vel ſingulis menſibus de iure canoni. & ciuili, quæ admittunt commiſſum, ut in l. fin. C. de iure emphy. & c. potuit extra de locato, & tenent vndique omnes Doctores non habere locum commiſſum niſi poſt 2. annos in eccle. & poſt 3. annos in layco, vt tenet Iaſ. in l. 1. q. 14. num. 59. C. de iure emphy. quanto minus in noſtro iure Cathalo. in quo vt ſupra tangitur dictum commiſſum eſt ſubla. per c. 27. poſitum in priuilegio recognouerunt proceres. in quo quidem furno ego requiſitus nolui facere chartã pręca. niſi abſque dicta clauſula inductiua commiſſi, et vltra volebam qđ interueniret decretum & auctoritas reuerendi. Barci. epiſcopi, immo ſi aliquis notarius audet ponere dictam clauſulam inducentem commiſſum poſſet puniri iuxta pragmaticam infra eadem cellula inſertam, quia in cauſa alienationis ceſſat commiſſum in Cathalonia, & eius loco debetur laudemium duplicatum, vt in conſtitu. R. Ferdinandi 1. c. als ſcãdalos. Secundo vero caſu ſi res emphyteutica alienetur, & tradatur, ſine conſenſu domini ſunt impoſitæ aliæ pœnæ, ut j. ſtatim dicetur. ꝙ ius Gothorũ etiam in hoc caſu hodie ſeruetur, tenet Thomas Mieres in curia Ceruariæ R. Pet. 3. ca. 3. Itẽ ne ſuper laudemio fol. 165. col. 4. & in d. conſtitu. R. Ferdinan-

di primi c.als ſcandalos fol.111.& in in d.conſtitu. dñi Regis
Alfonſi 3.c.xxviij.Item ſtatuimus ordinamus,& Iacob.Mar-
quil.in vſa.iudicia.curiæ fol.135.col.j. in fi.tenet idem,ſ.dictā
legem Gothicam in hoc caſu etiam hodie in Cathalonia,
ſeruari,& ibi ponunt aliquos caſus ſaltem remiſſiue in qbus
in Cathalonia,quod etiā hodie ſeruatur lex Gothica,vel ſal-
tē ſtatuta a dicto iure Gothico ſumpta,& ſic ius ciuile,& ca
nonicū,per ius Gothorum in hoc eſt correctum ſaltem nō
ſeruant cū ipſo Gothrū iure ꝯcordat ius Cathalanorū, quo
ſublatum eſt cōmiſſum,vt ex diſpoſitione,& mente vſa.ſi qs
ſuū feudum,& tenet ibi expreſſe glo.fi.& in eo. vſati.pluries,
& Iacob.Cali.& ex mente vſatici,ſi quis baiuliam,& ibi Iac.
Marquil.ſol.375.col.4.& ex mente vſa.caslani, & ibi practici
Doctores,& Thomas Mieres in curia Ceruariæ c. item ne ſu
per laudemio,& Ioan.de Soccarratis in commemora. Petri
Alber.cap. eodem,ex mente ipſius conſtitutio.item ne ſuper
laudemio de quo commiſſo nulla ſit mentio, & Docto.pra-
ctici in vſa.ſi quis ſuum ſeu.videlicet Iacab.Cali.ſol.36.col.3.
& Guiller.de Valeſic.ſol.88.col.2.& ex mente pragmaticę R.
Pet.primi,quoniam digne regnat poſita in volumine conſti.
Cathaloniæ ſub rub.de iure emphyteu.in qua ponitur pęna
quingentorum aureorū,& expreſſe in priuilegio recognou.
procer.c.28.quod ille qui vendit ex quibus omnibus habeo
mihi probatum, quod in Cathalonia non hēt locum com-
miſſum propter penſiones ceſſatas,nec propter alienationē,
& traditionem ſactas de re emphyteuti.ſine conſenſu domi-
ni,immo in his,& alijs caſibus ſublatum eſt,niſi qñ vaſallus,
vel emphyteuta ſcienter negat rem eſſe feudalem, vel em-
phyteuticariam, vel eam ſcienter vendiderit pro allodio cū
ſciret eſſe feudalem vel emphyteutica. hos caſus ponit Iaco.
Marquil.in vſa.ſi quis baiuliā fol.376.colu.j.& glo.fi.in vſa,ſi
quis ſuum ſeudū,& hoc cōiter tenetur a Doctoribus. practi-
cis,quod ī dictis duobus caſibus habet locum cōmiſſum ho
die,& dñs Thomas Mieres in conſti.als ſcandalos ponit quā-
dam vſantiam doce.Gerunden.per quam in certo caſu expſ-
ſo ad huc habet locum commiſſum. Item Thom. Mieres in
loco ſupra proxime allegato ponit duos alias caſus quos om
mitto hic transcribere, quia fundatur per conſuetudinē Ge-
runden.dioce.quas ibi videas.Ego vero adduco aliam cōſue
tudinem eiuſdem dioce.Gerundæ, quæ eſt tenoris ſequentis.
10 Cōſuetudo eſt,ꝙ ſi emphyteuta ceſſauerit per triennium pu
tare vineā, ꝙ pōt priuari p Dñm vinea,niſi iuſta cauſa ſe va-
leat ſe excuſari,& eſt ſumpta a libro Arnaldi de vineis iuriū
Doctoris Gerun.& Iacob.Calicius in vſa.ſi quis ſuum ſeu.ſo.
91.col.1.dicit quod dictum commiſſum habet locum in va
ſallus, vel emphyteuta committunt fraudem in alienando
non exprimendo verum etiam pretium, & dicit Saly. in l.fi.
C.de iure emphyte.& Hoſtien.in c.potuit de loca,& ibi Imo.
in primo notabili.& Io.Faber in d.l.fin.quod ſi emphyteuta
mentius eſt de precio,quia minus eſſe aſſeuerit, quam reue-
ra eſſet,quod perinde eſt ac ſi irrequiſito dño facta fuerit, &
ſic amittit rem,& ratio eſt,quoniam inter dominum, & va-
ſalum,vel emphythcutam nulla fraus, nec vllum malum in
genium debet interuenire,vt in c.3.de prohi. feu.alienat.per
Lotharium,& Thomas Mieres in dicta conſtitu.als ſcādols.
fol.91.col.3.in fi.allegādo priuilegium recognouerunt proce
res dicit,ꝙ ſemper pp fraudem habet locum commiſſum fa
cit tex.in vſibus feudorum ti.quibus mod. feudum amittatur
c.j.§.aut ſi libellario,& tex.de hoc expreſſus in l.imperialem
de prohibi.feu.aliena.per Federi.vbi dicit tex.quod ſi ſuper a-
11 lienatio. feudi loco venditionis faciant donationem quod
res ipſa feudalis amittitur ne tale figmentum, nec alia fraus
ꝯ illam conſtitutionem ex cogitetur,vbi ēt ſtatuiſ,quod no-
tarius qui ſciēs fraudem committi ſcripſerit priuetur officio
notarię cū infamia atq; ei manus amputetur,& ita tenet Ia-
cob.Marquil.in vſa.ſi quis ſuum feu.fol.116.col.1. Guido pa-
pæ qōne 171.idem tenet,videlicet, ꝙ res pp fraudem com-
mittitur,tenet ēt Guiller.de Valeſic.in vſa.caslani, & Iulius
Clarius in ſuo tract.de emphyteu.q.51.§.arbitror tñ, vbi di-
cit expreſſe, ꝙ emphyteuta committens fraudem debet pri-
12 uari re emphyteutica,& idem dicit in q.17. in fi.fraus etiam
non debet alicui prodeſſe Cyn.& Bald.in l.ſi infantem C. de
leg.& Specu.deciſione actionis verſi.ex præmiſſis,& de appel
la.§.4.verſi.ſed ſecundum. Et ſic ne fraudes committantur ho
die eſt cautum,per conſtitu.dñi R.Caroli in villa Montiſſio-
ni anni 1546.c.21.quod notarius debet exigere a partibus iu
ramentum quo medio aſſerant partes ꝯhentes ſuper aliena-
tione rerum feudalium,& emphyteuticarum, ꝙ non com-
mittunt fraudem,& Specu.dici in §.nunc aliqua in verſic.92.
de locato, ꝙ qñ partes committunt fraudem in alienatione
rerum feudalium,vel emphyteuticaria, perinde eſt, ac ſi nō
denunciaſſent domino,& ex inde iuxta ius patriæ incidunt ī
pœnam laudemij duplicatiq; ſubrogata eſt loco caducitatis,
ſeu commiſſi.Et propterea dicit Iaſ.in l.fina.C.de iure emph.
nu.xj.quod emphyteuta vendere volens, & denunciauit ven
ditionem non tñ verum precium,quia forſan dixit eſſe maꝰ
caſu quo dñs directus velit retinere,aut minus caſu quo velit
laudare eo ne ſoluatur maius laudemium, quod tunc cadit
iure ſuo.& his caſibus res cadit in commiſſum, & maxime
debet res committi attenta præſtatione iuramenti quod ſu-
pra dicebam iuxta nouam conſtitutio.domini Regis.Caroli.
factam anno 1547.nec rationi conuenit,ꝙ emphyteuta qui
ex volūtate dñi habet rē emphyteuticariā munia fraudes ꝯ
dominum cui ſub religione iuramenti promiſit non facere
fraudem in præiudicium domini,ut tenet ibi Guillermus de
Valleſic.in loco ſupra proxime allegato. Item etiam habet
locum commiſſum in caſu conſtitutionis R.Alfonſi 4.c. itē
commemorans,& eſt quando pagenſis relinquit manſum I-
habitatum per vnum annū,prout in dicta conſtitu.quod tē-
13 pus poſtea fuit reductum ad tres menſes per ſententiam arbi
tralem latam Inter ſeniores pagenſium,& ipſos pagēſes quæ
vulgo dicitur redimentiarum in verſi.8.Item pronuntium ar
bitram y declarā quo ſilos pageſos,ſe aniran,quæ ſententia la
ta eſt in monaſterio beatæ Mariæ de Guada lupe per domi-
num R. Ferdinandum vltimum die vigeſima prima Aprilis
anno domini M.cccc.lxxxvj.Aliud etiam commiſſum indu-
citur per clementinam, ſi quis ſuadente diabolo de pęnis.a-
lios caſus affert Ioannes de Soccarratis in commemora.Pe.
Alber.c.eodem pagi.119.& ſequen.videlicet ſi emphyteuta
male tractat rem, & ſi inciderit arbores fructiferas per qua-
rum inciſionem fundus factus eſt deterior. Quamuis hoc
vltimum videatur eſſe correctum per quoddam capitulum
poſitum in ordinationibus vocatis de ſancta Cilia ciuitatis
Barcino.quod incipit,'quæ tot hom pot plantar arbres. Quā
to autem tempore præſcribatur ius agendi ad commiſſum
vide Guidonem papæ deciſio. Delfina.411.& tene cum eo,
& dixit prius Guiller.de Valleſic.in vſa.caslani. Et redeundo
an emphyteuta poſſit expelli propter deteriorationes dic.qđ
ſi loquamur in emphyteuta eccleſiæ certum eſt per text. in
Authen.qui rem C. de ſacroſanct.eccleſiis. Sed quid in em-
phyteuta priuati reſponde,quod pariter etiam expelli poteſt
propter deteriorationem, ita eſt communis Doctorum opi-
nio,vt dicit Iaſ.in eadem Authen.qui rem nume.v.& ſequē.
hinc infertur, quod non poteſt emphyteu. inſcidere arbores
fructiferas,ita tenet Barto.in l.diuor.§ ſi fundum nu.3.ff.ſol.
mat.cum quo tranſeunt indiferenter omnes tam antiqui, q̃
moderni Doctores,vt refert dictus Iaſ in eodem §.ſi fundum
nu.2.Et dicit Ange. in l.ſi colonus ff.arborum furtim cęſarū,
quod ab hac concluſione nullus vnquam diſcrepauit, &
ideo ſi illas incidat cadit a iure ſuo,& poteſt expelli, & priua
ri,& ita tenet Bald.in dicto §.ſi fundū & eſt aōis opinio, vt te
net Iaſ.in eod.§.nu.4.Picus in l.Titia.nu.106.ff.de lega.2.quæ
quidem concluſio licet videatur nimis rigoroſa tamen tenē
da eſſet,vt emphyteutę metu commiſſi bñ, & vtiliter verſen
tur in rebu.ſibi emphyteuſim cōceſſis, & hæc oīa intelligen-
da ſunt quando eſſet notabilis deterioratio ſecus ſi eſſet mo-
dica vel minima, vt dicit Iulius Clarus in tractu de iure em-
phyteutico,q.26.Et prædicta vera, puto ſi emphyteuta malo
animo motus prædictam fecerit deteriorationem,nam ſi vo
lens fundū meliorare dederit aliquod magnum dāmnū mi-
tius cum eo eſſet agendum,& rediēs quo digreſſus ſunt poſt
quā pęna commiſſi,ſiue caducitatis de iure huius patrię non
hēt locū etiā ſi emphyteuta ceſſat ſoluere penſiones,vel alie
net rē emphyteuticam, ſine conſenſu domini, niſi in certis
caſibus ſupradictis,& niſi in aliquibus locis in quibus, tam p
ignorantiam iuris huius patrię,quā aliter adhuc illo abutun
tur,prout in villa Ceruariæ diœceſis Vicen.aſſerentes, quod
ibi in dicta villa eſt cōſuetudo antiqua,non tñ ſcripta de cu-
ius initio non eſt hominum memoria in ꝯtrium, tamē eſto,
quod dicta conſuetudo ſit in dicta villa Ceruarię,aut in quo
cunque alio loco præſentis principatu adhunc, puto ibi fie-
ri nō poſſe,qa dicta aſſerta cōſuetudo eſſet ꝯ conſtitutiones,
& conſuetudines generales Cathalonię, contra vſaticos Bar
cinonę,& alia iura huius patriæ, & omnis conſuetudo quā-
tumcunque antiqa,quæ eſt,contra vſaticos, & cōſtitutiones
Cathalonię,& conſuetudines generales principatus eſt abu-
ſus,& corruptela,ita enim cauetur per conſti.dñi R.Ferdinā-
di ſecūdi,in prima curia Barcinonæ c.18.deſijāts, & in capi.
22.poch valria,& ī c.curia Barci.eiſudē dñi R. c.67.mes auāt
ſtatuim R.Ferd.2.& in plurib.aliis cōſt.cū ergo dicta ꝯſuetu-
do ſit ꝯ dictos vſaticos,& ꝯſtitutio. iō nō eſt ſeruanda dicta
cōſuetudo,quæ eſt iuri ꝯria,vt tenet Bar. in l.oēs de decurio
lib.x.C.& maxime, cum non ſit ciuitas principalis regni,vt
vult,dictus Bar.in l. ex eain fi. ff.de poſtulatio.& ibi ſe remit-
tit ad plene notata per eum ad l.cūctos popolos.C.de ſu.Tri.
& fi.Cath.Quare nūc reſtat videre eodē iure patrio qualit re-
cipiētes,& ītrātes poſſeſſionē irreqſito ꝯſēſu, & firma dñi,ſi-
ne dñorū puniūt.Et ad hoc plene id eligēdū ē notādū.ꝙ do-
minus

minus rex Petrus primus ſua conſtitutione pacis, & treguæ in §. nullus Chriſtianus quæ data fuit calendas Aprilis anno domini mileſimo 198. voluit, quod contra iſtos recipientes, & intrantes corporalem poſſeſſionem rerum feudalium, & emphyteuticharum poſſet procedi per dominos eorum per oblationem quærelę pacis, & treugę violatę, in qua ſolet ſtimari damnum, & iniuria ad pecuniarum quantitates ſalua iudiciali taxatione, qui quidem §. nullus Chriſtianus poſtea fuit confirmatus per aliam conſtitution. pacis, & treugę factam per eundem dominum R & cardinalem conuenarum incipientem ad honorem Dei &c. quæ poſita in volumine conſtitu. ſub rubrica de pace, & treuga fo. 238. colum. 3 in fi. li. x. & ad hæc faciunt notata per Ioannem de Succar. c. eo. in commemoratio. Pet. Alber. pag. 120. nu. 4. Poſtea vero quia forſan ſolennitas dictæ querelæ, videbatur nimia, & tardius ad eam reccurrebant propter difficultatem, aut nimias impenſas in tali caſu, idem dominus R. Pet. 1. per ſuam pragmaticam, ſiue priuilegium incip. quoniam digne regnat. poſitã in volumine conſtitutionum in ſupradicta ſub rub. de iure emphyteu. quæ data fuit Bicinonæ 6. dies Martij. ſub anno incarnationis dñi IeſuChriſti. M. ccx. voluit, & iuſſit, quod tales recipientes poſſeſſionem rerum emphyteuticalium abſq; firma, & conſenſu domini, ſiue dominorum punirentur pœna quingentorum aureorum, licet tex. dictæ pragmaticæ q translatus eſt de latino idiomate in patrium Cathalanorum ſermonẽ habeat ſtorius. Nec eſt dicendum, ꝙ p̄dictus §. null⁹ Chriſtianus ſit correctus, per dictam pragmaticam, qñ digne regnat, quia iura non corriguntur, niſi quatenus exp̄ſſe dicatur, & ſi dominus rex vellet ipſa iura corrigere expreſſe dixiſſet, vt notatur in c. ad audientiam de decimis. Sed hoc in dicta pragmatica non dicitur, præterea infra ſtatim dicetur correctio legum omnino eſt euitãda, vt iuribus infra allegatis inſuper dicit Pau. de Caſt. poſt Bal. in j. conſtitutione codicis in §. quibus, & Alex. in l. fi. ff. de falſis, quod ſtatutum antiquum per nouum ſtatutum debet ſeruari, & noua lex non tollit præcedentem, niſi quatenus ei ꝯtriatur, vt i Auth. de nõ alie. aut permutan. & ibi glo. col. 2. & Bart. in l. omnes populi in 4. q. ff. de iuſtit. & iu. dicit, ꝙ ſtatutum ſecundum non reuocat primum, niſi expreſſe dicatur, & conſtitu. als ſcandalos facit multum ibi vltra les altres penes de dret, per quæ verba clare, patet, ꝙ priora iura nõ ſunt correcta cũ eorũ pęne poſſint exigi, alias fruſtra poſuerentẽ illa verba vltra les altres penes de dret. Ex quibus patet qualiter, tales ſic poſſeſſionem aſſequentes non obtentis prius firma, & laudamento domini poſſunt puniri pœna quingentorum aureorũ inducta, p dictam pragmaticam, qñ digne regnat, & procedẽdo ꝯ eos, per oblationem querelæ pacis, & treugæ violatæ iuxta dipoſitionem dicti §. nullus Chriſtianus, & credo ꝙ dicta pœna quingentorum aureorum, non poteſt exigi, niſi recipiatur poſſeſſio, ſine conſenſu domini, qñ alienatio eſt facta per cõtractum inter viuos, & ita poteſt comprehendi, ex verbis dictæ pragmaticę in exemplis ibi datis. Succeſſiue vero dñs rex Ferdinandus primus in curia Barcinonę ca. 16. als ſcandalos celebrata anno domini 1310. ſtatuit, quod ipſi acquiſitores rerum emphyteuticariũ, ſiue feudaliũ ſi ꝯſequerentur poſſeſſionẽ ſine firma, & conſen dñi, ſiue dominorum punirentur pœna laudemij duplicati, vltra alias pœnas iuris ſubaudi municipalis huius patriæ, & nõ ciuilis, quia p illa verba, les altres penes de dret, non ſunt intelligendę pœnæ iuris cõis, q̃ ſunt pœna commiſſi ſiue caducitatis, vt tenet Iacob. Marqui. in vſa. iudicia. curiæ in fi. folio 235. colu. 3. Sed ſunt intelligendæ pœnę iuris huius patriæ, ſ. pęna quingentorum aureorũ, quæ inducta fuit, per dictam pragmaticam, quoniam digne regnat, & per dictã pœnam ꝓcedendi per querelam pacis, & treugę violatæ, quæ ĩducta fuit, & per dictũ §. nullus Chriſtianus. Et ratio vera quare pęne iuris ciuilis nõ debeant intelligi eſt, quia ſi per illa verba, vltra les altres pęnes de dret intelligerentur pęnæ iuris ciuilis eſſet corigere multa iura huius patriæ, p quæ caducitas, & cõmiſſum ſunt ſublatę, quod nõ eſt dđm, quia correctio iurium non dẽt induci, niſi quatenus expreſſe reperiatur §. cum igitur in Authẽ. de non eligen. ſecundo nuben & in c. cum expediat de electio. in 6. & in l. præcipimus C. de appellatio. & in l, vnica C. de inoffi. dot. & in §. fi. in Authen. de exiben. & intromitten reis, & in cap. cum dilectus cum glo. ſuper verbo hic iuri communi extra de conſtitu. & hoc confirmat antiquiſimus vſus ab omnibus approbatus, cum nullus dominus directus nunquam petiit in iudicio, nec extra dictum commiſſum, nec vnq̃ aliqs iudex illud declarauit. Et ſic ne inducatur legũ, & conſtitutionũ ac vſa. iuorũ correctio eſt dđm, ꝙ per illa verba, vltra les altres penes de dret, non ſunt intelligendæ pœnę inductæ per ius ciuile, ſed ſunt intelligendæ pœnæ inductę per noſtrum ius Cathalonię, & ita tenet Thomas Mietes in dicta conſtitu. als ſcandalos fol. xi. col. j. in princi. & eſt vera opinio, prout tenet Ioã. de Succarratis in c. cautum. in §. ius & conſuetudo. pag. 576. nu. 24. verſi. ita igitur, vbi dicit, quod qñ fit remiſſio ad ius ſimpliciter intelligitur ad ius huius patriæ in hoc principatu Cathalonię, vide dictũ Succaratis loco ſ. allegato dict⁹ & rex Pet. 3. in 28. cap. priuilegij recognouerunt proceres oppoſuit pœnam duplicati laudemij prohibẽs ibi commiſſum. Et iſtam tenet Iaſ. in l. j. C. ſi contra ius, vel vtili. publicam. num. 13. & 14. & latius in l. omnes populi in prima lectu. ff. de iuſtitia, & iure vbi format hanc q. & arguit pro & ꝯ, & tandem concludit, quod quando in aliqua mã fit mentio iuris ſimpliciter, & abſolute, ꝙ eſt intelligendum de iure ſtatutario, vide illic. Nouiſſime vero dñs rex Pet. tertius confirmando omnia iura ſupra allegata loquentia de puniendis his qui poſſeſſionem rerum emphyteuticarum recipiunt irrequiſitis conſenſu, & firma domini pro quo tenentur, quandam pragmaticam edidit quæ eſt tenoris ſequentis.

PRIVILEGIVM REGIS
Petri tertij.

Petrus Dei gratia. &c. prouiſione cogitãtes, quod multa p obliuionis diſpendium dilabuntur, quę in noſtrorũ iurium detrimentũ, & rei publicę lęſionem vergere dignoſcuntur propterea priuilegia, & ſtatuta primo genitorum noſtrorum opportunũ, & debitum ad eorum obſeruantiam, & ad præmiſſorum obſeruationem decernimus innouare. Igitur attendentes qualiter Sereniſſimus dominus rex Petrus primus antiquus a ragonum genitor noſter habita plena, & ſpacioſa delibe rõne cũ conſilio curiæ ſuę ſtatuit firmiter, & mandauit, & diſtricte p̄cepit in perpetuũ, quod nunq̃ liceret alicui perſonæ in Barcino. vel toto comitatu eiuſdem aliquos honores, vel poſſeſſiones, quos vl quas ad cẽſum, vel emphyteuſim hr̃et, & teneret per aliquas perſonas clericales, vel laycales vendere impignorare obligare cenſu, ſiue tributo ſtabile, vel quo modo libet alio modo alienare, ſine licentia ſpeciali, & voluntate principali dominorum, quæ quidẽ omnia ſub pęna quingentorum aureorum pręcepit perpetuo inuiolabiliter obſeruari. Attẽdentes etiam, quod de iure cauetur, qđ null⁹ feudatarius vel emphyteuta audeat intrare poſſeſſionem noui feudi, vel nouę rei emphyteuticarię, ſine domini voluntate idcirco ſtatutum prędictum domini. R. Petri, & prædicta quę decreta ſunt in iure cõi tãquam vtilia vobis pręlatis, & perſonis eccleſiaſticis ac multis alijs habentibus feudatarios & emphyteutas tenore prẽſentium innouantes ea ſub pęna in d. ſtatuto p̄dicti domini R. contenta quam quidem pœnam tranſgreſſoribus decretorum, & ſtatutorum iuris communis, illis videlicet qui prẽſumunt ingredi in poſſeſſionem feudi, vel rei emphyteuticalis, ſine domini voluntate nunc imponimus, & adijcimus, & pręcipimus perpetuo, ac inuiolabiliter obſeruari mandãtes p pręſentes ꝓcuratorib. eorum eorumq; vices gerentib. nec non vicariis, & baiulis ac vniuerſis alijs, & ſingulis officialibus noſtris pręſentibus, & futuris, quod quilibet ipſorum in diſtrictu & iuriſdictione ſibi commiſſa prędicta ſtatuta ſeruent, & faciant efficaciter obſeruari, & pęnas exigant ab illis qui p̄dictis ſtatutis pręſumpſerint contrauenire quotiens per actum contrarium inciderint in eaſdem, in cuius rei teſtimoniũ pręſentẽ inde fieri, & ſigilli noſtri appenſione iuſſimus cõmuniri. Dat. Barcino. quinto idus Auguſti. anno a natiuitate dñi M cccxxxjx. Ecce qualiter dictus dominus R. Petrus 3. voluit conſeruare & confirmare prędicta ſtatuta punientia illos qui poſſeſſionem acquirunt rerum feudalium, & emphyteuticarium irrequiſito conſenſu, & laudamento domini ſiue dominorum, quę ſtatuta locum habent in toto principatu niſi in illis villis, locis, & ciuitatibus in quibus per alia iura propria illius loci villę, vel ciuitatis aliter eſt ſtatutum. Ex quib. ego colligo duo vnũ ſcilicet, quod illa verba vltra les altres penes de dret, nõ inducũtur. nec induci debent nec poſſunt pœnę inductę, a iure ciuili, & canonico, & ſed pęnę inductę per noſtrũ ius Cathalonię, ſcilicet pœna quingentorum aureorum, quę inducta fuit, per pragmaticam, quoniam digne regnat. in corpore iuris clauſam, & pęna, querelę pacis, & treugę violatarum, quę inducta fuit, per conſtitutio. hęc eſt pax. §. nullus chriſtianus. quę inducta eſt per noſtrũ ius Cathalonię, & omnia confirmata ſunt per dictum dominum R. Pet. 3. prędicta ſua pragmatica, ſiue priuilegio ſupra proxime inſerto, ibi idcirco ſtatutum prędicti dñi regis Petri, & ibi p̄dicta ſtatuta ſeruent, & faciant efficaciter obſeruari. Et Aliud eſt, quod ſi emphyteuta vendiderit, aut aliter inter viuos alienauerit titu. oneroſo, & poſſeſſionem tradiderit, vel emptor, aut alius acquiſitor illam acquiſiuerit, ſine firma, & conſenſu domini, ſiue dñorũ prius non obtentis debet ſoluere pęnã quingentorũ aureorum p dictam pragmaticam, quoniam digne regnat.

& contra eos poteſt offerri querela pacis,& treugę violatarũ per dictum §.nullus chriſtianus, & nihilominus per dictam conſtitutionem als ſcandalos debent puniri in laudemio, q̃ quidem pœna duplicati laudemii, vt dicit dominus Thomas Mieres in dicta conſtitu,als ſcandalos,ſol.110.col.1.nõ habet locum in alia acquiſitione,quæ fieret aliter,quam per titulum venditionis,& dominus Iacob.Marquil.in vſati.magnates,in quæſtione incipien.quæro iuxta pręmiſſa folio 91. col.3.dicit dictam conſtitutionem als ſcandalos, eſſe ſeruandam in ſuis terminis,videlicet in venditione,& non errabiř, ex quib. iudicio meo infert dictus Mieres ſimul cum d. Marquilles,quod pœna duplicata laudemij non habet locũ niſi in alienatione,per venditionem facta, & non in alia in alienatione quæ fieret ꝑ donationẽ,aut alium ꝯctũ inter viuos, vel cã mortis legatũ,inſtitutionem,fideicommiſſũ, aut aliũ quamuis titulũ lucratiuum. Sed in dictis titulis lucratiuis ſi acquirens irrequiſito conſenſu domini intraret poſſeſſionẽ aliæ pœnę,videlicet pœna ꝓcedẽdi ꝑ querelam pacis,& treugæ violatarum inducta per dictum §. nullus chriſtianus hẽt locum,ſcilicet quando emphyteutica res donatur alicui, vel legatur in vltima voluntate,vel in ea aliquis extraneus inſtituitur,nam in prædictis caſibus etiam domino dẽtur laudemium tertiũ,ſeu foriſcapium,ita tenet glo.in l. fina. C.de iure emphyte.& Sal.in eadem l.idem tenet Bald.in capitu.literę,de dilatio.ſpecula.vero in §.nunc aliqua in verſi.114.facit mentionem de dicta glo.poſtea refert opiniones,& nullã firmat,& in ſupra inſerta in generali conſenſu & in in conſtit. R.Pet.3.c.3.Item ne ſuper laudemio in verſi.vero is cui tit.& in priuilegio recognouerunt proceres c. j.ſi inducatur per argumentum a ꝯrio ſenſu hoc modo in ciuitate Barcinonæ ꝑ priuilegium ex titulis lucratiuis non reqritur conſenſus,dñi, nec ſoluitur laudemium,vt in j.locali, ergo extra dictam ciuitatem,vbi tale priuilegium non extẽditur debet ſolui laudemium ex titulo lucratiuo, & in commemoratio.Pet.Albert.c.43.ſi aliquis habet hominem,ſiue vaſallum.Quia licet hodie ſit licitum emphyteutę donare inſtituere, & per fideicommiſſum, ſeu ſubſtitutionem rem feudalem,& emphyteuticariam relinquere extraneo,ſecũdum veriorem opinionem Doctorum,quam latiſſime examinat Ial.May.in fi.i gl. magna C.de iure emphyteu. in verbo vendere nu.33. & ſequentibus,& Guido papæ.in deciſioni.q.46. & de hoc eſt hodie text.expreſſus in dicta conſtitutio.Re.Pet. 3.c. 3. Item ne ſuper laudemio,& pluribus alijs locis,& maxime in præſenti principatu Cathaloniæ in quo feuda, & emphyteuſis ſunt redactæ ad inſtar,& qualitatem patrimonialium, vt in cõſti. R.Pet.3.c.3.Item ne ſuper laudemio in princi. & ibi Mieres, & in vſa.ſi a vice comitibus, & ibi glo.& Calici.& tex.in cõmemoratio.Pet.Alber.c.ius,& pag.169. & ſequitur Guill.de Valleſic.in vſa.ſi vaſallus,vel caſtellanus in commemoratio. Pet.Albert. & capitu. ſi quis vaſallus non habens filios, & iſte agnatus fere per totum. Non tamen eſt permiſſum inducere nouum emphyteutam in poſſeſſionem, ſine conſenſu domini ſaltem, qñ debetur aliquid pro laudemio ita tenet Ial.May.& Imo.in l.ſi domus §.fi.naff.de lega.j. & idem Imo. in c.potuit extra de loca.& idem Ial.i l.ſi.C.de iu.emphyt.nu. 62.& dictus Guido papę in quæſtione ſupra proxime allegata dicẽs ibi,quod iſta opinio eſt veritas,& noſtra iura Cathaloniæ in §.nullus chriſtianus in conſtitu.hac eſt pax.& in dicta pragmatica quoniam digne regnat, & in dicta conſti.als ſcandalos,& in priuilegio recognouerunt proceres ca.27.& ſequen.& ſententia arbitralis verſi.declarãtes, & ita tenent Calytius in vſa.ſi quis ſuum feud.ſol.89.col.4.in verbo donauerit,& licet vř tenere Ioan. de Succarr. in c.caſtella. ſeu ſeu. in comme.Pet.Alb.pag.195.vide quæ ſupra ſunt notata ĩ prĩcipio huius primæ principalis quæſtio. Secus tamen eſt qñ acquirentis titulo lucratiuo acquirit aliquo caſu ex quo nõ dẽtur laudemiũ,ſeu aliqua eius pars,quia tunc põt, ſine conſenſu domini recipere poſſeſſionem per text. conſtitu.Itẽ ne ſuper laudemio in verſi.exceptat en les. Et quamuis dominij ſeu.ad hẽdum ipſa laudemia ſibi competentia ex titulis lucratiuis habẽant remedium empare realis,vt in vſa. ſi qs ſuũ feud.& vt dicta conſtitu.Item ne ſuper laudemio,& ita tenẽt Doctor,practici,puta Ia.Marqui.in vſa.magnates fol. 92.co. 1.in verbo ſextus caſus,& Iaco.Calycius in eodem vſa folio 69.col.j.& in vſa.ſi quis ſuum feu.in diuerſis locis, cuius empare realis eſt effectus, quod dñs ſua propria auctoritate,& inſcio, & inuito feudatario apprehendit corporalem poſſeſſionem,& occupat feudum,quod nõ tenetur dominus reſtituere,donec prædictum laudemium,& omnes expenſę in apponendo emparã realem per dñm ſuſtentę ſibi reſtitutæ fuerint.vt in vſa.Caly.in commemo.Pet.Alber.c.ſi dominus.Tñ dominus directus rei emphyteuticariæ nõ habet prædictum remedium empare realis,quia in re emphyteuticaria fieri nõ poteſt,ita tenet Iacob.Marquil.in vſa.magnates.in ver.incip. quæro iuxta præmiſſa, an in re emphyteuticaria dicens,ibi ꝙ hoc tenent Raymũdus de Moraria.& Bernardus de Gualbis vicecancellarius dñi R.Fedina.ꝯ opinionem ſperantis in Deo Cardona.illam qõnem latiſſime diſputat Io.de Succa.ĩ commemo.Pet.Alb.c. eodem in q.incipien. iuxta,ꝙ quæro, an in re emphyteuticaria.nu.25.pag.116.vbi dicit,ꝙ de veritate practicę hodie currentis iure emphyteuticaria non ſit empara realis,& finaliter concordat opiniones Doctorum, practicorũ,vide ibi te,& in additione ibi per eum poſita dicit,ſic fuiſſe iudicatum in regia audientia ĩ cauſa quæ ducta fuit inter nobilem Galcerandũ de requeſens gubernatorem, & Io.de Relato.ꝙ in re emphyteuticaria nõ hẽt locũ empara realis.Et quæ ſit ratio,ꝙ empara realis habeat locũ in feudis,& non in re emphyteuticaria iudicentur eiſdem dẽ regulis,& argũ ab vno ad reliquũ faciat,vt tenet Spec.in tit.de ſẽtentijs,in § qm̃ ver.40.in ſi.vbi dicit ꝙ feudũ,& emphyteuſis ſunt eiuſdẽ naturę,& cõdõnis,& Bal.in c.quę in eccleſia. ext. de conſtitu.dicit quod feudum, & emphyteuſis ęquiparantur l.j.§.j.iuncta glo.ff.ſi ager vecti. & alia per me adducta in libro Stilo capibreuiandi nominato.Et dic quod ratio eſt,qa feudatarius plus eſt aſtrictus, & obligatus domino directo, quam emphyteuta cum vaſallus præſtet, & pręſtare habeat fidem ſacramento,& homagio vallatam, vt ĩ vſa.magnates, & in vſa. ſi quis ſuum feudum. & ibi practici Doctores, & Guillemus de Valleſic.in vſatico caslani circa medium, & Thom.Mieres in conſtitu.Reue.Pet. 3.cap.3.Item ſuper laudemio fol.164.col.3.in fi.quam non pręſtat, nec præſtare tenetur emphyteuta ex natura contractus, & ſit cum feudatarius ſit domino directo aſtrictꝰ obligatus, quam emphyteuta non eſt mirum ſi in feudo permittatur empara realis, & ĩ re emphyteuticaria non permittatur, & iſta & ratio quam ferunt Doctores.Ego aliam adducerem rationẽ,videlicet,q a feudum eſt beneficium, ſeu quidem beneuola conceſſio. vt dř ſupra primo præludio. nu.3 emphyteuſis vero non eſt beneficium, & ſic cum delicta commiſſa per feudatarium ſint grauiora cum tẽdant ad ingratitudinem, q̃ commiſſa ꝑ emphyteutam quæ ſolum tendunt ad ceſſationem penſionis, vt s̃.in differentijs quæ notantur inter feudum & emphyteuſim,vt dicto præludio 3.promptiori & grauiori pœna puniri debẽt,facit l.reſpiciendum eſt ff. de pęnis §.planc.facit etiam l.ſi vnquam C.de reuocand.donatio.& quæ ibi afferunt Doctores quę huic noſtro caſui applicari poſſent. Aliam etiam rationẽ ego colligo ex doctrina Iacobi Marquil in vſa.ſi a vicecõt.in ſi.ſol.101.col.4.qui dicit,quod feudum magis accedit beneficio,quam contractui,vt in c.j.§.perſonam in feu.n. per quos fiat inueſt.& ꝑ quarum recipi colum.x. & exinde ſi feudatarius peccat quo dominum committit ĩgratitudine. Et ingratitudo quęlibet eſt graue peccatum, quia tollit [illegible]tudinis debitum honeſtas,vt tenet beatus Thomas in [illegible] 107.arti.j.& ſic cum ingratitudo ſit peccatum,& nolle[illegible],qa eſt reddere diſpendium ꝓ pręmio,& ꝓ bono malum,& ĩgratitudo eſt potens ad reducendum manumiſſum in ſeruitutẽ, ideo ſi feudatarius eſt ĩgratus dẽt rigoroſius,& grauius puniri ꝑ emparã realem. Sed habet dñs directus rei emphyteuticariæ remedium aſſignadi iudicem, ipſi emphyteutæ coram quo iudice per dñm aſſignato, ipſe dominus poterit petere laudemium ſibi competẽs ex illo titulo lucratiuo, & cum poterit petere emphyteutam condemnari.Et condem[illegible]ne,ipſa ſecuta per appellationem vel alias non ſuſpenſ[illegible] poterit ipſemet dominus directus facere executionem, vt probatur in vſati. ſi quis ſuum feud.ibi ſed ſeruitium, & per alia iura per me allegata in libro ſtylo capibreuiandi nuncupato in qõ.incipienti nunc quæro de alia q.vbi hæc latius ꝓbã[illegible], poterit etiam eum facere condemnari in dicta pœna dictorũ quingẽtorum aureorum, & coram iudice ordinario poterit procedere per quærelam pacis,& treugę violatarũ. & ꝙ dñs poſſit aſſignare iudicem ſuo emphyteutę, & coram eo petere prædictum laudemium,& alia iura dominicalia,hoc abũde eſt probatum in libro quem ſtylum capibreuiandi apellaui in verſi.ſi vult procedere per viam aſſignationis iudicis fo. 6.in 2.pagi.& in ver.verum,quia aliquando contingit fo.13.ĩ 2.pag.videatis ibi, & practicos Doctores in vſa.oẽs homines primo,& ſignanter Ia.de Monte Iudayco,& Ioannes de Soccarrat in commem.Pet.Alber.c.eo.vbi dicit, ꝙ emphyteuta poteſt quęrelari pro pacibus,& treugis fractis,& ſic eſt prouiſum hodie ad vtilitatem dñorum allodiorum cõtra emphyteutas, & non per modum emparę realis prout faciunt quidam domini ex ignorantia, & contra ius noſtrum ĩ maiori parte ducatus Cardonæ in quo loco tenetur opinio domini ſperãtis in Deo Cardona.Et præmiſſa quę dicta ſunt circa puniendos illos qui intrant realem poſſeſſionem, ſine cõſenſu dñi quo ad omnes partes Cathaloniæ ſunt vera niſi in ciuitate Barcinonę,& niſi in alijs ciuitatibus villis & locis vbi per propria iura ſeu ſtatuta ſcripta eſt aliter ſtatutum, nam in ipſa

ſa

ſa ciuitate Barci. per iura particularia eiuſdem ciuitatis aliter
eſt ſtatutum, videlicet quia ibi non habent locum omnes di-
ctæ pœnæ. Quoniam dominus R. Petrus 2. tertio Idus Ianua-
rii anno domini 1288. dedit, & conceſſit ciuibus, & habitatori
bus Barc. priuilegium vulgo dictum recognouerũt proceres
in quo ſunt inter cœtera duo capitula, ſcilicet 27. & 28. quorũ
tenores ſunt huiuſmodi. Item quod ille qui ceſſat in ſolutio-
ne cenſus, per quoſcunque annos ceſſauerit, quod condem-
netur in duplo, & non cadit in commiſſum. Item quod ille q
vendit, vel dat in emphyteuſim aliquam rem ſibi datam ĩ em
phyteuſim, ſine conſenſu, & requiſitione domini præſtat du-
plex laudemium, & non cadit a re, & credo ſuper intelligen-
tia primæ localis ſupra inſertæ, quod cenſus non ſunt duplicã
di in rebus eccleſiæ in primo, & ſecundo annis ceſſatis, ſed in
tertio anno, & cœteris annis ab inde ceſſatis, & in rebus layca
libus ſiue priuatorum, niſi ĩ tertio anno, & tertiis annis ipſius
ceſſationis, quia ceſſatio ſolutionis, pro vno anno in reb. ec
cleſiæ, & pro duobus annis in laycis eſt de iure communi per-
miſſa, & non punitur niſi vltra ceſſaret, & ſic fruſtra eſſet per
dictum priuilegium precibus imploratum, quod de iure eſſet
conceſſum. l. vnica. C. de Theſauris li. x. l. Imperatores, ff. de pri
uilegio creditorum. niſi forte reſponderetur, quod ea ratione
fuit ſublatum commiſſum, ob non ſolutionem, vt ceſſantes
ſoluere punirentur ſoluere per ſingulos annos, per quos ceſſa
uerint, & ita eſt litera primæ localis, quæ quia ſtatutum eſt He
braice intelligenda eſt. Aduerto etiam ſuper intelligentia alte
rius localis ſupra inſertæ, quod per eam duo ſtatuuntur vnũ,
ſcilicet commiſſi ſublatio, & aliud duplicati laudemii pœna ĩ
fligenda illis, qui ſine conſenſu, & requiſitione domini ven-
dunt rem quam pro alio tenent, per quod etiam priuilegium
probatur pœnam commiſſi ſine caducitatis eſſe ſublatã mul
to ante conceſſionem dicti priuilegij vulgo dicti recognoue-
runt proceres, quod ſic probo in dicto priuilegio in verbis nar
ratiuis & in cap. primo ponuntur illa verba antiquas eſſe con
ſuetudines quas in ciuitate Barcinonæ habuerunt proceres,
& antiqui iuris periti ciuitatis eiuſdem quæ quidem verba in
ſingulis capitulis eiuſdem priuilegii debent intelligi. nam quę
dicta ſunt in principio cenſentur repetita in ſequentibus ſi re-
cte acommodari poſſunt, vt in l. quemadmodum. §. hæc ver-
ba, & per Barto. ad l. Iuliam. vide etiam Barto. in l. prætor, §. 2.
eritque hæc differentia eod. titu. & aliis ſimilibus. & ſignanter,
quando principia ipſa ſunt præparatoria ſequentium ſepara-
torum, vt in dicto priuilegio recognouerũt proceres in quo
capitu. omnia dependent a principio ſeu prooemio dicti priui
legii, & ſic principia poſſunt repeti in ſingulis capitulis ipſius
priuilegii recognouerũt proceres, ita quod in ſingulis capitu-
lis poſſunt repeti illa verba antiquam eſſe conſuetudinem q̃
verba ſunt magni effectus. Si ergo illo tunc in præſenti ciuita-
te Barcinonæ erant antiquæ illæ conſuetudines, & præſertim
vltima ſupra inſerta, quod res emphyteutica per venditionẽ,
ſeu aliam alienationem non caderet in commiſſum non fuit
ſublatum per dictum priuilegium, ſed per vſaticos, & vſantias
Barcinonæ qui erant, iam tunc antiqui, & forſan per legẽ Go
thicam, vt ſupradictum eſt quæ erat antiquior, vt tenet Tho-
mas Mieres in dicta conſt. als ſcandols. quæ quidem l. Gothica
in hoc caſu, & quibuſdam aliis, vt ſup. dictum eſt ſeruabatur
in Cathalonia, & & hodie in dicto caſu ſeruatr, & ꝙ dicta lex
Gothica ſit antiquior vſaticis, & vſantiis Barcin. probatur in
vſa. cum dñs Raymundus Berengarius vbi dicitur, quod ex eo
vſatici facti ſunt, quia lex Gothica non prouidebat omnibus
caſibus, poſt modum vero pridie Kalẽdas Nouembris anno
domini 1310. per dominum R., Iaco. 2. & Reuerendiſſimum
Epiſcopum Valentinum inter clerum ex vna, & ciues Barci-
nonæ ex altera partibus fuit lata quædam ſententia arbitralis
ſupra ſæpiſſime allegata, in & cum qua inter alia in verbo
declarantes, fuit declaratum, & ſtatutum, quod ille qui ſine ꝯ-
ſenſu, & laudamento domini, ſiue dominorum venderet, aut
ſtabiliret, & traderet poſſeſſionem rerum venditarum, aut da
tione in emphyteuſim alienatarũ puniretur pœna laudemii
duplicati, & de aliis pœnis, ſupra exp̃ſſis in §. nullus Chriſtia-
nus, & in pragmatica quoniam digne regnat, & in conſtitu-
tione als ſcandols, nihil fuit dictum, & ſic fuerunt ſublatæ
tali ratione, quia certum eſt de iure, quod compromiſſum dr
eſſe quædam tranſactio, vt proba. in auct. ſi quando, C. de iu-
diciis, & Abba. Panor. in c. expoſita de arb. & Iaſ. May. idem te
net in l. tranſactio. C. de tranſact. & Barth. Soci. in l. iuſiuran.
nu. 1. & iura ibi per eum allegata maxime quando partes cõ-
promittunt in arbitratorem, ſeu arbitratores, prout prædictæ
partes fecerunt, vt in præfationibus eiuſdem ſententiæ proba
tur ibi perquiſiuimus multos modos, quia tunc poteſt arbi-
trator auferre de iure vnius, & dare alteri ſicut factum fuit in
dicta ſententia arbitrali, ſi aduertas ad prætenſiones partium.
Si ergo compromittere eſt tranſigere, & tranſigere eſt contra
here ſaltem magis improprie, vt in l. contractus, C. de fide in
ſtrumentorum, & Rolladinus in tracta. notularum in rubri.
quid ſit contractus in verbo magis improprie, imo ipſum cõ
promiſſum eſt contractus, vt tenet Pau. de Caſt. in conſi. 459.
lib. 2. in princip. & eſt verum, nam ad hoc fit vt alter. alteri ob
ligetur, ad obſeruandum id quod in laudo, ſiue arbitratione
continebitur, vt in Auctẽn. vt differentes iudi. §. 1. & per Bart.
in l. ſocietatem §. arbitrorum in q. 1. ff. pro ſocio, & laudum ip
ſum arbitrorum eſt tranſactio, vt tenet Bald. in conſil. 347. lib.
3. & contractus ex partium conuentione iuri tamen non con
traria legem accipiunt, vt in l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſi. & in
l. fina. ff. de ſuis, & leg. & c. 2. extra eod. titu. & gloſſ. in dicto § ſi
conueniat, & Oldra. conſilio 234. & in c. contractus ex de reg.
iur. in 6. cum ſuis concordantiis. & ibi in dicta arbitrali ſentẽ
tia non niſi pœna laudemii duplicati, ergo per partes ſic con
trahentes, & tranſigentes per homo logationẽ ſententiæ eiuſ
dem arbitralis de communi & expreſſo partium cõſenſu fuit
receſſum ab omnibus aliis pœnis, niſi ab ijs quæ poſitæ ſunt ĩ
dicta arbitrali ſententia cum præſertim, quod poſſumus per
pactum, poſſimus etiam per ſententiam tenet Bald. in l. fin. in
verſi. quid ergo per cõtractum C. de edicto Diui Adriani Tol
len. & per l. ſtatu liberi a cæteris § quintus, ff. de ſtatu liber. nec
obſtat d. conſt. als ſcandols, quæ eſt poſterior, & generalis toti
principatui Cathalo. & comitatibus. Roſſilio. & Cerita. &
ex conſequenti Barc. per quam fuit inducta pœna duplicati
laudemii. & alia pœna querelæ pacis, & treugę violatarum eã
confirmando, quia per dictam conſtitutionem, als ſcandols,
non fuit tacite, nec expreſſe legi particulari ciuitatis Barcino
næ derogatum, quia licet ſpecies deroget generi non tamen
genus derogat ſpeciei c. dudum de prębend. in 6. Præterea pro
uiſio generalis non refertur ad ea quibus ſpecialiter ꝓuiſum
reperitur l. doli clauſula, ff. de verbo. obliga. Cum ergo in ciui
tate Barcinonæ ſit ſpecialiter prouiſum per dictam ſententiã
arbitralem latam de cõſenſu partium. & nullo recurſu ſuſpẽ
ſam ergo ipſa generalis conſtitu. non habet locum in dicta ci
uitate Barcinonæ, in ſuper generalis prouiſio dictæ conſtitu
tionis als ſcandols, non tollit ſpecialia priuilegia, & maxime
conſuetudines, vt notatur in l. decurio de ſilentiariis libro
duodecimo. C. Idem tenet Bal. in c. eccleſiam ſanctę Mariæ ex
tra de conſt. & tex. in c. j. de conſt. libro 6. in fine, & eſt glo. in l.
de quibus. ff. de legibus. in verbo de quibus caſibus vbi dicitur,
quod conſuetudo particularis alicuius municipii derogat legi
in eo municipio, & tenet ibi Iaſ. May. num. 13. vide quæ ſcripſi
in tractatu ſtyli capibreuiandi ante formam amortizationis
nume. 3. poſtremo ex generali conceſſione detractum eſſe cẽ
ſetur, quod alii ſpecialiter conceditur, l. vxorem §. fęliciſſimo
in fi. & ibi glo. ff. de leg. 3. ſi ergo in ciuitate Barcinonæ eſt ſpe
cialiter per iura propria, & ſpecialia pactionalia prouiſum,
& per dictam conſtitutionem als ſcandols non eſt tacite vel
expreſſe derogatum dictæ ſententiæ ergo ſequitur, quod in di
cta ciuitate Barcinonæ, hortis & vineto eiuſdem non infligitr,
nec infligi poteſt recipientibus poſſeſſionem, ſine cõſenſu do
mini, niſi pœna laudemii duplicati tantum, quę ſola inducitur
per eandem ſententiam confirmantem priuilegium recogno
uerunt proceres in cap. 28. Et quod dicta ſententia in aliquo
non fuit derogata, nec correcta per dictam conſtitutionem
als ſcandols, licet ſit lex generalior, & poſterior poſtquam ex
preſſe non fuit dictum, quod corrigeretur, nec obſtat, quod
ſit in corpore iuris clauſula cum ſpecialis ſit, quia talis non in
telligitur, per conſtitutionem communem illi contrariam ni
ſi de ea fiat ſpecialis mentio, vt per glo. & Ioan. Andre. in ca.
1. de reſcriptis glo. & Barto. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia, &
iur. & Philippus Fran. in cap. 1. de conſtitu. libro 6. num. 5. ex q
bus concludendum eſt quod licet in tota Cathalonia recipiẽ
tes poſſeſſionem rerum emphyteu. ſine conſenſu domini poſ
ſunt puniri pœna quingẽtorum aureorum. & per proceſſum
pacis & treugæ violatarum, tamẽ in ciuitate Barcinonæ, hor
tis, & vineto eiuſdem non debent puniri, niſi vnica pœna, ſ.
laudemii duplicati in caſu venditionis, quia in caſu donatio
nis inter viuos, vel in vltima voluntate, vel legati, aut inſtitu
tionis, ſeu fideicommiſſi, in eiuſdem ciuitate Barcinonæ, hor
tis & vineto eiuſdem inter ciues & habitatores Barcinonæ ni
hil ſoluitur, pro ſeu ratione laudemii per primam localem di
cti priuilegii recognouerunt proceres, & per dictam ſentẽtiã
arbitralem, ibi de venditionibus, & aliis alienationibus, de q
bus conſueuit recipi laudemium quaſi innuens, quia nõ de
omnibus, & in clauſulis ſeptimi, & quinti ab ea ſumptis, per
quæ iura bene infertur, & in practica eſt verum, quod in ciui
tate Barcino. & in eius hortis, & vineto, fiunt aliquæ aliena
tiones ex quibus nõ debetur laudemium, & illę aliæ alienatio
nes ſunt tituli lucratiui ex quibus per dictam primam localẽ
nõ debetur nec ſoluitur laudemium. Secus autem inter extra
neas pſonas dãtes, ſeu inſtituẽtes, aut per fideicommiſſum, aut
alium quemcũque titulum lucratiuum, aliis trãſuerſalibus,
& extraneis relinquẽtes aliquas proprietates emphyteu. exiſtẽ
tes

tes in hortis. & vineto eiuſdem quæ ſunt de allodio eccle. qa extranei ipſi, per quos intelligo illos qui non ſunt ciues, & habitato. Barcino. vt ſupra eſt probatum in ſexta cellu. habentes in ipſis hortis, & vineto, honores & cenſualia de allodio ecc. non comprehēdūtur in dicta ſentētia, & propterea debent ſoluere prout eſt ſtatutum per conſuetudinem generalem Cathalo. ſupra inſertam, qua cauetur, quod ex titulo lucratiuo, pro laudemio ſoluatur medium laudemium, & medium tertium accipiendo laudemium proprie & tertium in ſua directa ſignificatione in allodijs eccleſiæ. Sed in allodiis laycalib. dicti extranei nō tenentur ſoluere niſi duos ſolidos ex titulo oneroſo, & vnum ſolidum ex titulo lucratiuo, quia dicti extranei comprehēdūtur in priuilegio R. Pet. ſupra inſerto quo cauetur, quod ꝓ allodiis regijs, & ſecularium, ſiue laycorum in ciuitate, hortis, & vineto Barcinonæ exiſtentibus pro laudemio nō ſoluātur, niſi duo ſolidi pro qualibet libra, per quod priuilegium in allodiis laycalibus exiſtentib. in ciuitate Barc. hortis, & vineto eiuſdem eſt correcta dicta generalis conſuetudo ſupra inſerta quo ad quantitatem ſoluendam non vero quo ad perſonas. Nam quemadmodum forenſes habentes p̄dia, honores, & cenſualia emphyteuticaria in ipſis hortis, & vineto de allodio eccleſiæ ex titulis lucratiuis tenēt ſoluere medium tertium, & medium laudemium eodemmodo prædicti forenſes habentes dicta prædia honores, & cēſualia emphyteuticaria in ipſis hortis, & vineto de allodio laycali ex eiſdē titulis lucratiuis tenētur ſoluere non medium tertium & medium laudemium, ſed medietatem laudemij tantum, & duntaxat quæ medietas eſt vnus ſolidus pro qualibet libra, & ſic non diſcordant in ſoluendo, quia in quolibet allodio tenent ſoluere. Sed diſcordant in quantitate ſoluēda. Et hoc fit ratione priuilegij R. Pet. 3. ſupra inſerti in 2. cellula nu. 1. quo cautum eſt, quod layci non recipiant niſi decimum id eſt decimā partem totius pretii, & non vltra, & ſic ſoluunt vnum ſolidū pro medio tertio, ſeu loco medii tertii capiendo tertium pro laudemio quod eſt decima pars. Tamen ſi iſti layci ſuccedant eccleſiæ quæ recipiebat ſeptimum, aut quintum, tunc dicti layci qui ſunt in loco eccleſiæ, & eius ius habentes recipiēt ſeptimum aut quintum ex iure eccleſię cui ſuccedunt, & hoc fauore eccleſiæ prout prædicta latius dicta, & probata ſunt ſupra ī 4. cellula per totum. Sed in allodiis eccleſiæ ſoluunt quatuor ſolidos, & quatuor denarios ꝓ qualibet libra ęſtimationis rei, in allodiis, vero laycalibus ſoluunt vnum ſolidum tantum ꝓ qualibet libra, & quamuis dictum priuilegium R. Pe. 2. comprehendat omnia allodia regia, & laycorum tamen in allodiis eccleſiæ fuit correctum, vel verius loquendo mutuo conſenſu partium, vel eorum diſpoſitione diſceſſum per ſententiam arbitralem, ſed allodia regia, & laycorum remanſerunt ſub illa diſpoſitione dicti priuilegii, ſ. ſub præſtatione decimi, & hæc ſunt menti tenenda, qa nunquam ab aliquo vidi ponderata, nec declarata.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium duplicatum ex qua poſſeſſione debetur.*
2 *Reſolutio contractus qualiter fiat.*
3 *Integritas contractus.*
Contractus quando dicatur integer.
4 *Integritas contractus duplex.*
5 *Poſitio caſus.*
Caſus poſitio.
6 *Marquillis opinio impugnatur.*
7 *Nudum dicitur, quod non habet traditionem.*
8 *Alienatio ante traditionem non eſt perfecta.*
9 *Dominium traditione acquiritur.*
10 *Gabella quid ſit.*
11 *Poſſeſſio per ſimplex conſtitutum.*
12 *Fictio quid ſit.*
13 *Dominium vtile fictione an acquiratur.*
14 *Conſenſus domini facit dominum potiorem.*
15 *Dominus directus maior eſt vtili.*
16 *Dominus directus præfertur conſanguineo.*
17 *Differentia feudi noui, & antiqui eſt ſublata in Cathalonia.*
Manus mortuæ ſunt incapaces.
Integritas quo ad partes quando dicatur.
18 *Traditio ficta non inducit laudemium.*
19 *Excommunicatio non fit per fictas contumacias.*
20 *Compenſatio non allegata non fit.*
21 *Laudemium duplicatum ex qua poſſeſſione debetur.*
22 *Aliud eſt vendere, & aliud tradere.*
23 *Poſſeſſio, verbum ſignificat factum.*
24 *Machinari quando dicantur contrahentes.*
25 *Traditio perfictionem indigna eſt pœna duplicati laudemii.*
26 *Iura ſolo conſenſu traduntur, & ſolo conſenſu diſſoluuntur.*
27 *Contrahentes quando ſolo conſenſu poſſunt diſcedere a contractu.*
28 *Res mobiles nec in feudum, nec in emphyteuſim dari poſſunt.*
29 *Contrahentes quando poſſunt pœnitere.*
30 *Regulæ tres ſuper non ſoluendo laudemia.*
31 *Fictio quid operetur.*
32 *Fratrum ex renuntiatione non debetur laudemium.*
33 *Diffinitio non eſt alienatio, ex qua debeatur laudemium.*
34 *Succeſſio lucratiua in bonis paternis non producit laudemium.*
35 *Laudemium ex titulo lucratiuo in bonis paternis non deberi.*
36 *Dominus non firmans intra 30. dies an poſſit purgare moram.*
37 *Mora an poſſit purgari per dominum.*
38 *Laudemium duplicatum a quo debet peti.*
39 *Aduocatus cautus a quo debet peti.*
40 *Moram an poſſit purgare emphyteuta.*
41 *Dominus an poſſit purgare moram.*
42 *Celeriter quando dicatur fieri, pœna non committitur ipſo facto.*
43 *Laudemia duplicata cui acquirantur.*
44 *Layci quando ſunt capaces recipere ſeptim.*
45 *Sententia iudicis ordinarii an excuſet a ſolutione laudemii.*
46 *Dominus directus non priuatur ſuis iuribus ſi res diſtrahatur iudicis auctoritate.*
47 *Laudemium cui debeatur primo, an ſecundo beneficiatis.*
48 *Laudemium quare debeatur.*
49 *Initium in contractibus eſt inſpiciendum.*
50 *Principium habet vim attractiuam.*
51 *Gabella quando ſit ſoluenda.*
52 *Beneficiatus nouus non ſuccedit in penſionibus, & ratis debitis.*
53 *Fructuum differentia.*
Differentia fructuum ibidem.
54 *Sententia deputatorum.*
55 *Laudemium deberi proprietario.*
56 *Fructus naturales qui dicantur.*
57 *Fructus ciuiles qui dicantur ibidem.*
58 *Fructus naturales differunt a ciuilibus.*
59 *Rata quando debeatur.*
60 *Commiſſum cui debeatur.*
61 *Vſusfructus quid ſit.*
62 *Laudemium de quo valore debeat ſolui.*
63 *In permutatione quanti res debeat æſtimari.*
64 *Laudemium ante mortem donatoris.*
65 *Conſuetudo Gerundæ.*
66 *Laudemia ex præterito debita an debeantur venditori an emptori.*

DE LAVDEMIO DVPLICATO.

NVnc reſtat videre, ad hoc, vt laudemium duplicatum debeatur propter receptionem poſſeſſionis, & illius ingreſſum, ſine conſenſu, & firma domini, ſiue dominorum de qua poſſeſſione eſt intelligendum. an videlicet de illa quæ dicitur realis, & actua. pactum corporeū & realem traditionem an ſufficiat ea quæ dicitur ficta, puta ea quæ datur, ſeu accipitur per clauſulam ſimplicis conſtituti, aut per retentionem vſusfructus, an vero ſufficiat vna vel altera, diſiunctim. Et certe ad hæc intelligenda eſt prius videndū de quadam alia quęſtione, quę eſt huiuſmodi, videlicet, an de reſilitione contractus facta per partes, re exiſtente integra debeatur laudemium tertium, ſeu foriſcapium quæ reſilitio cōtractus qualiter fieri debeat, ſcilicet per retrouenditionem, an per verba reſolutiua, quia hęc quæſtio tractatur communiter in l. 2. C. quando licet ab emptione diſcedere, & ibi Saly. & in l. ab emptione, ff. de pactis. eam omitto hic diſputare, reſolutione tamen dico, quod Doctores tenent, quod melius eſt, ꝙ fiat per verba reſolutiua, ſcilicet dono, abſoluo, diffinio &c. ꝙ per pactum retro ſimile, quod notarū Barchi. minus credunt dicentes, quod melius eſt, quod fiat per actum retro ſimilem. quam per reſilitionem propter euictionem quam facit retrouendens in inſtrumento retrouenditionis propter obligationes, quas emptor fecerit de bonis ſuis dū poſſidebat. Sed iſtud non debet attendi, quia reſolutio iure emptoris eſt reſolutum ius ſeu quæuis obligatio per ipſum emptorem facta capi. 1. §. rurſus quibus modis feudum ami. & l. lex vectigali. ff. de pign. act. & l. cui §. quemadmodum ſeruitus ami. & Guiller. Pernus conſi. 14. numero 31. & Iacobi, de Sancto Georgio in tracta. de feud. fol. 63. colum. prima in princip. numero 62. qua quidē quæſtione prius declarata alia, ſ. prima propoſita quæſtio radicitus intelligetur, & antequam eas incipiam primo volo declarare, quando contractus dicatur eſſe integer, & quādo nō, & dicit, quod quando contractus habilis ad transferēdum dominium fuit celebratus, per partes contrahentes res tamē nō fuit tradita, nec pretium, nec pars eius fuit ſolutum, ſeu ſoluta res dicitur eſſe integra, quia ſi hæc fuerunt ſecuta, ſeu alterum eorum fuerit ſecutum, iam tunc res non dicitur eſſe integra, vt l. 2. ff. de reſcindenda emp. & vend. & l. ab emptione, C. de pactis, & C. quando licet ab emptione diſcedere, l. 1. & 2. & hoc

hoc quo ad intereſſe partium contrahentium,quia alter con
trahentium,ſine alterius conſenſu a contractu diſcedere nō
poteſt.Sed quo ad intereſſe domini directi,quamuis pretium,
ſeu pars pretii ſit ſolutum,ſeu ſoluta aut ſuerint datę a re pro
parte pretii,vel fideiuſſores, tamen ſi res nō eſt tradita adhuc
res dicit̃ integra , eo quia res ipſa non mutauit manum , nec
mutatus fuit emphyteuta,& iſto caſu non debet̃ laudemiũ,ſi
partes communi conſenſu reſiliant, & aduerte,quod integri-
tas contractus duobus modis conſideratur,videlicet vno quo
ad partes contrahentes,& alio quo ad intereſſe domini dire-
cti,quia ſi pars pretii,ſeu totum pretium fuerit ſolutum,tunc
vna pars earum altera inuita non poteſt recedere a cōtractu
niſi communis conſenſus eorum interueniat,& tunc quando
communi conſenſu reſilierunt ante rei traditionem realem
& actualem nihil ad dominum,integritas vero ꝯtractus, quo
ad intereſſe domini aliter conſiderat̃,quia ſi p̃cedat legitimus
titulus ad alienandum,vel ſubſequat̃, & deinde ſequat̃ tradi-
tio rei alienatę quamuis pretium, ſeu pars pretij non ſit ſolu-
tum,ſed ſoluta contractus non eſt integer quo ad intereſſe do
mini directi,q̃a debet̃ ſibi laudemium,& ſi poſtquam res alie
nata,& tradita,iterum re tradat̃ per acquiſitorem ſuo auctori
illud debet̃ duplicatum,vide latius hanc materiam infra hac
eadem cellula,& ſic collige ex prædictis, quod contractus tri-
plici conſideratione,ſeu reſpectu poteſt dici integer puta re-
ſpectu venditoris,ſecundo reſpectu emptoris, tertio reſpectu
domini directi . His præmiſſis ad declarationem primæ
quæſtionis pono ſic caſum plerunque enim contingit , quod
emphyteuta meus,ſine conſenſu meo celebrauit cōtractum
venditionis rei emphyteuticariæ,quam pro me, & ſub domi-
nio,& allodio meo tenet, cum quodam alio deinde vero ſta-
tim,aut ex interuallo re adhuc exiſtente integra prædicti cō-
trahentes communi conſenſu reſilierunt iuxta legem ab em
ptione,ff.de pac.& l.1.& 2.C.quando licet ab emptione diſce
dere,& l.ſed col.9.§.conditio,ff.de con.emp. dubitat̃ nunc an
dominus directus poſſit petere , & habere laudemium tertiũ,
ſeu foriſcapium ex dicta venditione reſoluta,an non?iſta quæ
ſtio a pluribus fuit tacta,& varię fuerunt opiniones Doctorũ
& in primis adduco noſtrum practicum Iaco.Marquil.in vſa.
qui viderit fol.126.col.2. qui latius arguit ad vtranque part̃e,
& tandem concludens dicit,quod dominus debet habere lau
demium tertium,ſeu foriſcapiũ,& in hoc ſequutus fuit Guil-
lermum de Valleſica in eodem vſa.qui viderit in quo prius di
ctam quæſtionem mouens idem tenuit videas eos in loco ſu-
pra allegato,per iſtam opinionem Marquil.poteſt improbari
alia opinio dicti Iacobi Marqui quam tenet in vſa.ſi quis ſuũ
feudum fol.19.& q.7.vbi tenet, & dicit quod propter calamũ
debet ſolui laudemium hic in reſilitione non eſt calamus er-
go non dat̃ ſimpliciter laudemium ꝑꝑ calamum.iſtam ean-
dem quæſtionem poſuit Tho.Mieres in conſ.R.Pe.3.c.3.Item
ne ſuper laudemio curiæ Ceruariæ,vbi videt̃ tenere opinionẽ
prædictorum Marquil. & de Valleſic. videlicet quod ꝑꝑ cala-
mum debeat̃ laudemium tamen ipſe nō clare ſe determinat,
quod debeat̃ laudemium in reſilitione,& alleg.Pe.cliæ idem
tenentem,& ita etiam tenet Angel.in l.iuriſgentium,§. adeo
ff.de pactis,vbi dicit,quod ꝯhentes non poſſunt recedere a cō
tractu in præiudicium fiſci cui debetur gabella argumen. l.in
inſulam,§.fina.& in l.ſi mulier diuerterit.ff.ſol.ma.adde nota
ta per Bald.poſt Guillel. de Cuneo in l ab emp.ff.de pact.& ꝑ
Angel.& Imo.in l.acta.ff. de re iudica. & per Angel. in §.quia
vero in Auten.de nup.col.4.& per eundem Angel.in l.Peẽs
circa 3.colum.C.de pact.& per Cynum.& Bal.in d.l.ſi mulier
diuerterit ꝑrium,& bene tenet Ioan. de Succarra. in comme-
mora.Pe Alber.capi. eodem & in cap. cautum in q.incipien.
Sed quid ſi res feudalis,pagi.554. numero 38.vbi recitatis per
eum verbis dicti Guillermi de Valleſic.ſic dicit, quod aut va-
ſallus , ſeu emphyteuta proceſſit ad actum facti,ſeu traditio-
nis aut non , ſed ſtat venditio in nudis finibus verborum. Et
no.quod nudum appellat̃ in noſtro propoſito , omne quod
non habet rei traditionem annexam licet ſit veſtitum , ita te-
net gloſſ.in l.tradi.C.de pact.& in l.j.ff.de pignora.actio.& Sa
ly.in l. vnica . de iure quiritum Tollen. C.& in l. licet de acq.
poſſeſſio.vbi dr̃,quod nudum in iure ęquiuoce accipit̃,primo
caſu quãdo fuit proceſſum ad actum facti, & traditionis, tũc
debet̃ duplex laudemium ſi poſtea diſcedat̃ a venditione, &
de hoc eſt tex.in libro feud.in c.præterea ſi vaſallus in rubric.
quid iuris,ſi poſt alienationem vaſallus recuperet , & hoc vr̃
velle dicere dictus Guiller.de Valleſic. in princi.quæſtio.ibi re
iam tradita.Secundo caſu nullum laudemium debet̃ etiam,
quod non ſtatim ſed per interuallum temporis receſſum ſic
a dicta vẽditione ea rõne , quia nõ dr̃ alienaſſe poſtquam ad
traditionem non deuenit,vt no.Pe.Iacob.in libello de actio-
ne in rem pro re emphy.quæ cecidit in commiſſum,& Spec.
ti.de loca.§.nunc aliqua verſi.95.& Bar.in l 2.C. de reſcinden.
vendi.& Ludouicus Roma.in l.ſequit̃,§.Item Labeo.ff.de vſu

capio.& idem ſibi ꝯrius tenet Bald.in cap.primo,§.libellario
quibus modis feud.ami.& latius in l. Imperialem de prohibi.
feuda.aliena.per Federicum vbi ſic diſtinguit ſi ſimpliciter va
ſallus obligauit feudum.aut procedit ad actum facti,ſeu tradi
tionis, aut ſtat ĩ finibus verborum, primo caſu cadit a feudo
ſecundo non quia iniuria non habuit effectum,& An.Negu
ſan.in tracta de pignoribus,& hypothecis in primo membro
2.par.numero 79.qui adducit plura iura , & Iulius Clarus in
ſuo Tract.de iure emphy.in q.13.qui dicit, quod Tiraquel.de
retractu municipali.§.1.in gloſſ.ſecunda numero 43. dicit, ꝙ
hanc opinionem tenet vniuerſa prope cohors ſcribentium,
quia ante traditionem non dicitur alienatio perfecta neque
conſumata quamuis Paulus de Caſtro,& nonnulli alii in l.j.
§.ſi rem numero ſecundo,ff.depoſi.dicant, quod ſufficit ficta
traditio,ſed contraria opinio eſt equior , & ideo debet ſerua
ri in practicando,vt idem Iulius Clarus tenet loco ſupra alle
gato,imo eſt tex.in commemora.Pe.Alber.capi.45.ſi aliquis
habet hominem , ſiue vaſallum caſu quo vaſallus alienaret,
ſine cõſenſu domini,& traderet adhuc ille feudatarius eſt feu
datarius,ſiue vaſallus domini , & dominus poteſt cogere illũ
vaſallum,quod recuperet feudum,& non eſt mirum quia,vt
dicit Bal.in l.ſi ancillam,C.de actio.emp. venditor añ traditio
nem eſt dominus pleno iure,& dicit eſſe menti tenendum &
in l.ſi pr̃ eodem ti.dicit,quod emptor non tradita ſibi re non
efficit̃ dominus etiam ſi gerat ſe pro domino ſoluendo tribu
ta,vel collectas pro re,quia dominium traditione acquiritur,
vt in l.traditionibus,C.de pact.& idem Bal.& Pau.de Caſtro,
& Bar.in l.1.C.communi diuidundo dicunt , quod iudicium
diuiſorium ſequit̃ rem ipſam cum ſit mixta in rem, & in per-
ſonam,vnde debet proponi contra vẽditorem,& idem tenet
Iaſ.in l.quoties,C.de rei vend.numero 3.& idem Bald.in l.diui
ſionis placitum,ff.de pact. dicit , quod dominium non perdit̃
ſolo conſenſu,niſi interueniat contractus traditione domini
ſubmixus.ita etiam tenet Rippa in interpretatione 1.Reſpon
ſi,libro 3.in principio.per l.nunquam,ff. rerum domini. Præ
terea quod in dicto caſu reſilitionis,non debeatur laudemiũ
tenet Philinus in c.quæ in eccleſiarum extra de conſti.dicens
ibi quod quamuis feudatarius alienet poſtquam non deuenit
ad traditionem,quod tunc dominus non poteſt eum priuare
cum eius ius nondum ſit læſum idem tenet Saly. in l. fina.C.
de iure emphyteu.numero 56.& per eundem in l. ab emptio
ne,ff.de pact.& ibi Albericus de Roſate poſt Guillerm.de Cu
neo,& per eundem Iaſo.in d.l.fina.numero 132. vbi dicit,ꝙ
ex venditione,& traditione debet̃ laudemium , & non ex ſo
lo ti.ſine traditione,& Abbas Panorm.in c.potuit,extra de lo
ca.ſuper glo.potuiſſet,vbi dicit, quod ſola venditione non vr̃
emphyteuta incidere ĩ pœnam, ſed demum ſequuta traditio
ne,& in hoc ibi reſidet,hoc idem tenet.Bald.in conſil. 347.&
Franciſ.Cur.Papien.ſenior conſil.8.in fi.& Iacob.Marquil.in
vſa.ſi quis ſuum feudum in 5.quæſtio.ſol.109.dicit,quod quã
do emphyteuta vendit,ſine conſenſu domini,& tradit poſſeſ
ſionem punitur pœna duplicati laudemii , quaſi videatur in
nuere,& quod ſi nõ tradit nullam pœnam incurrit,& ibidem
dicit,quod ſi emptor adeptus fuerit poſſeſſionem , ſine cõſen
ſu domini duplex domino ſoluit̃ laudemium,& idem Iacob.
Marquil.in vſatico iudicia curiæ fol.135.colum.3.tenet hanc
eandem opinionem Guido Papæ in quæſtio. 101. Et reſpon
dendo ad ea quæ dicunt Marquil.& Angel.& alii ſupra citati
dicentes quod partes non poſſunt recedere a contractu in p̃
iudicium fiſci cui debet̃ ex celebratione contractus , & aliud
eſt in laudemio,quod debetur ratione alienationis rei emphy
teuticariæ,& tunc cum perfecta eſt alienatio per realem tradi
tionem,vt ſupra dictum fuit in 14.Præludio vel melius ſecun
dum Ioannem de Succarra.in commemora.Pe.Alber.ca.cau
tum pagi.546.numero 8.dicens,quod gabella eſt accidens, &
laudemium venit ex qualitate,& natura rei,& tunc dicimus,
quod propter calamum petit̃ laudemium,& non dicimus de
betur,quia a traditione,& non ante incipit deberi,& per cala
mum exigitur. Quoniam domini nolunt firmare inſtrumẽ
ta ſibi præſentata facta de alienatione, niſi ſoluatur , ſibi lau
demium debitum ratiõe alienationis factæ, & illud quod vul
go dicitur,quod propter calamum debetur laudemium id eſt
propter calamum exigitur laudemium eo, quia dominus nõ
tenetur firmare niſi ſoluatur ſibi laudemium , iam alias rõne
alienationis prius factę ſolui debitum , ita ꝙ ſi prius facta ſit
alienatio,& ratione dominii firmata emptor nõ adipiſcitur
dominium , quin incurrat in pœnam laudemii duplicati , &
alias pœnas , & illa firma quam facit dominus in fine inſtru
menti ſeu extra inſtrumentum penes aliquam publicam pſo
nam operatur inductionem,quam antiquitus faciebãt domi
ni allodiales quando inducebant nouos emphyteutas in poſ
ſeſſionem corporalem rerum emptarum ob quam dicti acq̃
ſitores dabãt dominis quinquageſimam quam laudemium,
ſeu foriſcapium decimum aut ſeptimum,aut quintum, nunc
reſpectiu

reſpectiue dicimus,& appellamus,& dominus allodialis inter
ponendo dictam firmam videtur contrahere, vel quaſi cum
nouo emphyteuta, & ſic acquirit actiones perſonales cōtra
nouum emphyteutam,& poſſeſſorē, & ipſum ius laudemii.
Sed quid ſi poſſeſſio ſit data,& accepta per clauſulam ſimpli-
cis conſtituti,aut per retentionem vſusfructus. Certe tunc vi-
detur dicendum,quod ex tali traditione debeatur laudemiū,
q̄a nō p̄t negari, ꝙ ꝓꝑ retentionem vſusfructus factam ī alie
natione aut per clauſulam ſimplicis conſtituti non tradatur,
vera poſſeſſio,& dominium vtile,vt in l.certe.§.j.& §.Iulianus
ait,ff.de precario,& in l.ab emptione,ff.de pact.& in l.quædā
mulier.ff.de rei vendicatio.& ff.de acq. poſſeſſio. l.quod meo
nomine,& in l.interdum & extra de reſtitut.ſpolia. capi.cum
veniſſent,& quod ibi notat dominus Innocentius, & in mul
tis alijs ſimilibus.Nam ſi fictio eſt in re certa contraria verita-
ti,pro veritate aſſumptio,vt dicit Bald.in l. ſiue poſſidetis ver.
vlterius quæro.C.de probationibus.Et Saly.in rub. de proba.
ff.& habet effectum veritatis,vt dicit Domi. Cardinalis Alc.
in Clementina quo circa q.21.de electi.ſic igitur patet. quod
ficta traditio idem operatī,quod vera,& realis, cum ergo do-
minium per fictam traditionem transferatur ſicut per veram
& hoc ſit verum,nam nos videmus in materia.l.quotiēs duo
bus.C.de rei vendicatione,quod ficta traditio per precarium,
vel clauſulam ſimplicis conſtituti , vel per retentionem vſuſ-
fructus eoſdem ꝓducit effectus quo ad acquiſitionem domi-
nij ſunt vera,& realis traditio quæ fit per realem immiſſionē
in poſſeſſionem,ita enim dicit glo.approbata per Bart.& Do
ctores in l.ab emptione,ff.de pact.& Ioan.And.in add.ad Spe
cu.tit.de emptio.& venditio.in §.1.verſi.nota, quod ſi fiat,ita
quod ſi quis primo vendat vni , & conſtituat ſe poſſidere no-
mine emptoris precario nomine,& poſtea iterato vēdat,alij
& ſecundo emptori tradat realiter,quod prior emptor eſt po-
tior,per dictam legem,quod meo nomine,& illa iura ſup.al-
legata,quia prius fuit quæſitum, ei vtile dominium, & vtilis
rei vendicatio,quæ præferenda eſt directæ, Cum ergo ꝑ dictā
fictam traditionem ſit quæſitum vtile dominium, & vēditor
ſit liberatus per dictam fictam traditionem, & fecit,quod in
ſe fuit ergo debetur domino laudemium ex dicta ficta tradi-
tione etiam ſecundum noſtra iura duplicatum,& quod dēa-
tur tenet Iacobin.de Sancto Georg. in ſuo tractatu feudorū
in verbo cum pacto,& dominus Zaſius in ſuo tracta. feudor.
in x.parte de feudi amiſſione,& Pau.de Caſt.in l.1.§.ſi rem,ff.
depoſi.& Martinus Lauden.in c.quid iuris ſi vaſallus &c.dicē
tes,quod vaſallus fecit quantum potuit ad effectum alienan-
di.Sed licet prædicta videātur fortius aſtringere tamen adhuc
eſt dicendum,quod ex tali traditione ficta non debeatur lau
demium,quia licet clauſulæ translatiuæ dominij,& poſſeſſio
nis ſint veri modi tradendi dominium,& poſſeſſionem in bo
nis allodialibus,& franchis nulli domino ſubiectis tamen in
rebus feudalibus,& emphyteuticariis, in quibus alium domi-
num recognoſcimus, ſine domini conſenſu,& volūtate alie-
natis dictæ clauſulæ nihil operantur,ita tenet Guido Papæ in
ſuis deciſionibus in quæſtione 46.& 112.& Guillermus Bene
dictus in repetitione c.Raynutius extra. de teſtamentis in ver-
bo & vxorem nomine Adelaſiam. numero 6.& Iacobus de
Sancto Georgio in tractatu feudorum. in verbo princeps,
vel ſed quæro numero primo. & cauetur in l. fina. C. de
iure emphyteu.& in commemo.Pet.Alber.cap.45.ſi algu ha
hom o vaſall ſupra allegatis in quibus iuribus ſtatuitur ad ſo
lum dominum pertinere nouum vaſallum , vel emphyteutā
inueſtire,& cum in poſſeſſionem mittere, & cum verum do-
minum vtilem facere quod hodie fit per adhibitionem con-
ſenſus,& ita tenet Guido Papæ in dicta quæſtione 112. ita ꝙ
ſi duo concurrant quorum cuilibet feudum,vel emphyteuſis
fuit vendita ſi dominus directus ſecūdum emptorem miſerit
in poſſeſſionem, inueſtiuerit quod hodie fit per dictam con-
ſenſus adhibitionem ille ī dominio,& poſſeſſione potior erit
primo emptore,cui forte per venditorem fuerit tradita poſſeſ
ſio,ſine conſenſu domini,& ita tenet Bal.in c.ſi ficta ſi de feu
do fuerit controuerſia,& Clarius dominus Saly.in l.fina.C.de
iure emphyteu.& Pet.Iacob.titu.de actio.in rem pro re q̃ em-
phyteu.cecidit in commiſſum verſicu.Item colligitur, & An.
Siculus in c.relatum extra de teſtamē.col.316.vbi dicit,quod
conſtantius eſt ſi interueniat traditio corporalis, quam ſi pre
caria,vide etiam Guido Papæ quæſtione 46.& q.112. & Bart.
Cœpola in tract.cautelarum aduocatorum cautela incipien.
dominus inueſtiuit aliquem de feudo,& Iacob.de Vallelic.in
vſa.ſi quis ſuum feud.fol.86.colum.3.& Caly.in vſati.ſupra ꝓ
xime allegato fol.106.col.1.fol.89.colum.1.& ratio eſt,q̄a do
minus directus maior & potentior eſt dominus, quam domi
nus vtilis,& illa alienatio in qua eſt conſenſus domini directi
eſt firmior, & fortior, vt dictum eſt ſupra in octaua cellula
numero 28.quia habet dominorum directi,& vtilis cōſenſus,
& ſic ſunt duo vincula,quæ fortius vno aſtringunt,& propte-
rea prout tenet Guillel.de Cuneo Raymundus Forilienſis Al
beri.Bald.& Ange.in l.Imperator.ff.de pact.Boerius in cōſue.
Burgun.titu.de conſue.retractus,quod in loco vbi eſſet ꝑ con
ſuetudinem aut ſtatutum ius retractus tempus parēti aut alii
proximiori ad pretium emptori offerendum. & rem venditā
retrahendum non curreret a tempore factæ venditionis,ſed a
tempore laudationis,& inueſtituræ a domino directo obten-
tæ,cum antea nō dicatur perfecta venditio, quo ad hunc effe
ctum retrahendi cum dominus directus præferatur cōſangui-
neo,& etiam,quia vēditor nihil poteſt, ſine domino directo,
vt in dicta l.fin.C.de iure emphyteu.ſic dicit Aluaro. c. Titius
in princip.§.fi.21.conclu.ti.quæ fuit prima cauſa benefic.amt.
quod dominus præfertur agnatis ſi feudum,eſt nouum,& ita
tenent communiter ſcribentes,ſecus eſt,vt dicit in feudis anti
quis in quibus agnati præferuntur dominis,vt in c.1. de alien.
feudi per Federicum, quamuis hodie In Cathalonia ſublata
ſit differentia inter feudum nouum,& antiquum per tex.con
ſtitutionis R.Pe.3.curiæ Ceruariæ.cap.3. Item ne ſuper laude-
mio.Et quod dictum eſt ſupra dominum præferri proximio-
ri hoc ita intellige ſi conſuetudo non tranſit ad ſpeciem ac ſi
diceret,quod proximior agnatus concurrens cum domino ꝓ
feratur ei.ita tenet Ioan.Faber.Inſti.de emptione in principio,
& Boerius in dictis conſuetudinibus,capi. de conſuetu. retra-
ctus,§.5.& in feudis eſt caſus expreſſus in c.1.§.porro qualiter
olim feudum alienari poterat,& ibi Bald.& Cardinalis Alex.
Et ſic non eſt mirum ſi in eccleſiam non tranſeat dominiū
ex ſolo tit.in iis rebus feudalibus,& emphyteuticariis ante in-
ueſtituram ſiue traditionem,quia in his rebus nihil operatur
priuilegium eccleſiæ,& ciuitatis vt tales res ipſo iure ex ſolo ti
tulo in eccleſiam vel ciuitatem transferātur per l.fi.C.de ſacr.
ſan.eccleſiis quæ quidem l.fin.locum habet,vbi venditor vel
donans habet plenam rei diſpoſitionem, vt quia res alienata
eſt allodialis a dominio alterius non dependēs,ſed ſi res ſunt
feudales,vel emphyteuticariæ depēdētes a dominio alterius,
ſine conſenſu illius de cuius dominio ſunt,& dependent trāſ-
ferri non poſſunt, imo ſi aliquæ reis feudales tranſeunt ad ec
cleſiam, vel ad ciuitatem ciuitas ſeu eccleſia intra annum,
& diem tenētur euacuare,& illam rem feudalem vel emphy
teuticariam trāsferre in manum habilem,& capacem ad poſ
ſidendum eas,& de hoc eſt tex.hodie,& ſeruatur in conſtit.R.
Pe.3.c.3.curiæ Ceruariæ,ex quibus concludendum eſt, quod
poſtquam nō fuit tradita poſſeſſio, quod adhuc res integra eſt
quo ad hunc effectum,qud per ipſas partes poteſt diſcedi a cō
tractu abſque metu ſoluendi laudemium etiam ſi inſtrumen
to fuerit inſerta clauſula nomine precario, vel ſimplicis con-
ſtituti poſſeſſorii aut retentionis vſusfruc.quia iſtę fictæ tradi-
tiones non operantur quod partes non poſſunt ſolo commu
ni conſenſu diſcedere a contractu,vt in l.1.§.etenim.C. quan
do licet ab emptione recedere. Sola enim executio facti ꝓdu-
cit hunc effectum,quod partes non poſſunt recedere a cōtra-
ctu ſolo conſenſu imo quando executio facti interuenit in ꝯ-
tractu,tunc neceſſarius eſt actus,retro ſimilis,ſi partes recede-
re volunt,vt in l.ſupra allegata,§.at ita tenet Bald.in l.neceſſa
rio,ff.de pericul.& commodo.rei venditæ. Et eſto quod ſit ve
ra illa opinio,quod per clauſulam ſimplicis conſtituti, aut ꝑ
retentionem vſuſru.vere dominium vtile transferatur etiam
in rebus feudalibus,& emphyteuticariis non tamen commit
titur pœna caducitatis, ſeu pœna duplicati laudemii eius lo
co ſubrogata,& credo iſtud eſſe veriſſimum, quod laudemiū
non debeatur ex ficta traditione, vt tenet Frāciſcus Rippa 1.
Reſponſo.numero vigeſimo.& vigeſimoprimo,libro primo.
Reſponſ. quia in pœnis & criminibus puniendis requiruntur
probationes luce clariores,vt in l.ſciant,C.de probationibus,
& in l.qui ſententiam laturus,C. de pœnis ſi luce clariores,er
go non habent locū fictiones,& ita videmus,quod per fictas
contumacias non debet aliquis,excommunicari, tenet Ioan.
Andreas in capitul.2.de conſtitutio. & Angel.in l.prima,§.bi
duum,ff.quando appella. ſit, & per Dominos de Rota deciſi.
370.& ita intelligitur in capitu.ſi non ſunt diſtinctio. 2.& ad
hoc eſt bonus text.in l.ea quæ. C.quomodo,& quando iudex
vbi Barto.declarat quę dicatur vera contumacia,& quę ficta,
& hoc etiam examinat gloſſ.in l.fina.de in integrum reſtitut.
& in l.ex conſenſu,§.fi.de appella.& Specula.in ſecunda,par.
§.1.de contumacia.imo videmus quod in iure eſt verum,ꝙ ꝯ
penſatio non allegata non ſit,ſed quando agitur de pœna cō
miſſi ſeu de pœna duplicati laudemii eius loco ſubrogata ad
euitandam pœnam ipſam,ipſo iure inducitur compenſatio,
vt pęna euitetur argumen.C.de compenſatio.l. etiam alias re
gulariter non ſit compenſatio ipſo iure videatis Guido Papæ
quæſtio,171.vbi hæc latius,& multo latius per Iaſ.May.in l.2.
C.de iure emphyteu.numero 66.in q.19. vbi hoc plene ꝓbat,
& magis late in l. i. C.qui admitti ad bonorum poſſeſſionem
poſſunt.vbi enumerat omnes Doctores hoc tenētes, & dicit
Bald.quod vſque adeo ſtricte in delictis, et pœnalibus proce-

di-

dimus,quod ſi per ſtatutum ex delicto quis ſit condemnatus
ad mortem,quod ſi nihil dicitur de bonis ipſa. bona.applicā
tur faciunt quæ habentur per eundem Bald.in l. prima. C. de
hæredi.inſtituen.Ego certe iſtud dicerem,quod in dubio debe
mus capere partē magis tutam etiam ſi illa videatur durior,
vt notat gloſſ.in c.vnico de ſolutionibus,& tex.ibi in Clemē-
tina exiui de Paradiſo de verborum ſignificatio.facit quod le
gitur,& notatur in c.ſignificaſti,& in ca. ad audientiam extra
de homicidio cum multis ſimilibus.Quare cum ex reſilitione
q̄ fit re exiſtēte ītegra recipere laudemium poſſet eſſe iniquū,
& iniuſtum ideo confuſio, vt ex dicta reſilitione laudemium
non recipiatur.Et ſic iactis præmiſſis redeo ad meam princi-
palem quæſtionem, ſcilicet de qua poſſeſſione eſt intelligen-
dum,quod debeatur laudemium duplicatum, & dico, quod
ex prædictis ſatis poteſt intelligi,quod ex ea poſſeſſione debet̄
laudemium duplicatum, quæ traditur per actum corporeū,
& veram pedum poſitionem, & non de ficta per clauſulam
nomine precario ſeu ſimplicis cōſtituti,aut retētionem vſuſ
fructus,quæ quidem ficta traditio, ſiue abuſiua ſecundum ve
ram opinionem in rebus feudalib. & emphyteuticariis nihil
operatur ſaltem non operatur pœnam commiſſi, ſeu dupli-
cati laudemij,quæ eius loco ſuccedit. Et quod hoc ſit verum,
quod de reali & actuali poſſeſſione ſit intelligendum adduco
Doctores practicos infra ſcriptos, & in primis hoc tenet Iac.
Calicius in vſa.ſi quis ſuum feudum fol.89.colum.4. & in eo-
dem vſa.fol 90.colum.3.& 3.oppoſitione vbi dicit, quod ipſa
traditio eſt prohibita,ſed nō titulus,& idem Calicius in eodē
vſa.fol.92.vbi dicit, quod quamuis donatio feudi ſit permiſſa
non tamen eſt permiſſa ipſa traditio, & idem tenet Iacob. de
Monte Iudai eodem vſa. fol. 58. colum. 3.in verbo dederit.&
Calicius in vſa.ſi quis.ſuum feudum. fol.89. colum.4. dicit ꝙ
laudemium non debetur niſi res de facto tradatur, hoc idem
tenet Iacob.Marquil.in ſua Margarita Iacobina c. Item con-
cedimus quod aliquis non vendat circa finem, & Betrand.de
Seua in dicto vſa.ſi quis ſuum feudum in verbo plus eſt.ſcien
dum vbi dicit quod ſi res feudalis vendatur alienetur,vel obli
getur dumtamen eius poſſeſſio abſque domini conſenſu non
tradatur non committitur ipſa pęna cum ad hoc,vt commit
tatur res alienata feudalis exigat traditionem cum aliud ſit vē
dere & aliud alienare,& aliud tradere,vt ꝓbatur in l. rem alie
nam,ff.de contrahenda emptione iuncta lege. 1. C.de feudo
dota,& in l.ex ſtipu §.1.ff.de acq. poſſeſſio.idem tenet Domi-
nicus Boſill legum Doctor ciuis Barcinonæ. in ſuis deciſioni-
bus,aliquorum dubiorum in materia feudorum directis Re-
uerendiſſimo Epiſcopo Gerundæ in ſecundo dubio dicens,ꝙ
hoc iure vtimur, & Thomas Mieres in conſtitu. als ſcandols
fol.110.columna 2.vbi expreſſe dicit, quod intelligi debet de
poſſeſſione corporali hoc eſt facti corporei, & non de ciuili,
quæ transfertur ex ſola conſtitutione precarii,vel ſola volun-
tate,ſine actu corporeo nam iſte terminus poſſeſſio poſitus ī
conſtitutione als ſcandols factum denotat,& non ius,vt in l.
1.§. ſiue decretalis,ff.de acquirend.poſſeſſio. & ita tenet dictus
Thomas Mieres in dicta conſtitutio.ſol.110.colum.4.eodem
modo tradere ſignificat perfectam alienationem aut capitur
pro inductione in poſſeſſionem,& ita tenet Spec.in tit.de em
ptio.& venditio.§.1.verſicu.tradere,& idem in eadem conſti.
fol.110.colum.2.expreſſe dicit ipſe Mieres,pone aliquis ex cō
ducto vel aliter de voluntate dñi vtilis vēdidit domū ipſi cō
ductori cum clauſula precarii,& ipſo facto videt̄ tradita poſ-
ſeſſio ipſi olim conductori cum clauſula precarii nunquid ha
bet locum,quod dicitur in dicta conſtitutione pœna duplica
ti laudemii credit,quod non, quod ego intelligo ſic niſi com
mittatur fraus quæ poſſet committi hoc modo videlicet,quia
cum haberent animum vendendi prius fecerunt contractum
logerii,& hoc eſt prohibitum per tex.in l.imperialem de pro-
hibita feudi aliena.per Federic. in §.Callidis, vbi omnis fraus
vitetur &quodlibet aliud ſigmētum,ita tenet idem Mieres in
eadem conſtitutione fol.110.colum.4.videlicet, quod ſi fiat
fraus habet locum pœna commiſſi ſiue laudemii duplicati,
& hoc videtur dicere prima localis priuilegii recognouerunt
proceres iu fi.& ſic non ſufficit ſolus contractus venditio,niſi
etiam ſequuta fuerit rei traditio realiter,& vtrunque accumu
latiue,ſiue copulatiue requiritur,& videtur velle Ioan.Fab.In
ſti.de empt.& venditio.in princi.& tenet Nicolaus Boerius in
conuetudi.Biturgi.ti.de conſue.retractus,§.1.ver.ſed quæritur,
& ex præmiſſis collige,quod ex ficta traditione non commit-
tit̄ pœna duplicati laudemii, nec debetur aliquod laudemiū,
nec minus ex reſilitione.Et nota hic quod Andreas de Yſern.
in libro feudorum in titu.de prohibita feudi alienatione,per
Lothari.& in l.imperialem in §.facit comentum dicit, quod
quo ad hunc articulum de caducitate feudi dicimus contra-
ctum,& rem eſſe integrā quamuis vaſallus vendiderit.vel alie
nauerit,& pretium receperit poſtquam non tradidit,ſeu tran
ſtulit rem emphyteuticariam,ſiue ſuum ius,ſcilicet dominiū
vtile,quia quamuis quo ad partes contrahentes res non ſit in
tegra propter pretii ſolutionem,nec partes ipſe poſſunt rece
dere a cōtractu,earum altera inuitatum quo ad intereſſe do
mini directi,eſt res integra & partes poſſunt diſcedere a con
tractu communi conſenſu,& nullum ius eſt domino directo
quæſitum,& ratio eſt, quia ante traditionem rei ipſa res em-
phyteuticaria vel feudalis,non mutauit manum, & ſic reſpe-
ctu domini directi res eſt integra,quamuis iura & actiones,&
obligationes oriantur,& acquirantur ex ſolo contractu,quia
illa iura,& obligationes, quemadmodum ſolo cōtractu oriū
tur,ita ſolo contrario conſenſu reuocātur,& reuocabilia ſunt
vſque ad traditionem,vel vſque ad præſentationem inſtrumē
ti domino directo factam.vt tenet Ioan.de Succarrat.in com-
memora. Pe.Alber.c.cautum pag.562. numero 64.& ſi oppo
natur de ficta,& mentali traditione ꝑ clauſulam ſimplicis cō
ſtituti,ex qua ſequitur vt aſſeritur vera,traditio,ſiue mutatio,
tamen illa ſicut ſolo conſenſu inducta eſt ita ſolo contrario 2
ſenſu ipſo iure reſoluitur,vt in l.3.nil tam naturale, ff.de reg.
iur.& c.1.extra eodem ti.facit tex.in §.fi.Inſt.quibus modis tol
litur obligatio.& l.1.C. quando licet ab emptione diſcedere,
& ſic cuius conſenſus in contrahendo requiritur, eiuſdem ēt
in diſſoluēdo requiritur,& interuenire debet,& iſta eſt opinio
Alber.Fulgo.Pau.Caſtren.& Iaſ.in dicta l.ab emptio,ff.de pa
cti.Guillerm.de Cuneo Bal.Angel.& Philippi Decii in d.l.nil
tam naturale,ff.de regu.iur. quamuis quidam alii cōtrarium
dicant in eadem l.ab emptione,quod non placet. Dicit præte
rea dictus Yſernia in loco ſupra proxime allegato, quod quā
uis ita ſit.quod per ſolutionem totius aut certæ partis pretii.
res nō deſinat eſſe integra quo ad intereſſe domini directi, &
Propterea cōtrahentes, ſine conſenſu domini poſſunt recede
re a contractu inuito domino, & abſq; ſolutione laudemii.
Tamen ſi res tradatur quamuis pretium non ſoluatur dūmo
do præcedat aut ſubſequat̄ habilis, & idoneus titulus ad alie
nandum res deſinit eſſe integra, ſic quod partes non poſſunt
recedere a cōtractu inuito domino cui competit fatica,& lau
demium, & huius diuerſitatis ratio eſt. quia illa qualitas pro
pterquam ſoluit̄ laudemium,quæ eſt feudalis, vel emphyteu
ticaria cōditio eſt affixa radicata & ſubſtātiata in re, ita quod
ab ea reuelli,ſeu ſeparari non poteſt, & non eſt ita in pretio,
quod eſt incapax, & inhabile, ad recipiendum talem qualita
tem cum dictum pretium ſit res mobilis penes quam vel in
qua nullo mō poteſt qualitas feudalis, vel emphyteuticaria
fundari ſeu radicari,quia res mobiles non poſſunt in feudum,
vel in emphyteuſim concedi,vt in l.i. C. de iure emphyteu.&
ideo aliud eſt in implemento contractus ex parte venditoris
tradētis rem qualificatam,& aliud eſt,ex parte emptoris, ſeu
acquiſitoris ſoluētis pretium, & propterea ſupradicta rei tra
ditio aliud operat̄,quod pretii ſolutio operari non poteſt,ex
quibus concludendum eſt,quod ante realem,& actualem tra
ditionem rei licet contrahentibus pœnitere contrario ac mu
tuo conſenſu interueniente,ſiue reſilire contractum,ſi ambo
contrahentes volunt, & ex dicta reſilitione non debebit̄ lau
demium,neq; de contractu, neq; de reſilitione, ſeu diſtractu
fuerit interpoſita,& adiecta clauſula,cōſtitutio, & ſtipulatio,
vel fuerint dati fideiuſſores, vel pignora, vel arrhæ etiā ꝓ par
te pretii,& etiam diſcedatur incōtinenti, vel ex interuallo ēt
ſi fuerit adiecta clauſula ſimplicis conſtituti poſſeſſorii, ſiue
non,quia quamdiu non proceditur ad actum facti, & tradi
tionis rei,nec ad receptionem fructuum poſſunt contrahētes
communi conſenſu,vna cum toto contractu venditionis di
ctas clauſulas habere pro infectis ſola voluntate per l.nil tam
naturale,ff.de reg.iur.nec impediunt diſtractum,quamdiu cō
tractus permanet in terminis nudorum verborum,& ideo nō
obſtantibus prædictis clauſulis, & aliis, quæ nihil operantur,
quo ad intereſſe domini poſſunt partes contrahentes reſilire
contractum.Secus eſſet ſi partes,ſeu earum altera procedunt
ad actum facti,ſcilicet traditionis rei, vel ad fructus eiuſdem
rei venditæ perceptionem,quia tunc debetur laudemium eo,
quia quo ad intereſſe domini res non eſt integra eo,quia trāſ
lata fuit in aliam extraneam,& nouam perſonam non præce
dente inueſtitura conſenſu, ſeu laudamento domini directi,
quo fit,quod res eſt aperta.Et poſito pro conſtanti,prout con
ſtans,& verum eſt,pono tres regulas.

Prima regula eſt,ꝙ ſi Guiller.ſimplex donatarius emptor,
vel quiuis alius acquſitor rei emphyteutica.corporalis,qui nō
dum aſſequutus eſt rei emphy.corporalis poſſeſſionem realē
& actualem poteſt remittere ſeu reſtituere ſuo donatori,uen
ditori,vel alii cuius alienatori iura,& actiones,ex acquiſitiuo
contractu quæſitas ſibi abſq; cōſenſu domini directi,& abſq;
metu ſoluēdi laudemium tertium,ſeu foriſcapium,ſiue ſimus
in præſenti ciuitate Barcinonæ.ſiue extra eam,& eius hortos
& vinetum, ſiue illas remittat gratis,ſiue pecunia uel alia re
mobili,uel immobili mediantibus,& ſiue incontinenti, ſiue
ex interuallo,quantumcunque longo, cum ad hoc ut laude
mi

mium debeatur, tequitatur habilis,& idoneus titulus onero-ſus, vel lucratiuus ſuo loco,& q̃ rei donatæ, venditæ, vt alias alienatæ realis,& actualis poſſeſſionis traditio ſequatur, & p̃ acquiſitorem fiat receptio. Sed in præſenti caſu noſtro donator, venditor, vel alius alienator non tradidit donatario emptori, vel alij acquiſitori poſſeſſionem realem, & actualem, nec acquiſitor eam apprehēdit. Si dictus alienator recuperat. iura,& actiones quibus poſſet compelli ad tradendam rem, aliqua iura,& actiones acquiſiuit gratis vel pecunia, aut alia re interuenientibus, non tenetur ad ſolutionem laudemii, iuxta ea quæ dicta ſunt ſupra in præſenti regula tractādo de clauſula ſimplicis conſtituti poſſeſſorij, quia res ipſa emphyteuti. quam dicti contrahentes alienare intendebant ſemper permanſit penes eundem emphyteutam,& nunquam fuit aperta res. Et ratio eſt, quia vbi opus eſt facto, ſola verba non ſufficiunt, glo. in c. paſtoralis, extra de officio iud. ord. circa fi. quæ allegat plura alia iura hoc probantia.

Secunda regula eſt, quod ſi Michael primus & ſimplex donatarius vel emptor rei corporalis emphyteuticariæ, qui rei donatæ vel emptæ, aut alias acquiſitæ donauerit, vel vendiderit actiones a ſe quæſitas Franciſco,& Franciſcus, Bernando, & Bernardus, Guillermo, & ita actiones tranſierunt per plures, vſq; ad octo, vel vltra,& vltima acq̃ſitori dictarum actionum,& non alijs inter mediis acquiſitoribus, fuit tradita realis,& actualis poſſeſſio, l. per omnes res ipſa uideatur natura, & intellectu eſſe translata a primo vſque ad vltimum, cū re vera non ſit niſi vnica translatio rei,& vnica realis traditio,& vnica mutatio emphy. facta ex Michaele primo alienatore in Guiller. vltimum acq̃ſitorem non debetur niſi vnum laudemium ex eo, quia res non fuit reali. tradita, iuxta ea quæ dicta ſunt ſupra de clauſula ſimplicis conſtituti poſſeſſorii, aut alia ficta traditione, q̃a non eſt niſi vnica rei traditio, & vnica acquiſitoris mutatio, quæ traditio,& acq̃ſitoris mutatio, ſeu emphy. neceſſario debent reali. & de facto interuenire ad hoc, vt laudemium debeatur, vt probatum eſt ſupra abunde in 1. regula,& eis præſtant argumentū eorum, quæ dicta ſunt ſupra ſuper contractu tranſactionis, quando res ſuper qua trāſigitur, remanet penes antiquum poſſeſſorem, vel transfertur in nouum poſſeſſorem. Et hoc ſemp verum eſt in rebus corporeis, ſed in incorporeis, puta in venditionibus iuris luendi, & in venditionibus quæ fiunt de dominationibus mediis, qua iura incorporalia ſunt,& quæ per clauſu. ſimplicis conſtituti poſſeſſorii traduntur, ſicuti res corporales, p̃ traditionem forſan præſens regula vacillat. Sed dic quod hoc caſu neceſſario reqritur expreſſa,& explicita acq̃ſitoris acceptatio, alias non deberetur laudemium.

Tertia regula eſt, quam ponendo caſum ſic declaro. Bernardus habens,& poſſidēs totam ſuam hæreditatem emphyteuticariam, deceſſit ītestatus relictis tribus, aut pluribus filiis legitimis,& naturalibus,& vnus eorum q̃ forſan maior pubere erat immiſcuit ſe hæreditati paternæ realiter,& de facto, q̃ facere potuit de iure, vt per totum ſere tit. de acqren. vel ami. hæred. Cæteri vero alii fratres ſui, non ſe immiſcuerunt, nec abſtinuerunt expreſſe, ſed renuntiant fratri, q̃ ſe immiſcuit, q̃uis ex ipſa renuntiatione recipiant aliquam pecuniæ quantitatem, aut aliam rem mobilem, vel immobilem ab eo, in cuius fauorem faciunt renuntiationem non debetur laudemiū de pecunia nec de re interuenientibus, quia in ipſa renuntiatione facta per fratres renūtiantes fratri acceptanti non fit alienatio, nec rei traditio, niſi illa quę fit de patre ī filium, q̃ ſe immiſcuit, q̃ a iure permiſſa eſt, quæ potius eſt dominii continuatio, quam alienatio, ex qua alienatione, ſeu dominii cōtinuatione non debetur laudemium. Et illa imaginaria,& præſumpta, ſeu mentalis mutatio facta de fratribus renuntiantibus ī fratrem, qui ſe immiſcuit, quæ nō eſt realis, nec actualis, ſed legis artificio, figurata,& ficta non eſt potens, quod ex ea, nec pro ea debeatur laudemium, niſi per ipſos fratres renuntiantes ante dictam renuntiationem hæreditas paterna pro ſua parte eſſet expreſſe adita aliquo exteriori motu ſeu ſigno, vt ex ſupradictis,& probatis patet. Nam ſi verum eſt, quod omnes Doctores tenent, & eſt communis opinio magis approbatorum Doctorum, quod per clauſulam ſimplicis conſtitu. poſſeſſorii, aut aliam fictam traditionem in rebus emphyteuticariis, & ab alterius directo dominio dependentibus non transferatur realis,& actualis poſſeſſio, nec talis ex qua debeatur laudemium niſi realis,& actualis poſſeſſio interueniat p̃cedat, aut ſubſequatur, put vera eſt, vt in l. cum hæredes, ff. de acqrenda, vel amit. poſſeſſione,& Inſt. de hæredum qualitate, & differen. §. pro hærede, q̃a quamuis dicat nuda voluntate, oportet tamen quod illa nuda voluntas extrinſecus declaretur, vt ī l. pro hærede, ff. de acqr. vel ami. hæred. §. 1. Pari modo in hoc caſu in dicta renūtiatio. facta per fratrem fratri immiſſio non fuit aliquo corporali ſigno declarata, & ſic non facit deſinere rem eſſe integram, quare ſiue ipſa renuntiatio fiat gratis, ſiue pecunia, aut alia mobili vel immobili non debet̄ laudemium domino, ſeu dñis directis, nec mediis, etiam ſi ſimus extra ciuitatem Barc.& eius hortos, & vinetum, quamuis ſi eſſemus in dictis ciuitate Barc. hortis & vineto eiuſdem & inter ciues,& habitatores Barcin. alia rōne poſſet excuſari ipſa laudemii ſolutio, videlicet per primum priuilegii ca. vulgo dicti, recognouerunt proceres. Quia quamuis ſit verum, q̃ dñiū hæreditarium,& alia iura hæreditaria tranſeant de teſtatore in hæredem ex ſola aditione, ſeu immiſſione, quæ fit ſolo animo,& ſola voluntate, ex vi,& potētia ſuitatis, ſine aliqua reali vel corporali apprehenſione, vt in d. l. cum.& in l. vnica, C. de his qui ante apertas tabulas,& in l. cum antiquioribus, C. de iure deliberandi,& in l. ſi fratris, eodem titu.& ibi Bar. Bal. Saly.& complures alii,& in l. in ſuis, ff. de libe.& poſth. tamen poſſeſſio realis,& de facto non acquirit̄ niſi mediante corporali apprehenſione, vt in d. l. cum hæredes, ff. de acquiren. vel ami. poſſeſſione. Cum ergo iſti fratres renuntiātes nullū actū corporeum circa poſſeſſionem aſſequendam exercuerint extrinſecus, ergo in eos non fuit translata aliqua realis,& actualis poſſeſſio, niſi quædam poſſeſſio mentalis, & intellectualis, & artificialis,& ficta,& fictio in pœnis committendis, pro nihilo habet̄, vt in l. nuda, ff. de con. emp.& ven & ideo nullum debet̄, in hoc caſu laudemium,& ita cenſeo,& teneo, ſciens, quod ſuper hoc aliquos habebo contradictores eo, quia multi tenent, quod ex dicto iure,& potentia ſuitatis acqritur poſſeſſio realis,& actualis, per filios ſuos, & legitimos, & dicunt eſſe tex. in l. 3. ſecun. t. intellectum, quam ibi ſequūt Cyn. Bald. Angel.& Saly. in l. dictā, l. cum antiquioribus, eo. ti.& in l. vnica, C. de his, q̃ ante apertas tabulas,& ſcribentes in d. l. in ſuis, ff. de libe.& poſth. cum multis alijs, quos enumerat, & ſequtur Boerius ī conſue. Biturigum, in ti. de teſtamen.& vltimis volunta. §. 6.& per præmiſſa de iure ſubſiſtant. Tamen multo fortius ſuſtinet̄ per tex. conſl. do. R. Pe. 3. c. 3. curiæ Ceruariæ. Item nē ſuper laudemio, §. ſi empero aquell ſeu per titol lucratiu. vbi ēt deciduntur plures alii caſus, ī quibus de iure ciuili debet̄ laudemium. Et redeundo quo digreſſus ſum, poteſt hic quæri de alia q. videlicet ſi emphyteuta obtulerit dño, ſeu dñis iſtrumēta alienationis, vt in eis rōne dominii firmaret,& ſuum conſenſum alienationi p̃ſtaret, & ipſe dominus per ſpatium 30. dierum diſtulerit firmare ea penes ſe retinendo vltra prædictos 30. dies, an propter hoc debeat perdere laudemium. Iſtā quæſtionem mouet Iacob. de Calitio in vſa. magnates fol. 70. colum. 2. Et dr̄, quod dominus poteſt purgare moram ſuam, vt ī l. fin. C. de iure emphyteu.& habere quinquageſimam, ſiue laudemium,& hoc eſt verum in allodiis eccleſiæ per c. potuit, extra de locato, & credo idem eſſe ī allodiis laycalibus, p̃ ea quæ dicit Iaſ. ī d. l. fin. C. de iure emphyteu. numero 25.& idem ī eadem l. vltimo notabili, ante expoſitionem magnę gl. numero 25. quæ videas, vide ēt in d. l. 3.& ī dicto ca. potuit,& ibi Abbatem Panorm.& facit l.& ſi poſt tres, cum ibi notatis per Bar. Bald.& Paulum de Caſtro, Alexand.& Iaſ. ll. ſi q̃s cautionibus,& l. magnam, C. de contrahenda, & committenda ſtipula.& latius,& per ſcribentes in l. inſulam, ff. de verborum obl.& Boer. ī rubr. de retinendo res feudales ī ea nſue. Bitur. §. 2. ſed quæro, a quo debet peti laudemium duplicatum, a venditore, an ab emptore,& q̃s eorum eſt obligatus ad illud ſoluendum?& dic, quod ab acq̃ſitore, q̃a ille tenet̄ ſoluere, cum ipſum laudemium, ſit onus reale, p̃ut ſupra eſt probatum, ī prima cellula, ideo ſequit̄ ſundi poſſeſſorem, quia de iure, vt ſupra eſt probatum ī Præludio 3. ſolutio laudemii, tam de iure ciuili, quam Cathaloniæ cedit acquiſitori præterquam ī ciuitate Bar. ſuburbiis proximis,& ī hortis & vineto eiuſdem, ī quib. per propria ſtatuta ipſius ciuitatis eſt aliter ordinatum, videlicet quod ſoluat vēditor, idem tenet Thomas Mieres ī cōſt. R. Pe. 3. c. 3. Item ne ſuper laudemio, fol. 164 colum. 4. & Guillermus de Valleſic. ī vſa. qui viderit, fol. 101 numero 2 & Iac. Marq. ī d. vſa. fol. 126. colum. 3.& ita diſponit̄ in d. conſi. R. Pe. 3. c. 3. item ne ſuper laudemio. Sed his non obſtantibus, credo, q̃ hoc caſu eſt ſpeciale, quod dominus poteſt petere, & habere ea quocūque voluerit, vel a venditore vel ab emptore,& de hoc eſt tex. in vſa. ſi quis ſuum ſeud vbi dr̄, quod dominus pōt petere ſeruitium ipſius ſeudi, cum voluerit, iam a donatore, q̃ ab acceptatore,& faciunt ea quæ in principio, octauę cellulæ ponunt̄, vbi dicit̄, quod qua pœna punit venditor prohibitus alienare rem prohibitam, eadem etiam punit emptor per iura ibi allega.& propterea cautus aduocatus ī libello debet petere ab vtroque coniunctim, vel diuiſſim, et poſtea ſequuta cōdemnatione dominus petere poterit, et facere executionem contra illum, qui erit condemnatus, et ſi ambo ſunt condemnati contra illum, qui melius erit ſoluendo. Sed quæro de quadam quotidiana q. quæ talis eſt, an emptor rei emphy. cui reg. cedit onus ſoluēdi laudemium, qui recepit poſſeſſionem corporalem, realem, et actualem, rei a ſe emptæ, qui iuxta diſpoſitionem conſtitu. R. Ferdinan. cals ſcandols cecidit in pœnam

laude

laudemii duplicati vltra alias pœnas poſſit purgare moram, ſic,quod ſoluendo vnum laudemium,tamen non ad duplicatum laudemium teneatur,& breuiter dic quod poteſt purgare moram,ſi velociter vadat ad dominum,& ſibi afferat laudemium,& ipſo renuente accidere deponat, & conſignet,& ipſi domino intimari, & notificari faciat dictas depoſitionē, & conſignationem,vt teneo infra in 3.prin.q in fin.tractatus, & hoc etiam tenet glo.in l.2.C. de iure emphy. in verbis fi.& ita communiter tenetur,vt dicit Sal.in d.l.2.in verbis fi. & Socinus dicit,quod iſta eſt communis opinio. Et idem erit,ſi oblatio depoſitio & cōſignatio fiat per procuratorem. Pari modo eſt dubium,an dominus directus lapſis 30.diebus ſibi datis ad vtendum fatica,poſſit purgare moram,& dicit Calytius in vſa.magnates,fol.70.colum.3.& Innocen.in capitu.potuit extra de loca.& Zaſius in tractatu ſuo feud.x.parte numero 3.& Barto.Soc.in l.de diuiſio,ff.ſolu.matrimo.& dominus Ale.diſtinctio.19.c.propter,in fi. & Antonius Corſeti in ſuo dictionario ad Abbatem Siculum,in verbo,mora.1.& Iacob.de S. Georgio in ſuo tractatu feudorum,in verbo,qui quidem iuc. num.37.qui quidem Doctores,qui hanc latius tractant materiam,& tenent præfati,& alij Doctores, quod poteſt ſi faciat celeriter,& tunc dicitur celeriter fieri ſi emphiteutæ ſoluunt, aut offerunt,& deponunt,& conſignant antequam dominus directus ſuſcitet litem cōtra ipſum emptorem ſuper dicto laudemio duplicato petēdo,aut ſi dominus non fecit aliquas expenſas pro ipſo laudemio conſequendo, & quamdiu res eſt integra,& allegati per me Doctores reſpondent legibus,& argumentis quæ per quoſdam in contrarium fiunt,quas reſpōſiones breuitatis cauſa omitto,& ratio potiſſima,p quam admittunt purgationem moræ,eſt huiuſmodi, videlicet quia q̄uis hic ſit certus dies,& pœna tamen,quia pęna non committitur ipſo facto,ſed debet declarari per iudicem, quod cecidit in laudemium duplicatum, ideo admittit̄ purgatio moræ,q̄ non admitteret̄,ſi non requireret̄ declaratio, ſed ipſo facto eſſent commiſſæ pœnæ ſuper purgatione moræ, tam per dominum,quam per emptorem,vide Iaſ.in l.fina.C.de iure emph. numero 53.& infra de purga.moræ,vide Guidonem Papæ deciſione Delfi.123.& alias deciſiones ibi allegatas. Et hic locus eſt,vbi ponam forte,ſi aliquis reincidit ī laudemium duplicatum,quære cuius erunt iſta duo laudemia,an Antonij dñi ꝓprietarij,an Franc.vſufructuarii caſu,quo in re feudali,vel emphyteuticaria ſint ambo,ſ.proprietarius,& vſufructuarius formaliter? & certe nulli dubium eſſe debet, quod illud laudemiū, quod venit ratione alienationis factæ de fundo emphyteutico,vel feudali cedat vſufructuario formali, per l.vſufructu legato,ff.de vſufruct.Sed illud laudemium, quod venit ſoluendum in vim conſtitutionis domini R.Ferdinandi 1.c. als ſcandols curiæ Ceruariæ,cedit ꝓprietario per hāc rationem, quia illud laudemium eſt ſurrogatum loco commiſſi,& caducitatis,& ſurrogatum ſapit,& habet, & habere debet qualitatem naturam,& conditionem,finem, & effectum illius, in cuius locum ſubrogatur, vt probatur abunde infra eadem cellula, quare cum illud laudemium, quod inducit dicta conſuetudo als ſcandols ſit ſurrogatum loco rei venditæ,& traditæ,ſine ꝯſenſu,& firma domini debet applicari proprietario, prout eſſet applicata ipſa eadem res,& non vſufructuario. Præterea facit illud,quod nos videmus, videlicet, quod ſi fiat ſubſtitutio pupillaris impuberi ab extraneo,vel a matre,vel a patre filio ſuo emancipato,quod illa ſubſtitutio toto tempore pupillaris ætatis,valet iure fideicommiſſi, vt communiter tenent Canoniſtæ in cap. Raynutius,extra de teſtamentis, & Legiſtæ in l. verbis ciuilibus,ff de vulgari,& pup.& iſta ſubſtitutio fideicōmiſſaria in locum pupillaris ſurrogata adueniente pubertate expirat,ſiue finit̄, prout expiraret pupillaris ſi facta fuiſſet per patrem filio ſuo impuberi in ſua patria poteſtate exiſtenti,de hoc eſt tex.in l.ſi Titio,§ ſicut,& in l.ſeq.inc. quod ſi deicommiſſum,ff.de leg.1.vbi Barto.Bal.& Pau.Caſt. in l.Scęuola,& Franc.Ripa in l.centurio,ff.de vulg.& pup.num. 126. quam opinionem dicit eſſe communem Guiller. Benedictus in repe.dicti c.Raynu.in tractatu pupillaris, numero 36.Cou. in dicto cap.§ quinto,eſt tamen aduertendum, ita etiam nos dicamus,quod illud laudemium ſecundum, quod ſoluitur ꝓ duplicato loco commiſſi habeat qualitatem naturam, & cōditionem, quam haberet res emphy. quæ committenda erat, & ſic applicanda proprietario. Subinde facit illud, quod nos habemus in noſtro iure Cathaloniæ, videlicet, quod aliqua res emphyteuticaria tranſit ab eccleſia in laycum retinet conditionem,naturam,& qualitatem,quas habebat cum erat penes eccleſiam,& ſic layci,qui ſunt ī capaces recipere ſeptimū aut quintum ſi ſuccedant eccleſiæ poſt ſententiam arbitralē in illo allodio,quod erat eccleſiæ,poſſunt recipere ſeptimum aut quintum,ſecūdum qualitatem fundi,vt hoc eſt etiam pleniſſime probatum ſupra,in 1.cellula,& ratio eſt, quia conditiones,& qualitates re. emphyteuticarum, ſunt ita affixæ, & tranſubſtantionatæ ipſis rebus,quod ab illis ſeparari non poſſunt,vt probatur ſupra in 1.cellula,in pragmatica,ſiue priuilegio,ibi inſerto. Et ſic dicendum eſt ab hoc ſimili, quod laudemium, quod ſoluit̄ in vim dictæ conſtitutionis als ſcādols habet illas qualitates naturam,& cōditionem,fines, & effectus, quas haberet illa res,in cuius loco eſt ſurrogatum, & ita cenſeo,& puto eſſe verum, quod pars quæ ſoluitur ratione cōſtitutionis nomine pęnæ, erit proprietarii,& non vſufructuarii, nec erit mulieris,tenentis,& poſſidentis,nec beneficiati, ſed ſi emittabitur in annuos cenſus, qui annus cenſus colligetur, per eos qui erunt proprietarii. Præterea hoc in loco non prætereo,quod ſi aliqua res emphyteuticalis, vel feudataria iudicis auct.venditur in ſolutum dat̄, aut quocunque alio titulo oneroſo alienat̄,& dicti iudicis mandato realiter, & de facto traditur abſque conſenſu, & firma domini directi, tunc ipſe dominus directus non poterit petere, ſeu conſequi commiſſum,ſiue laudemium duplicatum,loco commiſſi ſubrogatū, iuxta diſpoſitionem conſt.do.R. Alfonſi als ſcandols, & hoc propter iudicis auct.non debet eius compulſionem, nam nō debet puniri,vt tenet Nicolaus Boeri.in ca.1.colum.3. de prohibita feudi alienatione per Federicum, quam ſequitur Iaſ.in l.fin.colum.31.C.de iure emphyteu.alia ratio eſt, quia perturbaretur iuſtitiæ adminiſtratio. Aduertatis tamen,quia pp iudicis auct.& compulſionē dominus directus, non priuatur ſuis iuribus dominicalibus,puta laudemio, fatica, nec aliis, quoniam factum iudicis in nullo poteſt præiudicare domino directo in ſuis iuribus dominicalibus,ita tenet Bar.in l.ſi finita,§.ſi de vectigalibus,ff.de damno infecto, & nos in noſtro iure huius patriæ Cathaloniæ habemus conſtitutionem domini R. Alfonſi.4 in volumine conſtitu.cap ſi empero ſcran,fol.134. in fi.ſub rub.de cenſals. Vlterius quæro hic de quadam quotidiana quæſtione,ponamus,quod aliqua res teneatur ſub directo,& allodiali dominio alicuius beneficii,ſeu monaſterii, q̄ alienatur hodie,quo tempore Petrus obtinet dictum beneficium,vel quo tempore eſt arrendator cenſuū monaſterii cū perceptione laudemiorum, poſtea tempore quo ipſa res alienata traditur per venditorem emptori eſt beneficiatus, ſeu arrendator Franciſcus dubitatur,& quęritur cui iſtorum debeat̄ laudemium,an Petro qui erat beneficiatus, ſiue arrēdator tēpore quo contractus alienationis fuit celebratus per contrahentes,an Franc.beneficiato,ſiue arrendatori tempore, quo inſtrumenta ſunt præſentata, & fuerunt firmata per dominū directum ratione dominii. Et videt̄ dicendum, quod debetur Franciſco:nam vt vulgo dicitur, propter calamum debet̄ laudemium,& ita tenet Iaco.Marquil. in vſa.ſi quis ſuum feudū, fol.109.col.3.tenet etiam Mieres in conſ. domini Regis Pe.3. c.3.Item ne ſuper laudemio.idem Mieres in conſtitu. als ſcandols,fol. 110.colum. 4 & in tantum dicit ipſe Iacobus Marq. hoc verum eſſe ī dicto vſatico,quod ſi emphyteuta ſoluat laudemium, & habeat a domino directo de ipſa ſolutione apochem ſpecialem,vel forte generalem omnibus debitis,vſque in diem apochæ,attamen inſtrumēta ante iam facta ſunt, ſed dominus morte præuentus non firmabit illa, & nunc veniat nouus ſucceſſor domini prædicti,qui reperit inſtrumenta non firmata propterea quod ipſum laudemium petat, vertitur in dubium,an nouus ſucceſſor bene dicat, & dicit, quod ſi per legem vltimam,C.de iure emphy.& ſubdens rationem dicit, quia prætextu calami firmæ & ſubſcriptionis a domino factę in ipſo inſtrumento dictum laudemium habet ipſe dominus & pro iſta parte fortiter aſtringit,l.ſi vſufructuarius,ff. quibus modis vſusfructus ami. His tamen non obſtātibus contrariū puto verum, ſcilicet quod non debeatur ipſi Frāciſco, ſed Petro primo beneficiato,ſeu arrendatori,in cuius tempore contrahentes celebrarunt contractum per hæc fundamenta. Certum eſt enim, quod laudemium non debetur ex ſola traditione,quia traditio ſola ſine titulo,vel cauſa non trāsfert poſſeſſionem l.Clauibus.ff.de contrahend.emptio.& glo.& Doctores in l.3.ff.de acquiren.poſſeſſione.quoniam traditio, in qua cauſa non eſt,nuda eſt,& non valet, nec ex ea dominum trāſfertur,vt ff.de acquiren.rerum domi.l. nunquam ſed debetur ipſum laudemium ex titulo alienationis ex traditione, ita tenet Iaſ.in l.quotiens,C.de rei vend.& in d.l.fi.C. de iure emph. nu.132.& ſic ex principio,& fine ipſius alienationis,ſed in cōtractibus initium eſt inſpiciendum,et non finis,vt in l.tamen, ff.ad Macedo.et in l.1.§ non ſolum,ff.depoſi.et in eadem lege, §.quod ſi rem,in gloſſ.et in l ſi id quod,§.filiusfam. et in gl.in l.1.ff.de origine iur. vbi dicitur,quod potiſſima pars cuiuſque rei,eſt principium.vide quæ dicit Matthæus de Affli. dec. 210. numero 3.vbi pro hac parte adducit multa iura, et remiſſiue dat regulam,quando principium eſt inſpiciēdum,et ratio eſt quia traditio rei nihil aliud eſt niſi executio cōtractus pręambuli,ex quo oriūtur actiones perſonales,et omnia iura,vt eſt verum.Ita probat Bald.in conſ.415.per l.3.§.ſi ab ignoto,ff.de manumiſſio.et in l.prima in fi.ff.de rebus creditis. Præterea,in

con

contractibus initium habet vim, & potentiam attractiuam, vt tenet Bald.in l.ea demum,C.de colla & tunc maxime,quã do finis habet neceſſariam conſequentiã ad initium,qa tunc ſemper inſpicitur initium,& nõ finis, & quare principium ſit inſpiciendum ĩ contractibus,rationem reddit Bald.in l.ſi vxo rem,C.de cond.inſer.cum autem traditio rei emphyte. quam facit vendens emptori,fiat ex neceſſitate contractus, quia ad hoc teneť venditor,vt in l.2.& 3.& in l.emptorẽ,§.1.ff.de act. emp.& in c.cum Ioan.de fid.inſt.cum multis ſimilibus, & ſic cum ipſa traditio habeat neceſſariam conſequentiam ad prĩ cipium,& ſit executio ipſius principij,& principiũ habet vim, & potentiam attractiuam,ergo inſpiciendum eſt principium, & ita tenet Barto.in l.deniqꝫ,§.ſi quis cum.& § ſcio,ff.de mi no.25.ann.& iſtam opinionem,ꝙ laudemium debeatur pri- mo beneficiato,ſeu arrendatori, tenet Ioannes de Succar.per ſua pulchra fundamenta,in commemo.Pet.Alb.ca.cautum, pag.556.numero 44.& Thomas Mieres ĩ conſt.R.Pe.3.c.3.Itẽ ne ſuper laudemio,Boerius dec.6.num.20.& nume.6.in 1.par te,per l.quæcunqꝫ.actiones,ff.de act.& obl.& per l.is q puteũ, § ſi poſtea.ff.quod vi aut clam,& probat tex. ĩ l.j.ff. de pœn.in argumen.etiam facit l.ſi ante conceptus,C.eodem ti.& faciũt notata per Bar.in l.ſancimus cala.prima,de conſulib.li. 12. C. vbi tenet,quod ſtante ſtatuto,ꝙ de quolibet contractu ſoluať gabella,quando ſit ſoluenda in contractu conditionali, ſ.an tempore celebrati contractus,an tempore exiſtentis conditio nis,faciunt multum etiam notata per Io.Bertach in 6. par.prĩ cipali ſui tracta.de gabella,vbi dicit, quod ſi vnus contractus ſit incœptus Venetiis,& perficiať Firmi, quod gabella eſt ſol- uenda gabellario Venetiarum. Idem ĩ eodem tracta.in 5.par. 8.partis,num.4.de gabella vltimarum voluntatum, vbi citat plures Doctores,& Bald in rub.de rerum permu. C.ĩ fi. & ita fuit iudicatum per M.Michaelem Xiquot,iurium Doctorem Barc.in ſimilis facti contingentia ĩter Martinum Ioãnem teſt cauſidicum ciuem Barc.arrendatorem prioris trienníj iuriũ, & redditUum,quos monaſterium Sancti Pe.Puellarum Barc. recipit in Parochia S.Andreæ de Palomario ex vna, & Ioãnẽ Ferran.notarium ciuem Barc.dictorum iurium,& redditUum ſecundum arrendatorem, ĩ triennio , tunc proxime ſequenti ex alia partibus,de qua declaratione conſtat inſtrumento rece pto ĩ poſſe meo die.27.Auguſti.anno.1539. cuius voti fuerunt Ioannes Quintana,Iacobus Terræ & Barnabas Serra , & Ioã. Sunyer,iurium Doctores,tũc Barc.actu aduocantes , hoc idẽ fuit deciſum per Magnificum Ioannem Clauſes, & Ses viles, iurium Doctorem in poſſe diſcreti Ioannis Monio die 27.Ia- nuarij,anno a Natiuitate Do.M.D.LV.ĩ cauſa quæ ducta fuit ĩter viduam Mas ex vna,& venerabilem Bartholomæum Go mar Canonicum,& Camerarium eccleſiæ Sanctæ Annæ Bar cino quas declarationes cauſa breuitatis hic non inſerui , & Reſpondendo dicto Iacobo Marquilles,q dicit,quod propter calamum debetur laudemium,dicas quod non eſt ſimpliciter verum,vt per ipſum q dicit,quod ſi contrahẽtes reſiliuunt re exiſtente integra,ꝙ nihilominus debeť laudemium,at in reſi- litione non eſt calamus,& fin. cum in via.ſi quis ſuum feudũ debetur laudemium,ergo ipſum laudemium non debetur pp calamum , & ſic videmus ꝙ nouus beneficiatus non ſuccedit ĩ penſionibus, nec rata morabatinorum quæ cucurrerunt tẽ- pore primi beneficiati,imo de proratis debet reſponderi hære di primi beneficiati, & cum eo teneť computare pro rata tẽ- poris,prout tota die videmus fieri ſine aliqua contradictione ĩ hac ciuitate Barc.& iſtud de dictis pro ratis.& quod ſic dẽat fieri probatur in l.ſi vno anno,§.vbicunque ibi in verbo, pro rata temporis,ff.loca.& tenet Io. Igneus in repe. l. contractus ff.de reg.iu.nu.96. & tex.& ibi Bar.& omnes ſubſcribentes fa- ciunt differentiam in l.Iulianus,§.ſi fructibus,ff.de act. emp.& Saly.in l.fructibus,C.eo.ti.& ita in effectu diſtinguit Bar.recte intelligendo in l.fina.ff.de iure fiſc.& idem eſt inter proprieta tium,& vſufructuarium,& in aliis caſibus tex.eſt in l.adhuc ĩ tereſſe,§.ſi operas,& in l.operas,ff.de vſufr.& ita tenet expreſ- ſim Bald ĩ c.in fine,de pace tenen.in vſibus feud.dicens,quod fructus naturales pendentes iudicãtur,vt fundus, & ſunt pars eiuſdem fundi,& quid ſimile.ſi vero ſunt ſeparati ſtatim ſunt quid nobile.Sed primus beneficiatus eſt mortuus, & ideo nõ poteſt firmare,& ſecundus non firmabit,qa nihil ei datur, cũ ſecũdum prædicta laudemium pertineat hæredibus primi be- neficiati,quid dicendum,hoc caſu practicatur in tota diœceſi Gerũdæ,& in maiori parte Vicen.diœceſi.hoc videlicet,ꝙ no- uus beneficiatus firmat illa inſtrumenta, & dantur ſibi pro il la firma tredecim ſolidi , & quatuor denarii monetæ Barc.ex quadam antiqua,& longo tempore præſcripta cõſuetudine, quæ paſſim,& perfunctorie,ab omnibus obſeruatur. Sed cre- do,quod in ciuitate Barcinonæ non debent ſolui niſi nouem ſolidi Barc. qui faciunt vnum morabatinum Alfonſinum,q ſolet dari pro charta precaria.& non eſſet abſonum ĩ ipſa fir ma facta per nouum beneficiatum mentionem fieri,quod no- uus beneficiatus firmat ipſa inſtrumenta pro beneficiato præ deceſſore ſuo, ne dicta firma aliquo tẽpore poſſit de falſo im- pugnari,& vt ſupradicta firma ſciatur veritas. Et ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum in conſiſtorio Reuerendi & Magnificorum deputatorum generalis principatus Cathalo- niæ,die 25. Iulii , anno 1559. cum tunc iam eſſet facta prima editio huius libri,& prouiſio eſt tenoris ſequentis ĩ facto ve- nerabil.Ioannis Ferran.presbyteri olim beneficiati beneficii ſub inuocatione Sancti Ioan.Euangeliſtæ,in monaſterio San cti Petri Puellarum Barcinonæ , petentis laudemium debitũ reuenditionis domorum Petri Ferrui tempore quo erat bene ficiatus dicti beneficii ſibi ſolui,& venerabilis Hierony.Andr. etiam presbyteri dictum beneficium obtinentis , petentis, & dicentis dictum laudemium ad ſe pertinere,& ſpectare, ac ſi- bi ſolui debere,cum debeat ipſe inſtrumenta dominii ratione firmare viſis videndis partibus ad plenum auditis domini de- putati interuenientibus honorab.auditoribus computorum, deputato,regali abſente a præſenti conſiſtorio,attento ꝙ con ſtat eiuſdem dominis deputatis dictum Ioannem Ferran.fuiſ- ſe beneficiatum tempore quo fuit facta , & firmata venditio dictarum domorum,& ipſum conceſſiſſe faticam plus offerẽ- ti,& Albaranum de encantats,y venets firmaſſe, quinimo il- lud pluries petiſſe,ideo,& alias de cõſenſu aſſeſſorum ordina- riorum dictæ domus deputationis prouident, & declarant di- ctum laudemium , quod debetur beneficiato dicti beneficii ratione dictæ venditionis dictarum domorum pertinere, & ſpectare ad dictum Ioãnem Ferran.& ei eſſe ſoluendum,ſicu- ti cum præſenti eum ſolui mandãt,& beneficiato dicti bñficii q nũc illud obtinet ſoluatur vnus morabatinus ratione cala- mi,& formæ dominii ratione cõceſſa copia intimeť,vidit Go mis aſſeſſor,vidit Michael Quintana aſſeſſor, fuit publica di- cta die per me Ioſephum Cellers inſtãte dicto Ferrã Et partes acquieuerũt,& nõ fuit reclamatum,nec ſupplicatum,nec ap- pellatum,imo dictum laudemium fuit traditum dicto Ferrã. & hoc idem dicerem , ſi inſtrumẽta alienationis ſint firmata per partes cõtrahentes tempore quo ꝓprietarius habebat vſũ- fructum cauſalem,& præſentareť domino directo tempore, quo vſufructuarius habebat vſumfructum formalem laude- mium,hoc caſu debet ſolui dari,& tradi ꝓprietario, pari mo do ſi alienatio tranſuerſalis facta fuit tempore proprietarii,& res addatur tempore vſufructuarii, laudemium debet ſolui ꝓ prietario , qa additio hæreditatis retrotrahiť ad punctum,& horam obitus teſtatoris,vt in l.hæres quoqꝫ,ff.de acq.vel am. hæredi.& glo.ibi intelligitur,& iura ibi per eam allegata.Sed vt hæc a profunda radice intelligantur,an ſcilicet laudemium debeatur Antonio vſufructuario,an Franciſco proprietario, vř dicendum,quod Antonio vſufructuario per l.vtiſfructu le- gato,in prin & per l.item ſi fundi,& in prin.& per l. arbores,ff. de vſufructu.in quibus ll.dř,quod ad fructuarium pertinẽt, & ſpectant nedum omnes fructus naſcẽtes ex re, ſed etiam om- nes obuentiones,& cætera quæcunque & quicquid inde per- cipi poteſt,at laudemia & fatica ſunt fructus , q occaſione rei emphyteuticæ percipiuntur , igitur pertinet ad vſufructuarii rei,ita tenet Ioan.And.in add.ad Speculatorem in rub. de la- co,§.nunc aliqua verſic.93.in verbo q tabernas.Alber.de Ro ſa.in d.l.vſufructu legato,& in rub.C.de vſufru.Pau.de Caſt.in l.2.C.de iure emphyteu.Guipo Papæ in q.477.Iaſ.in l.fi. col.2. q.5.C.de iure emphy.& multi alii.contrarium veritate viget, & propterea eſt ſciendum, quod fructus quidam ſunt natura les,quidam induſtriales,& quidam ciuiles,ſiue ficti,fructus ãt naturales ſunt,qui immediate producuntur a re,ſeu materia rei corporalis,ſiue mobilis, ſiue immobilis, vt ſunt pecudum partus,& arborum fructus,& quicunque alii fructus,qui non requirunt magnam impenſam , aut magnam hominis indu ſtriam,& hi ſimpliciter dicuntur fructus naturales.Fructus ve ro induſtriales ſunt,qui magnam hominis induſtriam requi- runt,aut magnam impenſam,vt fruges,& ſata,& olera, & his ſimiles,& ſunt hæc nomina magiſtralia nõ a lege,ſed a Doct. impoſita occaſione facilioris intelligentiæ,vide copioſius per gloſſ.Barto.& per alios in l.& ex diuerſo,ff.de rei vend. & per Canoniſtas in cap.grauis,de reſtitu.ſpolia.per glo.ibi, Bal.in l. 1.C.de fructibus,& litis expen.& in l.1.C.de vſur. & fruct. leg. et Aret.in conſil.159.Ciuiles vero fructus,ſeu ficti dicuntur,q ciuiliter percipiũtur immediate a iure,ſeu obligatio .inducta, ſiue ex legis,ſiue ex hominis prouiſione,tex.eſt ĩ l.ſi nauis,ibi non natura prouenit,ſed iure percipiuntur. ff.de rei vendic. et illi ſunt in duplici differentia,nam fructus ciuiles qui produ cuntur a iure ſunt laudemia tertia,et foriſcapia , præſentatio ad vacans beneficium,fatica, et præmiſſis ſimiles . Illi vero,q producuntur ab hominibus prouiſione,ſeu obligatione,ſunt cenſus,cenſualia mortua,et penſiones annuæ,quæ in teſtamẽ to , aut contractibus inter viuos relinquuntur. et ſi qui ſunt his ſimiles,et hos fructus ciuiles, ſiue fictos vocat Bald. indu ſtrectiſſimos in l.ſi tantum in fi.C.de act.emp.et Bart.eos vocat indu-

induſtriales, in l.fin.ff.de iure fiſci, & iſti fructus ciuiles, ſiue fi-
cti proprie non dñr fructus ſed potius obuẽtiones ſiue molu
mẽta, quia non eſt ipſo corpore, ſed ex alia cauſa extrinſeca
ſeu aduentitia proueniunt, vt inquit Põponius Iuriſconſul-
tus in l.vſura pecuniæ, ff.de verborũ ſignificatio. & latius Alé.
in l.diuortio, in princi.col.9.verſi.puro autem.ff.ſoluto matrĩ
monio. tamen iſti fructus ciuiles generaliter veniunt appella
tione fructuũ ſimpliciter, vt in d. l.nauis.ſupra allegata, & eſt
bonus tex.in l.loci corpus.§.primo.ff. ſi ſeruitus vendicetur, &
in l.fructus rei.ff.de regulis iuris, & iſti fructus ciuiles naturali-
bus ęquiparãtur, vt eſt tex.in l.prædiorum, in l.vſuræ vicem,
ff.de vſur. & in l.ſi his qui bona. §. antiphona, & in pluribus
alijs locis. Et fructus naturales & induſtriales differunt in mo-
do producendi a ciuilibus, quia naturales, & induſtriales pro
ducuntur per ſeparationem a re corporali, quia antequam
naſcãtur, aut ſeparentur a ſolo, non ſunt fructus, ſed ſunt pars
rei vere, & proprie. l.in lege Falci.placuit ff.ad lege.Falci. & in
l.fin.§.penult.ff.quę in fraudem credito. & in l.1.§ ex hoc ſcrip
to.ff.de ventre inſpic. vnde in l. fructus penden.ff.de rei vendi-
ca. verbum vñr, nõ importat improprietatem ſeu fictionem,
ſed veritatẽ & proprietatẽ deſignat ſm Angelum ibi referẽtẽ,
quod replectio legitime filiorũ poteſt fieri in fructibus pen-
dentibus, quia vere ſunt de ſubſtantia rei, in qua pẽdent: qua-
re ſi ꝙ ſtatutum loquatur de fructibus non in exiguntur fru-
ctus pendentes, neque in eis habet locum dictum ſtatutum,
vt tenet Albe.in 2.parte ſtatutorũ, q.226. & iſti fructus ciuiles,
ſiue ficti producuntur ſtatim, & incontinẽti, & in puncto in
quo incipiunt deberi. Et cũ laudemia tertia, & foriſcapia inci-
piant deberi ſtatim a die, quo firmantur inſtrumenta aliena-
tionum rerũ feudaliũ, vel emphyteuticalium, ea propter de-
bentur domino proprietario, & directo, & non vſufructua
rio, qui poſtea creatur, quamuis tempore vſusfructus res pro
qua debetur laudemium tradatur, & hoc eſt verũ, quia ꝙ ope
ratur in naturalibus fructuum ſeparatio a ſuo corpore, hoc
idem operatur in ciuilibus obligationibus ceſſio diei, & ſicut
in naturalibus attendittur tempus ſeparationis, quantum ad
effectum acquirendi eos per uſufructuarium, ſic in ciuilibus
attenditur tempus quo incipiunt deberi. Et propterea in pen
ſionibus domorum, & quibuſcunque alijs redditibus, qui tẽ-
pus ſucceſſiuum habent, & quotidie currunt, & deberi inci-
piunt, inſpicitur temporis rata ad acquiſitionem inter vendi-
torem, & emptorem, vel alienatorem, & acquiſitorem, vt eſt
tex. & ibi glo. Bart. & omnes faciunt hanc differentiam in l.Iu
lianus, §. ſi fructibus, ff. de actio.empti. & Saly.in l.fructibus,
C.eo.titu. præmiſſa contingere poſſunt circa laudemiorũ per-
ceptionem, ideo ea notate. Et minime prætereatis notare ea
quæ ſupra dicta ſunt, ꝙ fructus naturales pendentes ſunt pars
rei, vt ſupra dictũ eſt, & eſt verũ & ſi ſunt pars rei aliquando
augent laudemium tertium ſeu foriſcapium, quoniam ſi Frã-
ciſcus moritur, & relinquat Guillermo collaterali ſuo hæredi
ditatem, ſiue prædia in quo ſunt iſti fructus pendentes, debebi
tur laudemium, ſic de fructibus pendentibus, quemadmodũ
de proprietate, quia pars proprietatis ſunt, vt ſupra probatũ
eſt, & eodem modo, ſi emphyteuta incidit in pęnam laude-
mij duplicati, ſic ſoluat duplex laudemiũ de fructibus pẽdẽti-
bus, ſicut valore proprietatis, hæc quotidiana ſunt. Et quoniã
ſupra hac eadem cellul. inducti ſunt aliqui caſus in quibus ad
huc habet locum commiſſum: nunc reſtat videre, ſi in fundo
feudali, vel emphyteuticario ſunt vſufructuarius, & proprieta
rius, & dictus fundus cõmittatur, ſeu incidat in commiſſum,
cui illorum applicabitur, an vſufructuario, an proprietatio. &
videtur dicẽdum & expeditum, ꝙ applicabitur vſufructuario
p. l.vſufructu legato. §.1.ff.de vſufructu, vbi tex.dicit, & loqui-
tur per verba vniuerſalia, videlicet, ꝙ quicunque rei redditus,
& quæcunque obuentiones pertinent vſufructuario, & eius
ſunt, & ſic patet, ꝙ omnia lucra profectitia, id eſt ex ipſa re p-
uenientia, & etiã aduentitia aliunde extra rem obuenientia,
cedunt fructuario nõ per modum vſusfructus, ſed per modũ
proprietatis inſeparabilis, vt ibi dicit doctrina Bal. Ex directo
in contrarium nititur veritas, quia imo dictum commiſſum
cedit proprietario, & ratio eſt, quia illud commiſſum venit
iure conſolidationis, & nihil aliud eſt, quã cõceſſionis fundi
feudalis, uel emphyteuticarij extĩctio, & vtilis dominij, ꝙ per
conceſſionem in emphyteuſim, ſiue in feudum exiuit a dire-
cto dominio ad ipſum directum dominium reuerſio, vnitio,
& conſolidatio, & ſic neceſſe eſt, ꝙ ipſi proprietario acquira
tur, & non vſufructuario, & hoc tenet Oldra in q.229. Ioã. An
dre.in additio.ad Specu. tit. de loca. §. nunc aliqua. verſi.95.
Alberi. de Roſa.in rubri. C.de vſufructu. Paul. Caſtrẽ in l.2. C.
eo. Guido Papæ deciſ. Delph.nu 477. Iaſ.in l.fin.q 3.C.de iure
emphy. Boeri.in conſuetu. Biturigun. titu de conceſſio. feudi.
§.9.in fin. & Guiller. Bene.in repetitio.c Raynu. in verbo, cæte
ra bona, nu.33. in t.ii. extra de teſtament. Præterea ipſum ius
vtendi, & fruendi nunquã abſorbet ipſam rei ſubſtãtiam, q̃a
dicta ſubſtantia ſemper debet nam re ſalua, & integra ipſi pro
prietario, ꝙ patet ex diffinitione vſusfructus. in l.1.ff.de vſufru
ctu, & ſi ipſum ius uſusfructus extenderetur ad lucranda hu-
iuſmodi commiſſa, nõ remaneret ſubſtantia, nec proprietas
rei ſalua, & integra domino proprietario, ſed partẽ rei aufer-
ret, & retineret vſufructuarius, ꝙ eſt abſurdũ: quoniam hæ
res quæ committuntur ſunt de ſubſtantia & proprietate, &
non ſunt in vſufructu. Nunc obſtant quædam alia, quæ eliciũ
tur ex d. l.vſufructu legato, ſuper damno infecto, quia proce-
dunt illa in commodis, & obuentionibus, quæ vice fundi fru-
ctum habẽt, & vere ſunt fructus, ſiue naturales, ſiue induſtria-
les, ſiue ciuiles, ſiue ficti, ſeu commiſſum illud nullomodo po
teſt eſſe in fructu, quia eadem res commiſſa tpe, quo fuit in
emphy. data iã erat pars fundi dati & poſt conſolidationem &
vnionem remãſit, adhuc eius pars reſpectu directi dominij,
& tempore reuerſionis, & commiſſi reintegratur, & vnitur il-
lum reſpectu vtilis dominij, & ſic non eſt res de nouo acqui-
ſita, ſed eſt in antiquam cauſam reſtituta, & rei eſſentiæ, cui
conſolidatur aggregata, & conſolidata, & vna, & eadẽ res, quę
erat tempore conceſſionis, efficitur. Igitur eſt impoſſibile, ꝙ
ſit vel cẽſeatur in vſufructu, cum ſit res ipſa & fructus ſemper
accedunt, tex. eſt in d. l.vſufructu legato, & in l.item fundi, &
per totum titu.ff.de vſucapio. Et ſic ex pręmiſſis reſtat indubi-
tatum, ꝙ commiſſum reſtat proprietario, & non vſufructua-
rio. Et qñ laudemium, aut aliqua eius pars debetur domino
ratione donationis legati, ĩſtitutionis aut alterius tituli lucra
tiui, vel onerosi, laudemium debet ſolui ſecundũ quãtitatem
veri valoris rei tũc tempore alienationis exiſtentis, & nõ ſecũ
dum valorem poſtea auctum, aut diminutum per nouum ac
quiſitorem, poſt acquiſitionẽ per ipſum factam. ita tenet Spe
culator.in dict.§.nunc aliqua, de loca. verſi.114. & Saly in l.ſi.
C.de iure emphyte. & ibi glo. & Iaſ.in x.q.nu.50. vbi dicit, lau
demium deberi ex pretio, quando venditur, & exiſtimatione,
quãdo titulo lucratiuo, puta donationis, vel legati transfer-
tur, quod cuilibet rationis participi ita videri debet. Et quãdo
feudum permutatum, debet æſtimari communi, videlicet æſti
matione tempore contractus currente, & ita tenet Bal. l.in l.
1.C.cõmunia de legat.in verſi. itẽ nota, quod non oportet fa-
ciunt notata p Iacobum Marquil. in vſa. ſacramenta ruſtici.
q.4. & eſt tex. ſi voluntate, & ff.de iure fiſci. l.§.4. diui fratres. C.
de reſcindẽ. vẽditione. Sed quęro, aliquis emphyteuta dedit ec
cleſiæ, ſeu monaſterio rem aliquã emphyteuticariam, vel feu
dalem poſt obitum ſuum, tamen, & non ante, an hoc caſu
debeatur laudemium de præſenti, ſi ſumus in loco, ex quo ex
dictis titulis lucratiuis debeatur laudemium domino directo,
an dominus debeat expectare obitum donatoris. Iacob. Mar-
quilles tangit hanc quæſtionem in vſa. ſi quis ſuum, ſol.109.
col.2. in 7. quęſtione, & ibi tenet, ꝙ dominus debet habere lau
demium die præſenti ſtatim poſt firmam donationis factã per
contrahentes. Ego contrarium dicerẽ per id, quod notant Do
ctores in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſijs, vbi tenẽt
vſumfructum non finiri vſufructuario ingreſſo in monaſte-
rio quamdiu naturaliter viuit vſufructuarius, & per id ꝙ di-
cit Inno. & omnes canoniſtę, in c.in præſentia, de probationi
bus, & Fely.in c.quæ in eccleſiarum, verſi. tertio limita q vult
quod hoc caſu feudum, vel emphyteuſis tranſeat in eccleſiã,
vel monaſterium, quamdiu naturaliter viuit ingrediens, quo
ad ſolam commoditatẽ de vita ingreſſi. Et hoc præſertim eſt
verum in Cathaloniæ principatu, in quo feuda, & emphyteu
ſis ſunt redacta ad inſtar patrimonialium, vt eſt probatum ſu
pra hac eadem cellula, & ratio eſt, quia verba debẽt intelligi
cum effectu, vel eo tempore quo effectum habebunt. l.1.ff.ꝙ
quiſque iuris, & glo. in vſa. magnates, quem effectum habere
nõ poterunt durante vita donatoris, qui per ſuperuenictiã fi-
liorum poſſet reuocare donationẽ, vt per. l.ſi vnquam, C de
reuocan. donati. aut pp ingratitudinẽ, aut plurib. alijs cauſis,
& rationib. adductis in l.ſi. C.de reuocandis donatio. quas ad
ducit Ripa.in repetitione d. l.ſi vnquam, ſupra allegata, & la-
tius in eadem repetitione eiuſdẽ legis, Andræas Tiraquel. Et ſi
reuocetur donatio, & fiat nulla, laudemium erit reſtituendũ,
cũ contractus donationis, videlicet ipſa donatio reſcindatur
ex cauſa quæ iã tunc inerat tpe cõtractus, vel quæ p̃uideri præ
iudicari poterat. Et reuertendo quo digreſſus ſum, puto ꝙ in-
ſtrumenta remaneant nõ firmata, quã ꝙ nouus beneficiatus
illa firmet, vel ꝙ nouus bñficiatus faciat chartã p̃cariã empto
ri, aut alij, cuicũq; acq̃ſitori, & de ipſa emptione, vel alia acq̃ſi
tione faciat mẽtionẽ & ĩſtrã vetera rõne dñij, firmet. Hoc tñ
ſcias, quod in ciuitate, & diœceſi Gerundæ eſt conſuetudo ſcri
pta, ꝙ ſi foriſcapium eſt petitũ in vita bñficiati, nec firma fue
rit appoſita, foriſcapiũ ptinet hẽdi primi bñficiati. Sed ſi ĩ vita
primi bñficiati nõ fuit petitũ, tũc foriſcapiũ det dari nouo bñ-
ficiato, hoc ſit ex ꝯſuetudine, & nõ de iure, q̃a de iure eſſẽt pri
mi bñficiati, vt ſ dictũ eſt. Sed q̃ro de quadã q̃one, pone ꝙ ali-
cui dño directo debeant aliqua laudemia rõe ſui directi domi

nii,poſtea ipſe dñs vendidit ius directũ quærit, an dicta laude
mia ipſi antiquo dño directo, qui eodem tempore venditio-
nis accidiſſe ignorabat debeant emptori nouo dño directo,
venditori,& vr̃ dicendum,ꝙ antiquo dño directo. & pro hoc
faciunt ea omnia,quæ dicta ſunt ſupra in præceden.q.de duo-
bus benefi.& tex.in l.ſi.ff.ar.fur.cæſ. vbi dr̃, ꝙ venditor agri
põt agere poſt vẽdition-n.& idem tex.in l.is qui §.qui poſtea
ff.ꝙ vi,vel clam.in contrarium facit,ꝙ debeantur nouo dño,
tex.eſt in l.ſi tertius-ſi quis priuſquam,ff.de aqua plu. arcen.
vbi dr̃,quod illa-emptorem tranſeunt, cuius ager eſſe cœpe
rit,cum enim-annum datum fututum cõtineat, ad eum cu
ius eſſet op-incipiet actio pertinere, quamuis cum alterius
venditor-dominium opus a vicino factum ſit vnde dicit ibi
glo.ſi-verbo,tranſiuit,quod actio perſonalis,q̃ dat̃ ratione
rei-tranſibit ad ſucceſſorem,vt per Bar.Bald. & Sal.in l.3.C.ꝙ
ius cau.& Bar.& Ale.in add.ad dictum §. ſi quis priuſquã,
-uare vr̃ dicendum,ꝙ ſi ante venditionem,& traditionem di
cta laudemia,ſiue foriſcapia erant iam debita, quod debent
ſolui emptori,quia præſumuntur illa eſſe ceſſa.in venditione
indubio,niſi illa expreſſe retineantur, vt notant ſcribentes in
d.§.ſi quis priuſquam,& iſte caſus non eſt contrarius ſup. poſi
to in duob.beneficiatis,ſiue arrendatoribus, quia ibi non eſt
ceſſio tacite,nec expreſſe,quæ notatu digna ſunt, & ita tenet
Nicolaus Boerius in conſue.Biturigum,§.de conſuetu. feudi,
& cenſualis,ver.Sed quæro de quæſtione.Sed dicerem,ꝙ neu-
tri debeantur hac ratione,quia emptor nõ poteſt agere ad pe
tendum dicta laudemia, niſi inſtr̃m ſuæ emptionis ſit firma-
tum,ipſa laudemia ſunt remiſſa,vt ſup.dictum eſt,in 8. cellu-
la,vbi tractatur de effectibus,quos operatur dicta firma, ſiue
conſenſus domini,vide illic.

S V M M A R I V M.

1 *Diuiſio laudemii ex intrata prædii laycalis.*
2 *Diuiſio laudemii impignorationis.*
3 *Diuiſio laudemii tituli lucratiui.*
4 *Diuiſio laudemii ex intrata ſubemphyteuticationis.*
5 *Diuiſio laudemii pretii venditionis.*
6 *Diuiſio laudemii ex ſpeciali obligatione.*
7 *Diuiſio laudemii chartæ precariæ.*
8 *Speciales caſus ſoluendi laudemium.*
9 *Diuiſio laudemii in ſpecialibus caſibus.*
10 *Diuiſio laudemii in feudis.*

SECVNDA PRINCIPALIS Quæſtio.

DIctum eſt ſupra. In 1.prin.q.ex quib. alie.50.tertiũ, ſeu fo
riſcapium debeat̃, & quanta ſit quantitas q̃ ſolui
deat.Nũc ſequitur.ſcda prin.q. ſ.qualiter ipſa 50.
tertium,ſeu foriſcapium, q̃ pro laudemio datur ex ipſa alie-
natione prædiorũ exiſtentiũ intra ciuitatem ſuburbia proxi-
ma,hortos,& vinetum Barc.deat diuidi inter dños.vbi plures
ſunt dñi ſucceſſiue,vnus ſ.alium. Et licet ipſa laudemiorum
diuiſio prouenientium,tam ex re feudali,q̃ ex re emphyteuti
1 caria a practicis Doctoribus non ſit omiſſa, † quia de ea hr̃
in gl.in vſa q viderit,fol.100.col.3.& Iaco. de Monte Iudaico
ibidem,eo.fol.& Ia.de Calitio in eodem vſa.fol. 102. col.2.&
Iac.Marq.Breuiter tñ in vſa.Caſtlani.fol.ciiii.col.j.& iem Mar
quil.paulo extenſius in vſa.ſi quis ſuũ feudum,fol.108. col.3.
& ſequenti,& Io.de Succar. in comme.Pe.Alb.ca.cautum.vbi
dicit,quod dictus Iac.de Monte Iudaico ĩ hac materia loqu
tus eſt ex ſuo capite,& ꝙ licet Iac.de Calicio aliqua circa hãc
materiam aurea verba dixerit,tñ in aliquibus errauit,& quã-
uis dictus Iacob.de Monte Iudaico in d.vſa.qui viderit,& ĩ eo
dem vſa. Marquilles,& etiam in eo.vſa.ſi quis ſuum feudum,
voluerint adducere diuiſionem laudemiorum, quæ ſoluunt̃
ex alienatione rerum emphyteuticarium exiſtentium in præ
ſenti ciuitate,ſuburbiis,hortis,& vineto Barc.tñ vbi ampliore
declaratione opus erat,ibi breuiores eſſe voluerunt, & nego-
tium fere intactum reliquerunt,verum dum iuuenis eram,&
forſan eo tempore,quo ſine magno rubore fateri nõ poſſem
prædictam laudemiorum diuiſionem ignoraui,quia nunquã
eam ab aliquo bene digeſtam,& declaratam inueni,niſi ĩ ali
quibus computis abbreuiatis notariorum,q̃ vnum ab alio ſẽ
per diſcrepat.& ſine iuris allega.ideo ne eueniant aliis,ꝙ mi-
hi contigit,prædictam laudemiorum diuiſionem pro iuueni
bus,ita declarare eſt animus,vt quanto hucuſq; res fuerit ob
ſcurior,& ambigua,ab inde tanto magis clara, & intelligibi-
lior ab oĩb. videatur.Et q̃uis eam breuibus abſoluere poſſem
tñ,quia hæc qõ præ cæteris hominum vſui profutura eſt, &
in eius menſa in dies plurimi erunt conuiuæ, ideo cum vtili-
tas publica,& cõis ſit præferenda priuatæ, & paucorum,vt l.j,
§.ſi.& ibi Bar.C.de cad.tollen.& l.j.& ibi Doctores,ff.ſol. ma.
& ibi etiam Bar.in 5.col.& tex.& Doctores in auc.res,C.com
mu.de leg.plurimorum igitur,ſeu cõi vtilitati ſtudens, eam la
tius exponam.Et poſſet forſan aliquis dicere, hãc promiſſam
diuiſionem laudemiorum de vento ſeruire, quia in iure cau-
tum eſt,quod q̃n primus emphyteuta ſubemphyteuticat ſecũ
2 do,& ſecundus,tertio;& tertius;& ipſe quartus, aut aliqs eo-
rum vendit vel aliter ius ſuum in alium transfert, vt ſup. in i.
prin.q.eſt dictum,ſemper eſt requirendus ſolus conſenſus dñi
allodialis,ſiue directi quo ad ſolutionem laudemii,& hoc ca
ſu non dubitatur, quis eorum deat habere laudemium, ſeu
quinquageſimam,quia illa debetur illi, cuius conſenſus req-
rendus eſt,& ita tenent cõiter Doctores,& ꝙ non ſit conſen-
ſus requirendus,quo ad ipſum laudemium ſoluendum,niſi ɀ
ſenſus dñi allodialis,& directi ſequitur, quod illius ſolius dẽt
eſſe laudemium,ſeu quinquageſima,& ita tenet Specul.in §.
nunc aliqua,de loca.verſicu.126.idem tenet Iaſ.in l.fina. in 7.
q.C.de iur.emphy.& gl.in vſa.qui viderit.& ibi Iac. de Monte
Iudaico, & Caly. & hoc oẽs tenẽt ſine aliqua ɀdictio. ꝙ dñs
allodialis,& directus,cuius conſenſus eſt requirẽdus,debet ha
bere totum laudemium,& ita eſt verum, & de hoc eſt hodie
tex.expreſſus in conſ.Dom.R. Caroli,nunc feliciter regnantis
in prima eius curia Barc.c.com moltes vegades,& glo.in vſa.
ſi quis ſuum feudum,& certum eſt,tam de iure ciuili,q̃ huius
principatus.ꝙ primus dñs allodialis, ſiue directus, totum dẽt
hr̃e laudemiũ tertiũ,ſeu foriſcapium,& de illo nulla eſt *facie*
da diuiſio,cum omnes dñi infra allodialem exiſtentes,ſtent in
nuda perceptione,& non hẽant, nec habere debeãt partem
laudemii,& hoc ẽt expreſſe tenet Iaſ.in l.fi. nu.155. in q. 6.C.
de iu.emph.qui dñi medii non habent niſi firmam ad opus ɀ
ſeruandi ſuum cenſum,& faticam ad opus retinendi, & non
aliqđ laudemium,nec emparam pro cenſu habendo ſm̃ alle
gatam conſti.dicti dñi Regis Caroli,& ſic ex ſupradictis,ſi bñ
recolligant̃,clare patet,hanc ſm̃ qõnem fruſtra poni,& de ni
hilo ſeruire.ad ꝙ r̃ndẽdo dico,ꝙ licet prædicta veritate fulciã
tur extra ciuitatẽ,ſuburbia,hortos,& vinetum Barc.tñ in eiſ-
dẽ ciuitate,ſuburbiis,hortis,& vineto Barc.ĩ qbus ipſæ mediæ
dominationes ſunt magis confirmatæ, & priuilegiatæ per ſta-
5 tuta particularia ipſius ciuitatis, puta ꝑ ſñiam arbitralem la-
tam ꝑ dñm R.Iac.2.& Epiſcop.Valentinum inter clerum, &
ciues Barc.q̃ ſ.Kalendata eſt,& per clauſulas ſeptimi, & quin
ti,& quarti ab ea ſumptas, q̃ ſunt in volumine cõſtitutionũ,
& per plures vſantias ſcriptas eiuſdem ciuitatis, q̃ infra ſuis ꝓ
priis locis adducentur,dictum laudemium,ſiue quinquageſi-
ma eſt diuidenda inter omnes dominos ſucceſſiue exiſtentes,
vt inf.hac eadẽ qõne dicet̃,& ſic iſta 2.prin.qõ,nõ eſt inutilis,
ſed neceſſaria,& præ cæteris aliis conuenientior.Et q̃a eſt mul-
tum affinis,& propinqua,& erat condeclaranda cum præce-
denti,& mixtum cum illa tractanda,ideo nullus miret̃, ſi in
ea breuib. repetãtur aliqua,q̃ copioſius in ꝑcedenti prin.q.di-
cta ſunt,cum hoc fiat gratia rectioris ordinis,& continuandi,
& concordãdi primã ꝑcedentẽ cum hac 2. Et accedẽs ad hãc
2.q.declarandã retinem oro id,ꝙ ſupra dictũ eſt in primo ꝑlu-
dio,vbi dr̃,ꝙ allodiũ,ſiue directa dominatio alia eſt laycalis,
7 alia eccleſiaſtica.Et q̃n diuiſio laudemii prouenientis ex alie
nationib.rerum emphyteutic.laycorum eſt facilis intellectu:
& per eã habebitur latior aditus, & facilior intellectus ad in-
telligendum,qualiter laudemia prouenientia ex alienatione
rerũ emphyte.de allodio eccleſiæ diuidi deant,q̃ difficilior eſt,
iõ primo ad retractandum de diuiſione laudemiorum proue
nientium ex alienatione rerũ de allodio laycali accedo, vt ĩ
tellecta diuiſione,q̃ fit inter laycos, de laudemio facilius de-
claretur,quat̃r facienda eſt diuiſio inter dominos eccleſiaſtic.
& laycos de laudemiis prouenientibus ex alienatione rerum
emphyteuticariũ de allodio eccleſiæ,ĩ quib.domini layci vn⁹
vel plures ſunt cõmixti cũ eccleſia,ſeu domino eccleſiaſtico,
ꝙ q̃ ſæpiſſime contingit in hac ciuitate,ſuburbiis,hortis,& vi
neto.Et q̃a dictum fuit ſupra in i.prin.q.in 2. cellula prædii vr
8 bani,ꝙ layci,& etiam eccleſiæ,ſi layco ſuccedant,poſt latam
ſñiam arbitralẽ inter clerum, & ciues Barc.non recipiũt,nec
recipere poſſunt,ex alienatione ipſorũ allodialium laycorũ,
quæ ſunt intra ciuitatem,ſuburbia,hortos & vinetum, tã ab
aliis ciuib.& habitatorib.Barc q̃ ab extraneis, & forenſibus,
& tam de intratis ſtabilimentorum,ſiue in emphyteuſim con
ceſſionum,q̃ de pretio venditionum, ſiue aliarum alienatio
num,tam vrbanorum,quam ruſticorum,prædiorũ,niſi duos
ſolidos pro qualibet libra totius pretii,ſi res vẽdatur,aut alio
titulo oneroſo alienet̃,aut totius intratæ ſi res ſubemphyteu
ticetur,ꝙ decimum appellatur,& ꝙ in ipſis allodiis laycalib.
non poſſit eſſe laudemiũ,niſi ipſa x.pars pretii, ſeu intratæ,&
non maior,vel minor pars,vt ſup.fuit probatum, his præmiſ
ſis venio ad ponendas diuiſiones.Et ut perfectius intelligi poſ
ſint, ſcias quod dicti duo ſolidi non diuidũtur,nec diuidi pñt,
niſi in quatuor partes,ut plurimum, & non in plures partes
diuidi.

diuidi. Et cum ipſi dno ſolidi nõ poſſint diuidi, niſi ĩ quatuor partes æquales, quarum quælibet erunt ſex denarij, vt probat in plurib. vſantiis, ſiue ſtatutis, ſeu cõſuetudinib. ſcriptis Barc. ideo non ſunt, nec poſſunt eſſe, niſi quatuor domini medii ſupra emphyteutam vtilem, vt dictum eſt ſupra, in fine ſecundi Preludii. Et eſt verum, ꝙ dicti duo ſolidi non poſſunt diuidi, niſi in quatuor partes, quando ipſum laudemium prouenit ex alienatione rei emphyteuticariæ. Sed ſi dictum laudemiũ proueniet ratione rei feudalis, tũc debet diuidi iter dominos, ſm formam, & modum, qui traditur per conſtitut. do. R.Pe. 3.c.3. lič ne ſuper laudemito curiæ Ceruariæ, q̃ breuis, & facilis eſt, & in viridi obſeruantia exiſtit. Et antequam negotium diuiſionis laudemiorum aggrediar, eſt ſciendum, quod dictum fuit ſupra, in 2. cellula, ꝙ ſuper laudemiorum ſolutione fuit olim exorta, & ſuſcitata inter clerum ex vna, & ciues & habitatores Barc. ex altera partibus, quædam magna, horribilis, & periculoſa diſcordia, ad quam mitigandam ſereniſſimi R. Iac. 2. & Reuerendiſſimi Epiſcopi Valen. opus fuit interuentu, in quos dictum clerum, & ciues Barc. compromiſerunt, vt ꝓbatur in ſnĩa arbitrali a dictis domino rege, & epiſcopo lata, in qua ſententia inter cœtera colligit, ꝙ tunc fuit facta allodiorum diuiſio eccleſiaſticorum, & laycorum, cum ante a dicta diuiſio eſſet incognita, & allodia laycorum remanſerunt ſub regula priuilegii ſupra inſerti in 2. cellula, prout antea erant, & regebantur. Allodia vero eccleſiæ nouam acceperunt formam, ſeu qualitatem ſuper eorum ſolutione, ex eiſdem allodiis prouenientium. Et ponitur propterea in hac 2. prin. q. iſta diuiſio, & gratia melioris ordinis ponitur prima diuiſio laudemiorum prouenientium ex allodiis laycalibus, qua explicita tractabitur de diuiſione laudemiorum prouenientium ex allodiis eccleſiæ, & præmiſſis factis ſequitur.

DIVISIO LAVDEMII PROVENIENTIS EX INTRA ta ſi prædium ſubemphyteuticatur, aut ex pretio ſi prædium vendatur, ꝙ eſt de allodio laycali, qa in vtroque iſtorũ caſuũ idem eſt.

Si primus emphyteuta, qui eſt immediatꝰ, ſiue cors a cor cum dño directo ſubemphyteuticat, ſiue vendat prædium, ſiue vrbanum, ſiue ruſticum ꝓ pretio, ſiue intrata decem librarum alicui, ſiue acquiſitor ſit ciuis, aut habitator Barc. aut forenſis, ſiue extraneus, & ſiue ipſa venditio, ſiue ſubemphyteuticatio fiat per ciuem, ſiue habitatorem Barcinonę, aut per forenſem, ſiue extraneum dñs allodialis habebit, tam de pretio quam intrata decimum, ꝙ eſt duo ſolidi pro qualibet libra, & ita cautum eſt in dicto priuilegio R. Pet. 2. & in confirmatione eiuſdem facta per dominum Reu. Alfonſum 2. apud Salodium, & per decimam ſeptimam vſantiam Barcinonæ incip. ſi eſt in re, quæ conceditur in emphyteuſim dominus laycus vnus tantum, & hoc caſu cum non ſit niſi vnus dominus tantum, nulla poteſt eſſe diuiſio, quia ipſe totum laudemium recipit.

QVANDO SVNT DVO DOMINI.

Si vero in eodem prædio ſunt duo domini ſup. ſtabilientem, ſeu vendentem, tunc primus dominus allodialis, & directus recipiet, tam de intrata, quam de pretio, ſiue prædium ſit vrbanum, ſiue ruſticũ, & ſiue acquiſitor ſit ciuis, vel extraneus, ſiue alienatio ipſa fiat per ciuem vel forẽſem, ſex denarios pro qualibet libra totius pretii, ſeu intratæ, & ſecundus dñs qui eſt immediate, ſiue cors a cors infra ipſum directum, & ſupra ipſum vendentem ſiue emphyteuticantem recipiet decem octo denarios pro qualibet libra pretii, vel intratæ, & hoc probatur per xv. vſantiam ſcriptam Barcinonæ, incipien. ſi autem ſunt in re duo domini layci, & in commemora. Pe. Alber. capitu. 48. incipien. ius eſt ſcriptum, alias incipit, cautum, & in capitu. 51. Item es coſtuma de Cathalunya.

QXANDO SVNT IN RE TRES DOMINI.

Si inſuper in eodem ꝑdio ſunt tres dñi, tunc ſi emphyteuta vtilis vẽdit, vel ſubemphyteuticat prior dñs allodialis, & directus recipiet, tam de intrata, q̃ de pretio, ſiue acquiſitor ſit ciuis, ſiue forenſis, & ſiue ipſa ſubemphyteuticatio, ſiue venditio fiat per ciuem Barc. ſiue forenſem, & ſiue prædium ſit vrbanum, ſiue ruſticum, ſex denarios ꝓ qualibet libra, & tertius dñs recipiet vnum ſolidum pro qualibet libra, & iſta diuiſio probatur per ſeptimam vſantiam ſcriptam Barcinonæ incipien. ſi ſunt in re tres domini omnes layci, & dicta duo capitula ſupra proxime allegata ſunt in commemoratione Pet. Albert. & ibi Ioan. de Succarrat, & huic diuiſioni adhęret quotidianus vſus a nemine hucuſque violatus.

QVANDO SVNT TRES DOMINI.

Si præterea in eodem prędio, Siue vrbano, ſiue ruſtico, per ciuem vel per extraneum ciui vel extraneo, ſiue in emphyteuſim conceſſo, tunc quilibet ipſorum dñorum recipiet, & recipere debebit ſex denarios pro qualibet libra totius pecij, hoc caſu non poteſt eſſe intrata, cũ nõ poſſint eſſe quinque domini medij, prout dictum eſt s̃. in ſecundo pręludio, & ꝙ hęc diuiſio ſic fieri debeat, probatur ex ordine vſantiarum ſupra allegatarum, ac etiam per vsãtiam ſcriptam Barcinonę 21. incipientẽ, ſi vero ſunt in re quatuor domini, & per duo capitula allegata.

Pari modo, ſi iſti quatuor domini decreſcunt, idem erit: qa quemadmodum creuerũt ab vno vſque ad quatuor, ita poſſunt decreſcere vſque ad vnum iuxta legem, nil tam naturale, ff. de regu. iur. & in 1. extra. codẽ titu. vbi dicitur, quod omnis res per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. facit tex. in §. fi. Inſti. quibus modis tollitur obligatio, & l. j. C. quando licet ab emptione diſcedere. tunc pars laudemij pertinentis infirmo medio, accreſcit ſuperiori ſuo immediato, quia quando quatuor domini quilibet eorũ recipit ſex denarios ſi quartus euaneſcit, tertius recipiet vnũ ſolidum, ſ. ſuos ſex denario, & alios ſex denarios qui ipſi accreuerint ex quarto dño, qui euanuit quos ſi non euanuiſſet ipſe quartus recepiſſet. Et ſi poſtea tertius dñs medius euaneſcit, tunc ſecundus dñs medius recipiet portiones eorum, qui euanuerunt, & ſuã, & ſic recipiet decem & octo denarios, reſidui ſex denarii ſunt domini allodialis, qui ſi fuerit laicus dictis ſex denariis debet contentus eſſe: ſi vero fuerit eccleſia nõ ſuccedens laico poſt ſententiam arbitralem memoratam, tunc ipſa eccleſia, ſiue dñs eccleſiaſticus, qui pręeſt eccleſię, recipit ipſos ſex denarios, & per venditorem fiet ſibi complementum ad tertiã partem ſeptimę partis in prędijs vrbanis, vel ad tertiã partem quintę partis in prędijs ruſticis. Et ſi veneat emphyteuta immediatus, tunc recipiet eccleſia, ſeu eccleſiaſticus ſeptimum aut quintum totius precij, ſm qualitatem prędij, iuxta diſpoſita ſtatuta, & odinata in ſententia arbitrali vt s̃. latius fuit dictum, quare decreſcentibus dominis medijs laudemium ſeu eius pars potius accreſcit dño ſuperio. immediato integriter, quã alijs ęqualiter vel inequaliter. Iſtã rõnem ego non vidi, niſi forſan dicamus, ꝙ quia poſtquã decreſcentib. dominis diminuitur portio ſuperioris immediati cum emphyteuta cors a cos exiſtentis, ita etiam dicamus, quod decreſcentibus ei idẽ dominus mediis portio decreſcentis accreſcat immediato, & ad hoc facit regula, quę dicit, qui ſentit onus. de regu. iu. in 6. facit etiã l. poſt perfectam, de pericu. & commo. rei vendi. & l. ad quod poteſt, ff. Item ſicut diminuta parte hęredis ſcripti, per contra tabul. diminuitur, & legatorum onus, & ita aucta parte ſcripti hęredis per contra tabu. augetur & legatorum onus, vt ff. de vulgari, & pupi. ſubſtit. Et quemadmodum in his proxime dictis fit argumentum, & minutio, ita etiam in hoc noſtro caſu fiat argũ, ſiue decrementum dicti laudemij.

DIVISIO LAVDEMII PERTINENTIS EX impignoratione, ſeu ſpeciali obligatiobe factis de prędijs, quę ſunt de allodio laicali ſitis in ciuitate, ſuburbijs, hortis, & vineto Barcinonę.

Supra In octaua celulla primæ Principalis q. fuit dictum, & probatum, quod ex ſpeciali obligatione, ſeu impignoratione, quam fecit dominus medius de ſua media dominatione, aut emphyteuta vtilis de ſua vtili dominatione, quam habet in ipſo prędio emphyteuticario, quod tũc domino, ſiue dominis, ſupra impignorantem exiſtenti, ſiue exiſtentib. debetur mediũ laudemiũ tertium, ſeu foriſcapiũ. inſuper in eadem cellula fuit dictum, & probatum, quod quã do pro laudemio integro debetur decimum, quod tunc pro ſpeciali obligatione debetur medium decimum, & quando ſeptimum pro alienatione perpetua, quod pro ſpeciali obligatione debetur medium ſeptimum, & quando quintũ pro alienatione perpetua, quod tunc debetur medium quintum, pro ſpeciali obligatione. Et quando tertium pro alienatione perpetua, quod tunc debetur medium tertium pro ſpeciali obligatione ſed hoc vltimum, quod ibi in dicta octaua cellula dictum fuit in expoſitione dictę tertię partis, dictę antiquę cõſuetudinis poſtea per meluit correctũ, & reformatũ, prout ibi cõtinetur: immo reformando prędicta dictum fuit, quod quando pro integro laudemio ſoluitur tertium,

quod tunc pro impignoratione, ſeu ſpeciali obligatione, non debent dari duo denarii pro quolibet ſolido. Sed duo tantum ſolidi pro qualibet libra totius quantitatis, pro qua res impignoratur, ſeu ſpecialiter obligat̄. Ex his p̄miſſis venio ad diuiſionem laudemii, ꝙ debetur ex pignoratione prędii laycalis, & etiam eccleſiaſtici ſiti in loco, vbi pro integro laudemio debetur tertium ſimplex.

QVANDO EST VNVS DOMINVS TANTVM.

Si primus emphyteuta q̄ eſt immediatus, ſiue cors a cors, cum dn̄o vtili impignorante, ſiue prædium ſit vrbanum ſiue ruſticum, ſiue ipſa impignoratio fiat per ciuem vel habitatorem Barc. ſiue per forenſem, & extraneum dn̄s allodialis hēt mediū laudemiū, ꝙ eſt vnus ſolidus pro qualibet libra totius quantitatis, pro qua prædium ipſum impignoratur ſeu ſpecialiter obligatur cum reali traditione, & dictum medium laudemium, non diuiditur, ſed illud integraliter habere debet ipſe dominus allodialis, & directus.

QVANDO SVNT DVO DOMINI.

Si tamen ſunt in eodem prædio, ꝙ impignorat̄ duo dn̄i, tunc primus dn̄s allodialis recipiet tres denarios pro qualibet libra, & ſecundus dominus infra primum exiſtens recipiet nouem denarios pro qualibet libra totius quantitatis, pro quā prædium impignoratur, ſiue ſpecialiter obligatur, ſiue fiat ipſa impignoratio per ciuem, & habitatorem Barcinonæ, ſiue p̄ forenſem, & extraneum ciui, vel habitatori, aut forēſi. Et hic habet locum regula, quæ dicit, quod iuris eſt de toto quo ad totum, idem iuris eſt de parte quo ad partem; quod iuris &c. vt iuribus allegatis infra in ver. ſi inſuper.

QVANDO SVNT TRES DOMINI.

Si vero in eodem prædio, ꝙ impignoratur ſunt tres dn̄i, tunc primus dn̄s allodialis recipit tres denarios, pro qualibet libra, & ſecundus dn̄s recipit alios tres denarios, & tertius dn̄s recipit ſex denarios pro qualibet libra totius quantitatis, pro qua p̄dium impignoratur, ſeu ſpecialiter obligatur.

QVANDO SVNT QVATVOR DOMINI.

Si inſuper ſunt quatuor dn̄i in eodem prædio, ꝙ impignorat̄, tunc quilibet iſtorū quatuor dn̄orū recipiet, & recipere habebit tres denarios pro qualibet libra totius quantitatis, pro qua p̄dium ipſum impignorat̄, ſeu ſp̄aliter obligatur, & ꝙ in dictis prox. caſib. ſuppoſitis diuiſio laudemii ita fieri dēat, probat̄ per iura allegata, ſ. in diuiſione intratæ, & pretii. nam idem iuris eſt de parte quo ad partē, ꝙ iuris eſt de toto quo ad totum, vt in l. q̄ de tota, ff. de rei ven. & in l. a Titio, ff. de verb. ob. cum in hoc non poſſit aſſiguari diuerſitatis rō, quo caſu idem iuris eſt ſtatuēdum, vt ff. de iniu. rup. & irrecto teſt. l. 3. §. ſed & hi, & C. de ino. do. l. pe. cum aliis ſimilib.

DIVISIO NOVEM SOLIDORVM, QVI SOLENT DAti, quando firmatur charta precaria de allodio laycali.

In vndecima cellula primæ prin. quę fuit dictū, & probatū, ꝙ quādo firmat̄ charta preca. pro firma, & conceſſione eiuſdē chartę precarię dantur, & dēnt dari nouem ſolidi monetę Barcin. prout ibi dictum, & probatum eſt nunc, qualiter ipſi nouem ſolidi debeant diuidi, eſt dicendum.

QVANDO EST VNVS TANTVM DOMINVS.

Si in prædio. ꝙ eſt de allodio laycali, fiat charta p̄caria, illi nouem ſolidi, qui pro ea debent dari, ſunt domini allodialis, & directi, q̄ eam cōcedit, & firmat itegraliter, ſine aliqua defalcatione. & hoc neceſſario, cum non habeat quo cum illos diuidere poſſet.

QVANDO SVNT DVO DOMINI.

Si autem in eodem p̄dio ſūt duo domini, primus dominus allodialis recipit decimam partē ipſorum nouem ſolidorum, q̄ decima pars eſt decem denarii obulum pugeſia, & 10. pars vnius oboli, & ſecundus dominus qui firmat ipſam chartam precariam recipit reſiduum ipſorum nouem ſolidorum.

QVANDO SVNT TRES DOMINI.

Si eodem ī p̄dio nn̄ ſunt tres dn̄i, primus dn̄s allodialis recipiet quartam partē decimæ par. ipſorū nouem ſolidorū, q̄ eſt duo denarij, vnum obolum, & vna 4. pars vnius oboli, & vna 5. pars vnius pugeliæ, & vna 4. pars decimę partis oboli, & ſcd̄s domin⁹ ſimilem partem proxi. p̄cedenti, & totius dominus q̄ firmat ipſam chartam precariā reſiduum dictorum nouem ſolidorum.

QVANDO SVNT QVATVOR DOMINI.

Si denique in eodem prædio ſunt quatuor domini, tunc tres domini primi recipient quilibet illorum duos denarios, vnum obolum, vnū quartum oboli, vnum quartum pugeſiæ, & vnā partem decimæ partis vnius oboli, & quartus domin⁹ qui firmat chartam precariam recipiet reſiduū dictorum nouem ſolidorū, & iſta probantur per eaſdem rationes, & iura per q̄ probantur diuiſiones, quæ fiunt de laudemio prouenienti ex impignoratione, ſeu ſpeciali obligatione ſup. poſitis cum idē iuris ſit de parte quo ad partem quod iuris eſt de toto, &c.

DIVISIO LAVDEMII PROVENIENTIS EX alienatione titulo lucratiuo facta de allodio laycali per forēſem, & extraneum de prædijs, quæ acquirit intra hortos & vinetum Barcinonæ.

Supra in ſexta celulla primæ principalis quæſtionis dictum fuit, & probatum quod emphyteuta forenſis & extraneus qui acquirit prædia, & honores emphyteuticales de allodio laycali ſitis in hortis, & vineto, tenetur ſoluere laudemium, ſ. medium decimum per rationes, & iura ibi extenſius allegata, quæ ſupra vidiſtis. Nunc vero ſupereſt tractare, quando ipſum decimū, ꝙ eſt vnus ſolidus pro qualibet libra debeat diuidi inter dominos, vbi plures ſunt domini ſucceſſiue vnus inf. alium. Et quia iſte vnus ſolidus, qui datur pro acquiſitione lucratiua p̄ extraneum, & forenſem de prædio laycali exiſtimatione ītra hortos, & vinetum diuidi dēt ſicut ille ſolidus, qui datur pro ſpeciali obligatione, ſeu impignoratione, ideo cauſa breuitatis recurrans ad illam diuiſionem. & vt ille ſolidus diuiditur ī omnibus ſuis caſibus diuide iſtum nihil addito, remoto, vel mutato.

DE DIVIDENDIS LAVDEM. alludiorum eccleſiæ.

Abſoluta diuiſione laudemiorū prouenientium ex prædictis de allodio laycali, in omnib. ſuis capitibus, quæ varietatem continet, vt ſupra, nunc ſupereſt dicere, & adducere diuiſionem laudemiorum prouenientium de prędiis, quæ ſunt allodio eccleſiæ in omnibus ſuis capitibus quæ ſecundum diuerſitatem contractuum perſonarū, & qualitatem prædiorum, & locorum, vbi ipſa prædia ſunt poſita in diuiſione veritatem recipiūt, in quibus breuitatis gratia curabo caſus ſimiles ſub eadē declaratione comprehēdere. Et q̄a intratę quę dantur, quando ſubemphyteuticantur prędia, tā vrbana, quam ruſtica in diuiſione parificantur, & ſimili diuiſ.

DIVISIO LAVDEMII PROVENIENTIS EX INTRAta, quando ſubemphyteuticatur prædium ſiue vrbanum, ſiue ruſticum de allodio eccleſiæ.

Supra in nona celulla primæ prin. quæſt. dictum fuit, ꝙ quando p̄diū de allodio eccleſiæ, ſiue vrbanū, ſiue ruſticū, ꝙ eſt intra ciuitatē ſuburbia, hortos, & vinetū Barc. ſubemphyteuticatur p̄ ciuem & habitatorē Barc. ex intrata debet̄ quarta par eius quātitatis, q̄ pro intrata datur & ibi diuiſio eiuſdem 4. par. ſūt remiſſa ad locum præſentem, iō ad eam ponendam accedo.

QVANDO EST VNVS DOMINVS TANTVM.

Si in prædio, ſiue vrbano, ſiue ruſtico de allodio eccleſiæ, ꝙ ſubemphyteuticat̄, nō eſt niſi vnus dn̄s, puta allodialis, & directus ipſe recipit integraliter totā intratā, q̄ eſt quatuor ſolidi p̄ qualibet libra, & ꝙ ſoluatur 4. pars in d. caſu probat̄ per ſn̄iam arbitralē in §. de ſtabilimētis autem, & per clauſulas ſeptimi, & quinti ab ea ſumptas.

QVANDO SVNT DVO DOMINI.

Si tamen in eodem prædio ſunt duo dn̄i, tunc primus dn̄s allodialis habebit quartā par. quartę partis ipſius intratę, quę 4. pars quartę part. eſt quindecim denarij, & hoc p̄bat̄ ī ſn̄ia arbitrali ibi, & de ſtabilemēto, & ſecun-

ſecundus dominus qui firmat ipſam chartam precariam, ſeu illam concedit, habet decem octo denarios pro qualibet libra totius intratæ. Nam hic ſecundus dñs ſic recipit in allodijs eccleſiæ, vti recipit ī allodiis laycalibus, & non plus, nec minus, & hoc ſupra proxime dictum probatur per nonam vſantiam ſcriptam Barc. inc. Si vero venduntur domus, & per hæc quæ dicta ſunt ſup. in præcedentib. alijs diuiſionibus.

QVANDO SVNT TRES DOMINI.

Si inſuper ſunt tres domini in eodem prædio, ſiue vrbano, ſiue ruſtico, quod ſubemphyteuticatᷓ, tunc primus dñs allodialis, & directus habebit quartum quarti, quod eſt 15. denarij, & iſtud probatur, per vigeſimam ſecundam ſcriptam vſantiam Barc. inc. idem de ſtabilimentis. Secūdus vero dñs laycus recipiet ſex denarios pro qualibet libra, & ita pbatur in vigeſima ſeptima vſantia ſcripta Barc. inc. ſi vero ſunt ī re tres dñi & in vſantia ſequen. & tertius dñs, qui eſt cors a cors cum emphyteu. recipit vnum ſolidum pro qualibet libra totius intratæ, quod ita probatur ī dicta vſantia ſcripta Barc. inc. ſi vero ſunt in re tres dominij, & ſeq.

QVANDO SVNT QVATVOR DOMINI.

Si vero in eodem prædio, ſiue vrbano ſiue ruſtico ſunt quatuor dñi, tūc primus dñs allodialis recipit dictos quindecim denarios pro qualibet libra totius intratæ, vt ſup proxime eſt dictū, & reliqui tres dñi layci ſequentes recipiunt, ſ. quilibet eorum recipit ſex denarios pro qualibet libra, & ita pbatur in vſantijs, & rationibus ſupra allegatis, & ita eſt verum.

Et ſuper proxime dictis ſuper dicta intrata aduertēdum eſt, quod ſiue dñs allodialis ſit laycus, ſiue eccleſiaſticus dñi medii infra ipſum exiſtentes recipiunt inter omnes, pro qualibet libra totius intratæ decem octo denarios, q decem octo denarii inter ipſos dñs laycos, medios ſic debēt diuidi, videlicet, qa ſi nō eſt niſi vnus dñs medius ille recipit illos integraliter ſi ſunt duo ille q eſt cors a cors, cum dño directo recipit ſex denarios, & alter vero exiſtens cors a cors cū emphyteuta vtili, & emphyteuticante recipit vnū ſolidum pro qualibet libra totius intratæ, ſi vero ſunt tres dñi medii, tūc ipſi decē octo denarii æqualiter inter eos diuidūtur recipiētes eorum qlibet ſex denarios, & ſi minuūtur ipſi tres dñi pars infimi dñi medii augetur, vt ex præmiſſis poteſt colligi.

DIVISIO LAVDEMII PROVENIENTIS ex venditione, aut alia onero ſa alienatione prędii vrbani de allodio eccleſiæ exiſtenti intra ciuitatem Barc. aut ſuburbia proxima & immediate contigua.

Sup. In prima cellula primæ principalis quæſt. dictum fuit, quod qñ venditur pdium vrbanum de allodio eccleſiæ ſitū intra ciuitatē, & ſuburbia pxima Barc ſiue vendatᷓ p ciuem Barc. ſiue per forenſem aliis ciuib. ſiue forenſib. & extraneis, quod tunc debetur p laudemio ſeptimum totius pꝛii ad cuius diuiſionem accedo.

QVANDO EST VNVS DOMINVS TANTVM.

Si in dicto prædio non eſt vnus dñs tm̄, ſ. allodialis, & directus ipſe recipit ſeptimū quod eſt duo ſolidi decē denarii, vna pugeſia, & vnū ſeptimum, ſiue ſeptimā partē vnius pugeſiæ pro qualibet libra totius pꝛii, ita pbatur per ſnīam arbitralem, & clauſulam ſeptimi toties alleg. ab ea ſumpta ibi, ſeptima pars totius pretii.

QVANDO SVNT DVO DOMINI.

Si inquam ſunt duo domini, vidlicet dñs allodialis directus eccleſiaſticus & vnus laycus, ī eodē pdio vrbano, tunc primus dñs allodialis eccleſiaſt. hēt, & hr̄e dēt tertiā partē ſeptimę partis totius pꝛii, q tertia pars ſeptimæ partis eſt vndecim denarii 3. par. vnius pugeſiæ, & 3. pars ſeptēni, ſiue 7. par. vnius pugeſiæ, q oīa nō ſufficiunt ad 11. denarios, & obulum, & iſtud probatᷓ p ſnīam arbitr. ī ver. vbi vero ibi, 3. pars ſeptimæ partis, & p eſam ſeptim. ab ea ſumptā, & primā vſantiā ſcriptā Barc. icipi, cum fiet venditio. Scd̄s vero dñs dēt hr̄e decē octo denarios, vti dictum, & probatum fuit ſup. in 1. diui. pretii, & intratę allodii laycalis.

QVANDO SVNT TRES DOMINI.

Si vero in eodem pdio vrba. ſunt tres dñi, tunc dñs primus allodialis eccleſi. recipit dictā tertiā partē ſeptimæ partis, vti dictum eſt ſup. & probatum, q eſt 11 denarii, & 3. pars vnius pugeſiæ, & 3 pars vnus ſeptēni, ſiue ſeptimæ partis vnius pugeſiæ. Scd̄s vero dñs recipit ſex denarios, prout ſup. dictum eſt i 1. diuiſione allodii laycalis, vbi fit diuiſio īter tres dños, & probantᷓ in d. prima vſātia Barc. inc. cum fiet venditio. Et tertius dñs, q eſt cors a cors, cum emphy. recipiet vnum ſolidum, & hoc probatur in vſantia ſcripta Barc. proxime allegata.

QVANDO SVNT QVATVOR DOMINI.

Si autem in eodem prędio ſunt quatuor dñi, tunc primus dominus allodialis eccleſiaſt. recipiet dictos 10. denarios, & tertiā par. vnius pugeſiæ, & tertiā par. vnius ſeptenni, ſiue ſeptimę par. vnius pugeſiæ, vt ſup. dictum eſt. Cęteri ārt tres domini ſeq. inſ. allodialē exiſtentes recipient quilibet eorum ſex denarios, pro qualibet libra totius pretii. Iſtud eſt verum, & probatur p vigeſimā primā vsātiā ſcriptā Barc. ic. ſi vero ſunt ī re tres dñi, vel quatuor.

DIVISIO LAVDEMII PROVENIENTIS EX ſpeciali obligatione prædii ruſtici de allodio eccleſiæ.

In octaua cellula primæ princ. quæſt. inter cętera dictum fuit, quod ex ſpāli obligatione prædii vrbani debeᷓ mediū ſeptimum, tunc eius medii ſeptimi diuiſio eſt facienda, vt ſequitur.

QVANDO EST VNVS DOMINVS TANTVM.

Si in prædio vrbano, quod ſpāliter obligaᷓ non eſt niſi vnus dñs direct', & allodialis nēpe eccleſiaſt. ipſe dēt recuperare ex ſpāli obligatione medium ſeptimū, quod eſt decē, & ſeptē denarii media pugeſia, & medium ſeptennium pugeſiæ, iſta probantur per ea quæ dicta ſunt ſup in d. octaua cellula.

QVANDO SVNT DVO DOMINI.

Si fuerint duo domini in prædio, quod impignoraᷓ, ſeu ſpāliter obligaᷓ, tunc dñs allodialis eccleſiaſt. dēt hr̄e tertiā parte ſeptimę par. q eſt quinq; denarii, & medietas vnius tertii pugeſiæ, & ſcd̄s dñs nouē denarios probantur, hæc oīa in 8. cellula primæ principalis quęſtionis ad quam recurras.

QVANDO SVNT TRES DOMINI.

Si denique ī pdio vrbano, quod impignoraᷓ ſunt tres dñi primus dñs allodialis, & eccleſiaſtic. recipit, vt ſup. dictum eſt, videlicet quinq; denarios, & medietatē vnius tertii pugeſiæ & medietatem vnius ſeptenni pugeſiæ. Et ſcd̄s dñs laycus recipiet tres denarios pro qualibet libra, & tertius dñs q eſt cors a cors, cum impignorāte recipit ſex denarios pro qualibet libra totius quantitatis pro qua ipſum pdiū vrbanum impignoraᷓ ſiue ſpāliter obligatur.

QVANDO SVNT IN RE QVATVOR DOMINI.

Si in eodem prædio vrbano, quod impignoraᷓ ſunt quatuor domini, primus dñs allodialis eccleſiaſt. recipit, vt ſup. prox. dictum fuit, ſ. quinq; denarios medietatē vnius tertii pugeſię, & medietatē vnius ſeptenni pugeſiæ, tres vero reliq dñi recipiunt qlibet eorum tres denarios pro qualibet libra totius quantitatis, pro qua impignoraᷓ probanᷓ iſta p ea, q dicta ſunt ſup. in 8. cellula primę prin. quæſt. vbi allegantur iura ſic diſponentia.

DIVISIO LAVDEMII PROVENIENTIS EX VENDItione vel alia onero ſa alienatione de prædio ruſtico quod eſt allodium eccleſiæ.

Prædij ruſtici laudemium aliṫ diuidiᷓ, q̄ laudem. pdii vrbani, quia prout dictum fuit ſ. in 3. cellu. primæ prin. quæſt. ex vēditione pdii ruſtici, quod eſt quatuor ſolidi pro qualibet libra de eius diuiſione eſt dicendum.

QVANDO EST VNVS DOMINVS TANTVM.

Si in predio ruſtico, quod eſt de allodio eccłæ ſi eſt, niſi vnus dñs tm̄, ſeu eccleſiaſticus allodialis, tunc ipſe dñs dēt hr̄e quintum de toto pꝛtio, quod eſt quatuor ſolidi, pro qualibet libra, & iſta probantur per ſnīam arbitralem ī ver. qñ vero fient vēditiones, & p dictā ſeptimā vſantiā inc. ſi eſt tm̄ ibi, ī ver. quātum pꝛii hortorum.

QVANDO SVNT DVO DOMINI.

Si inſuper in dicto prædio ruſtico ſunt duo dñi, tunc primus dñs allodialis eccleſiaſt. recipiet tertium quinti, quod eſt ſexdecim denarii pro qualibet libra totius pꝛtii probātur hæc in 9. vſantia, ſcripta Barc. inc. ſi vero vēdunt.

QVANDO SVNT IN RE TRES DOMINI.

Si vero in eodem prędio ruſtico ſunt tres domini, primus dominus allodialis eccleſiaſticus recipiet tertiam partem quintæ partis, quæ eſt, ſexdecim denarii, vt ſupra dictum eſt, & probatum. Et ſecundus dominus poſt eum recipiet ſex denarios, &

tertius dominus recipiet vnum ſolidum pro qualibet libra totius pretii, per rationes, & iura ĩ ſimili caſu allegata in venditione prædii vrbani.

QVANDO SVNT QVATVOR DOMINI.

Si in prædio ruſtico ſunt quatuor domini, tũc primus dominus allodialis eccleſiaſticus recipiet tertiam partem quintæ partis, quæ eſt ſex decim denarii, & reliq tres domini recipient, ſ. quilibet illorum ſex denarios pro qualibet libra totius pretii, prout dictum fuit ſupra in diuiſione laudemii pertinẽtis ex prædio vrbano de allodio eccleſiæ, quando ſunt in eo quatuor domini, qa quamuis diuiſio laudemii prædii vrbani differat a diuiſione laudemii prædii ruſtici quo ad dominos allodiales eccleſiaſticos, tñ quo ad alios dominos inſetiores laycos non differunt, imo veru eſt ꝙ ipſi domini inferiores, ita recipiunt in vno prædio ſicut in alios dominos inſeriores laycos non differunt, imo verum eſt, ꝙ ipſi domini inſeriores, ita recipiunt in vno prædio, ſicut in alio, & ꝓbato de vno prædio, ſcilicet vrbano, reſtat probatum de ruſtico.

DIVISIO LAVDEMII PROVENIENTIS EX ſpeciali obligatione prædii ruſtici de allodio eccleſiæ.

Supra proxime dictum fuit, quod diuiſio laudemii prædii vrbani non differt a diuiſione laudemii prędii ruſtici, quo ad dominos laycos Inferiores infra dominum allodialem eccleſiaſticum exiſtentes, ſed differunt quo ad dominos allodiales eccleſiaſticos. Eodem modo diuiſio laudemii pertinentis ex ſpeciali obligatione prædii vrbani quo ad laycos dominos, & ideo ſic computandum eſt, & diuidendum in hac ſpeciali obligatione prædii ruſtici, ſicut in diuiſione ꝑdii vrbani. Sed quia iſta diuiſio laudemii prædii ruſtici differt, quo ad dominos directos, a diuiſione prædii vrbani, ideo vnico verbo exponam hanc diuiſionem ſic dicendo, quod quando dominus allodialis eſt ſolus, recipit duos ſolidos, quando vero eſt cum vno, duobus, aut tribus dominis mediis recipit, & recipere dẽt medietatem tertiæ partis, quintæ partis totius pretii, quæ eſt octo denarii pro qualibet libra, & ſic ſum expeditus de hac diuiſione laudemii pertinẽtis ex ſpeciali obligatione prædii ruſtici.

DIVISIO NOVEM SOLIDORVM QVI dantur pro charta precaria prędii, tam vrbani, quam ruſtici de allodio eccleſię.

Certum eſt, quod illi nouem ſolidi qui dantur pro firma, ſiue conceſſione chartæ precariæ cedunt loco intratæ, & ſic eſt interpretata cõſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, vt ff. de leg. l. ſi de interpreta. & l. minime. licet l. minime, nec quouis modo inducta hoc probat. Sed l. illa, ſi de interpretatione. in fin. habet conſormem tex. in capitulo ab eo, qui. de appellat. in vj. Ea propter de prædictis nouem ſolidis debet fieri diuiſio per illas eaſdem regulas, & iura per quas fit diuiſio intratarum, & cum illi nouem ſolidi q dantur pro charta precaria ſacta de prædio vrbano debeant diuidi eodem modo, quo diuiduntur illi nouem ſolidi, qui dãtur pro charta precaria prædii ruſtici, ideo de diuiſione ipſorum nouem ſolidorum communiter dicam.

QVANDO EST VNVS DOMINVS tantum.

Si in prædio, ſiue vrbano, ſiue ruſtico, ã quo firmatur charta precaria eſt vnus dñs tantum ipſe recipit integraliter dictos nouem ſolidos q pro cõceſſione ipſius dantur.

QVANDO SVNT DVO DOMINI.

Si vero in prædijs, ſiue vrbano, ſiue ruſtico de quo firmatur charta precaria ſunt duo dñi, tunc primus dñs allodialis eccleſiaſticus recipiet quartam partẽ ipſorũ nouẽ ſolidorũ, q̃ eſt duo ſolidi, & tres denarii, & ſecũdus dñs qui firmat ipſam chartã precariã recipiet reſiduum ipſorum nouem ſolidorum.

QVANDO SVNT TRES DOMINI.

Si vero in eiſdẽ prædijs ſunt tres domini, tũc primus dñs allodialis recipiet quartum quarti, ꝙ eſt ſex denarii, & pugeſia. & ſecundus dñs poſt ipſum recipiet duos denarios obolum, & vnum quartũ oboli, & vnum quartum pugeſiæ, & vnum quartũ decimæ partis oboli. Et tertius dñs q eſt cors a cors cum emphyteuta vtili recipiet reſiduũ dictorum nouẽ ſolidorũ iſta probantur per ea q̃ dudum dicta ſunt ſup. in diuiſione nouem ſolidorum q dãtur pro charta precaria q̃ fit de prædio, q eſt de allodio eccleſiæ.

QVANDO SVNT QVATVOR DOMINI.

Si fuerint quatuor domini, tũc primꝰ dñs allod. eccleſiaſticus recipiet ſuũ quartũ quarti, ꝙ eſt ſex denarii obolũ, & pugeſia. Et ſecundus dñs, & tertius recipient, ſ. qlibet eorũ duos denarios obolum, & vnũ quartum oboli, & vnum quartũ decimę parti. oboli, quartus vero dñs recipiet reſiduũ dictorũ nouẽ ſolidorum & eſt verũ, ꝙ iſta charta precaria sẽper dẽt firmari ꝑ dñm mediũ, q eſt immediaꝰ, ſiue cors a cors cum emphyteuta, vtili cui firmatʳ, niſi ipſe dñs medius ſtet in nuda perceptione, quia tũc tali caſu, q̃uis aliq notarii ſeruent ordinẽ prædictũ. Ego contrariũ cenſeo eſſe faciendũ, qa ĩ tali caſu dñs directꝰ dẽt firmare ipſam chartã ꝑcariã, & iſta opinio eſt de mente conſt. R. Caro. nunc feliciter regnãtis ĩ 1. curia Barc. c. com moltes vegades, q̃ conſtõ nõ tribuit dño exiſtẽti ĩ nuda perceptione ius firmandi chartã ꝑcariã, nec emparã pro cenſu habendo niſi faticã ad opus retinendi, & firmã ad opus conſeruandi cenſum. Et q̃uis pro ipſa charta ꝑcaria, nõ dẽtur niſi nouẽ ſolidi de iure municipali huius patriæ ex quadã cõſuetudine valde frequentata, & ab oĩb. a longo, & lõgiſſimo tpe citra approbata de iure tñ ciuili datʳ vna 50. ita tenet Bal. ĩ l. fi. ꝑ illũ tex. ibi, niſi quinquageſimam partẽ ꝑtii, & c. C. de iu. emph. col. 121 & Bal. ĩ auc. ſi quas ruinas, C. de ſacroſ. eccle. vbi dicit, ꝙ ꝓ dictis renouationib. dari capo ſolidũ, & Iac. de S. Geor. ĩ ſuo tract. feu. ĩ verbo, qui quidem inueſt. num. 58.

SPECIALES CASVS SOLVENDI LAVDEmium.

Nunc oportet reminiſci eorum q̃ dicta ſunt ſupra 6. cellula primę prĩc. queſt. & ĩ 7. cellula primę prĩc. q. & ĩ 1. cellula, vbi dictũ eſt, q̃uis forenſes, & extranei q habẽt ꝑdia, & honores, ac cenſualia morabatinorũ intus ciuitatẽ Barc. & ſuburbia eiuſdẽ illos, & illa vendẽtes ſoluant, ſicut ciues, & habitatores Barc. & eiſdẽ ciuib. & habitatori. ſint ſimiles quo ad ſoluendũ laudemiũ. Tamen ſi ipſi forenſes, & extranei hẽnt prędia, & honores, & cẽſualia morabatinorũ ĩtra hortos, & vinetum eiuſdẽ ciuitatis ſi illa vendant tenẽtur ſoluere tertiũ ſimplex, ſiue directũ, ſ. de trib. vnũ, vel verius tertiã partem valoris proprietatis, ꝙ eſt ſex ſolidi, & octo denarii pro qualibet libra valoris, prout ſup. probatum eſt.

Simili mõ eſt dicendũ, ꝙ ſi ipſi forenſes & extranei hñt prędia, & honores ĩ eiſdẽ hortis & vineto de allodio eccleę ſi illos & illa impignorãt, aut ſpãliter obligãt, nõ ſoluũt ſicut ciues, & habitatores Barc. videlicet mediũ quintũ, ſed tenẽtur ſoluere ꝓ ipſa impignora. mediũ tertiũ ſimplex, ſiue directũ totius quãtitatis, ꝓ qua dicti honores, & ꝑdia impignorantʳ, prout dictũ fuit, & ꝓbatũ ĩ 8. cellula primæ prĩc. queſt. ꝙ quidẽ mediũ tertium eſt tres ſolidi, & quatuor denarii pro qualibet libra totius quantitatis, pro qua impignoratur ad rationem duorum denariorum, pro qualibet libra.

Item q̃uis ipſi forẽſes, & extranei acquirẽtes ꝑdia & honores, & cenſualia morabatinorum exiſtẽtia ĩtra ciuitatẽ, & ſuburbia Barc. tit. lucra. nihil ſoluãt, tñ ipſi forẽſes, & extranei. ſi dicto titulo lucra. acquirunt prędia & honores, & cenſualia morabatinorum exiſtẽtia intra hortos, & vinetum Barc. tenẽtur ſoluere medium tertium ſimplex, ſiue directum, ꝙ eſt tres ſolidi ꝓ qualibet libra totius iuſti valoris, illius prędii. ſiue honoris ſi ipſi forenſes ſunt tranſuerſales, vel extranei illorum a quibus acquirunt, prout fuit probatum ſup. ĩ 7. cellula primę princ. queſt.

DIVISIO LAVDEMII.

His proxime dictis & declaratis ĩſurgit dubium, quonammodo dẽat diuidi iſtud tertium ſimplex, ſiue directum, ꝙ debetʳ ex venditione, vel alia alienat. tit. oneroſo facta, & illud medium laudemium, ſiue tertium, ꝙ debetʳ ex ſpeciali obligatione facta per forenſem, & extraneum, & illud medium tertium, & medium laudemium, quod debetur per extraneum, & forenſem acquirentem honores, & cenſualia morabatinorum exiſtentia intra hortos, & vinetum titulo lucratiuo, cum iſti caſus non ſequantur, nec ſequi poſſint diuiſionem, quę fit inter laycos de laudemiis laycalibus, cum ſunt de allodi eccleſię, & cum nõ ſequantur. nec ſequi poſſint diuiſionem,

quę

quę ſit inter laycos de laudemiis eccleſiaſticis, cum in ſentē tia arbitrali ipſi extranei, & forenſes non comprehendantur a lege, & diſpoſitione dictæ ſententiæ arbitralis, imo expreſſe excludantur a lege, & diſpoſitione dictæ arbitralis ſententiæ, vt in eadem ſententia, in verſicu. in præſenti autem ſententia non intelligimus ruſticos, &, alios qui non ſunt ciues & habitatores dictæ ciuitatis, nec ego vnquam inueni aliquam regulam textualem, neque doctrinam, quæ dicat qualiter in diuiſione prædictorum ſit procedendum, & ob id ſuper hoc puncto niminm multumque cogitauerim, quid agendum eſſet, & incertus ſui, tandem ſimilis facti contingentia mihi occurrit. Contigit enim quod Bernardus Fanals cultor de parochia Sancti Martini de Prohenſals, quæ eſt in vineto Barcinon. ſucceſſit dominæ Antoniæ Roia de parochia S. Andreæ de Palamario amitæ ſuæ in quadam petia terræ ſita in dicta parochia S. Mart. titulo lucratiuo. Et prædicta petia terræ tenebatur, & hodie tenetur in dominatione media per Magnificum Galcerandum Burgues, & de ſanct. Clement ſub dominio tamen & allodio præpoſituræ mēſis Nouembris, Canonicę Barc. Et qa ex dicta ſucceſſione, quia inter trāſuerſales erat debeatur medium tertium, & medium laudemium fuit dubitatum, per aliquos ſuper diuiſione prædicti laudemij, & ad deciſionem dicti dubij fuerunt applicati honorabilis Gaſpar Caſtanqueſa, Ioannes Lunes, Franciſcus Iouells, Michael, Mir, & ego, & omnes in vnum concordantes fuimus opinionis, & voti, q̄ p̄ dictum medium laudemium, & medium tertium diuiderent æqualiter inter dictos dominos & ſic fuit factum, me præſente & vidente poſt modum, ego vidi, & legi quoddam publicū inſtrumentum venditionis factum de domibus, & terris quas habeo in dicta parochia per manumiſſores Romei Meſtegueri Cultoris de dicta parochia, quod fuit actum Barc. ſexta decima menſis Nouembris, anno a Natiuitate Domini milleſimo, trecenteſimo ſeptuageſimo octauo clauſum, ſiue ſubſignatum, per diſcretum Franciſcum de Letone notarium publicum Barcinonæ, in quo continetur, quod illud tertium totius pretii, quod pro illa venditione dabatur, diuidebatur īter Guillermum Oliuerij dn̄m medium laycum, & procuratores piæ eleemoſinæ cuius eſt allodium medio per medium, ſiue æqualiter, ſic em̄ ſolet fieri in ciuitate Minoriſſæ, quod laudemia diuiduntur æqualiter inter omnes dn̄os, & ita practicat ī illa ciuitate. Ego ſic faciendam cēſeo in noſtro caſu, videlicet ſi ſunt duo domini tantum. ſed ſi ſunt plures diuiderem, iuxta ſeriem & tenorem conſt. R. Pe. 3. c. 3. curiæ Ceruariæ. Item ſup laudemio ex præmiſſis colligo, quod ī his caſib. laycus in hortis, & vineto Barcinonæ, eſt capax recipiendi pro laudemio, vltra decimam partem, non obſtante priuilegio R. Pe. 2. ſupra ī prima cellula primæ principalis quæſtionis inſerto. Et huiuſmodi diuiſio ratificatur per conſt. do. R. Pe. 3. c. 3. in curia Ceruariæ. Item ne ſuper laudemio circa finem, ibi co es a ſaber q̄ ſi en aquell ſeu. &c. Et eſt alius caſus q quamuis ex prædictis declarari videatur, tamen quia obſcurus eſt illum hic ſcribo, Pone quod ciues Barc. & forēſis, ſiue extraneus habent ſeudū ī hortis, vel vineto Barc. de allodio eccleſiæ communiter, & p̄ indiuiſo. quem vendūt pretio quadraginta librarum, ī quo eſt dominus eccleſiaſticus directus, & dn̄s medius laycus iſto caſu indubitatum eſt, quod pars pretii contingentis abſoluendum ciui, vel habitatori Barc. præſtabit tertiam partem quintæ partis pro laudemio, & diuidit ipſum laudemium, quo ad partem ciuis, vel habitatoris Barc. hoc modo videlicet, quod dominus directus, & allodialis eccleſiaſt. percipit ſexdecim denarios, & dominus medius recipit decemocto denarios pro qualibet libra. Et quo ad aliam medietatem pretij pertinētis adſoluendum ruſtico vel forenſi laudemium erit tertia pars pretii, & illa tertia pars debet diuidi æqualiter inter dominos allodialem eccleſiaſticum, & dominum medium laycum, vt ſupra eſt dictum, & probatum, & ſi fuerint domini medii inf. allodialem, tunc partitio dicti laudemii eſt facienda, vt in dicta conſt. R. Pe. 3. dictæ ca. 3. curiæ Ceruariæ. Item ne ſuper laudemio, per quod cap. corrigitur capitulum poſitum in commemo. Pet. Albet. inci. cautum, in quo datur alia forma ſoluendi dictum laudemium. Sed aduertendum eſt, quod quando diuiſio laudemii fiebat iuxta diſpoſitionem dicti cap. cautum, tunc ī titulis lucratiuis ſoluebatur medium tertium, & medium laudemium, quod hodie non fit, qa per dictum capitulum dictæ curiæ Ceruariæ, hodie non ſoluuntur, niſi duo ſolidi pro qualibet libra, olim vero per dictam commemo. ſoluebantur quatuor ſolidi, & quatuor denariorum remanſit in rebus emphyteuticariis, prout ſupra eſt dictum, & declaratum in 1. princ. q. ī declarat. antiquæ, & generalis conſuetudinis incip. tria ſunt iura conſuetudinaria, in ſecunda parte eiuſdem ibi. Item eſt medium tertium, & medium laudemium. Præterea hoc verum eſt, quod in præſenti ciuitate Barc. ſunt aliqua prædia vrbana, & forſan ruſtica de allodio eccleſiæ, in quibus in caſu venditionis, vel alterius alienationis oneroſę, iuxta pacta, & conuentiones firmatas inter dominum directū ex vna, & emphyteutam partibus, ex altera, ante prolationē ſentētiæ arbitralis latæ ſuper ſolutione laudemiorum ſoluūt, & ſoluere tenentur ſextum denarium totius pretii, qui ſunt tres ſolidi, & quatuor denarii pro qualibet libra, & ſic ſunt medietas tertii directi totius pretii, pone quod in iſto prædio ſunt duo dn̄i, vnus, videlicet ſupremus allodialis, & directus eccleſiaſticus, & alter laycus medius, & emphyteuta vtilis, q vendit vel aliter alienat titulo oneroſo prædium ipſum. Nunc quæritur, & dubitatur, qualiter laudemium competens ex dicta alienatione, id eſt dictus ſextus denarius pro qualibet libra debeat diuidi, inter ipſos dominos directum, & medium, cum hic caſus non ſit comprehenſus in ipſa arbitrali ſententia. R. Iacob. 2. & Reuerendiſſi. Epiſcopi Valentini latam ſuper ſolutione laudemiorum, & ſic caſus relictus diſpoſitioni iuris municipalis huius patriæ. Et primo vī dicendum, quod nulla eſt facienda diuiſio, ſed quod totum laudemium eſt ſoluendum domino directo cui ſaluatur ī clauſula, ſaluis. Et dominus medius q poſtea fuit creatus nihil habeat cum de eo inſtrumento cōceſſionis ī emphyteuſim, non fiat aliqua mentio, cū tūc nondum eſſet lata dicta arbitralis ſn̄ia, nec tunc erat facta aliqua laudemiorum diuiſio. Sed præmiſſis non obſtantibus dicendum eſt, quod dictus dn̄s medius, q per ſub emphyteuticationem per eum factam creatus, ſeu effectus eſt dn̄s medius, debet habere partem ipſius laudemii, cum ī præſenti ciuitate non exiſtant in nuda perceptione, niſi hoc fiat expreſſe per pactum ante vel poſt prolationem dictæ ſn̄iæ arbitralis dictorū dominorum Reueren. Iacob. 2. & Ep̄i Valent. ſuper ſolutione laudemiorum, puta qa eſſet conuentum expreſſe, & in pactum deductum, quod non haberet partem laudemii. quod probatur ab aperto ī conſtitu. Dom. Reueren. Caro. in capite con moltes vegades, probatur etiam, per primam conſuetudinem, ſiue vſantiam ſcriptam Barcinonæ inc. cum fiet vendirio domorum & per ſecundā conſuetudinem ex eiſdem conſuetudinibus Barc. inc. Si autem venditio ſit, & per ſextam ſcriptam conſuetudinem, quia ex verbis ſn̄iæ arbitralis colligit, quod tunc ante prolationem dictæ ſententiæ dn̄i medii, iam recipiebant partem laudemii, quoniam alr̄ non fuiſſent occupati, quod latores dictæ ſn̄iæ ad inducēdam dictam diuiſionē de qua tam magnum feſtum fecerūt, & clauſulas diuiſionum formauerunt, puta clauſulas ſeptimi, & quīti, & eodem modo fit de ſtabilimentis, quæ omnes cōſuetudines prædictę & clauſulæ ī prædio de allodio eccleſiæ loquuntur, probatur ēt per 7. vſantiam inc. ſi ſunt in re tres dn̄i layci, quę loqtur in allodio laycali, & per 9. conſuetudinem, ſi vero venduntur, & per decimam quintam localem, ſiue vſantiam, ſi autem ſunt in re, & per 16. & decimam octauam vſantias, & ita ſe habet communis practica, & ſi equens vſus. & conſuetudo, cuius primę ſunt partes in legum, & ſtatutorum interpretationes, vt l. minime ff. de conſt. Nec obſtat, quod in contrarium poſſet allegari. videlicet, quod dictus ſextus denarius expreſſe fuit ſtipulatus, quod ſoluatur domino directo eccleſiaſtico, & quod de dn̄o medio nihil dicatur, qa reſpondetur, quod ſeptimum, & quintum, quę reſpectiue ſoluuntur in prędiis de allodio eccleſię in prima emphyteuticatione nihil dicatur de ſecūda, nec aliis dominationibus, quia nondum erant forſan creatę. Sed ſi poſtea contingat ſubemphyteuticatio, ipſe dominus medius, qui de nouo, ſeu poſtea factus eſt, per ipſam ſubemphyteuticationem habet, & habere debet dictorum ſeptimi, & quinti partem iuxta mentem dictę arbitralis ſententię, & aliorum iurium huius patrię diſpoſitionem, niſi dominus directus expreſſe vetuerit. Et ſic teneo, quod ipſe dominus medius hoc caſu habet, & habere debet partem laudemii. Nunc reſtat videre, qualiter ille ſextus denarius eſt diuidendus, ad quod ſciendum, oportet reminiſci priuilegii domini Reueren. Pe. ſecunda ſupra inſerti in ſecunda cellula, numero primo quo cauetur, laycos non poſſe recipere pro laudemio, niſi duos ſolidos tantum pro qualibet libra totius pretii. qui quidem layci, quando ſunt domini medii in prædio de allodio eccleſię, ſiue vrbano, ſiue ruſtico, ſi habent ſupra ſe alium dominum eccleſiaſticum, ſiue laycum, non recipiunt, nec recipere poſſunt niſi decem octo denarios, & hoc abunde probatur per dictum priuilegium dicti domini Reuerend. Pet. ſecundo ſupra inſertum, quod poſtea fuit confirmatum per dominum Alfonſum eiuſdem Dom. Regis primogenitum. Probatur etiam per ea, quę dicta ſunt ſupra in dicta ſecunda cellula primę principalis quęſtionis, his pręmiſſis, & ponderatis dico, quod ipſe laycus, qui eſt immediate infra eccleſiaſticum dominum allodialem in prædio, quod obligatum eſt ſoluere ſextum denarium de toto ipſo pretio non habet, niſi decem denarios pro qualibet libra, reliqui viginti duo denarii dabuntur domino allodiali eccleſiaſtico, & ſecundum hanc diuiſionē. & cōputū ipſius ſexti denarii dēt fieri diuiſio ī p̄diis de allodio eccię ex quorū alien. octau' denari' dat̄ p̄ laudem. & to-

liquum ſiue ſit maior, aut minor quant. habebit dñs eccleſiaſticus allodialis, & ſi domini medii ſunt duo, dominus medius exiſtens immediate, ſiue cors a cors poſt allodialem eccleſiaſticum habet ſex denarios tantum, & ſecundus exiſtens infra primum medium laycum habebit duodecim denarios, & ſi ipſi domini medii ſunt tres quilibet eorum habebit ſex denarios, & reſiduum habebit dominus allodialis eccleſiaſticus. Et iſta diuiſio debet fieri in dictis caſibus, quæ eſt amica, & germana huic noſtro iuri municipali, & hoc ĩ ciuitate Barcino. ſuburbiis proximis & im med. contiguis, & in hortis, & vineto eiuſdem. Quia extra pdicta loca omnes dñi medii exiſtentes infra dñm allodialem ſtant in nuda perceptione in rebus emphyteuticariis, vt in d. conſt. R. Caroli, inc. ſupra allegato, com moltes vegades. Et niſi emphyteuta vendens ſit extraneus, quo caſu ſit diuiſio medio per medium, vt ſupradictum eſt, & niſi res ſit feudalis, quoniam ſi feudalis eſt, diuiſio fit iuxta diſpoſitionem conſt. domini R. Pe. 3. curiæ Ceruariæ ca 3. Item ne ſuper laudemio. Et iſta diuiſio laudemii fuit omiſſa poni in ſententia arbitrali, in quo caſu recurrẽdum eſt ad ſtatuta, ſeu conſuetudines, & ſecundum ea, & eas eſt facienda diuiſio. Et aduertatis, quia in præſenti cellula nihil fuit dictum de diuiſione laudemij prouenientis ex alienatione rerum feudalium, & hoc fuit factum eo, quia huiuſmodi diuiſio dilucidior, breuior, & clarior fieri non poteſt, quam ſit in dicta conſtitutione R. Pet. 3. cap. 3. curiæ Ceruariæ. Quarequoties opus fuerit, recurre ad dict. conſtitutio. in fin. eiuſdem, ſecundum q̃ ſemper fiet diuiſio etiam in rebus emphyteuticariis, prætcrq̃ in ciuitate Barc. & in eius hortis, & vineto, & in aliis locis, in quib. ſuper diuiſione laudemii certa habent ſtatuta, vſus, ſeu conſuetudines.

VMMARIVM

1 *Fatica ex quibus contractibus competat.*
2 *Ius retinendi quid ſit.*
3 *Solemnitas l.fi.C.in Cathalonia non ſeruatur.*
4 *Retractus quid ſit.*
5 *Feudalia bona in Cathalonia ſunt redacta ad inſtar patrimonialium.*
6 *Emptor vtens fatica non poteſt retinere laudemium.*
7 *Viuens ſub lege, ſecundum legem viuere debet.*
8 *Dominus directus vtens fatica ſubiecit ſe omnibus oneribus rei.*
9 *Dominus vtens fatica an poſſit compenſare debitum ſoluendo pretium.*
10 *Conditio præciſa eſt implenda in forma.*
Retractus quid ſit.
11 *Dominus directus in venditione habet faticam.*
12 *Dominium directum habet vim attractiuam.*
13 *Triginta dies ad faticandum quando incipiant.*
Fatica quod tempus habet.
14 *Conſilium Beſſiani ſuper fatica.*
15 *Vtens fatica quid facere debet.*
16 *Inſtrumentum præſentatio per quem fieri debet.*
17 *Viuens ſub lege, ſecundum eam contrahere debet.*
18 *Dominus in fatica ſemper aliis præfertur.*
19 *Fatica an poſſit cedi.*
20 *Dominus in fatica ſemper aliis præfertur.*
21 *Conſuetudo epiſcopatus Gerundæ.*
22 *Quod vna via prohibetur alia concedi prohibetur.*
23 *Dominus directus quare cæteris præferatur.*
24 *Dominium directum quid ſit.*
Natura feudi, & emphyteuſis.
25 *Fiſcus aliquando cui vendere teneatur.*
26 *Statuta quam declarationem recipiant.*
27 *Domini non tenentur denunciare emphyteutis ſicut contra.*
28 *Fatica non vtitur dominus ante præſentationem inſtrumentorum.*
29 *Dolus & fraus nemini patrocinantur.*
30 *Terminus non eſt ſtatutus ad præſentandum inſtrumenta domino.*
31 *Dominus non poteſt retinere iure fatica in ſtabilimentis.*
32 *Fatica quando poteſt vti dominus.*
33 *Commodum emphyteutæ magis inſpicitur quam domini.*
34 *Feudum apit naturam gratiæ.*
35 *Vſusfructuarius an poſſit vti fatica.*
36 *Dominus vtens fatica ſuis pecuniis, an faciat fructus pro quantitate.*
37 *Dominus vtitur fatica, an vſufructuarius perdat laudemium.*
38 *Res ſi committatur cui applicabitur.*
39 *Dominus an poſſit purgare moram.*
40 *Emphyteuta an poſſit purgare moram.*
41 *Allodia diuerſa ſi vendantur an dominus habeat faticam.*
42 *Vnitas contractus prohibet faticam.*
43 *Res non affert tantam vtilitatem in parte quantum in toto.*
44 *Quando dominus non poteſt vti fatica.*
45 *Parum aut modicum pro nihilo reputantur.*
46 *Quando emphyteu. eſt conſulendum.*
47 *Alteri per alterum non infertur iniqua conditio.*
48 *Maritus an poſſit vti fatica iure ſibi in dotem conſtituta.*
49 *Conditio ſi dominus laudauerit.*
50 *Dominus directus quando videatur renuntiare faticæ.*
51 *Dominus quando priuetur fatica.*
52 *Proteſtatio quando prodeſt domino.*
53 *Beneficiatus non habet faticam ad ſui opus.*
54 *Fatica quando renunciata videtur.*
55 *Scientia rei alienatæ quantum durat.*
56 *Fatica quando tempore perdatur.*
57 *Dominus petendo laudemium renunciat faticæ.*
58 *Faticæ non poteſt promitti.*
59 *Fatica non poteſt promitti, & redditur nulla.*
60 *Syndalis ſuper fatica non promittenda.*
61 *Clauſula notariorum Gerundæ.*
Notariorum Gerundæ clauſula.
62 *Dominus pluribus laudantibus eis vnus præfertur ſi vult vti.*
63 *Fatica an poſſit cedi.*
64 *Fatica quando priuentur domini.*
65 *Conceſſio faticæ per tres potior eſt conceſſa per vnum.*
66 *Præſentatio inſtrumentorum prohibet reſilitionem.*
67 *Fatica vtens quid facere teneatur.*
68 *Præſentatio inſtrumentorum per quem fieri debet.*
69 *Præſentatio inſtrumentorum, quando non eſt ſpectanda.*
70 *Fraus nemini patrocinatur.*
71 *Dominus in retrouenditione non habet laudemium.*
72 *Dominus ſi vtitur fatica in pacto de retrouẽdendo ſi pretium ſibi reſtituatur tenetur reuendere.*
73 *Dominus rem fideicommiſſariam reſtituere tenet ſi fideicommiſſum habet locum.*
74 *Stimatio rei venditæ non debet fieri etiam ſi dominus hoc petat.*

TERTIA PRINCIPALIS
quæſtio, cui primo, & cui ſecundo debeatur fatica, & cui nunquam debetur.

ALtisſimi optimique ac omnipotentis Dei adiutus ſuffragio iam duas principales quæſtiones abſolui, tertia nunc principalis quæſt. tractanda ſe offert, ſcilicet ex quibus alienationibus debeatur ſeu competat retractus faticæ, ſiue ius retinendi, ſeu prælationis, quod nos in præſenti patria quotidie faticam appellamus dominis, pro quibus res quæ alienantur tenẽtur, ad cuius declarationem, & clariorem intellectum habendum eſt ſciendum, quod nos habemus ius reti-
1 nendi, & ius prælationis, & hoc vltimum in principatu Cathaloniæ communiter faticam appellamus, quæ quidem iura alterum non parum ab altero differt. Ius enim redimendi eſt,
2 quando volens vendere cogitur, & compellitur, quod vẽdat, aut quod verius dicitur, retrouendat illi, qui iam alias ſibi vẽdidit, vt eſt in venditione cum pacto de retrouendendo, quia
3 prius venditor habet actionem cogendi, & compellendi emptorem, vt ſibi retrouendat rem quam prius emerat, ſeu ſibi fuit vendita, vt in l. ſecunda, C. de pactis inter emptorem, & venditorem. & ibi ſcribentes. Ius vero prælationis, quam *fati*cam appellamus, iuxta noſtrum ius Cathaloniæ eſt, quando aliquis ſponte vendere volens cogitur, & compellitur vendere illi, qui dictum ius prælationis habet, vt ſcilicet, quando feudatarius, ſiue emphyteuta vult ſponte vendere rem, quam pro domino allodiali tenet, tunc dominus directus, & allodialis habet actionem, vt ſibi æque bonam conditionem offerenti vendat iure feudali, ſiue emphyteuticario, & præfertur extraneo emptori, & ex præmiſſis patet, quod dominus non habet ius cogendi, ſeu compellendi vel illum, vel emphyteutam, vt ſibi vendat, vt in iure redimendi, ſed habet ius, & actionem cogendi, & compellendi emphyteutam vendere volentem, quod ſibi vendat cœteris alijs prætermiſſis. Et quamuis illa venditio, quæ fit in vim iuris prælationis debeat fieri antequam emphyteuta vendat alii iuxta l. final. C. de iure emphyteut. tamen, quia in hoc principatu non ſeruatur ſolemnitas dictæ l. final. circa denunciationem domino faciendum, prout ſtatuitur in dicta l. quoniam non refert quod emphyteuta vendat prius cuilibet extraneo, poſtquam antequam tradat realem poſſeſſionem offerat inſtrumenta iam antea de venditione extraneo facta domino directo, quibus præſentatis ſi dominus vult vti iure, fatica ſuæ prælationis, non obſtante, quod alii fuerit res vendita, poterit iterum vendere domino directo, quia illa prima venditio habet in ſe nedum expreſſam conditionem in clauſula, ſaluis, ſed etiam tacitam, videlicet niſi dominus directus voluerit retinere, tunc firmantur alia inſtrã directa ipſi dño faciẽdo mẽtionẽ ĩ aliq; puenie-

ri

ti patriæ eius, quod præiudicium illud fuit vẽditum iam alij:
ſed dominus directus retinendo iure prælationis ipſum præ
dium voluit iure faticę, & iſta mentio eſt vtilis ne diſcurſu
temporis ſucceſſores illius, a quo res fuit ratione faticę euo-
cata, ſeu euicta, poſſent prætendere ius in illa re, ſimiliter cõ-
petit, iſtud ius prælationis ſiue faticę ex pacto & conuentio-
ne, videlicet ſi ego vendidi, donaui, ſeu aliter alienaui tibi ali
quam rem, vt ſi quandocunque illam vendas, ego ſeu ſucceſ
ſores mei pro eodem precio poſſimus illam retinere, & iſtud
ius prælationis eſt conuentionale, & tunc ſi tu, aut ſucceſ-
ſores tui vendant rem illam, ego & mei iure prælationis poſ-
4 ſumus retinere. † Præterea habemus ius retractus, & eſt quan
do tu vendidiſti alicui extraneo rem tuam extra conſangui-
nitatem, ſeu affinitatem tuam, & ego ſum de parentela tua,
& volo retrahere rem illam extraneo venditam, certè poſ-
ſum cogere illum extraneum, qui emit eam, quod illam
rem vendat mihi iure retractus generis, ſoluendo ſibi preciũ,
quod ſoluit dictus extraneus, & legales impenſas, quas ſuſti-
nuit ille, a quo retraho. Et ſic ius prælationis eſt, quando ven
ditio eſt in fieri, ius vero retractus eſt, quando venditio
eſt in facto eſſe, & auocatur ab extraneo emptore, qui cogi-
tur vendere volenti retrahere. Attamen in Cathalonia, in
5 qua bona feudalia, & emphyteuticaria ſunt redacta ad iſtar
patrimonialium quo ad ſucceſſionem, & in inſtituendo, do
nando legando & pro dote conſtituendo, & aliter inter vi-
uos alienando, vt in curia Ceruariæ Domini Reg. Pet. 3. cap.
3. Item ne ſuper laudemio, & in cap. ſi aliquis vaſallus in cõ-
memoratio Pet. Albert. & in vſa. ſi a vice comitibus, &
facit conſtitutio. R. Ferdinandi. pri. als ſcandols, in qua patria
(vt dictum eſt) non ſeruatur ſolemnitas dictæ l. fina. Codi. de
Iure emphyteu. circa denunciationes faciendas domino di-
recto per vaſallum vel emphyteutam, nec habemus conſue-
tudinem, ſeu conſtitutionem, nec aliud ius retrahendi per
6 conſanguineum ab emptore extraneo promiſcue vtimur
illis terminis iuris redimendi ſeu prælationis, vel retractus v-
num pro alio ſæpiſſime aſſumentes abſque aliqua differentia.
Et ſic iſtud ius retractus differt a iure redimẽdi, & a iure præ-
lationis, quamuis accedat magis ad ius prælationis, quam ad
ius retractus. Sed pone, quod aliquis vendidit aliquam rem
7 feudalem, vel emphyteuticam, & emptor iam ſoluit preciũ,
quo ſoluto præſentantur inſtrumenta alienationis domino
directo, vt ipſa firmet, aut vtatur fatica, & ipſe vtitur fatica,
prout poteſt rem ſibi retinendo, & in ſolutione precij per ip
ſum facienda vult retinere aliqua laudemia a venditore, ſeu
prædeceſſoribus debita, vtrum hoc facere poſſit, & videtur
dicendum, quod ſic, ceſſione tamen reſeruata per dominum
vtentem facienda ipſi nouo emptori a quo euocatur pro re-
cuperando a venditore auctore ſuo: quia dominus, quamuis
vtatur fatica, non amittit iura in laudemiis, & penſionibus
ab antea ſibi debitis, immo ſalua ſemper ſibi remanent ſi-
mul cum actionibus ad dicta laudemia pertinentibus, pro
quibus res emphyteuticaria vendita eſt, obligata, & hypothe
cata, & ſic in ſubſidium videtur precium rei obligatum eſſe,
ſupra notata per glo. ſina. & Barto. in l. j. ff. de diſtractione pi-
gnorum. Contrarium eſt tenendum, tum, quia dominus dire
ctus non poteſt vti fatica, niſi refundendo precium emptori
a quo res ratione faticę auocatur, quia emptor habuit cau-
ſam onerofam, nec fuit factus locupletior ex precio ſibi reſu
ſo per dictum dominum vtentem, cum tantumdem ipſe ex-
burſauerit, & ſic nihil poteſt ei deduci, per tex. & ibi ſcriben-
tes in l. cum ſeruum, ff. de rebus creditis, & in l. i. C. de rebus
alienis non alienan. & in conſtitutio. R. Petri tertij, capi. ter.
curiæ Ceruariæ. Item ne ſuper laudemio, & multis alijs locis
in noſtro iure Cathalanorum etiam quia dominus directus
ſubiecit, & ſuppoſuit ſe omnibus oneribus, & hypothecis q-
bus ſubiectus, & ſuppoſitus fuiſſet emptor ex onerari debet
omnino, nec emptor ipſe tenet domino directo vtẽdi fatica-
de aliqua euictione cauere, cum ipſius emptio reducta fuerit
ad nõ cauſam eo præſertim, quia ipſi domino directo rema-
net integra omnis actio contra venditorem, & eius præde-
ceſſores, ad petendum, & exigendum laudemia debita, &
mnia arreragia. Sed ſi emphyteuta vendens eſt obligatus do
mino directo in aliquo debito liquido etiã ex aliqua aduẽ-
titia cauſa, quę non deſcendat x re vendita, an dominus ſol
uendo precium poterit compenſare precium cum illo debi-
to liquido, ita quod poſſit dicere venditori, tu debes mihi 25.
lib. ex precio 40. qui, vel talis marcantiæ accipe alia viginti-
quinque in pecunia numerata, & eris ſolutus in tuis 50. li. &
quidam dicunt, quod dicta compenſatio non debet admitti,
quia dominus vtens fatica, debet ſoluere totum integrum
precium in pecunia numerata, & hoc eſt de forma ſubſtan-
tiali, & neceſſaria in vtendo fatica, & non debet dominus
aliquid compenſare, ſed debet vnire per viam verę, & realis
8 ſolutionis totius precij, & non per viam compenſationis,
quæ eſt ſolutio ficta. Contrarium eſt verum, dummodo cõ-
penſatio ſit de debito claro, & liquido, quia tunc æquipol-
let verę & reali ſolutioni per tex. in l. qui debitor, ff. qui poti-
in pigno. habeantur, in illis verbis, nihil intei ſi ſoluerit, an
compenſauerit. l. amplius ff rem rat. hab. l. vel permutauerit,
ff. de libera. cauſ. vnde quamuis compẽſatio ſit ficta ſolutio,
vt tex. in l. Iulianus ait ff. de conditio. & demonſtrati. tamen
in ea verificatur, vel alia quæuis iuris diſpoſitio ſtricte loquẽs
in vera ſolutione, quia eſt eadem ratio, & omnino eundem
effectum facit, l. ſi mater, & ibi glo. & Docto. Codi. de Inſtit.
& ſubſtitu. ſub conditio. fact. quia quamuis conditio ſit præ-
ciſa, & implenda in forma ſpecifica, ut in l. qui hæredi. & in
l. Meuius, ff. de conditio. & demonſtratio tamen conditio
ſoluendi impletur compenſando, vt eſt tex. in l. peculium. §.
de illo, in fine. ff. de ſtatu liber. & in dicta l. Iulianus ait. Et re-
deundo quo digreſſus ſum, dico quod iſti retractatus, ſiue fa
ticę, ſiue ius prælationis, aut retinendi ex pluribus rationib.
debentur, aut competunt: nam aliquando retractus compe-
9 tit in vim ſtatuti, ſiue municipalis diſpoſitionis: ſunt enim in
multis mundi partibus complura ſtatuta, ſiue conſuetudi-
nes, prout fere in vniuerſa Galia, in Italia, & in pluribus lo-
cis, quibus ſtatuitur, quod quando aliquis vendit aliquam
proprietatem, ſiue prędium, proximior agnatus, ſeu conſan-
guineus ſoluendo precium, quod ab alio extraneo ſibi da-
tur, poteſt retrahere rem illam venditam, idque intra annũ
& diem, capitu. conſtitutus, de conſtitu. in integ. & pręfertur
extraneo de conſuetudine Galliæ. vnde Caſſa. in conſuetud.
Burgund. titu. tertio. de retract. lignag. & Nicolaus Boerius,
in conſuetudi. Biturigum, eodem titulo, & Andrea Tiraquel.
in libro de vtroque retractu. de iſto autem retractu complu
res Doctores in iure ſcribentes, multa dixerunt, & aliqui ex
eis retractus de eo ediderunt. Qui quidem retractus fuit co
gnitus tempore veteris Teſt. vt Leuitici. 25. capitu. Ruth. 4. c.
& Hieremiæ 23. & contra hunc retractum fuit edita l. dudũ,
C. de contrahen. emptione, & venditio. & iſtum retractum
10 non habemus in præſenti ciuitate, nec in toto Cathaloniæ
principatu. Eſt etiam alius retractus, ſiue fatica, quæ dicitur
conuentionalis, quando ſcilicet aliquis vendit aliquam rem
immobilem cum pacto, quod intra certum tempus, aut quã
docunque voluerit reſtituere precium, quod poſſit recupe
rare prædium, ſiue rem venditam, & de hoc fuit dictum ſu-
pra in decima cellula, & etiam in præſenti. Eſt præterea alius
retractus, qñ ſcilicet debitor vendit aliq̃ rẽ, tunc creditores ꝓ
feruntur alijs, qui non ſunt creditores, & q creditor eſt maio-
tis ſummę præfertur cæteris minoris ſummę, & de illo retractu,
ſiue iure retinendi, eſt text. in l. pri. ff. de priuilegiis credito-
rum. & ibi Bart. & de iſto retractu nihil ad noſtram materiã.
Et omiſſis alijs, eſt quidam alius retractus, qui competit ex
natura, ſeu qualitate rei puta, quia feudalis vel emphyteuti-
caria eſt, & de iſto retractu, ſeu fatica eſt noſtra materia in
hac tertia principali quæſtione. Præterea eſt ſciendum, quod
quando emphyteuta vendit rem quam tenet ſub dominio,
& allodio alicuius domini directi, ſeu ſua melioramenta,
dominus directus ipſius rei poteſt eam retinere iure faticę,
ſuę prælationis, & recuperamenti, ſiue recobtii ſoluẽdo em-
phyteutæ vendenti quantum ab alio ei datur, probatur hoc
per l. fina. Codi. de iure emphyteuti. verſicu. ſi quidem domi-
nus maluerit, in capitu. potuit, ext. de loca. & in capitu. pri-
mo. §. porro, qualiter olim feud. aliena. poteſt. & ibi Bald. &
Cardinal. Alexand. poſt Aluaro. & text. & quæ notant Do-
ctor. & Lucas de Pen. in l. de metall. & metall. lib. xi. Codi de
& in conſtitu. R. Pet. 3. capitu. 3. curiæ Ceruariæ. Item ne ſu-
per laudemio & in priuilegio recognouerunt proceres. cap.
in conſuetudi. 3. 4. & multis alijs, & tex. in l. fina. §. finautem
in tempore ſtatuto. vbi diſponitur, quod ſi creditor effectus
dominus rei pignoratæ vult illam vendere, tenetur vendere
prius priori domino, quam alij, & facit tex. in l. emptione, ff.
de mino. vbi minor præferri debet in emptione rei, quæ fuit
maiorum ſuorum, & quod voluit Ancha. conſilio ducente-
ſimo vigeſimo tertio. vbi tenet, quod emphyteuſim reuerſã
ad dominum propter finitam generationem tenetur domi-
nus potius concedere illis de generatione, quam aliis extra-
neis facit etiam, quod not. Alexand. de Imo. in l pri. Codi. de
dolo malo. vbi dicit, quod ille qui emit a creditore rem pig-
noratã, tenetur reddere fratribus ſuis, qui obligarunt eam, ſi
offerant ei precium, faciunt etiam notata per Bald. in conſi.
nono. factum tale, colum. pri. vbi dicit quod dominiũ dire-
ctum habet vim attractiuam domnij vtilis, quod ab eo libe-
12 ra domini voluntate exiuit. Et ob id ſi emphyteuta vult ven-
dere ius ſuum emphyteuticum, ſeu ſua melioramenta, non
poteſt vendere cui vult, niſi prius data fatica, ſiue retractu tri
ginta dierum domino allodiali, & directo, per quos ipſe do-
minus habet expectari, an ipſe dominus directus vellet eme
re pro illo precio, quod ab alio inuenitur, & hoc eſt etiam
de

de iure huius patriç per conſtitutiones domini R. Pet.3.cap.
3.Item ne ſuper laude. in verbo aiullans curiæ Ceruariæ,&
ibi Thom.Mieres & tex.& ibi Ioan.de Succarra. in Comme-
mo Pet.Albert cautum,& in priuilegio,recognouerunt pro
ceres,conceſſo ciuibus Barcinonæ.Item ſi emphyteuta ven-
dit,& idem Ioan.de Succarrat. in dictis commemorati. cap.
Item eſt conſuetud & in ſententia arbitrali lata inter clerum,
& ciues Barcinonæ per Dominum R.ſecundum, & Epiſco-
pum Valentinum ſuper ſolutione laudemiorum in verſicu.
declarants no res menys,& tex. in ipſius commemo. capit.ſi
aliquis habet hominem, ſiue vaſallum.§. item non poteſt
vaſallus,& in cap.Item vaſallus habet,in verſicu. Item vaſal
lus non poteſt vendere.& glo.in vſa.ſi quis ſuum feudum,in
verbo,ſiue conſenſu,vel dic,vt deferatur domino, quæ alle-
gat conſuetudinem , & in pluribus vſantijs ſcriptis Barcino-
nç,& de hac fatica,ſiue iure retinendi, non ſolum in præſen
ti prĩcipatu,ſed per totam fere, rempublicam Chriſtianam,
ſolet expreſſe paciſci in inſtrumento conceſſionis in emphy
teuſim,& illi triginta dies intra quos licet vti fatica in Ca-
thalonia,incipiunt currere a tempore, quo dominus ſciuit
venditionem fore perfectam, & inſtrumenta ſunt ſibi præſẽ
tata,infra quos dominus directus retinere volẽs debet offer-
re,deponere,& conſignare precium,quod ab alio datur pro
ipſa re vendita,& legales impenſas,quas qui empturus erat,
fecit pro emptione,quæ ſunt debita realia ſalaria inſtrumen
torum gabella , & aliæ neceſſariæ ex parte emptoris, ita in
terminis tenet Thom.Mieres in conſtitutio R. Pet.3.capit.1.
Item ne ſuper laudemio,fol.ibi colum.4. ꝙ hoc ſi dominus
ſciuit,quantum eſt precium : ſin autem ſufficit domino reti-
nere volenti,quãtitatem,quæ videatur eſſe precium rei iux-
ta communem æſtimationem cum proteſtatione , quod ſi
precium erit maius,quod ipſum ſupplebit, ita tenet Boerius
in conſuetu.Biturigum,in titu.de conſuetud.retractus §.4.&
facit l.ſtatu liber.rationum, ff. de ſtatu liber.quem tex.indu-
cit Angel.in l.4.de re iudicata , quia allegat etiam l.ſeruus ſi
hæredi.§ fina.ff.de ſtatu liber. vel depoſito communi precio,
vltra ipſum deponatur aliqua parua quantitas,quam faciat
valere reſiduum cum præſtatione cautionis,cum idoneis fi-
deiuſſoribus.Ita vidi iudicari in regia audientia Cathaloniæ
in quadam cauſa,quæ ibi vertebatur inter nobilem Don Pe
trum de Aymeric,ex vna,& quẽdam T.Balles opidi de Mo-
ya partibus ex altera,& ita tenet Ioan. Beſaianus in conſue-
tudinibus Aluerinç,arti. 30. in titulo de retractu , hoc idem
tenet Iaſ.in l.qui Romæ.§.Seia. ff. de verborum obligationi.
vbi dicit, quod non ſufficit conſignare pecuniam incluſam
in crumena,vel in ſacculo,ſine numeratione,& Ange.Are-
tinus in § cum precium, Inſtitu. de emptione Iaſ. in l. Titiæ
textatores,ff.de legat.primo.ego circa hæc facerem,quæ con
ſuluit Beſaianus in dictis conſuetudinibus Aluerinæ, titu.de
feudis.arti.v.† vbi dicit tria eſſe facienda per eum cui cõceſ-
16 ſa fatica eſt,primo debet interpellare emptorem in præſen-
tia notarij,& teſtium,quod hodie fit cum illa ſcriptura, qua
dominus declarat ſe velle vti fatica,vt recipiat ſummam pro
re empta ab eo ſolutam vna cum omnibus alijs expen. &
quod prædium venditum. ſeu emptum ſibi reuendat in ca-
ſu retractus,in caſu faticç,ꝙ preciũ & expenſas recipiat. Se-
cundo ſi id facere recuſet, faciat eum citare intra terminum
præfixum , ad vtendum fatica a iure, ad videndum dictam
conſignationem dicti precij,& expenſarum fieri iudiciali ter
tio ſtatim poſt requiſitionem faciat eum citare,vt videat cõ
ſignationem fieri in manibus alicuius tertij,qui ſit legitimus
depoſitarius , aut talis perſona in cuius poſſe depoſitum cu-
ſtodiatur,& ijs tribus ſubſequutis, vti volens fatica erit tutus
& ſecurus , & tempus datum ad vtendum non poterit præ-
ſcribi,alias niſi intra tempus prçfixum ad vtendum fatica nõ
faciat prçdicta,priuabitur fatica pro illa vice lapſis dictis 30.
diebus,& hoc eſt verum,niſi ſtatutum , ſeu conſuetudo ſu-
per hoc aliud diſponat:& vt domini directi , habeant iſtam
notitiam ſufficit, quod ipſi domini ſunt certificati per obla-
tionem inſtrumentorum de alienatione factorum, vel quia
iam alias ad eorum peruenit notitiam ,.ita tenet Iacobus de
Calitio,in vſa.Caslani,fol.83.colum.4 & probatur per glo.ĩ
l.emptor fundi.§ de emptio.& latius per l.pri.de actio empti,
& vẽditi. puta per receptionem cenſuum, aut aliorum iuriũ
per multos annos.Sed non ſufficit inſtrumentorum præſen
tatio facta per quendam tertium,vt ſupra eſt dictum.Sed an
17 habeat dominus 30. annos, videatis notata per Doctores
praticos in vſa.Caslani,& ſignanter per Iacobum de Calic.
fol.34.colum.3.vbi hæc latius habentur,& Ioan. de Succar-
rat.in capi.cautum,pagi.559.numero decimoquarto.colu.3.
Et illud tempus,intra quod tempus eſt admittendus ad retra
hendum ſecundum quoſdam poſſunt partes prohibito vo-
luntatis prorogare, vel abbreuiare, cum nullus ſit contra-
ctus,qui magis ſit capax pactorum quam iſte cõtractus em-
phyteuticus,cuius natura cõſiſtit in pactis, vt dicit dominus
Calder.in conſilio 7.titu.de feu.& Cardina. Alexand. in cap.
j.quo tempore miles inueſtituram petere debet , & Boerius
in conſuetu.titu.de conſue.feudo.& cenſua.§ 5.Alij dicunt,
quod non pote abbreuiari,aut prorogari,& ita tenet Alexã.
in conſilio vigeſimoquarto. libro 4. ſi dictum tempus ſit a
conſuetudine inductum:nam conſuetudo habet vim pacti,
vt tenet Boeri.in dictis conſuetud. Biturgium , eodem titu.§.
primo.& clarius Bald. in conſilio 250. Quia ſtatuta inſunt
18 contractibus,ac eſſet expreſſe in pacto deductum , vt in l.ſi
19 fundus,ff.de empt.† Quicunque enim,qui ſub lege viuit , ſe-
cundum illam legem contrahere videtur, vt ff.de pact.l.ſi v-
nus §.quando.de iure autem ciuili domino detrahere volen
ti dantur duo menſes,vt in l.fina. Codi.de iure emphyteu.&
ibi glo.& in cap.potuit,extra de loca.& ibi Abb. Panormit.
& dictus Petrus Iacob.in tractatu libellorum , in libello de
actio.in rem pro re,quæ emphyteu.quæ cec.in commiſſum,
& hæc probantur ab omnibus & per noſtros Doctores pra-
ticos in vſa.ſi quis ſuum feu. de iure autem conſtitutionario
Cathaloniç,& localium Barcino.dantur 30.dies, vt in ſentẽ
tia arbitrali,& aliis iuribus ſupra allegatis,& ſic ſtat firmum
quod emphyteuta vendere uolens,tenetur prius denunciare
domino hoc effectu,vt ſi ipſe uult emere , cœteris prçferatᷣ.
Nec obſtat.l.dudum,Cod.de contrahen.emptio. & vendi.in
qua dicitur quod vnus quiſque poteſt vendere rem ſuam,cui
vult, reprobata l.qui cogebat vendere rem conſortib. agna-
tis,ſeu cognatis, quia dicta l. dudum, intelligitur in rebus al-
lodialibus a domino alterius non depen. in quibus nullum
alium recognoſcimus,niſi Deum, non autẽ in bonis feuda
libus,vel emphyteuticariis,vt in d.l.fina.Co.de iure emphyt.
& ibi, hunc patriç , in dicta l.dudum , in gloſ.& in iuribus
ſupra allegatis,& glo.in vſa ſi quis ſuum feud.fol. lxxxv. col.
20 2.in qua dicitur,quod ſiue dominus retinere vel rem ad pro
prios vſus, ſiue non , quod ſemper eſt ei deferendum.de di-
cto autem iure retinendi,ſiue prælationis,loquitur latius Pe
trus Iacob.in libello ſupra allega. & Iaſ.May. in dicta l.fina.
ſupra allegata,colum.116.& dictus Ioan.de Succarrat.in ca.
cautum,in commemora.Pet.Albet.numero lij. & Iacobus
Marqnil.in vſa.ſi quis ſuum feudum , ſolio 110.colum.pri.
verſicu. vndecimo. & Ioan. Belluga in ſuo ſpecul. principũ,
fol.centeſimooctuageſimoprimo.in prima pagi. & in capit.
primo.& porro,qualiter olim feudum alienari poterat , &
Caſſaneus in conſuetu Burgun.fol centeſimoquarantesimo-
octauo.colum.pri.in verbo,retenue.vbi dicit , quod ius non
poteſt alteri cçdi , cum quo concordant notata per Guido-
nem Papam in q.441.& per Prçpoſitum in dicto capitu. pri.
qualiter.ſed an poſſit cedi,vel non vide infra in 4.quæſtio. nu
mero xi.& ibi numero x.& ratio quare Doctores moti ſunt
ad tenendum,faticam non eſſe ceſſibile.de iſta fatica ſiue re-
tractu habetur in dict. conſtitut. R. Pet.3.capitulo tertio cu-
riæ Ceruariç.Item ne ſuper laudemio, & in priuilegio reco-
gnouerunt proceres.capitu.Item ſi emphyteuta vendit,& in
ſententia arbitrali ibi data fatica triginta dierum . & in pluri-
bus vſantijs ſcriptis Barcinonç , ſecundum quas non eſt du-
bium,quod dominus poteſt vti fatica, ſiue iure prælationis,
tam ad ſuum proprium vſum ,quam ad vſum alterius, ſcili-
cet illam alteri concedendo, & ſignanter per vſantiam deci-
mamoctauam incipien.& iſte tales poteſt ad opus ſui retine
re,vel alii concedere , & in quibuſdam alijs vſantiis ſcriptis
Barcinonç,& Ioannes de Succarrat.in capitu.cautum, pagi.
561.numero lviiij.ibi uel alteri concedere eos ſequitur Ioã.
Beſſian.in conſuetu Aluerinç,titu.14.in titulo de retractu.&
in titu.de feudis,arti. 14.tamen uidi ego quandam conſuetu-
dinem Epiſcopatus Gerundç , cuius tenor talis eſt. Item eſt
conſuetudo,quod ſi ruſticus uẽdit aliquid uel poſſeſſionem,
quod dominus,pro quo tenetur talis poſſeſſio,non poteſt il-
lam ſibi retinere , niſi illam uelit ad proprium uſum retine-
nere,& a contrario ſenſu iſtius uſantiæ poteſt dici, quod in
aliis partibus Cathalo.ubi non eſt talis conſuetud.eſt ceſſibi-
lis fatica,& ſic in uilla de Sylua campi Tarraconæ fatica , ſi-
ue ius prçlationis quotidie uenditur, & emens illius uigore
obtinet acquiſitionem fundi ſeu prçdii uenditi , ut latius in
quarta quæſtione principali dicitur , & de hac uide Andreã
Tiraquellum in libro de utroque retractu.Et iſta quæſtio,ſci
licet an fatica poſſit cedi,an non ſemper fuit uiſa mihi inuti-
lis,quia caſu quo dominus non poſſit cedere extraneo fati
cam,illud eſt uerum, quod poteſt retinere rem penes ſe iure
faticç,ſiue prælationis,& retinendo conſolidatur utile domi
nium cum directo, & poſtea poterit illam rem concedere in
emphyteuſim illi,cui uolebat concedere faticam, & ita in his
terminis tenet Ioan.de Succarra.in capit.cautum.in comme
mo.Pet.Alber.pagi.159. & ad illud poteſt moueri dominus
21 multis reſpectibus licitis, & honeſtis , uidelicet ne admittat
malum contrahentem, qui ſit ualde pauper, uel potentior,
vel

vel qui ſit capitaneus vel miles, vel perſona nimis priuilegie-
ta, vt clericus: per iſtas perſonas ſit deterior conditio domini
directi, & cauſis prædictis redduntur incapaces, vt tenent ſcri-
bentes, & ſignanter Iaſ. in l. fina. C. de iure emphyteu. nume.
97. Item vt poſſit in inſtrumento emphyteuticationis per eũ
faciendæ apponere aliqua pacta, vel maiorem annuum cen
ſum, vel ſi vẽdat, habeat maius precium & pluribus alijs reſ-
pectibus, vel ut poſſit eligere emphyteutam magis gratum,
& beniuolum: poſſunt enim prædicta ſine fraude fieri, & fit
ſine fraude, quod dominus directus retrahat animo, & intẽ-
tione habendi pro ſe, & hoc facto ſtatim incipiat pœnitere,
& habere animum alienandi, prout quilibet eſt moderator,
22 & arbiter rei ſuę, vt in l. in re mandata, C. mand. & in hoc nõ
videtur fieri quid illicitum, ni forte opponeretur de doctrina
Bal. in l. fi. C. ſine cenſu vel reliq. vbi tenet, quod illud facit, ꝙ
dicitur in cap. pri. quod alicui, de regul. iur. vbi dicitur, quod
illud, quod non licet nomine meo proprio, nõ licet alieno,
vide Ioannem Andre. in cap. poſtulaſti, de foro competenti:
vbi adducit multa, quod id quod prohibitum eſt vna via, a-
lia via concedi non debet, & facit argumentum, quod illud,
quod poteſt effici directo, non poteſt effici per obliquum, ſi-
ue indirectum, vt tenent ſcribentes in l. verbis ciuilibus ff. de
vulgari, & pupillari, & quæ dicit Beſſianus in cõſuetudinib.
23 Aluerinę, titu. de donatio articulo 121. Et ratio, quare domi
nus directus cœteris præferendus eſt, dicunt Doctores, quia
emphyteuta, vel vaſall⁹ habet a domino directo cauſam, ra-
tioni ergo congruit, vt ipſe dominus omnibus præferatur, vt
in l. cõgruit, de locatione prædiorum ciuilium, libro vndeci.
C. & eo præſertim, cum venditio fiat propter habendum pre
cium, & non intereſt emphyteutæ, a quo illud habeat, l. nu-
mis. ff. de in litem iur. Immo melius eſt emphyteutę, quod il-
lud habeat a domino, quam a quocunquen alio extraneo:
quia cum ipſum habet a domino, illud habet ſine denuncia
tione quinquageſimæ. ita probatum extitit in præludiis, in §.
præmitto præterea quod, per l. fina. & maxime in pſenti ciui
tate hortis, & vineto Barcinonę, vbi virtute ſtatutorum ven-
ditor de precio, quod habet, tenetur ſoluere laudemium, ut
fuit probatum ſupra in præludiis, in §. præmitto vltimo lo-
co. ego aliam rationem pręmiſſam confortantem adduce-
rem, videlicet, quod dominus allodialis, & directus eſt maior
dominus, quam dominus vtilis, ut tenet Petrus Iacobi in li-
bello de actione in rem pro re emphyteutica, quæ cecidit in
commiſſum, fol. vndeci. & Bartholo. Socinus in l. pri. ff. ad
l. Falcidiam, numero ſecundo. Nam directum, & allodiale
dominium, vt dicit Iacob. Marquil. & bene in vſa. ſi quis ſuũ
feudum, in quæſtio. vndeci. eſt quodam nobile rectum, & pri
mum ius dominationis, quod aliquis haber in re corporali
immobile, & utile dominium eſt quoddam ius dominatio-
nis in re corporali immobili a dominio directo diſtinctum
ex dicto directo dominio ex cõnſenſu, & voluntate domini
directi, & allodialis, & non eſt, vt dicit dict. Bartho. Socinus
in l. ſupra proxi. allega. niſi quædam commoditas vſus, quæ
24 commoditas, non niſi dominium debile, & tale, quod in vſi-
bus feudorum reputatur vſusfructus, ut in capi. quibus cauſis
feudum amittatur. Ergo cum dominus directus ſit primus
dominus, maior, & potentior ipſius rei in ipſa re, ratio eſt, ꝙ
ſi vult retinere ipſam rem cœteris aliis præferatur raione ſui
maioris primi, & potentioris dominii directi. Quod domi-
nium directum, vt ſupra dicebamus, habet vim attractiuam
vtilis dominij, ſiue attrahit ipſum vtile dominium ad ſe, vt
tenet Bald. conſi. 9. factum tale colu. j. libro j. & ipſum vtile
dominium habet ad directum, ſicut acceſſorium ad principa
le, & ab eo dependet tanquam a ſuo vero capite, & princi-
pio, cum quo ſemper vniſi, aggregari & conſolidari poptat.
Et in tantum hoc verum eſt, quod ſi emphyteuta inuenit xx.
lib. vel vendit precio viginti librarum, dominus directus reti
nere volens nõ vult dare niſi xv. libr. qa dicit id eſſe uerũ, &
commune precium rei emphyteuticę, tunc emphyteuta nõ
tenetur ei vendere, ſeu rem dimittere, & ita tenet Salycet.
in l. fina. Codi. de iure emphyteu. & Iaſ. ibi colum. 7. verſicu. 7.
quj allegat Bal. id tenentem in l. ſecun. in fi. Codi. de reſcindẽ-
da venditione. idem tenet Salyce. in l. dudum, Cod. de con-
trahen. emptio. & venditio. Ange. & Pau. de Caſt. Ioannes de
Imo. & Alexand. ibi, colum. penu. verſicu. quærit hic, in l. qui
Romę, §. cohæredes, ff. de uerborum obligatio. & Boerius in
conſuetud. Bituri. ſub rubri de retractu generis, vide infra in
4. quæſt. nume. & hoc eſt veriſſimum in pręſenti ciuitate, vbi
laudemium eſt pars prdcij, & non eſt pars æſtimationis, vt in
clauſulis ſeptimi, & quinti. Præterea de natura feudi, & em-
phyteuſis eſt, quod per ius retinendi res ipſa redeat ad ſuam
primæuam naturam, ut in capitu. cautum, in commemora.
Pet. Alber. & argumentum l. ſi vnus, ff. de pac. & ad hoc illa.
l. tota die allegatur, & ibi Bald & Iaſ. in 4. notabili, & text. in
cap. ab exordio, 35. diſtinc. & ibi glo. quæ dicit, quod non fit
iniuria rei, ſi reſtituitur ad ſuum præſtinum ſtatutum, & qũ
res de facili redeat ad primæuam naturam, tenet Abbas Pa
normita. conſilio vigeſimoquinto. verſic. ſed & hoc non ob-
ſtante. adde text. formalem in l. ſi vnus §. pactus ne de pete-
ret. ff. de pac. Nam vtile dominium, quod habet emphyteut.
exiuit a directo domini volente. conueniens eſt ergo, quod
dominus habeat faticam cœteris aliis præferatur talrem de
iure conſuetudinario Cathalonię, vt dicit dictus Ioannes de
Succarrat. in commemo. Pet. Alber. allegato cap. cautum, &
ad hoc bene faciunt notata per Bar. in l. i. in finalibus uerbis,
de metall. & metall. libro vndeci. C. per illum enim text. no-
tat Barto. quod ſi colonus vult uendere fructus ex fundo ꝑ
eum conducto, debet prius vendere domino, quam alij cui-
cunque iuſto precio Præterea videmus in fiſco, quod ſi ha-
bet rem communem cum alio, ſi eam vendere uult, debet
prius ſocium requirere antequam alij vendat, ita tenet Bald.
in l. ſecun. C. de communium rerum alienatione, & Barto. in
l j. in fi. de priuileg. creditor. & idem Barto. & Ange. in l. j §. ꝑ-
uenitur. ff. de aqua quoti. & æſtiua, per illum tex. cum glo. di-
cunt, quod quando finita eſt emphyteuſis per generationẽ
finitam, & dominus vult eandem rem in emphyteuſim con
cedere, quod tenetur potius concedere, illis de contrata, &
de illa mer generatione, quam aliis penitus extraneis conce-
dere videatis Pau. Caſt. conſi. 32. libro j. & Franciſcum Cur-
tium in conſi. 47. colum. 3. circa medium. Et in tantum hoc
eſt uerum, quod dominus debet pręferri, quod ut tenet Iaſ. i
l. fina. C. de iure emphyteu. & Bald. in l. Imperator, ff. de pact.
ſi ſtatuto, aut conſuetudine ſit cautum, quod uolens uende-
re dominium, teneatur prius uendere conſanguineo, vel cõ
iunctę perſonę, & ad iſtam emptionem concurrant domin⁹
directus rei emphyteuticę, & etiam conſanguineus, vel con-
iunctus, quod per tex. in dic. l fina. C. de iure emphyteu. domi
nus debet præferri non obſtante dicto ſtatuto, uel conſuetu-
dine, † quia ſtatuta recipiunt interpretationem examinatiuã,
25 declaratiuam, & expoſitiuam a iure communi, vt in l. ſecũ.
iunc. glo. C. de noxal. & hoc tenet Guille. de Cuneo Alberi.
de Roſate, Rayn. de Forli. & Bald. & Angel. in l. Imperator.
2. ff. de pact. Barto. in l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure, &
ſignanter ſuper vſa. ſi quis ſuum feudum. colum. 91. & Fol.
92. colum. 3. & ratio, quia conſuetudo generalis, vt admitta-
tur proximior, non vincit legem ſpecialem, quia dominus
directus ex lege ſpeciali tetinet ſcilicet, l. fina. Codi. de iu. em-
phyteu. & per ſententiam arbitralem latam inter clerum, &
ciues Barcinonę, & per conſtitu. R. Pet. 3. cap. 3. Item ne ſuper.
26 laudemio adiuuatur. † Et ſpecies non derogat generi, ut in l.
cohęredi. §. qui primum, ff. de vulga. & regula, generi, & hoc
tenet Bald. conſilio 250. libro 3. & hoc ita intelligo, niſi con-
ſuetudo expreſſe præferret conſanguineum. Reſtat ergo, ꝙ
dominus directus cœteris aliis emptoribus eſt præferendus,
ſi precium, quod ab alio inuenitur, dare uoluerit. Et prędicta
fatica, ſiue iure poteſt dominus uti, ut tenet dictus Petrus Ia-
cobi in dicto libello de actione in rem pro re, & quæ cecidit
in commiſſum in venditionis contractu, quia ibi in dicta l.
fina. C. de iure emphyteu. de dicto contractu veddítionis ex-
preſſe ſit mentio, & in ſentẽtia arbitrali lata ſuper ſolutione
laudemiorum, in verſicu. declarantes, & in conſtitutione R.
Ferdinandi j. als ſcandols. & in conſtitutio. R. P. 3. curię Cer-
uarię. Item ne ſuper laudemio. Et hic pono, quod ſi fiat uen-
26 ditio feudi emphyteuticarij cum dicto de retrouendendo,
ad certum tempus competit ſatica domino directo pro illo
certo tempore, ſi finito illo tempore, uel ſi fiat ſine tempo-
ris præfinitione ſtatim reſtituto precio aut ablato depoſi-
to, & conſignato obligatus eſt dominus directus reuendere,
& reſtituere venditori dictum ſundum emptum, uirtute di-
cti pacti, & iure faticæ: quia quamuis dominus in actu uten-
di ſatica non ſit proprie emptor, ſed magis recuperator, quia
auocat fundum ab emptore extraneo inuito, nec recuperan
do ab eo habet ius, ſeu cauſam, ſed potius a ſe ipſomet do-
mino, ſiue a iure ſuo, & propterea videatur ſicut priuatus, &
extraneus emptor, tamen poſt vſum ſaticæ quo ad modos
& conditiones, qualitates & onera in cõtractu poſita, ex
quo vſus eſt ſatica, cenſetur extraneus emptor, & ſubrogat⁹
in locum extranei emptoris in omnibus & per omnia, & ad
ſeruandum & complendum omnia in ipſo contractu poſita
tenetur, ſicut erat obligatus extraneus emptor, a quo ipſe
dominus directus auocauit rem iure faticę, & illa vnitio, &
conſſolidatio utilis dominij, cum directo eſt diſolubilis, & re
dibilis in priſtinum ſtatum adueniente luitione, & redem-
ptione. Et ſi uenditor haberet beneficium l. ſecun. C. de reſc.
uend. poſſet illam intentare, ſic contra dominum directum,
quemadmodum contra emptorem extraneum, a quo do-
minus directus auocauit fundum uirtute faticæ. † Et quod ha
27 beat dominus faticam, hoc intelligendum eſt, ſi partes feu-
dorum altera præſentauerint inſtrumentum uẽditionis, aut
alteriu

alterius alienationis, ex quo competit fatica domino, vt in
eo conſenſum ſuum adhibeat, nam tunc poſt inſtrumento-
rum prçſentationem incipit competere ius faticandi, ſeu vtē
di fatica, non ante ipſam inſtrumentorum præſentationem,
ita tenet dictus Petrus Iacobi in libello ſupra allegato, in ver.
Item a ſecunda atteſtatione. & communiter Doctores in l.
ab emptione, ff. de pact. & Ioan. de Succarrat. in commemo.
Pet. Alb. c. cautum, pag. 559. num. 55. & de hoc tex. in priuile-
legio, recognouerunt proceres, c. 81. Item cōcedimus, quod
aliquis non vendat, nec promittat, &c. & hoc intereſt reipu-
blicæ, quia res uenderetur minori, ſi fatica poſſet dari, conce
di, aut promittit, ante inſtrumentorum præſentationem, qa
nullus in re aliquid diceret in licitatione, poſtquam ſciret ſe
non poſſe rem habere, & Boer. in conſue. Biturigum, in titu.
de conſuetu. rerum feuda. §. 2. Nam ante inſtrumentorum p̄-
28 ſentationem re exiſtente integra, partes poſſunt legis auct.
communi conſenſu reſilire contractum rebus ſic ſtantibus,
vt in l. ab emptione, ff. de pact. & in l. 1. & 2. C. quando lic. ab
emptione diſcedere. & vide quç ſupra nota. ſunt ī prima prin
cip. q. in 12. cellula, vbi legitur, ex qua poſſeſſione debetur lau
demium duplicatum. & ratio eſt, vt dicit dictus Petrus Iaco
cobi, in d. libello, quia contractus nudus a traditione nō eſt
prohibitus, tenet hoc Bald. in ſeit. in titu. quib. mod. feu. amit.
c. aut ſi liuellario. & faciunt notata per eum in §. deniq;, quç
ſit prima cau. benefi. amitten. c. j. de prohib. feu. alie. pe Loth.
& in c. j. eodem titu. per Feder. tenet etiam Salice. in l. 2. C. de
iure emphy. & quamuis ita ſit, quod emphyteuta vēdere vo-
lens teneatur denunciare domino directo, ſi voluerit retine-
re iure faticç, tamē ſi dominus allodialis, ſiue medius, vult vē
dere i⁹ ſuum directum, ſeu mediam dominationem, ipſi nō
tenentur denunciare ſuo emphyteutç, ita probatur in prima
cella, in q. j. pag. 26. nume. 34. vbi ſuper hoc allegantur ali-
qua iura, non obſtante ratione æqualitatis ſeruādæ inter do-
minum, & emphyteutam, vt dicit Specu. in §. nunc aliqua, in
29 ver. 93. ſi c. fieri deberi, & poſt eum Salyce. allegando ad hoc
argumentum l. neceſſe, ff. de in diem addict. vbi eſt tex. quod
quando aliquis vendit alicui cum pacto addictionis in diē,
eo caſu venditor tenetur denunciare, quod ab alio inuenit,
poteſt allegari l. congruit, præallegata. & hoc quod dominus
non poteſt vti fatica ante inſtrumentorum præſentationem
ſibi factam, vel per venditorem, vel emptorem, ita intelligen
30 dum eſt, niſi partes cōtrahentes proceſſerint ad actum facti,
& realis traditionis, ſeu apprehenſionis, ſed ſteterint in termi
nis nudorum verborū, hoc eſt ante q̄ venditor tradiderit rē,
vel & emptor non occupauerit poſſeſſionem realem, quia
quia ſit alia fuerint ſubſequuta, & dominus non vult habere
laudemium duplicatum poterit vti fatica, quia tunc dicti vē
ditor, & emptor debēt puniri, & nō defendi, nec foueri, qm̄
dolus, & fraus, tranſgreſſio legis, & eorum culpa nemini pa-
trocinantur, vt in l. j. ff. de dolo malo, & ibi glo. & Ange. Are.
Inſtitu. de exceptio. §. ſequitur nume. 3. cum ſequētibus. Quo
niam ea quæ fiunt, aut vi, aut clam. aut inſidijs contrahentiū
ſuper re emphyteuti, non debēt noſcere domino directo: nō
enim çquum eſt, eos ex dolo vel calliditate, ſeu inſidiis ſuis
commodum reportare, vt inquit tex. in l. fi. C. de iureiur. l. nō
fraudantur. §. nemo ex ſuo delicto. ff. de regu. iur. facit illud,
malitiam, & dolum nemini patrocinari, c. 2. de dolo, & con-
tumacia. Et dicit Petrus Iacobi in libello ſupra allegato, fol.
11. col. 1. verſi. ſimiliter, non eſt ſtatutus aliquis terminus, in-
tra quem prima atteſtatio poſt celebrationem contractus
communi partium conſenſu, ſeu ipſa inſtrumentorum præ-
31 ſentatio habeat fieri, quia poſſunt ſtare quantum voluerint,
ſi non eſt per ſtatutum, ſeu conſuetudinem conſtitutus aliqs
terminus, intra quem contrahentes inſtrumentum venditio
nis, & emptionis habeant præſentare domino directo, ergo
contrahentes poſſunt ſtare quam diu voluerint, & illa fa-
cultas, & mora ceſſandi, & dilatandi inſtrumentorum prçſē-
tationem, non debet ipſis contrahentibus auferri, poſtquam
ceſſando prçſentare non committitur fraus, quæ aliquando
committi poteſt ſcilicet, ſi contrahentes facta alienatione, &
venditione, per celebrationem conſenſus timentes ne domī
nus directus vtatur fatica, ſi ipſi præſentantur inſtrumenta
confingunt, & ſimulant contractum locationis, & cōductio
nis, nam hoc caſu propter talem fraudem poſſet habere lo-
cum commiſſum, ſiue caducitatis, per c. i. priuilegij, recogno
uerunt proceres, & ea quæ adducit Iacob. Marquil. in vſati. ſi
quis baiuliam in fi. quia dicta fatica non poteſt, nec debet
domino directo per illicitas, & exquiſitas vias, & fraudes au-
ferri, & in materia huiuſmodi quæ capax fraudis eſt ſufficiūt
faciles probationes ſecundum opinionem ſcribentium, vt
32 probatum ſupra in 2. cellula nume. xxxiiij. Item poteſt vti fa-
tica, ſeu iure prçlationis illam etiam alteri concedendo ī in-
ſtrumento conceſſionis in emphyteuſim, non tamen ad o-
pus retinendi in contractu cōceſſioni, in emphyteuſim, ſiue
ſtabilimenti, quando contingit, quod primus emphyteuta
aut alius deinceps, vult re alteri ſub ſtabilire, ſeu in emphy-
teuſim concedere, quia in dicto contractu transfertur domi
nium, vt notatur ff. de acquiren. poſſeſſione l. ſi quis ante, &
quod poſſit uti fatica alteri concedendo, & non ſibi retinen
do, probatur per vſantias ſcriptas Barcinonæ c. 13. & c. 23. &
& per conſtit. R. Caroli. Item com moltes vegades, in prima
curia Barcino. & etiam probatur per ea, quæ notata ſunt inſ.
in quarta princip. q. in principio, vbi agitur, quod ea quç na-
turaliter fieri non poſſunt, nec poſſunt fieri per artem, quia
ſic, ſeruus eſſet maior ſuo domino. Item in contractu, do ut
des, ſi res pro certa pecunia numerata, nam licet non ſit ven
ditio, vt ff. de condictio. cauſa data. l. fi. Item ſi res detur p̄ pe-
cunia numera. quod poteſt accidere, & euenire, ut C. de em
ptio. l. ſi prçdium. Item ſi res detur ex cauſa tranſactionis, ac-
cepta pecunia numerata, quamuis hoc caſu Caſſaneus in ꝯ-
ſuetu. Burgun. fol. 34. col. 1. in fi. quia allegat l. ſi pro fundo. C.
de tranſactionibus, & ibi Bar. dicat, quod dominus in dicto
caſu tranſactionis priuetur fatica, ſiue iure retinendi. Item
quando res datur pro certa menſura bladij, vel pro certo pō
dere olei, aut alterius rei recipientis functionem in ſuo gene
re, ſicut pecunia numerata, vt ff. de reb. cre. l. ſecun. Nam tan
tum valet emphyteutæ illa recipere a domino volente, vti ea
dare, ſicut ab alio extraneo, & ſic in prædictis caſibus domi-
nus poterit rem retinere pro eodem pondere, numero, vel
menſura, quia in illis eſt eadem ratio, ergo idem ius, argum.
l. fi. C. ad l. Falcid. Item ratio diuerſitatis bono modo reddi
non poteſt, ergo ſit idem ius, ut eſt argum. l. a Titio. ff. de ver-
borum obliga. Item in quocunque contractu alienationis,
in quo ſine incommodo. emphyteutæ dominus poterit præ-
ſtare ipſi emphyteutæ illud, quod alius pro illa alienatione
præſtat, quod incommodum inſpicit illa l. fina. C. de iure em
phy. ibi dum dicit, & ex commodum emphyteutç depereat,
& facit l. 2. §. item Verus. ff. de aqua plu. arcen. In iſto enim cō
tractu emphyteutico magis inſpicitur commodum emphy-
teutæ, quam domini, & ratio eſt, quia dominus non celebrat
hunc contractum ratione ſui commodi principaliter, quia
ſæpiſſime contingit, quod pro parua penſione conceditur in
emphyteuſim res, quæ eſt magni valoris, nec in hoc contra-
ctu habet locum, l. ſecun. C. de reſcind. vend. nec c. cum dile-
ctus, nec c. cum extra, de emptio. & venditio. nec glo. ubi po-
ſitç, ita tenet Specu. in titu. de emptio. & vend. §. nunc viden-
dum. verſi. quid de conceſſione in emphyteu. & Bal. in rubri.
C. de iure emphyteu. in verſi. quçro an valeat inſtrumentū.
& pro hac opinione facit illa ratio, quod res magni valoris
poteſt dari in emphyteuſim, pro parua penſione, etiam citra
dimidiam iuſti precij, ſiue valoris eo, quia emphyteuta obli-
gat ſe perpetuo ad ſolutionem canonis, etiam ſi res periret p̄
maiori parte, & ad hæc vide bonum tex. in §. dudum, in Au-
then. de alien. Immo, vt dicit Iaſ. in l. j. in prin. C. de iure em-
phy. ex quo partem rē digniorem minore penſione ſcienter
concedunt in empeyteuſim donare uidentur, & propterea
dicit Specu. in titu. de feudis. §. nunc videndum. verſi. ſed tan-
33 tum quid, †quod feudum ſapit naturam gratiç, cuiuſmodi,
eſt etiam emphyteuſis, quia in pluribus parificantur, ut tenēt
Doctores. propterea d. l. 2. C. de reſcindenda vendi. in contra-
ctu emphyteutico non hēbet locum. Attamen Bald. in di. l.
& etiam, in c. cum cauſam inter çconomum, extra de reſti-
tutio. ſpoliato. & Ange. in l. de quibus, in 6. colum. circa finē,
ff. de legi. tenent contrarium. ſed eorum opinio non tenetur,
& ſic magis inſpicitur commodum emphyteutç, quam eius
domini, rationibus prçdictis. Sed quæro, an vſufructuarius
poſſit uti fatica in re, in qua habet vſumfructū, an uero nō?
Et dicendum eſt, quod aut ipſe vſufructuarius vult uti fatica
pro ſuo proprietario, & de eius pecunia, & non eſt dubium
quin poſſit vti fatica, aut vult uti fatica, vſufructuarius & de
ſuis propriis pecuniis, & tunc, quod hoc vltimo caſu poteſt
etiam vti fatica, & tunc eſt effectus, quod dominium utile
fundi perpetuo vnitur, & cōſolidatur proprietati, & proprie-
tario, & vſufructuarius in re conſolidata habebit eundem v-
ſufructum. Ex ijs inſurgit aliud dubium, ſcilicet an finito vſu-
fructu poſſit hæres dicti vſufructuarij, recipere, & recuperare
a domino proprietario precium, quod ſoluit vſufructuarius,
& uidetur dicendum, quod ſic, maxime ſi tam diu durauit
vſusfructus, quam fructu percepti, a re retracta. & conſolida-
ta tantum valent, quātum precium ſolutum per vſufructua
rium & vſu faticç, & conſolidatione, per id quod tenet Bal
in l. ſi procura. §. ſi tutores, in fi. ff. mandati, & in rubr. q. xv. C
de contrahen. emptio. & venditio. vbi dicit, quod procura-
tor, qui nomine domini emit, & de ſuo precio ſoluit, tenetur
fructus ex re empta perceptos computare in ſortem precij,
Iaſ. in l. 2. §. mutui datio. col. fi. ff. ſi certum peta. Sed contrariū
eſt verum, quia vſufructuarius non fecit fructus ſuos hoc ca-
ſu iure vſufructus, ſed iure precij per eum ſoluti, quare non
debet

debet eos computare, vt & Doctores in l. emptor, ff. de rei vẽdica. & ſic finito vſufructu reſtituit rem cõſolidatam, & vnitam non compenſatis fructibus, & recuperabit precium, quod ſoluit in conſolidatione conuerſum, & ratio eſt, quia redemptio, ſiue vſus faticç eſt genus impenſæ maioris, continentis perpetuam rei vtilitatem, quæ non ſpectat ad vſufructarium: vnde precium, quod ſoluit in conſolidatione repetet a proprietario, ut in l. cum quem. C. de vſufructu. non tamen poterit vſufructuarius cogere dominum ad reſtituendum dictũ precium, quia non fuit impenſa neceſſaria. At ſi dominus ipſe proprietarius nolit habere ratam dictam conſolidationẽ, & vnionem, & nõ vult precium reſtituere hęredi vſufructuarij, qui retraxit, & qui iure faticç vſus fuit, cogetur recipere hæc eadem vſufructuarij in emphyteutam. facit l. Iulianus, ſi quis colludendæ. Digeſtis de actionibus empti, & l. cum quę ritur. ff. de adminiſtratio. tuto. Sed ſi hæres vſufructuarij vellet rem emphyteuticam retinere, dominus proprietarius poſſet illum expellere refecto precio dicto hæredi: quod miſit in conſolidatione, & legalibus impenſis, ita tenent communiter Doctores. Mouet aliud dubium, dominus directus ſua pro
34 pria pecunia vtitur fatica in re, in qua ipſe eſt proprietarius: quæritur, an vſufructuarius habebit vſumfructum in ipſa re per proprietarium vnita, & conſolidata? & videtur dicẽdum, quod ſic, quia vnitur per modum acceſſionis ſundo principali, cuius eſt ſuarum pertinẽtiarum vſufructuarius habet vſum fructum. Præterea hæc conſolidatio non fit a noua cauſa, ſed virtute, & poteſtate dominicali ex ea competẽti, quæ eſt cauſa vetus, & intrinſeca re inexiſtens, & antea vſumfructum conſtitutum, & videtur, quod ſicut accidit proprietario quo ad proprietatem, ita & vſufructuario, quo ad vſumfructum, vt in his quæ ratione commiſſi, vel temporis finiti redeunt ad dominum, contrarium eſt tenendum, quia quamuis dominus directus aſſequatur vtile dominium nõ tanquam extraneus & priuatus, ſed tanquam dominus: tamẽ ius dominicum non eſt ſola cauſa per ſe exiſtens, ſed accedit numeratio precij, & legitimarum expenſarum, quas ſoluit proprietarius in conſolidatione, ſiue vnione, quæ eſt cauſa materialis, quæ adęquatur rei emphyteuticali, quod tali cẽſetur quanti venditum fuit prædium retentum, & conſolidatum. l. mortis cauſa capimus, ĩ fi. ff. de mortis cauſa donat. vnde dominus proprietarius non debet cogere, re, & precio, ſed debet habere commodum naturam, ff. de regu. iu. cum ſimilibus. Sed quæro hoc caſu, quando dominus directus emit in vim iuris prælationis, ſiue faticę, ſi vſufructuarius fruſtrabitur laudemio, quod ſolui debeat ex illa alienatione, in qua dominus directus vtitur fatica? dic, quod non, immo dominus directus tenebitur ſoluere illud, ſecundum loci illius conſuetudinem ipſi vſufructuario, quia facto domini directi, & proprietarij vſufructuarius nõ debet priuari ipſo laudemio: nam ſi dominus directus in vim iuris faticæ retraxit, debet ſoluere laudemium vſufructuario, quod dictus vſufructuarius aſſequeretur, ex illo extraneo emere volenti, a quo dominus directus in vim iure faticæ auocauit, & retraxit rem nec enim facto domini directi conditio vſufructuarij, deterior fieri debet, quia alteri per alterum, &c. Et ſic iſte caſus eſt, quod dominus directus nõ ſolum ex alienatione rei emphyteuticariæ, quæ ab eo tenetur non habebit laudemium, immo quod fortius eſt, illud tenebatur ſoluere, ſi ſumus extra ciuitatem, ſuburbia proxima, hortos & vinetum Barcin. quia vt ſæpius dictum eſt, intus dicta loca venditori incumbit onus ſoluendi laudemium, a quo vſufructuarius illud re-
35 cipiet. Iterum quæro, quid ſi vſufructuarius, de ſua propria pecunia vſus eſt fatica, & retraxit rem ab extraneo qui eam emit, tunc ipſe vſufructuarius toto tempore quo durabit vſusfructus, faciet fructus ſuos ſibi, tam ratione vſusfructus ſibi competentis, quam ratione intereſſe, precij, & expẽſarum, per ipſum in retrahendo ſolutarum, ſed finito vſufctu, cum res reſtituitur domino proprietario, ab eo recuperatur precium, & expenſæ ſolutæ pro retractu, ſeu vſu faticæ quæritur, an habebit vſufructuarius a domino directo, & proprietario laudemium. & ommiſſis rationibus, quę pro, et contra, adduci poſſent, dic, quod ſic: & ratio eſt, quia tunc vſufructuarius retrahet tanquam procurator domini, & non tanquam ipſe vſufructuarius, ſed tanquam extraneus, quare non debet omittere laudemium, quod lucrari debet tanquã vſufructuarius, quod eſſe non debet, cum debeat eſſe dominus deterioris conditionis, quam vſufructuarius circa fructus colligendos in re, ex qua debetur vſusfructus. Sed quæro, aliquis dominus directus locauit, aut vendidit, ſeu arrendauit ad tres quatuor aut quinque annos intra ſua emphyteuticaria cenſus, videlicet redditus & morabatinos, cum præceptione omnium tertiorum laudemiorum, & foriſcapiorum intra tempus arrendamenti, prouenturorum cum poteſtate vtendi faticis, ſi conductor retrahat in vim faticæ: aliquam rẽ venditam, de ſua propria pecunia, hoc facit, & facere cenſetur, ac ſi eſſet procurator domini: & propterea interim durante arrendamento faciet fructus ſuos, donec precium, & expẽſę, quas ſoluit ſibi reſtituantur ratione intereſſe eorum, quæ ſoluit, & nihilominus tanquam conductor habebit laudemium ex vnione & conſolidatione, quam fecit, quia dictum laudemium ad ipſum pertinet in vim ſuæ conductionis, & pacti appoſiti de lucrandis laudemijs, & vtendis faticis. Sed quæro, ſi res emphyteutica committatur ex aliqua cauſa, ex quibus habet locum commiſ. cui applicabitur, an proprietario, an vſufructuario? Hæc quæſtio recipit pro & contra, quod plurima argumenta: ſed eis ommiſſis, ſuper ea vide deciſionem Guido. Papę, quæſt. 477. & tene cum Oldrado conſilio centeſimoquaranteſimooctauo. vbi dicit, quod proprietario reiecta omni differentia vide etiam ſupra, in fine 1. principalis quæſtionis. Quæro, an dictum commiſſum fiat ipſo iure,
36 an per ſententiam? & dic, quod per ſententiam: & in hanc opinionem ferè omnes Doctores inclinant. Sed quæro, contrahentes præſentarunt inſtrumenta domino directo, vt ĩ eo firmaret dominij ratione, & ipſe dominus non firmauit ratione dominij, nec vſus eſt fatica intra 30. dies: quæritur, an dominus directus poſt lapſum dictorum 30. dierum poterit purgare moram, videlicet vt fatica, vel ea renunciata firmare inſtrumenta, & habere laudemium? & breuiter dic, quod ſi lapſis dictis 30. diebus res adhuc eſt integra, id eſt ſi non fuit proceſſum per venditorem ad tradendum poſſeſſionem corporalem emptori, vel ipſe emptor eam ex licentia ſibi conceſſa per venditorem non acceperit tali caſu dominus directus poteſt purgare moram, tam in vtendo fatica, quam in firmando inſtrumenta, & habere laudemium, ita tenet Pau. Caſtren. in l. qui Romę. §. cohæredes, ff. de verborum obliga. per l. ſicut, §. volũtate, ff. quibus modis pig. vel hypotheca ſoluit. vbi hoc aperte probatur. hoc etiam fouet Iaſ. in l. fina. in 8. notabili, C. de iure emphyteu. numero 53. vbi allegat plures Doctor. tenet etiam Franciſcus Mar. q. 678. & Ioan. And. in additio. ad Specu. in §. nunc aliqua. verſi. 102. per l. mancipiorum, ff. de optione lega. Si vero res non eſt integra, non poterit dominus purgare moram, a contrario ſenſu iurium ſupra allegatorum, quo ad vſum faticę, per ea quæ dicuntur infra, in 4. quæſtio. in fi. immo ſi fuit proceſſum ad traditionem rei, quod fieri poteſt, ut tenet Petr. Iacobi in libello de actione in rem pro re emphyteu. quæ ceci. in commiſſũ, in q. incipien. ſed quid, ſi tranſierint. Sed an emphyteut. poſt venditionem, & traditionem rei poſſit purgare moram, ſiue euadere pœnam laudemij duplicati, rem recuperando? Illa quæſtio recipit plura argumenta, prout eam tractat Franciſ. Mar. q. 569. tu dic, quod ſi per partes proceſſum eſt ad traditionem rei in vim contractus venditionis, aut alterius habilis ad transferendum dominiũ, & incontinenti antequam partes diuerſant, non eſt mutuo conſenſu receſſum, res cadit in commiſſum, aut in pœnam duplicati laudemij, quę pœna ĩ hac patria ſubrogata eſt loco commiſſi. Secus dicerem, ſi res tranſiret per plures perſonas in vim fideicommiſſi intra breue tempus, quod non excederet vnum annum, uide dictum Franciſcum Mar. in dicta quæſtione. & ratio eſt, quia poſtquã omnes illico mortui ſunt, non præſumuntur vixiſſe, ita tenet Iacobinus de ſancto Georgio in tract. feudorum, in verbo, et fœminis, numero xi. & de purgatione moræ dic, vt ſupra, cedulla 12. nu. lxi. Et nota, quod Doctores in pluribus locis dicunt, quod quando quis vnica emptione, & vnico precio emit plures res, ſiue plura tenimẽta, quæ ſint diuerſa allodia, dominus vnius rei non poteſt rem, quę ab eo tenetur, penes ſe retinere iure faticę, ſiue prçlationis. Et hoc veriſſimum puto, quando ex duobus allodiis cõtiguis fit vnicum prędium, ſeu tenimentum, vt Galli dicunt. & poſſumus adducere iſtã rationem, quę multum vrget, quia videlicet ſic prçter intentionem, & propriam voluntatem emptoris, incideret communionem, ad quam nemo inuitus compellitur, ut l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de conditione indeb. Et ratio eſt, quia communio multa affert icommoda, & difficultates, l. pater, §. dulciſſimis, & ibi Doctores ff. de legat. ſecun. & l. iure communi, & ibi Bald. ff. de ſeruit. vrbanorum prędio. & l. ſancimus, §. nec autem, C. de dona. & l. qui neque, in fi. ff. de rebus eorum Et dicit Bald. quod venditio partis multa inducit incommoda, in l. 1. §. his ita, in t. colnm. C. de caduci tollẽ. quare ne prędicta ſequantur, conuenit, quod dominus priuetur ipſa fatica. Et ſi quis dicat, quod hoc caſu, aut dominus directus, aut emphyteuta, aut vnus, uel alter debet grauari, & neſcitur quis eorum grauari debeat: dic, quod dominus debet grauari, & non emphyteuta, & hęc eſt mens Imperatoris in l. fi. in verſi. & ne ex hoc commodum emphyteu. pereat. C. de iure emphyt. vbi Imperator in rebus emphyteuticalibus a damno citius conſeruat emphyteutã quam dominum. & hęc faciunt, quando ex pluribus prędijs vrbanis, vel ruſticis, fit vnũ prędium

dium vrbanũ,vel ruſticum,ſiue vnum tenimentum . Sed
quid dicendum,ſi prædia ſunt ſeparata?dic,quod idem, & qđ
ſupra dictum eſt , quod emphiteuta , ſe obligat perpetuo ad
ſolutionem canonis,hoc eſt de iure ciuili, quia de iure huius
patriæ eſt aliud. §.66. ca.priuilegij, recognouerunt proceres,
quo cauetur inter alia , quod quilibet emphyteuta poteſt di-
mittere,quam tenet pro alio in emphyteuſim,& hęc probã-
tur per l.quod autem,& ſequen.& ĩ l. quod ſi vno,ff.de in diẽ
addictio.& in l.cum eiuſdem,ratio eſt, quia manifeſtum eſt,
emptorem, & venditorem velle contractum in omnibus re-
bus tenere,quia non eſt pręſumendum,quod totum emeret,
vt haberet partem tantum,& ſuper his,vide Iaſ.in l.ſtipulatio
nes non diuidunur,in repetitione,numero 20.& 21.vide etiã
42 glő.in l.ſcio,ff.de reſtitutio.in integrum.Aliam rationem af-
fert Guidop.in deciſi . 508. ſcilicet vnitatem contractus qui
non recipit diuiſionem,vt in l.ſtipulationes non diuiduntur,
ff.de verborum obligatio.quem ſequutus eſt Caſſaneus in cõ
ſuetud.Burgund.in titu.de cenſi.fol.348.ad hæc facit l.an pars.
ff.pro derelicto,& l.quidam culogio , C.de iure deliberandi,
& l.legatarius,ff.de lega.1.& l.ſi duo,ff.de cõtrahenda emptio
ne,& venditione,& Bal.in l.2.C.de contrahenda emption.&
& venditione.& pręſertim in venditio.cuius natura eſt indi-
uiſibilis,vt in l.cum ex cauſa.ff.de verb.obli.§. in ſoluendum.
& in l.4.§.fi.& iſtam opinionem amplectitur Beſſianus in cõ-
ſuetudinibus Aluernię,in titu.de retractu, articulo 33. & idẽ
in tit.,emphiteu.8.artic. vbi fundat hanc opinionem , nec diſ-
ſonat illud , quod tradit Andręas Tiraquellus in tractatu re-
tractus generis,in §.31.glo.1.& vnica,num.1. ſcilicet,quod ta
li caſu ſequeretur,quod qui non eſt dominus directus,vel me
dius haberet fatĩcam iure,in qua nullum haber dominium,
& multo melius declarat in eodem libro.§.23.num.6.cum ſe
quentibus.vendere enim,cum ſit factum,nõ eſt quid diuiduũ
ſed indiuiduum,& ita tenet Bar.in l. cui vſusfructus,ff.de vſu-
fructu legato,qui allegat gl.magnam in l.certi condictio, ff.ſi
certum petatur,& quod vendere & venditio ſit factum , pro-
batur per l.conſilio,ff.de curato.ſurio.& facta non diuidũtur,
vt tenẽt communiter Doctores in d.l.ſtipulationes non diui-
duntur.Mazouerius in ſuo tractatu de retractu,& retractus re
ſilitione ſeu reſciſſione,ver. Item ſi hæres vendiderit hęredita
tem,vel commů.vbi plura dicit notatu digna,quę hic nõ trãſ
ſcribo.Aliam rationem adduco , quia propter vnitatẽ pretij
non poteſt contractus diuidi.l.plura,ff.de ędili.& credo,quod
ſit verum,quod ſi in tali caſu dominus non habet faticam,&
arguo de l.interdum,ff.de aqua plu.arcen. a contrario ſenſu,
vbi cauetur,quod ratione adiuncti conceditur,quod ſimplici
ter non concederetur , & ſic ecõuerſo fatica,quæ ſimpliciter
conceditur ratione adiuncti denegatur,nec enim æquum eſ-
ſet,quod vnus dñs vteretur ſatica retinendo partem meliorẽ
alicuius tenimenti, ſiue prędii co niuncti,ſeu commixti cum
aliquo prędio minus vtili,vel prædium ſeparatum minus vti-
le,& prędiũ minus vtile remaneret emptori,quia ſępius ali-
quis emit prędium inutile cui commixtum,& annexum, vel
vnam rem propter aliam rex.eſt in l.ſi emptio.§. nec refert,ff.
de contrahen.emptio.& vendi.vẽditor in venditione grauа-
tur,niſi in toto teneret venditio,& ratio eſt,vt dicit Bal.in l.1.
C.communi.diuid.quia totum,plus æſtimatur quam pars idẽ
dicit Bar.in l.cui vſusfructus,ff.de vſufructu lega. vbi dicit, ꝙ
res non affert tantam vtilitatem in parte reſpectu partis, quã-
tum in toto reſpectu totius.Nec obſtat l.cui vſusfructus ratio
nibus ibi per Bar.adductis,& ſic ne emphiteuta dãno afficiatᷣ
congruum eſt,vt dominus priuetur fatica,ſiue iure retinendi
quæ ei debetũr,quando non vertitur damnum emphiteutę;
& nos alias,vide Albericum de Roſa.in l.ſi duo patroni,ff.de
iureiuran.& Iaſ.in l.fi.C.de iure emphiteu.& quæ infra hac ea
dem quæſt.dicuntur citra commodum emphiteu. & pro prę-
miſſis facit doctrina Bar.in l.ſi quis aliam pro alia,ff.de ſolut.
vbi dicitur,quod ſi duo vendiderunt cuidam fundum hoc pa
cto,vt emptor teneatur retrouendere eis vſque ad certum tẽ-
pus,& intra illud vnus ex venditoribus vult reemere partem
ſuam,non tenetur retrouendere partem illam , quem ſequitᷣ
Beſſianus in conſuetu.Aluetniæ,titulo de empti.10.articulo.
Et ex pręmiſſis poteſt dici contra aliquos tabelliones,qui in ſi
mili contingentia facti faciunt plura inſtrumẽta , ſcilicet vnũ
60 de uno quoque allodio ſiue tenimento , diuidendo pretium,
vt ſibi videtur in inſtrumento in ſingulas res,quod non ſolũ
non laudo,ſed vitupero.immo grauiter improbo , quia cum
inter contrahentes de omnibus tenimentis ſit actum vnico
pretio,ipſi tabelliones ipſum diuidere non debent,quia parãt
& aperiunt viam litibus,& controuerſiis,quoniam tunc ven
duntur plures res,ſiue tenimenta,quę ſunt,& mouentur de di
uerſo allodio,ſi pretium diuiditur in ſingulas res , non eſt du-
bium,quin dominus poſſit ſuam rem, quæ de allodio ſuo eſt
retinere,& etiam rem quę non eſt de ſuo allodio relinquere,
& hoc non ſolum quando in vno contractu ſeu inſtrumen-
to venditæ ſunt plures res pretiis in ſingulas res deſignatis.vt ſi
dicatur pro domibus viginti,& pro fundo viginti, cẽſentur eſ
ſent plures & diuerſę venditiones, vt probat dicta l.cum eiuſ
dem,& dicta l.l.ſi plures.ff.de ædilicio edicto.& l.quod ſępe.§.
vltimo,ff.de capti.& poſtlimi.reuer.cum multis ſimilibus.Sed
etiam quoniam vendũtur plures res vnico pretio,quod poſt-
ea in eodem inſtrumento ſeu contractu in ſingulas res diuidi
tur,verbi gratia vendo domum,& fundum,ducentis libris ſci
licet domum centum quinquaginta libris,& fundum quin-
quaginta libris.Nam & iſto caſu cenſebuntur eſſe plures ven-
ditiones,vt vult glo.in l.ædiles,§.ſi plura,& iterum in glo.ſeq.
& in §.vlti.& in gl.vltim.ff.de ędilicio edic.& Bar.in ſua diſpu
tatione incipiente,publicanus,& tunc ſtante ſtatuto:quod de
quolibet contractu ſoluatur gabella,ſoluentur plures gabel-
lę,quia plures ſunt contractus.Quare de omnibus proprieta-
tibus,vnum inſtrumentum faciendum eſt cum vnico pretio
in ſingulas res non diuiſo , & ita feci ego in emptione,quam
fécit diſcretus Antonius Segarra notarius,ciuis Barcinonę,de
domibus ſuis,ſitis in vico,quo itur a platea noua ad Cucurel
lam , quas emit in poſſe meo pretio ſexcentarum librarum
monetæ Barcinonæ,quitiarum a laudemio in quibus cũ ſint
tria allodia,vel quatuor,de omnibus allodis vnum feci inſtru
mentum dumtaxat cum vnico pretio,non in ſingulas res di-
uiſo, licet notarius in cuius poſſe venditor prędictas domos,
tam tunc vnitas emit fecerit de vno quoque allodio vnum ĩ
ſtrumentum ad partem cum diuiſione pretii in ſingulis allo-
diis.Eodem modo,vt ego feci,poſtea vidi fieri per Frãciſcum
Iouells,& Petrum Iouells,notarios publicos Barcinonę , in
emptione quã fecit magnificus Petrus Gort. I.V.D.ciuis Bar-
cinonę,de quibuſdam domibus ſitis in Vico , vulgo dicto de
Tremolet,qui tranſit coram domibus honor. conſilii com-
munis pręſentis ciuitatis Barcinonę quæ cũ ſint duo allodia-
lia,non fecerunt niſi unum inſtrumentum,in quo ego certis
de cauſis interueni,& ita fieri vidi,& ita eſt faciendum ,ſi par-
tes contrahentes non diuidunt pretium in ſingula res,& tunc
dominus non poteſt vti fatica ſeu iure retinendi , rationibus
ſupra adductis,niſi prædicta fierent data opera,& cõſulto ad
priuandum dominum fatica,quia tunc eſſet fraus, vel dolus,
qui nulli patrocinari debent.Nec obſtat,ſi quis poſſet dicere,ꝙ
precium neceſſario eſt diuidendum , ut poſſit commode lau-
demiũ vnicuiq; dño dari : quia illa diuiſio vt cõmode laude-
mium ſoluatur,eſt facilima, & poteſt fieri extra inſtrumentũ
per ſtimatores,& expertos illo eodem modo quo fieret,ſi fie-
rent plura inſtr̃a,aut ſi precium diuideretur in ſingulas res ad
hunc effectum tñ, vt laudemium commode ſoluatur , & in
iſta diuiſione non vertitur intereſſe,& ſi vertatur , eſt modici
intereſſe,& quod parum,aut modicum eſt, pro nihilo habe-
tur,arg.l.fructus, ff.ſol.matrimo.& de hoc eſt tex.in l. res bo-
na fide,ff.de contrah.empt.& vend & glo.in c.pp, ext.de loc.
& condu.& qñ diuiſio põt fieri ſine magno incõmodo,eſt ꝑ-
miſſa,ut in l.plerunque, ff.de ędilitio edicto. Et ſi diuideretur
precium in inſtr̃o faciendo de vnoquoque allodio , cum ſuo
precio in ſingulas res diuiſo , aliquis ex dñis poſſet vti fatica,
retinendo rem meliorẽ, rẽ vero minus vtilem relinquendo,
qđ eſſet maximum damnum emphyteutę vẽdentis eo pręſer
tim,qa ſi ſunt vrbana prędia,in diuiſione illa poſſunt recipe-
re maximam lęſionem,& ſic emens poſſet abſtinere,& vẽdẽs
maximo damno afficeretur.Si uero ſunt prędia ruſtica parie-
tibus clauſa eſſent aperienda & deteriorarẽtur, & emphyteu
ta damnificaretur , cuius commodo potius eſt cõſulendum,
quã dñi,quia tex.in l.fi.C.de iure emph. non facit mentionẽ,
niſi de commodo emphyteutę , ibi. & ex hoc commodum
emphyteutę depereat. Nec cuiquã hoc mirum eſſe debet,qđ
hoc caſu dñs priuetur fatica. Nam Caſſa.in §. 7. de feudis, in
coſuetu.Burg.dicit , communem eſſe ſcribentium opinionẽ,
quod qñ feudum habuit principium ab vno dño , qui deceſ-
ſit relictis plurib. hæredibus, qui iuxta morem patriæ omnes
poſsũt ſuccedere,uel ſi ſunt plures dñi feudales communiter,
& pro indiuiſo poſſidentes eundem feudum iure directi dñi
ſi ipſi plures dñi garuficant inter ſe,vnus contra alium, vaſal-
lus nullus eorum iurare tenetur , & ſic hoc caſu priuantur
iuuamine vaſalli.faciunt,quę dicit Bal.in l.vnica,§.ne autem,
C.de cadu.tollen.hoc etiam ſequitur Ioannes Beſſianus in cõ
ſuetu. Aluetnię,in titu.de Feudis,arti.45.& Caſſa. in d.§.7.ſup.
allegato, in gloſ.j.& Bal.in l.imperialem,§.præterea ducatus,
col.vltima,de prohib.feud.aliena.per Fede. in vſibus feu. Alia
ratio eſt,quam affert iuriſconſu. Vlpianus in l.plerunque.vbi
dicit, quod res non debet ſeparari , ſi cum magno damno ſe-
pararetur,idem dicitur in l.plerunque.ff.de ędilitio edicto ſu-
pra allegata.Et quamuis permiſſa uera eſſe credam nihilominus
nus ſunt aliqui qui non credunt habere locum in feudis , &
emphyteuſi , in quibus quamuis plures res vendantur unico
precio , & unico inſtrumento ſeu contractu , adhuc putant
dominum allodialem rem quæ ab eo tenetur poſſe retrahe-

re,

re,alioquin Ius domini poſſe illi auferri faciliter facto cōtrahentium,miſcendo aliquid etiam minimum,quod non eſſet in ſuo ſeudo,vel emphyteu.quod fieri non debet,§.ſed nō ſolum,in Authen. de nuptiis,neque alteri per alterum non debet iniqua conditio aſſerri,l.non debet,ff.de reg. iur.& l. cum debito,§.ſi vero,ff.de prob.& ibi concordant.Sed hæc ultima opinio probatis dolo,& fraude non iuuarent fraudantes, ſecus eſſet,ſi oēs res tenentur ab eo, & vellet vnam rem tātum retrahere,& aliam dimittere,quia tunc non poſſet m.ihi autem prima opinio placet plus,& pro ea ſunt notata per Bald. in tractatu prothomiceſes,in materia iuris congrui,num.20. & pro ea ſunt plures leges ſub titu.de omni agro deſerto.lib. xi.C.& ſignanter.l.hēdes,& inſcripti,& proxime ſequens, quæ
43 hanc opinionem valde iuuānt.Sed quæro an maritus,cui per vxorem ſuam in capitulis matrimon.aut aliter in dotem con ſtituti ſunt aliqui cēſus emphyteuticarii,quos vxor recipiebat ab aliquibus emphyteutis poſſit vti fatica,ſi res ipſa ſuper qua ipſi cenſus recipiuntur,alienatur tali alienatione ex qua de iure huius patriæ competat fatica,ſiue ius retinēdi?Et dic, quod eſt diſtinguēdum, quia ſi maritus vult retinere nomine ſuo ꝓprio,non poteſt,nec pœnes ſe,nec alteri cōcedendo,quia iſto caſu reputatur tanquam quilibet extraneus. Sed ſi vult retinere,& vti fatica ea ratione,quia dicti cenſus ſunt ſibi in dotem conſtituti:tunc ſub illo nomine, ſeu ſub illa qualitate maritali poterit,vti fatica etiam inuita vxore,etiam ea expreſſe ꝯdicente,quia ex dicta retentione non fit, nec fieri pōt præiudicium ipſi vxori,quin tunc dominium vtile, venditoris vnitur & conſolidatur dominationi ipſius vxoris,& maritus tūc habet adminiſtrationem & vſumfructum in illa re conſolidata, & vnita, ſicut in cæteris aliis rebus dotalibus ſibi conſtitutis. Attamen finito dicto vſufructu ſibi conſtituto debet vxor dicto ſuo marito,ſeu eius hęredibus reſtituere pretium,quod ipſe ſoluit pro vnione,& cōſolidatione per ipſum facta vna cū legalibus expenſis per eum in retrahendo ſuſtentis, niſi maritus & vxor in capitulis matrimonialibus pactauerint, & concordauerint inter ſe,quod melioramenta, ſeu conquæſtus factus durante matrimonio æqualiter inter eos diuidantur. Nā iſto caſu vxor iam acquiſiuit medietatem rei emptæ, & non reſtituet marito,ſeu eius hæredibus,niſi aliam medietatē pretii cum medietate dictarum impenſarum factarum & ſuæ faticæ,vide quæ ſupra notata ſunt in 2.preludio. Sed quęro, ſi antequam dominus directus ſciat venditionem eſſe factam emptor acceperit poſſeſſionem rei quam emit,& in ea fecerit aliquas operas,ſeu melioramenta,& dominus directus vtitur fatica,an emptor a quo res retrahitur perdat illas operas?dic, quod non immo dominus vtens fatica cogetur reſtituere valorem illarum ipſi emptori, a quo res auocatur, maxime ſi ſunt vtiles,& ſint factæ ſine aliqua fraude domini directi, nec dominus hoc caſu poteſt habere laudemium ſimplex,nec duplicatum,quia non permitrit emptorem habere rem emptā, ſecus eſſet ſi non vteretur fatica,& permitteret emptorem rē poſſidere,quia tunc poſſet habere laudemium duplicatum ꝑ tex.conſti.als ſcandols.Præterea dicit Iaſ.in l.fi. C. de iure emphy.col.159.ꝙ tunc dominus directus priuatur fatica, quando emphyteuta facit venditionem ſub conditione,ſi dominꝰ laudauerit,vel ſi eius conſenſus venditioni acceſſerit, dicens ibi,quod hoc idem tenet ibi Alber.de Roſa.idem tenet Batt. in l.quod ſępe.§.ſi quis amico,de contrahen.emp.& venditio. tenet ēt Guid.in deciſio.411.& ratio eſt,quia venditio ſub dicta conditione facta,eſt imperfecta,& de tali venditione imperfecta non debetur fatica,& perfecto conſertur in perſonā dñi, & ſic ſi ipſe laudat, & cōſentit,renūciant faticæ,veluti dictum eſt ſupra in ſecundo pręludio,& dicit etiam Iaſ.ꝙ dominus dicatur,ſiue laudet,ſiue nō laudet,non habet faticam,& ita tenet Boerius in conſue.Bituri.& ti.de conſuetudine rerū feudaliumi.n §.2.in fi.Et verum eſt, quod ſi dominus laudat, non habet faticam,quia tunc laudat venditionē,& loco eius recipit laudemium,& ſi non laudat, nō habet faticam, quia venditio habetur pro infecta,& eſt nulla, ac ſi facta non fuiſſet,& venditor remanet dominus in poſſeſſione rei, quam vēdere intendebat,quia non proceſſit ad dictū facti, puta realis traditionis rei,cum res vendita cum illa conditione nū ſit realiter,& de facto tradita,& ſic non eſt aliqua mutatio emphy-
49 teutę,nec alienatio rei,imo,dictus venditor.† Sed ſi pendente conditione præfata,ſcilicet ſi dominus laudauerit venditori, proceſſerit ad actum traditionis rei, vel emptor, vt & potentia clauſulæ ſimplicis conſtituti poſſeſſorii dictam corporalē apprehenderit poſſeſſionem,tunc dominium ſit tranſlatum in emptorem,vt in l.ſi ſub conditione,ff.de ſolutio.& ibi glo. quæ incipit facta eſt,quia ſequuta traditione patet alienatione rei,& mutatione pſona, ex quibus eſt locus vſui faticę,aut petitioni laudemii,& illius ſecūdum noſtra iura huius patriæ duplicati, & aliarum pœnarum iuxta diſpoſitionem conſti. D.R Ferdin.c.c.als ſcandols. Sed iſta cautela, ſine cōditio eſt nimis periculoſa, & valde ſuſpecta de fraude, cum per eam excludatur dominus a iure ſibi debito, quia ſequeretur rem emphiteuticam alienari,& dominum non habere faticam,ſine eius culpa,& facto,& per dictam uiam priuari ſuo iure,ꝙ totum machinamentum videtur,doloſum & captioſū, quæ omnia debent repelli inter dominum,& emphiteutam, vt in feudis in §.callidis,de proh.feu.alien. per Fed.Notarii vero ciuitatis Gerundę in ſuis inſtrumentis venditionum ſemp, ſeu frequenter vtuntur quadam clauſula q̄ eſt tenoris ſequentis· Volentes nos dicti contrahentes, quod huiuſmodi venditio nullū habeat effectū,ne vos dictus emptor rei per vos emptæ poſſeſſionē adipiſci poſſit donec iter vos dictō enptorē,& dñm directū fuerit concordatū de laudemio ſeu foriſcapio pro præſenti venditione eidem domino directo ſoluendo,cū nō intendamus,nec velimus huiuſmodi venditione facere neq; effectum habere,niſi dominus directus illam domini ratione laudet,& pro laudemio firmet.Sequuta uero dicta cōcordia inter vos dictum emptorem,& dominum directum habenda ſeu adhibenda eſt interim,decernimus atque volumꝰ in huiuſmodi venditore ſtare pro ſoluendo, & cancellando notario infraſcripto,ita,& taliter,quod ipſa uenditio nullum habeat effectum,neque habere cenſeatur,donec inſtrumētum per notarium fuerit abſoluta,vel cancellata. Actū eſt hoc,&c.& mihi videtur,quod clauſula duo intendit operari capita:vnum videlicet quoad uſum faticę,aliud quo ad habēdum remiſſionē alicuius partis laudemij,aduertatis ad eā, & ſuper intelligentia illius Gerunden.notarios conſulatis. Ego vero dico,quod poſſet hic dari aliqua cautela,ſecundum quēdam grauem Doctorem,quæ de iure ſuſtineri poſſet, per quā dñi allodialis priuarentur fatica in reali, & corporali diſtractione rei emphyteuticarię,& traderes poſſeſſionem realem eiuſdem rei ſoluendo,tamē laudemium,quam qa forſan aliqui ea abuterentur,non ex primam,ne fraudibus feneſtra aperiatū.Et dicit Andreas Tira. in tractatu retractus geueris.§. 24.
48 nu.11.pag.58.† quod ſi dominus directus petierit laudemiū, ab empuyteuta debente illud ſoluere etiam extraiudicium,viſus eſt renunciaſſe vſui faticæ per iura ibi ꝑ eū allegara. Plus dicit Mazouerius in tractatu de Loca.& iure iure emphyteu. fol.84.col.4.ubi dicit,quod ſi dominus directus ante, vel poſt venditionem dixerit in præſentia emphyteutæ nolle vti iure faticę,aut retentionis,quod ſi poſtea pœniteat, non admittiē eius pœnitentia,& probat per multa iura idem Mazouerius ī tit.de retractu,verſi.Item ſi ille cui competere poterat, & eos ſequitur Io.Beſſianus in conſue.Aluernię,in ti.de retractu,ar ti.7.idem Mazouerius in titu.de locato,& iure emphyteu.verſic.Item priuatur fatica,ſi poſt quam ſcieuerit alienationem annuali ſpacio tacuerit,& tex.eſt formalis in c.1.§.porro,in titu.qualiter olim poterat feudum alienaſi,& hoc tenet,& ſeqtur Iacob.de Sancto.Georgio in tracta.feudorum in verbo, q quidem inueſtitu.nume.59.Priuatur etiam dominus fatica, ſi receperit laudemium ex illa alienatione debitum, etiam ſi minimam partem.Priuatur etiam dominus fatica, ſi compoſuit ſuper ſibi ſoluendo laudemio,quia tacite videtur renunciaſſe vſui faticę,nam ſi duo competant alicui diſiunctim ęq; principaliter eligendo vnum pręiudicat ſibi in alio, vt tenet Rolandinus in tractatu notularum in rubri.de contractibus, & eorum diuiſionibus,fol.168.pagi.2.in principio 13.linea cū multis ſimilibus.Inſuper priuatur dominus fatica,ſi habuit ſidem de laudemio quia prędictis caſib.viſus eſt renunciaſſe faticæ ſeu prelationis iuri.Priuatur etiam dominus fatica,ſi poſt quam alienatio eſt facta,& inſtra dño pręſentata, ipſe dñs intra 30.dies non fuerit vſus fatica,quia priuatū pręſcriptione ſtatutaria,& pactionali huius patrię quę vult,quod dominus intra triginta dies vtatur,& vti habeat fatica, & in quolibet inſtrumēto eſt pactum.Priuatur etiam fatica dominus,ſi pręſentatis ſibi inſtrumentis factis de alienatione rei,cuius eſt dominus directus dixerit, vtēdo fatica retinebat rem iure faticę, ꝙ ad proprium vſum,& inde intra 30.dies non depoſuit pretiū nec legales impenſas factas ratione emptionis per emptorem a quo retrahitur res quia cum dicti 30.dies ſint ſtatutarii,niſi ī tra eos dominus vtens fatica pręſentauerit venditori vel potiꝰ emptori,quo retrahitur pretium,& legales impēſas depoſuerit & cōſignauerit in iudicio,ſeu publico depoſitario,fuit pręſcriptum domino illis 30.dieb.& priuatur fatica pro illa viee hoc tenet Ioan.Beſſian. in cōſuet.Aluernię,in ti.de retray t,an retinue articulis.4.& 5.& vide infra.Priuatur etiam fatica dominus quando,vna vel pluribus rebus venditis dominus directus non vult niſi partem rei venditę, ſi habet ius & facultatē habendi totam rem,vel ſi venditor ei offerat,quod rem venditam,vel res venditas integraliter habeat reſtituēdo integrū pretium,& maxime,ſi res illa non poſſit cōmode diuidi ſeu ſeparari,& pro hoc facit,l.an pars,ff.pro derelicto.l. quide eulogio.C.de iure deliberandi.l.legatarius,in principio ff.de legat.j.l.ſi duos.ff.de contrahend.emption. & venditio.& in

Bar.

Iacobi, inclitę recordationis regis Aragonum, & Reu.patris dñi Raymund quondam Epi Valentini, per perſonas eccleſiaſticas nullatenus faciendis confirmantes, & etiam approbantes. Statuimus ꝙ nulla perſona eccleſiaſtica habens ratione beneficiorum ſuorum honores cõſenſu alia, & poſſeſſiones in ciuitate Barc. & eius ſuburbijs, ſeu hortis, & vineto eiuſdẽ, debeat, ſeu poſſit aliquatenus facere gratiam, vel remiſſionẽ aliquam per ſe, vel per alium directe, ſeu quocũque alio quæſito colore alicui ciui Barci. de aliqua quota parte, ſeu partib. in d. ſententia arbitrali pronunciatis, ſeu declaratis, & ſub nomine eiuſdem declarationis, ſeu pronunciationis, pertinentibus circa perceptionem laudemiorum, de vendõnib. ſtabilimentis, & alijs alienationib. quę de dictis honorib. ſeu poſſeſſionib. de cœtero fiant, vel de eadẽ gratia, ſeu remiſſione faciẽda aliquam certam ſpem, ſub quacunque forma, ſeu experſſione verborum eiuſdem ꝯh̄ɔtibus dare, ſeu promittere, quoquomodo, imo ſuper prædictis annorũ gratia, & remiſſione excluſis iuxta præfatam ſententiam teneantur integre laudemium percipere, & hr̄e: Adiicientes ꝙ nullatenus concedant per ſe, ſeu alium, ſeu alios, nec concedere poſſint alicui perſonæ ẽt non ciui, ꝙ incantando publice promittendo ſe certe, vel alias quocunque quæſito colore aliq̃ ſpem, de fatica concedat, vel de eadem ſpem dent modo aliquo quouſque iſtr̄m ꝯctus euijdem fuerit præſentatum alias tales conceſſiones, & ꝯctus eiuſde ſequuti, nullius ſint momenti cum has gratias, & remiſſiones, ſeu conceſſiones, ex aliquorum praua interceſſione in lęſionem eccleſię fore retolas experimento didicerimus ab antiquo. Pontius ſecundus epiſcopus Barc. qui alias dicebatur Pontius Galba, fecit dictam conſtitutionem, quam poſtea Franciſ. Clemens patriarcha eius, in epiſcopatu Barci. ſucceſſor confirmauit in xij. conſtitutione generali incipienti, omnia quæ poſſunt. ecce qualiter in fine dictæ generalis cõſtitutionis eſt expreſſum decretum irritans factum ꝯ̄ dictam conſtitu. ex quibus clare patet, qualiter ipſa fatica ante præſẽtationem inſtr̄orum non poteſt alteri certæ perſonæ promitti, quod qui habebit haſtam, habebit faticam. ſic in genere ꝓmittendo, & ita expreſſe tenet Tho. Micres in conſti. R. Ferdi. 1. c. xvj. als ſcandols, fol. 211. col. 2. & ſic per duo ſtatuta prędicta laicorũ, & clericorũ prohibentia faticam, ante inſtr̄orum præſẽtationem promitti, aut de ea ſpem certã dari eſt vtiliter cautum venditoribus, qm̃ ſi maiora precia inueniuntur, quã ſi ipſæ faticæ poſſent dari. Nec obſtãt, ꝙ quotidie in albaranis, quę traduntur curritoribus publicis Barci. pro honoribus vẽdẽdis opponitur ſubſcriptio per dominos directos, & medios dicendo, ꝙ qui habebit haſtam habebit faticam, quia dicta ſubſcriptio non eſt promiſſio faticæ alicui certæ perſonę, ſed eſt promiſſio de non vtendo fatica. De dicta ſupra inſerta ſynodali ꝯſtituione meminit Io. de Soccarratis in commemo. Pet. Alb. c. catu. Præmiſſis addo quandam quæſtionẽ, quę quotidie de facto contingit: quæ licet in iure ſit ſatis deciſa, tñ vt hic non deſideretur, eius reſolutionem cenſeo hic eſſ ponendam, pono quod in aliquo prædio ſunt tres, aut quatuor dñi allodiales, qui ſtant communiter, & pro indiuiſo per partes æquales, & ipſum prędium venditur & duo, aut tres conſentiunt venditioni: quartus vero, licet alij tres laudauerint, vult vti fatica, ſiue iure prælationis, quęritur modo, an ille q̃ vult vti fatica ſit audiendus, an debeat neceſſario firmare, & laudare, & venditioni conſentire attentis forma, & laudamẽto per alios factis, q̃ ſunt maior pars dominorum, an vero non obſtantibus firmis a maiori parte dñorum factis poterit vti fatica ille ſolus quartus? Iſtam quęſtionem ponit Oldra. conſil. 34. incip. q. talis eſt, & Io. Andre. in additio. ad Specu. titu. de loca. §. nunc aliqua, in verſi. 72. ibi, hic incipit quæſtio, & Iaſ. ĩ l. fi. C. de iu. emphy. col. 154. & quia in locis ſupra allegatis plene pro & ꝯ̄ diſputatur, ideo hic ſufficit dicere, ꝙ p̄dicti Doct. tenent quod ille ſolus, q̃ vult uti fatica, fouet iuſtiorẽ cãm: & iuſtã partem cenſeo tenendam, caſu quo ille ſolus velit vti fatica ad propriũ vſum. & ſic intelligunt dicti Doct. q̃a fatica, vt tenent multi Doctores, de iure nõ poteſt cædi alteri, ita firmat Caſſaneus in conſuetud. Burg. fol. 148. col. 3. in verbo, retine, & Guido Papæ in ſuis deciſio. quęſtio. 341 1. videatis iura per eum allegata. Ego vero puto, faticam etiam de iure communi poſſe alteri cedi non obſtantibus prędictis Doctoribus, q̃ qualiter ſunt intelligendi, inf. in 4. principa. quęſtione latius declarabitur. Sed in ciuitate Barci. & in eius hortis, & vineto, non eſt dubiũ quin dicta fatica poſſit alteri cedi. tex. eſt in ſententia arbitrali ſuper laudemijs, in verſi. declarantes, ĩ illis verbis, vel alteri concedere, & forſan in toto principatu Cathaloniæ, prout dicit gloſ. in vſat. ſi quis ſuum feudum, vbi gloſ. indiſtincte tenet, quid ſi dñs vult vti ad proprium vſum, ſiue ad vſum alterius, ſemper eſt ei differendum. iſtud limitatur ĩ diœceſi Gerundę, vbi ſcripta eſt conſuetudo, quod dominus non poſſit vti, niſi ad proprium vſum, & commoditatem, prout s. inſerui dictam conſuetudinem, ego præmiſſis addens dico, quod ſi duo, aut plures ſunt domini eccleſiaſtici allodiales, ſi vnus firmat inſtrumentum, & alius vult vti fatica ad propriũ vſum, quod nõ poteſt ratione incapaci. cum eccleſia, uel manus mortua ſit incapax, & ſic pars ꝯtingẽs vni beneficio eſſet pœnes aliud beneficium, & ſic penes manum mortuam, qđ eſſe non poteſt. Secus ſi domini allodiales eſſent perſonę priuatę, quia tunc credo, quod vnus poſſet vti fatica ſibi retinendo, quo caſu eſſet dñs vtilis in toto, & dominus directus, pro medietate, pro indiuiſo, quia communitas, & dominationes allodiales non ſunt vtile dñium cum directo conſolidati, & ita vidi practicatum In domibus, quæ fuerunt diſcreti Ioãnis Fauer, quondã notarij publici Barcin. ſitis ante domos honorabi. conſilij communis præſentis ciuitatis. Sed ſi domini ſũt quatuor, & tres concedunt faticam, vni, & quartus ſolus alteri, potior erit ille, cui per tres fatica fuit conceſſa, argu. clemẽtinæ, ſi plures, de iure, patrona. & faciunt notata per Ludoui. Roma. in ſingula. 99. vbi dicit, quod maior pars creditorum poſſunt de debito remittere debitori, & ſi aliq̃s eſt creditor q̃ contradicat ſtatur maiori pacti benefaciunt notata per Doct. in l. & ſuum hęredẽ in §. hodie aũt ff. de pact. vbi Doctores tenent, quod maior pars creditorũ pręiudicat minori, vide notata ꝑ Iaſ. ibi qui allegat multa iura pro hac parte faciẽtia facit etiam l. Item ſi vnus §. principaliter, & §. cenſus ff. de arbitris, & §. ſi plures, & ſic habes, quod aliud eſt in retinendo dictam faticã iuxta Ius ciuile, & aliud eſt eã alteri concedendo iuxta nr̄um ius Catha. in caſu vero paritatis dicerẽ eſſe ꝓcedẽdũ iuxta diſpoſitionẽ l. ſi duob. C. commu. delegat. Scilicet iudicẽ fortunã eſſe, & ſortem inter altercãtes eſſe adhibẽdã, ut quẽ ſors pręt ulerit his habeat põtatẽ dandi, & cõcedendi fati-
65 cã, hoc tenet Boerius in conſue. Biturigũ ti. de conſuetudi retractus §. 2. & probat l. fi. ff. familię herciſcun, & l. cũ ambo ff. de iudicijs, & Inſt. §. optionis, & facit l. hęredes §. incerto ff. famil. erciſcun. Pono hic qõnem quam poſuit Ioannes Soccar.
66 in comme. Pet. Alber. c. cautum, quę talis eſt in inſtrumento venditionis fuit factum per venditorem emptori, & fuit præſentatum domino allodiali, & directo, ut in eo firmaret dominij ratione, & dñs ipſe prędicto inſtrumento præſentato intra triginta dies, prut ſibi licuit vſus fuit fatica, vel iure retinendi, vel forſan rem ipſam uenditam iure faticę alteri cõceſſit, aut forſan nondum declarauit animũ ſuum eſt tamen intra 30. dies, intra quos poteſt vti fatica nunquid pręmiſſis iã ſubſecutis partes poſſunt retrocedere ab illa venditione, vel illã reſilire inuito domino pretextu minoris ętatis, uel ex eo, q̃a de nouo apparent alij q̃ offerunt maius precium quam res illa primo fuerit uendita, & dicit ipſe Io. de Socca. ꝙ non poſſunt retrocedere in præiudicium dñi directi, quia per præſentationem inſtrumentorum venditionis fuit ius acquiſitum, quo ad faticã, ſi vult vti, aut ad laudemium ſi illud recipere vult. & hoc probat per quatuor, aut plures ſententias quę ſuꝑ tali caſu fuerunt latæ quas ibi in d. c. cautum inſeruit, & arbitror eſſe verum, exemplum enim principis ſequendũ eſt, vt in l. & hoc Tiberius ff. de hęredi. inſti. & in l. Titius. ff. ad Trebell. nec obſtat l. nemo de ſententiis, & interlocutionibus omniũ iudicũ vbi expreſſe dr̄, quod non exẽplis ſed legibus eſt iudicandum, quod verum eſt niſi exempla ſint principis, ut in eo dẽ l. nemo in fi. & gl. ibi magiſtratus, eo pręſertim, quia dictæ ſententiæ ſunt quatuor, & vltra, & inducunt conſuetudinem, vt in glo. in verbo diuturni in §. ex non ſcripto Inſtitu. de iure naturali gent. & ciuili, & in glo. vlt. in cñ.. extra de conſuetu. et ibi Abbas Panor. & in glo. in verbo conſu. in l. nemo de Epiſcopali audien. C. quia tunc magis dicitur ſequi conſuetudinem quam ſententiam, ſeu exempla, ut in l. ſi de interpretatione ff. de legi. & Sena. & in l. ſequenti, quę incipit nã imperator ita fuit etiam nũc nouiter iudicatum in regia audientia in quadam cauſa quæ dicta fuit inter reuere. Vicentinũ Sors canonicum eccleſię Barci. ex vna parte contra quendam Boleda Scudellerium, cui fuerunt ſtabilitę certæ domus quæ tenẽtur ſub dñio directo cuiuſdã beneficii eccleſiaſtici, quod dict⁹ Sors obtinebat quiquidem Boleda poſt præſentationẽ inſtrumentorũ, ſciẽs ꝙ dictus Sors volebat vti fatica alteri eam cõcedẽdo reſiliuit cum conſenſu ſui contrahentis, a prędicto ꝯ̈ctu fuit allegatũ per dictum Sors, quod iam erat ſibi ius quæſitum tandem non obſtante dicta reſilitione in regia audientia fuit iudicatum pro dicto Sors domino allodiali, quia q̃uis non ſit proceſſum ad ſolutionem intratę nec ad traditionem poſſeſſionis, ꝓpea res non põt dici integra propter inſtrumẽtorum pręſentationem factam domino per quam fuit domino ius quæſitum, ꝙ eo ĩuito auferri ſibi nõ potuit, vt in l. ſi. ff. de pact. & ibi Bar. Iaſ. & communiter ſcribentes, facit etiã l. q Romę, §. Flauius. ff. de verbo. oblig. l. qui res poſt principium in verſi. diuerſum, & l. vero procuratori cum multis ſimilib. ex quibus ſtat firmum, quod poſt inſtrumentorum præſentationem res deſinit eſſe integra, vt partes inuito domino allodiali, vllo mõ non poſſunt reſilire, a contractu obſtãte iure

domini directi.Inſuper in præiudicium alterius non licet mu-
tare conſilium,vt in c.mutare conſilium extra de reg.iur. Sed
ſi venditor,& emptor nolũt,ꝙ dñs directus vtantur fatica ad
ſui opus, ſeu illam alteri concedendo prout licitum eſt iure
iſto proprio iure Cathaloniæ,& renuũt dimittere rem ipſam,
vel illi cui dominus dictã faticam concedit,tũc dñs directus,
vel ab eo faticam habens tenetur interpellare venditorem ſu
per vſu faticæ & offerre pretium rei venditæ vna cum legali-
bus impenſis,& in earum renitentiam debet dictum pretium
deponere,& conſignare venditori in manib.& poſſe iuſtitiæ,
vel in cõi,ſeu publico depoſitario,videlicet in tabula cambij,
ſiue depoſitorum communium Barc.vt eſt doctrina Bald.in l.
acceptam,C.de vſuris vbi Ioan.Feb.aut oblationem depoſitio
nem,& ꝯſignationem debe.fieri,& hoc congruis loco, & tpe
vt in l.ſi ſoluturus,ff.de ſolutionib.& per prædictas oblationẽ
interpellationem,& conſignationem acquiritur ius dño vo-
lenti,vti fatica,aut illi cui dñs faticam conceſſit,& pro hoc fa
ciunt dicto Io.Fab.in §.ex non ſcripto Inſ.de iure naturali gẽ.
& ciuili,& hæc omnia vt tutiora ſint debent fieri coram iudi
ce ordinario,& non extraiudicialiter,nam refert Io.Beſ.in cõ
ſue.Aluerniæ in ti de recta.ar.45.ꝙ Iaſ.in §.penales Inſt.de ac.
& Caſſaneus in §. eo.ti.in conſue.Burg. in verbo dans Lau.&
Por.conſuluiſſe aduerſus quendam proximiorem retrahere
volentem,qui cum interpellaſſet emptorem fundi venditi,&
pecunias in manu notarii recipientis inſtrumentum interpel-
lationis oblationis,& conſignario.tñ ex quo non fuerat pro-
ſecutus ius ſuum niſi poſt tres,vel quatuor annos a die inter-
pellatio.& non curauit amplius poſtea non veniebat audien-
dus.Et ſic q̃uis interpellatio.oblatio,& conſignatio poſſit fie-
ri extraiudicialiter tñ per ipſam extraiudicialem interpella-
tionem ius dñi,ſeu proximioris non perpetuatur ſicut per in-
terpellationem depoſitionem,& conſignationẽ iudiciales,vi
de quæ ſunt ſupra. Tamen ſi inſtrumenta non ſunt dño præ-
ſentatã,nec res eſt tradita,tunc res dr̃ eſſe integra,& partes pñt
reſilire,& a ꝯctu recedere abſq; aliqua pœna,& metu ſoluen
di laudemium,& ſine timore,ꝙ dñs poſſit vti fatica iuxta l.ab
emptione,ff.de pac.& l.1.& 2.C.quando licet ab emptione,diſ
cedere,& ita ẽt expreſſe tenet Io.de Succa.in commemo. Pe.
Alb.c.cautum,& Pe.Iacob.in libello actio.in rem pro re,quę
Ceci.in commiſſ.& faciunt ſupra notat.in 1.prin.q.12. cellul.
Et proſequendo iſtam quæſtionem cõgruũ eſſe arbitror dice-
re per quem debeat fieri ipſa inſtrorum præſentatio,ſeu obla
tio dño directo,& allodiali,ſeu medio,ſ.an per vẽditorem,an
per emptorem hoc tangit ſub breuibus Thoma.Mieres in cõ
ſti.R.Ferd.primi c.als ſcandols fol.11.colum.1 in fi.& dicit ꝑ
venditorem,vel ſuum procuratorem Sed Io.de Succar.in d.c.
cautum tractans, an dẽat præſentari per venditorem vel em
ptorem,& probat ꝑ plures rõnes, & iura ibi per eum allegat.
vbi dicit,ꝙ paulo ante ſcribebã,ꝙ partes ante oblationẽ, ſeu
præſentationẽ inſtru.factum dño directo , vel medio poſſunt
reſilire a contractu,& retrocedere cõi partium cõſenſu,ſi res
non fuit tradita inuito dño etiam expreſſe contradicente.Etſi
ipſa inſtrumentorum præſentatio poſſit fieri per extraneas &
aduentitias perſonas amoueretur emptori,& vẽditori facul-
tas reſiliendi,& diſcedendi a contractu communi partium cõ
ſenſu,vt dictum eſt ſup. & probatum ꝙ fieri non debet cum
alteri per alterum non dẽat inferri iniqua conditio.l.non dẽt.
ff.de re.iu.& ibi Phili.Dec.& Inſt.de auct.tu.in prin.& C.de ac
qui.poſſ.l.fina.§.ſin autem,& l. iuſticia ff.de iuſti.& iu.& Iaſ.in
l.fi.C.de iure emph.nu.132.dicens ibi,ꝙ qñ nõ interuenit tra-
ditio in contractu venditio.nudo conſenſu ab ea receditur,&
pro non facta habetur, & allegat l. ab emptio , Digeſtis,
de pactis . & alia iura , prout ibi,& dicit dictam opinio-
nem eſſe communem . & aliis veriorem & hoc ita in-
telligerem,niſi præſentatio ipſa prolongaretur data opera, &
in fraudem domini,ſiue dominorum. Sed ſi cõtrahentes poſt
celebrationem contractus habilis ad transferendum dñium
proceſſerint ad actus traditionis rei alienatæ abſque cõſenſu
dñi,tunc dñs directus,aut alius cui competit fatica non ex pa-
cta.inſtrorum p̃ſentatione põt vti fatica,ſeu petere laudemiũ
duplicatum,qa tũc pp fraudem vel retardatã doloſam omiſ-
ſionẽ inſtro præſentationem conditio dñi non dẽt deteriori
fieri,vt s.eſt dictum in 12.cellu. & ſic poſt dictam inſtrumen-
torum p̃ſentationem partes non pñt reſilire,ſeu retrouendere
contractu cõi conſenſu ẽt, ſi res fuerit vendita minoris ẽt ſi
petat̃ reſtitutio in integrum vel ea rõne,qa alius dat maius p̃
tium,qa iam eſt quęſitum ius dño in laudemio.& fatica ſine
iure retinẽdi,ꝙ verum,puto qñ res vendit̃ per perſonas legiti
mas ad ꝯhẽdum,& cauſa pp quam petit̃ reciſio ꝯctus nõ ine
rat ipe celebrati ꝯctus. Sed ſecus eſſet qñ res vendit̃ mandato
ĩ iudicis virtute ſñiæ,ſeu declarationis,eiuſdẽ,quia credo tũc
venditionem, & alienationem non eſſe perfectam donec, &
quouſque ipſe iudex ſuam vtilimam auctoritatem alienatio
ni præſtiterit,& decretum Prætereani dicit idem Pe.Iaco.in di

cto libel.ſupra allega.quod ſi res vendat̃ cum pacto de retro-
uendendo iuxta l.2.C.de pact.inter emptorem, & venditorẽ,
quod ſi fiat retrouenditio,vel reemptio, ꝙ tunc dominus di-
rectus non poteſt rem retinere iure faticæ pro eodem pretio,
ſi in prima venditione ipſe non fuit proteſtatus ꝯ tale pactũ,
& rõ eſt,quia dominus in retrouenditio. ſi dominus laudauit
venditionem in qua dictum pactum fuit appoſitum etiam ſi
in ipſa venditione primi ꝯctus hoc ſibi reſeruauerit vel ſub ea
conditione conſenſerit primam venditionem ſit pacta tam
quia dicta proteſtatio eſt ꝯ ſubſtantiam primi inſtrumenti
per ipſum approbati quæ neceſſario includit approbationẽ
retrouenditioni cum ipſa 2. venditio ſiue reuenditio inſit pri
mę venditioni cõtinẽti pactum prædictum de retrouenden-
do cuius hæc 2. venditio ſiue reuenditio eſt pars primæ & in
ea incluſa tum etiam qa illa proteſtatio eſſet ꝯtra factoum
ſecuto & approbato & ſit nulla vt tenet Calitius in vſa. ſi qs
ſuum feudum fol.83.colum.2.in fi. & Frãciſcus Cur. in conſi.
8.in princ.idem tenet Franciſcus Rippa in ca.cum Mar.Ferra,
extra de conſt.Et ſecunda venditio in prima non poteſt diuidi
iure conceſſa prima venditione ſcd̃a venditio ſiue reuenditio
neceſſario eſt conceſſa & ſi dñs directus vſus fuiſſet iure reti-
nendi ad proprium vſum vt ſibi licet in prima venditione in
qua eſt dictum pactũ de retrouendẽdo venditor redimere vo-
lens habebit actionem ꝯ dominum & ſuum ſucceſſorem il-
la re ad retrahendum & redeundum rem illam in vim pacti
prædicti de retrouendendo qa illa prima venditio in qua eſt
ipſum pactum de retrouendendo fuit per Dominum directũ
laudata cum omnibus ſuis modis formis & qualitatib.& pla-
cuit dño pactum de retrouendendo ĩ illa appoſitum & ꝙ ſe-
mel placuit non poteſt amplius diſplicere vt ĩ reg.iur.in 6.Ex
qbus mihi concludo ꝙ ex quo dñs primam vẽditionem lau-
dauit, & laudemium ex ea competens recipit non poterit in
retrouenditione vti fatica etiam ſi firmauerit primam vendi-
tionem ſub proteſtatione & reſeruatione expreſſis quod ſo-
luum ſit ſibi ſui in fatica quando fiet reuenditio quia dicta re-
ſeruatio eſt nulla & ꝯ ſubſtantiam primæ vẽditionis iam alias
laudatę & approbatę per Dominum. Quarto hic pone quod
aliqua res emphyteuticaria fuit alicui relicta ſub onere fidei-
commiſſi & fideicommiſſarius rem illam vendit vel alr̃ alie-
nauit quod facere poteſt iuxta tex.in l.ſi duobus in §. in auct.
C.commu.de leg.tali alienationem ex qua competat fatica ſi
ue ſui retinendi & Dñs directus vtet̃ fatica ſiue iure retinẽdi
eo caſu res illa non remouebit penes dominum directum ni
ſi pro toto illo tempore quo mãſura erat penes fideicommiſ-
ſarium q illam vendit cui relicta fuit ſub grauamine fideicom
miſſi ita ꝙ ſtatim ꝓ locus erit fideicommiſſo ſeu grauamini
Dñs directus tenet̃ deſerere & relinquere rem ſub grauami
ne fideicommiſſi relictam fideicommiſſario quia conditio
ne fideicommiſſi ſtante omnis venditio alienatio hypotheca
ſeu obligatio ab hærede ꝯcta,& quidquid feudum ſequutum
eſt retro irritat̃ & ad nihilum deducit & penitus pro infecto
& non ſcripto habet̃ reſpectu illius in cuius fauorem fideicõ
miſſum fuit adiectum & ad hoc vt dictum fideicommiſſum
ſuum plenum ſortiat̃ effectum vt eſt tex.in d.l.fina.C.commu
nia de lega.& in auctem res quere eo.ti. tum etiam quia reſo
lute iure datoris reſoluit̃ ius acceptatoris,cap. 1. §.rurſus qui
bus modis feudum ami.& l.ex veſtigato fundo,ff.de pignora.
& l.qui §.hæres & Guillermus pernus conſt.14.numero 31.&
Iacob.de Sancto Georg.in ſuo tractatu feudorum fol.63.col.
1.in princ.numero 62.vide etiam quæ ſupra dixi in 6.cellula
numero 21.& ſi alienatio facta per fideicommiſſa . eſt durati
ua vltra modicum tempus ex ea debet̃ laudemium domino
directo.Sed dubitat̃ ſi poſt præſentationem inſtrumentorum
alienationis lapſi ſunt 30.dies qui dantur domino ad retinen
dum dominus poteſt purgare moram in iure prælationis. &
dicendum eſt,quod ſic iuribus ſupra allegatis in 3. princ. quæ
ſtione numero 33.ego dico,quod ad hoc facit capi. potuit ex
tra de loca.ab æqualitate rõnis,nam ſi emphy. nõ ſoluens ca
nonem poteſt purgare moram dẽt poſſe dñs celeriter puta ſi
anteq̃ emphy.rẽ tradiderit emp. Si vero dñs vult purgare mo
ram poſt traditionem rei ꝑ vẽditorem emptori factam, tunc
mora non poteſt purgari ꝑ dñm , qa res nõ eſt integra hoc vr̃
velle Boe.in conſue.Biturigũ ti.de cõſue.feudi,& cẽſu §.2.fol.
81 .Et dicit Bal.in l.ſi fundũ,C.de pac.ĩter emptorem,& vend.
ꝙ ſi duo inſtro gratiæ redimendi mediante rem q̃ cõem,& in
ui ſam habebãt,& vnus ex illis venditori.vult redimere partẽ
ſuam alter vero non emptor non tenet̃ vim,& eundem ꝯctũ
diuidere.Sed vbi plures vendunt ſeparatim vnuſquiſq. admitti
tur ad ſuæ partis Luytionem,l.cui uſufructus , ff. de uſufr.lega.
l.& l.ꝙ autem,§.1.ff.de in diem adictione Old.conſ.14.ꝙ qñ
ſunt plures dñi,& aliquis utitur fatica non poteſt facere cõſti
mare rem de nouo ſed debet dare dominus pro ipſa re q̃ vult
retinere tantum pretium qu antum pro ea datur quamuis ui-
deatur exceſſiuum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Arti non conceditur quod natura negatur.*
2 *Ars imitatur naturam.*
3 *Ars ad quid ſe porrigit.*
4 *Fatica quibus competat.*
5 *Natura feudi & emphyteuſis.*
Relatiua contraria requirunt duo externa.
6 *Vaſallus non poteſt eſſe maior ſuo domino.*
7 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim.*
8 *Superior, & inferior nullus eſſe poteſt.*
9 *Fatica an poſſit alii concedi.*
10 *Stabilimentorum quadam verba.*
11 *Fatica quando competat 2. domino mediato ſupra emphyteutam exiſtenti.*
12 *Pacta dante legem contractui.*
13 *Fatica debetur omnibus dominis ſeruato ordine.*
14 *Materiæ & non verbis ſtandum eſſe.*
Verba aliquando impropriantur.
15 *Vnum, quodque eo modo diſſoluitur quo ligatum eſt.*
16 *Dominus allodialis quando poteſt vti fatica.*
17 *Dominus allodialis quando habet faticam.*
18 *Referens duas opiniones, & nullam eligit cenſetur vltimam approbare.*
19 *Dominus eccleſiaſticus an poſſit vti fatica.*
20 *Statuta ſunt facti.*
21 *Opinio Boerii circa vſum faticæ.*
22 *Faticam non habent domini medii in ſubemphyteuti.*
23 *Triginta dies dati ad faciendum quando incipiant currere.*
24 *Contrahentes præſentationem inſtrumentorum poſſunt communi conſenſu reſilire contractum.*
25 *Dominus quando dicatur habere ſcientiam de alienatione ſui allodii.*
26 *Tempus 30. dierum ad vtendum fatica præfigitur in præſcriptiones.*
27 *Permiſſum fieri infra terminum eſt, prohibitum fieri extra.*
28 *Dominus directus volens vti fatica, an poſſit facere ſtimare rem.*

QVARTA PRINCIPALIS QVÆSTIO CVI primo, & cui ſecundo debeatur fatica, & qui habet pro ſe, & pro alijs, & qui non pro ſe nec pro alijs.

QVarta, & vltima principalis quæſtio venit examinanda quæ quoniam breuis eſt an bř expediã, ad cuius declarationẽ cẽſeo hic eſſe præmittendum illam iuris regulam, quæ dicit illud arte non concedi, quod naturali denegatur, vt in l. vbi repugnantia §. pri. ff. de regu. iu. & in l. j. ff. de condõ. inſt. & Inſti. de iure naturali §. ſed & naturalia, & in l. per ſeruum §. denique ſi tibi. ff. de vſu. & habita. & ff. ſeruit. l. viç, ff. de rebus dubijs l. ſi fuerit & tex. in c. ſi in aliquo caſtro commemo. Pe. Alber. & ſic quod non poteſt fieri per naturam, nec regulariter per artem. Ars enim imitatur naturam in quantum põt, vt tex. in l. adoptio. ff. de adoptio. & iuſta dř adoptio §. vnionẽ, & apud Ciceronẽ de Senectute in hoc inquit ſumus ſapiẽtes, ꝙ nãm tanq̃ eum ſequimur, quem refert, & ſequitur And. Barba. in c. extra de teſta. & ꝑꝑea vulg. dicitur fortunam artẽ inueniſſe, & non econtra, facit Inſtitu. de adoptio. §. adoptio, quia vt dicit Ange. Areti. in eodem §. minorem Inſtit. de adoptio. ſatis eſt, quod ſit poſſibile in ſuo genere, non ſua ſpecie, vel indiuiduo ad hoc vt fictio fingat, & notat. elegãter Bart. in l. eadem in prin. ff. de reb. dubijs, & in l. ſi is qui pro empto re in principio. ff. de vſucapio, & ſic ars vt dicit Bal. in rubr. ff. de iuſti. & iure, procedit ad ſimilitudinem naturæ, & ad eius iſtar. & Bar. in l. ex quo ff. locat. & conduct. dicit quod ad id ſe porrigit legis fictio, ad quod ſe porrigit lex naturæ. Pręmittenda etiam ſunt hic ea quæ dicta ſunt ſupra in 2. pręludio in §. præmitto etiam, quod in pręſenti ciuitate Barcino. in qualibet proprietate, ſiue prædio vrbano, vel ruſtico poſſunt eſſe quatuor dñi ſucceſſiue, vnus inf. alium ſ. emphy. vtilem, vt ſ. fuit probatum in prælu, ſ. proxime allega. His pręmiſſis aggredior ipſam quartam principalem quæſtionem, ſ. quibus competat dicta fatica, quæ a Doctoribus ius pręlationis dicitur aliqñ. poteſtas retinendi dicitur, & quib. non. Et dico ꝙ ſi in prædio feu. vel emphy. ſupra emphyt. vtilem ſunt quatuor dñi, ſ. dñs directus, & allodialis, & tres ĩ. allodialẽ, & ipſa res feu. vel emphyteuticaria venditur vel alienatur ꝑ emph. poſſidentem tali alienatione ex qua dẽaĩ fatica ſiue ius ꝑlationis aut ptãs retinendi vt ſ. 3. prin. q. eſt dictũ tunc dñs, medius infimus exiſtens immediate, ſiue cors a cors cum emphyt. alienãte pt vti fatica, & redimere rẽ eã pęnes ſe retinendo, & ſuã dñationem mediũ cũ vtili dño vniẽdo, & dẽt ꝑferri cętetis alijs, qa de nã & qualitate rei feudalis, vel emph. eſt vt res ꝑ ius retinẽdi, ſeu redimẽ. redeat ad ſuã natu. primæuã a qua exiuit, vt ſ. dictum fuit, & probatũ in 3. prin. q. & ita ꝓbaĩ ꝑ 3. vſantiã ſeu ꝯſue-

tudinẽ Barci. incipien. primus ſiue intimus dñs laicus. i. immediatus cũ emphy. vti, & q̃uis primus dñs ꝯuenientib. poſſet capi, ꝓ primo ſupremo, & allodiali, tñ hic accipiĩ in hac cõputatione ꝓ vltimo, & exiſtente cors a cors, cũ emphyt. vtili, & ꝓbaĩ ẽt in priuilegio recognouerunt ꝓceres c. 37. incipien. Itẽ ſi emphy. vendit, & in ꝯſuetudinib. gñalib. Cathalo. in c. cautũ, & ſñia arbi. ſuꝑ ſolone laudemiorũ ver. declarantes, & Io. de Socc. in comme. Pet. Alber. in c. ſi de aliquo caſtro nu. 6. ibi appo. nu. 1. pag. 426. & ibi text. Et tunc qñ ille dñs medius ſiue immediatus q eſt cors a cors, cũ emph. vẽdẽte vtiĩ fatica rẽ ſibi retinẽdo ad propriũ vſum, vniẽdo ſuã mediã dñationẽ cũ vtili dñio alij dñi medij nec dñs allodialis exiſtens ſ. ipſum vtentẽ non hẽt faticã, ſiue ius retinendi, ad ſuã ꝓpriũ vſum, nec ad vſum alterius rem alteri ꝯcedendo ꝓbaĩ in 4. vſan. ſcripta Barci. quę incipit ſcđs dñs laicus, & rõ eſt duplex prima, ꝙ res de facili redit ad ſuã nãm l. ſi vnus §. pactus ff. de pact. nã omnis res, per quaſcunq; cãs naſcitur, per eaſdẽ diſſoluiĩ, ut ĩ c. j. de reg. iu. ext. in 6. & nihil, tam naturale eſt q̃ in eo vinculo quoddã diſſolui quo ligatum l. nil, tam nãle ff. de reg. iu. Nam cũ olim dict⁹ dñs infimus q vtitur fatica fuit dñs vtilis, & fuerit approbatũ, ſi rem recuperat rõne faticæ non poteſt reprobari, nam quod ſemel placuit &c. c. quod ſemel de regu. iur. in 6. Secunda ratio quare ipſi domini medij ſupra ipſum exiſtentes, nõ poſſunt retinere, eſt ad euitandam impoſſibilitatẽ de qua ſupra in principio dictum eſt, nam ſi ipſi dñi medij exiſtententes ſupra dominũ mediũ qui eſt immediatus, ſiue cors a cors cum emphyteuta vendente vterentur fatica rẽ ſibi retinẽdo ad ſuum proprium vſum ſequeretur illa impoſſibilitas naturæ de qua dictum eſt ſ. ſcilicet ꝙ vna, & eadem perſona eſſet ſuperior, & inferior, vel eſſet dominus, & emphyteuta ratione, vnius, & eiuſdem rei, quod nullo modo naturaliter fie-
8 ri poteſt, qa illud arte nõ permittitur, quod naturaliter denegatur, vel quæ rerum natura ꝓhibentur nulla lege cõfirmata ſunt dicit iuriſconſul. Marcell. in d. l. vbi repugnantia, & põt adduci tex. in d. c. ſi in aliquo Caſtro in comme. Pet. Alb. facit. l. debitori. C. de pact. & idem eſt, quod actio, & paſſio non cõcurrunt in eodem ſubiecto, vt dicit Ripa interpreta. 9. reſpõ li. num. v. & eſt tex. in l. vrbani. ff. de fideiuſſoribus, & poteſt etiã allegari hic dictũ Bal. in l. ſi vxor tua. C. de bo. auct. iudicis poſſiden. vbi dicit, quod actiuum, & paſſiuum non poſſunt fundari in ſolo actiuo, vel in ſolo paſſiuo. Item quia relatiua cõtraria requirunt duo extrema, cum ergo dominus, & emphyteuta ſint relatiua ꝯtria ergo, &c. & de iſta quæſtione, ſeu mã, vide notata per Iacob. Marq. in vſa. ſi quis ſuum feud. in q. 33. fol. 112. dicens ibi dictus Marquil. quod fieret circulus, ſiue circuitus a iure, & obſeruãtia Cathaloniæ reprobat. facit etiam clementi auditor de reſcriptis, & ibi Card. Zabar. in l. Claudi⁹ fœlix iuncta glo. qui potiores in pignore habeã. & de iſto circulo, ſiue circuito euitãdo eſt tex. ad iſtam materiam melior, quam alter de iure Cathaloniæ in commemo Pet. Alb. c. 40. ſi in aliquo caſtro fuerint præter dominum ſuperiorẽ, & ibi Io. de Soccarr. in 4. nota. & fuit dictũ prius domini Specul. in titu. de feudo. §. i. in verſi. 24. quæritur, & dicit ibi Io. de Soccar. in dicto cap. ſi in aliquo caſtro, in 8. nota. quod nullus poteſt eſſe potior ſe ipſo, & in c. felonia pagi. 444. dicit quod dñs non poteſt eſſe dñs, & ſeruus. ex quo infert caſum quo quis vendere tenetur cõpellitur nu. 22. & 29. & eſt qñ in fundo, ſeu ꝑdio feudali, ſeu emphy. ſunt tres dñi ſucceſſiue vnus infra aliũ, & primus, aut ſecũdus acquiret, rem ipſam feudalẽ, vel emphy. ab emphy. quia cõpellitur, & põt faticari, ad uiẽdum, & a manibus ſuis euacuãdum vtile dñium, ad euitandam dictam impoſſibilitatem de qua ſupra dictum eſt cum nullus poſſit eſſe dñs, & ſeruus, vt refert dictus Io. de Socca. in dicto loco, & tex. in d. c. ſi in aliquo caſtro. per quod dictum Ioã. de Soccarratis probatur, & videatis Ioan. Mona. in c. dudum §. nos vero, de pręb. li. 6. dicit etiam dictus Soccarratis in c. ſupra allegato in 9. notabi. quod vaſallus non poteſt eſſe maior ſuo dño, quia eſſet inconueniens, & valde abſurdum, quod dñs qui eſt ſuperior faceret fidelitatem ſuo vaſallo, & ita tenet Iacob. de Calitio in extrauagatorio curiarum verſi. 196. vbi dicit, quod de iſto inconuenienti, loquitur Andreas Yſernia in c. 1. quid ſit inueſtitura libro feud. & dictus circulus, ſiue circuit⁹, quod debeat euitari tenet Speculator in titu. de libellorum conceptione in §. 14. in ver. iudex autem, & adde tex. in l. cum fundus §. ſeruum tuum ibi j. col. ff. ſi certũ peta. & in l. cum fundus §. 1. & ibi Alex. & idem Speculator, in §. nunc aliqua in ver. 119 đ loca. dicit quod ſequeretur abſurditas, ꝙ dñs hřet rẽ ĩ emphyteu. a ſuo inferiori facit l. interdum in fine. ff. de operis liber. Nec obſtãt ea quæ dicit Guillerm. de Valleſi. in vſa. ſi quis ſuũ feudum, ponendo ibi exẽplum de Ticio & Gaio, & Sempronio neque eaq; ponit Iacob. Marquil. in loco ſupra ꝓxime allegato in q. 34. fol. 113. quia ibi non eſt circulus, ſiue circuitus. Et licet prædicta ſupra allegata loquantur in feudis, & non in emphyteuſim reſpondetur tamen, quod diſpoſita in feu-

dñs hẽnt locũ in emphy.& ꝙ argũ de feu.ad emphy.tenet, &
eſt validũ,vbi expreſſe nõ reperit ɔ̃rium,tenet hoc Spec.in ti.
de ſententiis §.quã.ver.4.in fi.& Bal.in c.quæ in eccleſia. extra
de conſti.Iaſ.in l.1.C.de iu.emphy.& Bal.in l.voluntas C.de fi-
deic.Guille.de Vallet.& Iaco.Marquil.in vſa. ſi quis ſuũ feud.
& Io.de Socca in comme.Pet.Alber.c.eodẽ nec ipſi dñi, me-
dij exiſtẽtes ſ̃.dñm allodialẽ,& directũ,& ĩmediatũ cũ emph.
vendente poſſunt vti fatica illã alteri concedendo, quia dñs
allodialis directus,& ſuprem⁹ a quo oẽs alij ĩferiores cãm ha
bent,non debent eſſe deterioris condõnis, cui hoc faticandi,
ſiue rẽ iure fatică alteri ɔcedẽdi reſeruatur. quã dñs medius q
eſt media.ſiue cors a cors ſ̃ emphyt. vtilẽ nõ vtitur fatica ſibi
retinendo cum alteri concedere non poſſit.Et quod dño dire
cto reſeruatũ ſit quod poſſit vti fatica illam alteri ɔcedendo
cauetur in ſnĩa arbitrali lata ſuper laudemiis in §. declarẽtes
nihilominus,ibi in illis verbis,vel alteri concedere ẽt, vbi eſt
medius emph.Et præmiſſis addo qõnem , pone Anto. habet,
& poſſidet rem quandam emphy.ſub præſtatione annua 20.
ſoli,perpetuo certo termino ſoluendorũ.qui prædicta tenet
per Andream ad præſtationem annuam x ſoli.quiquidẽ An-
dreas prædicta tenet p Ioannem , & Bernardũ communiter,
& ꝓ indiuiſo ſub præſtatione v. ſol.certo termino ſoluendo-
rũ,& dicti Ioannes & Bernardus p̃dictã rẽ tenent per Franciſ.
& ſub dominio , & allodio eiuſdẽ Euenit qđ dictus Andreas
vendidit dictã ſuam dñationem mediam Guillerm & inſtrm
dictæ mediæ dominationis fuit præſentatum dictis Ioanni , &
Bernardo,vt ipſi conſenſum ſuum in ea adhiberent, & ratio
ne dñij firmarent Bernardus non vult vti fatica, imo paratus
eſt firmare,ſed Ioãnes eius ſocius in dominatione media vult
vti fatica nunc dubitatur , an dictus Ioan.poſſit vti fatica , &
vr̃ dicendum, quod ſic cum nihil ſibi videatur obſtare.Sed ɔ̃-
rium eſt verum , quia cum Ioan. ſit ſocius Bernardi in dicta
dominatione media communi,& indiuiſa,& ex conſequenti
æquales Bernardo in ſecunda dñatione q̃ acquiſiuit ab Andrea
eſſet inferior ſaltem pro dimidia inde ſequeretur , quod vna,
& eadem perſona eſſet ſuperior,& inferior ratione vnius , &
eiuſdẽ rei,quod fieri non põt,nã ea quæ naturaliter fieri non
poſſunt nulla lege confirmata ſunt,vt iurib.ſupra in princ.hu
ius quęſt.allegat. Et hoc mouit aliquos in iure ciuili ſcriben-
tes ad dicendum,ꝙ fatica ſiue ius pręlationis , non poteſt ce-
di,ꝙ intelligendum eſt in hoc caſu, & non alias imo quæ nõ
eſt niſi emphy.vẽdẽs,& dictus dñs directus , & allodialis non
ſubeſt aliqua cã,quę ꝓhibeat faticã poſſe alteri cedi,cũ ſit ius
formatũ de ſe,& ita Barc.per quãdam vſantiã ſeu ſcriptam ɔ-
ſuetudinem eiuſdem ciuitatis incipiente, tertius dñs. &c. per
quam conceditur dño directo ſupremo,& allodiali,vti fatica
alteri illam concedendo.Sed ipſe dñs directus,non habet fati
cam ad proprium vſum, & vtilitatem rem pœnes ſe retinen-
do,& vniendo,vtile dñiũ,cũ directo ratione impoſſibilitatis,
abſurditatis , & cã euitandi circulum ſiue circuitũ de quib. ſ̃.
fuit dictũ, & ꝙ dñs directus poſſit vti fatica rem alteri conce-
dendo probatur in ſententia arbitrali lata ſuper laudemiis ex
ſoluendis,& in plurib.vſantijs ſcriptis Barci.& in conſti.R.Pe.
3.c.3.Item ne ſuper laudemio. Aliqui, tñ in iure ciuili ſcriben
tes,tenent,quod ius faticę,ſeu ius retinendi,ſiue ius p̃lationis,
nõ põt alter cedi,vt ſ̃. fuit dictum in tertia principali quæſtio
ne,p rõnes,& iura ibi allegata, vt Guido papę in quæſt. 411.
& hoc idẽ confirmat Caſſaneus in conſue.Burgund. fol.148.
col 3.Sed hoc ego puto , quod ſit verũ prout eſt verũ in dñijs
medijs,& non in allodialibus,& ſupremis, quibus ſemper li-
cet faticã cedere,qñ ille dñs medius qui eſt immediatus cũ em
phy.vtili non vtitur ad propriũ vſum in d.caſu enim ſi dñs di
rectus vtitur fatica nullũ facit præiudicium dño medio ĩ ſua
media dñatione,nec in ſuo annuo canone,ſeu penſione.Et
ſic collige,quod ſiue ſumus in feudis, ſiue in emphyteuſi dñs
immediatus,ſiue qui eſt cors a cors cum emphy. vtili vendẽ-
te põt,vti fatica ad opus retinendi pro ſe tñ,& ipſo vtente,&
pœnes ſe retinente nemo ex ſuperiorib. põt vti rõne ſ̃.in prin
cipio huius principalis q.iã dicta,quia cũ iã fuerit approbatus
ꝓ emphy. anteq̃ ipſe ſub emphy. ipſe vtens non põt amplius
reprobari,vt in regula quod ſemel de reg.iur.in 6 & in c.1.de
iudiciis.in antiquis,& in multis his ſimilib.quæ adduntur per
glo.& Doct.in d.c.quod ſemel. At vero ſi ipſe dñs immedia-
tus qui eſt cors a cors cũ emphy. vendente non vtitur fatica,
tunc dñs allodialis, ꝙ directus poteſt rẽ ratione faticæ alteri
cui ſibi placuerit concedere non obſtante, quod alii dñi ſunt
ſ̃.ſe,ipſi dñi ſi ſunt ſ̃. dñm allodialem & ſupra dñm medium
infimum qui eſt cors a cors cum emphyteuta vtili nõ poſsũt
vti fatica retinendo pęnes , ſe ad euitãdũ impoſſibilitatẽ iuris,
& circuli,ſiue circuitus, nec poſſunt alteri ɔcedere , quia hoc
ius eſt reſeruatũ ſuperiori dño directo a quo omnes iam ha-
10 bent.Sed ɔ hoc vltimum,videlicet,ꝙ domini medij non poſ-
ſunt retinere, nec alteri concedere videntur facere , ea verba
quæ in quolibet inſtrũo ex quo copetit fatica, ſiue ius retinẽdi
expreſſe pactatũ eſt videlicet,in clauſula ſaluis, vbi dr̃ expreſ-
ſe quod cenſus ius dñm fatica laudemiũ , & aliud ꝙ libet ius
ſicut ſalui,& ſalua cuilibet ipſorũ dñorũ, ꝓut ſit,& ſolet fieri
in omnibus inſtru. alienationum ex quibus cõpetit r⁹ faticæ,
ſiue pręlationis in dicta, clauſula in qua dicitur ſaluis tamen
ſuper in, & ſuper prędictis quę vobis vtendo cenſu iure dño
forma,& fatica,& alio quolibet iure.quæ quidẽ verba repetũ
tur,& reiterantur expreſſe in quolibet dño, ſiue dño qui ſeu
ꝙ in feudo,ſeu proprietate,ſiue prædio vendito eſt, & pacta l
oĩ contractu attendi debent,& ſeruari facit. l.pacta conuẽta,
& l.cum manuſata ff.de contrahen. emptio. & vendi.l.1.& 3.
C.de iu.emphy.& tex.in comme.Pet. Alber.c.ſi autem in
tradenda in fi.& in c.item ſi certe,ſunt conuentio.& tex.in c.
vaſal.ſi deceſſerit inteſtatus,quia pacta dant legẽ ɔtractui , vt
in l.1.§.ſi conueniat ff. depoſi. & ideo dicitur quod pactũ vin-
cit legẽ.i.pp pactum deuiamus a diſpoſitione nãlium ĩtrodu-
ctorũ a lege,vt probatĩ in dictis ll. 1.2.C.de iure emphy.& in d.
l.pacta conuenta,& in l.manuſata ſ̃.allegatis,quia primo dẽt
inſpici quid actum eſt,vt pacta ſeruentur hoc ẽt tenet Guille.
Pernus Siracuſſa.conſi.xij.nu.24.cum ſeq.in volumine conſi-
liorum feudalium , & ſic per ſupra dicta iura vr̃ dicendum ꝙ
omnes domini habent faticam ſiue ius retinendi ſeruato or-
dine inter eos,videlicet,qđ illa habeat primo qui proximior
12 eſt venditori in ordine,& eo vti nolente alter ſupra eum im-
mediatus,& ſic ſucceſſiue.Præmiſſis tamen nõ obſtãtib. ſtan-
dum eſt in contraria opinione & in ſupradi.ſcilicet quod ip-
ſi dñi medij exiſtentes inter dñum dire. & dñum infimũ
qui eſt immediate cum emphy. vtili nullo modo habent fati
cã niſi caſu ſ̃.declarando,quia quãuis pręmiſſa vera ſunt , &
verba,& pacta ita intelligi debeant in ɔ̃ctib vt aliquid operẽ-
tur,vt tenet Iaſ.in l fi.C.de iure emphy. & cæteri alij Doctor.
ſupra citati,& debeant verba intelligi cum effectu ,vt in l 1.
ff.quod quiſq; iuris.& glo.in vſa. magnates in verbo factum,
hoc verũ eſt intra terminos materiæ ſubiectæ , & non aliter,
vt tradit Bal.in rub.ff de contrah.emptio,& vend.& Alc.in ɔ-
ſil.2 compromiſſo col.2.li.5. quare ſi in ɔ̃ctu locationis dictũ
ſit,quod conductor non poſſit ponere rẽ conductã extra ma
num ſuam intelligitur,quod poſſit rẽ locare alteri,immo an-
tequã verba aliquid operentur extra materiam ſubiectã act⁹
ſeu ɔ̃ctus debet impropriari vel verba ſuperflua iudicari,vt in
noſtro caſu in quo naturaliter ſtare non poſſunt nec ciuiliter.
cum illud arte non ɔcedatur,quod naturaliter,denegatur, vt
in l.i.ff.de conditio.inſtitu & in d. l.vbi repugnanti. ff. de reg.iu.
& inſtitu.de iure naturali §.ſed & naturalia,& alıis ſupra alle
gat,quia potius ſubiectæ materiæ ſtandum eſt , quam verbis,
13 vt tenet Bald.in fi.de poſtula. prælatorum . Quare ſi materia
dicat vnum,& verba dicant ɔtrariũ dẽt credi,& ſtare materię,
& non verbis,vt vult I.C.in l.ſcire oportet §.illud autẽ de exe.
tuto.vbi formaliter dicit,quod qñ verba in ſucunt improprie
tatem, mens legiſlatoris dẽt ſeruari,& tunc verba impropriã
tur,ſed hic in huiuſmodi caſu ſunt ſuperflua,vel nihil operã-
tur.ꝙ diu ſunt in re alienata tres dñi medij exiſtentes ſ̃.dñm i
fimum,& ſupra emphyteutã tale. Sed ſi tertius dñs medius q
eſt immediatus ſiue cors a cors cum emphy.vtili acquirat do-
minium vtile,& poſtea illud iam conſolidatum vendat tunc
dño medio ſecundo ɔpetit fatica attenta acquiſitione, & con
ſolida.q̃ fecit ipſe dñs tertius. Et ſi dñs medius ſecundus acqui
rat dñiũ, vtile, & poſtea illud vendat tunc dominus medius
primus q eſt immediatus, ſiue cors a cors cum dño directo ſu
premo,& allodiali hẽt faticã attẽta acquiſitione, & ɔſolidatiõ
q̃ fecit dñs medius primus poſt dñm directum.Et ppea ponũ-
tur illa verba dicentia,quod habent faticam quæ verificant,
& operantur in caſibus conſolidationum prędiorũ,quæ poſ-
ſunt euenire, & ſępe de facto contingunt , nam vnum quod
que eo genere , quod ligatũ eſt diſſolui dẽt & poteſt, vt in l.
nil tã naturale ff.de reg.iur.& ſic quemadmodum iſti dñi me
dij fuerunt creati,& producti ſucceſſiue vnum poſt alium ſuc
ceſſiue,vnus poſt aliũ poſſunt euaneſcere.& tolli nã de natu.
rei emphyteuticariæ eſt , quod poſſit redire ad ſuam naturam
primæuam, vt in l.iuriſ. §. pactus ff.de pact.l. omnia quę iure
ɔtrahuntur ff de regu.iur.& ſic illa verba quib.cuilibet ipſorũ
dominorũ ſoluatur fatica,debẽt intelligi ſuo caſu adueniente,
vt ſupra dictum eſt . Sed ſi ſupra emphyt. vendentem non eſt
niſi ipſe dñs directus & allodialis tunc ipſe dñs directus & al-
lodialis poteſt rem venditã rõne faticæ ſibi retinere vel alteri
concedere & hęc vera ſunt & ꝓbantur p vſantias ſeu ſcriptas
conſuetudines Barci.quæ ſunt in volumine conſtitutionũ ca-
tha.poſt ſententiam arbitralem ſuper ſolutione laudemiorũ
promulgata per dñm R.Iacob & reuerendiſſimum epiſcopũ
tinũ poſt clauſulas ſeptimi & quinti qua arbitrali ſententia p̃-
dictæ conſuetudines fuerunt emanatæ & per gl.ſ̃.in princip.
quæſt.allegatam poſitam in vſa.ſi quis ſuum feudum quę gl.
ſi bene aduertatur duas habet opiniones quarum prima eſt
ꝙ dñs directus rei feudalis, ſiue emphyt. de iure cõi non ha-
bet

bet ius faticandi, niſi ad proprios vſus, & iſtam non firmat ſecunda opinio eſt, ꝙ ſemper cõpetit dño directo, & allodiali fatica, ſiue eã velit ad proprios vſus, ſiue in fauorẽ alterius, & iſtam vr̃ approbare, quia qñ aliquis refert duas opiniones, & nullam eligit ex illis in dubio videtur ſequi illam quam vltimo loco refert, vt in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebellia. ita etiam tenet Ioan. And. in c. 1. de conſt. in ver. 4. no. & Bal. in Auth. ex teſtamento, C. de colla. & Andr. Barba. in repetitione c. Raynu. extra de teſta. 154. col. 1. & gl. in l. ea lege, C. de condi. ob cauſam, & Iacob. de S. Georgio in tract. feudorum in verbo inueſtit. talem, num. 12. optime facit tex. in l. cum bona fides. ff. depoſiti. & in l. ſi idem enim eodem. de iuriſdictio. omniũ iudicium, & multis aliis, imo dicta gl. dictã vltimã opinionẽ expreſſe approbat, quia dicit, & ita ſe habet conſuetu. Barc. & ſi opinio doctus eſt ſeruãda in ꝯſulẽdo, & iudicãdo, vbi caſus nõ eſt deciſus a canone, vel a lege, vt tenẽt Abb. Pa. ĩ c. i. de ꝯſt. in ver. 9. inc. fallit quãto magis dẽt ſeruari opinio gloſſæ, quæ clare, & ſine diſtin. loquitur, & hãc opinionẽ tenet Io. de Soccar. in cõm. Pe. Alb. c. cautũ in ver. explicita mã laudemii. venio ad tractã mãm iuris retinẽdi. Reſtat igit̃, ꝙ qñ poſt dñm allodialẽ non eſt aliquis dñs medius, tũc dñs allodialis, p̃t vti fatica rẽ ſibi retinẽdo vel rẽ alteri ꝯcedẽdo. & ita video quotidie practicari ſine alicui⁹ ꝯdictione, & hui⁹ſum voti, & opinionis. & ĩ hac ciuitate Barc. hortis, & vineto, eiuſdẽ ita eſt cautũ, per decimã vſantiã ſeu cõſuetudi. ſcriptã, q̃ eſt tenoris ſi ſequẽtis, & tñ vnus dñs ineſt, & iſte eſt clericus hẽt ĩtegrũ ſeptimũ p̃tii toti⁹ domus, vel quĩtũ pretii hortorũ, vel vinearũ, & iſte talis p̃t ad opus q̃ retinere, vel alii ꝯcedere, & idem dicit de vno dño laico, qui recipit decimũ integraliter, & iſte eodẽ mõ p̃t ſibi retinere, vł alii ꝯcedere iure faticę, hęc sũt verba dictarũ vſantiarũ, q̃ vt puto a gñali conſuetudine Cathaloniæ emanarunt, vel ab ipſis vſantiis Barc. prodiit ipſa gñalis ꝯſuetudo in vniuerſã Cathaloniã. Et ñ modicũ minor de dicta ꝯſuetu. quę permittit dñm directum clericũ poſſe vti fatica ad opus retinẽdi pro eccła, nã nos habemus ĩ nr̃o iure Cathalo. certã ſolẽnitatem q̃ ſatis ardua eſt cõcedẽdi res eccleſiæ in emphy. q̃ ponit Iac. Marq. ll. in vſatico ſtatuimus fol. 187. quæ ſolẽnitas ſeruatur vt in ſe dicit. & bene ĩ tota prouintia Taracõ. de qua ſolẽnitate loquitur dñs cardinalis Zabarel. in cle. 1. q. ij. de reb. eccl. non alien. vbi dicit, ꝙ in Cathalonia in alie. rer. eccle. dẽt ſeruari cõſtitutio Tarraconen prouincię, quæ ibi facta fuit per quendã legatũ de latere antequã dicta clemẽtina eſſet facta cuius conſuetudinis ſolennitas hucuſq; fuit ſeruata, & adhuc ſeruatur in reb. beneficialibus in emphyteuſim dandis & concedendis in vniuerſa dicta prouintia. & conuenit maxime, cum extrauaganti ambitioſæ cupiditati Pauli Papa 2. de reb eccleſiæ non alie. in extrauagantibus, & quod cardinalis legatus a latere potuerit dictam conſuetudinẽ facere, vel iã factam confirmare hoc tenet Iaſ. in l. oẽs populi in 1. repetitione. ff. de iuſtitia, & iure 2. col. quam ſolemnitatem confirmare viſus eſt d. ſummus põtifex Paulus venetus papa 2. dicta ſua extrauaganti incipienti ambitioſę cupiditati poſita ſub rubr. ſiue ti. de rebus eccle. non alienandis. Et ſi confirmata non eſt dicta Tarraconen. ſolemnitas per dictam extrauagantem fal tẽ nõ vr̃, ꝙ fuerit ei derogatum, quia quãuis dicta extrauagãs ſit lex poſterior, & ſolẽnitas prædicta prior. quod neſcitur, & ad id probandũ allega. tex. in c. 1. de conſti. libro 6. nam, vt ibi dicitur licet Romanus põtifex iura oĩa in ſcrinio pectoris ſui conſtitutionem videatur reuocare priorem quamuis de priore mentionem non faciat, quia tamen dicta ſolẽnitas eſt particularis loci, & certarum & ſingularium perſonarum cõſuetudo, & ſtatutum potuit papa probabiliter ignorantiã dictam ſolemnitatem cum conſuetudine, & ſtatuta ſint facti, & in facto conſiſtant, & ius quodcunque a conſuetudine originem trahens firmius, & potentius eſt quam ius ciuile, & non reuocatur per ius ciuiles niſi expreſſe, & in ſpecie dicatur eo maxime cum ſit conſuetudo iuſta honeſta rõnabilis, & dictę extrauagãti maxime adhærens, & idem ſtatuat, & ordinet quod ꝙ dicta extrauagans quæ ambo ad cõſeruandum iura eccleſię laborant, & vigilant, & ſic dicta conſuetudo Taraconen. non fuit ſublata per dictam extrauagantẽ, prout dicit dictus Card. Zabarella in d. clementina 1. de rebus eccleſię non alienan. in 13. quæſtio. eo quia dicta conſtitu. Tarraconẽ. rationabilis honeſta, infra & præſcripta eſt eo, quia habet ipſe æquitatem, & & inſtrumẽtum motiuum, & dicit ibi dictus cardinalis, quod papa non vult tollere ſpeciales conſuetudines inſtar rationabiles, & honeſtas per conſtitutionem contrariã niſi hoc exprimat, & propterea redeundo ad propoſitum eſt dicendum, quod id, ꝙ tanta ſolemnitate, ac tam diligenti forma ſit, ꝙ ad ſolam voluntatem vnius diſſoluatur forſan intentionem nõ ſantiam habentis videtur eſſe durum. & propterea Boerius ĩ conſue. Biturigum in ti. de conſue. reren. rerum feudalium tenet quod dominus clericus non poteſt vti fatica retinẽdo & allegat hoc idẽ tenere Abb. Panor. in c. potuit extra de loc. & Bal. in cõſi. 150. lib. 3. & And. Barb. in d. c. potuit, quare redeũdo ad mãm nr̃am, an fatica cedi poſſit, dico ꝙ in villa de ſilua cãpi Tarra. dñi allod. nõ recipiũt laudemia aliqua alienationib. rerũ emphy. quia in cõpenſationẽ eorũ, nunc dant decimam de Auellanis, ſed habent ipſi domini faticam ad opus retinendi, vel illam alteri concedendi, quam ipſi domini aliquando vendunt, & illam ementes uirtuti illius Iuris prælationis empti efficiuntur domini vtiles rerum alienatarũ hoc limitandũ eſt in diœceſi Gerunden. in qua eſt cõſuetudo, quã ſupra inſerui per q̃ non eſt licitum alteri concedere faticã ex qua a contrario ſenſu reſultat, ꝙ ubi dicta conſuetudo nõ eſt dñs directus põt rẽ retinere rõne faticæ uel alteri cõcedere, & Iam, conſuetudinem ponit Io. de Socar. in commemo. Pe. Alber. in d. c. cautum in ver. ſupra alleg. In cõceſſionibus autem in emphyteuſim, videlicet, qñ emphy. ſub emph. vel ſubinfeudat dñi medii exiſtẽtes infra dñm direct. & ſ. ipſum ſubemphiteu. non habent faticam ne ſequatur illa impoſſibilitas circulus ſine circuitus ſupradicti, nec illa poſſunt alteri ꝯcedere, q̃a hoc eſt reſeruatũ dño dire. & allo. q̃ quidẽ dñs dire. & allo. lia. quamuis non habeât ad ꝓpriũ vsũ eodẽ rõne ne fieret dicta repugnãtia, ſeu abſurditas tñ hẽt faticã rẽ alteri cõcedendo ſi is in cuius fauorẽ dicta fatica cõcedit̃ p̃t prædare ſtabilimenti ſiue in emphy. cõcedẽti id ꝙ ille cui fiebat ſubemphi ſeu ſubinfeu. promiſit præſtare ita tenet Pe. Iac. in tract. libel. in libel. de act. o. in rem ꝓ re, quæ cecidit in commiſſum, exponendo ibi I. fina. C. de iure emphyt. alias fatica non habet locum, quia tunc eſt locus iuri faticandi, qñ commodũ emph. nõ minuit̃. vt in d. l. fi. ĩ §. ſed ne hac occaſio, & no. ꝙ licet dñs directus, & allodialis habebat duos menſes ad deliberãdum de iure ciuili ſibi conceſſas, an velit, non velit vti ſuper prima atteſtatione. & ipſis duob. mẽſib. elapſis habeat alios duos mẽſes ad vtẽdã fatica, ſiue iure retinendi, ſeu ad retinendum rem, vt latius declarat ipſe Pe. Iacobi. in ſupra allegato libello, & Io. de Soc. in c. cautũ. vt Iaſ. in l. fi. C. de iure emphy. totius allegata, & ibi Doctores. Tamen de iure iſto conſtitutio. Cathalanorum, illa duo tempora ſunt reducta ad 30. dies qui dantur dño ad redimendum, vt in conſti. dñi R. Pe. 3. c. 3. Itẽ ne ſuper laudemio ibi eſadigua de 30. dies en lo contracte de la venda, & in ſententia arbitra. dñi R. Iaco. 2. & reue. epiſco. Valentini ſuper ſolutione laudemio promulgata, ibi niſi prius data fatica 30. dierum infra quos ſit licitum retinere. Et ſic cõſtat per prædicta, ꝙ dominus habet 30. dies ad redimendum, ſeu retinendum, & iſti triginta dies nõ incipiunt currere a die qua celebratus eſt ꝯtus inter partes ꝯhentes, per communẽ ipſarum ꝯſenſũ & qua fuit firmat⁹, & iuratus in poſſe notarii. Sed incipiũt currere a die notitię ſeu ſcientiæ dñi cui cõpetit ius vtẽdi fatica, ita tenet Thomas Mieres in dicta cõſtitutione dicti dñi R. Pe. 3. c. 3. Itẽ ne ſuper laudemio fol. 165. col. 4. & Ioannes de Soc. in commem. Pe. Alb. d. cautũ in verſi. explicita materia, & ita tenetur per Doc. in vſa. Caſla. Et no. ꝙ iſti xxx dies non ſunt computandi a die quo dñs directus per auditũ, aut alias ſciuit aut nouit contractũ alienationis eſſe celebratum ex quo cõpetit dicta fatica inter partes communi amborum conſenſu, & adhibito notario. Sed ſunt computandi a die notitiæ, & ſcientiæ quas habet dñs per pręſentationẽ de inſtrumẽto alienationis ſibi facti ex quo ſibi competit fatica præfata ſeu i⁹ p̃lationis, & ita tenet Io. de Soc. in dicto c. cautum in comme. Pe. Alb. & rõ eſt, quia ante præſentationem ſeu oblationẽ inſtrumentorum realiter factã ipſe dñs qui vult uti fatica nõ nouit pacta & cõuẽtiones factas in ipſo inſtrumẽto, & an ſi ipſi dño ſint ſalua iura omnia dñicalia quã ſciẽtiã, & notitiã nõ poſſet hr̃e dñs fatica vti volens, niſi inſtrumẽta ipſa alienationis eſſent ſibi pręſentata. Et quamdiu ipſa inſtrumẽta nõ ſunt præſentata dño partes ꝯhẽtes inuito dño directo, & alio quocunq; poſſunt cõi conſenſu reſilire ꝯtum, & ab eo retrocede, re tamen exiſtente integra abſq; aliqua pœna, & ſine metu ſoluẽdi laudemium, & ſine timore, quod dñs poſſit vti fatica, & ita tenet dñs Pe. Iac. in dicto libello de actione in rem ꝓ re emphy. quæ cecidit in commiſſum, & Iaſ. in l. ſi. C. de iure emphyte. col. 126 in fi. Albericus de Roſa. in l. ab emptione. ff. de pact. & Docto. in l. 1. & 2. C. quando licet ab emp. diſcedere, & dictus Ioan. de Soce. in dicto c. cautum in comme. Pe. Albert. & Bal. in c. 1. §. libellario quib. mo. feu. amit. & uide notata ſup hoc, per Prępoſitũ in §. porro in c. 1. qual. feu. alie. poterat, & videẽt notata ſ. in 12. prin. q. de qua poſſeſſione debeatur laudemiũ duplicatũ, Vr̃ ẽt dñs hr̃e ſciẽtiã de alienatione a qua in antea currẽt ipſi 30. dies ꝑ receptionẽ canonis, qua ſoluit nouus acquiſitor, nã ipſe dñs recipiẽdo canonem pręſumitur vidiſſe inſtr̃a noviter facta de alienatione. Et ſic ipſi 30. dies ſunt ſubrogati in locũ illorũ duorũ mẽſiũ q̃ ꝑ dictã l. fi. C. de iu. emph. dabantur ad retinẽdũ, & tps ſubrogatum in locũ alterius tpis ſapit, & habet eandem naturam illius, cuius loco ſubrogatur l. ſi quis cum. § iniuriorum, ff. ſi quis cautionibus. Et inſtitu. de action. §. fuerat, & ibi Iaſ. & Bald. in §. ſi quis ea. ſi de

ſeudo fuerit controuerſia inter dominos, & agnatos Ludouicus Roma.in l.ſi filio,ff.ſolu.matr. vide quæ notantur ſupra ĩ prima principali q.incipien.& licet iam ex his. Si autem dominus directus poſt dictam denunciationem intra dictos triginta dies non vſus fuerit fatica,ſiue iure retinendi lapſis ipſis 30.dieb.vlterius illo iure vti nõ poterit,quia ille terminus ſtatutarius.30.dierum cenſetur pręfixus in modum præſcriptionis ſecundum Innocentium in c.cum tria qui matrimonii,accuſare poſſunt, & quilibet terminus legalis cenſetur peremptorius l.facta.§.ſi quis bonorum.ff. ad Trebellianum. tradit etiam Bal.in c.ſancimus, in fi.quo tempore miles in uſib.feudo.& Franciſcus Rippa.in lib.i. reſponſo.c.8.nu. 1. Et ſic videmus quod lex licet præfixerit terminum volenti reconuenire ante li.cont.non conceditur reconuentio niſi lite cont. idem Rippa loco ſ.prox.alleg.vide quæ ſupradicta ſunt in fine tertiæ princ.q.ſuper hoc dubio,imo dñs vtilis vendens rem illã poterit tradere poſſeſſionẽ realiter,& actualiter,ſine metu pęnæ impoſitæ per conſtitutionem R.Ferdinan. i. als ſcandols, qua tunc tantum tenetur ad ſolutionem ſimplicis laudemii, ſeu foriſcapii,vt eſt tex.in dicta l.ſi autem.& in ſententia arbitrali.& pro hoc facit,quod dicit Bar.in l.ſtatu liberi §. ſtatu li.ff.de leg.2.& in l imperator,C.de li.& poſth.vbi diſponitur, quod permiſſum fieri intra terminum prohibitum eſt extra, & econtra facit etiam quod lapſus termini a lege dati excludit quem a iure non ex vi tacite renunciationis, & ex diſpoſitione legis ſecundum Bal. In l. Claudius Clodianus,ff.de acq. hęr.faciunt etiam conſti.R.Pet.3. c.3.Item ne ſuper laudemio Curiæ Ceruariæ,& ſnĩa arbitralis ſ.allegatæ, & cõſuetudo generalis Cathaloniæ dertes,ſcrit,& ſequen.Pręterea hic præter edictum non eſt illud,quod ſi emphiteuta vult vẽdere ius ſuũ emphiteuticum,vel ſua melioramenta, & pro eis inueniat quindecim,aut viginti,& dominus directus retinere volẽs nõ vult ſibi dare niſi decem dicens,ꝙ verum pretium rei non eſt niſi decem dicens, quod emphyteuta non tenetur ſibi dimittere pro decem,ſed pro prædictis quidecim,aut viginti,prout notat Salicetus in l.fi.C.de iure emphiteu.col.i.& eum ſequit Iaſ.ibi faciunt notata per Bal.in l.2.in fi.in lec.C.de reſcin.vẽ. faciunt ẽt valde,ea quę adducit Iac. de Sanc. Georg.in ſuo tractatu de feudis in verbo cum pacto.2.nume.38.vbi hoc plene probat, & hoc verũ,puto niſi vẽditor,& emptor finxerint rẽ venditam maiori pretio,quam reuera erat,vt dominus directus non vtatur fatica,ſiue iure prælationis, quia tunc conſtituto, de colluſione poterit facere dominus rẽ ſtimari ad cõmune pretium,prout ſentit l.fi.§.ſed ne hoc ibi inilils verbis quantum pretium ab alio reuera, & ratio eſt,quia pretia rerũ communi æſtimatione ſunt facienda,vt in l. pretia rerum.ff. ad leg. Falci.alias ſemper poſſunt fieri fraudes,& doli quibus eſt obuiandum,vt dictum eſt ſupra in prohœmio pręſentis opuſculi,& in l.cum filios.ff.de leg.2.& his ſimilibus.Et ſi ipſe dñs dicit,ꝙ ſibi fit fraus in laudemio eo, quia pretium a contrahentibus ſtatutum,& cõcordatum eſt, aut maioris,aut minoris valoris,& ꝙ vult laudemium iuxta communem æſtimationem dominus non eſt audiendus, quia per viam faticæ rem ſibi retinendo poteſt damno ſuo conſulere, vide Boeriũ in conſuetu.Bitu.ti. de retractu Linatger.§.2.vbi dicit,an hoc caſu habeat locum commiſſum propter fraudem, caſu quo cõtrahentes ænexerint maius, aut minus pretium quam reuera ſit ſcienter.Et dicit Iaſ.in l.fin.C.de iure emphiteu.nu.22.ꝙ ſtantẽ ſtatuto,quod in venditione præferantur cõſortes,ſi volunt rem pro qua inueniuntur,ſeu dantur xv.li.aut 20. lib.& & conſors velit ei dare decem li.tantum, quia dicat hũc eſſe verum valorem rei non tenetur ei vẽdere.& eſt doctrina Baldi in l.2.in fi.in lectura C.de reſcin.vend.idem tenet Ioã.And. in additio,ad Spec.in ti.de empt.& ven.§.nunc dicẽdum quãuis Bal.contrarium videatur tenere in l.ad officium, C.communi numero 22.

LAVS SIT DEO OMNIPOTENTI ET GLORIOSAE BEATAE VIRgini Mariæ, ac Beato Paulo Epiſcopo Narbonenſi ſub cuius protectione exiſtit villa de Angleſola, in qua natus ſum in ſempiterna ſęcula.Amen

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh

Omnes ſunt Quaterniones prçter H h.duerniones.